52

II

£ 300

Complete

Digitized by Google

Lib. H.6

Digitized by Google

8.48.H.6

PROPVGNACVLA CONTRA VITIA

AVTHORE

P. IGNATIO A S. MARIA
Auguſtiniano Diſcalceato, Luſitano,
Theologiæ Sacræ Profeſſore.

ROMÆ, Ex Typographia Ludouici Grignani.
ANNO MDCXXXVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

COPYRIGHTED

COPYRIGHT

PROPVGNACVLA
CONTRA VITIA.
TVRRIS SALVTIS VOLVMEN SECVNDVM.

AVCTORE
R.P.F. IGNATIO A S.ᵃ MARIA LVSITANO, CONGRE: DISCALCEAT:
S. AVGVSTINI, ROMÆ S. THEOLOGIÆ PROFESSORE.

Opus ſanè omni ſpiritualis militiæ armatura inſtructum, tam S. Scripturæ, quàm SS. PP. dictis munitum; omnibus, ſed præcipuè verbi DEI concionatoribus perutile.

Cum triplici copioſo indice, Scripturarum, ſcilicet, Rerum & Elencho ad conciones per totum ferè annum

COLLVM TVVM SICVT TVRRIS DAVID QVA ÆDIFICATA EST CV PROPVGNACVLIS. Cant. 4
NEC POTERVNT STARE Ps.
CONFRĪGAM ILLOS
IV ST TI A
S. AVGVSTINVS
S. THOMAS AQVINAS

ROMÆ APVD LVDOVICVM GRIGNANVM MDCXXVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

NOS FR. DIONYSIVS A S. VITO

Fratrum Eremitarum Diſcalceatorum Ord. S. Auguſtini
Congregationis Italiæ Vicarius Generalis.

V*Olumen ſecundum Turris Salutis* Duodecim Propugnacula contra Vitia *complectens, à R.P. Ignatio à S. Maria eiuſdem noſtræ Congregationis Sacerdote Profeſſo, & Romæ in noſtro Conuentu Generali Sacræ Theologiæ Lectore, compoſitum, & à R.P. Aegidio à S. Ioanne Baptiſta præfatæ Congregationis, ex ſpeciali noſtra Commiſſione, perlectum, & approbatum, & ab alijs peritis Theologis laudatum, Nos quoque approbamus, & in publicam vtilitatem, quantum in nobis eſt, facultatem concedimus, vt typis mandetur. In quorum fidem, has manu noſtra ſubſcriptas, noſtrique officij Sigillo maiori munitas, ac per noſtrum Secretarium exaratas, impartiuimus. Datum Romæ in ſupradicto noſtro Conuentu Generali IESV MARIAE die* 17. *Menſis Decembris* 1637.

Fr. Dionyſius à S. Vito Vicarius Generalis.

Locus ✠ Sigilli.

Fr. Ioſeph à S. Maria Secretarius.

Imprimatur, si videbitur Reuerendiſſ. P. Mag. Sac. Pal. Apoſt.

Io. Bapt. Alterius Epiſc. Cam. Viceſg.

VOlumen ſecundum Turris ſalutis *Duodecim Propugnacula* complectens, Authore P. Ignatio à S. Maria Auguſtiniano Diſcalceato Luſitano, & Romæ Sacræ Theologiæ Profeſſore, vidi ex ordine Reuerendiſsimi Patris Magiſtri Sacri Palatij, in quo opere myſticam Dauidis Turrim eruditione exornat, mille clypei pendent ex ea, & omnis armatura fortium; ſinceritate doctrinæ defendit, ſecuritate propugnat; inimicorum inſidias pandit, omnia bonis moribus vtiliſsima, & fidei conſona inueni. Propterea dignum publica luce iudico. Romæ in Collegio S. Thomæ Aquinatis Anno 1637. die 10. menſis Septembris.

Fr. Ioannes Gonzalez de Leon Magiſter, & Regens.

Imprimatur

Fr. Nicolaus Riccardius Sac. Pal. Apoſt. Mag.

SAN-

Digitized by Google

SANCTISSIMIS PATRIBVS AVGVSTINO, ET THOMAE AQVINATI

Catholicæ Eccleſiæ Doctoribus eximijs.

FR. IGNATIVS FAMVLVS IPSORVM INDIGNVS.

PRODITVRA in lucem *Propugnacula contra Vitia* Turris Dauidicę myſticę, cui Collum Eccleſiæ aſſimilatur, quod eſt Scriptura diuina, ex qua infrangibiles ſententiæ contra animæ hoſtes depromuntur, vt, iuxtà Sanctorum Patrum doctrinam, volumine primo expoſuimus, Vobis meritò dicanda putaui, qui pariter Collum pulcherrimum Catholicæ Eccleſiæ eſtis, & Turres fortiſſimæ, vt ſecundùm Gregorium, Anſelmum, & alios, ſunt omnes Sacri Doctores, inter quos, Vos, vt clariſſima lumina, fulgeris. *Collum*, quia quemadmodum iſtud capiti iungitur, & illi cætera membra coniungit, ac influxus communicat, quibus nutriantur, & viuant: Sic Vos charitate eſtis maximè Capiti Eccleſiæ vniti, qui eſt Chriſtus Ieſus, vt ad Epheſ. 1. 22. dicitur. *Ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam, quæ eſt corpus ipſius*, & fideles, qui illius ſunt membra, illi exemplo veſtro ſemper vniuiſtis, quibus & alimentum vitæ per Vos adhuc communicatur abundè. Salutaribus nim documentis referta ſunt veſtra ſacra ſcripta, quibus anima viuificatur, alitur, & intimè Deo coniungitur. Ad Eph. 1. 22.

Turres etiam eſtis myſticæ, ſimiles iſti Dauidicæ, pulchritudine, altitudine, & fortitudine. Pulchra enim eſt charitas, alta, fortis, qua præcipuè inflammati fuiſtis; ſed & ſapientia eſtis ſpe-

ſpecioſi valdè, alti, & fortes. De ea namque ſcribitur, quòd ſit
Sap 7. 29. *ſpecioſior Sole*, & ſtet *in ſummis, excelſiſque verticibus*. Et ipſa de
Prou. 8. 2. ſe loquens, ait, *mea eſt fortitudo*. Hac igitur pariter ſpecta-
Ibid. 14. biles facti, cunctis eſtis refugium *à facie inimici*. ibi inueniunt
Pſal. 60. 4. munitiſſima propugnacula, & pendentes clypeos, qui ſubſidio pariter, & decori ſunt, & omnis generis armaturam, qua ſe defendant, & hoſtes debellent. Armis veſtris territi hæretici, ceciderunt, & cadunt quotidie. Doctrina Veſtra profligantur vitia, & ad cælum tuta panditur via, diſſipatur mentis caligo, in corde lux vera oritur, formantur mores, deſtruuntur erro-res, ædificium ſpirituale conſurgit, regnum animæ pacifica-tur, & in bono ſtabilitur. Quid plura? non poteſt quidem ca-lamus ſcribere, neque organum vocis ſatis encomia veſtra exprimere.

Ad Sacra ergo veſtra ſcripta Ego quoque inermis, & im-bellis acceſſi, & inde mihi arma accepi, & omnibus, qui im-pugnantur ab hoſtibus, iuſtumque iudicaui, propugnacula continentia Verba diuina, fidelibus diſpenſatoribus Verbi de-dicare: Collum Collis: Turrim denique Turribus, quarum propugnaculis tam frequenter in Propugnaculis iſtis ſum vſus. Vobis igitur, qua poſſum animi ſubmiſſione, ea dico dedicoque: ſub tutela veſtra bene erunt protecta, ac directa. Porrò Veſtris ſanctiſſimis Orationibus impetrate, oro, vt mi-hi, & cunctis, qui ad illa confugerint, ſubſidio ſint, & ſaluti. Amen.

Ad

Digitized by Google

Ad pium Lectorem.

NE *mireris*, pie Lector, *à primo partu, hunc secundum tamdiù fuisse dilatũ. Varietas namque rerum humanarum, cui omnes, maximè obedientiæ filij, sumus subiecti, in causa fuit. Cætera* Propugnacula contra Vitia *in hoc secundo Volumine debebant edi in lucem, vt insinuaui in primo. At eadem causa, quæ primam partem Operis huius (quod quadripartitum est) in duo coegit volumina diuidi, vt ibi dixi, eadem addet tertium, ne hoc secundum excresceret nimis, cum omnes materiæ in eo tractatæ, animæ sint valde vtiles, ob idque perfunctoriè non fuerunt tractandæ, vt vberiores fructus colligi possent. Addidimus copiosos Indices, vt arma inuenirentur faciliùs, & dirigerentur in hostes, & præcipuè posuimus vltimum ad Conciones Dominicarum totius anni, & pluriũm Quadragesimaliũm feriarum, vt per Sacros Concionatores instruerentur simpliciores ad pugnam, quibus hic liber propter Idioma latinum, inseruire ita aptè non potest. Stylus, vt adhæreremus Apostolo* 1.Cor.2. *non fuit* in sublimitate sermonis, *sed in virtute spiritus, quantum Deus dedit, fundatus in Scripturis diuinis, & doctrina solida Sanctorum Patrum, Augustini præcipuè, & Thomæ Aquinatis, quibus ob id etiam librum dicauimus. Si impegeris in errorem aliquem, ne quæso, statim hæreas, vel horreas, sed ad errata recurre, quæ ex typis solent emergere, & ad calcem libri huius sunt posita, vbi plura videbis correcta, & alia leuiora charitati, & doctrinæ tuæ commissa. Precor, lege attentè, & collige animæ tuæ fructum, & ora pro me vilissimo peccatore, seruo tuo in Christo, vt faciam, quod hìc dico, ne de illorum sim numero, de quibus scriptum est Luc.*12.47. Seruus, qui cognouit voluntatem Domini sui, & non fecit secundùm voluntatem eius, vapulabit multis. *Vale.*

S. PAV-

Digitized by Google

S. PAVLVS.

Ad Epheſ. 6.

Accipite armaturam DEI, vt poſſitis reſiſtere in die malo, & in omnibus perfecti ſtare.

Digitized by Google

SVMMARIVM PROPVGNACVLORVM,

Quæ in hoc ſecundo Volumine continentur.

PRIMVM PROPVGNACVLVM CONTRA AMBITIONEM, in Volumine primo habetur.

II. PROPVGNACVLVM CONTRA AMICITIAM FALSAM.

Hic agitur de amicitia vera, quomodo acquiratur, & conſeruetur. Et falſa, quotuplex ſit, & quomodo expugnetur. Et in particulari de Adulatione tractatur, & arma contra ipſam ponuntur. Materia valdè vtilis pro conuictu humano.

III. CONTRA AMOREM PROPRIVM.

Hic, duplex proprius amor diſtinguitur, ſenſus *nimirum*, & ſpiritus, *& latè de mortificatione contra vtrumque agitur.*

IV. CONTRA ARIDITATEM SPIRITVS.

Hic illius quidditas explicatur. Vnde oriatur, & quos effectus in nobis pariat, & proponuntur contra omnes remedia. Et acquirendi deuotionem traditur modus. Materia valdè vtilis pro perſonis ſpiritualibus.

V. CONTRA AVARITIAM.

Hic radices illius ponuntur, effectus, & contra ipſam arma,

VI. CONTRA BLASPHEMIAM.

Quid ſit, quotuplex, vnde oriatur, quid in nobis efficiat, & quomodo expugnetur, diffusè tractatur, & multa reſoluuntur pro Animæ foro.

VII. CON-

Google

VII. CONTRA CVRIOSITATEM.

HIc eius quidditas explicatur, & duplex diuiditur, sensus, nimirum, & intellectus, *& quomodo vtraque expugnanda sit. Vnde agitur de scientiarum studijs, & modus traditur studendi vtiliter. Materia vtilis pro studentibus.*

VIII. CONTRA DESPERATIONEM.

HIc agitur latè de quidditate, causis, & illius effectibus, & de Misericordia Dei. Materia vtilissima pro pusillanimis, & peccatoribus, qui omnes ad fiduciam animantur, & veniam.

IX. CONTRA DETRACTIONEM.

HIc agitur quid sit, quot modis contingat, vnde oriatur, & quos effectus pariat, & quibus armis sit expugnanda. Et doctrina traditur pro foro Animæ ad tollendos scrupulos, & lucem habendam in materia ista inter homines tam frequenti.

X. CONTRA DISCORDIAM.

HIc agitur quid sit, quas causas habeat, quos effectus pariat, & de charitate fraterna diffusè contra ipsam tractatur.

XI. CONTRA EBRIETATEM.

HIc agitur latè de quidditate, causis, & effectibus eius. Et sobrietatem illi contrariam acquirendi traditur modus, & pariter expugnandæ ebrietatem ipsam, consideratione malorum, quæ affert: bonorum, quæ impedit: pœnarum, quas subit.

XII. CONTRA GVLAM.

AGitur hìc similiter quid sit, & quas causas habeat, & effectus pariat, & de temperantia illi opposita, & de modo illam comparandi, & gulam expugnandi.

XIII. CONTRA HYPOCRISIM.

OStenditur, quàm detestabile vitium sit, & commune. Vnde oriatur. Quid in nobis efficiat, & quomodo expugnetur.

Cætera Propugnacula alio Volumine habenda sunt.

PRO-

Digitized by Google

PROPVGNACVLVM II.

CONTRA AMICITIAM FALSAM.

PRAEAMBVLVM.

ARMA ſpecialius hìc ſumimus contra hoſtem lætiferum, de quo in communi, multa ſupra iam diximus. *Tom. 1.* Et hic eſt *mundus*, mali; ſcilicet, homines, qui ſub ſpecie amicitiæ multos ſupplantant; cùm difficilius inimicus, amici ſpecie tectus, valeat deſtinari.

Eſt autem ratio huius ineuitabilis pugnæ, ſocietas ipſa humana, ſine qua viuere nequit homo; propterea à Philoſopho dictus *ſociabile animal*. Et cùm in ſocietate, & communicatione vitæ communis, amicitia fundatur ſecundùm Doct. Angelicum, & Philoſophum: ſocietas autè humana valde periculoſa ſit, *procelloſa* ab Auguſtino hinc dicta: vt enim concitatis fluctibus ventorum vi, commouetur mare, & fit procella, ita cor humanum, varijs paſsionum generibus agitatum, procelloſum redditur: vnde Scriptura: *Impij autem quaſi mare feruens*; propterea nuſquam tuta fides, ſed vbique inſidiæ, & diſcrimina: de quibus loquens Paulus dixit: *Periculis in falſis fratribus*: illis vtique, quos non tam ſanguis coniungit, quàm copulat amicitia: quos perdifficile eſt dignoſcere, an veri, vel falſi ſint, dicente Auguſtino: *In huius vitæ miſera conditione, ſæpè contingit, vt credatur, vel amicus eſſe, qui inimicus eſt; vel inimicus, qui amicus eſt.*

D.Th.2.2 q.25.art. 3 in corp Philoſ.8. Ethic. tom.5. P. Aug. in Confeſſ.

Iſai.57. 20.

2.Cor.11 26.

Aug.lib. 19 de Ciuit. Dei to.5.

De hoc autem certamine, quo quotidie vnuſquiſque iuſtus in terris decertat, ſic loquitur diuinus Spiritus in Sapientiæ libro: *Cuſtodiuit illum ab inimicis, & à ſeductoribus tutauit illum; & certamen ſorte dedit illi, vt vinceret, & ſciret, quoniam omnium potentior eſt ſapientia.* Sermo enim eſt, non tam de inimicis apertis, quàm de opertis amicitię pallio, quos hinc *ſeductores* appellat: à quibus dicit, virtute propria iuſtum quemquam non cuſtodiri,

Sap.10. 12.

sed speciali DEI protectione in hoc prælio prælіari, & vincere. Aperiemus igitur per doctrinã, faciem hostis istius, vt possimus illum faciliùs declinare, vel contra illum fortiter decertáre.

Doctrina circa amicitiam falsam.

QVia, vt notaui iam ex Hieronymo, per virtutem, oppositum cognoscitur vitium, quid sit amicitia falsa patebit, quando constiterit, quid vera sit.

D.Th.22. q.23.art 1.in Corp. Amicitia ergo iuxta D. Thomam, secundùm etymologiam nominis considerata, nihil aliud est, quã *amatio mutua*: importat enim quandam vnionẽ ex sententia Dionysij dicẽtis, quòd *Amor est virtus vnitiua*: vnio autem inter plures est. Vnde secundùm quidditatem, sic definiri potest, *Est amor mutuus cum benevolentia reciproca*, qua vtique amici sibi mutuò bonum volunt.

Dion.c.4. de divin. nom. in p.2.& p.1 circa fin.

Cùm autem includatur necessariò hæc benevolentia in amicitia, ex sententia D. Thomæ, & Philosophi, & bonum volitum triplex sit ex eodem Philosopho, *vtile*, nimirũ, *delectabile*, & *honestum*; priora dua constituunt cõcupiscentiæ amicitiam, quæ vera non est, cùm sic sibi potius, quàm alteri bonum velit, & per consequens iam benevolentia absit, sine qua non stat amicitia vera, quæ constituitur tantùm per bonum *honestum*, quod quis amico vult. Et dicitur amicitia *honesta* fundata in bono aliquo honesto, communi vtrique, quod est *vita æterna*; cuius cùm omnis substãtia intellectualis sit capax, inter istas tantùm hæc amicitia dari potest.

loc. cit. 8.Ethic.

Quæ hinc triplex distinguitur: *diuina*, scilicet, quæ est inter DEVM & hominem; & *Angelica* inter ipsos Angelos, & homines ad ipsos: & *humana* inter homines. Volumus enim DEO suam beatitudinẽ, & gaudemus quòd ipse æternaliter beatus sit; & ipse nobis illã vult dare. De quo amore Paulus loquens, dixit: *Fidelis Deus, per quem vocati estis in societatem filij eius.* Et sic volunt nobis Angeli, qui tantâ solicitudine nos custodiunt ex amore, vt acquiramus beatitudinem hãc æternam: vnde dicitur, *Gaudium exit in cœlis, &c.* Et nos gaudemus de eorũ bono æterno, quod iam possident. Et licèt ratione status nostri, sint modò imperfectæ amicitiæ istæ, consummabuntur tamen post vitam hanc, quando consũmabitur Charitas, *euacuato quod ex parte est*.

1.Cor.1.9

Luc.15.7

De his igitur duabus amicitijs non intendimus hîc tractare, cùm alibi sit tractandum diffusiùs, sed de tertia, & vltima, nimirum *humana*: & est *amicitia charitatis*, quia fundata super benevolentia vitæ æternæ, qui est vltimus finis, quem respicit charitas: & dicitur antùm amicitia vera: de qua loquens

Digitized by Google

quens Auguſtinus, ſic dicit ad Deum: *Non eſt vera, niſi cùm eam tu agglutinas inter hærentes ſibi charitate diffuſa in cordibus noſtris per ſpiritum, qui datus eſt nobis.* *Aug. in conf. lib. 4. c. 4 ſub init. to. 1.*

Hæc ergo contractiùs conſiderata ſic definiri poteſt: *Eſt amor mutuus, quo amici ſibi inuicem vitam æternam volunt.* Et notandum, ſub vita æterna comprehendi omnia, etiam quæ ad ipſam conducũt, vt ſunt *virtutes* & *gratia Dei*; quæ propterea ab Apoſtolo *vita æterna* nuncupatur. *Ad Rom. 6. 23.*

Hanc amicitiam docuit nos Dominus IESVS, & præcepit amãtiſsimis verbis iturus ex hoc mũdo ad Patrem, quando in vltima cœna dixit: *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos*: vbi in verbis illis *diligatis inuicem*, clarè apparet, de amicitia, de qua loquimur, ſermonem eſſe: & adiungens, *ſicut dilexi vos*, miſericorditer aſſignauit dilectionis modum, vt ordinata ſit charitas, in nobis illam ſic ordinans; *gratuitè*, ſcilicet, & *efficaciter*, & *rectè*, vt ibi notat Lyranus: *Quia in dilectione*, inquit, *nos præuenit, vt dicitur, prior dilexit nos, & ſic gratuitè: animam ſuam pro nobis poſuit; & ſic efficaciter dilexit. Hanc etiam dilectionem ad noſtram beatitudinem ordinauit, & ſic dilexit nos rectè: & hoc modo debemus nos inuicem diligere.*

1. Cor. 1. 9

Ioan. 14. 35.

Luc. 15. 3

Lyran.

Ex quibus iam ſatis conſtat, quid amicitia falſa ſit. Nam ex defectu omnium, vel alicuius ex iſtis conditionibus, iam deſinit eſſe vera, & falſa fit, iuxta illud Dionyſij, *Malum ex quocunque defectu, bonum autem, non niſi ex integra cauſa.* *Dionyſ.*

Explicatur magis præcedens doctrina.

SEd, vt magis capiatur materia iſta, quæ vtiliſsima eſt, per ſingulos modos prædictos breuiter diſcurremus.

DISCVRSVS I.

De modo amandi *gratuitè*.

ARiſtoteles 2. Rhetor. adductus à D. Thoma ſic dicit: *Amare eſt velle alicui bonum*: vnde concludens Doctor ſanctus ait: *Ille propriè dicitur amicus, cui aliquod bonum volumus*; & conformiter ad hoc docuit etiam Pater Auguſtinus: *Nõ eum diligimus, niſi bonum velimus.* Quando ergo aliquis non vult amico bonum, ſed ſibi; non verè amat, ſed dicitur mercenarius amor, repugnans amicitiæ veræ; de qua idem Auguſtinus ad Macedonium dixit: *Non penſanda temporalibus commodis, ſed gratuito amore potienda*; & ſubiungit, non poſſe aliter veritatem *D. Thom. 1. 2. q. 26. art. 4.* *Aug. epiſt 52. tom. 2*

Digitized by Google

illius consistere; *quod si gratis nõ fiat, nullo fieri pacto potest*.

Et in hoc consentiunt cæteri Doctores sancti; inter quos Hieronymus sic ait in epistola ad Paulinum: *Vera illa necessitudo est, & Christi glutino copulata, quam non vtilitas rei familiaris, non præsentia tantùm corporum, non subdola & palpans adulatio, sed Dei timor, & diuinarũ Scripturarum studia conciliant*. Vbi clarè sermo est de filiali timore ex charitate orto, quæ purè respicit DEVM. *Hier. ep. 4*

Et Ambrosius ait, ab amicitia tollere rationẽ virtutis, qui mercenariam facit: *Non enim*, inquit, *vectigalis amicitia est, sed plena decoris, plena gratiæ: virtus est enim amicitia, non quæstus; quia non pecunia quæritur, sed gratia; nec licitatione preciorum, sed concertatione beneuolentiæ*. *Ambros. lib. 3. de offic. cap. vltim.*

Propterea amicitiam non gratuitam vocauit D. Thomas *amicitiam concupiscentiæ*, qua potius se quis diligit, quàm amicũ. Duo sunt autem bona, propter quæ hæc amicitia *mercenaria* fit, & ideo falsa, vt supra tetigimus. Primum est bonum *vtile*, quod quis appetit in amico, vt sunt pecuniæ, & quæ pecuniâ æstimãtur; & hoc constituit amicitiam, vtilẽ hinc appellatã, de qua Scriptura loquens, dixit, *Diuitiæ addunt amicos*. Et quia ex hoc amici isti, veri nõ sunt, Ambrosius ait; *Frequenter diuites sine amicis sunt*. *Prou. 19. 4.* *Amb. loc. cit.*

De hac ergo amicitia concludit sic D. Thomas; *Cùm quis diligit proximum propter suam vtilitatem, non verè diligit proximum, sed se ipsum*.

Aliud est *delectabile* bonum, constituens delectabilem amicitiam. Cõcupiscit enim fictus amicus delectationem ex amico. De qua, Scriptura dixit: *Sodalis amico coniucundabitur in oblectationibus*. Sic adamauit Sichem filius Hemor, Dinam filiã Liæ; sic Amnon Thamar sororem suam; sic Salomon alienigenas mulieres, & quilibet carnalis fœminam pulchram. *Eccli. 37. 4.* *Gen. 34.* *2. Reg. 13*

Notandum autem circa hanc amicitiam delectabilem, quòd potest esse à carnali desiderio libera, & tamen falsa; quando, scilicet, quis in amicitia quærit delectationem illam, quæ ex ipsa vnione animorum, quæ in amicitia cernitur, resultat, & sistit in illa: quam considerans Augustinus in confessionibus suis, dixit: *Amicitia quoque hominum charo modo dulcis est propter vnitatem de multis animis*. Et de ista subiungit, cùm *immoderata* est, peccaminosam esse: quod tunc contingere ait, quando Deus ipse, & lex eius propter amicum sic charum deseruntur. *P. Aug. lib. 2. cõf. c. 5. in. 1.*

Et libro quarto ait, capi etiam delectationẽ ex conuersatione, conuictu, & mutuo amici obsequio, & studijs parilibus; *inordinatè* tamen; quia *immoderatè*; &

Digitized by Google

& se hac irretitũ, captum, & vinctum fatetur fuisse, sic diligendo iuuenem comparem suum: inordinationem autem in hoc extitisse, quia de morte amici, immoderatè doluisset, & fleuisset; & propterea miserum se appellãs, quia culpa ligatum, dicit: *Miser eram, & miser est omnis animus vinctus amicitia rerum mortalium; & dilaniatur, cùm eas amittit; & tunc sentit miseriam, qua miser est, & antequam amittat eas.*

Dolor enim nimius amissionis per mortem, vel amici absentiã, aut horum timor excrucians, indicat, solam præsentiam corporalem, & beneuolentiæ signa in amico amari, & non DEVM in ipso; & consequenter hinc amicitia ista peruersa existit: quæ enim in DEO est, ita à creatura libera est, vt saltem peccata sit ad libitũ creatoris circa dispositionem illius. Nam, cui DEVS est omnia, amisso amico, immoderatè non dolet, cũ in Deo omnia habeat, qui non potest amitti.

Vnde inordinationem dicit, quòd sic, amisso moriente, moriatur viuens, vita, scilicet, gratiæ, quæ incomparabiliter est præstãtior: *Nihil iam*, inquit, *quærens ex eius corpore* (intelligit præter indicia beneuolẽtiæ:) *hinc ille luctus, si quis moriatur, & tenebræ dolorum, & versa dulcedine in amaritudinem, cor madidum, & ex amissa vita morientium, mors viuentium.* Et ad DEVM conuersus, prosequitur: *Beatus, qui amat te, & amicum in te, & inimicum propter te. Solus enim nullum charum amittit, cui omnes in illo chari sunt, qui non amittitur: & quis est iste, nisi Deus noster?*

Hoc carnali amore amabant Apostoli, Domini præsentiã corporalẽ, de prænunciata eius morte vehementer turbati. Quod illis Dominus exprobrans, dixit: *Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad Patrem*; eorũ dilectionem ex hoc falsam designans, quia delectationem, quam ex eius corporali præsentia sumebant, voluntati anteponebant diuinæ, quæ erat per mortem illius ad Patrem transitus, redemptione peracta. Io. 14. 28

Sed dices: In amicitia vtili, & delectabili vult quidem amicus bonum amico; verè enim vult diuiti, quem amat, diuitias; fœminæ pulchritudinem, & vitam, &c. Ergo, si, vt supra dictum est, vera amicitia est, cùm aliquis vult bonum amico, saluabitur ratio illius, licet *gratuita* non sit, sed *mercenaria*, vtilitatis mercede, aut delectationis.

Sed respondeo, amicitiam veram, ita velle bonum amico, vt ad se non referat illud; & in hoc sensu gratuita intelligitur, & vera: Amore autem concupiscentiæ vtilis vel delectabilis, homo, licèt velit bonum amico, tamen ad se refert illud; & ideo vera amicitia euacuatur. Quod D. Thomas docet

Digitized by Google

D. Thom. loco cit. ad 3.

docet his verbis: *Quia illud bonum refert vlteriùs ad ſuam delectationem, & vtilitatem, inde eſt, quòd amicitia vtilis, & delectabilis, in quantum trahitur ad amorem concupiſcentiæ, deficit à ratione veræ amicitiæ.* Hinc protulit Sapiens ſententiã illam: *Non agnoſcitur in bonis amicus*: delectabili vtique & vtili: Vnde Seneca dixit: *Errat, qui amicum in atrio quærit, in conuiuio probat.*

Eccl. 12. 8.

Senec in epiſt. ad Lucil.

Corollaria practica ex dictis.

HInc cognoſces primò, verum amicum illum ſolum eſſe, qui gratis amat.

Secundò, illum falſum, qui amat propter bonũ temporale, ſibi inde ſperans; ſiue ſit honoris, pecuniæ, aut delectationis.

Tertiò, quomodo conuictus ipſe, & vita amici, ſint ordinatè diligenda; & quando inordinato amore, & flebili hæc diligantur.

DISCVRSVS II.

De modo amandi *efficaciter*.

MODVS hic à præcedẽti dependet: qui enim amat *gratuite*, amat *efficaciter*, ſcilicet, fideliter, & perſeueranter: è conuerſo verò, inefficaciter diligit, & infideliter, qui mercenariè amat. Nam cùm tunc amoris cauſa, vtile tantùm ſit, aut delectabile; ceſſante cauſa, ſeu motiuo, ceſſat effectus, hoc eſt, dilectio. Hinc proſperitatis tempus, falſi amici tempus vocatur: qua recedente, recedit, dicente Scriptura: *Eſt amicus ſecundùm tempus ſuum: & non permanebit in die tribulationis.* Et paulò infrà. *Eſt amicus ſocius menſæ, & non permanebit in die neceſſitatis.*

Eccl. 6. 8.

nu. 10.

Propterea de hac amicitiâ B. Laurentius Iuſtinian. loquens, ſic ait: *Diſcedunt vtique, qui non te, ſed tua ſequebantur. Non enim ſũt fideles in amicitia, quos munus, aut gratia copulat. Nam cito deſerunt, niſi ſæpe acceperint. Dilectio namque, quæ pecunijs, aut munere glutinatur, eo ſuſpẽſo, diſſoluitur: vera amicitia eodem oculo reſpicit diuitem amicum, & mendicum; fortem, & debilem; ſanum, & ægrum; humilem, & ſublimem.*

B. Laur. in lign. vit. de paup. c. 2. circa medium.

Hoc amore amauit infida Dalila fortem Samſonem, quando propter promiſſam ſummam pecuniæ à Philiſthęis, blandicijs decipiendo ipſum, ablata illius fortitudine, per crines abraſos, inutilem redditum, abegit, & à ſe repulit.

Iud. 16. 19.

Amore quoque delectabili concupiſcentiæ amauit Amnon ſororem ſuam Thamar, quando ipſam humiliatam per inceſtuoſum ſtuprum, & flore virginitatis pri-

2. Reg. 13. 16.

Digitized by Google

priuatam, quam turpiter concupierat, turpissimè à se proiecit.

Hanc veritatem considerans etiam Sanctus Thomas lib. 1. de erud. Principum, dixit: *Mundus hominem in prosperitate diligit, in aduersitate deserit.* Pro quo affert etiam Poëtam canentem:

D. Tho. cap. 11. tom. 17.

Dum fueris felix, multos numerabis amicos;
Tempora si fuerint nubila, solus eris.

Propterea ait idem B. Laurentius, ad hoc paupertatem specialiter inseruire, vt, scilicet, veritatem ostendat amicitiæ: *Ista quoque virtus*, inquit, *verum demonstrat amicum: quod enim diuitijs non potes scire, paupertate scies ò homo: illa veros, certosque retinebit amicos.* Nihil enim tam proprium est amicitiæ veræ, quàm fidelitas, quam quis exhibet amico in necessitate, seu tribulatione, non deserendo eum.

B. Laur. Inst. l. c.

Hinc est, quòd sorores Lazari non nunciauerunt Domino vt veniret, & sanaret fratrem suum: sed tantùm infirmitatem illius: *Ecce, quem amas, infirmatur*; vt Pater Augustinus notauit: *Amanti enim tantummodo nunciandum fuit: sufficit, vt noueris: non enim amas, & deseris.*

Ioan. 11. nu. 3. Aug.

Vnde, pulchrè, dixisse Iob in sterquilinio positum ad exprobrãtes amicos: *Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei*, considerat S. Ambrosius. *Non quasi*, inquit, *abiecta vox ista est, sed quasi censoria. Nã cùm iniustè argueretur ab amicis, respondit: Miseremini mei amici: hoc est, misericordiam debetis facere: opprimitis autem vos, & impugnatis hominem, cuius æruminis compati pro amicitia vos oportebat.*

Iob 19. 21. Ambr. loc. cit.

Hanc veritatem expressit quoque Sapiens, quando dixit: *Non abscondetur in malis inimicus.* Sermo enim est de inimico vero, qui amicitiam fingit prosperitatis tempore: quãdo autem contingit amicum in aduersitatem incidere, iam pandit malitiam, & simulationem cordis sui, in prosperitate absconditam: *Quia statim* inquit Lyranus, *currit ad nocendum, sicut canis ad mordendum canem percussum*: non enim tunc parcit, sed pro posse mordet lingua maledica. Sic insultabant parentes, & cognati Sancti Tobiæ, ipsi cœcitate percusso, cuius eleemosynæ, dum sanus erat, displicuerãt eis: imò vxor quoque illius, vt ibidem dicitur, *exprobrabat ei*. Vnde ibidem subditur: *In tristitia, & malitia illius*, scilicet, amici, *amicus agnitus est.* Nam *in aduersitate eius* (quæ malitiæ nomine intelligitur, iuxta eundem Lyranum) *sibi compatitur, & adhæret alijs ipsum deserentibus.*

Eccli. 8. Lyr. Tob. 2. nu. 23. Eccli. 12. nu. 9.

Talis fuit Ethai Gethæus, qui Dauid Regem persecutum à filio,

2. Reg. 21.

lio, & populo toto, non deseruit, sed amatorie dixit: *Quocunque loco fueris mi Rex, &c.*

4. Reg. 2. Tales fuerũt Elias, & Elisæus: ita enim erant Deo, amicitiæ vinculo copulati, vt equi ignei, & currus igneus requirerentur, vt diuiderentur. Nam postulanti Elisæo difficile quid, vt erat *Spiritus duplex* magistri, respondit nu. 10. Elias: *Si videris me quando tollar à te, erit tibi quod petisti*: in hoc volens verum illius probare amorẽ, cuius premium erat postulata concedere: amicus enim falsus solum cognoscit, dum alter est præsens; cùm abit, obliuiscitur: ideoque Deo displicet, & gratiam illius non meretur. Quia oculos cordis aperit præsentia, & prosperitas, & claudit absentia, & aduersitas; ideo Elisæo vero amico, & videnti etiam absentem, & eleuatum, datur gratia postulata, licèt difficilis, & valde rara.

Tales fuerunt Saul, & Ionathas, de quibus, vt de re valde 2. Reg. 1. rara, Scriptura testatur, quòd, neque etiam discrimen mortis ipsos separare potuisset. *Saul &* nu. 23. *Ionathas amabiles, & decòri in vita sua, in morte quoque non sunt diuisi*: non valente aduersitate disiungere, quos vera coniunxerat amicitia.

Daniel. 3 Tales fuerunt pueri Hebræi in fornace positi Babylonis, de Ambros. quibus ait Ambrosius: *Quàm boni amici Hebræi pueri, quos à sui amore, nec fornacis ardentis flamma diuisit!* Sed hi quidem rari sunt. Nam, vt Kempis ait: *Rarus fidus amicus, in cunctis amici perseuerans pressuris.* Kempis lib. 3. de imit. Chr. cap. 45. nu. 2.

Eadem materia primò prosequitur.

HInc voluit etiam Dominus, vt sibi altare Iacob erigeret, assignans pro motiuo, *Qui apparuit tibi, quando fugiebas Esau fratrem tuum.* Nõ deferere enim persecutionis tẽpore, argumentum est veri amoris, gratitudine maxima compẽsandi. Propterea Patriarcha ad obediendum festinus, & gratus, nõ solum altare erexit, sed Deos alienos, quos secum deferebat familia domus suæ, proiecit omnes, & sub terra abscondit, vt gratius esset altaris obsequium. Et replicat ibi motiuum, vt rem magni momenti. *Faciamus*, in- nu. 3. quit, *altare Domino, qui exaudiuit me in die tribulationis meæ, & socius fuit itineris mei*: quando, scilicet, *fugiebam Esau fratrem meum quærentem animam meam.* Et iterum post pauca replicatur: *Et appellauit nomen loci illius, Domus Dei.* Et causa assignatur: *ibi enim apparuit ei Deus, cùm fugeret fratrẽ suum*: Nolens quòd memoria tanti beneficij, & veri signum amoris, obliuioni daretur. Gen. 35. 2.

Propterea Dauid hunc eundẽ verum

verum amorem Dei noſtri erga tribulatos, & derelictos commẽdans, omnes inuitat ad laudem, & amorem illius, dicens: *Confitemini Domino, quoniam bonus*, ſcilicet, amicus; & cauſam ſubiungit, *quia in humilitate noſtra memor fuit noſtri.* Ideſt, quia cùm deiecti iaceremus in tribulationibus, non dereliquit nos, non oblitus eſt noſtri; & in hoc ſpecialiter oſtendit bonitatem ſuã, qui vero amore nos diligit; non ſicut homines, qui tempore tribulationis recedunt, & amicos deſerunt, eorum obliti.

Kempis lib. 3. de imit. Chr. cap. 45. nu. 2.

Pſal. 135 1.

num. 23.

Gen. 35. 2.

Propterea de Domino IESV ſcripſit etiam ſanctus Euangeliſta Ioannes: *Cùm dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos*: perſeueranter, ſcilicet, vſque ad mortem. Et hic modus eſt efficacis amoris, verum conſtituentis amicum; de quo ſcriptum eſt in Prouerbijs: *Omni tẽpore*, ſcilicet, tam proſpero, quàm aduerſo, *diligit, qui amicus eſt*; verus vtique: & ſic in anguſtijs comprobatur, & in tribulationibus ſtabilitur ipſe in amicitia vera, & amico fortitudinẽ tribuit, dicente Scriptura; *Amicus fidelis, protectio fortis.* Quam amicitiam Dominus, ſuo perſuadens exemplo, dixit, vt poſuimus ſupra: *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos*: Efficaciter, ſcilicet, & fideliter.

Ioan. 13. 1.

Prou. 17. 17.

num. 3.

Eccli. 6. 14.

Ioan. 13. 34

Eadem materia ſecundò proſequitur, & ponitur praxis illius.

HIc autem ſumma conſideratione digna ſunt motiua ſequentia, propter quæ multi retrahuntur ab officio amicitiæ veræ, deficiendo ab amico in anguſtijs poſito, & derelicto.

Primò, quia dicunt, elongo me ab amico, ne ex conſortio illius ſubeam aſpera, vt faciem triſtem illum perſequẽtium, aut verbum durum effugiam. Sed hos condẽnat primò doctrina Ambroſij dicentis: *Si neceſſe eſt, toleremus propter amicum, etiam aſpera.* Quam confirmat exemplum Ionathæ erga Dauid; de quorum amicitia vera ſic dicitur primo Regum: *Anima Ionathæ conglutinata eſt animæ Dauid; & dilexit eum Ionathas, quaſi animam ſuam*: quod quidem factis probauit in proſperis, donando ipſi triumphanti de gigante veſtimẽta ſua, quibus ſe exuit: & in aduerſis, propter ipſum perſecutũ & defenſum, aſpera tolerando à patre inuido, vt ibidem narratur his verbis: *Iratus autem aduerſus Ionatham, dixit ei: Fili mulieris virum vltrò rapientis, nũquid ignoro, quia diligis filium Iſai, in confuſionem tuam, & in confuſionem ignominioſæ matris tuæ?*

Ambr. de offic. cap. vlt.

1. Reg. 18. 1.

1. Reg. 20. num. 30.

Vbi patet, non aſpera ſuſtinuiſſe ſolùm, ſed & contumelioſa inſinua-

Digitized by Google

ſinuatur enim, ipſum adulterinũ eſſe,& non legitimum filium,qui ſic diligeret, quẽ ipſe odio proſequebatur,vt ibi notat Lyranus. Non etiam triſtem vultum metuebat illa, quæ verè diligebat, de qua dicitur: *Adſtare non timet cruci: truces nec horret milites*.

Lyran.

Eccleſia in ſuo officio.

Secundò dicunt, me retraho, quia timeo ex hoc amittere bona temporalia, quæ poſsideo,diuitias,ſcilicet,honorem & dignitatem.Sed hos quoque coarguit Primò, exemplũ ipſius Ionathæ, vt patet ex verbis,quę ibi ſequũtur:*Omnibus diebus,quibus filius Iſai vixerit ſuper terram,non ſtabilieris tu,neque regnum tuũ.* Et fit comminatio amiſsionis nõ paruæ rei,ſed latiſsimi regni, & ditiſsimi: perſiſtit tamen palàm in fauorem amici. *Ex quo patet*, inquit Lyranus, *perfectio Ionathæ, qui propter hoc non retrahebatur à Dauid charitate.*Secundò,Scriptura diuina dicens: *Qui negligit damnum propter amicũ, iuſtus eſt.* Vbi idem Doctor dicit: *Quia amicus eſt magis diligendus, quàm lucrum temporale.* Cuius rationem alibi tradit diuinus Spiritus,dicens: *Amico fideli nulla eſt comparatio; & non eſt digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius*.

loco cit. num. 31.

Lyran.

Prou. 12. 26.

Eccli. 6. 15.

Tertiò, Amicum deſerũt,quia, inquiunt,ſi me ſociauero illi,inimicitiam ſubibo aliorum, quam incurrere propter amicum nolo, dicente Scripturâ: *Noli fieri pro amico, inimicus proximo*.

Eccli. 6. 1.

Sed hi falluntur non intelligentes Scripturam,quæ loquitur tantum, de inimicitiâ *actiuè*, vt ibi notat Lyranus. Omnis enim proximus ex charitate eſt diligẽdus,& ſic non licet propter amicum odiſſe proximum; nam iam deficeret à ratione amicitiæ veræ,cùm in Deo non eſſet,qui etiã inimicos iubet diligere,vt magis ex dicendis patebit: Non autem de inimicitia *paſsiuè*, quòd,ſcilicet, non liceat pro amico inimicitiam pati ab illius æmulis:Hoc enim docuit expreſsè Ambroſius verbis his: *Plerunque inimicitiæ ſubeundæ ſunt propter amici innocentiam, ſæpe obtrectationes, ſi reſtiteris, vel reſponderis, cùm amicus arguitur, & accuſatur: nec te pœniteat huiuſmodi offenſionis*. Et in confirmationem adducit hæc verba diuina: *Amicum ſalutare non confundar, & à facie illius non me abſcondam; & ſi mala mihi euenerint per illum, ſuſtinebo*. Vbi loco illius particulæ *per*, legit ipſe, & Lyranus *propter*.

Lyran.

S. Ambr.

Eccli. 22. 31.

Lyran.

Et addit Scriptura emolumẽtum aliud,quod inde ſequitur,vt cæteri non fugiant,& offendant, quãdo viderint fidelitatẽ amici. *Omnis, qui audiet, cauebit ſe ab eo*,ideſt,ab offenſione amici,caſtigatus meo exemplo, iuxta expoſitionem Lyrani.

ibid. n. 32.

Ex reſponſione igitur ad prædicta

Digitized by Google

dicta motiua, patet, vel in his veram non esse amicitiam, vel nimis imperfectam esse. Cùm enim vera amicitia in DEO sit, spiritu Domini copulata, vt statim patebit,
2.Cor. 3. 17. & *vbi spiritus Domini, ibi libertas*; non timentur temporalia, vt ipsa saluetur; nec sic colligata, soluitur temporalibus, vel occultatur illis. Propterea multi, qui sequebantur IESVM, & illum iustum putabant, verebantur palam loqui de illo: & subditur causa,
Ioan. 7. 13 *propter metum Iudæorum*.

Ioan. 3. Nicodemus etiam ex eodem motiuo, nocte accedebat ad eũ: & de Ioseph ab Arimathia occultum fuisse discipulum dicunt Euangelistæ: tamẽ omnes hi imperfectè tunc amabant. Vnde de
S. Gregor. Nazian. orat. 16. circa fin. Nicodemo dicit Nazianzenus: *Ille dimidia tantum ex parte Christum amans Nicodemus*; & orat. 42. num. 55. eum vocat *Noctiurnum tantùm Dei cultorem*.

Postquam autẽ passus est Dominus, & abundantiùs sanguis eius intus operatus est in hominum corda, dicitur de Ioseph
Marc. 15 43. apud Marcum, quòd *audacter petijt Corpus* Domini, non verẽs iam, neque homines timens. Et de Nicodemo dicitur, quòd non expectans noctem, die venit vngere IESVM.

Sic sunt omnes veri amatores IESV, qui in ipso proximum amant. Nam cùm eadem charitas sit, tendens in DEVM, & proximum, qui non veretur homines propter DEVM, propter ipsum non deserit hominẽ propter hominem; sed fixus permanens in amicitia illius, signa ostendit, iuxta illud: *Fidem posside cum amico in paupertate illius*. Et rursus:
Eccli. 22. 28. *In tempore tribulationis illius*, *permane illi fidelis*.
Ibid. 29.

Corollarium practicum.

EX dictis iam patet in praxi, quis sit verus amicus perfectè amans; quis imperfectè; & quis falsè. Es v.g. in religione positus, vbi sæpe ad exercitium bonorum, & eorum coronam, permittit Deus falsos fratres, vt tetigimus superiori volumine, & persecutionem pateris iniustè sub specie iustitiæ (quod maximè dolet;) derelinqueris tunc corde, & corpore ab illis, qui in prosperitate tua se exhibebant amicos: tunc cognosces falsos fuisse, & ipsi ex hoc confundi deberent.

Ab alijs verò derelinqueris corpore, licèt non corde, ex motiuis prædictis: tunc cognosces imperfectos hos extitisse amicos, & veneratione amicis veris & perfectis debita (quantum permittit huius vitæ status) non dignos.

Alij tibi adsunt corde, & corpore, iuuantes consilio, conferentes studia, compatientes affectu, temporalem suam iacturam ex hoc non timentes. Hos ve-

ros

Digitized by Google

ros agnosce amicos in tentatione possessos, & vt tales venerare, illis vicem rependens.

DISCVRSVS III.

De modo amandi *rectè*.

RECTITVDO ista in directione ad vltimum finem consistit, qui, iuxta doS.Th.2.2 q.104. art.1. ad 2. ctrinam Angelicam, regula est actuum humanorum. Dupliciter autem finis hic vltimus sumi potest. Primò *formaliter* pro visione DEI, quæ dicitur *vita æterna*; in quo sensu locutus est Lyranus explicans particulam illam, *Sicut dilexi vos*. Secundò *obiectiuè* pro ipsius visionis intuitiuæ obiecto, qui DEVS ipse est; de quo scribens Ioānes ait: 1.Io.32. *Videbimus eum sicuti est*. & Psal.83.8. Dauid: *Videbitur Deus Deorũ in Sion*. Igitur, qui amicum in ordine ad vitam æternam diligit, rectè diligit: & qui in DEO diligit, rectè diligit.

Et hæc erat charitas, & amicitia Apostolica, quæ regnabat in cordibus Apostolorum in primitiua Ecclesia, vt in Actibus dicitur. Ad quorum vitam cupiens Pater noster Augustinus filios suos instruere, omnibus simile præceptũ tradidit, dicẽs in Regu-
Aug.to.1 la: *Sit vobis anima vna, & cor vnum in DEO*. Cùm enim amicitia, vnitas sit animorum, vt recta sit & perfecta, in DEO esse debet; ideò de illa loquens Ioannes, ait: *Si diligamus inuicem, Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta est*; & ideò placens ipsi, & ducens ad æternam vitam, huic dilectioni promissam, vt idem Ioannes testatur, dicens: *Nos scimus, quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres*. 1.Ioan.4 12. 1.Io.3.14

Ideò de hac quoque amicitia in Cõfessionibus loquens B. Pater noster, ait ad DEVM: *Beatus, qui amat te, & amicum in te*: Vnde veri Christi amatores omnem aliam respuunt amicitiam. Propterea de seipso ait Bernardus: *Me quoque nolens diligi, nisi in te, & quantum diligendus sum*: Hæc enim est regula amicitiæ veræ, quam profitebatur Ioannes ad Gaium se habere, dũ illi scribens, ait: *Senior Gaio charissimo, quem ego diligo in veritate*: amicitia enim, quæ in DEO non est, falsa est; quia iam propter aliquod lucrum, & commodum temporale concupitum sibi; & sic potius se amat, quàm proximum, vt supra manet notatum. Et inde etiam immũda probatur, quia creatura amata non in DEO, & propter DEVM, amantem coinquinat. Aug.lib. 4.Confess. cap.9. B.rn.epist.85. 3.Ioan.1

Hinc D. Thomas ait: *Propter Deum debet diligere, vt sic sit dilectio proximi sancta*. Et iniusta quoque manet: cùm enim in Deo S. Thom. 2.2.q.44. art.7. in corp.

non

non ſit, recta iam non eſt,& conſequenter diſtorta & minimè iuſta. Sic enim amans, facilè condeſcendit in malis, non ſtabilitus in Deo. Idē ibid. Quod docens idem ſanctus Doctor,ait: *Regula dilectionis eſt,vt aliquis non condeſcendat in aliquo malo, ſed ſolùm in bonis, vt ſic ſit dilectio proximi iuſta*.

Corollarium practicum.

Hinc deducitur vtiliſsima praxis ad reſiſtendũ multis malis frequentiſsimè occurrentibus inter amicos, charitatẽ Chriſtianã in clauſtris, & in quanis familia profitentes,& vtinam obſeruantes!

Tull. Dicunt enim: Nos ſcimus,dixiſſe Tullium: *Idem velle, atque idem nolle, ea demùm firma amicitia eſt*.

Ariſt. 9. Eth. c. 4. Ariſtoteles etiam in Ethic. inter alia amicitiæ ſigna, *identitatem* ait eſſe *electionis*.

Ioan. 15. 14. Et Ambroſius conſiderãs verba illa dominica, *Vos amici mei eſtis, ſi feceritis,quæ præcipio vobis*, dicit: *Dedit formã amicitiæ,quam ſequamur, vt faciamus amici voluntatem*. Ambr. 3. de offic. c. vlt. Ergo tã ex oraculo ethnico,quàm diuino,inſtruimur conſentire amico:& hinc petunt, & volunt conſenſum in malis:aliter dicunt: ergo amicus non es, ſi non conſentis.Et vbi eſt amicitia noſtra?quaſi ibi nõ ſit,vbi cõſenſus in malis concupitis nõ ſit.

Sic ſe geſsit Dalila amica falſa Sãſonis, quæ fortitudinis aperiendæ petebat conſenſum, quò proderet ipſum, & ſe ditaret: *Quomodo dicis, quòd amas me, cùm animus tuus non ſit mecum?* Iudic. 16. 15. O quot Dalilis repletæ ſunt familiæ pleræque,etiam illæ,à quibus ſimulata, & iniqua amicitia quàm longiſsimè deberet abeſſe! Hinc experimur in conſilijs, & negotijs,& alijs caſibus varijs ita extortum conſenſum,iam ex hoc tortum à rectitudine veri amoris reciproci,non fundati in Deo,ex defectu intelligẽtiæ amicitiæ veræ,præualente paſsione obcæcãte, ablatã verã intelligentiã ſapientũ,qui de hac re ſcripſerunt.

Regula ergo amicitiæ veræ, eſt conſentire quidem in bono, ſed diſſentire in malo: quod expreſsè docet Apoſtolus de amicitia loquens, veram oportére eſſe, & non ſimulatam, pronuncians: Rom. 12. 9. *Dilectio ſine ſimulatione*: & modum tradens illius, ſubdit: *Odientes malum, adhærentes bono*. Et ad Corinth. iterum de illa loquens,ait: 1. Cor. 13. 6. *Non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati*. Vbi Lyranus ſic explicat: Lyran. *Scilicet,proximi, quæ triplex eſt, veritas vitæ,doctrinæ,& iuſtitiæ*. Non enim in vita mala debet conſentire amico: neque in prauitate doctrinæ,aut iniquitate iuſtitiæ.

In hoc ſenſu locutus quoque Sapiẽs,protulit: Eccli. 4. 27. *Ne verearis proximum*

Digitized by Google

mum in caſu ſuo: vbi idem Lyranus per *proximum*, amicum intelligit. Et tunc dicit vereri,quãdo, ne amicus contriſtetur, vel ei diſpliceat, malũ ipſius palliat. Sed iſtis fit comminatio: *Væ,qui dicitis malum,bonum;& bonum, malum.*Et Gregorius ait,melius eſſe oriri ſcandalum, quàm deſerere veritatem.

Iſai.5.20

Greg homil. 7. in Ezechiel.

Igitur vera amicitia conſentit bono,& diſſentit malo.Et de cõſenſu in bono, authoritates allatæ intelligendæ ſunt. Nam, qui dixit,*Idem velle,atque idem nolle,ea demum firma amicitia eſt*; dixit alibi: *Cùm in amicitia,quæ honeſta non ſunt, poſtulantur,religio,& fides præponantur amicitiæ.*Ergo adducta verba hunc habent ſenſum,vt,ſcilicet,amici veri velint pariter bonum,& nolint pariter malum.

Tull.3. de offic.

Item,qui docuit, identitatem electionis, ſignum eſſe amicitiæ veræ,pariter docuit.4. Ethic.c.6. *Quandoque propter aliquod bonum conſequens, vel propter aliquod malum excludendum, non refugiet virtuoſus,eos,quibus cõuiuit,contriſtare*, vt D. Thomas refert 2.2. vbi etiam dicit, quòd amicitia vera non conſiſtit in cõſenſu in malo propoſito ab amicis,ſed in hoc,quòd ipſos ad honeſtum trahamus. *Non quidem*, inquit, *vt velimus, quæ ipſi volunt, vel gaudeamus de his, de quibus ipſi gaudent:ſed vt faciamus eos velle, quod volumus, & gaudere de his, de quibus gaudemus.* Et pro confirmatione veritatis iſtius,ſubdit verba illa Ieremiæ: *Ipſi conuertentur ad te, & tu non conuertèris ad eos.*

D.Th.2.2.q.104. art.1. ad 3.& q.25 art.6. ad 4.

Ierem.15 19.

Qui denique dixit, *Faciamus amici voluntatem*; in materia licita & honeſta intellexit. Nam doctrina dominica,in qua fundatus, hoc protulit, expreſsè habet hunc ſenſum, neque alium poteſt habere;quemadmodũ impoſsibile eſt, quòd Deus præcipiat malũ.Propterea idem S.Doctor de hac amicitia loquens, ſic dicit: *Honeſtati præferri non ſolet,ſed honeſtatem ſequi.*Et infra ſic replicat: *Quid eſt enim amicus,niſi conſors amoris, à quo nihil timeas,nihil ipſe commodi tui cauſa, inhoneſtum petas?* Hinc eſt illud vulgare dictum receptum ab omnibus: *Ab amico iuſta petatis*;& illud: *Amicus vſque ad aras*; inſinuans, quòd vbi ſacra tanguntur,quæ violare non licet, iuſtè amicus repellitur.

S. Ambr. 3.de offic. cap.15.

cap.16.

Petiſti inhoneſtum,non iuſtum, vel iniquum, aut aſſenſum in falſis, ſeu non veris: ergo tu hinc *falſus* probaris amicus:& ille *verus*, negans, diſſentiens, & reluctans. Propterea dixit Auguſtinus in quadam epiſtola: *Amicitia in malis eſſe non poteſt.* Et ad Macedonium: *Nemo poteſt veraciter amicus eſſe hominis, niſi fuerit ipſius primitùs veritatis.*

Aug.epiſt 12.10.12.

Pra.

Digitized by Google

Præcedens doctrina roboratur exemplis.

ET primò Ahiæ Prophetæ, quem Ieroboam amicum sibi reputat, eo quòd pronunciauerat Regem, fausta similiter sperans responsurum super filio suo Abia ægroto. Vxori igitur regis, & pueri matri, ex Regis mandato pro hoc ingredienti ad
3. *Reg.* 14 6. ipsum, respõdit intrepidus: *Ego missus sum ad te durùs nuncius:* Et multis durissimis prænunciatis, & morte festina filij, illam ad Regem remisit, non veritus purpuram & potentiam.

Dan. 14. 1. Secundò Danielis, de quo dicitur in sua historia. *Erat autem Daniel conuiua regis, honoratus super omnes amicos eius.* Postulatus tamen ab ipso, vt Idólum Bel, quem ipse colebat, pariter adoraret, quid respondit vir alienigena, tam amicus potentis, in
nu. 4. terra non sua? *Non colo,* inquit, *Idola manu facta, sed viuentem*
nu. 6: DEVM. Et de veritate insuper Regem instruens, subdit: *Ne erres Rex: iste enim intrinsecus luteus est, & forinsecus æreus, neque comedit aliquãdo.* O quot sunt amici proponentes amico rem bonam, & iustam apparenter tãtùm, quæ intrinsecus lutea est, praua, scilicet, & iniusta: & quam pauci & rari, qui in iustitia persistentes, dicant; *Ne erres Rex*, verentes contristare amicum, & accipientes personas; quibus per Sapientem dictũ est: *Ne accipias faciem*, per acceptionem vtique personarum, *aduersus faciem tuam*; scilicet, animæ intellectum, quæ illius facies dicitur. 2. Corinth. 3. *Nos vero reuelata facie, gloriam Domini speculantes*; iuxta expositionem Lyrani. *Eccli.* 4. 26. 2. *Cor.* 3. 18.

Hanc faciem Paulus non accepit, quãdo restitit Petro Apostolorum Principi; prout ipse de se ipso testatur, sic dicens ad Galat. 2. *Galat.* 2. 11. lat. 2. *Cùm autem venisset Petrus Antiochiam, in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat.* Constat tamen ex Scriptura, quàm stricta charitate se diligerent mutuò: qua motus Apostolus dicit, se ex longinquo venisse Ierosolymam, causa Petri videndi: *Post* *Galat.* 1. 18. *annos tres veni Ierosolymam videre Petrum, & mansi apud eum diebus quindecim*: quod Ecclesia etiam monstrat, dum de illis canit: *Gloriosi Principes terræ quomodo in vita sua dilexerunt se, ita & in morte non sunt separati*; & vsus probat picturæ simul eos pingentis. Possem plura ad hoc adducere, quæ frequenter est videre in scripturis diuinis.

Hinc constat intelligentia vulgaris dicti illius, *Veritas odium parit*; quod inter *stultos* tantùm & *falsos* amicos locum habet. Propterea Paulus Galatis, quos iam *insensatos* vocauerat, dixit, inimicitiam ex veritate concludens: *Tul. in Lel.* *Galat.* 4. 16.

Digitized by Google

dens: *Ergo inimicus vobis factus ſum verum dicens?* Vbi Hier. ibid 4, 16. Hieronymus notat: *Hæc eſt conditio veritatis, vt eam ſemper inimicitiæ conſequãtur; ſicut per adulationem amicitiæ cõquiruntur. Libenter enim quod delectat auditur; & offendit omne quod nolumus*. Non verò inter *ſenſatos*, & *veros*, vt patet in ipſo Petro. Nam poſtquam reprehenſionem Pauli audierat, & diſſenſum in malo, amicum tamen appellat, ipſius omnia dicta defen- 2. Petr. 3. 15. dens. *Domini noſtri longanimitatem*, inquit, *ſalutem arbitremini, ſicut & chariſsimus frater noſter Paulus ſecundùm datam ſibi ſapientiam ſcripſit vobis, ſicut & in omnibus epiſtolis*. Vbi nullam excepit, & conſequenter illam includit, vbi de ſua reprehenſione eſt ſermo: ſed quia verè ſenſatus fuit, & ex vera diligens charitate, quæ benigna, mitis, & humilis eſt; de veritate prædicata non dolet, imò illam confirmat.

O quot ſunt, quibus priùs dicta aut ſcripta alicuius videbãtur vera, & recta, quæ poſt increpationem, vt falſa, vel praua cenſurantur! de quibus ſcriptum Prouerb. 9. 8. eſt: *Noli arguere deriſorem:* & ratio ſubditur, *ne oderit te*. De verè autem ſapiente ſubiungitur: ibid. *Argue ſapientem, & diliget te:* quod alibi ſæpè amico vero fieri mandat Sapiens, dicens: *Corri-* Eccli. 19. 14. *pe amicum*; quaſi hoc ſit fraterni animi indicium: de quo loquens Pater Auguſtinus, dicit: Aug. lib. 10. conf. c. 4. *Amet in me fraternus animus, quod amandum doces: & doleat in me, quod dolendũ doces. Animus ille hoc faciat fraternus, non extraneus; non filiorum alienorum, quorum os loquutum eſt vanitatem, & dextera eorum, dextera iniquitatis; ſed fraternus ille, qui cùm approbat me, gaudet de me; cùm autem improbat me, contriſtatur pro me: quia ſiue approbet me, ſiue improbet, diligit me*.

Hic eſt ergo modus *rectè* amandi, quem Auguſtinus optabat; cum quo ſancta, iuſta, & vera ſtat amicitia: & quo ablato, immunda, iniuſta, & falſa ſuccedit. Viſis igitur veritate, & falſitate illius, contra *falſam* conſiderationes ponamus, per quas, pro viribus noſtris, illi queamus reſiſtere & victoriam reportare: quod poteſt tripliciter fieri.

Primò, *veram quærendo*.
Secundò, *illam conſeruando*.
Tertiò, *contra falſam pugnando*.

Sit ergo

* * *

CONSIDERATIO I.

Contra amicitiam falſam.

Ex veræ amicitiæ acquiſitione.

PRINCIPIO hîc notandum, omnibus ſequentibus modis, Amicitiam veram comparari: videlicet,

I. Similitudine.
II. Probatione.
III. Amore.
IV. Beneficentia.
V. Reuerentia.
VI. Affabilitate.
VII. Fidelitate.
VIII. Bonitate.
IX. Vitæ ſanctitate.

Per ſingulos ergo breuiter, pro poſſe, eſt diſcurrendum, vt facilè cõſtet, quomodo hic *ineſtimabilis* theſaurus, ita à Sapiente vocatus, poſſit acquiri.

PONDERATIO I.

Circa *Similitudinem.*

DIuus Thomas 1.2. de hac loquens, ita concludit: *Similitudo, propriè loquendo, eſt cauſa amoris:* quod probat ex ſcriptura: *Omne animal diligit ſibi ſimile: ſic omnis homo, proximum ſibi, omnis caro ad ſimile ſibi coniungetur; & omnis homo ſimili ſibi ſociabitur.* Vbi in verbis, *omne animal*, & *omnis caro*, includit etiam animantia bruta, inter quæ *propriè* amicitia eſſe non poteſt, quemadmodum neque amor; cum hic cognitionem rationalem expoſcat, qua ipſa carent; & etiam iuxta eundem Doctorẽ incapaces ſint dominij boni, quod amato appetitur, vt vera ſit amicitia. Proinde nequit hæc inter illa dari, ſed *impropriè*, quatenus Amor pro quadam ſumitur inclinatione naturæ in ſimile ſibi, cognitum cognitione ſenſibili. Vnde *volatilia ad ſibi ſimilia conueniunt*, vt Sapiens dixit. Et ſic de cæteris animalium ſpeciebus.

D.Thom. q.27.art. 3.in corp.
Eccli. 13. 19.
S.Th. 2.2 q.25.ar. 3.in corp.
Eccli. 27. 10.

Vt autẽ fundamentaliter punctum hoc explicetur, cum S.Doctore tres ſimilitudines ſunt diſtinguendæ. Prima, *Actualitatis*. Secunda, *Potentialitatis*. Tertia, *Proportionalitatis*.

D.Th. 1. 2. qu.27. ar.3.

Prima, poteſt eſſe, vel in ſubſtantia, vt homo eſt homini ſimilis, ſecundùm animam rationalem: vel in forma accidentali, vt in albedine, vel ſcientia, arte, vel pulchritudine corporis.

Secunda, *Potentialitatis*, tunc datur, quando actu alter, qui amatur, non habet formam accidentalem, potens tamen eſt illã habere. Vt Sapiens amat diſcipulum adhuc inſipientem, quatenus gratiæ capax, & æternæ gloriæ.

Digitized by Google

Tertia similitudo *proportionalitatis* tunc datur, quando ita se habet alius ad hoc, quod in eo amatur, vt ipse se habet ad hoc, quod in se amat: & ponit S.Doctor exmplum in bono Cātore amante bonum Scriptorem. Attenditur enim ibi similitudo proportionis, secundùm quam vterque habet, quod conuenit ei secundùm artem suam.

Ratio autem radicalis mutui istius amoris, seu amicitiæ inter rationalia, est, quia quemadmodum amor, iuxta Dionysium, est *duorum vnio*; ita vnitas (quæ potior est vnione) quam ad seipsum quisque maximè habet, est principiū omnis amoris, & erga seipsum naturalis: Vnde quemadmodū seipsum naturaliter diligit, quatenus sibi vnus maximè est, ita alium diligit, quem apprehendit, vt sibi vnum, vnione similitudinis. Hinc dicitur amicus, *alter ego*, & *dimidium animæ*, vt Pater Augustinus de suo dixit in confessionibus. Et Lyricus à Diuo Hieronymo allatus cecinit: *Animæ dimidium meæ*. Quod similiter confirmāt verba Iudæ de amore inter Iacob & Beniamin: *Cùm anima*, inquit, *illius ex huius anima pendeat &c.* Genes. 44. 30. mirificè vnitatem hanc indicans.

Dionys.

Aug. lib. 4 conf. c. 8.

Genes. 44 30.

Vt autem qualitas, & quantitas, siue intensio amoris orti ex similitudine, magis capiantur, notandum ex eodem S.Doctore, quòd homo potest dupliciter considerari. Primò, quoad naturalia, quatenus, scilicet, constans ex corpore, & anima rationali, triplici ornata potentiâ intellectu, memoria, & voluntate: quo modo similis Deo dicitur, iuxta illud, *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram*: & quo modo possunt similiter intelligi verba illa diuina, *Faciamus ei adiutorium simile sibi*: quia vtique vterque similis erat in rationali natura. Similes enim ita fecit, vt sic mutuò se diligerent.

Gen. 1. 26

Gen. 2. 18

Secundò, quoad supernaturalia, quatenus, scilicet, per gratiam (quæ est participatiō Dei, vt supernaturalis finis) ad ipsum ordinatur. De quo sic considerato dicit Petrus: *Vt efficiamini diuinæ consortes naturæ*; & quomodo etiam similes erant Adam, & Eua, creati in gratia.

2. Petr. 1. 4.

Ex priori igitur similitudine oritur naturalis Amor: & homo, mores suos lumini naturali rationis conformans, si in ipsis alteri conformetur amico, amicitia naturali honesta illi dicitur copulatus. Quomodo *anima Ionathæ conglutinata est animæ Dauid.* 1. Reg. 18. 1.

1. Reg. 18 1.

Ex secunda autem, supernaturalis nascitur Amor, qui est *charitatis*, de quo hìc propriè loquimur, vt supra monuimus: & si, homo operans ex auxilio Dei supernaturali, & habitibus virtutum

tutum cum gratia infusa operetur virtuosè, conformiter alteri amico sic operãte amicitiâ charitatis dicentur copulati, quæ
Coloss. 3. 14. est *vinculum perfectionis*. Nam teste Ambrosio, *Inter dispares*
Ambr. *mores non potest esse amicitia; & ideo conuenire sibi vtriusque debet gratia*, Vnde de sic se dili-
Psal. 67. 7 gentibus scripsit Dauid: *Qui habitare facit vnius moris in domo*; hanc amicitiam, vt speciale DEI donum considerans. Per *domum* autem, aut tota Ecclesia potest intelligi, quæ est domus DEI viuentis, Christi sanguine fabricata; de qua Paulus
ad Hebr. loquitur ad Hebræos c. 3 6. vel Ecclesia particularis, vt Fratrum congregatio in DEO; de qua
August. Patet Augustinus in Regula, *Vt vnanimes habitetis in domo.* Et hoc quantùm ad qualitatem.

Quoad quantitatem verò, seu intensionem, certum est, vnumquemque amare magis seipsum, quàm alium; etiam si de amore amicitiæ sit sermo. Ratio est,
D. Th. 2. 2. q. 26. art. 4. & 1. 2. q. 27. ar. 3. quia, vt inquit D. Thomas, *Vnitas potior est vnione*; Amor verò ad alium consistit in vnione: Amor ad seipsum, in vnitate. *Quia sibi vnus est in substantia, alteri verò in similitudine alicuius formæ.* Vnde licèt in amore amicitiæ, quis velit alteri bonum, *sicut sibi*, illud *sicut* non indicat, *quòd aliquis proximum sibi æqualiter diligat, sed similiter sibi*; vt S. Doctor exponit illud Matt. 22. *Diliges proximum tuum sicut te ipsum*: ex doctrina tradita 2. 2. quæst. 56. art 4. in corp. loquendo de dilectione charitatis, quam docuerat 1. 2. quæst 27. art. 3. in corp. loquendo etiam de dilectione naturali proximi, quem secundùm vtramque considerationem debemus diligere. Matt. 39.

Corollaria.

EX dictis igitur patet primò, quare peccatores diligamus, non solũ naturali amore, sed etiam supernaturali, quãuis in ipsis, similitudo gratiæ non sit: quia licèt absit actualis hæc similitudo; adest tamen potentialitatis, quæ sufficit ad amorẽ; de quo loquens Pater Augustinus, sic dicit: *Ille veraciter amat amicũ, qui* DEVM *amat in amico, aut quia est in illo, aut vt in illo sit.* Quæ verba vltima clarè ostendunt similitudinem potentialitatis ad Amorem sufficientẽ, quo sancta Mater Monica filium suum Augustinum ante conuersionẽ veraciter amabat. Est enim peccator, licèt actu in peccato sit, gratiæ capax, & gloriæ, & hinc capax amoris, vt S. Thomas etiam docet 2. 2. q. 25. art. 6. in corp. Aug. ser. 256. al. temp. c. 2. S. Thom.

Patet secundò intelligentia dicti illius in Prouerb. *Inter superbos semper sunt iurgia*; & ex Philos. dicitur: *Figulus figulũ odit*: & Hispanicè: *Official de tu* Prou. 13. 10. Arist. 8. Eth. c. 1. à med.

Digitized by Google

officio, tu enemigo. Si hic eſt ſimilitudo, quomodo odium? Reſpond. non *per ſe*, ſed *per accidẽs*, vt declarant verba D. Thomæ. *Non in quantum eſt ſimilis, ſed in quantum eſt proprij boni impeditiuus.*

Et ratio eſt ex eodem S. Doctore, quia cùm vnuſquiſque magis ſe amet, quàm alterum, iuxta dicta; & amore concupiſcentiæ amans, propriè amet ſe ipſum, cùm vult illud bonum, quod cõcupiſcit; hinc cupiens, v.g. honorem, gloriam vel lucrum, quibus eſt expers, & in ſimili ſibi videt, iſta cupiens, alteri ſibi ſimili, in forma, ſcilicet, arte, vel ſcientia, inuidet. Vnde procedunt rixæ, & odium, &c. Et ſic non præcisè ex ſimilitudine *actuali*, qua vterque potitur, ſed ex ſimilitudine *potentiali*, quæ in altero eſt, oritur odium & inuidia; non tamen *per ſe*, vt dixi, ſed *per accidens*: quatenus, ſcilicet, inquit Valencia, duo ſimiles impedimento ſibi ſunt, quo minus vterque conſequatur bonum aliquod, quod concupiſcitur; ita vt non ſimilitudini, ſed concupiſcẽtiæ attribuẽdum ſit odium: quod ſignificauit Philoſophus, quando dixit: *Præterea ſimiles, & eadem profitentes* (intelligit, facilè ſe amant) *niſi turbent, & niſi eadem ex ſe vitæ ſubſidia conſequãtur.* Hunc ſenſum habent verba illa diuina: *Eſt amicus, qui conuertitur ad inimicitiam*; Cauſatam vtique ex proſperitate in amico conſideratâ: Nam per inuidiam incipit dolère, & ei aduerſari, vt Lyranus exponit.

Valen. in 2it. locum D.Th.

2 2. art. Rhetor. 4

Luc. 6. 9.

Lyran.

Patet tertiò, quæ ſit ſimilitudo veræ amicitiæ cauſa: eſt enim illa morum ducentium ad æternam vitam. Iſta igitur ſimilitudo quærenda eſt, vt vera amicitia comparetur: quam in filijs ſuis, & domibus voluit Pater noſter Auguſtinus, vt ex regula citata conſtat: & in tota Eccleſia Chriſtus Dominus apparens nobis *in ſimilitudinem carnis peccati*, vt dicitur ad Rom. 8. 3. vt viſibilis factus, nos inſtruens ſuis moribus. Vnde dicebat, *Diſcite à me*: omnis enim actiõ illius, *noſtræ fuit inſtructio*, vt ait Auguſtinus. Quod alibi confirmã: Apoſtolus, dicit: *Apparuit gratia Dei Saluatoris noſtri omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegantes impietatem, & ſæculares deſideria, ſobriè, & iuſtè, & piè viuamus in hoc ſæculo.* Ecce conformitas morum inter illos, quos ligat præceptum dominicũ, *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, &c.*

Rom. 8. 3

Matt. 11 29.

Auguſt.

Tit. 2. 11.

PONDERATIO II.

Circa *Probationem*.

DE hac loquens Spiritus sãctus apud Eccleſiaſticum dicit: *Si poſſides amicum, in tentatione poſſide eum.* Quæ verba iuxta

Lyran. iuxta Lyranum hunc habent sensum: *idest, si possidere desideras tãquam verum, in tentatione posside illum; idest, in aduersitate tua proba illum.*

Vbi duo constant, necessitas nimirum probationis, & modus illius. Ideo quoad primum dixit Seneca. Seneca: *Errat, qui amicum in atrio quærit:* non enim, qui primus obuius fit, ille in amicitiam recipiendus est, sed maturè probandus, & non in *prosperis*, sed *in aduersis*. Proinde subiungit: *qui in conuiuio probat*. Scilicet, errat, vt iam supra adduxi. Tunc enim constat amoris puritas, & amicitiæ esse, nõ concupiscentiæ, cum quo vera amicitia non consistit, vt patet ex dictis. Vnde dixit etiã Tull. Tullius: *Amicus certus, in re incerta cernitur*; idest, *probatur*. Et hãc amici probationem complexus est etiã Paulus, quãdo dixit: 1. Thessal 5. 2. *Omnia probate*. Nam dicens *omnia*, hanc non excepit.

Et sanè nomen ipsum, quo sãctus Iob amicos appellat, indicat in necessitatibus potissimùm esse probandos: Iob 6. 13. *Necessarij*, inquit, *quoque mei recesserunt à me*. Vbi Lyranus legit, *Amici mei charissimi*, Lyran. à necessitate nomen imponens; cùm ad ipsam subleuandam præcipuè amici inseruiant. In ipsa ergo probandus est, qui verè amicus est.

Hoc etiam seruat Deus noster, cùm ad suam consummatam amicitiam, quæ erit in patriâ, homines vult assumere: vnde de illo dicitur: *Tentauit eos, & inuenit eos dignos se*. Sap. 3. 5. Tentare enim, vt alibi dixi ex Lyrano, *de re ignota experimentum est cãpere*. Et licèt in Deum cadere nequeat ignorantia, tamen ita dicitur, vt ostendatur non accipere sapientiam diuinam in suam perfectam, & consũmmatam amicitiam, nisi eos, quos fecerit cognoscere nobis, veros esse amicos, probatos in tribulationibus, constãter propter ipsum perpessis: vt nos hinc instruamur, in amicitijs nostris charitate Dei copulatis, ita nos gerere. Vnde etiam cõclusit Ambrosius: *In aduersis amicus probatur: nã in prosperis, amici omnes videntur*. Ambr. de offic. lib. 3 c. 16. circa med.

Tamen est hìc notandum, non tantùm in his probationem hanc fieri, verùm etiam in arduis, & in difficilibus. Vnde Apostolus probationem hanc volens, ad Cor. dixit: *Ideo scripsi vobis, vt cognoscam experimẽtum vestrum, an in omnibus obedientes sitis*. 2. Cor. 2. 9. Erat enim res ardua, quam præceperat, vt scilicet, mitiùs se gererent cum incestuoso illo Corinthio, propter quem puniendum, ipsos *inflatos* vocauerat, quasi ex negligentia, propter cõtentiones inter ipsos, illum non corrigentes: & tunc correptionẽ gladio excommunicationis præcipiens, vt imponerent; cui obedierunt: modò tamen mutationẽ pœnæ desiderans; quod arduum

Digitized by Google

ſolet eſſe, & difficile: & ideo in hoc illos ſe probare oſtendit, an vero amore, & charitate, quæ facilè ſubeſt, & neſcit ſuperbiam, ſibi ſint copulati.

Hanc etiam Eliſæus de Elia fecit probationem, quando poſtulauit ab eo, quòd in ipſo fieret ſpiritus duplex illius: reſpõdit enim Propheta; *Rem difficilem poſtulaſti*; & ſubiungens, *erit tibi quod petiſti*; ſuumdeclarans etiam in difficilibus efficacem amorem; voluit ſimilem ipſi Eliſæo probationem rependere, hanc conditionem imponens: *ſi videris me, quando tollar à te*; vt iam ſupra expendi. 4. Reg. 2. 10.

Corollarium practicum.

EX tradita igitur doctrina clarè vides, quomodo te oporteat gerere, in acquirendo amico. Non enim debes quemuis obuium ſtatim admittere, ſed prius probatum: & hoc non in *proſperis*, ſed in *aduerſis*, *arduis*, & *difficilibus*. Tunc enim verus apparet amor, qui hac probatione non præmiſſa fictus poteſt eſſe, & falſus: proindeque cum illo circumſpectè & cautè agendum, nec ſecretum pectoris aperiendum; vt ex dicendis conſtabit.

PONDERATIO III.

Circa *Amorem*.

DVbitari non poteſt, quòd maximè conducat ad acquiſitionem amoris paſſiui, amor actiuus, ex quibus amicitia conſtat: hoc eſt, quòd amari cupiens amet. Vnde Seneca dixit: *Si vis amari, ama.* Et ſimile quoque cecinit Martialis ad Marcum: *Hoc non fit verbis, Marce: vt amèris, ama*; clarè inſinuans, qualis amor, amorem comparet; ſcilicet, non qui verbis tantum amat; de quo dixit Sapiens: *Eſt amicus, ſolo nomine amicus*; ſed corde, & opere; de quo Ioannes: *Diligamus non ſolum verbo, & linguâ, ſed opere & veritate.* Vnde increbuit etiam Hiſpanicum prouerbiũ, *Obras ſon amores, nò buenas razones.* Senec. epiſt. 9. Martial. Eccli. 37. 1. 1. Ioan. 3 18.

Duplex autem huius veritatis ratio à Patre Gregorio de Valẽcia affertur. Prima, *quia vel maximè*, inquit, *ipſe amor, eſt quiddam amabile, quod proinde amãtem, reddit amabilem*: quod prius dixerat D. Thomas de hoc amore actiuo ad charitatem ſpectante, his verbis: *Amari autem competit ei ſecundùm communẽ rationem boni: prout, ſcilicet, ad eius bonum, alius ad actum charitatis mouetur.* Ecce reciprocatio amoris ex bonitate conſiderata in amore actiuo. Val. 1. 2. diſp. 3. q. 2. punc. 2 D. Thom. 2. 2. q. 27. art. 1. in corp.

Secundò, quia, ait, *Vnit quodammodo amãtem amato, atque adeo efficit, vt bonum amantis, ſit quodammodo amati; ideoque, vt ab amato ametur, iuxta dictum Philoſophi: Amabile bonũ, vnicuique autẽ proprium, quia* Ariſt. 8. Ethic. c. 2 & 5.

vti-

vtique sicut vniuersi bonum secundùm se amant; vnusquisque tamen proprium bonum diligit.

D Thom. 1.2.q.28. art.2.

Radicem etiam rationis istius tradiderat priùs Diuus Thomas, quando concluſit, mutuam inhæsionem, esse effectum amoris; & explicuit quomodo amans esset in amato, *secundum apprehensionem*, scilicet. *In quantum*, inquit, *amans non est contentus superficiali amore amati; sed nititur singula, quæ ad amatum pertinent, intrinsecus disquirere; & sic ad interiora eius aggreditur.*

Deinde secundùm *reputationem* in amicitiæ amore, in quantum, scilicet, *reputat bona, vel mala amici, sicut sua; & voluntatem amici, sicut suam; vt quasi ipse in suo amico, videatur bona, vel mala pati, & affici.* Quod clarius dixit sequenti art. ex celebri illodicto Dionysij, *Amor extasim facit*; hoc est, *amantem extra se ponit*. Et dupliciter, iuxta dicta, contingere ait: secundùm, scilicet, vim apprehensiuam, & appetitiuam: & in amore amicitiæ potiùs hûc operari effectum. Quia licet in amore concupiscentiæ feratur amans *extra se*; tamen hoc facit *sibi*; non contentus proprio bono; & sic non simpliciter extra se exit. Quod in amore amicitiæ non contingit, quia fertur in bonum amici, non *sibi*, sed propter *ipsum amicum*: quæ amoris huius est puritas, de qua iam supra.

Dion. 4. de diuin. nem.

Hinc clarum remanet, quomodo quasi connaturale sit redamare amantem. Vnde dixit Diuus Ambrosius; *Quid tam insitum naturæ, quàm, vt diligentem diligas? quid tam inolitum, atque impressum affectibus humanis, quàm vt eum amare inducas in animum, à quo te amari velis?* Ambr. lib. 2. offic. c. 7 circa fin.

Pater etiam Augustinus relatus à D. Thoma, rem hanc considerans, dixit: *Nulla est maior prouocatio ad amandum, quàm præuenire amando.* Et subiungit verba consideratione dignissima: *nimis enim durus est animus, qui dilectionem, etsi non vult impendere, nolit rependere.* Et in Confessionibus ait: *Rea sibi est humana conscientia, si non amauerit redamantem, aut si amantem non redamauerit.* lib. 4. c. 9. Proinde Paulus vehementer pessimos peccatores obiurgãs, postquàm repletos omni iniquitate asserit, & varia enumerat scelera; tandem, quasi grauissimam addens censuram, tanquam extremam malorum lineã, dixit: *Sine affectione, absque fœdere, sine misericordia.* Quod etiam similiter ad Timoth. scripsit. Augst. 2. Timoth. 3. 2.

Vnde quoque S. Thomas hos vituperabiles dixit, his verbis: *Si non amant, & amentur, vituperantur.* Et Chrysostomus ait: *Amare nescire, turpe est.* Hinc est, D. Th. 2. 2. q. 27. art. 5. in corp. Chrys.

Digitized by Google

Prou. 8. 17. quòd benigna ſapientia dixit: *Ego diligentes me diligo*. Quod licèt intelligi poſsit de priori amore, quia, ſcilicet, dilectio ipſa hominis, ſit dilectio ſua, quatenus iſta non fieret ſine dono ſuo: tamen intelligi etiam poteſt de poſteriori amore, quem vtique erga ſe diligentes oſtendit, augendo dona ſua: proinde dixit *Ioan.* 14. 23. apud Ioãnem: *Si quis diligit me, Pater meus diliget eum; & ad eum veniemus; & manſionem apud eum faciemus*: augendo vtique gratiam. Ideo alibi clamat: *Apoc.* 22. 11. *Iuſtus iuſtificetur adhuc*; quia amori illius correſpõdebit amor meus, qui otioſus non eſt, ſed operatiuus, & efficax.

Et ſanè nihil frequentius in cantico illo amatorio, quo dilecti ſponſi inter ſe mutuò colloquuntur, auditur, quàm viciſſitudines amatoriæ, *Dilectus meus mihi*; *Cant.* 2. 16. & reciprocatio ſubiungitur, *Et ego illi*. Et rurſus amori ſponſæ, mutua ſponſi repenſio: *Cãt.* 7. 10 *Ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius*: cumulando, inquam me donis ex cordiali ortis amore. Et plura alia, ex quibus nectuntur illa ſacratiſsima cantica. Cùm autem eadem charitas ſit, qua DEVS diligitur, & proximus, eadem reciprocatio cerni debet in amore, quo homo in DEO diligit hominem.

Corollarium.

HAbes ergo ex doctrina tradita, primò, modum comparandi amicitiam veram, *amando*, ſcilicet. Et quo amore hoc facies, *cordiali* nimirum, qui in externa ſigna procedat, vt ex ſequentibus magis intelliges.

Secundò, cauſam intelligis, cur frequenter vera ſis deſtitutus amicitia, quam poſſes lucrari, ſi verè amares: & tibi lucrando, lucrum faceres fratris tui, qui non amando, DEO tuo perditus erat.

PONDERATIO IV.

Circa *beneficentiam*.

DIuus Thomas de hac beneficẽtia loquens, docet, actum, ſeu effectum charitatis eſſe. Cùm enim in charitate beneuolentia includatur, vt ſupra iam diximus, & ipſe hìc iterum docet; per beneuolentiam verò, velimus bonum amico: *Voluntas autem*, vt ipſe ait, *ſit effectiua eorum, quæ vult, ſi facultas adſit*: *ideo ex conſequenti, benefacere amico, ex charitatis actu conſequitur*. Hinc inferius repetit; *Beneficentia non eſt alia virtus à charitate: ſed nominat quendam charitatis actum*. Cùm ergo in tractatu hoc, de *amicitia charitatis* ſit ſermo, clarum

D. Thom. 2. 2. q. 31. art. 1. in corp.

idem art. 4. in corp.

rema-

remanet ad illam, beneficentiam pertinere.

Huius autem rationem profundiùs meditantes, dicimus cũ eodem S. Doctore, ex amore ad seipsum, hanc beneficentiã prouenire: Est enim amor *vnio*, vt supra est dictum: Vnius autem ad seipsum, vnio non est, sed vnitas: & quemadmodum hæc radix est, & principium numeri, ita etiam vnionis, quæ inter plures necessariò est: ergo efficacior est amor vnius ad se, & ex illo procedit amor in alium ad amicitiam pertinens. Proinde ab illo appellatur *amicitiæ radix*. Quemadmodum igitur sibi homo vult bonum, ita pariter illi, quem diligit; & similiter de fuga mali dicendum. Et quemadmodum respectu sui, benevolẽtiam in amore inclusam reducit ad actum, benefaciendo sibi; quod insinuant satis verba diuina; *Qui sibi nequam, cui alij bonus erit?* ita alteri, quem amat, idem vult bonum, quem sibi per amorem, vnum fecit. Vnde S. Doctor cõcludit: *In hoc amicitiam habemus ad alios, quòd ad eos nos habemus, sicut ad nos ipsos*. Quod confirmat authoritate Philosophi dicentis: *Amicabilia, quæ sunt ad alterum, veniunt ex his, quæ sunt ad seipsum*. Beneficentia ergo propria est amicitiæ, & præcipuè hæc charitatis.

Hinc intulit Iacobus c. 2. 15. quòd sicut fides sine operibus non consistit, ita etiam neque sine beneficentia amicitia. *Si frater, & soror*, inquit, *nudi sint, & indigeant victu quotidiano: dicat autẽ aliquis ex vobis illis; ite in pace, calefacimini, & saturamini; non dederitis autem eis, quæ necessaria sunt corpori; quid proderit?* nihil, scilicet, proderunt verba absque operibus, vt amicitiam veram hinc vos præsumatis habere. Quòd autem nomine *fratris*, &c. amicitia hæc intelligatur, patebit infra, & interim ex Paulo ad Rom. 12. 10. vbi hunc persuadens amorem, nomine *fraternitatis* eum compellat.

Propterea etiam Ioannes ex absentia benificentiæ, absentiam arguit charitatis, his verbis: *Qui habuerit substãtiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo; quomodo charitas Dei manet in eo?* Quasi dicat, minimè. Propterea verum amorem suadens, subiungit; *Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua, sed opere, & veritate*. Vbi veritas amoris opere comprobatur. Quod confirmãs Gregorius dixit: *Probatio dilectionis, est exhibitio operis*. Et alibi: *Amor, qui renuit operari, amor non est*. Amorem quoque naturæ, quo Isaac Esau diligebat, ait Scriptura, beneficentiam auxisse, dum dicit, *Amabat Esau*: & rationem istius subdit

S.Th. 2.2. q.25.a.4 in corp.

D. Tho. 2.2.q.31. art. 1. in corp.

Eccli. 14. 5.

Arist. 9. Et h. c. 8. circ. init.

Iacob

1. Io. 3. num.

Greg. 3. in Ioann. prin.

Digitized by Google

dit amoris, *eò quod de venationibus ſuis veſceretur*.

Eſt tamen videndum primò *A quo, Cui, & Quomodo* beneficentia hæc exhibenda ſit,

A quo beneficentia exhibenda ſit.

IDeſt, à quo amico. Ratio dubitãdi eſt, quia vnus ex effectibus amoris ſecũdùm Dionyſiũ eſt, quòd *moueat ſuperiora ad prouiſionẽ inferiorum*: qui ergo nobilitate, vel paupertate inferior eſt, hanc beneficentiam nequit præſtare. Quod confirmare videntur verba Auguſtini de doctrin. Chriſt. *Omnibus prodeſſe non poſſumus*: quomodo ergo amicus erit?

Dion. lib. de divin. nom. c. 4. poſt med.

Aug.

Sed reſpondetur primò ex D. Thoma, quòd homines non ſunt in gradibus ſuis *immutabiles*, ſicut Angeli: *Vnde*, inquit, *qui eſt ſuperior ſecundùm aliquid, vel eſt, vel poteſt eſſe inferior ſecundùm aliud*: & ſic ignobilis, vel pauper, in aliquo ſuperior, beneficentiam præſtare poterit. Et hoc quidem indicat ſatis Paulus, exemplo membrorum in corpore, cui comparat Chriſtianos in corpore Eccleſiæ myſtico, oſtendens, quòd licèt pes videatur in corpore inferius membrum, tamen nobilius, illo indigêre, imò & ignobiliori membro, maiorem præſtare honorem, vt conſideranti patet in membro inſeruiente receſſui. *Non poteſt*, inquit, *oculus dicere manui: opera tui non indigeo; aut iterum caput pedibus: non eſtis mihi neceſſarij: ſed multò magis quæ videntur membra corporis infirmiora eſſe, neceſſariora ſunt; & quæ putamus ignobiliora membra eſſe corporis, his honorem abundantiorem circumdamus.*

D. Th. ar. 3. in cor. ad 1.

1. Cor. 12. 21.

Vnde illi, qui ſe diuitem putabat, & nullius ope indigêre, oraculo diuino dictum fuit, miſerum eſſe. *Dicis, quòd dives ſum, & nullius egeo; & neſcis, quia tu es miſer, & miſerabilis, & pauper, & cæcus, & nudus*: quia vtique, vel actu, vel potentia, aut ſecundùm hominem interiorem, vel exteriorem, poteſt vnuſquiſque miſer eſſe, & alijs indigère; Vnde etiam de diuitibus dixit Propheta: *Eguerunt, & eſurierunt*.

Apoc. 3. 17.

Pſ. 33. 11

Et ſanè in ipſomet Dauide patet, fugiente à facie Saulis, indigente panibus Achimelech; & panibus Nabal; & fugiente à facie Abſalonis filij ſui ipſum perſequentis, indigente cibarijs Siba ſerui Miphiboſeth, & alijs adiutorijs ſubditorum ſuorum: & plenæ ſunt exemplis his Hiſtoriæ, tum diuinæ, tum humanæ. Ergo, qui ignobilior, inferior, aut pauper eſt, poteſt in euentu aliquo eſſe ſuperior, quatenus ope illius indigetur; & ſic ex verâ amicitiâ, quæ iuxta Dionyſium, *Superiora mouet in inferiorum pro-*

1. Reg. 21. 6. 25.

2. Reg. 16

Digitized by Google

prouisionem, beneficentiam exhibere.

Et hinc quidem documentum practicum in religionibus colligitur, vbi à multis contemnitur frequenter Fratrum Conuersorũ, aut Sacerdotum simplicium amicitia, tanquam isti ex inferiori statu, inhabiles sint ad beneficentiam, ad amicitiam requisitam. Nam in aliquo *respectiuè*, *actu*, vel *saltem potentia*, superiores sunt, & beneficentiæ apti, & consequenter amicitiæ veræ. Et sanè intentio talis contemnentium facit iam, amicitiam periclitari veram, quæ mercenaria non est, sed gratuita, vt supra ostendimus, & paulò infra tangemus.

Respondetur secundò ex eodẽ S. Doctore, quòd saltem beneficium orationis potest impendi à quoquam, & sic beneficentia exhiberi. Nam, vt etiam inquit Ambrosius, *beneficia non solùm pecuniaria sunt*. *Ambr. 1. de offic.*

Respondet tertiò idem S. Thomas, quòd licet actu non exhibeatur, tamẽ sufficit ad illam animæ præparatio, data opportunitate, & possibilitate.

Cui exhibenda sit.

REspondetur, secundùm Apostolum, præcipuè in aduersitate, seu necessitate constituto. *Beneficentiæ*, inquit, *& communionis nolite obliuisci*. Vbi Lyranus sic exponit: *Accipitur hìc communio, pro communione bonorum in necessitate.* Loquitur ergo clarè de effectu beneficentiæ præcipuo, qui est laborantem amicum iuuare. Propterea idem Apostolus laudat, in persona sua hoc factum à Philippensibus: *Bene fecistis*, inquit, *communicantes tribulationi meæ*; hoc est, me in mea paupertate, vestris muneribus adiuuantes. *Hebr. 13. 16.* *Lyran.* *Philip. 4. 14*

Vnde etiam Ambrosius adiumentum probat amici, dum inprosperis est, adiuuantis amore reciproco, positum in aduersitate amicum. *Si amici*, inquit, *secundæres amicos adiuuant, cur non & in aduersis amici rebus, amicorum adiumentum suppetat?* Quod quidem tanquam amori debitum ex ipso merito infertur in verbis illis diuinis: *Non est bonum homini esse solum: faciamus ei adiutorium simile sibi.* Nam patet ex similitudine, amorem, & ex amore inferri adiutorium. Adiutoriũ autem indigentiam supponit: nõ adiuuatur enim, nisi per se impotens, & ope, ex hoc, alterius indigens. *Ambr. de off. lib. 3: c. vit. an. med.* *Gen. 2. 18*

Ad hoc propositum faciunt etiam, quæ Paulus scribens ad Corinthios dixit; vbi primò mẽtionẽ facit beneuolentiæ in amicitiæ amore inclusæ, & ex hoc beneficentiam infert: *Quemadmodum promptus est animus voluntatis*; ecce beneuolentia; *ita & sit perficiendi ex eo, quod habetis*; ecce beneficentia. Vnde *2. Cor. 8. 11.*

post

Digitized by Google

num. 14. post pauca subiungit: *In præsenti tempore, vestra abundantia, illorum inopiam suppleat.* Eundem sensum habent verba, quibus cōcluditur caput illud, beneficentiam ex beneuolentia, similiter num. 24. inferendo: *Ostensionem ergo, quæ est charitatis vestræ, & nostræ gloriæ pro vobis, in illos ostendite in faciem Ecclesiarum.* Et frequenter hoc in ipsius epistolis Ro. 12. 12 legitur, vt ad Rom. 12. 12. *Necessitatibus Sanctorum communicantes, &c.* & in totâ Scripturâ diuina sæpè traditur. Vnde quoque Sapiens protulit: *Non* Eccli 37. 6. *obliuiscaris amici tui in animo tuo.* Quod pro beneuolentia dixit: & de beneficentia subdit, *& non immemor sis illius in opibus tuis*: quibus vtique indiget necessitate oppressus.

Hoc etiam beneuolentiæ signum à Petro fuit Magistro suo ostensum, cùm milites eum cōprehensuri accederent. Ex feruore namque charitatis, responso nō expectato interrogationis Luc. 22. illius, *Si percutimus in gladio?* 49. ipso euaginato, serui Pontificis dexteram amputauit auriculam. De quo amore sic loquutus est S. Leo. S. Leo: *Beatus Petrus, qui animoſiore constantia Domino cohærebat, & contra violentorum impetus feruore sanctæ charitatis exarserat, in seruum Pontificis Sacerdotum vsus est gladio, & aurem viri ferociùs instantis abscidit.* & S. Chrysost. illum excusans à culpa, ait: *Verùm non se, sed Magistrum vltus est.* & homil. 85. in Matth. inquit: *Tu Discipuli amorem, & humilitatem considera.* Alterum enim, idest, ferire Malchum, ex diligendi feruore: Alterum, idest, reponere gladium in vaginam, ex obedientia fecerat, vt quidam modernus Doctor subiungit. In quo quidem ostendit, magis isto facto argumentū quæsiuisse amoris, quàm vulnus persequutoris. Chrys in Ioan. Carthag. lib. 10. homil. 6.

Quomodo exhibenda sit.

HOc erat tertium, quod circa beneficentiam posuimus explicandum. Et primò respondeo, gratuitam esse debere; quod satis liquet ex superiùs dictis, quando primam amicitiæ conditionem expendimus, quòd, scilicet, *gratuita* sit: & sanè hoc etiam significauit Dominus, apud Lucā in verbis illis, *Cùm facis prandium, aut cœnā:* Luc. 14. *noli vocare amicos tuos.* Non 12. enim per hoc voluit beneficentiam erga amicos excludere, cum hic præcipuus actus sit amicitiæ, vt satis liquet ex dictis: sed iuxta D. Thomam mercedem inuitationis excluſit, volens, quod beneficentia omnino gratuita sit, ne amor sit mercenarius. *Dominus*, inquit S. Doctor, *nō prohibet simpliciter vocare amicos, aut consanguineos ad* S. Th. 2. 2. q. 3. art. 3 ad 1.

con-

Digitized by Google

conuitium; sed vocare eos ea intentione, quòd te ipsi reinuitent: hoc enim non erit charitatis, sed cupiditatis.

Vnde hanc beneficentiæ puritatem, ex vero ortam amore, qui nescit cupidinem, Dominus
Luc.6.33 suasit: *Si benefeceritis his, qui vobis benefaciunt, quæ vobis est gratia?* quasi per hoc verus amor deficeret, de quo dixit Au-
Aug. sup. ep. Ioan. gustinus: *Verè qui amat, gratis amat.*

Secundò respondeo *festinam* esse oportere: quod confirmat
Plutar. Plutarchi doctrina, dicentis: *Ad genuinam amicitiam tria requiruntur potissimùm; virtus, vt pulchrum; consuetudo, vt iucundum; vsus, vt necessarium. Nam & cum iudicio respiciendus est amicus; & consuetudo læta esse debet; & vsus occasione exigente, promptus*: vbi posita necessitate vsus, seu beneficentiæ, modũ ipsius in promptitudine ponit.

Et vtendo exemplis, patet hoc primò in Dario Rege Babylonis, qui charitate honesta, licèt ordinis naturalis, diligens Danielem, illum positum in lacu leonum, primo mane non pigritauit inui-
Dan.6.19 sere, vt diuina narrat Historia. *Cùm Rex primo diluculo consurgens, festinus ad lacum leonum perrexit.* Secundò in Beatissima Virgine Domina nostra, quæ audiens Elisabeth cognatam suã, necessitati partus esse vicinam, ad illam ire non solùm non distulit, sed festinanter se contulit, vix asperitate spreta, licèt iuuencula delicata, & domus exitus non
Luc.2.39 experta: *Exurgens abijt in montana cum festinatione.* Charitas enim vbi est, feruida est, & moras nescit. Talẽ igitur te debes monstrare, præstans beneficium indigenti amicó, si verè diligis illum.

Corollarium.

HInc colliges primò, qualis sit amicitia tua, expendẽdo, nimirum, qualis sit beneficẽtia tua, qualitatibus requisitis ad ipsam, an in te sint, bene perpensis.

Colliges secundò modũ, quo amicitiam veram acquiras, beneficentiã hac vtendo: quod in hac consideratione intendimus.

PONDERATIO V.

Circa *Reuerentiam.*

SIcut à fraterno amore cor auocat vilipendium, iuxta illud, *Qui conuiciatur amico,* Eccli. 22. *dissoluit amicitiam*; ita ad illum 26. allicit exhibitus honor, vt Apostolus indicat, dum ad Romanos scribens, dixit, *Honore inuicem* Ro.12.10 *præuenientes.* Et quia *sola virtus* (secundùm Doctorem Angelicum) *est debita causa honoris,* & S.Th.2.2. q.63.a.3 in 1ºp. nemo est, qui vitio aliquo non sit irretitus; hunc honorem non debere impendi, & à fortiori in illo

illo prævenire, poterat quis inclamare; ideo intentio Apostoli in verbis prædictis fuit, iuxta expositionem Lyrani, considerationem vitij, ex humilitate, circa se esse debere, & non circa alium: sicque sibi ex hoc superiorem considerando, illum prævenire honore; quod quidem expressius dixit ad Philippenses scribens: *In humilitate superiores sibi invicem arbitrantes*.

Lyran.

Philip. 2. 4.

Et quia præventio ista reverentiæ, tarda esse non debet, vel ex malo affectu, ideo iuxta expositionem eiusdem Doctoris, subditur, *solicitudine, non pigri, spiritu feruentes*; hoc est, spiritu Dei, non mundi, qui nouit frequenter hæc exhibere obsequia, sed auaritiæ intuitu, aut ambitus; de quo alibi ex Ambrosio dixi, *curuatur obsequio, vt honore donetur*. Igitur pura sit reuerentia, non aliqua cupidine mixta, sed propter aliquam bonitatem à Deo participatam, considerata in proximo.

Ro. 12. 11

S. Ambr. prop. 1.

Et iste modus est conciliandi amicum; de quo Sapiens loquens ait: *Pro reuerentia accedet tibi bona gratia*. Sicut è contra irreuerentia, illum perdẽdi est causa; vt ipsemet testatur, dicens: *Cùm perdiderit reuerentiam, derelinquetur ab eo*; scilicet, amico, de quo ibi est sermo.

Eccli. 32. 14.

Eccli. 29. 23.

Imò impossibilis reputatur regressus cõuiciantis, aut improperantis amici, ad conuiciatum, & improperatum. Nam enumeratis asperis, quæ omnino non separant, ponuntur aliqua, quæ tollunt regressus spem ad amorem mutuum verum. *Excepto*, inquit, *conuicio, & improperio, & superbia*; qua vtique quis se extollit, amico contempto.

Eccli. 22. 27.

Habes ergo hinc modum amicitiam acquirendi; & cautionem simul, quò fugias amissionem illius.

PONDERATIO VI.

Circa *Affabilitatem*.

SI originem nominis considerauimus, reperiemus à verbo *affor, aris*, & nomine *lætitiæ* ductum esse; idemque est, ac affaricum lætitia, quæ blandi & mitis sermonis est causa; & sic in verbis consistere blandis, quibus placidum quis se ostendat in cõuersatione communi, aut particulari. Ita ex Ambrosio in subiecta materia colligitur in 2. de offic. cap. 7. vbi dicit: *Legimus non solùm in priuatis, sed etiam in ipsis Regibus, quantum facilitas blandæ affabilitatis profecerit*.

Ambr.

Et exempla affert de Moyse, & Dauide. Nam de primo ait: *Et cum* Deo *constanter loqueretur, homines tamen humili, & grata appellatione affari solebat*: & ita sibi amicitiam omnium acquisiuisse testatur: *sic*, inquit, *totius plebis mentes deuinxerat*.

De

Digitized by Google

De Dauide autem sic loquitur: *Quàm mitis, & blandus, humilis spiritu, sedulus corde, facilis affatu!* & affabilitatis istius subdens effectum, ait: *Ideo tam charus erat omnibus, vt iuuenis ad regnum, etiam inuitus peteretur, & resistens cogeretur: senex, ne prælio interesset, à suis rogaretur; quòd mallent omnes pro ipso periclitari, quàm illum pro omnibus.* Et hoc sanè docuerat sanctus Spiritus per os Sapientis, dicens: *Verbum dulce multiplicat amicos.* Eccli. 6. 5 Vnde idem Ambrosius 1. de offic. c. 47. *Accedat suauis sermo, vt conciliet sibi affectum audientium; gratumque se vel familiaribus, vel ciuibus, vel si fieri potest, omnibus præbeat.*

S. Th. 2. 2. q. 114. a. 1. corp. Diuus autem Thomas docet non solùm in blandis, & placidis verbis consistere, quibus cum alijs delectabiliter conuiuit; sed etiam in *factis*, per quæ, corporis gestus, & motus intelligi possunt: & huius exempla aliqua ex Scriptura diuina adducere possumus.

Et primò in Assuero Rege, respectu Reginæ Esther. Cùm enim trepida ad eum accederet, & præ timore deficeret, non solùm Rex dulcibus, & blandis verbis consolatus est eam, sed gestibus corporis subleuauit, virgarum suarum substentatione, & sceptri tactu, quod erat signum clementiæ, vt ex his verbis scriptum est manifestum. *Festinus* Esther 15. 11. *ac metuens exiluit de solio, & sustentans eam vlnis suis, donec rediret ad se, his verbis blandiebatur: Quid habes Esther? ego sum frater tuus: noli metuere,* num. 12. *non morièris: non enim pro te, sed pro omnibus hæc lex constituta est. Accede igitur, & tange sceptrum. Cùmque illa reticèret,* num. 13. num. 14. *tulit auream virgam, & posuit super collum eius, & osculatus est eam, & ait: Cur mihi non* num. 15. *loqueris? &c.*

Et notabilia sunt verba, *Ego sum frater tuus*: nam idem est, ac ego sum *amicus tuus*, cùm aliquando hoc nomen *frater* in Scriptura diuina hũc habeat sensum, vt ex Leuitico patet, vbi dicitur: *Non oderis fratrem tuũ in corde tuo*: & vetito odio, præcipitur dilectio post pauca: *Sic diliges amicum tuum, sicut te ipsum*: ergo amicus idem est, ac frater. Et ita Dominus discipulos suos, quos amicos appellauerat, postea nominat fratres. *Vade* (inquit) *ad fratres meos, & dic eis.* Proinde dicendo Rex, *Ego sum frater tuus*; idem fuit, ac *amicus tuus*: quod effectibus probans exteriùs, affabilitate est vsus, verbis oris, & gestibus corporis. Ex quo doctrina Angelica venit corroborata. Leuit. 19. 17. num. 18. Io. 20. 17.

Et quantùm ad dulcia verba, exemplum etiam habetur euidens in Ioseph Patriarcha cum fratribus suis. Nam timentibus illis mortem propter iniuriam inno-

Digitized by Google

innocenti fratri illatam, dixit Scriptura diuina: *Consolatus est eos, & blandè ac leniter est locutus.*

Gen. 50. 21.

Sed tria hìc possunt quæri, scilicet, *Quibus*, *Quomodo*, & *Quando* affabilitas hæc sit exhibenda.

Quoad primum respondeo, quod præcipuè tribulationis tẽpore, & mæstitudinis, vt clarè patet ex prædictis exemplis. Ideo quoque Sapiens dixit: *Congregationi pauperum affabilem te facito.* Vbi per *pauperes* non solùm possunt intelligi in necessitatibus rerum positi, qui etiam benignè tractandi sunt; sed in angustijs cordis constituti; qualis erat ille, qui clamans dixit: *Iste pauper clamauit, & Dominus exaudiuit eum*: adducens pro efficaci motiuo ad benignitatem suadendam diuinam, cordis sui angustiam, nomine paupertatis proponens.

Eccli. 4. 7.

Psal. 33. 7.

D. Thom. loc. cit.

Quoad secundum, dico cum sancto Doctore, *Vt ad vnumquemque se habeat, secundùm quod decet.* Vnde patet, quòd secundùm conditiones personarum moderanda sit affabilitas; inuigilandum tamen, ne per immoderationem, in adulationem decliner, quæ per excessum huic affabilitati opponitur, vt alibi dixi, & infra sermo redibit. Interim huic inseruiat doctrina Ambrosij, dicentis: *Affabilitatem quoque sermonis diximus ad cõciliandam gratiam valere plurimùm.* & assignans modum, subdit: *Sed hanc volumus esse sinceram, ac sobriam, sine vlla adulatione, ne simplicitatem, ac puritatem alloquij dedeceat sermonis adulatio.* 2. de off. cap. 19. & compendiosiùs S. Bonauentura: *Esto omnibus benignus, nemini blandus.*

Amb.

S. Bonau. in Spec. disc. c. 6.

Quoad tertium, dico primò in bonis tãtum actibus oportere ostendi, vt alibi docui ex illo Ecclesiastes: *Melior est ira risu, quia per tristitiam vultus corrigitur animus delinquentis*: per hilarem enim faciem, vt ibi notaui, videtur malum foueri.

Eccl. 7. 4.

Dico secundò, non solum tristem ex se deberi vultum ostendere, sed contristare amicum, vt à malis retrahat eum; exemplo Apostoli, qui non erubuit contristare eos, quos vera charitate amabat. 2. Corinth. 7. 8. Et hæc superiori volumine iam explicata manent; & hîc breuiter pro occasione tetigimus.

Prop. I. cons. 19.

Corollarium.

EX quibus patet primò, immeritò conqueri illos, qui faciem sustinent tristem amici, aut per correctoria verba increpantur, quasi hoc affabilitati amicabili contradicat. Nam cùm hæc, ordinata, & moderata esse debeat, vt virtuosa sit, & honesta, ac veræ amicitiæ argumentum,

Digitized by Google

tum, si in hoc deficeret, iam non esset effectus veri amoris, sed adulatorij mali.

Secundò, quomodo possis tenere modum verum acquirendi amicum, qui huius confidetationis est finis.

PONDERATIO VII.

Circa Fidelitatem.

POtest ista fidelitas intelligi, Primò, de *permanentia in tribulationibus*, amico fidelitatem seruando, porrigendo ei auxilium, neque ipsum deserendo: de qua *fidelitate* satis dictum manet iam supra in discursu circa conditionem secundam ad veram amicitiam requisitam.

Secundò, de fidelitate *in stando promissis*, etiam cum periculo proprio. Sic enim non solum stabilitur in amicitia acquisita illius, cui seruat fidem, sed nouam acquirit alterius obseruantis, vt patet in historia Damonis & Pythiæ, narrata à Valerio Maximo, & memorata à multis. Cùm enim alterum ex his Dionysius Syracusanus interficere vellet, atque is tempus ab eo, quo prius quàm periret, domum profectus, res suas ordinaret, impetrauisset; alter vadem se pro reditu illius tyranno dare non dubitauit: solutus erat periculo mortis, qui modò gladio ceruices subiectas habuerat, eidemque caput suum subiecerat, cui securo viuere licebat. Igitur omnes, & imprimis Dionysius, nouæ, atque ancipitis rei exitum speculabantur. Appropinquante deinde definita die, nec illo redeunte, vnusquisque stultitiæ tam temerariù sponsorem damnabat: At is nihil se de amici constantia metuere prædicabat. Eodem autem momento, & hora à Dionysio constituta, qui eam acceperat, superuenit. Admiratus amborum animum tyrānus, supplicium fidei remisit: insuperque eos rogauit, vt se in societatem amicitiæ, tertium sodalitij gradum, intima culturum beneuolentia, reciperent. Sicque fidelitatem constat de tyranno fecisse amicum, & beneficum de vltore

Valerius Max. lib. 4. de amicit. vinc.

Tertiò, de fidelitate in *seruando secreto* ab amico commisso: de qua loquens Sapiens in Prouerbijs, dixit: *Qui fidelis est animi, celat amici commissum*; ideſt, inquit Lyranus, *Secretum sui amici, commissum suæ fidelitati*. Et de infedeli ibidem dixit: *Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana*, suæ vtique fidelitati commissa: frequenter enim contingit, quòd odiosa fidei illius committantur, quæ reuelata, pariunt multa mala; quæ quia nociua esse experiũtur, maximè dolet hæc plaga, & fugitur inflictor, ideſt, amicus falsus, reuelator secreti: de quo clarè

Prou. 11. 13.

Lyran.

Digitized by Google

Eccli 6. 9. loquens Eccleſiaſticus dixit: *Eſt amicus* (ſcilicet falſus) *qui odiũ & rixam, & conuicia denudabit*. Qui cum aliquo, inquit Lyran. ibi Lyranus, *fingit amicitiam, vt ſciat ſuum ſecretum, vt ſic melius poſsit impugnare eum*; ſicut in legenda B. Tiburtij dicitur de Torquato, qui iunxit ſe Chriſtianis, vt eos grauiùs impugnaret: propterea alibi dixit, quòd gladius contra amicum productus, aut verbum triſte, non diſſoluũt omnino amicitiam, ſed quòd facilis ſit regreſſus: tamen aliqua excipit, quibus datis, dicit concordationem impoſsibilem: & inter hæc, reuelationem po- Eccli. 22. 26. nit ſecreti. *Ad amicum*, inquit, *ſi produxeris gladium, ne deſpe-* num. 7. *res: eſt enim regreſſus. Ad amicum, ſi aperueris os triſte, non timeas, eſt enim concordatio: excepto conuicio, & improperio, & ſuperbia, & myſterij reuelatione, & plaga doloſa*. Vbi per reuelationẽ myſterij, ſecreti amici commiſsi apertionem intelligit, iuxta interpretationem Lyrani.

Quare non ſolum perditur acquiſitus amicus, ſed non acquiritur nouus. Quod expreſsè idẽ Eccli. 27. 17. infra protulit his verbis: *Qui denudat arcana amici, fidem perdit*: ideſt, fidelitatem cum amico: & intelligitur de acquiſito: *Et non inueniet amicum ad animum ſuum*: Ecce impoſsibilitas acquirendi amicum. *Nam* Lyran. *alij* (inquit Lyranus) *timentes ſic per eum ſcandalizari, meritò refugiunt ipſum*. Non ſolùm ergo fidelitas hæc conſeruat amicitiam priſtinam, ſed nouam acquirit; ſicut, per oppoſitum, infidelitas, & veterem extinguit, & nouam impedit.

Corollarium.

IGitur hinc habes, quomodo te debeas gerere, vt amicitiam veram acquiras: ideo eſto fidelis in ſubueniendo perſeueranter amico in neceſſitate vel anguſtia poſito, cùm ſcriptum ſit: *Fidem poſſide cum amico in* Eccli. 22. *paupertate illius*. 28.

Eſto fidelis in ſeruandis promiſsis, & inuenies gratiam in oculis hominum. Ad hoc iuuabit, vires tuas conſiderare priùs, ne deficias poſtea, cùm emiſſum verbum te obliget, vt Sapiens dixit: *Non ſpondeas ſuper virtu-* Eccli. 8. *tem tuam: quòd ſi ſpoponderis,* 16. *quaſi reſtituens cogita*.

Eſto fidelis in ſeruando ſecreto commiſſo tibi, maximè in re odioſa, conſiderando te reum fore malorum inde emergentiũ, & iacturam veteris amici, & noui facturum.

PONDERATIO VIII.

Circa *Bonitatem*, & *Sanctitatem*.

DE iſtis duobus motiuis, quibus acquiritur amicitia,

tia, simul dicemus, cùm in sanctitate bonitas includatur, imò ipsa bonitas eximia sit: quapropter sicuti gradus quidam distinguentur. De bonitate enim loquimur cōmunius sumpta, prout in plurib⁹ reperitur: & de sanctitate, prout in paucioribus, quæ in quibus est, magis allicit ad amorem, vt ex dicendis constabit.

Fundamentum ergo resolutionis istius sumitur ex doctrina Angelica tradita 1.2. vbi resoluit solam bonitatem, causam esse amoris. Quod confirmat primo ex P. Augustino 8. de Trinit. dicente: *Non amatur certè, nisi solum bonum*. Secundò, quia illud est propriè causa amoris, quod est obiectum amoris: amoris autem proprium obiectum est bonum: ergo solum bonum propriè est causa amoris.

S.Th. 1.2 q.27. a.1

August.c. 3.in prin & c. 4.

Quod etiam de pulchro asseruit Dionysius, dicens: *Non solùm bonum, sed etiam pulchrum est omnibus amabile*. Quod certè non obstat S. Thomæ doctrinæ, cùm re ipsa pulchrum non distinguatur à bono, vt explicat S. Doctor; sed ratione tantum, quatenus de ratione boni est, quòd simpliciter complaceat appetitui; & de ratione pulchri, quòd addat supra bonum, ordinē quēdam ad vim cognoscitiuam; & sic dicatur, quatenus ipsa apprehensio, seu cognitio boni placet, & allicit: in re tamen nunquam istius modi rationes reperiuntur disiunctæ, cùm bonum, nisi vt cognitum, ad amorem sui non trahat, vt sequenti articulo idem S. Doctor docet; iuxta illud P. August. de Trin. *Nullus potest amare aliquid incognitum*.

Dion. 24 de Divin. nom. in p. 1. parum ant. med.

Aug. in prin. lib. 10.5.

Bonitas igitur cognita, seu pulchrum, amoris est causa. Si autem dicatur, quomodo cognita, si cœcus amor depingitur? Respondetur, de carnali, seu prophano picturam intelligi; de quo loquens Bernardus dicit: *Non tam affectibus currit, quàm defectibus*. Prævalente enim passione sensus, non sinit perfectè speculari obiecti bonitatem spiritualem: ideo cœcus factus abutitur illa. Non sic autem spiritualis amor, & honestus, de quo sic S. Thomas affirmat: *Contemplatio spiritualis pulchritudinis vel bonitatis, est principium amoris spiritualis*.

Bernar.

D.Th.ar. 2. in cor.

Vel enim possunt considerari in proximo morales virtutes ordinis naturalis, vt humilitas, modestia, mansuetudo, patientia, &c. Et sic allicient ad amicitiam honestam ordinis naturalis: quod considerans etiam Ethnicus lumine naturali ductus, dixit: *Conciliatrix amicitiæ, est virtutis opinio*. Et S. Thomas ex Philosopho inquit: *Nihil ita proprium est amicitiæ, sicut bona vita*. Plutarchus quoque quærens, quo numismate cōparentur amici, respondet, *Benevolentia*, &

Tull. in Lelio.

D.Thom. 2.2.q.25. in corp.

Plut. libel. de amic.mul.

gratia cum virtute coniuncta. Et paulo infra inter tria potiſsimum ad amicitiam requiſita, ponit *virtutem*, & *pulchrum*, vt iam ſupra monuimus.

Si autem conſiderentur ordinis ſupernaturalis virtutes, quæ pulchritudinem ſupernaturalem conſtituunt, ad ſupernaturalem amorem honeſtum alliciunt, & charitatis pariunt amicitiam; vt D. Hieronymus de ſe ipſo fatetur, dicens: *Vltro ſoleo bonorum appetere neceſſitudinem, & me eorum ingerere charitati.* De hac etiam præcipuè D. Thomas loquens, inquit: *Amicitia honeſti non habetur, niſi ad virtuoſum.*

Hier. ep. 32. quæ eſt ad Abig.

D.Th.2.2 q.23.art. 1.ad.3.

Et quia poterat aliquis proloquio huic cõtradicere ex præcepto Dominico, quo iubet ex charitate etiam peccatores diligere; Reſpondet, tunc non ferri amorem in peccatores, vt ſic, ſed vt ſunt quid ad DEVM attinens, propter quem diliguntur.

Hìc autem non omittam notare, inter alia, quæ maximè bonitatem illuſtrant, & amabilem reddunt, Manſuetudinem eſſe, Scriptura diuina dicente: *Fili in manſuetudine opera tua perfice.* Et fructum ponens dilectionis, ſubdit, *Et ſuper hominum gloriã diligèris.* Eccli. 3. 19. quod etiam Ambroſius docuit 2. offic. cap. 7. *Bonitas*, inquit, *ſi manſuetudine morum adiuuetur, incredibile, quantum procedit ad cumulum dilectionis.*

Eccli. 3. 19.

S. Ambr.

Præcedens Doctrina illuſtratur exemplis.

ET primo in Lia & Rachele. Nam primam eo quòd oculis eſſet lippis, non ſolùm Iacob non amauit, ſed etiam deſpexit, vt patet ex ſacro textu Geneſ. 29. Rachelem autem valde dilexit, eo quòd pulchra eſſet. Dicitur enim ibi: *Rachel decora facie, & venuſto aſpectu.* Et amor ex pulchritudine ortus ſubditur: *quam diligens Iacob*, &c.

Gen. 29.

Secundo in Eſther, de qua ſic dicit eadem Scriptura diuina: *Erat formoſa valde, & incredibili pulchritudine.* Et ſimiliter amor, effectus illius, ſubiungitur: *Omnium oculis gratioſa, & amabilis videbatur.* Licèt enim pulchritudo exterior ſoleat conciliare amorem: tamen ſi in illa ſiſtitur, carnalis eſt. Proinde de ea alibi eſt ſcriptum: *Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo*; quia, ſcilicet, ſolet decipere animas, & capere falſo amore. Hinc ſola pulchritudo interior laudatur ad verum trahens amorem; vt ex ſequentibus verbis patet: *Mulier timens Dominum ipſa laudabitur.* Quaſi ex ſola ipſa exiſtens pulchra, digna eſſet amore. Quod inſinuãt etiam verba ſponſę, *Nigra ſum, ſed formoſa filiæ Ieruſalem*: hoc eſt, licèt vobis exteriùs deformis appaream, tamen cùm intus ſim pulchra, hoc ſolũ ſatis

Eſther 2. 15.

Prou. 31. 30.

Cant. 1. 4.

eſt,

Digitized by Google

eſt,ſponſum ad amorem allicere.

Mulieres autem prædictæ, ſi myſticè, & allegoricè conſiderentur, pulchritudinem deſignabant internam, quam ſpōſus animarum ſanctarum CHRISTVS IESVS in ſpōſis ſuis requirit. Proinde quandam laudans, & omnes Can. 4. 1. in ipſa, dixit: *Quàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es! oculi tui columbarum, abſque eo quod intrinſecus latet*. Vbi externam pulchritudinem ſine interiori minimè conſiſtere, ſatis indicat: &, vt quid, in amore conſideratione digniſsimum, paulò infra replicat. Et Pſalmiſta poſt ornamenta recenſita *Filiæ Regis*, Pſ. 44. 14 pronunciat, *omnis gloria eius ab intus*. Quaſi nulla ſit, quando deeſt interior. Per æternam autem pulchritudinem, & veſtimēta, ſeu ornamenta externa, præcipuè intelligendi ſunt actus virtutum, qui foris apparent, & ſigna ſunt virtutis internæ: qua ſi anima euacuata eſſet, in oculis DEI turpis eſſet, nullo vero digna amore.

Quia autem externa iſta, internorū ſunt ſigna, dicente Domino, Matt. 7. 16. *A fructibus eorum cognoſcetis eos*; hinc eſt, quòd per externos actus virtutum, veram virtutem intus exiſtentem coniectantes, allicimur ad amorem. Quomodo Sacerdos Madian, Moyſis fuit captus amore, illius fortitudine & charitate auditis, in defendendis puellis filiabus ſuis à paſtorum iniuria, & ouium adaquatione. Nam ex hac vna re, vt Diuus Gregorius Nyſſenus notat, *Nyſſenus, de vita Moyſis.* virtutē illius cognoſcens, eum dilexit in ſponſum filiæ ſuæ Sephoræ.

Ad propoſitum etiam Vltimò notandum duco cum quodam Doctore moderno, *Mend. in lib. 1. Re. c. 1. n. 5.* quòd adeo eſt amabilis virtus, vt etiam vmbra illius alliciat ad amorem. Quod probat exemplo iuuenis illius, qui Matthæi 19. 20. gloriabatur ſe omnia præcepta legis à iuuentute ſua ſeruaſſe. Qui licet ſecundum Bedam, & alios, **Beda.** verum dixerit; tamen iuxta Hieronymum, Ambroſium, & alios, quos citat, mentitus eſt. Et mendacium, ait, colligere auctorem imperfecti ex verbis Domini, *Serua mandata*, ibidem nu. 17. *Matt. 19.* *Nam in hoc*, inquit, *quod admonetur ſeruare, oſtenditur nō ſeruaſſe*. Et colligi etiam poſſe, ait, ex difficultate, quam habuit parendi conſilijs: audito enim conſilio de Euangelica paupertate, *abijt triſtis*, ibidem nu. 22. Non eſſet autem tam moroſus conſiliorum auditor, ſi fuiſſet ab ineunte ætate tam ſtudioſus mādatorum obſeruator. Et colligi vlterius poteſt ex verbis Domini, qui illius cauſa dixit, *Faciliùs eſt camelum intrare per foramen acus, quàm diuitem in Regnum cælorum*, ibidem n. 24. Tacitè illius diuitias reprehēdens, non reprehenſurus planè, ſi cum

mandatorum obseruantia iungerentur. Et nihilominus Marci 10. 21. additur: *Iesus autem intuitus eum, dilexit eum*, insinuans diligere saltem vmbram quandam, seu leuiter adumbratam speciem sanctitatis; quatenus iuuenis ille maluit virtutis cultor apparère, quàm contemptor; & pronum ad legis obseruãtiam animum ostendere. Hæc iste Auctor.

Mar. 10. 21.

Qui pariter vim magnam virtutis ad corda mouenda considerans, ait, etiam cor hostile mouere, ex Naziãzeno, qui factũ Antiochi Tyranni cum septem Machabæis expendens, afflictis iam, & extinctis cæteris per sæua tormenta, sæuitiam in amicitiam conuertens, cùm iunior tantum supereſſet, *cum iuramento affirmabat, se diuitem illũ, & beatum facturum, & amicum habiturum*. Quid, improbe Tyranne, tuum amorem tam largiter effundis in eum, cuius cruorem tam crudeliter effudisti? Ad quod sic optimè respondet Gregorius: *Ipse quoque Antiochus admiratus est, conuersis in admirationem minis. Nam egregiorum hominum virtus, hostibus quoque ipsis admirationem excitare solet, cùm sedata iracũdia facinus in seipso perpẽditur.*

Nazian. orat. de Machab.

2 *Mach.* 7. 24.

Corollaria.

EX Dictis ergò benè perpẽsis collige Primò, quàm optimum medium sit virtus ad amicitiam comparandam: quare si hunc thesaurum vis possidère, stude veram virtutem habere.

Secundò, Pulchritudo hæc præcipuè debet esse interior: nã exterior fallax, & vana, & profani causa amoris.

Tertio, Quòd interior ita sit, vt exterioribus actibus vacua nõ sit, si humanam honestam amicitiam vis comparare, quæ ex exterioribus interiora coniectat.

Quartò, Quàm inhumani sint illi, & peiores Tyrannis, qui virtute spreta, odium, & auersionem concipiunt, inuidia ducti, pessimo malo. Non tamen hinc tollitur decor virtutis in oculis Dei, quibus solùm quærit placere anima iusti, propterea etiam canens, *Nigra sum*, vtique in oculis vestris ad effectum odij, & repudij: *sed formosa*, in oculis DEI, ad effectum amoris & tripudij. *Cant. 1. 5*

Et hæc de ista consideratione contra Amicitiam falsam per veræ acquisitionem. Sequitur

CONSIDERATIO II.

Ex vera amicitiæ conseruatione.

QVEMADMODVM diuinitus acquirendi amicitiam veram, magnam curam requirit, sic nonmino-

Digitized by Google

minorem, illius expoſtulat conſeruatio: cùm non minus difficilis ſit, iuxta illud dictum Hieronymi: *Amicus diu quæritur, vix inuenitur, difficilè ſeruatur*. Et licèt modis omnibus, quibus acquiritur, ſeruetur, tamen ſequentibus id etiam potiſſimum obtineri, excogitauimus. Nimirum

Hieron.

I. Conuerſationis raritate.
II. Vnanimitate.
III. Compaſsione.
IV. Congratulatione.
V. Correctione.
VI. Æquatione.
VII. Secreti reuelatione.
VIII. Amici recordatione.
IX. Suſpicionis amotione.

PONDERATIO I.

Circa *Conuerſationis raritatem*.

DVplicem vnionem diſtinguit S. Doctor Thomas in Amore: Alteram *formalem*, quæ conſiſtit in affectu; de qua Pater Auguſtinus 8. de Trinit. ait: *Amor eſt iunctura quædam, aliqua copulans, vel copulare appetens, amantem, ſcilicet, & amatum*. Alteram *realem*, & eſt effectus prioris; quæ tunc datur, cùm realiter amans amato præſentialiter adeſt: quia, ſcilicet, amor formalis, inquit D. Thom. *mouet ad deſiderandum, & quærendum præſentiam amati, quaſi ſibi conuenientis, & ad ſe pertinentis*. Et ad hoc refert dictum Philoſophi 2. Polit. ex Ariſtophane dicente, quòd *amantes deſiderãt ex ambobus fieri vnũ: ſed quia ex hoc accideret, aut ambos, aut alterum corrumpi, quærunt vnionem, quæ conuenit, & decet; vt, ſcilicet, ſimiliter conuerſentur, & ſimiliter colloquantur*. Proinde de amicitia loquens quoque Plutarchus, dixit: *Neque dulcius in ſe quidquam ea habet præſentia, & vitæ ſocietate*. Et indicauit ſatis Pſalmiſta, quando cecinit: *O quã iucundum habitare fratres in vnum!* vbi cum vnione priori animarum, ibi, *in vnum*, coniunxit ſecundam realis præſentiæ, ſcilicet, *habitare*: & hoc iucundum pronunciat; & de amicis loquitur nomine *fratrum*, vt ſuperiùs iam manet notatum.

S.Th. 1.2 q.28. a.1 in corp & ad 2.
Aug. 8. de Trin. c. 10. circa prin. to.3
Ariſt.
Plut. lib. de amic. mult.
Pſ.131.2

Et hoc eſt, quod ex ſe affert amor: tamen moderamine indiget, vt conſeruetur; vt clarè patet ex doctrinâ Diuinâ dicente: *Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui, ne quando ſatiatus oderit te*. Manifeſtum eſt enim de amico loqui, ex lectione Hebraicâ, quæ legit, *Amici tui*. Et conſtat hoc, primò ex raritate, ſecũdùm illud vulgatum prouerbium; *Omne rarum charum*: iuxta quod dixit etiam Philo: *Pulchra ſunt, quæ rara*. Pro quo facit Græca lectio, ſic vertens: *Rarum fac pedem tuum in domo*, &c.

Prou. 25. 17.
Philo lib. quod oĩs probus ſit liber.

Ex qua etiam raritate, pretio-

Digitized by Google

ſa habetur res, iuxta dictum Ber-
Bernar. nardi : *Rebus pretium raritas facit*. Quod prius Hieronymus ſic
Hieron. dixerat : *Pretioſum dicitur omne, quod rarum eſt* ; ad illa verba
Iſai. 13. 12. Iſaiæ 13. 12. *Pretioſior erit vir auro, & homo mundo obrizo:* quaſi diceret, homines ex tanta clade ſuperſtites, non minus rari, quàm aurum in domo paupere apparebunt; & per hoc pretioſi. Vnde textus Hebraicus citatum locum Prouerbiorum ita legit: *Pretioſum fac pedem tuum*, &c.
Hier. ep. 2. ad Nepot. Hinc dixit idem Hieronymus : *Facilè contemnitur Clericus, qui ſæpe vocatus ad prandium, non recuſat : nunquam petentes, raro accipiamus rogati. Neſcio enim quomodo etiam ipſe qui deprecatur, vt tribuat, cùm acceperis, viliorem te iudicat, & mirum in modum, ſi eum rogantem contẽpſeris, plus te poſteriùs veneratur.*

Sed vltrà aſsiduitatem nimiã, eſt alia vilipẽdij ratio orta ex iſta & corruptione naturæ. Non poſſunt namque in frequẽtiâ nimiâ vitari defectus ex fomite ad peccatum ducente. Ob id frequenter contingit, quòd veneratur, & intenſiùs amatur abſens, quàm præſens. Cùm enim in amore honeſto, morum probitas, pulchritudo ſit, quæ diligitur, & vnuſquiſq. ex infirmâ naturâ multis defectibus ſit obno-
Pſ. 115. 11. xius, iuxta illud, *Omnis homo*
Iob 25. 4 *mendax*. & *Nemo mundus à*
ſec. LXX. *forde;* defectus autem ipſi cauſãt contemptum, iuxta illud, *Qui*
Prou. 12. 8. *excors eſt, patebit contemptui* ; Hinc eſt, quòd faciliùs ſeruatur erga ipſum amor, in cõuerſatione minus frequenti, quàm in aſsiduâ. Vnde dixit Kempis :
Kemp. li. 1. c. 8. n. 2. *Putamus aliquando alijs placere ex coniunctione noſtra, & incipimus magis diſplicère, ex morũ improbitate in nobis conſiderata.*

Quod confirmat etiam vulgatum prouerbium, *Nimia familiaritas parit contemptum*. & Hiſpanicè: *La mucha conuerſacion, es cauſa de menoſprecio*. Licèt enim gloſſetur, addendo *entre necios*, id eſt, inter ſtultos; nihilominus tamen pro nobis eſt, quia, ſcilicet, ſtultitia diligentis neſcientis compati amico ex fragilitate peccanti, cor auertit ab illo, & interturbat puritatem amoris, & illius vires eneruat.

Quod malum à ſe cupiens dilecta auertere, ſodalibus dixit :
Nolite me conſiderare quòd fuſca
Cant. 1. 5. *ſim* : hoc eſt, non ſiſtatis conſideratione veſtrâ, in fuſco meo colore externo, in me defectus perpendendo aliquos, ex quibus mea interior pulchritudo, quâ ſponſo meo placeo, vobis offuſcata videtur: quia interiùs quidẽ pulchra ſum, pulchritudine gratiæ, & charitatis ; licèt defectus aliquos habeam, veniales quidem: *quia decolorauit me ſol*, cõcupiſcentiæ vtique, cuius fomes vrit me admodum, & fuſcã reddit, ad ima me trahens; de quorũ

ſanè

Digitized by Google

sanè numero ille erat, qui lugens
Ro. 7.23. dicebat: *Sentio aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & trahentem me in legem peccati. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius!* Super quæ verba superiori volumine plura notauimus. Ex parte verò amati; tribuli ipsi & spinæ defectuũ germinatæ ex terra animæ nostræ infectâ, oculos pungunt amantis, & quasi ab amico auertunt, seu retardant, vt dixi. Proinde non mirum, si nimia interdicatur frequentia per Sapientem dicentem: *Subtrahe pedem tuũ*, &c. & in hoc amoris cohibeatur impetus, ne tepescat.

Quod quidẽ pariter satis insinuatum duco à Diuino spiritu
Eccli. 40. 23. verbis illis: *Amicus, & sodalis in tempore conuenientes*, subintelligitur, *sunt ad inuicem delectabiles*,
Lyran. vt ibi notat Lyranus. Non enim dicitur absolutè, *conuenientes*; sed præmittitur *in tempore*; vt detur intelligi, debere habere quidem amicos cõgressus suos, sed *in tempore*, determinato, scilicet, & opportuno; quod non est omne tempus, vt similiter manet ponderatum iam supra circa prouisionem Dominicam, ad illa verba, *Omnia à te expectant, vt des illis escam in tempore*. quod in alio
Ps. 103. 27. Psalmo explicatur de opportuno tantummodo, cùm dicitur: *Tu das escam illorum in tempore*
Ps. 144. 15. *opportuno*. Nam illud, *differre*, non est, *auferre*, sed in opportunitate *conferre*, vt ibi ex Augustino notauimus. Ita similiter in casu nostro differre cum amico congressum, vel subtrahere se quandoque ab illo, non minuit amorem, sed illius potiùs auget feruorem.

Quod in toto Cantico amatorio Diuino, facile est videre; vbi frequenter legitur Dilectus Dilectæ subtractus, vt indicant voces illæ, *Reuertere*, &c. & iterũ, Cant. 2. 17. *In lectulo meo per noctes quæsiui, quem diligit anima mea: quæsiui illum, & non inueni*: & tursùs: Can. 3. 1. *Pessulum ostij mei aperui Dilecto meo*. & subtractio subiungitur: *At ille declinauerat, atque transierat*. Can. 5. 6. Ne enim ex assiduitate congressus, illi vilesceret, sed in maiori pretio haberetur; amatoriè se subtrahit illi, vt ibi plures Patres considerant, & nos infra dicemus.

Hæc igitur est conuersationis assiduitas nimia vitanda, ne nauseetur amicus, vilescat alter, & tepescat amor; sed potiùs conseruetur. Notanter ergo dixi, *nimia vitanda assiduitas conuersationis*: nam moderata, & in tempore opportuno, non officit amicitiæ, imò proficit. Quo sensu dixit Philosophus, Eth. 8. teste Suarez: *Amicitia communicatione crescit: taciturnitate dissoluitur*. Communicatione inquam, opportunâ, & moderatâ,

Arist. 8. Ethic. c. 5 Suar. t. 4 de relig. lib. 8. c. 8. nu. 11.

Digitized by Google

tâ, quæ inter nos, erunt illa duo tempora præſcripta à Conſtitutionibus noſtris pro congreſſu, ſcilicet, vna hora poſt prandium: & altera poſt cęnam, ſeu colationem: vbi collocutio mutua conceditur Fratribus, vt ſic charitas conſeruetur, & corpus etiã moderatè relaxetur ab alijs exercitijs: quod etiam propterea in ſuâ Religione vtiliter fieri idem Doctor oſtendit ibidem.

PONDERATIO II.

Circa *Vnanimitatem*.

VNanimitas hæc, vnitatem dicit animorum. Cùm ergo amicitia honeſta in vnione animorum circa bonum cõſiſtat, tamdiu conſeruabitur, quamdiu perdurabit vnanimitas iſta. Vnde ab illa firmitatem ſuam recipere docuit Cicero ſententiâ illâ allata iam ſupra, & à P. Auguſtino relata, ſcilicet: *Idem velle, atque idem nolle, ea demum firma amicitia eſt.* Et cauſam quoque conſeruationis iſtius adducens Hieronymus, dixit: *Si idem & volumus, & nolumus:* & animorum huic cõformitati conſeruationẽ hanc tribuens, ſubdit: *Ex quo firmas naſci amicitias, etiam Catilina teſtatur.*

Tullius.

Aug. Do. 5. poſt Epiph. ſer. 1. to. 10.

Hier. ap. adu. Ruf. ant. med. tom. 1.

Cùm autem animus duas includat rationales potentias, intellectum nimirum, & voluntatem, non tantùm intelligenda eſt vnanimitas in voluntate, de qua prædicta ſententia Ciceronis & Catilinæ à SS. Doctoribus amplexata, ſed etiam in intellectu: ita vt complectatur non tantùm vnionem conſenſus modo iam ſupra expoſito, ſed aſſenſus etiã, vt ibidem tetigimus cum Lyrano: vt clarè patet ex Apoſtoli verbis, charitatis amicitiam ſuadentis, & inde intelligentiæ quoque *identitatem. Implete,* inquit, *gaudium meum:* & finem deſiderij ſui exponit, *vt idem ſapiatis.* Ecce vnitas aſſenſus, tanquam effectus mutuæ charitatis, quam commendat: *eandem charitatem habentes:* & magis explicans ſuum affectum, replicat *vnanimes*, vt indicet, vnanimitatem ſententiæ, quam verbo *ſapiatis* ſuaſerat, à corde ſeu volũtate prodire debere, quæ cauſa eſſet aſſenſus: ideo ſubdit, *id ipsũ ſentientes*, id eſt, *vnum ſapientes*, vt Theophylactus exponit: & eſt ſententiæ repetitio ad commendationis expreſsionem maiorẽ; quæ verbis quoque corroboratur Gregorij dicentis: *Conueniẽtia iudicij in ſanctis, oritur ex virtute charitatis.* Sicut enim (inquit quidam Doctor modernus prædicta verba adducens) affectu, ita & intellectu concordant.

Ad Phil. 2. 2.

Theoph.

Gregor.

Mendoz. in lib. 1. Reg. c. 8. num. 7. in fin.

Vnanimitas tamen iſta in aſſenſu, ſeu intellectu, *in bono* tantùm intelligenda eſt, iuxta ſupra notata, vt vera ſit amicitia: nec eam

diſſen-

Digitized by Google

diſſenſus violat, circa obiectum falſum, vel tale putatum, vt teſtatur Hieronymus ad Auguſt. ſcribens: *Non tam*, inquit, *hebes ſum, vt ſi diuerſa ſenſeris, me à te læſum putem*. Niſi quando hoc fit, non zelo veritatis, ſed liuore inuidiæ: nam *in hoc* (ait idem Doctor) *læditur amicitia, in hoc neceſſitudinis iura violantur*. Et alia, ex doctrinâ ſuperius traditâ ratio quoque pro hoc poteſt adduci. Cùm enim *ſimilitudo, amoris ſit cauſa*: quando vnanimitas etiam in intellectu fuerit, maior ſanè ſimilitudo erit, & conſequenter firmior amicitia.

Hieron. epiſt. 92. quæ eſt ad Aug. poſt med. tom. 1.

Duo autem hìc maximè notanda exiſtimo. Primum, facilè poſſe contingere, quòd ſit ſententiæ diſparitas, & conſenſus, & tamen vnanimitas ad conſeruationem charitatis requiſita, perſiſtat: quod tunc dabitur, quando vtriuſque amici voluntas, vt paulò ante innuimus, in Dei voluntate vltimò fuerit ſolidata. Quæ, quia ignoratur ab illis, in medijs variant, bonum intendentes: vt patet primò in Angelis ſanctis protectoribus gentis Perſarum, & filiorum Iſrael, apud ipſos captiuorum, inter quos diſſenſio erat, an Iudæi liberandi eſſent ex Perſide, necne? Negabat Princeps Perſarum, bona quidem intentione, vt, ſcilicet, Perſæ diſcerent à Iudæis, veri Dei religionem, & cultum, & vt Iudæi meliores eſſent rebus aduerſis, quã proſperis: & ideo dicebat alter Angelus, qui liberationem volebat: *Princeps Regni Perſarũ reſtitit mihi viginti & vno diebus:* Enitente tamen iſto Protectore captiuæ gentis Iudaicæ ad liberationem illius, ex bono pariter fine, ne, ſcilicet, ſi diutius morarentur in Perſide, mores paulatim Perſarum imbiberent, & vero Deo relicto, ſe ad idola cõuerterẽt: & iſtius cauſam pugnæ aſſignans Theodoretus ait: *Neque enim nouerant in* Deo *occultum magiſterium*. Quod vtique ſi nouiſſent, inter illos nullum eſſet diſſidium; quorum voluntates & intellectus, in Deo erant vltimò radicati; vt præter hunc Doctorem, notant communiter interpretes ſacri ad locum hunc Danielis, & in tract. de Angelis Theologi Scholaſtici.

Daniel. 10.13.

Theodor.

Simili fere modo defendunt Doctores, charitatis mutuæ integritatem in Paulo, & Barnabâ, de quibus in Actibus legitur: *Facta eſt autem diſſenſio, ita vt diſcederent ab inuicem*; dicit enim ibi Lyranus: *Non tamen contraria charitati: quia quilibet eorum reſpiciebat ad bonum: tamen alia & alia motus ratione*. Et voluntas occulta Diuina ex effectu ſequuto manifeſtè oſtenditur, nimirum ob prædicationis fructum maiorem, ex eo, quòd ab inuicem ſeparati, in pluribus partibus Euangelium confirmarent. *Et hoc etiam contingit* (inquit præ-

Act. 15. 39.

Lyran.

præ-

prædictus Doctor) *quia per hoc maior fructus prædicationis factus eſt, eo quòd prædicauerunt in pluribus locis.* Quod totum paucis interlineatis Gloſſa ita exponit : *Non vitio commoti, ſed ſpiritu inſtigati ſeparantur, vt pluribus prædicent.* Erat enim ſpiritus Diuinus inſtigans, quem vtique ſi cognouiſſent, ſibi ſic non repugnaſſent. Idem dicit B. Petrus Damianus his verbis perpulchris : *Quod vtique conſtat, non diſcorde vitio, ſed Diuinæ diſpenſationis factum eſſe iudicio: vt nimirum ſancti Apoſtoli, tamquam grana tritici, eò ſpargendæ fidei vberiorem meſſē redderent, quò procul eos ad inuicem diſſenſionis aura perflaret.* Poſſumus itaque dicere, vnanimitatem in his tātummodò *materialiter* defeciſſe, non tamen *formaliter* vtique, quâ perficitur, quæ eſt vltima in Deo ſtabilita voluntas ; quæ vbi noſcitur, executioni mandatur diligenter.

Gloſſ. interlin.

B. Petr. Dam. ep. 11. ad Deſid. Abb. poſt med.

Notandum alterum eſt, quòd diſparitas intellectus in ſententia, diſſenſionem quoque arguat voluntatis inter eos, quos priùs mutua charitas in Domino copularat, paſſione corruptionis intrante, vel occaſione ipſa, per hoc falſitatem amicitiæ indicante, quæ priùs fucata erat. Et radix mali iſtius, gloria vana, & ſuperbia eſſe conuincitur ex Apoſtolo: qui poſtquam ſupra, Philippenſibus præceperat hāc vnitatem, dicens, *Vnanimes, idipſū ſentientes*; ſtatim oppoſiti vitij malum proponit, vt cautiùs inhærerent vnanimitatis virtuti, quam commendabat. *Nihil* (inquit) *per contentionem, neque per inanem gloriam ſed in humilitate ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes.* Fugit enim ſuperbia ſubiectionem, & ideò alterius iudicio renuens ſubiacere, ſe ad contentionem conuertit, alterius ſententiæ contradicens, ex cordis ſuperbia : qua (inquit Theophylactus) *ſolemus dicere, danda eſt mihi opera, ne me vincat ille* : aut quia ex literatura maiori cognita in altero, apparet hic honoratior : aut ipſius impugnat ſuis dictis, aut ſcriptis inordinatam cōcupiſcentiæ paſſionem, ipſo frænato manente, ne laxis habenis in vitia ruere queat.

Phil. 2. 3.

Theoph.

Sic amicitia, quæ inter Rufinum, & S.Hieronymum intercedere videbatur, diſſoluta apparuit, ex parte falſi amici Rufini, vt ipſe Hieronymus cōqueritur in Apologia in illum, paſſioni illius attribuens huius mali originem, & verbis illis Diuinis cōfirmans, *Non recipit fatuus verba prudentiæ, niſi ea dixeris, quæ verſantur in corde eius*. Ad quæ vtique praua paſſio eum inclinat.

Hier. ap. adu. Ruf. in princ. to. 1.

Prou. 18. 2.

Sic amor, quo amici Iobi eum videbantur amare, falſus fuit

pro-

Digitized by Google

probans in diuersitate sententiæ eorum circa percussionem illius.

Iob 16.2. Propter quod dicebat illis: *Cõsolatores onerosi vos estis*. & rursus: *Vsquequo* 19.2. *affligitis animam meam, & atteritis me sermonibus?* & iterum: 6.21.27. *Certè cognoui cogitationes, & sententias contra me iniquas*.

Sic passus est Christus, cuius typum Iob gessit, ab amicis falsis, qui eum adulatione appellabant Magistrum, ipsius sanæ doctrinæ se opponentes, qua vitia carpebat eorum; cuius patientiæ exemplum deberet sufficere aduersus hunc hostem, sic militantem contra verum amicum, Heb.12.3 dicente Paulo: *Recogitate eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersùm semetipsum contradictionem, vt ne fatigemini animis vestris deficientes*. Magna enim profectò pressura est, impugnatio doctrinæ veræ, præcipuè in homine veritatis amico, qui non quærit auribus prurire, sed corda mouère suo scripto, aut dicto. Tamen, vt dixi, amicitia vera destruitur, vnanimitate sublata, passione intrante in amico altero: aut falsa detegitur, occasione oblata.

Corollarium.

EX dictis habes charissime frater, amicitiæ conseruandæ verum modum, si vnanimis perseueres, vnanimitate exposita: quæ vtique sicut reprobat malum, ita approbat bonum, & in hoc cum amico concordat, & vnanimitatem seruat. Quod etiam cognouit, qui dixit: *Apud amicos æquè grata esse debet simplicitas dissentientis, quàm probantis authoritas*. Vbi etiam verbum *simplicitas* indicat, malum non esse, in re indifferenti dissensum ex bono fine purè intento, vel in re bona ob meliorem, supremæ causæ voluntatem non cognita, vt tradidimus. Et modum pariter habes cognoscendi ex hoc falsum amicum, quando deficit in prædictis, exemplo Domini, & seruorum illius, qui frequenter pro illo sic decertant in terris. Pli. Iun. lib.2.

PONDERATIO III.

Circa *Compassionem*.

HAnc veritatẽ docuit Arist. quando in Rhetor.2. dixit: *Amicus gaudet bonis, & cõdolet tristibus amici sui*. Cui adhærens Plutarchus pronunciauit: *Vitam comitatur amicitia, non minus voluptatem rebus lætis adijciens, ac gratiam, quàm aduersis dolores, difficultatesque adimens*. Ponitur autem compassionis ista necessitas ex ipsa ratione amoris. Cùm enim vnio fit, ex duobus vnum efficiens, vt manet dictum superiùs; quemadmodum naturaliter, homo sibi Arist.c.4. Plutar. trac.quo. possit adulat.ab amico internosci. Consid. prac.pod. 2.

ipsi

ipſi compatitur, ita alij, cui ita vnitus eſt, vt alter ipſe dicatur. *S Th. 1.2 quæſ. 28. art. 2. in corp.* Quod etiam docuit Angelicus Doctor, vt ſupra attulimus, dicens, in amore amicitiæ, amantem eſſe in amato, in quantum reputat bona, vel mala amici, ſicut ſua, & voluntatem amici, ſicut ſuam; vt quaſi ipſe in ſuo amico videatur bona, vel mala pati: & propter hoc, proprium eſt amicorum eadem velle, & in eodem triſtari & gaudere, ſecundum Philoſophum lib. 9. Ethic.

Et in vnionis perſiſtentes ratione, cùm ipſa etiam *vinculum* *Coloſſ. 3. 14.* *ſit*, vt Apoſtolus dicit, in qua vniuntur fideles in corpore Eccleſiæ myſtico, proinde quemadmodum in corpore naturali, vnum membrum compatitur alteri: ita in colligatione ſpirituali membrorum Eccleſiæ, qui ſunt Chriſtifideles, alter alteri compati debet, in infirmitate poſito, & dolore, iuxta eundem Apo- *1. Cor. 12 26.* ſtolum dicētem: *Et ſi quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra.* Et hinc inferens hanc veritatem, ſubdit: *num. 27.* *Vos autem eſtis corpus Chriſti, & membra de membro.* Deinde, quia cùm de charitatis amicitia præcipuè hìc ſermo ſit: *1. Cor. 13 4.* *charitas* autem iuxta Apoſtolum, *benigna ſit*: non mirum, ſi patienti miſericordiam præſtet.

Multiplex autem poteſt eſſe miſeria, cui oporteat compati, videlicet, aut animæ, aut corporis. Si ſermo ſit de priori, vel poteſt eſſe *culpæ*, aut *ignorantiæ*. Si *culpa* ſit, de hoc iterum eſt præceptum Apoſtoli dicentis ad Galat. 6. 2. *Alter alterius onera portate.* *Gal. 6 2.* Et quia amicitia ita ſeruatur, ſubiungit: *Et ſic adimplebitis legem Chriſti.* Lex autem iſta Chriſti, illa eſt, de qua ipſe dixerat apud Ioan. *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem:* *Io. 13. 34* quod ſupra iam expoſuimus, & ad quod præcipuè tractatum noſtrum reſtrinximus. Conſtat autem ſatis ex cōtextu, & expoſitione Chryſoſtomi, de culpis, quibus vnuſquiſque ſubiectus eſt, ibi eſſe ſermonem. Sic enim ibi S. Doctor ait: *Quoniam fieri non poteſt, vt homo viuat abſque defectu, admonet ne rigidi ſint expenſores alienorum delictorum, ſed tolerent etiam proximorum defectus, vt & ipſorum delicta tolerentur ab alijs.* *Chryſoſ.*

Si autem ſit *ignorantia*, patet illi etiam compati debere, ex verbis Diuinis. Cùm enim conſulat Diuinus ſpiritus per os ſapiētis, vt cum viro iuſto, & timorato amicitiam ſtrictam ineamus; & lucrum hinc ſumendum, compaſsionē aſsignat tenebris ignorantiæ noſtræ, dicens: *Cum viro ſancto aſsiduus eſto; quemcūque cognoueris obſeruantem timorem* Dei, *cuius anima eſt ſe-* *Eccli. 37. 15.*

cun-

Digitized by Google

tundùm animam tuam: & qui cùm titubaueris in tenebris, condolebit tibi. Quæ tenebræ intelligi possunt, vel peccata, quæ tenebræ mentis sunt, iuxta illud, *Ambulabunt vt cæci, quia Domino peccauerunt:* nam vbi cœcitas est, ibi tenebræ sunt. Et manet, quod mox diximus, confirmatum. Vel ignorantia, quæ tenebræ etiam meritò dici potest, quatenus cognitionis, quæ lux animæ est, absentiam designat; cui compati, signum est amicitiæ, vt patet ex epistola Demetrij Regis ad Simonem Sacerdotem Summum, & Iudæorum gentem, cum quibus fœdus amicitiæ cohtendebat inire, inter alia dicentis: *Remittimus quoque ignorantias*, &c. Simile pariter habetur in epistolâ aliâ amicabili Regis Antiochi ad eosdem Iudæos, & Senatum eorum: *Nemo*, inquit, *eorum molestiã patiatur, de ijs quæ per ignorantiam gesta sunt.* Petrus quoque Apostolorum princeps, volens Iudæorum animos incircumcisos, ad fidem & Christianam charitatem allicere, compatientem se præbuit ignorantiæ eorum, ipsi attribuens crucifixionem Christi: *Et nunc*, inquit, *scio fratres, quia per ignorantiam feciſtis, sicut & principes vestri.*

Sopho. 1.7

1. Mach. 13. 39.

2. Mach. 11. 31.

Act. 3.17

Possunt pariter per tenebras, *tribulationes*, intelligi, iuxta illud, *Ecce tenebræ tribulationis.*

Isai. 5.30

Isai. 5. Amicitia ergo vera, in tenebris istis posito etiam condolet, & ostendit misericordiæ viscera: & ad miserias quoque corporis, compassio ista extenditur in amico; quam meritò, amicitiæ iure expostulabat ille, qui in sterquilinio de triclinio positus, & testâ saniem radens, dicebat: *Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me.* Licèt enim Dominus animam illius seruasset, percussérat tamen in corpore, & cunctis bonis possessis. Clamat igitur ad omnes pro compassione in miseriâ suâ, per quam subleuari minimè dubitabat, & saltem ab amicis exaudiri petebat, qui amicitiæ iura callebat. Quod considerans B. Ambrosius dixit: *Nõ quasi abiecta vox ista est, sed quasi censoria. Nam cùm iniustè argueretur ab amicis, respondit, Miseremini mei amici: hoc est, misericordiam debetis facere: opprimitis autem vos, & impugnatis hominem, cuius ærumnis compati pro amicitia vos oportebat, dicente Scriptura, Frater in angustijs comprobatur.*

Iob 19. 21.

S. Ambr.

Prou. 17. 17.

Neque etiam latuit hæc veritas Senecam, qui in quadam epistolâ ait: *Multum mihi contulerunt ad bonam valetudinem amici, quorum adhortationibus, vigilijs, sermonibus, alleuabar. Nihil æquè ægrũ reficit, quã amicorũ affectus: nihil æquè expectationẽ mortis, ac metũ surripit.*

Senec ep. 78.

Hic

Google

Hìc autem animaduertere
opus eſt, frequenter contingere,
exteriùs tantùm, & non interiùs,
compaſsionem hanc exhiberi,
quatenus aliquod emolumẽtum
à tribulato expectatur amico, vt
Eccli. 37. 5. diuina hæc verba teſtantur: *Sodalis
amico condolet cauſa ventris*,
ideſt, comeſtionis; *& contra hoſtem
accipiet ſcutum*: ſcilicet,
defenſionem exteriùs. Proinde
de ſincero auxilio, & compaſsione
interna ex vera amicitia procedente,
num. 6. ſubiungitur: *Non obliuiſcaris
amici tui in animo tuo*.
Per quod compaſſio exterior tãtùm
excluditur, & auxiliatio oris,
non operis, quoque reijcitur,
dum ſubditur, *& non immemor
ſis illius in opibus tuis*; vt patet
Lyran. ibi ex interpretatione Lyrani.

Corollarium.

IGitur, quia ex dictis, compaſsione cor ad verum amorem allicitur, & ipſa quoque nutritur, huic vacare ne deſinas, corde tamen, non ore: effectu, non ſolum affectu: gratis, non quæſtu, ne ſit amicitia mercenaria.

PONDERATIO IV.

Circa *Congratulationem*.

PHiloſophica doctrina, & Angelica, quam præcedenti
ponderatione, pro compaſsione
adduximus, in congratulatione
quoque locum habet, vt ex verbis
ibi citatis, & ratione eſt clarum.
Et ſimilitudo membrorum
in corpore naturali pro compaſſione
ex Paulo adducta, in gaudio
pariter intelligitur, vt ibidem
patet expreſsè. *Siue* (inquit) 1. Cor. 12. 26.
*gloriatur vnum membrum, congaudent
omnia membra*, &c.
Quod etiam ex verbis Doctoris
Angelici poſſumus confirmare,
dicentis: *Amans ſe habet ad* S. Th. 1. 2. q. 28. a. 1. ad 2.
*amatum, in amore quidem amicitiæ,
vt ad ſeipſum*. Vnde
quemadmodũ de bonis proprijs
gaudet, ita & de ſui amici. part.
quoque 2. reſoluens gaudium,
charitatis eſſe effectum, ait: *Maximè* 2. 2. q. 28 ar. 1. in corp.
*pertinet ad amorem beneuolentiæ,
per quem aliquis gaudet
de amico proſperè ſe habente,
etiamſi ſit abſens*: quod ibi pariter
de triſtitia circa amici aduerſa
pronunciat.

Deinde, quia, cùm *contrariorum
eadem ſit diſciplina*, cùm
inimicorum ſit gratulari in malis,
ſecũdùm illud Propheticum,
Erubeſcant, & reuereantur, qui Pſ. 34. 26.
gratulantur malis meis. Et Baruch
4. *Qui gratulati ſunt in
tua ruina, punientur*; ita in bonis
gaudere amici, argumentum
eſt veri amoris. Ex hoc enim
gaudio interno, quod in corde
ſentitur, prorumpit amicus in
ſigna externa, hìc per congratulationem
ſignata. Quod poteſt
fieri erga amicum proſperè ſe

habentẽ, siue absens sit, siue præsens. Nam de absente patet in Thou Rege Hemath: de quo 1. Paralip. legitur, quòd per Adorã filium suum nuncium, cõgratulatus est cum Dauide Rege, pro reportata victoria de Adarezer Rege Ioba. In lege quoq. gratię nihil frequẽtius legitur in epistolis Pauli, quàm cõgratulatio de Euãgelij profectu, in discipulis: vnde Philippẽses omnes, socios gaudij sui vocat, dicẽs: *sicut est mihi iustũ hoc sentire pro omnibus vobis, socios gaudij mei omnes vos esse.*

1. Paral. 18. 10.

Ad Phil. 1. 7.

Si autem amicus est præsens, faciliùs hoc exhibetur; vt fecerũt vicini amici, & cognati Elisabeth, quando sciuerunt beneficium fęcunditatis, quod illi Deus in senectute contulerat, in Natiuitate Ioannis. *Et audierunt vicini, & cognati, quia magnificauit Dominus misericordiam suam cum illa, & congratulabantur ei.* Et idẽ quoque patet apud eundem Lucam de congratulatione pro oue, & drachma inuentis. P. quoque August. in confess. suis, D. Ambrosij erga se memorat beneuolentiã ostensã per hoc signũ amoris, eo quod tantæ matris filius esset. *Ita quod*, inquit, *sæpe erũperet, cùm me videret, in eius prædicationem, gratulans mihi, quòd talem matrem haberem.*

Luc. 1. 58.

Luc. 15.

Aug. lib. 6. c. 2. n. 3

Corollarium.

HIc ergo habes, dilectissime frater, modum amicitiam conseruandi, gaudens interiùs de bonis amici, & exteriùs hoc per congratulationem ostendens.

Et simul deducitur praxis, quomodo liceat, quando officiũ aliquod honorificum, in religione, aut extra confertur amico, congratulatio per se, aut per litteras seu nuncium. Nam, cùm ista officia possint considerari dupliciter, quatenus, scilicet, onerosa sunt, & periculis plena: & quatenus honorifica, & signum virtutis ad illa electæ: si priori modo cõsiderentur, pro eis non licet congratulatio, imò dolor, & luctus. Quod significauit satis Bernardus de Eugenio ad summum Põtificatum assumpto, ad Curiam Romanam scribens; & ad ipsum Eugenium in lib. de Consid. Si verò secundo modo sumãtur, non dubium, quòd congratulatio tunc habeat locum, cùm bonum amici, sit argumentum virtutis in illo ab electoribus cognitæ, & ob id ad bonum commune promoti: quomodo eidem Eugenio Bernardus est gratulatus epist. 237. Quia autem ex tali congratulatione facilè oriri potest elatio, & simul pericula, & onera considerantur officij; ideo à timoratis seruis Dei, hæc fugitur passiua congratulatio; vt superiori volumine de B. nostro Thoma à Villanoua narrauimus, quando fuit ad Valentinum Archiepiscopatum vocatus. Non tollitur tamen, quin congratu-

S. Ber. ep. 236. in præm.

S. Bern.

latio *actiua* sit licita: neque laus ibi implicitè, aut explicitè data, ab hoc officio aliquẽ reuocare est sufficiẽs, cùm aliquando laudare liceat absque adulationis cẽsura, vt dicam inferiùs: maximè, quando *sobriè* hoc fit, & circumspectè, & cũ personis prouectis, in quibus non est elationis periculum.

PONDERATIO V.

Circa *Correctionem*.

MAnifestum est, ad veram attinere amicitiam, delinquentem amicum corrigere. Quod tradit Angelicus Doctor concludens, actũ charitatis, correctionem esse. Quemadmodum enim hæc bonum amicum procurat, ita malũ ab illo remouere studet. Et si de malis corporalibus vel temporalibus, hoc ex dictis est notũ, vt quis debeat pellere ægritudinem corporis per medicinam applicatam, vel procuratam; & paupertatis malum per donaria subleuare; quanto magis à malo animæ, quod punitur perpetuò, & vero bono priuat æterno, quod est ipse DEVS, & eius sempiterna fruitio, debet per correctionem, sollicitè liberare? Patet hoc sanè ipso lumine rationis. Verba tamẽ ipsa sancti Doctoris adducam, vt veritas hæc magis maneat cordi impressa. *Remouere*, inquit, *malum alicuius, eiusdẽ rationis est, sicut bonum eius procurare. Procurare autem fratris bonum, pertinet ad charitatem, per quam volumus, & operamur bonum amico. Vnde etiam correcto fraterna est charitatis actus; quia per eam repellimus malũ fratris, scilicet, peccatum; cuius remotio magis pertinet ad charitatem, quàm etiam remotio exterioris damni, vel etiam corporalis nocumenti, quantò contrarium bonum virtutis, magis affine est charitati, quàm bonum corporis, vel exteriorum rerum. Vnde correctio fraterna est actus charitatis, potius quàm curatio infirmitatis corporalis, vel subuentio, qua excluditur exterior egestas.* Hactenus S. Doctor: cuius singula verba benè consideranda sunt, quæ stabiliunt hanc veritatem.

S. Th. 2.2 q. 33. a. 1. in corp.

Pro qua etiam faciunt illa Sapientis in Prouerbijs, promittentis potiùs præmium corripienti vero amico, quàm falso blandienti. *Qui corripit*, inquit, *hominem, gratiam postea inueniet apud eum magis, quàm ille qui per linguæ blandimenta decipit*: qui vtique semper blanditur non corripiens, quod correptione est dignũ. Neque sufficit interiùs amorẽ habere, si exigẽte casu, exteriùs per correptionẽ non prodeat, iuxta diuinã sententiam dicentem: *Melior est manifesta correptio, quàm amor absconditus.* Quodammodo enim, si nõ reprehẽditur delinquẽs amicus, foueturin malo, secundùm illud,

Prou. 28. 23.

Prou. 27. 5.

Digitized by Google

Vbi non timetur reprehensor, iniquitas licentiùs perpetratur. Propterea non debet verus amicus tacere, sed delinquentem amicũ admonere, vt S. Ambros. ait. *Si quid in amico vitij cognouerit, corripere occultè: si non audierit, corripere palam. Sunt enim bonæ correptiones, & plerumq; meliores, quàm tacita amicitia.* Et hic est amor *absconditus*, de quo Sapiens in Prouerbijs.

Amb. lib. 3. de off. c. vlt.

Neque debet ab hoc amicitiæ officio retardare amaritudo, & dolor, qui præconcipitur amico inde causari, vt ostẽdunt sequentia ista verba Ambros. *Etsi lædi se putat amicus, tu tamen corripe: etsi amaritudo correptionis animũ eius vulneret, tu tamen corripere ne verearis.* Et pro hoc cõfirmãdo verba adducit Sapientis eiusdẽ loco cit. sic prosequentia: *Meliora sunt vulnera diligentis:* quæ, scilicet, pro correptione fiũt vt ibi pariter notat Lyran. *quàm oscula fraudulenta odientis.*

Lyran.

Modum tamen oportet tenere, ne erret: qui sic ab ipso Ambrosio traditur: *Obiurget, nõ iactãtiæ studio, sed affectu charitatis: neque monitio aspera sit, neque obiurgatio contumeliosa:* & rationẽ subdit: *Sicut adulationis fugitans, amicitia debet esse, ita aliena insolentiæ.*

Et in libello de amicitia, qui inter opera ponitur August. sic dicitur: *Debet amicus vitiũ eius, suum putare, corripere humiliter, compatienter: corripiat eum vultus tristior, & sermo dolentior: intercipiant verba lacrymæ, vt non solùm videat sed, & sentiat, correptionem ex amore, & non ex rancore procedere.*

In fin. to. 4. c. 27.

Hoc modo Scriptura testatur, monuisse Paulũ discipulos illos, quos deprecatur, vt charitatiuè correctionis suæ memores, stabiles in bono permaneant, à malo cauentes. *Vigilate*, inquit, *memoria retinentes, quoniã per triennium, nocte & die non cessaui, cũ lacrymis monens vnumquemque vestrum.* Sic etiã legimus S. Matrem Monicam, Catholicæ Ecclesiæ lucratam filium suũ Augustinum. Nam apud amicũ, plus potest lacryma, quàm ferula: & dulce verbum, quàm asperum, iuxta illud, *Plus proficit correptio apud prudentem, quàm centum plagæ apud stultũ*: qui, scilicet, neque verbo, neque verbere corrigitur. Et sermo est de correctione fraterna amicabiliter facta.

Act. 20. 31.

Prou. 17. 10.

Corollarium.

HInc ergo cognoscens verus amicus debitũ amicitiæ veræ, non vereatur, iacturã timẽ s illius, correptionem exhibere. Nam ex doctrina Angelica, actum charitatis certum est esse: constat autẽ, per actus frequentatos, habitum conseruari: si ergo quærit conseruare amicũ, illum corripiat, ne delinquat. Neque ex parte amici (si fuerit sensatus)

Digitized by Google

hoc etiã debet timere : nam cognita,& cõsiderata veritate amoris, cuius correctio est argumentum , ad feruentiorem insurgit amorẽ,iuxta illud, *Argue sapientem, & diliget te.* Sed *quibus*, & *quando*, citra offensionẽ charitatis,durior correptio sit exhibẽda, diximus diffusè superiori volumine, ad quod Lectorẽ remitto.

Prou. 9.8

PONDERATIO VI.

Circa *Aequationem*.

PEr *æquationem*, æqualitatẽ intelligo, qua amicitia acquisita seruatur,secundùm sentẽtiam Arist. qui inter qualitates alias ad veram amicitiam necessarias, hanc ponit. Ex quo dicit sic S. Thomas : *Amicitia de sui ratione importat reamationẽ, & æqualitatem*. Et fundatur conclusio ista in supradicta doctrina, quòd in amicitiæ amore se habet amicus,vt ad *seipsum*. Cùm ergo se sibi non præferat, neque suos se præfert amico . Et hæc est æqualitas ad amicitiam requisita : de qua spiritus etiam Diuinus dixit: *Amicus si permãserit fixus*, probatus vtique & fidelis , ideoque verus, *erit tibi quasi coæqualis* : quia vtique in animo suo, nõ debet amico se anteponere . Quo sensu pronunciauit Ambrosius 3. de Officijs cap. vlt. circa init. *Amicitia nescit superbiam*. & Bernard. *Amor dominum nescit*. Quod agnoscens quoque Poeta ethnicus cecinit: *Non bene conuenium , nec in vna sede morantur Maiestas, & Amor*.

3.Th. 2.2 q.25. a.4 in 2. arg.

Eccli.6. 11.

Ambros.

Bern. in proam.li. de Conf.

Explicare autẽ oportet,de qua *æqualitate* sit sermo.Nã hæc duplex in tract. de charitate distinguitur a Suarez ex Philos. Altera *simpliciter*, quæ est inter omnino æquales. Altera *excellentiæ*, quæ est inter personas quidẽ habentes cõmunicationem , & conuenientiam ad vnum finem honestum,constitutas tamen in dignitate diuersa ; inter quas non seruatur æqualitas *simpliciter*,sed *proportionalis*. Quia vnusquisque tribuit alteri id honoris , & officij,quod vnicuique *pro conditione sua* cõuenit Et ratione studij huius ex vero orti amore, magistram æqualitatis,amicitiã vocat Ambros. *Pietatis*, inquit , *custos amicitia est, & æqualitatis magistra;vt superior inferiori se exhibeat æqualẽ*. Et quia nõ tantùm studiosa hæc coaptatio ex parte superioris amici, debet fieri , verum etiam ex parte inferioris,ibi S. Doctor subiungit: *Inferior superiori* (scilicet se æqualẽ exhibeat:) *nec auctoritas desit inferiori , si res poposcerit , nec humilitas superiori*.

Suar. de char. dis. 3. sect. 2.

Ambros.

De hac ergo humilitate in superiore, dicit Author libelli de amicitia, relati superius: *Nunquam tuo te præferes amico; sed si fortè in ijs , quæ diximus , superior inueniris , tunc te magis amico submitte* .

cap. 24.

Digitized by Google

Non cunctèris præstare confidentiam, extollere verecundiã, & tantò plus ei conferre honoris, quantò minus conferendum conditio, vel paupertas præscribit. Et exemplum afferens de Ionatha, & Dauide, prosequitur: *Ionathas enim fœdus inijt cum Dauid, & seruulum in amicitia adæquans domino, fugatum à patre, sic adiudicatum, mortiue sic definitum sibi prætulit, se humilians, & illum exaltans. Tu, inquit, eris Rex, & ego ero secundus post te. Si non vt dominum tibi videtur præferre eum quem diligis: vel parem eum tibi non negligas. Non enim amicitia rectè colitur, à quibus æqualitas non seruatur.* Igitur aliquando submissione expellenda est ab inferiori verecundia, vt æqualis fiat, qui amicus est.

Sed de isto inferiori per confidentiam erga superiorem sibi iam ex amicitia acquisitã, exemplũ adducere possumus in Ioab Duce erga Dauid Regem suum. Nunciata enim huic morte Absalonis filij sui, tristis in Cœnaculo se recluſit: quem ex hoc Ioab seruus suus increpauit, & imperiosè iussit, *Surge, & procede, & alloquens satisfac seruis tuis: iuro enim tibi per Dominũ, quòd si non exieris, ne vnus quidem remansurus sit tecum nocte hac*; & cætera, quæ ibi videri in contextu possunt, quæ magnam indicant confidentiam in amico, licèt inferiori, erga superiorem sibi *conditione*, sed *non amore*; paritatem tribuente amore, & libertatem loquendi. Et Regis executio legitur ibi imperij serui sui: *Surrexit ergo Rex, & sedit in porta*. In quo amicitiæ veritas cõprobatur effectu: & cæteris datur exemplum, ne ratione status celsi, monita inferioris contemnãt, si amici sunt veri.

2. Reg. 19 7. — num. 8.

PONDERATIO VII.

Circa *Secreti reuelationem*.

EX iacto iam superiùs fundamento, hæc pariter infertur conclusio, quòd nullum secretum celetur amico. Cùm enim ex vnione in amore, sit alter ipse, quemadmodũ mihi nihil celatum est, neque amico meo debet esse absconditum. Hinc est, quòd 1. Reg. commemorato amore Ionathæ erga Dauid, *Porro Ionathas filius Saul, diligebat Dauid valde*; statim subditur secreti reuelatio, tanquam effectus amoris illius: *Et indicauit Ionathas Dauid dicẽs: Quærit Saul pater meus occidere te.* Idem quoque capite sequenti ex nu. 2. colligitur.

1. Reg. 19 1.

Hinc est, quòd Dominus quoque noster IESVS CHRISTVS ex amicitia intulit reuelationem arcani, quando Discipulis dicẽs, *Vos dixi amicos*; subiunxit, *quia* Io. 15. 15

Digitized by Google

omnia quæcunque audiui à Patre, nota feci vobis. Quæ verba ad propositum expendens Ambrosius, dixit: *Dedit formam amicitiæ, quam sequamur, vt aperiamus secreta nostra amico, quæcunque in pectore habemus, & nos illius arcana non ignoremus. Ostendamus illi nos pectus nostrum, & ille nobis aperiat suum.* Quemadmodum enim mutuus est amor, mutua quoque debet esse secreti communicatio.

3. Ambr. 3. de off. c. vlt. circ. fin.

Non est tamen temerè facienda, sed probatione præmissa, de qua superius, quæ circa hoc specialiter commendatur. Postquã enim pro hac à Sapiente est dictum: *Si possides amicum, in tentatione posside illum*; statim subiungitur: *Et ne facilè credas ei.* Explicat namque Lyranus, *reuelando sibi secretum tuum, antequam probaueris ipsum.*

Eccli. 6.7

Lyran.

Alibi etiã reuelatio hæc præcipitur, dum dicitur: *Causam tuam tracta cum amico tuo.* Sed subiungitur cautio, *& secretum extraneo ne reueles*: Exponit Lyranus, *Cuius fidelitatem ignoras.* Et subditur causa: *Ne forte insultet tibi, cùm audierit, & exprobrare non cesset*; In publico vtique defectum, quem sibi in secreto dixisti, iuxta eundem Doctorem.

Prou. 25. 9.

Hinc est, quòd istiusmodi infidelitati præcognitæ tribuit Chrysostomus celationem secreti: *Arcana*, inquit, *non habemus propter aliud, quàm quia non omnibus fidimus.* Cùm autem infidelitas, defectus sit charitatis, huius defectum, arcani radicalem causam affirmat, subiungens: *Charitatis itaque refrigeratio fecit arcana.*

Chrysost. ho. 9. in 4 ad Eph.

Hinc ergo benè infertur conclusio posita cum fundamento ipsius, quod est vinculum charitatis.

Sed aliqua hîc sunt diligenter notanda.

Primò, cùm semper tendamus in vetitum, eo ipso, quòd secretò aliquid traditur, naturaliter inclinamur in propalationem illius, & ideò difficillimè cõseruatur. Quod cognoscens Philosophus ille dixit: *Facilius in igne carbo ignitus contineri poterit, quàm secretus sermo.* Sed & est alia specialis ratio difficultatis huius in sexu muliebri. Nam cùm amicitia requirat constantiam, & muliebris sexus inconstans sit valde, illi secretum reuelare, nimis periculosum est. Proinde cautissimè in hoc procedendum, cùm ex hoc tenax secreti non sit. Quod cognoscẽs idem Philosophus, ibidem pariter protulit: *Nihil interest aliquid mulieri, an omnibus præconibus in foro narres.* Et exemplum de Dalila in libro Iudicũ hoc manifestè confirmat, quæ secretum Samsonis retinere non valuit: Et frequentia sunt in

Sotrat. ap. Stob.

Iud. 16.

histo-

Digitized by Google

hiſtorijs tum antiquis, tum modernis, de hoc exempla, & caſus flebiles ſecuti ; ita vt magna charitatis ſoliditate opus ſit, vt prædicta ad reuelationem pronitas cohibeatur, & ſanetur infirmitas hæc naturalis.

Secundò notandum eſt, non ſolùm reuelandum amico ſecretum, quia fidelis eſt, ſed, vt fidelis ſit ; hoc eſt, in fidelitate permaneat. Quando enim percipit, ſibi, amicum, pectoris arcana vereri committere, facilè poteſt concipere, ſibi non fidere, & ipſe pariter à fidelitate recedere, & per conſequens diſsolui amicitia, quæ abſque fidelitate nõ conſiſtit. Sic intelligendus eſt Ambroſius dicens : *Aperi pectus tuum amico, vt fidelis ſit tibi.* *Ambr. 3. de off. c. vlt.*

Sed & eſt alia ratio communicandi ſecretum. Si namque triſte eſt, quod aperitur, per communicationem fit leuius. Cùm enim, vt ſupra diximus, tunc compatiatur amicus, ex hoc leuamen caſatur, iuxta illud, *Solatium eſt miſeris ſocios habere pœnarum*. Si autem lætum eſt reuelatum, augetur iucunditas ex congratulatione amici. Vnde poſt reuelationis iſtius ſuaſum, ſubdit idem Ambroſius : *Et capies ex eo vitæ tuæ iucunditatẽ.*

Tertiò notandum, quòd quãdo amicus ſecretum non committit, poteſt amicus alter, amicitiæ iure, fidenter hoc expoſcere ab amico. Non tamen hoc leuiter eſt faciendum, quando, ſcilicet, ex aliquâ cauſa renuerit reuelare. Vtriuſque exemplũ in diuina Scriptura habemus. In Petro ſcilicet, & Ioanne. Nam hic Dominum, ſuum traditorem nolẽtem exprimere, non veritus eſt, quis eſſet, interrogare. *Domine quis eſt?* & reuelatio ſequitur : *Ille eſt, cui ego intinctum panem porrexero.* Petrus autem hoc inquirere nõ eſt auſus, ſed Ioanni innuit, vt hoc faceret, vt ibi narratur. Cauſa autem timoris huius traditur à ſanctis Doctoribus, quia immediatè de indiſcreta locutione fuerat reprehenſus à Domino, cùm illi dixerat, *Non lauabis mihi pedes in æternum*. Ideoque repulſam Domini timens, ſe ab hac petitione cohibuit. *Ioan. 13. 25 num. 26.* *num. 8.*

Sed ſimul aduertere oportet, à fortiori ab hoc abſtinendum, quando amicitia nondum bene eſt radicata. Nam tunc imprudens hæc exquiſitio probatur. Non ſecuta enim reuelatione, amicitia, quæ tunc nutriebatur, repente ſiccatur per talis reuelationis negationem : quæ ſi differretur, ſoliditate accepta, reuelationi poſtea locus maneret, & amicitiæ iucunditas ſequeretur.

Corollarium.

VIdiſti igitur, quomodo amicitia cõſeruetur reuelatione ſecreti; & quomodo in-

Digitized by Google

hoc cautè fit procedendũ, maximè cum muliebri ſexu. Et quando liceat ſecreti reuelationem fidenter ab amico expoſcere: & quando ab hoc abſtinendum. Diſce igitur hæc practicare, vt veram amicitiam valeas conſeruare.

PONDERATIO VIII.

Circa amici *recordationem.*

NOn poteſt de hoc dubitari, quòd, ſcilicet, amici recordatio frequens, ad amicitiam veram pertineat. Eſt enim amatum in amante dupliciter ſecundùm doctrinam Angelicam iam allatam ſuperiùs. Primò, quò ad vim apprehenſiuam, quatenus de illo cogitat, Secundò, quò ad vim appetitiuam, per affectum cupiens eius preſentiam: propter quod inquit ſanctus Doctor, *Amor dicitur intimus, & dicuntur viſcera charitatis.* Quemadmodum enim viſcera, interiora ſunt corporis; ita amici anima, interna eſt animæ ſui amici, quatenus ibi moratur quo ad vtramque potentiam, cogitatiuam, videlicet, & affectiuam. Ideo nomine iſto Oneſimũ Paulus vocauit, vt deſignaret, quàm carè illum amaret; & per hoc Philemoni efficaciùs commẽdaret. *Tu*, inquit, *illum, vt mea viſcera ſuſcipe.* Hoc eſt, vt amicum intimum meum, cui toto corde inhæreo.

S. Th. 1. 2 q. 28. a. 2 in corp.

Ad Philem. n. 12

Doctrinam hanc confirmant Domini verba. Volens enim homines inducere ad terrenorũ obliuionem, & contemptum, & ad amorem cœleſtium, memoriã quoque, illic præcipit theſaurizare, vt ibi cor totum figatur, vbi fuerit amor. *Vbi enim*, ait, *eſt theſaurus tuus, ibi & cor tuũ.* *Matt. 6. 21.*

Quæ verba Carthuſianus exponens, dicit, *Non per eſſentiã, ſed per affectum, intentionem, atque memoriam. Per cor enim, deſiderium, & cognitio cordis exprimitur: quod ergo magis amatur, hoc frequentiùs cogitatur.* Ita hic Doctor. *Carthuſ. in Matt.*

Hinc eſt, quòd in Scriptura diuina, idem à memoria eſt tollere, ac amore priuare. Et in memoria ponere, idẽ ac in amore perſeuerare.

Primum patet ex verbis illis diuinis per os Hieremiæ prolatis: *Si fuerit Iechonias filius Ioakim annulus in manu dextera mea, inde euellam eum.* Hoc eſt, amore meo priuabo. Signum enim erat antiquitùs annulus dilectionis. Solemus namque ſignum aliquod digito vel brachio alligatum circumferre, quo admoneamur illius rei, cuius memoriam volumus frequentiorem habere. Hac enim de cauſa, ſolent etiam carnaliter ſe amantes, vt experientia probat, in annulis inuicem effigies ſuas geſtare, & hoc modo ſui memoriam excitare. *Ierem. 22. 24.*

Si-

Digitized by Google

Signũ quoque firmitatis erat. Annulo enim Regis litteræ signa-
Esther 3. bãtur, vt in libro Esther habetur, & in alijs locis pluribus: vt præter alios, ad hunc locum notat
Lyran. Lyranus. Dilectionis igitur erat signum, quatenus per ipsum amati frequentius renouabatur memoria, & simul firmitatis illius. Quæ duo etiam hodie in sponsalitijs videtur significare hic vsus. A memoria igitur euellere, idem est, ac amorẽ delere.

Secundum etiam est manifestum ex Cãticorum 8. Vbi sponsus ad dilectam suam sic dicit:
Can. 8.6. *Pone me vt signaculum super cor tuum*; me vtique diligendo perfectè. *Quod enim* (inquit ibi Ly-
Lyran. ranus) *valde diligitur, super cor poni dicitur*. Ibi enim est duplici illo modo posito supra, per affectum, scilicet, & per cogitatum. Sic signata erat Beata Agnes quando dixit, *Annulo suo subarrhauit me Dominus*. Erat enim amor illius, quo insignita, habebat in terris consummati arrham amoris, qui speratur in cœlis. Sic pariter signatus erat, qui ex frequẽti cœlestiũ memoria, vbi erat thesaurus suus, dice-
Ad Phil. 3. 20. bat, *Cõuersatio nostra in cœlis est.*

Neque minus per hunc amorem, in eo erga proximos suos, quos per Euangelium DEO genuerat, amoris signum fulgebat, quando dicebat, in corde scri-
2. *Cor.* 3. 2. ptos omnes habere. *Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris*. Et ad Timotheum charissimum suum sic ait: *Quòd sine intermissione habeã tui memoriam in orationibus meis nocte ac die, desiderans te videre*. Et frequentiùs in epistolis suis legitur hæc memoria, per illam ostendens cordis amorem. 2. *ad Timot.* 1. 3.

Dominus etiam IESVS volens, quod erga se amor in cordibus hominum seruaretur, memoriale sui in terris reliquit, dicens amantissima verba illa: *Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis*. Quod erat sui sacri corporis consecratio, & sacramẽtalis sumptio. Patet ergo idem esse, memoriam habere amati, ac in eius perseuerare amore; & obliuionem, pariter signum esse amoris extincti. Quapropter dicebat ille, qui patriæ amore ardebat: *Obliuioni detur dextera mea, si non meminero tui*, contestans ex recordatione amorem. *Luc.* 22. 19. *Ps.* 136. 5. 6.

Igitur hoc erit pabulum nutriens ignem dilectionis honestæ, frequens, scilicet, dilecti memoria. Quæ non debet omnino in corde abscondi, sed foras quandoque prodire; vel per orationes pro dilecto fusas ad DEVM; vel per epistolas, vt faciebat Paulus, & ad imitationem illius Pater Augustinus, Hieronymus, Ambrosius, & alij. Et hoc est signum secundum emanans à primo, quo volebat etiam dilectus, suam dilectam signari.

Post-

Can. 8. 6. Postquam enim dixit, *Pone me, vt signaculum super cor tuum*; quasi hoc non sufficeret sibi, subdidit: *Vt signaculum super brachium tuũ.* Per *brachium* nãque exteriores operationes signantur: proinde per hoc innuere voluit, debere memoriam, foras per signa erumpere, vt obsequia, literas, & similia. Quæ si aliquãdo non valent commodè effici, voluntati imputandum non erit, dummodo memoria in corde seruetur.

PONDERATIO IX.

Circa Suspicionis amotionem.

HOc patet primò ex *identitate*, quæ inter amicos oportet esse, vt superius diximus. Cùm enim amicus sit *alter ego*, si de me non suspicor, neque de illo pariter debeo suspicari, sed in bonum accipere omnia, & sic cum illo, ac me cum ipso fidenter conuersari. Proinde dixit Hieronymus: *De amicitia omnis tollenda suspicio est; & sic cum amico, quasi cum altero se loquendum.*

Hier. ep. 92. quæ est ad Aug. circ. init. to. 1.

Secundò, ex *fidelitate*. Cùm enim fidelitas de ratione sit amicitiæ, sine qua consistere nequit: suspicio autem fidelitati probatæ repugnet, iuxta illud D. Bernardi, *Suspicio non credit proximo*; clarum remanet amicitiæ repugnare. Proinde idem Sanctus alibi dixit, charitatem minuere, & corrumpere, ideoque vitandã: *Tales suspiciones*, inquit, *sæpe sunt falsæ, diminuunt tamen affectum, & charitatem, quam homo habet ad proximum. Hoc multum debes cauere, ne charitas alicuius erga te, vel quemcumque alium corrumpatur, vel etiam diminuatur: quia non est maius spolium, vel damnum, quàm in ablatione vel diminutione charitatis. Non enim solũ detrimentum recipit amicitia in amico, qui suspicatur, sed & in eo, de quo fit suspicio, quando innotescit hoc illi. Incipit enim cõcipere paruam amici erga se fiduciam, & charitas refrigescit, & euanescit.*

Bern. in parui sermon. ser. 44.

In octo punctis, quib. ad perf. peruen. post med.

Sane Satrapæ molientes euertere amicitiam inter Regem Darium, & Danielem, hac via id facere cogitarunt, *suspicione*, scilicet: sed solida fidelitate illius obstante, frustrati sunt. Dicitur namque ibi: *Nullamque causam & suspicionem reperire potuerant*. Et subditur ratio, *eo quòd fidelis esset*. Igitur opponitur fidelitati suspicio; qua sublata, tollitur amicitia. Oportet ergo amicitiæ cupidum, suspicionem non esse.

Dan 6. 4

Tertiò, ex *tranquillitate*, quæ veram amicitiam comitatur. Vnde sic ait libellus de amicitia, de quo supra, quem multi Patri Augustino tribuunt. *Quid magis*, inquit, *competit amicitiæ, quàm*

Augus. c. 14.

pax

Digitized by Google

pax, & tranquillitas cordis, cuius semper expers est suspiciosus? Nunquam enim requiescit, semper eum curiositas comitatur; quæ continuos stimulos acuens, inquietudinis & perturbationis materias subministrat. Et exempla ponens, subiungit: *Si viderit amicum secretiùs loquentem cũ aliquo, prodtionem putabit: si se benevolum alteri præbuerit, veliucundum, illo se minùs diligi proclamabit: si eum corripuerit, odium interpretabitur.*

cap. 24. Hinc est, quòd inferiùs, suspicionem, amicitiæ venenum appellat, & maximè ob id vitandam. *Præ omnibus*, inquit, *cauenda est suspicio, quæ est amicitiæ venenum.* Et modum subdit se in hoc continendi, dicens: *Nõ vnquã de amico mala sẽtiamus, nec mala dicẽti credamus.*

Hæc igitur bene impressa sint cordi tuo, si veram vis amicitiã conseruare, & cordis tranquillitatem cum ea gustãre.

CONSIDERATIO III.

Contra Amicitiam falsam.

DOSITIS duobus modis, quibus amicitiæ falsæ resistitur, restat tertius, quo contra illam pugnatur, vt supra monuimus. Et quia hæc, duplex fuit distincta, *vtilis* videlicet, & *delectabilis*; contra vtramque ponenda sunt arma.

Et primò contra amicitiam delectabilem, quæ dupliciter cõsiderari potest. Primò *actiuè*, in illo nimirum, qui amat: secundò *passiuè*, in illo, qui amatur.

DISCVRSVS I.

Contra amicitiam delectabilem, *actiuè* consideratam.

IGITVR aduersus hanc sic pugnabis, consideratione, scilicet, miseriæ, doloris, dementiæ, seu stultitiæ, & immunditiæ, quæ reperiuntur in ea.

Et de *miseria* patet. Nam dependenter viuere à re peritura, quam saltem morte tolli necesse est, magna profectò miseria est, quæ in ipsa amissione sentitur, & ante amissionem; ex timore nimirum amittendi, quod sibi est charum. Proinde hac se fatetur oppressum fuisse Augustinus ante conuersionem suam in dilectione amici, de qua supra. *Miser*, s. Aug. inquit, *eram*, & ita se habere quenquam sic diligentem, ideo subdit: *Et miser est omnis animus vinctus amicitia rerum mortalium; & dilaniatur, cùm eas amittit & antequam amittat eas*; vtique ex timore prædicto.

Vn-

Digitized by Google

Vnde etiam tangit effectum huius miseriæ, qui est animi dolor nimius, per dilaniationem expositus, quæ illius vehementiam indicat. Proinde paulò inferius hoc magis explicans, dicit: *Portabam concisam, & cruentatam animam meam*, &c. Cùm enim dolor *ex abscisione* causetur *continui*, *cum apprehensione illius*; & amor ex duobus faciat vnum, vt supra tradidimus, & ipse ibi fatetur dicens: *Sensi animam meam & animam illius, vnam fuisse animam in duobus corporibus*; Et hinc insinuans ortam miseriam, subdit: *Et ideo mihi horrori erat vita, quia nolebam dimidius viuere*. Et non mirum, cùm scriptum sit, *Melior est mors, quam vita amara*. Non ergo dubium est, quin dolorem maximum hinc sentiat, qui inordinatè sic amat; à quo liber est, qui in DEO amat, qui non moritur, & apud quem amicus ipse est, qui diligitur, vt supra ex ipso Augustino docuimus.

4. Conf. c. 7.

cap. 6.

Eccli. 30. 7.

Dementia etiam sic in amante probatur. Est enim *à veritate alienatio*, vt Lyranus notauit in Act. 8. 11. vel *rationalis mentis absentatio*, vt ibi Ordinaria glossa. Et ipsa nominis etymologia hoc ipsum indicare videtur: idem namque est, *demens*, ac *mente demptus*: & hoc etiam videtur *amens* significare, idest, à *mente absens*, à recto vtique vsu illius. Cùm ergo satis à veritate alienatus sit, & absentatus à mētis vsu recto, qui sic amat, non dubium, quin demens, seu amens potiùs sit, quàm amans. Quod idem Augustinus cognoscens, sic exclamat: *O dementiam nescientem diligere homines humaniter! ò stultum hominem immoderatè humana patientem; quod ego tunc eram!* Proinde de amico sic à se dilecto, & defuncto dixerat supra: *sed ille abreptus dementiæ meæ*, &c. Vbi diligere homines *humaniter*, idem est, ac *rationabiliter*, ideſt, recto ordine rationis; quem qui peruertit, demit mentem, proindeque demens fit, & stultus.

Lyran. Gloss.

cap. 7.

cap. 4.

Et *immunditia* quoque illi non deest, vt diximus. Cùm enim hæc ex *commixtione superioris rei cum viliori consurgat*, mens humana creata ad DEVM, & signata lumine eius, ad creaturam curuata, & ei commixta per inordinatum affectum, impura redditur, & immunda. Vnde S. Thomas sic dicit: *Rationalis creatura dignior est omnibus temporalibus, & corporalibus creaturis; & ideo impura redditur ex hoc, quòd temporalibus se subijcit per amorem. In hoc enim amore motus est, vel in corpus pulchrũ, vel in temporalia, vt colloquia dulcia, obsequia prompta, & similia, de quibus supra ex Augustino. Vnde ratio ipsa temporis, quo finiuntur ista, turpitudinem impertit illis, fœcitatem, ac impuri-*

S. Thom. 2. 2. q. 7. art. 2. in corp.

Digitized by Google

purlitatem. A qua quidem impuritate (subdit idē D.Thomas) *purificatur per contrarium motum, dum, scilicet, tendit in id, quod est supra se, scilicet in* DEVM. *Si enim in* DEO *hæc omnia amaret, iam in re, vt temporali non infixus maneret; & sic non fœdus, neque cum cæteris enarratis defectibus. Imò de animabus ipsis in se consideratis sic loquitur Augustinus: Si placent animæ, in* DEO *amentur, quia & ipsæ mutabiles sunt, & in illo fixæ stabiliuntur.*

Propterea de amore hoc puro, quo DEVS ipse in se diligitur, & in ipso proximus, pronunciauit
Sap.8.16. Sapiens: *Intrans in domum meā, conquiescam cum illa.* Et rationem subdit: *non enim habet amaritudinem conuersatio illius, nec tædium conuictus illius, sed lætitiam & gaudium.* Et hinc se efficaciter motum ad complexū illius fatetur sequentibus verbis:
num. 17. *Hæc cogitans apud me, & commemorans in corde meo, quoniā immortalitas est in cognatione sa-*
num. 18. *pientiæ, & in amicitia illius delectatio bona, & in operibus illius honestas sine defectione, & in certamine loquelæ illius sapiētia, & præclaritas in communicatione sermonum ipsius; circuibam quærens, vt mihi illam assumerem.* Sermo enim hìc est de sapientia increata, qui DEVS ipse est; vel de dono illius, quo ipse scitur amari, & rationales creaturæ in ipso. Et bene hinc dicitur sapientia, quæ *sapida est scientia*, quia etiā affectum dulcorat. Proinde dicit ibi, requiem esse, & delectationem bonam. In quo insinuat delectationem aliquam esse non bonam, illam, videlicet, quæ sensibilis est, & carnalis, sumpta ex creatura inordinatè amata, cum qua amaritudines sunt admixtæ, & imperfectiones prædictæ. Non sic tamē ista, à qua remouetur amaritudo omnis, & tędium: & gaudiū ponitur & lętitia; nec deficere potest tempore, cùm sit *honestas sine defectione*, proindeque timor absit amissionis, excrucians. Quod confirmans Apostolus dicit: *Charitas* 1.Cor.13. 8. *nunquam excidit*. Eadem enim, qua amicus diligitur, non morte finitur, sed in æternum perseuerat.

Luce igitur hac diuina illustratus Augustinus Pater meus dixit, hunc amorem in DEO suadens: *State cum eo, & stabitis: Requiescite in eo, & quieti eritis. Quò itis in aspera? quò itis? bonum quod amatis, ab illo est: sed quantum est ad illum, bonum est, & suaue: sed amarum erit iustè, quia iniustè amatur deserto illo, quidquid ab illo est.* *Augus. in conf. lib. 4 cap. 12.*

Igitur morosa, & profunda meditatio malorum, quæ comitantur delectabilem amicitiam sensibilem, & impuram, & bonorum, quibus plena est honesta amicitia, quæ in DEO est, scu-

tum

tum erit fortissimum co tra amicitiam delectabilem falsam, quæ in Deo non est, ne quis illa seductus pereat æternaliter. Ita ergo debet apud se dicere, qui sic impugnatur: Si adeo fugio corporis maculam, quod corruptibile est, quò magis debeo fugere illam animæ, quæ præstantior est? Et idem de dolore, & miseria argumentum est. Et si dementia ita vilem facit apud homines quenquam, & ideo fugitur; quantò magis ista, quæ vilissimum reddit apud Deum, apud Angelos suos, & homines amicos suos, qui intus illuminati, illius penetrant vilitatem? Fugiam igitur ita quenquam amare, & honesto tantum adhærebo amori. Et hæc de amicitia hac *activè* considerata.

DISCVRSVS II.

Contra amicitiam delectabilem, sumptam *passivè*.

Non paruum in amicitia sic considerata experitur quis certamen, cùm cuique gratum sit amari, & ad hoc à natura sit pronus. Vnde plerique, vt amentur, amant. Quod non habet charitas vera, seu honestus amor, cùm non ordinet amicum ad se, sed illum amet in Deo, & propter Deum, redamationem non appetens; vt custodes fecerunt illi, de quibus in Canticis, & nos superiori volumine, qui amabãt conciuem suã; non ideo tamen retinuerunt illam quærentem dilectum suum. Eatenus verò amari cupit, quatenus hoc bonum ipsius amantis est sic concordantis Deo præcipienti amorem. Vnde docuit D. Thomas: *Charitati magis conuenit amare, quàm amari*. Imò etiam naturalem amorem ab hac liberum esse mercede affirmat. *Quia matres*, inquit, *quæ maximè amant, plus quærunt amare, quàm amari*. Et confirmans authoritate Philosophi, dicit: *Quædam enim filios suos dant nutrici, & amant quidem: reamari autem non quærunt, si non contingat*.

Cant. 3. Prop. 73. n. 9.

S. Th. 2. 2. q. 27. a. 2. in corp.

Lib. 8. Ethic. c. 8. cir. init.

Non sic autem delectabilis, seu carnalis amor, qui, vt ametur, amat, ad se ordinans amorem reciprocum. Quod crimen in se Augustinus deplorans, dicit: *Et quid erat, quod me delectabat nisi amare, & amari?* Et inordinationem seu prauitatem amoris subiungit: *Sed non tenebatur modus ab animo vsque ad animum, quatenus est luminosus limes amicitiæ*. Serenitas enim amicitiæ veræ, libera est à nebula, quam concupiscentia excitat carnis, quæ ad se amorem curuat amici; & ita se obtenebratũ fuisse fatetur, subdens: *Sed exha-*

Aug li. 2. conf. c. 2.

laban.

Digitized by Google

labantur nebulæ de limosa concupiscentia carnis, & obnubilabant, atque obfuscabant cor meum, vt non discerneretur serenitas dilectionis à caligine libidinis. Serenitas, inquam, qua amicus debet amari non propter ipsum amantem: *à caligine libidinis*, qua vtique ad se amans refert amorem, vt redametur, & re fruatur amata. Proinde iterum se accusat, dicés: *Amare & amari, dulce erat mihi;* lib. 3. c. 1. *magis, si etiam amantis corpore fruerer.* Et paulò infrà: *Rui etiam amore, quo cupiebam capi.*

Multiplex autem modus contra hunc amorem pugnandi, ex ipsomet Patre desumitur.

Primus est, consideratio *breuitatis* huius amoris; quem proinde vocat *vmbrosum*, quia velut vmbra transit. Quod meliùs agnoscetur in regione mortis, vbi pœna sentietur illius, sine veniæ spe vlla; cuius inconsolabilis confessio fiet tunc verbis illis, *Transierunt omnia illa velut* Sap. 5. 9. *vmbra.*

Secundus est, consideratio *dolorum*, & *amaritudinum*, comitantium hunc amorem. Proinde misericorditer ita DEVM secum egisse fatetur, tanquam efficacem medicinam contra languorem hunc; dicens: *Deus meus,* ibidem. *misericordia mea, quanto fuit mihi suauitatem illam, & quàm bonus aspersisti, quia amatus fum, & perueni occultè ad vinculum fruendi, & colligabar latus ærumnosis nexibus, vt cæderer virgis ferreis ardentibus, zeli, & suspicionum, & timorum, & irarum, atque rixarum.*

Singula verba ista sunt considerationè dignissima: *fruitionem* vocat *vinculum:* ligat enim animam, libertate priuans, qua vacet diuinis: proinde *ærumnosos* appellat hos *nexus*.

Deinde se cæsum dicit, non quibusuis virgis, sed *ferreis*, vt duritiam nimiam designet earũ: & addit *ardentibus*, vt terrorem incutiat, & horrorem. Sermonem autem puto de ipsis motibus concupiscentiæ esse, quibus exæstuat homo carnalis; vnde nascuntur mala narrata, zeli, nimirũ, suspicionum, &c. quibus duriùs cruciatur anima, quàm ferreis virgis. Zelo namque mouetur amans in omne id, quod impedit amorem amati, vt sibi impertiatur soli. Et dolorem hunc ex carnali amore causatum affirmat Scriptura diuina, *cordis* esse, vt exprimat quantùm quemuis aliũ corporalem excedat. *Dolor cordis, & luctus, mulier zelotypa.* Eccli. 26. 8. ita vt mortem acceleret, teste ipso diuino Spiritu, Eccli. 30. *Zelus & iracundia minuunt dies.* Ex 30. 26. zelo enim nascitur iracundia. Propterea etiam scriptum est, *In* 26. 9. *muliere zelotypa flagellum linguæ.*

Tertius est, *mortificatio amoris* pro-

proprij, ex quo amoris huius appetitus emanat. Quia enim homo se inordinatè amat, ideo sibi quærit amorem alterius. Quod confitens idem Augustinus dicit:

Augus. in conf. *Exarsi aliquando satiari in inferis in adolescentia, & silvescere ausus sum varijs, & vmbrosis amoribus, & contabui species mea, & computrui coram oculis tuis, placens mihi.* Ecce amor proprius; ex quo infert desiderium amoris passiui: *Et placere cupiens oculis hominum.*

Quantùm autem noceat amor hic proprius, & quantùm illum mortificare oporteat; infra dicetur diffusè. Mortificatio igitur illius, languoris istius erit sanatio, & fortissima contra hunc hostem armatio.

Quartus est, *dulcedinis diuinæ gustatio*: qui enim gustat illam, omnem aliam terrenam & carnalem fastidit, iuxta verbum Domini ad illam, quæ hoc erat implicata amore. Volēs enim ab illo eam retrahere, inuitauit ad aquam viuam, cuius potus suauitas, visibilium sitim extingueret.

Io. 4. 14. *Qui biberit*, inquit, *ex aqua quã ego dabo ei, nõ sitiet in æternum.*

Postquam ergo vulnus suum aperuit Augustinus supra allatus, ab hoc hoste inflictum, percussionis attulit causam. *Quoniam fames mihi erat intus ab interiori cibo, de te ipso Deus meus.* Et quia fames communiter esurire facit, explicat non sic actum cum eo, subdens: *Et ea fame non esuriebam, sed eram sine desiderio alimentorum incorruptibilium.* Quia autem saturitas fastidium generat, explicat ex inanitate potius hoc in se ortum, dicens: *Sed quò inanior, eò fastidiosior*; ad discrimen corporalium ciborũ, quibus, vt iam diximus, quò quis magis impletur, eò magis fastidit: non sic in spiritualibus, euentu probante, iuxta illud, *Qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc sitient.* Neque hæc verba contraria sunt præcedentibus, per ipsum Dominum apud Ioannem prolata. Nam ibi de delectatione carnali est sermo, quam reddit insipidam spiritualis dulcedo: quia, vt dicit Gregorius, *Sicut post gustum mellis, omnia videntur insipida, ita gustato spiritu, desipit omnis caro.* Et ideo benè sequitur inæternum non sitire, carnalem vtique delectationem. In Ecclesiastico autem post esum, dicitur esurire, & post potum sitire: eandem vtique spiritualem dulcedinem; qua gustata, & magis ipsius excellentia percepta, desiderium crescit illius. Et ideo hanc ponunt Sancti differentiam inter spirituales dulcedines & carnales; quòd istæ gustatæ, fastidiunt: illę maius sui generant desideriũ, non molestè tamen, sed suauiter.

Eccli. 24. 29. *s. Greg.*

Defectu igitur huius gustationis cœlestis, grauiter se infirmatum Augustinus fatetur; & hinc oriri,

oriri, extra se ire, quærens à creaturis amari, dulcedine ista captus amara. *Non benè*, inquit, *valebat anima mea, & vlcerosa proïciebat se foras miserabiliter, scalpi auida cõtactu sensibilium.*

Vltimus denique modus erit cõsiderare, qui sic amatur, quod *verè non ipse ametur, sed corpus suum*; proindeque non debeat amanti pro hoc vicem rependere, ex motiuis etiam, quæ circa amorem actiuum sunt posita.

Hæc oculis cordis seriùs meditantes, multi serui DEI tam viri, quàm fœminæ, hunc amorẽ pro nihilo habuerunt: vt in Bernardo patet, qui fœminam, tanquam castitatis suæ furem, clamando fugauit. In Bernardino Senensi, qui aliam ad libidinem prouocantem, duriter reuerberauit. In Thoma Aquinate, qui impudicam titione fugauit. Et ex fœminis, in Iudith, Susanna, Agnete, Lucia, & innumeris alijs ex sexu vtroque: quorum exemplis historiæ plenæ sunt, tùm antiquæ, tùm modernæ: quæ possunt consuli, nam hìc omittuntur, ne nimium protendatur tractatus.

DISCVRSVS III.

Contra amicitiam *vtilem*.

HAEC pariter dupliciter considerari potest, *actiuè*, scilicet, & *passiuè*. Contra illam primo modo acceptam pugnandum erit considerando indignitatem, & detrimentum illius. *Indignitas* patet, quia indignum sanè est corde humano ad æterna creato, propter peritura amare hominem, qui citò consumitur. *Detrimentum* etiam liquet, quia cùm posset præcipuè ad DEVM dilectionem dirigere, & sic lucrũ spirituale facere; amisso seu derelicto DEO infinito bono, adhæret creaturæ propter creaturam, temporalem vtique vtilitatem; & sic damnum incurrit, excellentiori bono amisso, viliori infixus. Vlteriùs, quia vile est, viliter amare; & taliter amat, qui sic amat, cùm non verè amet, quem fingit amare. Cùm autem hic amor, adulatorius plerumque sit, de quo statim plura dicam, illic complebitur illius tractatus. Quantum verò attinet ad ipsum sumptum *passiuè*, pro illo, videlicet, qui sic amatur, hæc meditatio contra illum videtur efficax: considerare vtique, non se diligi, sed pecuniam, aut quid simile pecunia æstimabile. Quare redamationem ex hoc non mereri, sed potius indignationem.

Digitized by Google

CONSIDERATIO IIII.

Contra Amicitiam falſam ſpecialiùs ſumptam.

HACTENVS de Amicitia falſa communiùs accepta tractauimus, & aduerſus illam arma poſuimus. Nunc de illa ſpecialiùs ſumpta erit tractandum, vt hoſtis iſte perfectiùs cognitus, omnino maneat expugnatus. *Adulatio* ergo, amicitia hæc falſa eſt, vt patebit ex hac doctrina ſequenti.

Doctrina circa Adulationem.

SEcundùm nominis etymologiam, nihil aliud videtur Adulatio, quàm *laudis datio*, vel *laudis adulteratio*. Et hæc ſecunda priori aliquid addit, & naturam magis hoſtis iſtius explicare videtur. Nam quemadmodum, qui adulteratur, contra debitum extraneo ſe cõmiſcet; ita, qui adulatur, debito non ſeruato, alterius laudat perſonam.

Aut etiam, quia quemadmodum adulterina, exterius ſolum apparent vera, cùm falſa ſint: ita adulator amicabiliter loquens, videtur amicus, cùm verè intus non ſit. Hinc eſt, quòd Dominus adulantibus ſibi Iudæis, appellando eum Magiſtrum, *Magiſter volumus à te ſignum videre*, reſpondit: *Generatio praua, & adultera*: quod idem fuit, ac *adulatrix*, ex tradita ratione, prauitatem mali iſtius ſignificãs. Quod nouit etiam Plutarchus, cùm dixit: *Vt adulterina, & nitorem, ac ſplendorem auri imitantur, ſic adulator gratiam, obſequium, & hilaritatem amici*. Quod magis ex dicendis conſtabit. Nunc iuxta Doctorẽ Angelicum magis explicata manebit præſens doctrina, expendendo, *quid* ſit adulatio, *quotuplex*, & *qualis*.

Matt. 12. 39 & 16. 4.

Plutar.

Quid ſit?

DIco cum prædicto Doctore, *Peccatũ eſſe, quo quis verbis, vel factis ſupra debitum modum virtutis, alium delectare quærit*. Vnde apparet virtuti affabilitatis *per exceſſum* opponi, à qua tantum per particulam illam, *ſupra debitum modum virtutis* diſtinguitur. Et notabiliter dicitur, *verbis, vel factis*: quia non ſolum ore, ſed facto cõtingit, vt declarat proditio Iudæ: non enim tantùm adulatus eſt verbo, dicendo, *Aue Rabbi*: ſed oſculo, *& oſculatus eſt eum*, ſe amicum fingendo. Quod illi Dominus exprobrauit: *Oſculo filium hominis tradis?* indicans ſceleris magnitudinem. Et hæc quo ad primum. Quo ad ſecundum verò,

S. Th. 2. 2. q. 115. a. 1. in cor.

Mar. 14. 45.

Luc. 22. 48.

Quo-

Digitized by Google

Quotuplex sit?

DIco, multiplicem esse, quatenus modis sequentibus debitum virtutis excedit.

Primò, ratione *materiæ*.

Secundò, ratione *finis*.

Tertiò, ratione *occasionis*.

Singuli explicantur.

Ratione materiæ, vt cùm quis quærit placere laudãdo aliquem, in quo non est laudandus. Quod tripliciter contingere potest. Ratione *peccati*: Ratione *incertitudinis*: Ratione *periculi*. Vt cùm peccatum est, de quo laudatur: de qua adulatione dixit Psalmista: *Laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur*. Aut quia licèt, quod laudatur appareat bonum, incertum tamen est, an verè ita sit. Vnde etiam laudatio ista prohibetur verbis illis Diuinis: *Ne laudes virũ in specie sua*, quia, scilicet, exteriora frequenter fallunt. Vel denique quia licèt certum hoc sit, periculum tamen est gloriæ vanæ. Vnde ibidem modus hic etiam interdicitur, cùm dicitur: *Ante mortem ne laudes hominem*.

Ps. 10. secundum Heb. 3.

Eccli. 11. 2.

ibid. n. 30

Ratione quoque finis exceditur debitus modus virtutis tripliciter.

Primò, *ratione mali inferẽdi*.

Secundò, *lucri quærendi*.

Tertiò, *vanam gloriam aucupandi*.

Quia, scilicet per hanc viam intendit adulato malum inferre securiùs: aut lucrum quærere diuitiarum, honoris, & dignitatis; vel gloriam vanam sibi, vel adulato. Et hæc quoad secundum. Quo ad tertium verò,

Qualis sit?

SEnsus est, quale sit peccatũ. Respondeo, mortale esse posse, vel veniale. Mortale, quatenus charitati opponitur. Quod tripliciter contingere potest, Ratione *materiæ*, *intentionis*, *occasionis*.

Ratione *materiæ*, vt cùm quis alium laudat de mortali peccato patrato. In quo dupliciter veram dilectionem offendit. Primò, illam DEI, contra cuius iustitiam homo loquitur. Secundò, illam proximi, quam in peccato sic fouet. Vnde S. Thomas mortiferam esse hanc adulationem concludit, & probat authoritate diuina Isaiæ 5. *Væ, qui dicitis malum, bonum*. Non enim particula *væ*, affigitur nisi in rebus afferentibus animæ mortem. Et idem esset, si facto proprio mortali, alteri placere quis quæreret.

Isai.

Ratione *intentionis*, quia, scilicet, laudat, vt fraudulenter, & notabiliter noceat: siue in rebus corporalibus, quas sibi quærit, aut alteri, vt opes, dignitates, & similia: siue in spiritualibus, vt à gradu virtutis deij-

Digitized by Google

ciat, vt obedientiæ, humilitatis, & similibus. Vnde à diuino spiritu correptionis increpatio suadetur, damnabili hac adulatione reiecta, verbis illis: *Meliora sunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oscula odientis.*

Prou. 27. 6.

ibidem.

Ratione *occasionis*: Vt *cùm laus adulatoris* (inquit sanctus Doctor) *sit alteri occasio grauiter peccandi*. Et ad distinctionẽ præcedentis modi, hoc notabiliter addit, *etiam præter adulatoris intentionem*. In hoc autem oportet considerare, quòd occasio sit accepta, & grauis ruina subsequatur. Nam si tantùm data sit, non erit culpa mortalis, vt sanctus Doctor insinuat.

Venialis autem similiter tripliciter est.

Primò, *ratione materiæ*, quia, scilicet, veniale est, quod in alio laudat; vel factum proprium, quo ĩntendit adulato placere.

Secundò, *ratione intentionis*, aut quia grauem illius ruinam non intendit, sed paruam. Aut quia ex sola auiditate delectandi hoc facit. Vel ad euitandum aliquod malum, aut aliquid in necessitate consequendum.

Tertiò, *ratione occasionis*, quia scilicet, ruina subsecuta, parua fuit. Et hæc omnia secundùm Doctorem Angelicum. Tamen, quæ de occasione sunt dicta, in propugnaculo contra *scandalum* diffusiùs explicabuntur.

Notandum tamen hìc vltimò est, dupliciter adhuc posse adulationem accipi; *actiuè* nimirum in adulante; & *passiuè* in adulato. Quæ perfectè nõ vincitur, nisi vtroque modo superetur, vt dicitur in epist. ad Demetriadẽ inter opera S. P. N. Augustini: *Beata*, inquit, *mens est, quæ perfectè hoc vitium vincit, nec adulatur aliquando, nec adulanti credit; quæ nec decipit alterum, nec ipsa decipitur; tantumque hoc malum, nec facit aliquando, nec patitur*. Contra vtramque igitur ponenda sunt arma per considerationes sequentes: quod faciemus præcipuè contra adulationem mortiferam, qua duriùs anima vastatur. Nam aduersus eam, quæ tantummodo est venialis, recurrendum erit ad ea, quæ infra cõtra peccatum veniale sunt proponenda; & contra hunc hostem sic consideratum poterunt militare.

S. Aug. to. 2. c. 22.

DISCVRSVS I.

Contra Adulationem *actiuam*.

ADuersus hanc muniendũ in primis est cor verbis illis diuinis per Spiritum sanctum apud Sapientem prolatis, *Nec lactes quenquam labijs tuis*. Lactare enim idem est, quod adulari, sumpta metaphora ex modo, quo vtitur adulator, qui

Prou. 24. 28.

est

Digitized by Google

est suauiter mulcendo decipere, vt magis infra patebit. Proinde alia littera habet, *Seducas*, *decipias*. Cùm ergo DEVS falli non possit, neque fallere, quia summè Bonus, & Sapiens, adulationem vetando tibi; ab illa debes cessare.

Secundò, cessando ab intẽtione, vt cesses ab electione. Cùm enim mediorum electio sit propter finis intentionem, & intentio adulatoris frequenter sit opes, & gloria, ablata ista intentione, cessabis ab adulatione.

Hinc probat Apostolus, se non fuisse adulatorem, quia horum non habuit intentionem. *Neque enim* (inquit) *aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis*. Et causam subdit, quia auri & gloriæ non erat cupidus. Igitur muniẽdum est cor contra ambitionem, & contra auaritiam, recurrendo pro armis ad hæc propugnacula, vbi plura sunt posita. Nam ex contẽptu tẽporalium à Hieronymo quoque absentia illius infertur. *Vbi*, inquit, *vile oluscul um, & cibarius panis, & cibus potusque moderatus: vbi diuitiæ superuacuæ, ibi nulla adulatio*. Examinandum ergo bene est cor, eiusque latebræ scrutandæ, & discutiendum seriò adulationis motiuum, quod semper est vitiosũ; siue sit luxuria, vt fruatur concupitis amplexibus; siue gula, siue ambitio, & auaritia, aut simile quid. Et contra hæc omnia, ad propria propugnacula pro armis est recurrendum.

1. Thess. 2. 5.

S. Hieron. epist. 9. ad Salu.

Similiter, cùm adulator omnis mendax sit, iuxta illud, *Absconduntodium labia mendacia*. Ideo namque B. Laurentius Iustinianus ait etiam: *Adulator est amicus in obsequio, hostis in animo*. Fingit enim frequenter se bonum, velut Hypocrita, vt placeat adulato, & sic decipiat. Proinde etiam recurrendum ad propugnacula contra mendaciũ, & hypocrisim: expugnatis enim his vitijs, adulatio pariter expugnabitur.

Prou. 10. 18.

B. Laur. Iustin. de lig vita, de pasp. cap. 2. circ. med.

Tertiò propugnabitur malum hoc, considerando iudicium Diuinum illi instans, & acerbitatem pœnarum. Nam de iudicio seuerè loquitur DEVS per os Dauid: *Os tuum abundauit malitia, & lingua tua concinnabat dolos*. Vbi iuxta explicationem Patris Augustini de adulatore est sermo. *Maleuolentiam*, inquit, *& dolositatem, Fratres, quorundam hominũ dicit, qui per adulationem, quamuis sciant mala esse, quæ audiunt, ne offendant eos, à quibus audiunt, non solum non reprehendendo, sed tacendo consentiunt. Parum est, quia non dicunt, malè fecisti; sed dicunt, & bene fecisti: & norunt malum esse: sed abundat os eorũ malitia, & lingua eorum amplexata est dolositatem*. Et magis explicans, in quo dolositas ista con-

Ps. 49. 19

Aug. to. 8

conſiſtat, ſubdit: *Doloſitas eſt fraus quædam in verbis, aliud ſentiendi.*

Notat autem, non dixiſſe Dominum: *Lingua tua admiſit doloſitatem*; aut *perpetrauit doloſitatem*: ſed, *amplexata eſt*; vt oſtenderet, inquit, *quandam delectationem in ipſo malo*. In quo augetur malitia, ex ruina pariter inde ſecuta adulati. Et hoc eſt ſcandalum, ſcilicet adulatio ipſa: num. 21. de quo poſt pauca, *aduerſus filiũ matris tuæ ponebas ſcandalum*. Obiter igitur nota, ſcandaloſum eſſe adulatorem, vt etiam ex doctrina ſuperiùs tradita conſtat. Proinde recurrendum ad Propugnaculum contra ſcandalum, & videnda quæ aduerſus ſcandalũ actiuum ibi fuerint dicta, & contra hanc adulationẽ applicanda.

Lyran. Lyranus autem notat, quòd verba illa Pſalmiſtæ, *concinnabas dolos*, vt legit Vulgata lectio, idẽ ſignificant, ac *colorabat falſa, & mendacia ad proximi deceptionem*. Et indicatur in verbo *concinnabat* ſpecialis induſtria dolos adinueniendi, & componendi, ad ſecuriorem impoſturam, & capturam; in quo turpitudo vitij huius apparet: propter quod grauiſsima eius cenſura ſubditur: *Arguam te*, Lyranus exponit, *ſaltem in morte*: nam tunc priuatim iudicatur & examinatur ſeuerè anima de geſtis omnibus, vt fusè ſuo loco dicemus. Igitur licèt videatur adulator pro nunc impunitus tranſire, & laxis habenis ruere in mala, adulatione ductrice; quod indicat Dominus in præcedentibus verbis, *hæc feciſti, & tacui*; tamen veniet hora mortis, quando acerbiſsimè arguetur, nemine contradicente, imò conſcientia propria accuſante.

S. Auguſt. Pater Auguſtinus interpretatur comminationem hanc de finali iudicio, quando coram vniuerſa creatura omnes iudicabuntur. *Quando*, inquit, *manifeſtè veniet* DEVS *noſter, & non ſilebit. Tunc enim rumpetur illud ſilentium, tacui*. Et proſequitur S. Doctor expoſitionem ſuam. *Quid tibi faciam arguendo te? quid tibi faciam? modò te non vides; facio, vt videas te: quia ſi videres te, & diſpliceres tibi, placeres mihi. Quia verò te non videns, placuiſti tibi, diſplicebis & mihi, & tibi: Mihi, cùm iudicaberis: tibi, cùm ardebis*. In quibus verbis nota, non tantum iudicium intimari, ſed etiam pœnam: & ſupplantari adulatorẽ inſinuat ex defectu conſiderationis turpitudinis mali huius, propterea que non abhorrere illud: & ſibi finaliter diſplicituram, & DEO: non ſolùm per iudicium horribile (*Arguam te*) ſed per pœnas ardoris perpetuas: ſic enim intelligit verba ſequentia, *& ſtatuam contra faciem tuam*. Quæ ipſe ſic legit: *Conſtituam te ante faciem, id eſt, vide-*

videbis fœditatem tuam, non vt corrigas, sed vt erubescas. Modò enim turpitudinem adulationis suæ velare contendit; sed tunc reuelabitur cum rubore: scriptũ est enim; *Ego reuelabo pudenda tua.* *Nahum 3.5.*

Similem huic interpretationẽ Lyranus adhibet, interpretando de conscientiæ verme, quo miserabiliter in æternum corrodetur adulator in pœnam sui peccati. Dicitur enim conscientia, animæ facies. Contra hanc ergo statui, est per hunc vermem corrodi. De cuius pœnæ acerbitate loquens Isaias Propheta, dixit: *Vermis eorum non morietur.* Et nos in tractatu proprio, DEO dante, latiùs explicabimus. *Lyran.* *Isa. 66. 24.*

Ista sunt vulnera, de quibus alibi loquẽs Spiritus sanctus, dixit, *Dolosa plaga:* Ecce adulatio actiua. Et est sensus secundùm Lyranum, damnum quodcunque à doloso procuratum alteri: & sequitur pœna, *Dolosi diuidet vulnera.* Id est, inquit idem Doctor, *Multiplicabit super eum mala:* Et interlinearis glossa habét, *Augebit.* Quæ non tantùm intelligenda sunt de in hac vita perpessis, cùm frequenter ante mortem acerrimè puniantur; sed de tolerandis post ipsam. *Eccli. 27. 28.* *Lyran.*

De his igitur benè consideratis, & perpetratis, fac tibi contra hostem hunc arma, & effugies omnia ista mala.

DISCVRSVS II.

Contra eandem adulationem *actiuam*.

EST tamen in hac pugna magnopere aduertendũ, quòd non tantùm supplantatur aliquis, laudes dando, modo prædicto, sed & illas negando. Cùm enim ob oculos feriæ considerationis, vitij huius turpitudinem ponit, & pœnam, timorem concipit incurrendi notam illius; ob idque à debita etiam, & conuenienti abstinet laudatione; quam secundùm se non esse prohibitã, imò honestam, & debitam, est manifestum: Bono enim operi laus debetur; ergo illud operans, licitè potest laudari. Proinde de iusto viro sic laudante scripsit Propheta: *Timentes autem Dominum glorificat.* Glorificat nãque cùm laudat: & de timentibus DEVM est sermo: & innuitur opus bonum laudatum. *Ps. 14. 4.*

Hinc est, quòd Paulus frequenter discipulos suos laudabat: nam ad Philippenses scribens, illos *Gaudium, & coronam suam* appellat. Et ad Corinthios dicit: *Multa mihi gloriatio est pro vobis.* Et in epistola ad Timotheum, fidem illius sinceram, veram, & antiquam laudibus effert. *Ad Phil. 4. 1.* *2. Cor. 7. 4.* *2. ad Timot. 1. 4.*

Sapiens quoque dixit: *Laudet te alienus*; honestum hoc indicans. *Prou. 27. 2.*

Digitized by Google

dicans. Proinde Pater Augustinus de hac materia loquens in confessionibus suis, non solùm licitam laudem istam dicit, verùm & debitam. *Bonæ*, inquit, *vitæ, bonorumque operum comes, & solet, & debet esse laudatio*. Vnde Beato Seuero sibi scribenti, & laudanti respondit, se ipsum pariter obligasse rependere laudes: quod non curaret, nisi sciret ex fideli amicitia hoc prodijsse, & non adulatione fucata. *Quod non*, inquit, *curarem, si ea, quæ de me ad me locutus es, non ex charitate sinceriſsima dicta scirem, sed adulatione inimica amicitiæ. Hoc quippe modo, nec debitor fierem quia talia rependere non deberem: sed quantò magis noui, quàm fideli animo loquaris, tantò magis video quanto debito grauer.* Vbi clare apparet laudationem impensam sibi iustificasse, & suam pariter repensionem.

Aug. lib. 10. conf. c. 37. n. 2.

Epis. 135. ant. med. tom. 2.

Videndum igitur est, quales conditiones debeant intercedere, vt laudatio laudabilis, sit à turpitudine adulationis immunis; vt sic non agnoscatur in ea hostis vitandus, sed amplexandus amicus.

Sanctus Bernardus docet, hãc conditionem laudationem honestare, quando, scilicet, laudator ita laudat bona, quæ videt, vt paratus sit obiurgare mala, quæ fient. *Veri*, inquit, *isti sunt laudatores, qui ita bona laudare solent, vt lactare in malis non nouerint*. Et hinc remouet impugnationẽ, ob quam quis horresçit laudare cùm debet, ne de adulatione notetur, dicens: *Volo te talium præconijs delectari, qui tam timeant palpare vitia, quàm detrectare virtutibus*. Et ita se practicasse cum quodam Abbate, ad quem scribit, affirmat his verbis: *Si malis audacter confidimus, oblatrabimus: nunc, cùm ad bona ventum est, silere debemus, & non magis testimonium perhibere bono?* Et increpatorem malorum, non paratum bona laudare, potius corrosorem appellandum censet, subdens: *Alioquin corrosores fuisse conuincimur, non correctores; quia mordere, quàm emundare maluimus, si bonis obmutescimus, qui in tantum reclamauimus malis*.

S. Ber. ep. 78. quæ est ad Sug ger. Abb. ant. med.

Scrutare igitur cor tuum, tu, qui laudas, aut laudare debes; & vide, , si ita sis paratus corripere mala, quæ videris, ac laudare bona, quæ noueris. Nam si ita est, neque tu te ipsum de adulatione debes habere suspectum, neque talis ab alijs reputari, dicente etiam Plutarcho: *Non statim debemus adulationis suspectos habere, quicumque laudant*. Et rationem subdit iuxta dicta: *Non minus enim suo tempore laus amicum, quàm obiurgatio decet*. Imò hoc emolumentum ex laude data, ait, reporta-

Plut. lib. quom. dignosc. adulat. ab amico. ante med.

Digitized by Google

portari, quòd correptio postea à laudatore facta, accipitur fructuosiùs. *Quæ autem*, inquit, *beneuolentia liberaliter, atque alacriter laudem laude dignis tribuit, huius etiam in reprehendendo libertatem, facilè & sine molestia perferimus, ac probamus credentes necessitate ductum increpare, qui in laudando fuit facilis.*

Hinc etiam probitas probatur laudantis. Nam cùm morsum increpantis naturaliter abhorreat animus, tantùm veritatem commendare constat, & non ob aliquod lucrum lactare laudatũ, qui nõ minus intelligitur promptus ad vngẽdum, quàm ad vrẽdum. Vnde hanc differentiam intercedere testatur citato loco Bernardus inter verum laudatorem, & adulatorem damnabilem: quòd iste non habet, nisi oleum, quod fundat, sed dolosum: ille vinum etiã habet, quo mordeat. *Vbi corripit*, inquit, *vinum infundit: oleum, cùm blanditur. Et quidem vinum absque odio, oleum sine dolo.* *S.Bir.ep. 78.cit.*

Propterea ad hanc intentionis puritatem dignoscendam, valet cõsiderare bonitatem laudantis; vt hinc cognoscatur promptitudo animi ad obiurgandum, si opus esset. Vnde sic de Agesilao Sapiẽte refert Plutarchus: *Quoties laudantes, aut vituperantes audiret, censebat, non minus dicentium mores cognoscendos esse, quàm eos, de quibus dicerent.* *Plutar. in Lacon. cir. init.*

Alia etiam conditio comitari potest laudem, honestam reddens illã, intentio, scilicet, promouendi opus virtutis. Cùm enim hæc circa difficile sit, animus facilè ab illius operatione retrahitur, non perseuerans. Vnde dixit Chrysostomus: *Si virtus laudata, vix suos ad sudores prouocat; quid erit, si nõ factum fuerit?* Quasi dicat, retrahetur, & non perseuerabit. Ideo viguit tritum illud prouerbium, *Virtus laudata crescit.* Et Tullius quoque dixit: *Honor alit artes, omnesque incenduntur ad studia gloriæ; iacentque ea semper, quæ apud quosque improbantur.* Quæ verba à Patre Augustino referuntur lib. 5. de Ciuit. Dei cap. 13. Vbi testatur loqui Tullium, *De studijs talibus, quæ vtique sectanda sunt fine veri boni, non ventositate laudis humanæ.* *Chrys. ho. in Ps. 49. post med. tom. 1.* *Tull. lib. 1. Tusc. qq. cir. init.* *August.*

Quod faciendum præcipuè est erga pusillanimes. Cùm enim hi, iuxta D. Thomam, deficiant à proportione suæ potentiæ, dum recusant in id tendere, quod est suæ potentiæ commensuratum, ideo recedunt à bonis; *quod est pessimum*, vt ait inferiùs. Proinde magna profectò charitas est, laude promouere, qui huiusmodi sunt: Et hanc volebat in quouis Prælato Regulam suam profitente prælucere Patet Augustinus, dum in ea sic illi præcipit: *Consoletur pusillanimis,* *S. Th. 2.2 q. 133. a. 1. in cor.* *August.*

Idem

ibi, *nõ cupere dum negatur*: altera in actu secundo, seu exercito, ibi, *cùm offertur*. Prima faciliùs superatur: difficultas est in secunda ex inclinatione coæua, vt dixi. Nam sic habens hostem propinquum, & impugnanrem, difficiliùs eum abigit, quàm cùm adhuc longe est, & impediri potest.

Profundius autem meditantes huius inclinationis radicem, dicimus ex Augustino, & Thoma, esse excellentiæ appetitum. Cùm enim gloria, iuxta P. Augustinum, *Iudicium sit hominum benè de hominibus opinantium*; importat manifestationem bonitatis alicuius: quæ cùm naturaliter ametur, & honoretur ab omnibus; sicut per gloriam, quæ est apud Deum, consequitur homo excellentiam in rebus Diuinis, ita etiam per gloriam hominum consequitur homo excellentiam in rebus humanis: & cùm hæc maximè ab omnibus appetatur, consequens est (vt inquit S. Thomas) quòd illa multùm sit appetibilis.

Aug. li. 5. de ciuit. Dei c. 12. cir. med. S. Th. 2. 2 q. 132. a. 4. in cor.

Et crescit hæc pugna, adhuc instigante Diabolo, ora mouente: laudantium, vt supplantetur laudatus, teste Augustino dicente: *Instat aduersarius veræ beatitudinis nostræ, vbique spargens in laqueis, Euge, Euge, vt dum auidè colligimus*, (ecce propensio naturalis) *incautè capiamur*. ecce supplantatio addita instigatione Diaboli.

Aug. lib. 10. conf. c. 36.

Multipliciter autem hìc conflictus contingit. Primò, quando laudator est malus, mala laudans intentione, siue mala sint, aut bona quæ laudat. Secundò, quando est bonus, bona laudans intentione, quæ laudabilia videt: tamen, quia *nimiè* laudat, elationis est periculum, & consequenter ruinæ. Quam duplicem pugnam Bernardus agnouit, cùm dixit: *Vtrumque nocentium genus: & illi, scilicet, qui volunt mihi mala, & me adulatoriè commendant: & ij, qui licèt innocenter, tamen nocent, dum beneuolè quidem, sed nimiè laudant*. Tertiò, quando laudatur quis, quantum laudandus est; tamen ex hoc vitiatur. Qui modus ponitur à Patre Augustino, cùm dicit: *Cùm autem non peccator laudatur in desiderijs animæ suæ, nec, qui iniqua gerit, benedicitur; sed laudatur homo propter aliquod bonum, quod dedisti ei:* ecce laus accepta. *At ille plus gaudet sibi, laudari se, quàm ipsum donum habere, vnde laudatur*. Ecce turpitudo laudati. *Etiam iste, te vituperante laudatur:* ecce ipsius condemnatio: ideoque reprobato isto, iustificatur laudator: *Et melior iam ille, qui laudauit quàm iste, qui laudatus est*. & subditur ratio. *Illi enim placuit in homine donum* DEI: *huic amplius placuit donum hominis, quàm donum* DEI.

S. Bern. ep. 72. circa med.

S. Augus. loc. cit.

Igi-

Digitized by Google

Igitur hîc de tertio hoc conflictu agendum: nam infra de primis duobus erit tractandum. Notandum tamen, quòd conflictus hi omnes ita obscuri sunt, & subtiles, non tantùm ex parte laudantis, vt infra videbitur, sed etiam ex parte laudati ipsius; & tertius hic præcipuè; vt Augustinus, illuminatus iam, & perspicacissimus factus, fateatur sibi occultum, & Diuinis oculis tantùm patêre illius victoriam. Proinde hanc suam vberrimè deplorans ærumnam, dicit ad DEVM: *Tu nosti de hac re ad te gemitum cordis mei, & flumina oculorum meorum: neque enim facilè colligo, quàm sim ab ista peste mundatior; & multum timeo occulta mea, quæ norunt oculi tui, mei autem non.* Et varios ponit gradus spiritualis congressus istius, etiam infideli Christi athleta.

GRADVS I.

Consurgit ex discrimine inter istum conflictum, & illum, quo alia expugnantur vitia. Nam in gula, v.g. auaritia, & luxuria, dimissis vel ablatis eorum obiectis, & considerata repugnantia, seu molestia maiori, vel minori, aut nulla; ex illorum absentia potest inuestigari, affectus ad ipsa quantus sit, & an penitus eradicatus. *Tunc enim* (inquit) *me interrogo, quàm magis minusue mihi molestum sit non habere.* Cùm autem obiectum laudis, & debitus comes sit opus bonum, & non possit, nisi turpiter hoc omitti; consequenter nõ potest per illius absentiam probatio ista fieri, quæ tantum per absentiã contingit obiecti. *Laude verò vt careamus,* (inquit) *atque in eo experiamur quid possumus, nunquid male viuendũ est, & tam perditè, atque inaniter, vt nemo nos nouerit, qui non detestetur, quæ maior demẽtia dici, aut cogitari potest? At si bonæ vitæ, bonorumque operum, comes, & solet, & debet esse laudatio, tam comitatum eius, quàm ipsam bonam vitam deseri non oportet. Non autem sentio, sine quo esse, aut æquo animo, aut ægrè possim, nisi cùm abfuerit.* Et quia benè operabatur, ideoque laudabatur, fatetur, se laudari, & laudibus delectari; non tamen turpiter, quia magis ipsa veritate delectabatur. *Quid igitur,* inquit, *tibi in hoc genere tentationis, Domine confiteor? quid? nisi delectari me laudibus, sed amplius ipsa veritate, quàm laudibus.*

Ex isto primo gradu colligitur primò, quomodo seducebatur iuuenis quidam religiosus: ad quem cùm ex officio attineret, spiritualem legere lectionem in refectorio, dum fratres reficerẽtur; ipse, data opera, male legebat, & committebat errores: & interroganti familiariter causam, respondebat, ne laudaretur,

& va-

& vanè gloriaretur. Conuincitur autem hîc ex Augustino dementia hæc, ibi, *nunquid malè viuendum est*, &c.

Colligitur secundò, appetitũ laudis, secundùm se malum non esse; quemadmodum non est malus appetitus bonum faciendi; quod iuxta Augustinũ necessariò comitatur laus; teste etiã S. Tho. dicente: *Non est peccatũ, quòd aliquis velit, bona sua ab alijs approbari*. Et confirmat ex scriptura Diuina, Matth. 5. *Luceat lux vestra coram hominibus*. Et ideo, inquit, *appetitus gloriæ non nominat aliquid vitiosum*.

S.Th. 2.2 *b.* 132. *a.* 1. *in cor.*

Matth. 5. 16.

Colligitur tertiò, delectationem in proprijs laudibus, ex se vitiosam non esse, quando inanis non est, vt docet etiam D. Thomas art. cit. ad 3. Quando autem inanis sit, infra ex eodem sancto Doctore patebit. Interim ex Augustino constat: quando, scilicet, ampliùs delectatur quis ipsa veritate, quàm laudibus: & huius animi signum exemplo demonstrat: vt si furens, aut in omnibus rebus errans, ab omnibus velit laudari: nam fatetur se tũc in veritate constantem, electurum potiùs vituperari.

c. 37. *n.* 2.

GRADVS II.

Conflictus istius, est quoddam gaudij augmentum ex ipso ore laudatoris prouenies. Nam licèt opus ipsum laudabile sit, & de hoc gaudeat operantis animus; tamen, quòd tale cognoscatur ab alio, & ab ipso laudetur, gaudium auget: quod puritati gaudij, de veritate videtur officere. Nam deberet solum gaudere de laude, vt cadit supra opus bonum, & dignum, non vt prouenit ab ipso laudatore. Proinde puritati huic adhærere cupiens, dicit: *Verumtamen nollem, vt vel augeret mihi gaudiũ suffragatio oris alieni*. Fatetur tamen augere, & signum dat hoc dignoscendi: quia vituperatione minuitur. *Sed auget*, (inquit) *fateor non solùm, sed & vituperatio minuit*. Nam si de veritate solùm gauderet, de bonitate vtique operis non curaret, an laudaretur, aut vituperaretur: sed quia hoc curat, indicium est, de sola veritate non gaudere. Huic tamen hostili congressui, se fatetur resistere, considerando, velle DEVM a nobis, non solum amorem sui, verùm & proximi; & ex hoc oriri gaudium de laude sua, vt à laudatore confertur; quatenus benè intelligit, quid laudabile sit, & cognitionem exequitur. Nam si bonus est, signum est, proficere: et si malus, quòd bonus fiat, spes est.

Ibid. Aug.

Et pro indicio excusationis istius, affert tristitiam de laudibus suis, quando in ipso laudatur, quod ipse non putat laudabile, vel supra mensuram laudatur. *Et cùm ista*, inquit, *miseria mea perturbor* (vide timoratam conscientiam Augustini,) *subintrat mihi*

Digitized by Google

mihi excusatio (nota solicitudinem ipsius in resistēdo) *quæ qualis sit, tu scis* DEVS *: nam me incertum facit.* (Perpende difficultatem pugnæ) *Quia enim nobis imperasti, non tantùm continentiam, id est, à quibus rebus amorem cohibeamus; verùm etiam iustitiam, id est, quo eum conferamus: nec te tãtùm voluisti à nobis, verum etiam proximum diligi; sæpe mihi videor de profectu, aut spe proximi delectari, cùm bene intelligentis laude delector: & rursus eius malo contristari, cùm eũ audio vituperare, quod aut ignorat, aut bonũ est: nã cõtristor aliquãdo laudibus meis, cùm vel ea laudantur in me, in quibus mihi ipse displiceo; vel etiam bona minora & leuia pluris æstimantur, quàm æstimanda sunt.* Hactenus Augustinus.

GRADVS III.

Est, quia fieri potest, maius gaudium hoc oriri, non de vtilitate laudatoris, sed de vnanimitate assensus, quatenus, quod sibi placet, iucundius sibi est. Nam facilè potest contingere laudari, quæ laudato displiceãt, aut ipsius iudicio laus nõ æquetur; & sic quasi non laudetur, qui iuxta sententiam non laudatur; & proinde augeatur gaudium ex alieno ore non dissentiente ab ipso, quod puritati veritatis videtur officere, & amorem proprium ibi subtilissimè subabscondi. *Sed rursus* (inquit idem Pater) *vnde scio, an propterea sic afficior, quia nolo de me ipso à me dissentire laudatorem meum; non quia illius vtilitate moueor, sed quia eadem bona, quæ mihi in me placent, iucundiora mihi sunt, cùm & alteri placent? Quodammodo enim non ego laudo, cùm de me sententia mea non laudatur; quandoquidem aut illa laudantur, quæ mihi displicent, aut illa amplius, quæ mihi placent.* Et ita operandum esse fatetur se scire. Vnde vtilitatis proximi solo amore, gaudium illud maius iustificari concludit, subiungens: *Ergo ne de hoc incertus sum mei? Ecce enim in te veritas video, non me laudibus meis propter me, sed propter proximi vtilitatem moueri oportere.* Et incertitudinem de victoria hac propter subtilitatem pugnæ fatetur, subiungens: *Et an ita sit, nescio. Obsecro te* DEVS *meus, & me ipsum mihi indica, vt confitear oraturis pro me fratribus meis, quod in me saucium comperero.*

Ex quibus verbis colligitur, remediũ in isto conflictu, esse ad orationẽ recursũ, dicendo: DEVS *meus, meipsum mihi indica.*

GRADVS IV.

Istius conflictus, quem Augustinus hic ponit, est, quia si sola vtilitas proximi, gaudij augmenti causa est, æquè deberet sentiri vituperium illatum proximo, ac proprium, & æquè proprium, ac alie-

alienum, quando æque iniquè infertur. Nam tunc æquè opprobrator nocet alteri, & conſequenter ſibi. Ergo ſi amore illius ducor, quando me laudat, eodem amore debet mihi diſplicere eius ruina, dum improperat: at inæqualitas diſplicētię meæ contrarium probat. Igitur ſignum eſt in ipſo me laudante, non reſpexiſſe me in augmento gaudij mei purè vtilitatem illius, ſed amorem meum proprium fuiſſe admixtum. *Iterum*, inquit, *me diligentiùs interrogem, ſi vtilitate proximi moueor in laudibus meis, cur minus moueor, ſi quiſquam alius iniuſtè vituperetur, quàm ſi ego? Cur ea contumelia magis moueor, quæ in me, quàm quæ in alium eadem iniquitate coram me iacitur?* Et ſubdit, ſe bene hanc veritatem cognoſcere, vt ſciat quomodo victoria ſit reportanda: pro quo DEVM orat, quaſi à ſe non valeat actu complere, quod ſcit. *An*, inquit, *& ego hoc neſcio? etiamne id reſtat, vt ipſe me ſeducam, & verum non faciam coram te in corde, & in lingua mea? Inſaniam iſtam Domine longe fac à me.*

GRADVS V.

Rurſus hic meditor gradum hunc vltimum iſtius conflictus. Nam conſiderans Athleta Chriſti tantas in bono laudato inſidias, & tam occultas, caſum metuens, bene operari fugit, ne hinc euaneſcat laudatus. Et ſummum adhuc robur capit iſte congreſſus ex verbis illis Diuinis: *Attendite, ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedē non habebitis apud Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt.* Matt. 6. 1 Et quia cum oſtenſione iſtius operis boni, poteſt ſtare laus iuſta cum proximi lucro; ideo aliquando hanc deceptionem contingere idem Auguſtinus oſtendit in libris de Ciuitate DEI, vbi gradū conflictus iſtius inſinuat. Nam poſtquam poſuit ſcripturam narratam, ſubiungit: *Sed rurſus ne hoc peruersè intelligentes, hominibus placere metuerent, minusque prodeſſent, latendo, quòd boni ſunt; demonſtrans, quo fine innoteſcere deberent, Luceant, inquit, opera veſtra coram hominibus, vt videant bona facta veſtra, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt.* Aug. lib. 5. de ciu. cap. 14 Et ſubiungens, quo pacto liceat coram alijs hæc opera facere, dicit: *Non ergo, vt videamini ab eis, ideſt, hac intentione, vt eos ad vos conuerti velitis; quia non per vos aliquid eſtis; ſed vt glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt; ad quem conuerſi, fiant, quod eſtis.*

In quibus verbis, conflictu poſito, in quo multi vincuntur, ponitur remedium ex purificatione intentionis non quærentis gloriam propriam, ſed DEI ſolius, boni illius Auctoris, & con-

Digitized by Google

conuersionem proximi, prouocatum hoc exemplo ad bonum. Ex defectu namque istorum contingit peruersio, ex sententia etiam Doctoris Angelici dicentis: *Potest gloria dici vana, quando quis appetitum gloriæ suæ non refert in debitum finem, puta, ad honorem* DEI, *vel proximi salutem.*

S. Th. 2. 2. q. 132. a. 1. in cor.

Aduersus hanc Adulationem arma ponuntur.

OMissis modò armis contra adulationem in malo, vel in bono, intentione mala laudatoris: aut bona quidem, nimiè tamen, quod infra fiet: ponēda nunc arma sunt cōtra laudationem de bono bona intentione datam, malè tamen acceptam, inclinante, seu ad hoc impellente laudis amore; de quo Pater meus Augustinus dicit: *Saniùs videt, qui & amorem laudis, vitium esse cognoscit:* quādo vtique vanus est, modo iam dicto. Nam si referat ad DEVM, vt ad vltimum finem, vel ad vtilitatem proximi, quatenus per bonum exēplum prouocetur ad bonum, vel ad profectum proprium: *Quatenus,* inquit D. Thomas, *ex hoc quòd homo ex bonis, quæ in se cognoscit per testimoniū laudis alienæ, studeat in eis perseuerare, & ad meliora proficere;* tunc non inanis est laudis amor, neque inhonestè accipitur humana laudatio, iuxta Doctorem Angelicum. Et hic erit Clypeus primus cōtra istam laudationem passiuam, quando, scilicet, semper inhonesta putatur, & ex erronea conscientia anima vulneratur non minus, quàm si vanè acciperetur. Quod significauit Paulus, cùm dixit: *Ne efficiamini inanis gloriæ cupidi.* Dum enim addidit *inanis*, satis indicauit, quæ non inanis est, modis prædictis, interdictam non esse, cum secundùm se bonum, quoddam vtile sit, referibile in bonum finem, à quo accipit honestatem. Et sic ait D. Thomas loco proximè citato, honestari appetitum laudabilis famæ, iuxta illud: *Cura habe de bono nomine:* cui vtique respondet laus. Et ad Romanos dicitur: *Prouidentes bona non solùm coram* DEO, *sed etiam coram hominibus*; quorū est laudare bona opera visa.

S. Augus. lib. 5. de ciuit. Dei cap. 13.

S. Th. 2. 2. q. 132. a. 1. ad 3.

Ad Gal. 5. 26.

Eccli. 41. 15.

Ro. 12. 17.

Et sic isti vltimo gradui impugnationis istius, sufficienter per hunc resistitur clypeum.

Contra quartum verò, per victoriam amoris proprij, ex quo laudis iste amor inordinatus procedit; contra quem arma inferiùs reponuntur in propugnaculo proprio, ad quod est recurrendum.

Contra cæteros denique gradus, bene ex Patre Augustino patet ibi defensio. Tamen, vt vberiùs, & distinctiùs in hoc loquamur, per sequentes considera-

Digitized by Google

tiones inimicus hic est vincendus; considerationе nimirum,

Impotentiæ operantis.
Incertitudinis, quam habet.
Bonorum, quæ impedit.
Bonorum, quibus priuat.
Malorum, quæ causat.

PONDERATIO I.

Circa *Impotentiam.*

INtelligitur ad laudabilia operandum: cùm homo ex se non habeat illa, neque valeat operari, sane immeritò gloriatur de illis. Et hoc solum motiuum sufficiens indicauit Apostolus ad omnem complacentiam vanam respuēdam laudis humanæ, cùm dixit: *Quid habes, quod non accepisti? & si accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?* Quasi quòd de suis tantum possit iure quis gloriari, non autem de non suis, qualia ista sunt, quæ accipiuntur à DEO, veritate ipsa dicente: *Sine me nihil potestis facere.* Vnde de inordinatione ista Augustinus loquens, dicit in suis Confessionibus DEO: *Sibi placentes multum, tibi displicent, non tantum de bonis, quasi bonis, verum etiam de bonis tuis, quasi suis: aut etiam sicut de tuis, sed tanquam ex meritis suis.*

1. Cor. 4. 7.

Io. 15. 5.

Aug. lib. 10. conf. c. 39.

Consideratio ergo paupertatis propriæ, & impotentiæ, firmū scutum est contra malum hoc.

PONDERATIO II.

Circa *Incertitudinem.*

DE incertitudine etiam patet. Nam cùm gloria humana, vt superiùs ex Augustino est dictum, sit iudicium hominum benè de hòminibus opinantium, & iudicium hoc sit incertum; cōsequenter gloria ex illo procedens, incerta est, & laus pariter data, ex qua gloria ista resultat.

Incertitudo autem hæc humani iudicij constat, cùm bonitas laude digna ab interiori intentione actus virtuosi dependeat, vt in materia de actibus humanis latè tradunt Theologi, & probat Scriptura illa: *Pulchritudo filiæ Regis ab intus:* Interiora verò hominis soli DEO patent, iuxta illud: *Homo videt in facie; Deus autem intuetur cor.* Vnde clarè colligitur, iudicium hominis de mea virtute incertū esse, & consequenter parui faciēdum. *Ideo* (inquit Augustinus) *melior est virtus, quæ humano testimonio contenta non est, nisi conscientiæ suæ.* Quod confirmat exemplo Apostoli dicentis: *Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ.* Et rursus: *Opus suum probet vnusquisque, & tunc in semetipso tantum gloriam habebit, & non in altero.* Quasi illa, quæ ab alterius dependet iudicio, ex incertitudine non sit curanda. Quod etiam Th. de Kempis considerans, dixit:

Ps. 44. 14

1. Reg. 16. 7.

Aug. lib. 5. de ciu. Dei c. 12. circ. med.

Io. 5.

2. Cor. 1. 12.

Gal. 6. 4.

Kemp. de imit. Chr. lib. 2. c. 3.

xit: *Si attendis, quid apud te ſis intus, non curabis quid de te homines loquantur*. Vana enim eſt laus, quæ à fallaci hominum iudicio pendet, docente etiam hoc

S. Thom.

Sancto Thoma Aquinate his verbis: *Vana eſt gloria ex parte eius, à quo quis gloriam quærit, puta hominis, cuius iudicium eſt*

Caiet.

incertum. Quod explicans Caiet. dicit: *Si quæratur ab homine, tanquam à certo, vel magno teſtimonio, aut vltimo teſtimonio*. Sed eo frequenter certum, vel magnum habetur; & ideo tanta ſollicitudine quæritur: ex quo magna hominum multitudo perditur.

Sed notanda ſunt verba illa Caietani, *aut vltimo teſtimonio*, per quod intelligitur illud diuinum. Quemadmodum enim DEVS eſt finis vltimus noſter, & veritas prima, ita etiam vltimum omnium dicitur teſtimonium, & quo nihil certius. Igitur non ſolùm pugnandum eſt per incertitudinis iudicij humani conſideration contra laudis amorem, vel datam laudationem, ſed etiã per ponderationem certitudinis iudicij diuini infallibilis, approbantis opera noſtra; ex quo dependet gloria vera, aut opprobrium verum metuendum. Proinde quidam ſapiens dixit: *Non*

Kemp. de imit Chriſti lib. 2. c. 6. n. 3.

es ſanctior, ſi laudaris: nec vilior, ſi vituperaris: quod es, hoc es: nec maior dici vales, quàm, DEO *teſte, ſis*. Sola enim gloria, quæ à DEO eſt, æſtimanda eſt, quia ſola ea vera eſt. Hoc confeſſus etiam Pſalmiſta dixit: *Tu es gloria mea, & exaltans caput meũ*. *Pſal. 3. 4.* Quod licèt non fiat in præſenti tempore, dum peregrinamur à Domino, fiet tamen in fine, quando manifeſtabuntur conſilia cordium, & erit Dominus ipſe iudicãs populum ſuum. Quo ſenſu etiam eius teſtimonium, vltimum dici poteſt. Tunc enim iuſtis dicet: *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum*. *Matt. 25. 34.* Ecce electio ad gloriam regni ſempiterni. Et iudicium ſubditur publicum coram vniuerſa creatura: *Eſurijui enim, & dediſtis mihi manducare*; & cætera, quæ ibi recenſentur: in quibus omnia eorũ opera approbata apparebũt, iudicio ſapientiſsimi, & incorruptibilis Iudicis. *ibidem.*

Hinc etiam gloriam iſtam, quæ à DEO eſt, commendauit Dominus, humanam reprobans fallaciam, quando hanc quærentibus dixit: *Dilexerunt magis gloriam hominum, quàm* DEI. *Io. 12. 43* Et eandem veritatem ſatis etiam Pater meus Auguſtinus confeſſus eſt in confeſsionibus ſuis ad DEVM, dicens: *Qui laudari vult ab hominibus, vituperante te, non defendetur ab hominibus, iudicante te; neque eripietur, damnante te*. In fine namque ſaltem apparebit turpitudo gloriæ vanæ humanæ, quando iudicio Diuino reprobabuntur pariter, qui mo-

Aug. lib. 10. c. 36.

dicans. Proinde Pater Augustinus de hac materia loquens in confessionibus suis, non solùm licitam laudem istam dicit, verùm & debitam. *Bonæ*, inquit, *vitæ, bonorumque operum comes, & solet, & debet esse laudatio.* Vnde Beato Seuero sibi scribenti, & laudanti respondit, se ipsum pariter obligasse rependere laudes: quod non curaret, nisi sciret ex fideli amicitia hoc prodijsse, & non adulatione fucata. *Quod non*, inquit, *curarem, si ea, quæ de me ad me locutus es, non ex charitate sinceriſsima dicta scirem, sed adulatione inimica amicitiæ. Hoc quippe modo, nec debitor fierem quia talia rependere non deberem: sed quantò magis noui, quàm fideli animo loquaris, tantò magis video quanto debito grauer.* Vbi clare apparet laudationem impensam sibi iustificasse, & suam pariter repensionem.

Aug. lib. 10. conf. c. 37. n. 2.

Epist. 135. ant. med. tom. 2.

Videndum igitur est, quales conditiones debeant intercedere, vt laudatio laudabilis, sit à turpitudine adulationis immunis; vt sic non agnoscatur in ea hostis vitandus, sed amplexandus amicus.

Sanctus Bernardus docet, hãc conditionem laudationem honestare, quando, scilicet, laudator ita laudat bona, quæ videt, vt paratus sit obiurgare mala, quæ fient. *Veri*, inquit, *isti sunt laudatores, qui ita bona laudare solent, vt lacrare in malis non nouerint.* Et hinc remouet impugnationẽ, ob quam quis horresci laudare cùm debet, ne de adulatione notetur, dicens: *Volo te talium præconijs delectari, qui tam timeant palpare vitia, quàm detrectare virtutibus.* Et ita se practicasse cum quodam Abbate, ad quem scribit, affirmat his verbis: *Si malis audacter confidimus, oblatrabimus: nunc, cùm ad bona ventum est, silere debemus, & non magis testimonium perhibere bonis?* Et increpatorem malorum, non paratum bona laudare, potius corrosorem appellandum censet, subdens: *Alioquin corrosores fuisse conuincimur, non correctores; quia mordere, quàm emundare maluimus, si bonis obmutescimus, qui in tantum reclamauimus malis.*

S. Ber. ep. 78. quæ est ad Sug ger. Abb. ant. med.

Scrutare igitur cor tuum, tu, qui laudas, aut laudare debes; & vide, , si ita sis paratus corripere mala, quæ videris, ac laudare bona, quæ noueris. Nam si ita est, neque tu te ipsum de adulatione debes habere suspectum, neque talis ab alijs reputari, dicente etiam Plutarcho: *Non statim debemus adulationis suspectos habere, quicumque laudant.* Et rationem subdit iuxta dicta: *Non minus enim suo tempore laus amicum, quàm obiurgatio decet.* Imò hoc emolumentum ex laude data, ait, reporta-

Plut. lib. quom. dignosc. adulat. ab amico. ante med.

Digitized by Google

portari, quòd correptio posteà à laudatore facta, accipitur fructuosiùs. *Quæ autem*, inquit, *benevolentia liberaliter, atque alacriter laudem laude dignis tribuit, huius etiam in reprehendendo libertatem, facilè & sine molestia perferimus, ac probamus credentes necessitate ductum increpare, qui in laudando fuit facilis.*

Hinc etiam probitas probatur laudantis. Nam cùm morsum increpantis naturaliter abhorreat animus, tantùm veritatem commendare constat, & non ob aliquod lucrum lactare laudatũ, qui nõ minus intelligitur promptus ad vngẽdum, quàm ad vrẽdum. Vnde hanc differentiam intercedere testatur citato loco Bernardus inter verum laudatorem, & adulatorem damnabilem: quòd iste non habet, nisi oleum, quod fundat, sed dolosum: ille vinum etiã habet, quo mordeat. *Vbi corripit*, inquit, *vinum infundit: oleum, cùm blanditur. Et quidem vinum absque odio, oleum sine dolo.* *S. Bern. ep. 78. cit.*

Propterea ad hanc intentionis puritatem dignoscendam, valet cõsiderare bonitatem laudantis; vt hinc cognoscatur promptitudo animi ad obiurgandum, si opus esset. Vnde sic de Agesilao Sapiẽte refert Plutarchus: *Quoties laudantes, aut vituperantes audiret, censebat, non minus dicentium mores cognoscendos esse, quàm eos, de quibus dicerent.* *Plutar. in Lacon. cir. init.*

Alia etiam conditio comitari potest laudem, honestam reddens illã, intentio, scilicet, promouendi opus virtutis. Cùm enim hæc circa difficile sit, animus facilè ab illius operatione retrahitur, non perseuerans. Vnde dixit Chrysostomus: *Si virtus laudata, vix suos ad sudores prouocat; quid erit, si nõ factum fuerit?* Quasi dicat, retrahetur, & non perseuerabit. Ideo viguit tritum illud prouerbium, *Virtus laudata crescit.* Et Tullius quoque dixit: *Honor alit artes, omnesque incenduntur ad studia gloriæ; iacentque ea semper, quæ apud quosque improbantur.* Quæ verba à Patre Augustino referuntur lib. 5. de Ciuit. Dei cap. 13. Vbi testatur loqui Tullium, *De studijs talibus, quæ vtique sectanda sunt fine veri boni, non ventositate laudis humanæ.* *Chrys. ho in Ps. 49. post med. com. 1.* *Tull. lib. 1. Tusc. qq cir. init.* *August.*

Quod faciendum præcipuè est erga pusillanimes. Cùm enim hi, iuxta D. Thomam, deficiant à proportione suæ potentiæ, dum recusant in id tendere, quod est suæ potentiæ commensuratum, ideo recedunt à bonis; *quod est pessimum*, vt ait inferiùs. Proinde magna profectò charitas est, laude promouere, qui huiusmodi sunt: Et hanc volebat in quouis Prælato Regulam suam profitente prælucere Pater Augustinus, dum in ea sic illi præcipit: *Consoletur pusillanimis;* *S. Th. 2. 2. q. 133. a. 1. in cor.* *August.*

Idem

Idem enim hìc eſt conſolari, ac animare huiuſmodi, ſeu promouere ad bonum per laudem exhibitam.

Hanc tamen moderatam eſſe debere, eſt ſummoperè aduertendum; & erit conditio alia comitans honeſtatem illius. Nam ſi nimia fuerit, potius obruet, quàm attollet. Prout dicebat Bernardus ad quendam, ipſum laudantem: *Tu me ergo*, inquit, *potius exaltando deijcis, & extollendo, premis.* Quod dicebat ſanctiſſimus Vir ex humilitate ſua, timens gloriam vanã: quantò ergo magis ruina hæc eſt timenda in quouis minus perfecto? Proinde ſpiritus Diuinus hoc periculum videns, dixit: *Ante mortem ne laudes quemquam*: vbi nimirũ timetur caſus gloriæ vanæ, vt explicat S. Thomas. Et alibi: *Laudaui magis mortuos, quàm viuos.* Quia vtique illi, cùm ſint iam in termino, extra periculum ſunt. Hi, cùm adhuc tendãt, periclitantur. Cùm ergo ex nimietate facilè hìc caſus contingat, ab illa eſt abſtinendum. Ob id quidam ſapienter dixit, *Lauda ſobriè.*

S. Ber. ep. 72. ad Ramal. Fumac. Abb. circ. init.

Eccli. 11. 30.

Eccl. 4. 2.

Et vltra hunc timorem ruinæ per gloriam vanam, facilè etiam poteſt irritatio euenire laudanti. Animaduertens namque merita excedere laudem, putabit ſe ſic à laudatore illudi, & potius indignabitur, tanquam de irrogata iniuria. De hoc enim loquitur Diuinus ſpiritus, cùm in Prouerbijs dicit: *Qui benedicit proximo ſuo voce grandi, maledicenti ſimilis erit.* Nam de voce adulatoria eſt ſermo: ideoque grandis dicitur: *quia fauore ſuperfluæ laudis extollit, vel malis fauendo, vel bona plus æquo laudando*; vt ibi Gloſſa ordinaria notat. Vnde P. Auguſtinus, vt inferiùs repetam, de ſe ipſo fatetur: *Contriſtor aliquando laudibus meis, cùm vel ea laudantur in me, in quibus mihi ipſe diſpliceo: vel etiam bona minora, & leuia pluris æſtimantur, quàm æſtimanda ſunt.*

Prou. 27. 14.

Gloſſ.

Aug. lib 10. conf. c. 37.

Et ipſe quoque laudator, leuitatis, & iniuſtitiæ non effugiet notam: quam idem Auguſt. incurrere nolens, ita ad Seuerum laudatorem ſuum reſcribit: *Animo tam quidem beneuolo, ea tantùm dicam bona tua, dona* DEI, *de quibus in te certus ſum*: ſuper. effluere vtique nolens. Quod etiam indicant verba iſta Ambroſij: *Ante probandus, ſic prædicandus non eſt homo, vtcumque laudandus; ſed poſt probationem, & poſt examen meriti, ac virtutis.*

Ambr. de inſt. virg. cap. 3.

Corollarium.

PRobitas ergo *laudantis: par promptitudo* illius, *tam ad obiurgandum, quàm ad laudandum: opus bonum laudatum: adiumẽtum puſillanimitatis: laudatio-*

Digitized by Google

dationis sobrietas, illam reddunt debitam, & honestã. Proindeque etiam ab hoste hoc apparenter, hoc est, à laudatione honesta, adulatione putata, per ista morosè considerata, se debet quisquis impugnatus protegere; & victor in hac pugna euadet.

Contra Adulationem passiuam.

DISCVRSVS I.

Ponitur causa prima magnitudinis huius certaminis.

NON potest satis explicari scripto, aut verbis, quàm acriter ab hoc hoste impugnentur, & quàm frequenter, milites CHRISTI; ita vt diuinus Spiritus adulationem hãc, *cõflatorium* appellet, & *fornacem*, vbi velut argentum, & aurum probentur. *Quomodo*, inquit, *probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurum, sic probatur homo ore laudantis*. Clarè enim sermo est de adulatione passiua, quam, nimirum, quis patitur, dum laudatur. Proinde Pater Augustinus humanam linguam, fornacem nostram quotidianam appellauit, dicens: *Quotidiana fornax nostra est humana lingua*. Vbi non simpliciter

Prou. 27. 21.

Aug lib. 10. confess. cap. 37.

fornacem appellat; sed *quotidianam*: quia nil frequentius in cõgressu humano, cùm adulatoribus plenus sit orbis, & per consequens adulatis. Et præceptum Dominicum hoc malũ prohibẽs, adesse pronunciat, subiungens: *Imperas nobis, & in hoc genere continentiam: scriptum est enim: Si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis*. Vbi *lactare* idem est, ac adulari, vt magis ex dicendis constabit. Et non *acquiescere*, idem est, quòd tali passioni resistere. Sed difficultas victoriæ insinuatur ab Augustino sequentibus verbis, *Da, quod iubes; & iube, quod vis*: indicãs acerbitatẽ cõflictus, à quo euadit nemo, nisi liberatus Omnipotentis manu.

Prou. 10.

Oritur autem magnitudo prælij huius, primò *ex inclinatione natiua* ad proprias laudes. Vnde dixit Hieronymus: *Natali ducimur malo & adulatoribus nostris libẽter fauemus: & quamquã respondeamus nos indignos, & calidus rubor ora perfundat; tamen ad laudem suam anima intrinsecùs lætatur*. Et P. Augustinus ait: *Quas vires nocendi, humanæ gloriæ amor non sentit, qui ei bellum indixerit: & si cuiusquam facile est, laudem non cupere, dum negatur; difficile tamen est, ea non delectari, cùm offertur*. Eadem ferè verba habẽtur apud Hieron. ad Cœlium: In quibus duplex innuitur passiua adulatio: altera in actu primo,

Hieron. epist. ad Sabiniã.

Aug. cit. à D. Th. 2.2.q.132. art. 3.

ibi,

ibi, *nõ cupere dum negatur*: altera in actu secundo, seu exercito, ibi, *cùm offertur*. Prima faciliùs superatur: difficultas est in secunda ex inclinatione coæua, vt dixi. Nam sic habens hostem propinquum, & impugnantem, difficiliùs eum abigit, quàm cùm adhuc longe est, & impediri potest.

Profundius autem meditantes huius inclinationis radicem, dicimus ex Augustino, & Thoma, esse excellentiæ appetitum. Cùm enim gloria, iuxta P. Augustinum, *Iudicium sit hominum benè de hominibus opinantium*; importat manifestationem bonitatis alicuius: quæ cùm naturaliter ametur, & honoretur ab omnibus; sicut per gloriam, quæ est apud Deum, consequitur homo excellentiam in rebus Diuinis, ita etiam per gloriam hominum consequitur homo excellentiam in rebus humanis: & cùm hæc maximè ab omnibus appetatur, consequens est (vt inquit S. Thomas) quòd illa multùm sit appetibilis.

Aug. li. 5. de ciuit. Dei c. 12. cir. med. S. Th. 2. 2 q. 132. a. 4. in cor.

Et crescit hæc pugna, adhuc instigante Diabolo, ora mouente: laudantium, vt supplantetur laudatus, teste Augustino dicente: *Instat aduersarius veræ beatitudinis nostræ, vbique spargens in laqueis, Euge, Euge, vt dum auidè colligimus* (ecce propensio naturalis) *incautè capiamur*, ecce supplantatio addita instigatione Diaboli.

Aug. lib. 10. conf. c. 36.

Multipliciter autem hìc conflictus contingit. Primò, quando laudator est malus, mala laudans intentione, siue mala sint, aut bona quæ laudat. Secundò, quando est bonus, bona laudans intentione, quæ laudabilia videt: tamen, quia *nimiè* laudat, elationis est periculum, & consequenter ruinæ. Quam duplicem pugnam Bernardus agnouit, cùm dixit: *Vtrumque nocentium genus: & illi, scilicet, qui volunt mihi mala, & me adulatoriè commendant: & ij, qui licèt innocenter, tamen nocent, dum beneuolè quidem, sed nimiè laudant.* Tertiò, quando laudatur quis, quantum laudandus est; tamen ex hoc vitiatur. Qui modus ponitur à Patre Augustino, cùm dicit: *Cùm autem non peccator laudatur in desiderijs animæ suæ, nec, qui iniqua gerit, benedicitur; sed laudatur homo propter aliquod bonum, quod dedisti ei:* ecce laus accepta. *At ille plus gaudet sibi, laudari se, quàm ipsum donum habere, vnde laudatur.* Ecce turpitudo laudati. *Etiam iste, te vituperante laudatur:* ecce ipsius condemnatio: ideoque reprobato isto, iustificatur laudator: *Et melior iam ille, qui laudauit quàm iste, qui laudatus est.* & subditur ratio. *Illi enim placuit in homine donum* DEI: *huic amplius placuit donum hominis, quàm donum* DEI.

S. Bern. ep. 72. circa med.

S. Augus. loc. cit.

Igi-

Digitized by Google

Igitur hîc de tertio hoc conflictu agendum: nam infra de primis duobus erit tractandum. Notandum tamen, quòd conflictus hi omnes ita obscuri sunt, & subtiles, non tantùm ex parte laudantis, vt infra videbitur, sed etiam ex parte laudati ipsius; & tertius hic præcipuè; vt Augustinus, illuminatus iam, & perspicacissimus factus, fateatur sibi occultum, & Diuinis oculis tantùm patêre illius victoriam. Proinde hanc suam vberrimè deplorans ærumnam, dicit ad DEVM: *Tu nosti de hac re ad te gemitum cordis mei, & flumina oculorum meorum: neque enim facilè colligo, quàm sim ab ista peste mundatior; & multum timeo occulta mea, quæ norunt oculi tui, mei autem non.* Et varios ponit gradus spiritualis congressus istius, etiam infideli Christi athleta.

GRADVS I.

Consurgit ex discrimine inter istum conflictum, & illum, quo alia expugnantur vitia. Nam in gula, v.g. auaritia, & luxuria, dimissis vel ablatis eorum obiectis, & considerata repugnantia, seu molestia maiori, vel minori, aut nulla; ex illorum absentia potest inuestigari, affectus ad ipsa quantus sit, & an penitus eradicatus. *Tunc enim* (inquit) *me interrogo, quàm magis minusue mihi molestum sit non habere.* Cùm autem obiectum laudis, & debitus comes sit opus bonum, & non possit, nisi turpiter hoc omitti; consequenter nõ potest per illius absentiam probatio ista fieri, quæ tantum per absentiã contingit obiecti. *Laude verò vt careamus,* (inquit) *atque in eo experiamur quid possumus, nunquid male viuendũ est, & tam perditè, atque inaniter, vt nemo nos nouerit, qui non detestetur, quæ maior demẽtia dici, aut cogitari potest?* *At si bonæ vitæ, bonorumque operum, comes, & solet, & debet esse laudatio, tam comitatum eius, quàm ipsam bonam vitam deseri non oportet. Non autem sentio, sine quo esse, aut æquo animo, aut ægrè possim, nisi cùm abfuerit.* Et quia benè operabatur, ideoque laudabatur, fatetur, se laudari, & laudibus delectari; non tamen turpiter, quia magis ipsa veritate delectabatur. *Quid igitur,* inquit, *tibi in hoc genere tentationis, Domine confiteor? quid? nisi delectari me laudibus, sed ampliùs ipsa veritate, quàm laudibus.*

Ex isto primo gradu colligitur primò, quomodo seducebatur iuuenis quidam religiosus: ad quem cùm ex officio attineret, spiritualem legere lectionem in refectorio, dum fratres reficerẽtur; ipse, data opera, male legebat, & committebat errores: & interroganti familiariter causam, respondebat, ne laudaretur, & va-

& vanè gloriaretur. Conuincitur autem hîc ex Augustino dementia hæc, ibi, *nunquid malè viuendum est*, &c.

Colligitur secundò, appetitũ laudis, secundùm se malum non esse; quemadmodum non est malus appetitus bonum faciendi; quod iuxta Augustinũ necessariò comitatur laus; teste etiã S. Tho. dicente: *Non est peccatũ, quòd aliquis velit, bona sua ab alijs approbari*. Et confirmat ex scriptura Diuina, Matth. 5. *Luceat lux vestra coram hominibus*. Et ideo, inquit, *appetitus gloriæ non nominat aliquid vitiosum*.

S.Th. 2.2 h.132. a. 1. in cor.

Matth.5. 16.

Colligitur tertiò, delectationem in proprijs laudibus, ex se vitiosam non esse, quando inanis non est, vt docet etiam D. Thomas art.cit.ad 3. Quando autem inanis sit, infra ex eodem sancto Doctore patebit. Interim ex Augustino constat: quando, scilicet, ampliùs delectatur quis ipsa veritate, quàm laudibus: & huius animi signum exemplo demonstrat: vt si furens, aut in omnibus rebus errans, ab omnibus velit laudari: nam fatetur se tũc in veritate constantem, electum potiùs vituperari.

c.37. n.2.

GRADVS II.

Conflictus istius, est quoddam gaudij augmentum ex ipso ore laudatoris prouenies. Nam licèt opus ipsum laudabile sit, & de hoc gaudeat operantis animus; tamen, quòd tale cognoscatur ab alio, & ab ipso laudetur, gaudium auget: quod puritati gaudij, de veritate videtur officere. Nam deberet solum gaudere de laude, vt cadit supra opus bonum, & dignum, non vt prouenit ab ipso laudatore. Proinde puritati huic adhærere cupiens, dicit: *Verumtamen nollem, vt vel augeret mihi gaudiũ suffragatio oris alieni*. Fatetur tamen augere, & signum dat hoc dignoscendi: quia vituperatione minuitur. *Sed auget*, (inquit) *fateor non solùm, sed & vituperatio minuit*. Nam si de veritate solùm gauderet, de bonitate vtique operis non curaret, an laudaretur, aut vituperaretur: sed quia hoc curat, indicium est, de sola veritate non gaudere. Huic tamen hostili congressui, se fatetur resistere, considerando, velle DEVM a nobis, non solum amorem sui, verùm & proximi; & ex hoc oriri gaudium de laude sua, vt à laudatore confertur; quatenus benè intelligit, quid laudabile sit, & cognitionem exequitur. Nam si bonus est, signum est, proficere: et si malus, quòd bonus fiat, spes est.

lib. Aug.

Et pro indicio excusationis istius, affert tristitiam de laudibus suis, quando in ipso laudatur, quod ipse non putat laudabile, vel supra mensuram laudatur. *Et cùm ista*, inquit, *miseria mea perturbor* (vide timoratam conscientiam Augustini,) *subintrat mihi*

Digitized by Google

mihi excuſatio (nota ſolicitudinem ipſius in reſiſtẽdo) *quæ qualis ſit, tu ſcis* DEVS *: nam me incertum facit.* (Perpende difficultatem pugnæ) *Quia enim nobis imperaſti, non tantùm continentiam, id eſt, à quibus rebus amorem cohibeamus; verùm etiam iuſtitiam, id eſt, quo eum conferamus: nec te tãtùm voluiſti à nobis, verum etiam proximum diligi; ſæpe mihi videor de profectu, aut ſpe proximi delectari, cùm bene intelligentis laude delector: & rurſus eius malo contriſtari, cùm eũ audio vituperare, quod aut ignorat, aut bonũ eſt: nã cõtriſtor aliquãdo laudibus meis, cùm vel ea laudantur in me, in quibus mihi ipſe diſpliceo; vel etiam bona minora & leuia pluris æſtimantur, quàm æſtimanda ſunt.* Hactenus Auguſtinus.

GRADVS III.

Eſt, quia fieri poteſt, maius gaudium hoc oriri, non de vtilitate laudatoris, ſed de vnanimitate aſſenſus, quatenus, quod ſibi placet, iucundius ſibi eſt. Nam facilè poteſt contingere laudari, quæ laudato diſpliceãt, aut ipſius iudicio laus nõ æquetur; & ſic quaſi non laudetur, qui iuxta ſententiam non laudatur; & proinde augeatur gaudium ex alieno ore non diſſentiente ab ipſo, quod puritati veritatis videtur officere, & amorem proprium ibi ſubtiliſsimè ſubabſcondi. *Sed rurſus* (inquit idem Pater) *vnde ſcio, an propterea ſic afficior, quia nolo de me ipſo à me diſſentire laudatorem meum; non quia illius vtilitate moueor, ſed quia eadem bona, quæ mihi in me placent, iucundiora mihi ſunt, cùm & alteri placent? Quodammodo enim non ego laudo, cùm de me ſententia mea non laudatur; quandoquidem aut illa laudantur, quæ mihi diſplicent, aut illa amplius, quæ mihi placent.* Et ita operandum eſſe fatetur ſe ſcire. Vnde vtilitatis proximi ſolo amore, gaudium illud maius iuſtificari concludit, ſubiungens: *Ergo ne de hoc incertus ſum mei? Ecce enim in te veritas video, non me laudibus meis propter me, ſed propter proximi vtilitatem moueri oportere.* Et incertitudinem de victoria hac propter ſubtilitatem pugnæ fatetur, ſubiungens: *Et an ita ſit, neſcio. Obſecro te* DEVS *meus, & me ipſum mihi indica, vt confitear oraturis pro me fratribus meis, quod in me ſaucium comperero.*

Ex quibus verbis colligitur, remediũ in iſto conflictu, eſſe ad orationẽ recurſũ, dicendo: DEVS *meus, meipſum mihi indica.*

GRADVS IV.

Iſtius conflictus, quem Auguſtinus hic ponit, eſt, quia ſi ſola vtilitas proximi, gaudij augmenti cauſa eſt, æquè deberet ſentiri vituperium illatum proximo, ac proprium, & æquè proprium, ac

alie-

alienum, quando æque iniquè infertur. Nam tunc æquè opprobrator nocet alteri, & conſequenter ſibi. Ergo ſi amore illius ducor, quando me laudat, eodem amore debet mihi diſplicere eius ruina, dum improperat: at inæqualitas diſplicẽtię meæ contrarium probat. Igitur ſignum eſt in ipſo me laudante, non reſpexiſſe me in augmento gaudij mei purè vtilitatem illius, ſed amorem meum proprium fuiſſe admixtum. *Iterum*, inquit, *me diligentiùs interrogem, ſi vtilitate proximi moueor in laudibus meis, cur minus moueor, ſi quiſquam alius iniuſtè vituperetur, quàm ſi ego? Cur ea contumelia magis moueor, quæ in me, quàm quæ in alium eadem iniquitate coram me iacitur?* Et ſubdit, ſe bene hanc veritatem cognoſcere, vt ſciat quomodo victoria ſit reportanda: pro quo DEVM orat, quaſi à ſe non valeat actu complere, quod ſcit. *An*, inquit, *& ego hoc neſcio? etiamne id reſtat, vt ipſe me ſeducam, & verum non faciam coram te in corde, & in lingua mea? Inſaniam iſtam Domine longe fac à me.*

GRADVS V.

Rurſus hic meditor gradum hunc vltimum iſtius conflictus. Nam conſiderans Athleta Chriſti tantas in bono laudato inſidias, & tam occultas, caſum metuens, bene operari fugit, ne hinc euaneſcat laudatus. Et ſummum adhuc robur capit iſte congreſſus ex verbis illis Diuinis: *Attendite, ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedẽ non habebitis apud Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt.* Et quia cum oſtenſione iſtius operis boni, poteſt ſtare laus iuſta cum proximi lucro; ideo aliquando hanc deceptionem contingere idem Auguſtinus oſtendit in libris de Ciuitate DEI, vbi gradũ conflictus iſtius inſinuat. Nam poſtquam poſuit ſcripturam narratam, ſubiungit: *Sed rurſus ne hoc peruersè intelligentes, hominibus placere metuerent, minusque prodeſſent, latendo, quòd boni ſunt; demonſtrans, quo fine innoteſcere deberent, Luceant, inquit, opera veſtra coram hominibus, vt videant bona facta veſtra, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt.* Et ſubiungens, quo pacto liceat coram alijs hæc opera facere, dicit: *Non ergo, vt videamini ab eis, ideſt, hac intentione, vt eos ad vos conuerti velitis; quia non per vos aliquid eſtis; ſed vt glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt; ad quem conuerſi, fiant, quod eſtis.*

Matt. 6. 1

Aug. lib. 5. de ciu. cap. 14.

In quibus verbis, conflictu poſito, in quo multi vincuntur, ponitur remedium ex purificatione intentionis non quærentis gloriam propriam, ſed DEI ſolius, boni illius Auctoris, & con-

Digitized by Google

conuersionem proximi, prouocatum hoc exemplo ad bonum. Ex defectu namque istorum contingit peruersio, ex sententia etiam Doctoris Angelici dicentis: *Potest gloria dici vana, quando quis appetitum gloriæ suæ non refert in debitum finem, puta, ad honorem* Dei, *vel proximi salutem.*

S. Th. 2.2 q. 132. a. 1. in cor.

Aduersus hanc Adulationem arma ponuntur.

OMissis modò armis contra adulationem in malo, vel in bono, intentione mala laudatoris: aut bona quidem, nimiè tamen, quod infra fiet: ponẽda nunc arma sunt cõtra laudationem de bono bona intentione datam, malè tamen acceptam, inclinante, seu ad hoc impellente laudis amore; de quo Pater meus Augustinus dicit: *Saniùs videt, qui & amorem laudis, vitium esse cognoscit:* quãdo vtique vanus est, modo iam dicto. Nam si referat ad Deum, vt ad vltimum finem, vel ad vtilitatem proximi, quatenus per bonum exẽplum prouocetur ad bonum, vel ad profectum proprium: *Quatenus,* inquit D. Thomas, *ex hoc quòd homo ex bonis, quæ in se cognoscit per testimoniũ laudis alienæ, studeat in eis perseuerare, & ad meliora proficere;* tunc non inanis est laudis amor, neque inhonestè accipitur humana laudatio, iuxta Doctorem Angelicum. Et hic erit Clypeus primus cõtra istam laudationem passiuam, quando, scilicet, semper inhonesta putatur, & ex erronea conscientia anima vulneratur non minus, quàm si vanè acciperetur. Quod significauit Paulus, cùm dixit: *Ne efficiamini inanis gloriæ cupidi.* Dum enim addidit *inanis*, satis indicauit, quæ non inanis est, modis prædictis, interdictam non esse, cum secundùm se bonum, quoddam vtile sit, referibile in bonum finem, à quo accipit honestatem. Et sic ait D. Thomas loco proximè citato, honestari appetitum laudabilis famæ, iuxta illud: *Cura habe de bono nomine:* cui vtique respondet laus. Et ad Romanos dicitur: *Prouidentes bona non solùm coram* Deo, *sed etiam coram hominibus*; quorũ est laudare bona opera visa.

S. Augus. lib. 5. de ciuit. Dei cap. 13.

S. Th. 2.2 q. 132. a. 1. ad 3.

Ad Gal. 5. 26.

Eccli. 41. 15.

Ro. 12. 17.

Et sic isti vltimo gradui impugnationis istius, sufficienter per hunc resistitur clypeum.

Contra quartum verò, per victoriam amoris proprij, ex quo laudis iste amor inordinatus procedit; contra quem arma inferiùs reponuntur in propugnaculo proprio, ad quod est recurrendum.

Contra cæteros denique gradus, bene ex Patre Augustino patet ibi defensio. Tamen, vt vberiùs, & distinctiùs in hoc loquamur, per sequentes considera-

Digitized by Google

tiones inimicus hic eſt vincendus; conſideratione nimirum,

Impotentiæ operantis.
Incertitudinis, quam habet.
Bonorum, quæ impedit.
Bonorum, quibus priuat.
Malorum, quæ cauſat.

PONDERATIO I.

Circa *Impotentiam.*

INtelligitur ad laudabilia operandum: cùm homo ex ſe non habeat illa, neque valeat operari, ſane immeritò gloriatur de illis. Et hoc ſolum motiuum ſufficiens indicauit Apoſtolus ad omnem complacentiam vanam reſpuẽdam laudis humanæ, cùm dixit: *Quid habes, quod non accepiſti? & ſi accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis?* Quaſi quòd de ſuis tantum poſſit iure quis gloriari, non autem de non ſuis, qualia iſta ſunt, quæ accipiuntur à DEO, veritate ipſa dicente: *Sine me nihil poteſtis facere.* Vnde de inordinatione iſta Auguſtinus loquens, dicit in ſuis Confeſsionibus DEO: *Sibi placentes multum, tibi diſplicent, non tantum de bonis, quaſi bonis, verum etiam de bonis tuis, quaſi ſuis: aut etiam ſicut de tuis, ſed tanquam ex meritis ſuis.*

1. Cor. 4. 7.

Io. 15. 5.

Aug. lib. 10. conf. c. 39.

Conſideratio ergo pauperta-tis propriæ, & impotentiæ, firmũ ſcutum eſt contra malum hoc.

PONDERATIO II.

Circa *Incertitudinem.*

DE incertitudine etiam patet. Nam cùm gloria humana, vt ſuperiùs ex Auguſtino eſt dictum, ſit iudicium hominum benè de hòminibus opinantium, & iudicium hoc ſit incertum; cõſequenter gloria ex illo procedens, incerta eſt, & laus pariter data, ex qua gloria iſta reſultat.

Incertitudo autem hæc humani iudicij conſtat, cùm bonitas laude digna ab interiori intentione actus virtuoſi dependeat, vt in materia de actibus humanis latè tradunt Theologi, & probat Scriptura illa: *Pulchritudo filiæ Regis ab intus:* Interiora verò hominis ſoli DEO patent, iuxta illud: *Homo videt in facie; Deus autem intuetur cor.* Vnde clarè colligitur, iudicium hominis de mea virtute incertũ eſſe, & conſequenter parui faciẽdum. *Ideo* (inquit Auguſtinus) *melior eſt vir tus, quæ humano teſtimonio contenta non eſt, niſi conſcientiæ ſuæ.* Quod confirmat exemplo Apoſtoli dicentis: *Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ.* Et rurſus: *Opus ſuum probet vnuſquiſque, & tunc in ſemetipſo tantum gloriam habebit, & non in altero.* Quaſi illa, quæ ab alterius dependet iudicio, ex incertitudine non ſit curanda. Quod etiam Th. de Kempis conſiderans, dixit:

Pſ. 44. 14

1. Reg. 16. 7.

Aug. lib. 5. de ciu. Dei c. 12. circ. med.

Io. 5.

2. Cor. 1. 12.

Gal. 6. 4.

Digitized by Google

Kemp. de imit. Chr. lib. 2. c. 3. xit: *Si attendis, quid apud te ſis intus, non curabis quid de te homines loquantur*. Vana enim eſt laus, quæ à fallaci hominum iudicio pendet, docente etiam hoc *S. Thom.* Sancto Thoma Aquinate his verbis: *Vana eſt gloria ex parte eius, à quo quis gloriam quærit, puta hominis, cuius iudicium eſt incertum*. Quod explicans *Caiet.* Caiet. dicit: *Si quæratur ab homine, tanquam à certo, vel magno teſtimonio, aut vltimo teſtimonio*. Sed eo frequenter certum, vel magnum habetur; & ideo tanta ſollicitudine quæritur: ex quo magna hominum multitudo perditur.

Sed notanda ſunt verba illa Caietani, *aut vltimo teſtimonio*, per quod intelligitur illud diuinum. Quemadmodum enim DEVS eſt finis vltimus noſter, & veritas prima, ita etiam vltimum omnium dicitur teſtimonium, & quo nihil certius. Igitur non ſolùm pugnandum eſt per incertitudinis iudicij humani conſideration contra laudis amorem, vel datam laudationem, ſed etiã per ponderationem certitudinis iudicij diuini infallibilis, approbantis opera noſtra; ex quo dependet gloria vera, aut opprobrium verum metuendum. Proinde quidam ſapiens dixit: *Non es ſanctior, ſi laudaris: nec vilior, ſi vituperaris: quod es, hoc es: nec maior dici vales, quàm*, DEO *teſte, ſis*. Sola enim gloria, quæ

Kemp. de imit Chriſti lib. 2. c. 6. n. 3.

à DEO eſt, æſtimanda eſt, quia ſola ea vera eſt. Hoc confeſſus etiam Pſalmiſta dixit: *Tu es gloria mea, & exaltans caput meũ*. *Pſal. 3. 4.* Quod licèt non fiat in præſenti tempore, dum peregrinamur à Domino, fiet tamen in fine, quando manifeſtabuntur conſilia cordium, & erit Dominus ipſe iudicãs populum ſuum. Quo ſenſu etiam eius teſtimonium, vltimum dici poteſt. Tunc enim iuſtis dicet: *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum*. *Matt. 25. 34.* Ecce electio ad gloriam regni ſempiterni. Et iudicium ſubditur publicum coram vniuerſa creatura: *Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare*; & cætera, quæ ibi recenſentur: in quibus omnia eorũ opera approbata apparebũt, iudicio ſapientiſsimi, & incorruptibilis Iudicis. *ibidem.*

Hinc etiam gloriam iſtam, quæ à DEO eſt, commendauit Dominus, humanam reprobans fallaciam, quando hanc quærentibus dixit: *Dilexerunt magis gloriam hominum, quàm* DEI. *Io. 12. 43* Et eandem veritatem ſatis etiam Pater meus Auguſtinus confeſſus eſt in confeſsionibus ſuis ad DEVM, dicens: *Qui laudari vult ab hominibus, vituperante te, non defendetur ab hominibus, iudicante te; neque eripietur, damnante te*. In fine namque ſaltem apparebit turpitudo gloriæ vanæ humanæ, quando iudicio Diuino reprobabuntur pariter, qui mo-

Aug. lib. 10. c. 36.

Digitized by Google

dò glorioſi apparent, & pleni confuſione condemnabuntur ad opprobrium ſempiternum; dicetur enim illis, *Ite maledicti*, &c. Et cauſa ſimiliter ſubditur: *Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare*, &c. Heu quàm multi tunc intolerabiliter erubeſcẽt, qui modò iudicio fallaci humano approbati, gloria fruuntur humana, tunc hac, & diuina æternaliter priuati! Hæc bene perpende frater, & hoſtem hunc ſuperabis.

Matt. vt ſup. n. 41.

PONDERATIO III.

Circa *impedimentum bonorum*.

COnſtat etiam, noua gratiæ dona impedire appetitum hunc gloriæ vanæ, quia ex ſuperbia ortum. Nam teſte Iacobo Apoſtolo, DEVS *ſuperbis reſiſtit*, vtique datis donis priuando, & noua negando. Vnde clara remanet hæc iactura, pro qua vitanda, vincenda eſt hæc cupiditas.

Iac. 4. 6.

Sed ſpecialiter eſt notandum impedimentum ad meritũ æternæ gloriæ. Nam opus ex ſuo genere bonum, vel indifferens, quod iuxta dicta ſuperiori volumine, ab exiſtente in gratia operatum, poterat eſſe meritorium æternæ vitæ; quando hoc vitio inficitur, huiuſmodi eſſe deſinit; & ita impeditur lucrum æternũ, per temporalem cupiditatem. Quod intelligitur, quando hic appetitus laudis, quam conſequitur gloria iſta vana, venialis tantummodo eſt. Nam quãdo mortalis eſt, maior iactura eſt, vt ſtatim dicam. Et eſt doctrina expreſſa S. Thomæ ita dicentis: *Nullus peccando mereatur vitam æternam. Vnde opus virtuoſum amittit vim merendi vitam æternam, ſi propter inanem gloriam fiat.* & ſubdit quid maximè notabile ad propoſitum, *Etiã ſi illa inanis gloria non ſit peccatum mortale.* Hæc ille. V. g. audis attentè ſacrum, cupis videri, & hinc laudari inaniter, licet non mortiferè; facis quod illud opus non ſit meritorium gloriæ æternæ, vt alioquin eſſet, ſi abeſſet iſta deformitas, etiam venialis. Quod quidem maximum damnum eſt. Nam ſi ſic cupimus multiplicare terrena, quæ comparatione cœleſtium, arena ſunt exigua; quare non cupiemus multiplicare cæleſtia, quæ incomparabiliter iſta excedunt? Et ſi minimus gradus gratiæ excellit totum mundum viſibilem, vt diximus ſuperiori volumine ex eodem ſancto Doctore; hìc non ſolùm perditur gratiæ conſummatæ meritum, ideſt, nouus gloriæ gradus, vt diximus, ſed etiam gratiæ, & cæterorum donorum, quæ cum illa augentur. Nam opus ex ſuo genere bonum, à iuſto factum, non ſolùm mere-

S. Tho. q. cit. ar. 3. ad 1.

Digitized by Google

meretur gloriæ æternæ augmentum, sed etiam gratiæ, & cęterorum illam comitantium: pro quo vide quę ibi diximus, industr. 16.

Quæ igitur dementia, propter temporale quid & vile, tam pretiosa & æterna amittere? Propter quod, scutum istud porrigit Augustinus dicens: *Amor gloriæ superetur dilectione iustitiæ*: per quam intelligit veritatem dantem gloriam soli Deo. Nam si improbata iacent, iuxta Tullium, quid rationabilius est, iacere gloriæ amorem ex laudatione resultantem, an veritatis, soli Deo illam tribuentem? Proinde ingeniosè subiũgens, ex prædicto Tullio supra ab ipso allegato cap. præced. argumentum sumendo, dicit: *Vt si alicubi iacent, quæ apud quosque improbantur: si bona, si recta sunt, etiam ipse amor humanæ laudis erubescat, & cedat amori veritatis.* hæc ille: & optimè, quia iuxta Apostolum, *Qui verè gloriatur, in Domino glorietur*, & non in se ipso. Perpende ergo benè ista, frater charissime, & hinc fac tibi arma contra laudem inanem.

Aug. lib. 3. de ciuc Dei c. 14.

1. Cor. 1. 31.

PONDERATIO IV.

Circa *priuationem bonorum*.

D. Th. q. 61. a. 2. in arg. sed contra.

TVllius à S. Th. relatus dicit, hominem vanæ gloriæ cupidum, libertate priuari; & hoc solum motiuum sufficere, vt cauueatur. *Cauenda*, inquit, *est gloriæ cupiditas: eripit enim animi libertatem, pro qua magnanimis viris omnis debet esse contentio.*

Sanctus Doctor magis explicans priuationem hanc libertatis, ait, quòd cùm magnanimitas sit circa honorem, vt nos etiam superiori volumine ex ipso docuimus; & honoremur, cùm laudamur; quemadmodum magnanimus calcat honorem, sic etiam laudem humanam. *Magnitudini*, inquit, *animi repugnat, quòd aliquis glorietur in testimonio laudis humanæ, quasi hoc aliquid magnum æstimetur*. Et authoritate confirmat Philosophi dicentis in sua Ethica, quòd magnanimo cura non sit vt laudetur. Quatenus igitur laudi subditur, magnanimitate priuatur, & per consequens libertate.

Eth. 4. ci 3 circ. fin.

Et notandum, quòd non solùm respectu laudis subiectus intelligitur, sed etiam respectu laudantium, à quibus sit dependẽs, non solùm in hoc, sed in multis alijs, ipsos contristare verendo, ne laudem negent, quam appetit, & qua delectatur. Et ecce amissio cuiusdam virtutis magnæ, & simul libertatis, non cuiuslibet, sed animi; vt notanter Tullius dixit, vt iacturæ ostenderet magnitudinem. Si enim libertas corporis tanti æstimatur, vt patet, cùm amittitur, in carce-

Digitized by Google

ratis, & ſimilibus : & magni labores,& pericula maxima aggrediuntur, vt recuperetur, vel ne incurratur, vt experiuntur, qui Turcas effugiunt,& ſimiles; quid faciendum erit,ne animi libertas perdatur, quæ eò maior eſt, quò anima corpus excedit ?

Deinde, cùm appetitus hic laudis mortiferus ſit, animam priuat gratia, charitate, & cæteris ſpiritualibus donis cum iſtis cõnexis. Proinde dixit Chryſoſtomus homilia 13. in Matth.de iactura iſta : *Inanis gloria occultè ingreditur, & omnia, quæ intus ſunt, inſenſibiliter auſert.* Kempis quoque de hoc loquẽs, ait : *Dum homo inhiat laudibus humanis, priuatur veris virtutibus.*

Chryſoſt. op.imper. to.2. vel. à D. Th. q.cit.a.3. Kempis lib.3.cap. 40.n.4.

Æterna quoque gloria hominem priuat, vt S.Thomas docet quæſt. citata art.3. ad 1. Quanta autem ſit hæc ruina, conſtat ex dictis ſuperiori volumine. Quæ igitur ſtultitia eſt, pro gloria tranſitoria priuare ſe permanſura? Penetrentur iſta benè per cõſiderationem ſeriam;& hoſtis hic victus erit.

PONDERATIO V.

Circa *mala, quæ cauſat.*

QVatenus mortifera eſt, laudis iſta cupiditas, omniũ malorum æternorum eſt cauſa, quæ peccato reſpondent mortali. Præcipuè tamen torquebuntur in inferno opprobrio ſempiterno, ex regula illa, cuius meminimus ſuperiori volumine ; & in tractatu proprio de pœnis inferni, Deo duce, dicemus;quòd ibi punientur damnati ſpeciali pœna proportionata turpitudini mali cõmiſſi. Qui ergo laudatione humana, vanè delectatus fuit, opprobrio ſempiterno, abſque dubio mulctatus erit.

Imò in ipſo extremo Iudicio pœna peculiaris erit,intolerabilis confuſio hæc coram vniuerſa creatura, vt ſupra innuimus, & ex profeſſo in proprio tractatu dicemus.

Sed eſt alia pœna, qua torquentur miſerè etiam in hac vita, qui humanis laudibus inhiant. Quemadmodum enim in abſciſſione delectabilium magnus dolor ſentitur, & magna triſtitia, pariter,quando adeſt malum oppoſitũ concupito bono : ita cùm vituperantur de eo, ob quod laudes expectabant, vel ſaltem eæ negantur, maximè hinc cruciantur ; vt his verbis notat Chryſoſtomus. *Porro conſentaneum quidem eſt, vt qui laudibus delectatur,idem illis etiam frui appetat : eum autem, qui frui appetit, omnino neceſſarium eſt mœſtitia, ac dolore affici, quoties illam non poteſt aſſequi.* Et rem exemplis confirmans, ſubdit : *Nam quemadmodum quos diui-*

Chryſoſt. lib de Sacer. to. 5.

Digitized by Google

tes esse iuuat, si quando in paupertatem inciderint, mœrore afficiuntur: & qui delicijs assueuere, tenuem, ac simplicem victũ tolerare nunquam possunt; ita, qui laudum amore capti sunt, non solùm cùm iniustè vituperantur, sed etiam cùm ab alijs assiduè non laudantur, quasi fame quadam animum conficiunt. Hæc ille. Vnde si tam acriter corpus torquetur, & dolor hic adeò pungit; qualis erit, quo cruciatur anima, cuius sensus, maximè in cupido, est viuacior?

Notabilis autem est doctrina huius sancti Doctoris in triplici cruciatu, quem hìc distinguit, videlicet, in *Vituperatione*, in *negatione*, & in *raritate laudationis*, ibi, *cùm assiduè non laudantur*. Ipse enim defectus assiduitatis, crux alia est.

Et sunt cruces istæ continuæ, & hinc duriores. Nam cùm virtus semper inuidia comitem habeat, nunquam æmulatores desunt, qui vituperent, vt gloriam deprimant æmulati; de quibus loquens idem Chrysostomus, ait:

Ibidem. *Illum permulti, temerè, nec nullo consilio identidem adoriuntur, qui ipsi aliud habent nihil, quod incusent, nisi quòd illum ægrè ferunt apud homines inclarescere.* Et subdit, hoc, & palam, & clam facere non valentes continere odium ex inuidia ortum. *Cuiusmodi*, inquit, *odium execrabile, quod temerè illi collegere, occultare ac dissimulare cùm ipsi non possint, clam conuinciantur, incusant, calumniantur, malitiæ etiam suæ virus palam diffundunt.* Hæc Chrysostomus: secundùm quem, quot sunt obloquutiones, tot sunt iacula, corda transfigentia, atque conficiẽtia. Sic enim ibi subdit: *Animus autem is, qui ad illa singula dolorem aliquem concipere, atque inde irritari cœperit, non potest, quin eo statim dolore arrodatur, atque conficiatur.* Et subiungit, quod maximè notandum, quòd vtique non contenti per seipsos vituperare, ad idem alios concitant; in quo cruces augentur. *Neque enim*, inquit, *illum per se se ipsi vlciscuntur tantùm, sed etiam aliorum opera aggrediuntur.* Et quadam docet subtili vti adhuc industria, vt alium minus laudabilem laudent per se, & per alios; vt hac via imminuant, vel extinguant omnino gloriam æmulati.

Negantur autem laudes, vel minores dantur, quàm æquitas postulet, frequenter ex imperitia populi non cognoscentis oratoris, aut scriptoris excellentiam: & hoc dicit esse alium à præcedente conflictum. *Neque verò*, inquit, *cum huiusmodi aduersarijs athletæ illi certamen modò propositum est, sed & sæpenumero cum vniuersi populi imperitia.*

Sed & alijs permultis displicet

Digitized by Google

laude dignus, quia dicit, aut ſcribit, quæ contraria ſunt ſtudijs audientium. Et hinc ingrata ſunt verba, aut ſcripta illius, & fugiũt laudare, quod contriſtantur legere, vel audire, iuxta ſcripturam illam, *Qui addit ſcientiam, addit dolorẽ*; ſecundùm lectionem S. Thomæ, & expoſitionem ipſius intelligentis dolorem hunc, non tantùm propter difficultatẽ, quæ in inuenienda veritate exiſtit, ſed etiam propter hoc inquit, *quòd per ſcientiam homo cognoſcit multa, quæ voluntati contrariantur*. De quo pariter eſt ſcriptum; *Naluit intelligere, vt bene ageret*. Hinc ergo oritur renitentia ad auditum, aut ſcriptum: quia voluntas veritati prolatæ, aut ſcriptæ non eſt ſubdita, & ſic audit, & legit cum dolore; & triſtatus improperat, vel omittit audire, aut legere, ne dolorem ſic ſentiat.

Eccli. 1. 18.

S. Th. 1.2 q. 34. ar. 4. ad 1.

Pſ. 39. 4.

Arma igitur aſsignans ſanctus Chryſoſtomus contra hæc mala, & amaritudines, quibus laudis cupidi repleti ſunt, dicit eſſe, in operationibus ſuis virtuoſis quærere ſoli Deo placere; & hinc fieri, quòd laudes non curabunt humanas, ſiue dentur, ſiue negentur. *Vt* Deo, inquit, *gratæ atque acceptæ ſint, hunc vnum ſibi ſtatuat canonem, ac terminum optimi illarum opificij: non etiam plauſus, ac laudationes. Laudatur is ab omnibus; laudes ne reijciat; laudes ab auditoribus illi negantur; eas ne ambiat, neue negatis indoleat*. Et ſubdit, hoc vno contentum eſſe debere in ſudoribus ſuis pro virtute ſuſceptis, ſcire, ſcilicet, ſe ſoli Deo per ipſos quæſiuiſſe placere. *Abundans enim*, ait, *illi fuerit laborum ſolatium, idque omniũ certè maximum, ſi ſibi ipſi conſcius eſſe potuerit, ad hanc ſe rationem, doctrinam, eloquentiamque ſuam compoſuiſſe, atque adaptaſſe, vt* Deo *illa placens, acceptaque fiat*. Hæc ille.

Chryſoſt.

Habetur itaque ex hac doctrina tanti Doctoris, cruciatum ſaltem ex vituperatione, aut negatione laudis ſaltem aſsiduæ, animum ab illius cupidine, ſeu delectatione debere retrahere: & ſimul erudimur, quòd ad euadendas has cruces, maximè iuuet laudis contemptus, & Deo ſoli placendi ſtudium, dicente etiam Kempis: *Magnam habet cordis tranquillitatem, qui nec laudes curat, nec vituperia*.

Kemp. de im. Chriſti lib. 2. c. 6. n. 2.

Malum aliud eſt inſtabilitas, & ignauia, quando laudis humanæ cupidus, videt laboribus ſuis laude dignis illam negari, imò frequenter inde vituperari. Tunc enim ab operatione incœpta laudabili deſiſtit, & in ignauiam, & torporem incidit. Quod idem Chryſoſtomus proſequitur verbis iſtis: *Etenim ſi illius animam iniquarum laudum appetentia prius occupauerit, ei certè nihil ſudores laboreſque improbi, nihil*

Chryſoſt.

nihil dicendi vis illa, ac facultas profuerit. Ideo pro ratione ſterilitatis iſtius adducit ceſſationē ab illo. *Humanus enim animus, is*, inquit, *qui temeraria ac cæca vulgi iudicia ferre minimè poteſt, ſtatim fatiſcit, ſtudiumq. ipſum litterarum abijcit*. Et ideo pro remedio, laudis contemptum adducit, ſubdēs: *Quāobrem in primis erudiendus eſt is in laudum contemptu, ac deſpicientia*.

Et paulò infra de ignauia, & torpore; ex quibus deinde oritur ceſſatio illa ab opere virtuoſo incœpto, ſic loquitur: *A ſtudiorum ſudoribus laboribuſque abſtinebit, tanquam torpedine quadam illius animo circumfuſa. Quiſquis enim poſt immenſos labores ſuſceptos, laudis fructum inferiorē reportat; is niſi ſe prius ad laudum contemptum grauiter compoſuerit, nimirum animum ſtatim deſpondere, eundemque ad altam quandam ſomnolentiā conuertere ſolet*. Et exemplum adducens, ſubdit: *Quando & agricola, dum in ſterilium locorum cultu, ac labore verſatur, ac lapidoſam noualem arare cogitur, ſtatim labori ſuperſedet, niſi illum vel agricolationis ſtudium vehemens, vel timor famis ingruentis vrgeat*.

Et hinc conſiderabile eſt damnum aliud, priuatio, ſcilicet, fructus, qui ex laboribus illis laudabilibus, animabus poterat prouenire. Vide, quot mala hunc laudis comitentur amorem: cuius peruerſitatem Auguſtinus conſiderans, dixit: *Gloriam non debet ſequi virtus; ſed ipſa virtutem*: Hoc eſt, non vt lauderis, virtuoſa operēris. Laudatus autem, lætare, non quia tu, ſed in te virtus ipſa laudetur. *Aug. lib. 5. de ciu. Dei c. 12 poſt med.*

His igitur benè perpenſis, inde arma fac tibi contra adulationem paſsiuam.

Poterat hic rogari, quando laudis amor, ſeu gloria vana, ſit venialis, & quando mortalis. Sed hæc partim ex dictis conſtant, partim ex dicendis in propugnaculo contra ſuperbiam patebunt. Vbi etiam alia, quæ hic poterant deſiderari, dicentur: ad quæ tu recurre.

DISCVRSVS II.

Contra adulationem paſſiuam.

Ponitur cauſa alia mali iſtius.

ORitur ſecundò magnitudo prælij huius ex modo occulto, & abſtruſo, quo hic hoſtis impugnat, qui facilè conſtat ex Scriptura diuina, de illo dicente: *In tantum veſaniæ proruperunt, vt mendaciorum cuniculis conentur ſubuertere, dum aures Principum ſimplices,* Eſth. 16. §

Digitized by Google

& ex ſua natura alios æſtimantes, callida fraude decipiunt. Vbi maximè notandum verbum, *cuniculis*. Eſt enim cuniculus foramen ſub terra occultum ad ſubfodiẽdas vrbes inuentũ, dictũ vulgariter *mina*: vnde cuniculis oppugnare, idem eſt, ac dolo, & fraude aliquid contra aliquem moliri. Tales autem ſunt adulatores, qui *callida fraude decipiũt*, vt hic dicitur: & ſermo eſt de Aman, de quo legitur ſuprà, quòd adulatoriè, & ficto zelo pro conſeruatione regni Aſſueri, extinctionem illi ſuadebat Iudaicæ gentis.

Quemadmodum ergo perdifficile eſt, cuniculi impugnationem effugere, eo quòd incognita ſit, & abſtruſa; ita ex hoc nimis eſt arduum, impugnationem huius abſconditi hoſtis euadere. Quod ſignificant ſcripturæ diuinæ, variis modis hunc illius bellandi modum ſignantes.

MODVS I.

Ex ſimilitudine *caudæ*.

NOtanda pro hoc in primis viſio illa Ioannis, Apoc. 12. Vbi ſic dicit: *Viſũ & aliud ſignũ in cœlo, draco magnus, habens capita ſeptem, & cornua decem*. Et paulo inferius explicans, quis eſſet draco iſte, dicit: *Serpens antiquus, qui vocabatur diabolus*. Hîc ergo per cœlum nõ intelligendum illud beatorũ, à quo ſemel cadens per ſuperbiã, nũquam illuc remeauit; ſed cœlum militantis Eccleſiæ, quæ cœlum dicitur ſecundùm Gregoriũ. *Nam ſæpe in ſacro eloquio*, inquit, *regnum cœlorum, præſentis temporis Eccleſia dicitur*. Hic enim prælíatur contra nos, acerbiſsimè nos impugnans, vt ſuperiori volumine diffusè monſtranimus. Quem ergo impetebat in cœlo iſto ſerpens iſte? iuſtos per ſtellas deſignatos, de quibus dicitur: *Quaſi ſtella matutina in medio nebulæ*.

Sed quare non impetit cornibus, pluribus, & fortiſsimis? neque etiam capitibus conquaſſans illos, aut vnguibus lacerãs? aut aquarum impetu (quo ſolẽt concuti etiam altiſsimæ turres) quæ de illo exibant? vt ibi dicitur, *Emiſit poſt mulierem, aquã tanquam flumen*. At his omnibus poſtpoſitis, cauda vtitur, vt deijciat? *Et cauda illius trahebat tertiam partem ſtellarum*. Non vacat hoc myſterio: cùm enim ageret contra iuſtos, qui non vincuntur martyrijs, aſperitatibus, & perſecutionibus, ſignificatis per cornua, & vngulas, neque delicijs, & ſenſualibus delectamentis, deſignatis per aquã. (*Tanquam aquam bibunt iniquitatem*) qua multi alij abſorbentur. Neque denique applicatione molis ſuæ corporeę: nouit enim optimè, omnia hæc brevia

Greg. 19. Mor. 6. 5.

Eccli. 50. 6.

Apoc. 12. 15.

num. 4.

Apoc. 12. 30

num. 9.

Digitized by Google

uia arma eſſe, & parua contra ſeruos DEI, & inepta ad deijciẽdas ſtellas iſtas è cœlo ſuo. Vtitur ergo cauda ſolum, quam cuncta hæc, fortitudine excedere putat. Eẽ hæc eſt adulatoria laus, qua corruunt iuſti, in cæteris cõſtantes; & ſignata venit per caudam. Quẽadmodum enim cauda blanditur canis domino ſuo,
Tob. 11. 10. vt de cane Tobiæ dicitur: *Blandiebatur cauda*; ita blãdiri, adulari eſt. De adulatore namque
Prou. 28. 23. in Prouerbijs eſt ſcriptum: *Qui per linguæ blandimenta decipit*. Vnde non mirum, ſi quod non valuit beſtia illa per cætera horrifica armorum genera; per blandimenta, ſeducendo, obtinuit. Propterea ibi effectus iſtius generis impugnationis ſubiũgitur:
Apoc. 9. *Qui ſeducit vniuerſum orbem.* & notanter dicitur *vniuerſum*, vt non ſolùm multos bonos per ſtellas ſignatos indicet ſupplantatos, ſed innumeros malos, à fortiori, deuictos. Nam ſi tanto impetu in virtute armatos inuehitur, quam non incurrent ruinam, qui debiles ſunt ex vitijs? Hinc ſapiens illa Mulier Thecuitis
2. *Reg.* 14 17. 2. Reg. 14. inflexibilitatem Angelicam agnouit in Dauide, qua poſſet reſiſtere adulatoriæ laudi; quaſi ſola illa vires habeat ad vincendum. *Sicut*, inquit, *Angelus* DEI, *ſic eſt Dominus meus Rex, vt nec benedictione, nec maledictione moueatur.* Vbi per *benedictionem* adulatio intelligitur, vt ſtatim patebit. Et notanter dicitur: *Sicut Angelus* DEI; qui ſolus valet Angelo malo reſiſtere, adulatorum linguas mouenti ad animas decipiendas, & trahẽdas ſecum in barathrum perpetuò morituras.

MODVS II.

Benedicendo.

ISte eſt modus alius, quo ſæuit hic inimicus: de quo loquẽs Diuinus ſpiritus, dicit: *Qui benedicit proximo ſuo voce grãdi de nocte conſurgens, maledicenti ſimilis erit.* Sane hic inſurgit primò dubitatio, quare benedicere, maledicere ſit. Benedicendo enim, bona exoptantur: *Det tibi* DEVS *de rore cœli, & de pinguedine terræ*, dixit S. Patriarcha quando benedixit. Maledicendo autem, mala imprecantur, vt ex verbis illis ſimiliter conſtat: *Cùm operatus fueris terram, non dabit tibi fructus ſuos.* Cùm ergo maledicere, nocere ſit; & benedicere, benefacere ſit; quomodo benedicere, maledicere erit? Reſpondetur, quia voce grandi fit, ideſt, adulatoria, vt ſufficienter patet ex explicatione ordinaria Gloſſæ ſupra allatæ, & expreſsiùs ex Lyrano ibi, dicente ſic: *Voce grandi, ideſt, manifeſtè adulando.* Et notat dici, *De nocte conſurgens*, ad denotandam ſolicitudinem,
Prou. 27. 14.
Gen. 27. 28.
ibi. 4. 12.
Gloſſ.
Lyran.

qua

& ex ſua natura alios æſtimantes, callida fraude decipiunt. Vbi maximè notandum verbum, *cuniculis*. Eſt enim cuniculus foramen ſub terra occultum ad ſubfodiẽdas vrbes inuentũ, dictũ vulgariter *mina*: vnde cuniculis oppugnare, idem eſt, ac dolo, & fraude aliquid contra aliquem moliri. Tales autem ſunt adulatores, qui *callida fraude decipiũt*, vt hic dicitur: & ſermo eſt de Aman, de quo legitur ſuprà, quòd adulatoriè, & ficto zelo pro conſeruatione regni Aſſueri, extinctionem illi ſuadebat Iudaicæ gentis.

Quemadmodum ergo perdifficile eſt, cuniculi impugnationem effugere, eo quòd incognita ſit, & abſtruſa; ita ex hoc nimis eſt arduum, impugnationem huius abſconditi hoſtis euadere. Quod ſignificant ſcripturæ diuinæ, variis modis hunc illius bellandi modum ſignantes.

MODVS I.

Ex ſimilitudine *caudæ*.

NOtanda pro hoc in primis viſio illa Ioannis, Apoc. 12. Vbi ſic dicit: *Viſũ & aliud ſignũ in cœlo, draco magnus, habens capita ſeptem, & cornua decem*. Et paulo inferius explicans, quis eſſet draco iſte, dicit: *Serpens antiquus, qui vocabatur diabolus*. Hîc ergo per cœlum nõ intelligendum illud beatorũ, à quo ſemel cadens per ſuperbiã, nũquam illuc remeauit; ſed cœlum militantis Eccleſiæ, quæ cœlum dicitur ſecundùm Gregoriũ. *Nam ſæpe in ſacro eloquio*, inquit, *regnum cœlorum, præſentis temporis Eccleſia dicitur*. Hic enim præliatur contra nos, acerbiſsimè nos impugnans, vt ſuperiori volumine diffusè monſtrauimus. Quem ergo impetebat in cœlo iſto ſerpens iſte? iuſtos pèr ſtellas deſignatos, de quibus dicitur: *Quaſi ſtella matutina in medio nebulæ*.

Apoc. 12. 3. num. 9. Greg. 19. Mor. c. 5. Eccli. 50. 6.

Sed quare non impetit cornibus, pluribus, & fortiſsimis? neque etiam capitibus conquaſſans illos, aut vnguibus lacerãs? aut aquarum impetu (quo ſolẽt concuti etiam altiſsimæ turres) quæ de illo exibant? vt ibi dicitur, *Emiſit poſt mulierem, aquã tanquam flumen*. At his omnibus poſtpoſitis, cauda vtitur, vt deijciat? *Et cauda illius trahebat tertiam partem ſtellarum*. Non vacat hoc myſterio: cùm enim ageret contra iuſtos, qui non vincuntur martyrijs, aſperitatibus, & perſecutionibus, ſignificatis per cornua, & vngulas, neque delicijs, & ſenſualibus delectamentis, deſignatis per aquã. (*Tanquam aquam bibunt iniquitatem*) qua multi alij abſorbentur. Neque denique applicatione molis ſuæ corporeę: nouit enim optimè, omnia hæc breuia

Apoc. 12. 15. num. 4.

Digitized by Google

uia arma esse, & parua contra seruos DEI, & inepta ad deijciẽdas stellas istas è cœlo suo. Vtitur ergo cauda solum, quam cuncta hæc, fortitudine excedere putat. Et hæc est adulatoria laus, qua corruunt iusti, in cæteris cõstantes; & signata venit per caudam. Quẽadmodum enim cauda blanditur canis domino suo, vt de cane Tobiæ dicitur: *Blandiebatur cauda*; ita blãditi, adulari est. De adulatore namque in Prouerbijs est scriptum: *Qui per linguæ blandimenta decipit*. Vnde non mirum, si quod non valuit bestia illa per cætera horrifica armorum genera; per blandimenta, seducendo, obtinuit. Propterea ibi effectus istius generis impugnationis subiũgitur: *Qui seducit vniuersum orbem.* & notanter dicitur *vniuersum*, vt non solùm multos bonos per stellas signatos indicet supplantatos, sed innumeros malos, à fortiori, deuictos. Nam si tanto impetu in virtute armatos inuehitur, quam non incurrent ruinam, qui debiles sunt ex vitijs? Hinc sapiens illa Mulier Thecuitis 2. Reg. 14. inflexibilitatem Angelicam agnouit in Dauide, qua posset resistere adulatoriæ laudi; quasi sola illa vires habeat ad vincendum. *Sicut*, inquit, *Angelus* DEI, *sic est Dominus meus Rex, vt nec benedictione, nec maledictione moueatur.* Vbi per *benedictionem* adulatio intelligitur, vt statim patebit. Et notanter dicitur: *Sicut Angelus* DEI; qui solus valet Angelo malo resistere, adulatorum linguas mouenti ad animas decipiendas, & trahẽdas secum in barathrum perpetuò morituras.

Tob. 11. 10.

Prou. 28. 23.

Apoc. 9.

2. Reg. 14. 17.

MODVS II.

Benedicendo.

ISte est modus alius, quo sæuit hic inimicus: de quo loquẽs Diuinus spiritus, dicit: *Qui benedicit proximo suo voce grãdi de nocte consurgens, maledicenti similis erit.* Sane hic insurgit primò dubitatio, quare benedicere, maledicere sit. Benedicendo enim, bona exoptantur: *Det tibi* DEVS *de rore cœli, & de pinguedine terræ*, dixit S. Patriarcha quando benedixit. Maledicendo autem, mala imprecantur, vt ex verbis illis similiter constat: *Cùm operatus fueris terram, non dabit tibi fructus suos.* Cùm ergo maledicere, nocere sit; & benedicere, benefacere sit; quomodo benedicere, maledicere erit? Respondetur, quia voce grandi fit, idest, adulatoria, vt sufficienter patet ex explicatione ordinaria Glossæ supra allatæ, & expressiùs ex Lyrano ibi, dicente sic: *Voce grandi, idest, manifestè adulando.* Et notat dici, *De nocte consurgens*, ad denotandam solicitudinem, qua

Prou. 27. 14.

Gen. 27. 28.

ibi. 4. 12.

Gloss. Lyran.

Digitized by Google

qua *adulatores ſolent eſſe ſolliciti explorare locum, & tempus, in quo eorũ adulatio recipiatur efficacius, &* ſic ſupplantent. Proinde benedicendo, maledicunt.

Nocumentum autem ex benedictione iſta maximum eſt, vt apud Ieremiam oſtendunt verba iſta diuina: *Oliuam vberem, pulchram, fructiferam, ſpecioſam vocauit Dominus nomen tuum.* Ita enim appellauit Dominus electum populum ſuum, non tantùm per bonam conſcientiam pulchrum, ſed etiam per opera bona fructiferum, omnibuſque virtutibus plenum. Sed quamdiu ita fuit? parùm. Subditur enim: *Ad vocem loquelæ grandis, ignis exarſit in ea.* Et quid inde ſecutum? *Et combuſta ſunt frutteta eius.* Ideſt, omnia donagratiæ, vt ibi Lyranus exponit.

Ierem. 11 16.

Lyran.

Et notatu digniſsimum eſt, nõ dicere, ardore Solis, ſecuri, aut igne, vel fulgure conſumptam: ſed voce ſola. Mirum ſane videtur, quòd ſola vox licèt grandis, tale exitium efficere potuiſſet. Fuit fortaſsis vox DEI? ita enim mirum non eſſet. At grandis vox non appellatur in Scriptura. Fuit ne vox Angelorum? non: non enim ſic illorum vox nominatur. Dæmoniorum ne vox ſaltem? minimè: nihil enim ſub cœlo maneret non conſumptum. Sed quæ vox hæc fuit? adulatoris, de qua loquimur: *Qui benedicit proximo voce grandi, maledicenti ſimilis erit.* Qui operatur ruinam; de qua ſimiliter ſcriptum eſt: *Qui te beatum dicunt, ipſi te in errorem mittunt.*

Iſa. 3. 12

Iſai. 3. 12

MODVS III.

De ſimilitudine *Columbæ.*

HAbetur modus ſic occultè bellandi apud Sophoniam Prophetam, vbi dicitur ſic: *Væ prouocatrix, & redempta ciuitas, columba.* Et ſtatim ſubiungit, quod in illa habitent leones. Si ciues faciunt ciuitatem, leonina ergo eſt: igitur quomodo columbina?

Soph. 3. 1.

Ratio autem dubitandi fundata eſt; quia leo fortiſsima bellua eſt, vt dicitur in Prouerbijs, *Leo fortiſsimus beſtiarum.* Columba verò debiliſsima, vt inſinuatur apud Ieremiam: *Relinquite ciuitates, & habitate in petra habitatores Moab, & eſtote quaſi columba.* Leo viſu ferox, & formidabilis: *Quomodo ſi fugiet vir à facie leonis.* Amos 5. Columba aſpectu grata: *Columba mea, formoſa mea.* Cantic. 2. Leo in rugitu horribilis: *Sicut rugitus leonis, ita & terror Regis.* Prouerb. 20. Columba in gemitu humilis, & lugubris: *Et miles captiuus abductus eſt, & Angeli eius mœrabantur gementes, vt columbæ.* Nahum 2. Leo aſtutus, & ſagax in præda. *Vindicta ſicut leo inſidiabitur illi.*

Prou. 30. 30.

Ierem. 48 28.

Amos 5. 19.

Cant. 2. 10.

Prou. 20. 2.

Nahum 2. 7.

Eccli. 27.

Eccli.

Eccli.27. Columba verò simplicissima: *Ephraim quasi columba seducta, non habens cor*. Osee 7. 11. Cùm ergo hæc ita se habeãt, quomodo de eisdem ciuibus verificari potest, fortes esse, & imbelles: animosos, & pusillanimes: feroces, & gratos: superbos, & humiles: astutos, & simplices? *Væ prouocatrix, & redempta ciuitas, columba, &c. Principes eius, quasi leones rugientes*.

Osee.7.11.

Ier.25. 38.

Ita vocantur, vt indicetur nobis, quàm magnum malum sit adulatio, ex modo, quo nos occultè impugnat. Nam cùm exteriùs ostendat mansuetudinem columbinam, tamen interiùs abscondit ferocitatem leoninam.

Et roboratur hæc veritas ex interpretatione Pagnini, qui secundùm Hebraicum rigorem, legit loco, *Columba: Væ ciuitati, quæ spoliat*. Igitur licèt columba pariat, tamen spoliat, & desolat; prout expressè apud Ieremiam habetur cap.25. *Facta est terra eorum in desolationem à facie iræ columbæ*. Quomodo compatitur cum simplicitate & mansuetudine columbæ, quòd fera sit desolatrix? Patet, quia quemadmodum Ierusalem habitatores, quo magis se ostendebant honoris DEI zelatores, eò plus offendebant illum; ita eò magis adulator fictus spoliat, & trucidat, quò magis suam ferocitatem per simplicitatem dissimulat. Proinde de illo est scriptum: *Verba bilinguis, quasi simplicia*. Sermo enim est de adulatore iuxta Lyranum, qui duplicem habet linguam, qua multipliciter fallit, adulando in præsentia, & detrahendo in absentia. Et ideo per vnam, simplicitatem columbæ ostendit, vt securiùs placeat: quæ quia ficta est, ideo *quasi*, & non absolutè, simplicia eius verba vocantur. Proindeque lethale vulnus subiungitur: *Et ipsa perueniunt vsque ad interiora ventris*. Id est, vsque ad cor, vt idem auctor exponit; quod est in medio ventris: vt ostendatur, quàm valde nociua sint. Non solùm enim feriunt exteriora, sed etiam interiora, spoliando adulatum bonis internis animæ, quæ excellentiora sunt.

Prou.18. 8.

Lyran.

ibidem.

MODVS IV.

Ex similitudine *Alarum*.

Quid niteris bonã ostendere viã tuam ad quærendam dilectionẽ, quæ insuper & malitias tuas docuisti vias tuas, & in alis tuis inuentus est sanguis animarum pauperum, & innocentium? Ierem.2.34. Mirum, quòd in alis inueniatur sanguis, attenta tam similitudine, quàm proprietate. De similitudine patet in auibus rapacibus, in quibus rostrum, & vngulæ sanguine plenæ

Ierem. 2.

Digitized by Google

qua *adulatores ſolent eſſe ſolliciti explorare locum, & tempus, in quo eorũ adulatio recipiatur efficacius, &* ſic ſupplantent. Proinde benedicendo, maledicunt.

Nocumentum autem ex benedictione iſta maximum eſt, vt apud Ieremiam oſtendunt verba iſta diuina: *Oliuam vberem, pulchram, fructiferam, ſpecioſam vocauit Dominus nomen tuum.* Ita enim appellauit Dominus electum populum ſuum, non tantùm per bonam conſcientiam pulchrum, ſed etiam per opera bona fructiferum, omnibuſque virtutibus plenum. Sed quamdiu ita fuit? parùm. Subditur enim: *Ad vocem loquelæ grandis, ignis exarſit in ea.* Et quid inde ſecutum? *Et combuſta ſunt frutcta eius.* Ideſt, omnia dona gratiæ, vt ibi Lyranus exponit.

Ierem. 11 16.

Lyran.

Et notatu dignisſimum eſt, nõ dicere, ardore Solis, ſecuri, aut igne, vel fulgure conſumptam: ſed voce ſola. Mirum ſane videtur, quòd ſola vox licèt grandis, tale exitium efficere potuiſſet. Fuit fortaſsis vox DEI? ita enim mirum non eſſet. At grandis vox non appellatur in Scriptura. Fuit ne vox Angelorum? non: non enim ſic illorum vox nominatur. Dæmoniorum ne vox ſaltem? minimè: nihil enim ſub cœlo maneret non conſumptum. Sed quæ vox hæc fuit? adulatoris, de qua loquimur: *Qui benedicit proximo voce grandi, maledicenti ſimilis erit.* Qui operatur ruinam; de qua ſimiliter ſcriptum eſt: *Qui te beatum dicunt, ipſi te in errorem mittunt.*

Iſa. 3.12

Iſai. 3.12

MODVS III.

De ſimilitudine *Columbæ.*

HAbetur modus ſic occultè bellandi apud Sophoniam Prophetam, vbi dicitur ſic: *Væ prouocatrix, & redempta ciuitas, columba.* Et ſtatim ſubiungit, quod in illa habitent leones. Si ciues faciunt ciuitatem, leonina ergo eſt: igitur quomodo columbina?

Soph. 3. 1.

Ratio autem dubitandi fundata eſt; quia leo fortiſsima bellua eſt, vt dicitur in Prouerbijs, *Leo fortiſsimus beſtiarum.* Columba verò debiliſsima, vt inſinuatur apud Ieremiam: *Relinquite ciuitates, & habitate in petra habitatores Moab, & eſtote quaſi columba.* Leo viſu ferox, & formidabilis: *Quomodo ſi fugiet vir à facie leonis.* Amos 5. Columba aſpectu grata: *Columba mea, formoſa mea.* Cantic. 2. Leo in rugitu horribilis: *Sicut rugitus leonis, ita & terror Regis.* Prouerb. 20. Columba in gemitu humilis, & lugubris: *Et miles captiuus abductus eſt, & Angeli eius mœrabantur gementes, vt columbæ.* Nahum 2. Leo aſtutus, & ſagax in præda. *Venatio ſicut leo inſidiabitur illi.* Eccli.

Prou. 30. 30.

Ierem. 48 28.

Amos 5. 19.

Cant. 2. 10.

Prou. 20. 2.

Nahum 2. 7.

Eccli. 27.

Google

Eccli.27. Columba verò simplicissima: *Ephraim quasi columba seducta, non habens cor*. Osee 7. 11. Cùm ergo hæc ita se habeãt, quomodo de eisdem ciuibus verificari potest, fortes esse, & imbelles: animosos, & pusillanimes: feroces, & gratos: superbos, & humiles: astutos, & simplices? *Væ prouocatrix, & redempta ciuitas, columba, &c. Principes eius, quasi leones rugientes*.

Osee 7. 11.

Ita vocantur, vt indicetur nobis, quàm magnum malum sit adulatio, ex modo, quo nos occultè impugnat. Nam cùm exteriùs ostendat mansuetudinem columbinam, tamen interiùs abscondit ferocitatem leoninam.

Et roboratur hæc veritas ex interpretatione Pagnini, qui secundùm Hebraicum rigorem, legit loco, *Columba: Væ ciuitati, quæ spoliat*. Igitur licèt columba pariat, tamen spoliat, & desolat; prout expressè apud Ieremiam habetur cap. 25. *Facta est terra eorum in desolationem à facie iræ columbæ*. Quomodo compatitur cum simplicitate & mansuetudine columbæ, quòd fera sit desolatrix? Patet, quia quemadmodum Ierusalem habitatores, quo magis se ostendebant honoris Dei zelatores, eò plus offendebant illum; ita eò magis adulator fictus spoliat, & trucidat, quò magis suam ferocitatem per simplicitatem dissimulat. Proinde de illo est scriptum: *Verba bilinguis, quasi simplicia*. Sermo enim est de adulatore iuxta Lyranum, qui duplicem habet linguam, qua multipliciter fallit, adulando in præsentia, & detrahendo in absentia. Et ideo per vnam, simplicitatem columbæ ostendit, vt securiùs placeat: quæ quia ficta est, ideo *quasi*, & non absolutè, simplicia eius verba vocantur. Proindeque lethale vulnus subiungitur: *Et ipsa perueniunt vsque ad interiora ventris*. Id est, vsque ad cor, vt idem auctor exponit; quod est in medio ventris: vt ostendatur, quàm valde nociua sint. Non solùm enim feriunt exteriora, sed etiam interiora, spoliando adulatum bonis internis animæ, quæ excellentiora sunt.

Prou. 18. 8.

Lyran.

ibidem.

Ier. 25. 38.

MODVS IV.

Ex similitudine *Alarum*.

QVid niteris bonã ostendere Ierem. 2.
viã tuam ad quærendam dilectionẽ, quæ insuper & malitias tuas docuisti vias tuas, & in alis tuis inuentus est sanguis animarum pauperum, & innocentium? Ierem. 2. 34. Mirum, quòd in alis inueniatur sanguis, attenta tam similitudine, quàm proprietate. De similitudine patet in auibus rapacibus, in quibus rostrum, & vngulæ sanguine plenæ

Digitized by Google

plenæ apparent, ſed non alæ. Et ſimiliter de proprietate. Nam de pedibus pronunciatur: *Veloces pedes eorum ad effundendũ ſanguinem*. Quod ſimiliter de manibus dicitur Prouerb. 6. *Manus effundentes innoxium ſanguinem*. Et creſcit admiratio ex ipſa ſignificatione alarũ, quæ vitæ protectrices dicuntur: vnde non deſtructrices: *Scapulis ſuis obumbrabit tibi, & ſub pennis eius ſperabis*. Pſalm. 90. Et Moyſes ad declarãda beneficia à DEO populo ſuo collata, comparat illum aquilæ, quæ in expanſione alarum fouet pullos ſuos. *Sicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans, expandit alas ſuas*. Deuter. 32. Hinc ortum eſt prouerbium, vt de fautore alicuius dicamus: *Illi porrigit alas*. Igitur, ſi alæ, protectionis, & defenſionis ſunt ſymbolum; quomodo Propheta ſignificare volens populi ſui ſceIus in pauperibus deſtruendis, ait in alis inuentum eſſe eorum ſanguinem? Reſponſio patet, quia de adulatore Prælato eſt ſermo. Cùm enim plenus hic ſit malitia, *Malitias tuas docuiſti vias tuas*; protegendo frequenter ſubditum, & per fauorabilia verba adulatoriè dicta, quaſi per alas ſubleuando; ſic in altum eleuatus, inde per ſuperbiam, arrogantiam, & licentioſam libertatem, miſerabiliter corruit, intus lethaliter vulneratus ex peccatis inde commiſsis. Sic adulatus fuiſſe narratur Herodes ſubditis ſuis, ita prouocando ad effundendum innoxium ſanguinem innocentium. Dum enim fundebant ſanguinem corporum aliorum, proprium animarum miſerabiliùs prodigebant. Ita ſimiliter his alis vſos fuiſſe Reges alios, & potentes, legitur in hiſtorijs, tum humanis, tum diuinis. Hic ergo occultus eſt modus bellandi, alas nimirum oſtẽdere, in quibus ſub protectionis ſpecie, ſanguis ſecuriùs funditur animarum.

Pſ. 13. 8.

Prou. 6. 17.

Pſ. 90. 4.

Deut. 32. 11.

MODVS V.

De ſimilitudine *Olei*.

DE modo hoc occultè pugnandi ſub ſimilitudine olei, locutus eſt Dauid, quando dixit: *Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula*. Et ſanè poterat hîc primò dubitari, quare gladius non dicuntur, ſed iacula? quia iaculum de longe ferit, & in hoc plus nocet: ita adulatio etiam longe diſtantes ab imperfectione, hoc eſt, perfectos vulnerat, & occidit.

Pſ. 54. 22.

Secundò, quare, cùm ſint ſermones blãdi, deſignati per oleũ, quod blandum eſt, & ſuaue, & ideò ſanans, tamen arma dicuntur vulnerantium? Reſpondeo, quia ſub illa mollitie externi eloquij, eſt in corde durities, qua

niti-

Digitized by Google

nititur adulator transfigere adu-
Aquila. latum. Proinde Aquila verbum illud *iacula* interpretatur *inſidiæ*. Ideo ipſi ſermones, qui ſuper oleum videntur molliti, inſidiæ ſunt, quibus anima capitur adulati, & perit tanquã iaculo tranſuerberata. Cùm enim in vnoquoque adulatore duo ſint cor-
Pſal. 11. 3. da, vt dixit Pſalmiſta, *In corde, & corde locuti ſunt*; & linguæ
Prou. 8. 13. duæ, vt Sapiens ait: *Et os bilinguæ deteſtor*; inſidiæ ſunt: quòd nimirum alterum cor verbum proferat dulce, & ſecundùm intentionem; alterum cor, iaculum ſit ab ipſo miſſum, quod tamen non videtur. Et ecce inſidiæ, & occultus modus pugnandi, vt ipſum verbum molle, ſit iaculum feriens. Quod Seneca conſide-
Seneca. rans, dixit: *Eo ipſo gratioſa, quo lædit*; de adulatione, ſcilicet, loquens. Nam ipſum dulce adulatoris verbum, gratè ab adulato accipitur, cùm tamen eo transfigatur, & pereat.

De hoc inſidioſo, & occulto modo bellãdi pariter apud Oſeã
Oſe. 12. 1 eſt ſermo, dum dicitur: *Tota die mendacium, & vaſtitatẽ multiplicat, & fœdus cũ Aſſyrijs iniit, & oleum in Aegyptum ferebat*. Sermo enim eſt de adulatorij olei huius venditore; vendit nãque operando mendacium, vt
Ier. 9. 5. apud Ierem. dicitur: *Docuerunt linguam ſuam loqui mendaciũ*. Quia aliud eſt in corde, & aliud in ore. Quod optimè per oleum deſignatur. Hoc enim ſemper in ſuperficie quærit eſſe, & non in imo; & ita putatur vas totum ímpletum, cùm tamen non ſit. Ita in cordis fundo adulatoris putas eſſe lenitatem, quam ore oſtendit, cùm tamen non ſit niſi ferocitas tuum deuaſtans. Ideo poſt verbum *mendacium*, hic effectus ſubiungitur: & in Pſalmo adducto ipſum oleum dicitur *iacula*.

Quæ verba Bernardus conſiderans notat, non dici ſermones molles, ſed mollitos. *Quòd*, in-
S. Bern. quit, *ſit in eis non tam vera, & ſolida, quàm ſuperducta, & ſimulata ſuauitas, ſiquidem & ipſi ſunt iacula. Denique ſub lingua eius quid? labor, &* *Pſ. 10. n. 7 ſecundùm Heb.* *dolor*.

Sic fecerunt cum Chriſto Domino Phariſæi dicentes: *Magi-* *Io. 8. 4.* *ſter, hæc mulier modò in adulterio deprehenſa eſt*. Ecce adulatio, ſed quid ſubtus? vt poſſent accuſare, calumnia erat ſub lingua adulatrice, & perditio. Vnde Chryſoſtomus: *hæc eſt hypocritarum prima ſimulatio, quia laudant quos perdere volunt. Magiſtrum eum vocant, vt quaſi honoratus, & laudatus, myſteriũ ſui cordis ſimpliciter eis aperiat, tanquam volens eos habere diſcipulos*. Hæc Chryſoſtomus ad noſtrum propoſitum. Quia adulatores exteriùs molles ſunt, intus duri: exterius pacifici, intus inſidiatores.

Chryſ. in c. 2. Matt. ad illud verbum Magiſter.

Et

Digitized by Google

Et eſt modus bellãdi hic adeo efficax, vt ſupplantet etiam illos, qui fortiùs reſiſtere poſſent, vt viri ſanctí ſunt. Quod oſtendit olei ipſius natura, quæ ita penetratiua eſt, vt etiam dura quæque peruadat, vt ſignificauit Pſalmiſta, cùm dixit: *Et intrauit ſicut oleum in oſſibus eius*. Quemadmodum enim oſſa ſolida ſunt, ita iuſti amore DEI, de quibus ſub nomine oſsium ab eodem Prophetа dicitur 50. Pſalmo: *Et exultabunt oſſa humiliata*. Hi ergo penetrati oleo adulatoris iſto, molleſcunt, & à vera virtute deficiunt. Qnod ſignificauit pariter parabola Virginum fatuarum, quarum lampades extinguebantur, vt in Euangelio dicitur: *Quia lampades noſtræ extinguuntur*. Erant enim priùs per gratiam baptiſmalem intus plenæ, & oleo veræ charitatis accenſæ. At os vaſis ſui, id eſt, cordis ſui, laudibus humanis vnaquæque aperuit, & euacuatum eſt oleum charitatis, oleo adulationis intrante, & animam penetrante; & ideo non mirum, ſi extinguuntur. Non ſic autem oleum iuſtorum, vtique laus illorum, quam non ponunt in ſuperficie vaſis, hoc eſt, in ore hominum adulantium, ſed in imo cordis, vt faciebat ille, qui dicebat: *Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonĩu conſcientiæ noſtræ*. Proinde non extincta eſt lucerna eius plena oleo vſque ad ima. Neque etiam lucernæ Virginũ prudentium, in quibus iuſti omnes vſque in finẽ perſeuerantes, ſignantur.

Pſ. 108. 18.

Pſ. 50. 10

Matt. 25. 8.

2. Cor. 1. 12.

MODVS VI.

Ex ſimilitudine *Lactis*.

INſidioſum modum hunc prę-liandi ſignificauit Sapiens, quando dixit: *Vir iniquus lactat amicum ſuum*. Septuaginta vertunt, *palpat*. Et Pagninus ex Hebræo, *ſeducit*. Notandum ergo, quòd *lactare* purè acceptum, eſt lac præbere, & in lactato eſt lac ſugere, non videndo quod ſugitur, an ſit bonum, aut malum; ſed tantum, vt quid dulce, guſtando; in quo conueniunt bonum, & malum lac, & tantùm in effectibus differunt, quos in lactato operantur. Nam alteri proficit, & alteri nocet. *Proficit* bonum, vt erat illud Pauli: *Tanquã paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi*: quia pro vero guſtu accipitur, quem habent verba diuina, de quibus proinde dicitur: *Teſtimonium Domini fidele*, *ſapientiam præſtans paruulis*: qui vtique illo lactantur. *Nocet* pro fallaci guſtu acceptum, quo ſenſu loquebatur Iob, quando dixit: *Si vidi ſolem, cùm fulgeret, & lætatum eſt in abſcondito cor meum*: vbi loco *lætatum* in Hebræo eſt, *Patah*, ſiue, *lactatũ*, & Septuaginta tranſtulerunt, *deceptum*; quia, ſcilicet, *lactare* ſignificat, cum deceptione guſtare,

Prou. 16. 29.

1. Cor. 3. 2.

Pſ. 18. 8.

Iob 31. 26. 27.

Digitized by Google

re. Et *lætatum* hîc dicitur in nostra vulgata, ob effectum ex lactatione ista secutum, qui est lætitia adulati. Gaudet enim de adulatione sua, suam ruinam non considerans, quæ exprimitur in illis Sapientis verbis sequẽtibus: *Et ducit eum per viam non bonam*: vtique æterni interitus.

Prou. 16. 29.

Sed si notetur verbum Hebraicum in Scriptura citata, *Vir iniquus lactat*, &c. modus etiam hic occultè, seu obscurè pugnandi, ostenditur. Nam, vt testatur Pagninus, in Hæbreo est verbum *chamaz*, ex quo dicit formari nomen auis peruersæ, quam nominibus varijs appellãt auctores: alij enim dicunt esse noctuã: alij coruum nocturnum, seu vespertilionem; ad denotandum in obscuro nocère, non vtcunque, sed oculos eruendo; non corporis, sed animi; quod lõgè est grauius. Vnde dixit S. Antonius Monachus in quodam sermone: *Vt corui pascuntur de oculis mortuorum, sic adulatores de oculis viuorum*. Et intelligit de oculis cordis, vt intellexit Isidorus dicens: *Quemadmodum corui cadauerum oculos effodiũt; sic adulatores hominum animos corrũpunt*. Vide ergo quàm acerbius sit eruere oculos hominis viui, quàm mortui, & non corporis, sed animi. Ideò non mirum, si adulatus sic cœcus factus, ducatur per viam non bonam, vt dicitur in Scriptura supracitata.

S. Anton. Abbas in melis. p. 2. ser. 52.

S. Isidor.

Plures aliæ similitudines, quibus ostenditur modus hic impugnandi occultus, à Doctoribus afferuntur; quibus supersedeo, vt nimiam prolixitatem effugiã.

Corollarium.

EX hoc ergo modo impugnandi occultè, & obscurè, prouenit magna ex parte acerbitas, & periculum certaminis huius, vt initio diximus. Quod animaduertit P. Augustinus, quãdo volens in duas diuidere classes seu exercitus, hostes nostros, posuit ex parte vna omne genus persecutorum, in nos sæuientiũ: *manu*, scilicet, per tormenta, & cædes: & *lingua*, per iniuriam, & infamiam: & tamen concludit, hunc solum hostem, cæteros pernicie, & acerbitate præcedere. *Duo sunt*, inquit, *genera persecutorum: vituperantium, & adulantium*. Et concludens, qui sæuirent acerbiùs, subiungit: *Plus persequitur lingua adulatoris, quàm manus interfectoris*.

Aug. in Ps. 69.

Ratio autem est, quia ab inimico aperto facilè quis se potest abscondere, cùm illum cognoscat; & sic illius manus euadere. Attamen, quando inimicitia sub specie amicitiæ tegitur, nimis difficilè potest vitari, vt idem S. Doctor fatetur ad Eremitas scribens. Quod etiam Prophe-ta cognoscens dixit: *Si is, qui oderat me, super me magna*

Serm. 29.

Ps. 54. 13

Digitized by Google

locutus fuiſſet; abſcondiſſem me forſitan ab eo. At ab illo, qui amicus videtur, ita vt ex duobus vnum fiat, quomodo ab iſto ſe poteſt abſcondere? quod innuũt verba ſequentia: *Tu verò homo vnanimis, Dux meus, & notus meus: qui ſimul mecũ dulces capiebas cibos,* &c. Per modum hunc quęſiuit Iudas ſanguinem Chriſti, qui oſculo (quod ſignum dilectionis eſt) illum tradere intendebat: de quo in alio Pſalmo conqueritur Dominus ipſe, dicens: *Homo pacis meæ, in quo ſperaui;* quia illi confiderat oblata pro neceſsitatibus ſuis, & diſcipulorum ſuorum: *Qui edebat panes meos:* cui vtique in cœna vltima dedi non ſolùm panem corporalem, ſed & ſpiritualem corporis mei: Quid fecit tamen iſte, qui videbatur amicus? *Magnificauit ſuper me ſupplantationem:* alia littera habet *deceptionem:* quod fecit per oſculum, intendens decipere me per illud, amicum ſe fingens. Et quid fuit ſecutum? mors Chriſti: quam vtique ipſe Dominus fugiſſet, ſi noluiſſet mori, quia ex ſapientia cognoſcebat dolum ſub obſculo tectum. Tamen quomodo fugeret, qui talem notitiam non haberet? perdifficile ſanè.

Pſ. 40. 10

Patet exemplum in Amaſa tali cognitione experte. Acceſsit enim ad illum Ioab, amicabile oſculum fingens, & amicabiliter loquens: non cognita ſua dolo ſa nequitia, illum vnico ictu, abſcondito gladio, occîdit, vt ibi verbis iſtis narratur. *Dixit itaque Ioab ad Amaſam, ſalue mi frater: & tenuit manu dextera mentum eius, quaſi oſculans eum.* Et notanter ſubditur: *Porro Amaſa non obſeruauit gladium, quem habebat Ioab:* quis enim ſub obſculo necem latere putaret? ideo non effugiẽs ictum, miſerabiliter corruit. Patet ergo, quantum acerbitate excedat lingua adulatoris manum interfectoris, ex ſententia Auguſtini.

2. *Reg.* 20 9.

Sed non mirum, quia de adulatore eſt ſcriptum: *Abſcondunt odium labia mendacia,* Prouerb. 10. 10. Septuaginta vertunt, *labia iuſta.* Si mendacia, quomodo iuſta? quia ſub ſpecie iuſtitiæ iniquitas eſt abſcondita: fingit ſe adulator iuſtum, amicum, & boni æmulatorem; & tunc cùm non videtur, ſecuriùs vulnus infligit. Ideo etiam Dalila tunc tutiùs fortitudine Samſonem priuauit, & ſubiectum fecit hoſtibus ſuis, *quando dormire eũ fecit ſupra genua ſua, & in ſinu ſuo reclinare caput;* nõ ſolùm dulcibus verbis, ſed amicabilibus geſtibus ſe amicã fidam conteſtans.

Prou. 10.

Iud. 16. 19.

Similiter Iahel Siſaram fugiẽtem occidit, placida, & ſubiectionis, ac ſecuritatis verba loquendo: *Intra ad me Domine mi, intra, ne timeas.* A qua cùm poſtulaſſet aquam, protulit vtrem lactis: ſed non mirum,

Iud. 4. 18

quia

Digitized by Google

quia adulatrix erat, ideoque liquoris huius abundantia pollebat, dicente Scriptura: *Si te lactauerint peccatores*, &c. Sed qui euentus huius occulti modi pugnandi? occisio Sisaræ, vt ibi narratur. Et notabiliter dicitur, quòd clauo ipso tabernaculi, in quo receptus erat, eum necauit: quia, scilicet, adulator eo ipso, quo fingit defendere, offendit: ostendit iustitiam, & tollit vitam.

Prou. 1. 10.

Vel possunt quoque intelligi labia iusta, non solùm ex parte subiecti, id est, adulantis, vt notauimus, sed & obiecti, id est, adulati: & eatenus intelliguntur iusta, quatenus iustum pronunciant, quem volunt decipere. Sic enim amicum putantes, quẽ laudatorem experiuntur, illi seduto committunt, & se inclinant, quò volunt, & hinc sæpe pereunt. De his loquitur Diuinus spiritus in Prouerbijs: *Qui dicunt impio, iustus es*: vel licèt sit iustus, non tamen animo hoc dicunt iustificandi, sed decipiendi: quomodo Iudæi Christo dicebant: *Magister scimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces*, &c. Et tamen sic supplantare quærebant, *vt caperent illum in sermone*, vt dicitur ibi. Patet ergo, quantum ex fallacia, ac hostili acerbitate, excedat lingua adulatoris manum interfectoris, vt Augustinus notauit: & viteriùs, quia iste te occîdit in corpore, ille etiam in animam

Prou. 24. 24.

Matt. 22. 16.

Luc. 20. 20.

fæuit; quatenus sic adulatus per elationem miserabiliter corruit.

DISCVRSVS III.

Arma ponuntur contra hostem.

Primò, *illum cognoscendo*.
Secundò, *malum intentatum, vel illatum pensando*.
Tertiò, *tristem vultum ostendendo*.
Quartò, *abigẽdo, aut fugiẽdo*.

PONDERATIO I.

Circa *Cognitionem*.

QVia virtus præcipua hostis istius in eo posita est, quòd talis non cognoscatur, proindeque non pellatur, aut contra illum aliud remedium fumatur; ideo maximè nititur, ne qualis sit, innotescat. Hinc fit, quòd volens Diabolus humani generis hostis, totam perdere massam humanam, adulatione fallaci tentauit hoc facere in primo congressu cum Eua, dicens ei: *Cur præcepit vobis* DEVS, *vt non comederetis ex omni ligno Paradisi?* Notant enim facti Doctores, inter quos est Lyranus, verbum illud, *Vobis*, specialem vim habere, & in illo adulationem latere. Vobis vti-

Gen. 3. 1.

Lyran.

Digitized by Google

que libertate pollentibus, & qui omnia ligna nobilitate excellitis, &c. Elegit tamen ſecundùm quãdam opinionem relatã hic à Pererio, Serpentem, vultum habentem virgineum. Quam ſequuti videntur pictores, qui hiſtoriam huius rei in pictura repræſentantes, muliebri vultu depingunt. Hoc autem, iuxta opinionem hanc, ideo feciſſe credendum, ne innoteſceret Euæ, imò facilius, illius colloquium admitteret, quam ſimilem ſibi aſpiceret. Pater autem Auguſtinus, ideo dicit per ſerpentem ſic decepiſſe, quia erat animal *tortuoſis anfractibus mobile, operi ſuo congruum*. Cùm enim decipere vellet, tortuoſitas expediens erat, quæ inuolucro eſt apta. Ideo adulator, *deceptor*, *ſeductor*, *ſimulator*, & *fraudulentus*, eſt dictus, vt ex dictis eſt manifeſtum.

Perer.

Aug. lib. 14. de ciu. Dei c. 11.

Modus igitur illum dignoſcendi eſt, primò obſeruare, an nimiè, ſeu immoderatè laudet. Nam licèt bona intentione, & & innocenter hoc faciat; tamen nocet propter elationis periculum. Et de hoc adulationis genere ſupra diximus ex Bernardo, dicente Caſſiodoro in epiſtola quadam: *Adulatio blanda omnibus applaudit*.

Caſſiod.

Secundò, eſt obſeruare, an, quod cum vno approbat, cum alio reprobet. Nam hoc illius eſt munus, vt volumine primo monuimus. Nam ſic, non veritatis ſtudium probatur in *illo*, ſed placendi hominibus: proindeque adulator conuincitur; qui hinc nominatur bilinguis, & ob id deteſtabilis, dicente Diuino ſpiritu: *Et os bilingue deteſtor*. *Pro. 8. 13*

Tertiò, eſt obſeruare ſedulò, an in omnibus ſtudeat applaudere tibi, & contraire in nullo. Cùm enim humana natura poſt lapſum, erroribus, & malis multis ſit ſubdita, proindeque nemo mundus à ſorde, & in multis offendamus omnes; ſæpè fallitur, errat, & labitur: proindeque aceto frequenter indiget, quo corripiatur; nõ oleo, quo foueatur. Qui ergo ſemper vnxit, adulari conuincitur. Hæc enim eſt differentia inter adulatorem, & laudatorem verum, poſita à Bernardo: quòd verus laudator, licèt aliquando oleum habeat, quo vngat, habet tamen etiam acetum, quo pungat. Adulator verò non habet, niſi oleum, quod vendat: proinde olei venditor per excellentiam dicitur. Quod etiam, vt inſinuat Pater Auguſtinus in Pſalmo 69. indicarũt prudentes Virgines ſtultis, quando illis petentibus oleum dixerunt: *Ite potiùs ad vendentes, & emite vobis*. quaſi dicerent: oleum noſtrum adulatorium non eſt, ſed de oliua charitatis expreſſum. Ite ad vendentes, de quibus vos adimpleſtis, quando laude vana creuiſtis, & ideo coram Deo defeciſtis.

S. Ber. ep. 78. ad Sug ger. Abb. poſt med.

S. Aug.

Matt. 25 9.

Pro-

Propterea quosdam ita decep-
Isai.3.12 tos DEVS admonuit: *Populus meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipãt.* Et de vero amatore dicit per Sapientem: *Verba*
Eccl. 12. 11. *sapientum sicut stimuli*. Ex quibus cõtra adulatores infert Hieronymus: *Si cuius igitur sermo,*
S. Hier. *non pungit, sed oblectationem facit audientibus, iste non est sermo sapiens*. Similiter in Prouerbijs dicitur: *Ferrum ferro exacuitur, & homo exacuit faciem*
Prou. 27. 17. *amici*; quando vtique dura loquitur, corrigendo malum. Proinde supra ostendimus, amicitiam veram correctione foueri, quemadmodum falsam blandi-
Eccli.7.6. tijs, dicente Sapiente: *Melius est à sapiente corripi, quàm stultorum adulatione decipi*.

Hinc est, quòd Achab Rex
2. Paral. 18.7. Israel reputauit Michæam Prophetam inimicum suum, quia dura ei non verebatur loqui: *Ego*, inquit, *odi eum, quia non prophetat mihi bonum*. Illos autem, qui prospera vaticinabant, adulatoriè tamen, existimauit amicos, ob idque à se non reiecit: per quod se deiecit; nam mors illi successit, vt narrat ibi historia. De numero enim erat
Isai.30. 10. illorum, qui dicebant: *Loquimini nobis placentia*. Non sic
Alexand. Magn. narratur de Alexandro Magno, qui Philosophum quendam, sibi ad placitum semper loquentem, à sua repulit amicitia, dicens, non esse possibile, se aliquando, vt hominem, non deuiare à recto: quare aut de ignorantia conuinci, non intelligendo errores; aut de adulatione, applaudendo, & illos non corrigendo: proindeque vt falsum amicum esse à se expellendum.

Hinc Socrates vir sapientissimus affirmat, nullam Principibus pestem adulatore perniciosiorẽ esse; Regemque suum monuit, vt omnes illos vitaret, qui quæcumque feciſſet, aut dixisset, laudarent: illis autem obtemperaret, qui eum monere auderent. *Socrates.*

Est tamen hîc summopere aduertendum, pro adulatione astuta dignoscenda, quòd quemadmodum sagax cocus, aliquando dulcibus cibis, aliquid acerbi commiscet, ad temperãdam dulcedinem, ne fastidium generet: ita quandoque adulator aliquid reprehensionis commiscet adulationibus suis, vt verus amicus appareat. Quia tamen hoc intentione corrigendi non facit, sed placendi potiùs, & decipiendi; ideo ex hoc eius malitia cresci; neque venditor olei solius definit hinc existere, quem ad reprehensionem zelus charitatis non traxit, sed cupiditatis. Igitur in hoc solerter inuigilandum, & ad alia signa recurrendum.

Corollarium.

HIc ergo erit modus resistendi hosti huic, vigilan-

Digitized by Google

ter nimirum obſeruare, an nimiè laudet. Et cum hoc quomodo ſit agendum, infra dicetur. Deinde varietatem applauſus circa idem apud varios, & illi non fidere; cùm multa perpetret homo mala, quæ, vt talia, ex amore proprio non cognoſcit, quæ ſic fouentur, dum approbantur. Vnde de hoc loquens Seneca, ſic dicit: *Malum hominem blandè loquentem, agnoſce tuum venenum eſſe: habet etiã inſitum venenum blanda oratio.*

Seneca.

PONDERATIO II.

Circa *Mala*.

PRimum, & principale malum, eſt animæ mors: effertur namque adulator interiùs, & ipſa elatio eſt ipſius ruina, eõ deterior, quo interior. Facit pro hoc doctrina Philoſophi dicẽtis, quòd ſicut apis oleo perfuſa moritur; ita Sancti, qui apes dicuntur; vt Eccleſia ſanctam Virginem Martyrem Cæciliam nominat; *Tibi tanquam apis argumentoſa deſeruit*; oleo adulatoris perfuſi moriuntur per complacentiam vanam: ex qua etiam in peccatis fouentur, & perſeuerantes in malo, incorrigibiles fiunt. E contra, ait idem Philoſophus, quòd apis aceto perfuſa reuiuiſcit: ita correptio dura reuiuiſcere facit, quem occiderat adulatio.

Ariſt.

Hoc animaduertens Propheta, contra hoc malum correptionem elegit, agnoſcens in ea miſericordiæ bonum, ſicut in adulatione exitium animæ, quod eſt ſuperbia. *Corripiet me*, inquit, *iuſtus in miſericordia: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum*. Vbi P. Auguſtinus per *impinguare*, intelligit, creſcere faciat caput meum, vtique per ſuperbiam. *Elegit*, inquit, *à iuſto miſericorditer reprehendi, & quodammodo colaphizari, quàm, vt ei caput in ſuperbiam creſcat, peccatoris adulatione laudari*. Textus Hebraicus, iuxta Pagninum, loco *impinguet*, habet *frangat*: & eſt fractura ex ruina cauſata, non quælibet, ſed mortalis: dicit enim idẽ Auguſt. in iſtum Pſalmum, quòd ſi vanè quis laudibus delectatur adulatorijs, caput inflatum, & tumidum facit pondus, & præcipitat.

Pſ. 140. 5.

S. Aug. ep. 110. ad Honor. poſt med. tom. 2.

Idem malum ſub nomine *lactis* exprimitur: eſt namque adulatoria laus, vt venenoſum lac, quod occidit lactatum. Propterea adulatores vocat Bernardus *dulces, ſed truces matres*, lac mortis propinãtes paruulis ſuis, vtique adulatos blandis mulcentes fauoribus, & flammis nutriẽtes ſempiternis: vbi non tantùm mortẽ animæ ponit, ſed & ſempiternam pœnam reſpondentem peccato ex adulatione cauſato. Pater autem Auguſtinus addit etiam

S. Ber. ep. 78. ad Sugger. poſt med.

Digitized by Google

etiam ineuitabile Diuinum iudi-
S. Aug. li. 10. conf. c. 36. cium, metuendum nimis. *Qui laudari*, inquit, *vult ab hominibus, vituperante te, non defendetur ab hominibus, iudicante te, nec eripietur, damnante te.*

PONDERATIO III.

Circa *tristis vultus ostensionem, repulsam*, & *fugam.*

HAec mala prospiciens Sapiens, sapienter consulit modum illa cauendi, dicens: *Fili, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis.* Consideranda igitur lac hoc venenatũ esse, remedium optimum est, non acquiescere, renuere, respuere, ac denique fugere.

Prou. 1. 10.

Hoc autem faciliùs fiet, consideratione dulcedinis veritatis, quæ lac est vitale, quo crescit, & nutritur electus ad gloriam: de quo Bernardus ibidem sic dicit:

S. Bern. *Ecclesiæ alumnus ex vberibus sapientiæ, lactis melioris expertus dulcedinem, iam in eo cœpit crescere in salutem; iam & in eo satiatus eructat, dicens: Me-*
Cãt. 1. 2. *liora sunt vbera tua vino, fragrãtia vnguentis optimis.* Et ad Abbatem Suggerium, cui scribit, sermonem conuertens, ait ita: *Olim enim cùm dolens cernerem tanta te à veritate de labijs adulantium, mortis escam, peccati fugere fomitem, optans tibi, &*
Cant. 8. 1 *gemens, intra me dicebam: Quis mihi det, te fratrem meum sugentem vbera matris meæ?* Vbi hac adulatoris, mortis escam appellat, & peccati fomitem, quia fouet in malo, & ad noua mala patranda allicit, & prouocat. Vt enim notat etiam P. Augustinus, *Adulantium linguæ ligant homines in peccatis.* Et rationem subiungit: *Delectat enim ea facere, in quibus non solùm non metuitur reprehensor, sed etiã laudatur operator.* Et Greg. homil. 12. ad illa verba Ezechielis: *Væ, qui faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis ad capiendas animas*; ita ait: *Quisquis malè viuentibus adulatur, puluillum sub capite iacentis ponit; vt qui corripi ex culpa debuerat, in ea, fulcitus laude, quiescat.* Pro remedio autem assignat Bernardus, lac fugere veritatis, quo fastidiat hoc lethale. Ideo tanquam effectum salutiferæ lactationis illius, subdit: *Sint procul à te iam blandi, ac fraudulenti lactatores, qui cùm in faciem te benedicerent, probris omnium, atque ludibrijs exponebant, & eorum præsens Euge, orbis tibi fabulam pariebat, imò te fabulam orbi.* In quibus verbis nouum malum aperitur, causatũ ex lacte hoc venenoso, nimirum bonæ famæ, ac proprij decóris iactura, quæ est maximè fugiẽda, Sapiente dicente: *Curam habe de bono nomine.* & *Melior est nomen bonum, quàm diuitiæ multæ.*

S. Aug. in Psal. 9.

S. Greg. Ezec. 13. 15.

S. Bern.

Eccli. 41. 15.

Eccl. 7. 2.

Corollarium.

IGitur, ſi mors corporis ita fugitur, quare non fugietur magis illa animæ, quæ ex adulatione procedit, & adhuc aliquãdo cum corporali coniungitur? Cùm enim peccatis multis pęna hæc ſit taxata, illis adulatus, illectus, & ligatus, frequenter etiã hanc non euadit, vt hiſtoriæ multæ teſtantur. Et in Samſone quidẽ ex adulatione aſpicimus érutos oculos, & corporalem tandem mortem inde cauſatam. Et in Siſara videmus tempora clauo transfixa. Et in Amaſa inteſtina in terram effuſa. Et Herodem conſumptum vermibus expiraſſe. Et multa alia, quæ poſſent adduci exempla flebilia, tum vetera, tum moderna, quæ ex hoc damnabili vitio acciderunt. Si ergo adeo timetur corporalis vitæ iactura, ſaltem huius timore, caueatur laus parùm duratura.

Si venenoſa potio, quæ corpus conſumit, ſic vitatur; quare lethale hoc poculum lacteum nõ vitabitur, quæ portionem potiorem noſtri extinguit?

Si ſuauiſsima potio, & ſalutifera, adeo deſiderabilis eſt, & lethali anteponenda; quare non fugitur lac veritatis palato animæ delectabile, & fugitur lac iniquitatis, exteriùs tantùm dulce, & amariſsimum intus?

Si adeo horretur temporaliũ diuitiarum iactura, quare non magis illa famæ, quæ auri & argenti præcellit theſauros? O hebetudo, & cæcitas cordis humani, ſic prona ad malum, & tarda ad bonum! quando rectificabitur tortuoſitas hæc, & complanabitur veritati?

Idem exemplo Domini confirmatur.

STabiliendum autem eſt vlteriùs cor in modo iſto pugnandi, exemplo Domini, in quo ex impeccabilitate non periclitabatur triumphus; & tamen dignatus eſt hunc congreſſum ſubire pro noſtra victoria, inſtructione donata:

t. Narratur namque Matth. 12. quòd aliqui ex Phariſæis ad eum accedentes, dixerunt: *Magiſter volumus à te ſignum videre*: Sed adulatoriè quidem. Nam quomodo intus Magiſtrũ agnoſcerent, quem Seductorem clamabant? quomodo Præceptorẽ, quem nec Diſcipulum agnoſcebant? Illorum enim vox erat, Ioan. 7. *Quomodo hic literas ſcit, cùm nõ didicerit?* Et tamen hîc exterius, Magiſtrum appellant, quem ſupplantare volebant: Innuentes etiam conuerti ſe velle, cùm ipſum quotidie miracula innumera operantem viderent: vnde ſignum velle videre, idem erat, ac per viam hanc pariter velle conuerti. Sed quid manſuetiſ-

Matt. 12. 38.

Ioan. 7. 15.

Digitized by Google

suetissimus Dominus respondit Principibus populi ita submissè loquentibus, & zelantibus animæ suæ salutem, quam ipse Dominus maximè cupiebat? aspera verba, & indignatione plena, quibus reijcerentur, non admitterentur: *Generatio*, inquit, *mala, & adultera*. Quomodo mitissimus Dominus ad iniurias cæteras passionis suæ, quæ velut aquæ magnæ irruerunt in illum, vt obruere, & absorbére viderentur, vt vox ipsius significat, *Infixus sum in limo profundi, & non est substantia. Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me*: & tamen ad omnia silet, & *sicut agnus coram tondente se obmutescit*: hic tamen ad prima verba ita durè se habuit? vnde hoc? adulatorum vox erat, sub qua omnia mala erant; & ideo ad illa durum se præbere opus fuerat. Inimicus enim occultus probatur, qui adulatur; de quo in Prouerbijs dicitur: *Labijs suis intelligitur inimicus, cùm in corde tractauerit dolos. Quando submiserit vocem suam, ne credideris ei: quoniam septem nequitiæ sunt in corde illius.* Vbi loco illorum verborum *intelligitur inimicus*, habet versio Hebraica ex Pagnino, *alium se præfert, qui odio habet*: quia amicum se fingit per dulcia verba. Et loco verborũ, *quando submiserit vocem suam*, legit idem Pagninus, *cùm extulerit vocem suam*; & Septuaginta vertunt: *Si te rogauerit inimicus magna voce*. Quomodo possunt stare, *submiserit*, & *extulerit*, seu *magna voce*? Qui enim submittit vocẽ, non effert. Non mirum, quia adulatoria, & ideo magna est, cùm submissa est. De illa enim diximus superiùs, ex eodem Diuino spiritu, Prouerb. 27. *grandem esse*, quia exaltando deijcit: & quia sub illa est omnis plenitudo malitiæ, per septem nequitiæ spiritus intellecta. Ideo meritò cum adulatoribus suis, duriter se habuit Dominus, illos statim à se repellens, per duram responsionem: de quibus priùs per Prophetam, de hac occulta nequitia, sub velamine laudis, fuerat lamentatus, dicens: *Et qui laudabant me, aduersum me iurabant*; alia litera habet, *conspirabant*: quod malum pessimum est, tectum adulatoria laude.

Matt. 12. 49.

Ps. 68. 3.

Isa. 53. 3.

Prou. 26. 24.

num. 25.

Pagnin.

Prou. 27. 14.

Ps. 191. 9.

Igitur modus se habendi cum adulatoribus istis, ex instructione Dominica, *dura responsio* est, & *reiectio*. Contra quos sic pariter decertabat Bernardus, munitus verbis Prophetæ, *Auertantur retrorsum, & erubescant, qui volunt mihi mala*; vt de se ipso fatetur in epist. ad Ramaldum Abbatem. Imò aduersus illos, qui bona quidem intentione, nimiè tamen laudant, ex periculo elationis, de quibus superiùs fecimus mentionem, te-

S. Bern. Ps. 69. 4.

Epist. 72. cir. med.

sta-

ſtatur ibi idē deuotiſsimus Doctor ſe pugnare, per ſequentem
Pſ. 69. 4. verſiculum : *Auertantur ſtatim erubeſcentes, qui dicunt mihi, euge, euge*. Et notatu eſt dignum verbum *ſtatim* : non enim eſt immorandum in remedio hoc adhibendo. Cùm enim blanda ſit adulatio, oleo comparata, faci'è intrat, & penetrat, & veris virtutibus euacuat
Pſ. 108. 18. animam. *Et intrabit ſicut oleum in oſſibus eius*. Quemadmodum enim oſſa, partes ſunt ſolidiores corporis, ita virtutes in anima, quibus ipſa ſolidatur in via DEI.

Igitur ſtatim eſt huic hoſti oſtium claudendum, dicendumque, *Auertantur*, &c. Sed quia cum his quidem mitiùs eſt agēdum, quòd non poſſunt commodè repelli ; ſaltem interiùs, ſtatim precaudus eſt DEVS, vt cognitionem vtilitatis propriæ, ſeu indignitatis illis dare dignetur, vt ſic ab immoderatis abſtineant laudibus. *Precor nimirum* (inquit ſupradictus Doctor) *vt quicunque exiſtimant de me ſupra id, quod vident in me, aut audiunt aliquid ex me; auertantur, id eſt, à laudibus meis, in quas ignari nimiè feruntur, reſiliant, & pedem retrahant. Quomodo? quando videlicet cognoſcētes pleniùs, quem immoderatiùs laudant, auertantur retrorſum, & erubeſcant; hoc eſt, tam vilis & abiectus eis appaream, quatenus pudeat eos, talem ita laudaſſe, & ſic deſinant iam indiſcretè laudare*. Hæc Bernardus. Non enim parua ſunt mala ex adulatione ſequuta, vt ex dictis eſt manifeſtum. Auertantur igitur retrorſum, & erubeſcant per *duram reſponſionem*, & *vultum triſtem*; per quem *corrigitur animus delinquentis*, vt alibi eſt ſcriptum. Eccl. 7. 4.

Cognitio ergo *ſedula adulatoris: mala per illum cauſata: triſtis vultus: aſpera reſponſio*; medela ſunt, quibus medetur plagæ iſti lethiferæ, per adulationem inflictæ.

Completo igitur ſecundo hoc Propugnaculo, in quo contra falſam amicitiam *in communi*, & contra eandem *in ſpeciali* poſuimus arma, ad tertium iam, DEO duce, pergamus.

PRO-

Digitized by Google

PROPVGNACVLVM III.

CONTRA AMOREM PROPRIVM.

PRAEAMBVLVM.

Necessitas ponitur tractatus istius, & diuisio.

8.Th.1.2 q.77. ar. 4:

EST Amor proprius causa omnis peccati: quod sic sanctus Thomas ostendit. Cùm enim conuersio ad commutabile bonum, sit propria, & per se causa peccati; clarum est, peccatum omne procedere ex inordinato appetitu boni alicuius temporalis: appetitum autem hunc, ex amore sui constat oriri; cùm amare aliquem in hoc consistat, *quòd ei bonum velimus*: & cùm hoc amore oriatur fuga mali, quod timemus, contrarium bono amato; patet, tam inordinatum appetitum alicuius boni, quàm fugam inordinatam alicuius mali (quomodo peccatum omne contingit) *radicaliter* ex sui amore procedere. Vnde sic sanctus Doctor concludit: *Manifestum est, quòd inordinatus amor sui est causa omnis peccati.*

Quod doctrina Apostolica confirmatur. Scribens namque Apostolus ad Timotheum, sic ait: *In nouissimis diebus instabunt tempora periculosa*, difficilia, id est, *omnino praua*, legit Theophylactus. Et narrationem prosequens, subiungit: *Erunt homines seipsos amantes*. Vbi idem Doctor aduertit: *Statim quod omnium malorum est causa ponit*. Et sanctus Anselmus dicit: *Et ab hoc velut fonte, quòd, scilicet, erunt seipsos amantes, manabunt multi vitiorum riui*: quos Apostolus enumerans, subiungit, *cupidi*, pecuniæ: *elati*, corpore: *superbi*, mente: *blasphemi*, id est, falsè, & impiè de Deo loquentes, *parentibus* carnalibus, siue spiritualibus, *non obedientes: ingrati*, beneficoribus: *scelesti*, id est, transcendentes modum peccati, & in atrociora grauiter delapsi: *sine affectione*, id est, sine visceribus com-

2.Tim. 3. 1. & 2. Theophylactus.

S. Anselm.

compassionis : *sine pace*, ideſt, diſcordes, & inquieti : *criminatores*, id eſt, crimen bonis impingentes : *incontinentes*, id eſt, libidinem non cohibentes ; & *immites*, id eſt, aſperi, & litigioſi : *ſine benignitate*, id eſt, immiſericordes: *proditores*, id eſt, ſecreta bonorum aduerſarijs eorum detegentes : *protervi*, id eſt, procaces : *tumidi*, id eſt, vento ſuperbiæ inflati, & voluptatum carnalium amatores magis, quàm Dei : *habentes* quidem in habitu, & verbis, ſicut falſi monachi *ſpeciem pietatis*, id eſt, ſimilitudinem religionis ; *ſed virtutem eius*, id eſt, rem, factis, & moribus *abnegantes*. Ita explicat mala omnia hæc prædictus S. Anſelmus. Ex quibus manifeſtè apparet depictus hic hoſtis, horribilis, & malignus. Nam ſi amor inordinatus ſui, radix eſt, & fons omnium poſitorum malorum ; clarum remanet, quòd ſic ſe amans, cupidus ſit, elatus, ſuperbus, blaſphemus, inobediens, ingratus, ſceleſtus, durus, diſcors, & inquietus, criminator, incontinens, immitis, immiſericors, proditor, proteruus, tumidus, carnalis, & fictus : nam hæc omnia, *ſaltem virtualiter* eſt ; & data occaſione, *formaliter* erit, impellente, & alliciẽte hoc amore corrupto, & vt vitioſa radice, acerbos hos producẽte fructus.

Quapropter Pater meus Auguſtinus lib. 23. de Ciuitate Dei cap. 22. multa etiam mala, quæ ex dictis naſcuntur, enumerat, & ex amore hoc naſci teſtatur. *Ex hoc*, inquit, *mordaces curæ, perturbationes, mœrores, formidines, inſana gaudia, diſcordiæ, lites, bella, inſidiæ, iracundiæ, inimicitiæ, ſallacia, adulatio, fraus, furtum, rapina, perfidia, ſuperbia, ambitio, inuidentia, homicidia, parricidia, crudelitas, ſæuitia, nequitia, luxuria, petulantia, impudentia, impudicitia, fornicationes, adulteria, inceſta, & contra naturam utriuſque ſexus tot ſtupra, atque immunditiæ, quas turpe eſt etiam dicere : ſacrilegia, hæreſes, blaſphemiæ, periuria, oppreſſiones innocentium, calumniæ, circumuentiones, prænaricationes, falſa teſtimonia, iniqua iudicia, violentiæ, latrocinia*, hæc ille. P. Auguſt. tom. 5. Et quia ſi quæ mala alia ſunt, licèt innumera, de hac radice proueniunt, vt Auguſtinus (licèt acutus valdè, & illuminatus) omnia illius germina amplectatur, ſubdit : *Et quidquid talium malorum in mentem non venit ; & tamen de vita iſta hominum non recedit.* Et fatendo radicem, ſubiungit. *Verùm hæc hominum ſunt malorum ; ab illa tamen erroris & peruerſi amoris radice venientium, cum qua omnis filius Adam naſcitur.* Et eſt hic amor proprius, nobis coæuus, vt ex dicendis conſtabit. Nam licèt ſuperiùs Sanctus Doctor

de

Digitized by Google

de amore mundi fecerit mentionem, hoc est, rerum, quæ in mũdo sunt; de quo Ioannes dixit: *Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ.* Quæ verba nos iam superiori volumine explanauimus fusè, puncto secundo proëmialiũ: tamen, cùm hic amor mũdi, iuxta ipsius sententiam pluribus in locis, ex hoc amore proprio oriatur, vt specialiter tradit in libro de patientia à Bellarmino citato verbis illis: *Cupiditas mundi initium habet ex arbitrio voluntatis, progressum ex voluptate iucunditatis, firmamẽtum ex vinculo consuetudinis.* Ibi euidenter patet, radicaliter ex amore sui omnia enumerata mala procedere.

1. *Ioan. 2. 16.*

Aug. lib. de patien cap. 16. et 17. Bellar. de gratia, & lib. arb. lib. 6. c. 8. tom. 4.

Hinc idem B. Pater Augustinus hunc amorem, causam omnis peccati, & totius damnationis testatur in lib. 14. de Ciuit. Dei cap. vlt. his verbis: *Fecerunt ciuitates duas, amores duo: terrenam, scilicet, amor sui vsque ad contemptum Dei: cælestem verò, amor Dei, vsque ad contemptum sui.* Hæc ille. Quemadmodum enim amore Dei saluatur, quisquis saluatur, seipsum contemnens, & abnegans: ita inordinatè se amans, & hinc Deum cõtemnens, seipsum damnat, & perdit. Quod etiam Bernardus apertè sic tradit: *Propria voluntas Deum impugnat, & aduersus Deum extollitur. Ipsa est, quæ paradisum spoliat, & ditat infernum: quæ sanguinem Christi euacuat, & ditioni Diaboli subiugat mundum.* Vbi per hoc, quod dicit, mundum subiugare, ostendit magnitudinem hostis istius. Et quatenus ait, Deum impugnare, & aduersus ipsum extolli, contemptum affirmat, ab Augustino positum, & explicatum à S. Thoma, consistere, nimirum, in conuersione ad creaturam, spretis veris bonis spiritualibus, inter quæ Deus ipse est, & gratia illius iustificãs, ac dona omnia comitantia illam. Quò confert etiã explicatio Bellarmini dicentis, contẽptum esse per hoc, quòd *amor inordinatus sui, seipsum quasi totũ, & principium, ac finem facit omnium rerum:* ac per hoc tollit honorem Deo, & se sic amantem facit gehennæ reum, & exulem paradisi.

Ber. ser. de verb. Sap. 7. Sapientia vincit malitiam post med.

S. Th. 2. 2. quæs. 25. ar. 7. ad 1

Bellar. de grat. & liber. arb. lib. 6. c. 8. tom. 4.

Manifestè igitur constat, quàm infestus sit hostis iste, quàm periculosa pugna, vt testatur Apostolus, *periculosa* vocans tempora, in quibus magis sæuierit. Visa ergo existentia hostis, & potentia, necessitas consequenter patet insurgendi in illum: quod effectiuè fiet per sequentia puncta discurrendo.

I. Quid sit?
II. Quotuplex sit?
III. Vnde sit.
IV. A quibus expugnandus sit?

V. Qui-

Digitized by Google

V. Quibus?
VI. In quibus.
VII. Quomodo.

PVNCTVM I.

Quid sit amor proprius.

REspondeo. *Est amor, quo quis seipsum inordinatè amat.*

Pro explicatione notandum, quòd loquendo de omni amore proprio secundùm se cõsiderato, patet licitum esse. Nam si de humano sit sermo, id est, qui in homine datur; amor sui non prohibetur, qui sanè in illo præcepto includitur: *Diliges proximum tuum, sicut te ipsum.* Si enim, sicut *se ipsum*, iubetur quis diligere proximum; manifestum est, amorem sui prætermissum non esse, vt Pater Augustinus in libro de Doct. Christiana notauit; imò præsuppositum esse, cùm tanquam exemplar proponatur dilectionis proximi: loquitur enim de charitate, per quam apti sumus ad possidendã vitam æternam, vt ex contextu est manifestum. Responsio namque hæc interrogationi illi respondet: *Quid faciendo, vitam æternam possidebo?* Constat verò ex prima ad Corinthios 13. quòd sine charitate nullum bonum spirituale est, & consequenter, nec dilectionem solam naturalem, prodesse ad salutem æternam.

Matt. 5. 43.

Aug. lib. 1. de doct. Christ. c. 26. to. 3.

Luc. 10. 25.

Ratio autem, quare amor sui, licitus secundùm se sit, est, quia cùm quidditas ipsa rei, à Deo sit, consequenter bona est, iuxta illud: *Vidit* Deus *cuncta, quæ* Gen. 1. *fecerat, & erant valde bona.* Cùm enim infinitè sit bonus, mali authorem esse repugnat. Cùm ergo obiectum amoris istius, bonum sit, patet hanc quidditatem amabilem esse; proindeque sui amorem, secundùm se licitum esse.

Quæ ratio in omni substantia militat amoris capaci, vt est omnis intellectualis; proindeque etiam amorem angelicum amplectitur, quo Angelus diligit substantiam suã factam à Deo, ideoque perfectam, imò excellentiorem homine, quem *paulò minus* Ps. 8. 6. *ab Angelis minoratum*, Prophetа testatur.

Sed quia ratio hæc tantùm probat de naturali amore, hîc viterius de amore proprio humano intelligitur, de quo hìc principaliter loquimur, teneri hominẽ, se ipsum charitatis amore diligere. Amor enim iste manifestè pręsupponitur in illo præcepto: *Diliges proximum tuum sicut te ipsum*: vt notauimus.

Inordinatio igitur est, quæ hũc amorem vitiosum facit, qui aliàs secundùm se bonus est. Inordinatio autem hæc in hoc consistit, quòd ordo seu rectitudo euertatur dilectionis, quæ in Angelo erat, vt principaliùs Deum Au-

Digitized by Google

Auc-

ctorem ſuum, & benefactorem, quàm ſe diligeret: ipſe autem principaliùs dilexit ſe, quàm DEVM: proinde de illo eſt ſcri-
Io. 8. 44. ptum, *In veritate non ſtetit:* Vti-
que in DEO, qui veritas eſt, vt
8. Aug. S. Aug. exponit li. 14. de ciu. Dei, c. 4. tunc enim non ſe illi perfe-
&è ſubiecit, quando ſe plus illo dilexit. Proinde c. 3. ſic ait: *Ille ſecundùm ſeipſum viuere voluit, quando in veritate non ſtetit.* Et cap. 4. ſic dicit: *Nec Angelo ſecundùm Angelũ, ſed ſecundùm* DEVM *viuendum fuit, vt ſtaret in veritate.* Idem autem eſt viuere ſecundùm ſe ipſum, ac ſecundùm amorẽ ſui principaliùs, ex quo fuga ſubiectionis eſt orta: *ſua poteſtate delectatus*, vt loquitur idem S. Doctor ſuper Gen.
Exod. 28. 17. ad litter. lib. 11. cap. 14. tom. 3. Proinde de illo dicitur: *Eleuatum eſt cor tuum in decore tuo.* Vbi decus proprium conſideratum, & præ DEO dilectum, cauſa ponitur eleuationis, hoc eſt, ſuperbiæ, quia ſe à diuina ſubiectione ſubtraxit.

Igitur in Angelo dilectio principaliter fui, ordinẽ violauit, ſeu rectitudinẽ, qua DEVM præ ſe debebat diligere, & illi ſubdi; & ſic vitioſũ, & prauũ reddidit amotẽ ſui.

In homine verò, in quo portio duplex diſtinguitur: Altera nimirum rationalis, amplectẽs intellectum, & voluntatem, ſeu appetitum rationalem: animalis altera, ſeu ſenſitiua, cognitionẽ ſenſitiuam cum apperitu ſenſitiuo complectens, & carnem ipſam viuificans, & mobilem faciens; quia partis ſuperioris rectitudo, ſeu rectus ordo poſtulabat, quòd voluntati diuinæ ſubderetur, vt idem Auguſtinus ait cap. 4. citato in Ciuit. Dei. *Homo*, inquit, *ita factus eſt rectus, vt non ſecundùm ſe ipſum, ſed ſecundùm eum, à quo factus eſt, viueret.* Quod meliùs explicãs, ſubdit: *Id eſt, illius potius, quàm ſuam faceret voluntatem.* Igitur voluntas propria, ſeu amor proprius, quo ſe præ DEO dilexit, ordinem hunc peruertit; & ſuperbiæ, & inobedientiæ cauſa fuit, ſerpenti credendo: quod nõ feciſſet mulier, *Niſi*, inquit, idem S. Doctor, *iam ineſſet mẽti amor ille propriæ poteſtatis, & quædam de ſe ſuperba præſumptio.* Ergo ex amore ſui, orta eſt ſuperbia nolens ſubdi. In quo iam homo ſimilis factus diabolo, ruina ruit eâdem, vt idem ſanctus Doctor loco cit. de ciu. Dei cap. 3. dixit de homine quõ ad hanc ſuperiorem partem conſiderato, quæ ſpiritualis eſt, & cum Angelis communicat. *Non enim*, ait, *habendo carnem, quod non habet Diabolus; ſed viuendo ſecundùm ſe ipſum, hoc eſt, ſecundùm hominem, factus eſt homo ſimilis Diabolo.* Et ſubiungit modum eundem, quo ruit Diabolus, ſeu Angelus malus, vt ſupra poſuimus.

Idem lib. 11. de Geneſ. ad lit. c. 30.

Vbi

Vbi verba illa, *Non habendo carnem*, significant, non ideo hominem assimilari Diabolo, quia carne, vt ipse, careat; sed quia *secundùm se ipsum*, id est, secundùm sui amorem, vt exponit Vasquez, voluit vt diabolus viuere: in quo illi similis factus, illius filius dicitur quoad hunc prauum amorem, & desideria varia, quæ nascuntur ex ipso, vt ipse Dominus dixit Ioan. 8. *Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere:* inter quæ sunt præcipuè superbia, & inuidia. Nam, quia superbus est, inuidus est. Et ob id subiungitur ibi: *Ille homicida fuit ab initio*. Quia (inquit Pater Augustinus) *occidit hominem primum, ante quem nullus hominum fuit*. Et hoc ex inuidia, vt ibi S. Doctor testatur, & communiter, Patres ex illo Sapientiæ 2. *Inuidia diaboli, mors intrauit in orbem terrarum*.

Vasq. 1.2. q. 73. a. 2.

Ioan. 8. 44.

Ibidem.

Aug. lib. 11. *de Genes. ad lit.* c. 16.

Sap. 2. 24

Explicata igitur inordinatione amoris sui, quoad partem superiorem hominis, vtique rationalem; remanet explicanda adhuc inordinatio, quoad partem inferiorem, scilicet, sensitiuam. Quæ quidem in hoc consistit, quòd nimirum pars ista inferior superiori anteponatur, vt non quod ratio dictat esse faciendum, fiat, sed quod caro, seu pars sensitiua ipsa.

Pro quo sciendum, quòd duo appetitus isti, rationalis, scilicet, & sensitiuus, qui, si suæ relinquerentur naturæ, inter se repugnantes essent, vt magis explicabitur infra, *dono iustitiæ originalis* ordinati ita inter se erant ante originale peccatum, vt inferior ad nutum, obedientiam superiori præstaret, istius ad illum nulla curuatione data, sed rectitudine felicissima quadam seruata. De qua Sapiens loquens, dixit: DEVS *fecit hominem rectum*. Peruersio igitur rectitudinis huius, inordinatio est, quæ cernitur in hoc sui amore sensitiuo, seu carnali: quia vtique pars ista inferior sensitiua, atque carnalis antepo-nitur rationali parti superiori; proindeque ad se illam curuat, & rectitudinē tollit. Et hoc quantum ad primum punctū de quidditate amoris istius. Sequitur

Eccl. 7. 30

PVNCTVM II.

Quotuplex sit Amor proprius.

REsponsio facilè ex dictis colligitur, videlicet, duplicem esse alium nimirum spiritualem: alium carnalem. De quibus claritatis gratia separatim agendum est.

De Amore sui spirituali vitioso.

HIc *spiritualis* dicitur, quatenus spirituale est, quod primò,

Digitized by Google

primò, & radicaliter inordinatè diligitur, vt in Angelo, ipſum ſuum eſſe, quod purè ſpirituale eſt, Deo præponit. In homine, ipſa ſui ſuperior portio, ſeu rationalis voluntas, quam ſimiliter anteponit Diuinæ. Et quia ex iſto ſui amore, alia etiam ſpiritualia inordinatè operantur, ideo iſta ſimiliter ad illum pertinent, tanquam ad fontem ſuum, ſeu radicem. Hæc autem poſſunt eſſe vel apertè mala, vel indifferentia, vel bona. Apertè mala, vt ſuperbia, inuidia, inimicitiæ, contentiones, inobedientia, ingratitudo, & ſimilia, de quibus Apoſtolus multis in locis, ſed ſpecialiter ad Timotheum, & ad Galatas. Opera enim huiuſmodi ſpiritualia ſunt, quia non conſummantur carne, vti Pater Auguſtinus euidenter probat; quia in Diabolo dantur, qui purè ſpiritus eſt: ergo ex ſe ſpiritualia ſunt. Oriuntur autem ex amore ſui, vt clarè patet ad Timotheum citatum,

2. *Tim.* 3. 2. *Gal.* 5. 19 *S. Aug.* 14 *de ciuit. Dei c.* 3

Et licèt in illo loco ad Galatas appellet Apoſtolus *opera carnis*; tamen intelligendus eſt ſecundùm Auguſtinum loco citato, & cap. anteced. & ſeq. de homine quoad ſuperiorem portionem, in qua perficiuntur operationes prædictæ, accipiendo partem pro toto, ita vt per *carnem*, non ſolùm inferior pars intelligatur, ad quam aliqua ex ibi narratis vitia pertinent, verùm ſuperior etiam. Quod efficaciter probat exemplo adducto Diaboli, in quo enumerata vitia perfectiùs ſine carne cernuntur. Igitur figurata locutione eſt vſus: quod ibi probat varijs ſcripturis, vbi nomine *carnis* intelligitur totus homo: aitque, quẽquam, ſic operando, operari *ſecundùm carnem* dici; hoc eſt, non ſecundùm ſpiritum, quatenus operatur non regulatus per Deum. Siue *ſecundùm hominem*, id eſt, non ſecundùm Deum. Quod oſtendit ex eodm Paulo 1. Cor. 3. *Cùm enim inter vos ſint emulatio, & contentio, nonne carnales eſtis, & ſecundùm hominem ambulatis?* Et paulò infra dixit: *Cùm enim quis dicat, ego ſum Pauli: alius autem, ego Apollo: nonne homines eſtis?* Vnde concludit, idem eſſe, *carnales eſtis*, ac *homines eſtis*. Et *homines eſtis*, idem, ac *ſecundùm hominem viuitis*, non ſecundùm Deum. Dixerat autem ſupra, idem eſſe viuere ſecundùm hominẽ, ac ſecundùm ſeipsũ. Quod Vaſquez explicauit, ſecundùm amorem ſui: & patet ibi ex contextu. Igitur hic eſt primus gradus huius amoris proprij ſpiritualis inordinati, qui cernitur in ſpiritalibus vitijs, & peccatis.

1. *Cor.* 3. 3. *ibidem* 4.

Gradvs II. erit in actibus ſpiritualibus indifferentibus: v.g. in contemplatione, ſeu ſtudio veritatis, Non enim actio hæc ex ſe bona eſt, aut mala, niſi ratione

tione finis. Qui ergo ex amore proprio ita operatur, & non ex amore DEI, vitiosè operatur. Et in hoc sensu dixit Paulus: *Scientia inflat*; & glosa subiunxit: *Vbi charitas non ædificat*. Quia cùm superbia, teste Augustino, *Amor sit propriæ excellentiæ*, manifestũ est ex ipso oriri, & consequenter talem inflantem scientiam ex hoc sui amore prouenire. 1. Cor. 4.

GRADVS III. Qui subtilior est, & muscipula etiam perfectorum in his spiritualibus bonis est, vt in oratione tam vocali quàm mentali, in prædicatione verbi Diuini, & similibus. Quando enim hæc non purè propter DEVM fiunt, ex amore sui nascuntur. Aliquando namque exercentur, vt videantur ab hominibus, qui glorificentur; & non Pater cœlestis, à quo est omne bonum. Et tunc ad superbiam & vanam gloriã pertinẽt, & hypocrisin: quæ omnia vitia ex amore inordinato sui procedunt; qui si fuerit vltimus finis in operationibus prædictis, non dubiũ, quin animam lædat mortiferè. Quod tunc contingit, quando nõ veretur quis quodlibet mortale committere, dũmodo perficiat talia.

Ad hunc etiam gradum reuocandus est occultior, & secretior amor proprius imperfectus, qui plerumque in prouectioribus, seu perfectis contingit, luminum, scilicet, seu illustrationum, suauitatum, & consolationum spiritualium, reuelationum, & donorum similiũ, quæ benignissimus DEVS solet in oratione donare. Cùm enim hæc ad se principaliùs ordinantur ab homine; ex amore concupiscentiæ, & non beneuolentiæ clarum est emanare; & sic non verè ex amore DEI nasci, sed sui. Cuius signum primum est, inquietudo interior, cùm negantur. Cùm namque Spiritus DEI tranquillus sit, & pacificus, ab illo ortum non habet, sed à seipso, quẽ amat inordinatè. Signũ secũdum est instabilitas in orando. Cùm enim non purè DEVS tũc quæratur, sed dona illius, istis negatis, aut subtractis, deseritur.

Hic autem sui amor tunc esset mortalis, quando vt ista obineret, promptus esset quis mortalia quæque patrare: nam tunc signum esset, quòd in illo finis vltimus constitueretur. Quando autem non ita accidit, finem vltimũ patet non esse, & sic nec mortiferum: meritorius tamen nõ est, imò perfectiorem vnionem cum DEO impediens, & ex hoc satis nociuus, vt infra magis dicetur. Et hęc quantùm ad amorem hũc sui spiritualem vitiosum.

De *Amore sui Inordinato Carnali*, siue *Sensitiuo*.

HIc sic appellatur, quia cùm anima nostra non solùm rationalis sit, sed etiã sẽsitiua, hoc obit per carnem, seu sẽsus illius, id est, organa & potentias sensitiuas,

Digitized by Google

uas,quæ in illa ſunt; nam caro nõ ſentit, ſed anima per carnem, vt
S. Auguſ. P. Auguſtinus notauit: Igitur caro ipſa, & illius operationes ſenſibiles,quæ carne conſummãtur, ſub iſto amore ſui carnali,ſeu ſenſitiuo cadunt. Quia amore ſui, anima ſic conſiderata quo ad hãc inferiorem portionem ſui,quærit delectari inordinatè per carnem, ſeu ſenſus illius:vnde per *tactum* quærit luxuriã, & ſpecies omnes illius. Per *guſtum*,quærit gulam, ad quam commeſſationes pertinent, & ebrietates; de quibus Apoſtolus adGalat. 5.cit.Per *viſum* quærit delectari viſione turpium. Et ſic per *auditum*,audiẽdo obſcæna, & quæ nominari nõ decet, Paulo teſte. Et hic eſt gradus primus amoris iſtius.

Secundus eſt obiectorum indifferentium, quæ externis ſenſibus percipiũtur,quatenus inordinatè appetuntur, & appetitus executioni mandatur: vt cùm fœmina pulchra aſpicitur.Cùm enim pulchritudo, obiectum indifferẽs ſit ad malum, & bonum,tũc inordinatum eſt, cùm ad concupiſcendum eſt, vt Scriptura dicit: *Qui*
Matth. 5. 28 *viderit mulierẽ ad cõcupiſcendũ eam, iã mœchatus eſt eã in corde ſuo.* Ex quo patet illiusviſionẽ ſecundùm ſe non prohiberi, ſed cũ fine illo *ad concupiſcendum*. Et eſt concupiſcẽtia *carnis* orta ex amore ſui, de quo loquimur. Et ſic de ſimilibus excogitari poteſt.

Tertius gradus eſt obiectorum corporalium bonorum:pro quorum exemplo, *ſacra loca* poſſunt adduci,quę aliquis cupit adire,vt ibi concupiſcentiam ſuam carnalem adimpleat, abutendo illis. Ad quæ omnia trahit iſte amor ſui carnalis. Et hæc quantum ad ſenſus externos.

Quantũ autem ad ſenſus corporis internos,inter cęteros præcipuè per phantaſiã,ſeu imaginatiuam quis peccat, quatenus ex iſto ſui amore obiecta omnia ſuperaddita memorando interiùs, ſecundùm gradus poſitos quis peccat, nolens ſe reprimere, ſed ſic delectari: imò quatenus pars iſta inferior cogitatũ etiam intellectualẽ ad ſe trahit cum rationali appetitu,has etiam potẽtias *carnales* ſic facit,& ad eundẽ ordinẽ trahit ratione concupiti obiecti.

Ponuntur ſigna huius Amoris proprij.

SEd vt meliùs monſtri huius teterrimi cognitionem habeas,& illud abhorreas,& fugias, ſequẽtia ſigna hîc ponã ex Doct. Angelico. Quinque enim in vnoquoque amore ſeu amicitia intercedere,ait ex Philoſopho; nimirum,*amorem*, *beneuolentiam*, *beneficentiam*, *conuictum*, *conſenſum*; quæ omnia in iſto ſui inordinato amore aſſerit inueniri, vt per ſingula diſcurrẽti patebit. *S.Th 2.2. q 25.a 7. in corp.*

De *Amore*.

De hoc ſatis conſtat:per hunc enim cupit amicum ſuum eſſe, &

viuere,id eſt,conſeruari. Quis eſt autẽ, qui ita ſollicitè de corpore ſuo curet,vt homo carnalis? ſanè licet *moderata* cura illius ſit lici-
Epheſ. 5. 29. ta, imò debita, *Nemo enim* (vt Scriptura teſtatur) *vnquã carnẽ ſuam odio habuit*;tamẽ *immoderata* de hoc carnali amore procedit. Hoc probãt tot ciborũ adinuẽtiones,& remediorũ,quibus,ſi fieri poſſet, cupiũt homines corpus reddere immortale. Hoc ſimiliter probant tam vehemens mortis timor,& odiũ.Cùm enim pateat, paſsiones has ex amore procedere, ideo mors timetur, quia caro diligitur. De homine namque carnali ſcripſit Sapiens,
Eccli. 41. 1. dicens: *O mors,quàm amara eſt memoria tua homini pacem habenti in ſubſtantijs ſuis!* Clarè nãque de peccatore eſt ſermo, qui vltimũ finem ſuũ ponit in creatura,& in illa quieſcit; proinde dicitur ibi,*pacẽ habenti in ſubſtantijs*, vt includat nõ ſolùm ſubſtãtiam rei tẽporalis,ſed etiã carnis ſuæ,cum qua fecit pacem,illi per amorem adhærendo inordinatũ, cupiendoq; illi cætera bona,quibus poſsit viuere,& ſic cõſeruari. Iſti ergo amara eſt,nõ ſolũ mors ipſa, verùm memoria ſola illius, imò & ſuſpicio; vt clarè patet in Baltaſſare Rege Babylonis,quem quo tempore carni magis inſerviebat cũ lætitia in conuiuio cũ optimatibus ſuis, vxoribus, & concubinis;ſoli digiti manus hominis contra ipſum verba tria in pariete ſcribẽtis, quorum adhuc interpretationem ignorabat, ſuſpicio ſola infauſti nuncij ita perterruit, vt dicat ibi Script. diuina hæc notabilia verba: *Tunc facies Regis commutata eſt, & cogitationes eius conturbabãt eum; & compages renum eius ſoluebãtur, & genua eius ad ſe inuicem collidebantur.* Vnde igitur tãtus terror,& timor mortis in carnali? & eo maior,quo eſt potẽtior? Quia per illam timet amiſſionem rei caræ ſibi,vtique corporis ſui, & omnium,quę congregauit ſibi. De horum pariter numero erat ſtultus ille,qui dicebat: *Anima, habes multa bona poſita in annos plurimos.* Vides quomodo per illa cupiebat conſeruare vitã carnalem,quam inordinatè amabat. Non enim per animam hîc intelligenda eſt vita animæ ſecundùm rationem, ſed ſecundùm ſenſum, vt magis ex dicendis patebit.

Dan. 5. 6.

Luc. 12. 19.

De *Beneuolentia*.

Pariter etiam de hac eſt manifeſtũ. Quidquid enim carnalis cupit,totum ſibi cupit. Quod apertè probant verba Apoſtoli ſupra narrata. Poſtquàm enim amorem proprium poſuit, *Erunt homines ſeipſos amantes*;ſubiungit,*cupidi*; tanquam quid neceſſariò conſequens ad amorem illum. Et quia ex amore proprio mala cuncta naſcuntur, pariter *Cupiditas radix omniũ* ponitur 1.ad Timoth. 10. Quia in omnia fertur,quę poſsũt ſuæ cupidini deſeruire. Ideo etiã

2. Tim. 3.

1. Tim. 6.

abo-

Pſ. 13.1. *abominabiles facti*, à Propheta dicuntur: & exprimens in quo, ait: *in ſtudijs ſuis*. Iſta namque ſtudia ſunt, quibus ſemper quærunt adinuenire ea, quibus poſſunt carni ſuæ placere: quos hinc *Mich.* 3.4 Michæas ſanctus redarguens, dixit: *Nequiter egerunt in adinuentionibus ſuis*; & Diuus Petrus de his pariter ait: *Poſt carnem in immunditia concupiſcẽtiæ ambulant:* hic enim actus cupiditatis interior, iam animam maculat, & reddit immundam, licèt exteriùs non procedat. Et hinc próuenit, quòd ſubiectionẽ neſcit, & audax fit, pericula nulla timens, vt praua deſideria expleat. Propterea ſubdit Petrus: *Dominationemque contemnunt audaces*: & exprimens magis, qui ſint iſti, ſubiungit, *ſibi placentes*; id eſt, amatores ſui, qui ſtudent carni placere.

2. Pet. 2. 10.

Ibidem.

O quot caſus funeſti hîc memorari poſſunt ex hac cupidine orti, de rapinis, locis ſacris violatis, & deſertis & ſimilibus, quos *Ierem.* 2 13. calamus erubeſcit ſcribere. De his lamentatur Dominus dicens: *Foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, quæ non valent continere aquas*. Et vbi foderunt? niſi in fundo cordis, vbi creaturam, id eſt, ſeipſos loco DEI, ſecundùm carnem poſuerunt? Ideo *vſque ad contemptum* DEI, vt ſupra ex Auguſtino eſt dictum.

De *Beneficentia.*

Sed procedamus ad beneficẽtiam, qui infelix eſt, & deteſtabilis partus beneuolentiæ huius. Quemadmodum namque beneuolentia conſiſtit in deſiderio, ſic iſta, operatione perficitur, vt ex doctrina ſuperiùs tradita ſatis cõſtat, & ex vocabulo ipſo. Amator namque ſui, quæ ſibi cupit, non ceſſat, quouſque opere compleat; etiam cum periculo ſui, vt paulo ſupra notaui, vt ſatisfaciat carni. Talis erat, quæ iuueni vecordi dicebat: *Veni, inebriemur* *Prou.* 7. 18. *uberibus, & fruamur cupitis amplexibus*. Tales erant qui dicebant, *Venite, & fruamur bonis, quæ ſunt*. *Sap.* 2. 6. Ecce omnia viſibilia bona, quæ poſſunt delectare ſenſum, quorum heu! nullum excluditur. Et quoniam ex vehementi deſiderio, beneuolentiæ operatio oritur efficax, per beneficentiam deſignata, ſubditur: *Vtamur creatura, tanquam in iuuentute celeriter*; id eſt, *cito, ſicut poterimus*, exponit ibi Ly- *Lyran.* ranus. Et quia inter cætera, quæ magis carnis ſenſum oblectant, gula, & luxuria ſunt, ideo per ſequentia iſti per vecordem ſermonem ſuum, hæc ſpecialiter exprimunt, dicentes: *Vino pretioſo, & vnguẽto nos impleamus. Coronemus nos roſis, antequam marceſcant. Nullum pratum ſit, quod non pertranſeat luxuria noſtra. Nemo noſtrum exors ſit luxuriæ noſtræ: vbique relinquamus ſigna lætitiæ*. Et cauſam aſſignant. *Quoniam hæc eſt pars*

noſtra, & hæc eſt ſors. Noſtra dicunt, vt ſeipſos declarent finem talium voluptatum, & notum fiat, amorem proprium, fontem eſſe earum.

De *Conuictu*.

S. Thom. Sed quid de hoc dicam? ſecundùm Diuum Thomam, cohabitatio ſecum delectabilis, intelligitur, per quam, videlicet, libenter, frequenter, & delectabiliter, quæ carnis ſunt, cogitat homo carnalis, plenus amore proprio. Cùm enim cogitatio, actus vitalis ſit, quãdo circa carnem propriam ſit, per illam intelligitur delectabiliter conuiuere ſibi. Hinc illa eſt exprobratio per os Prophetæ: *Quouſque morabũtur in te cogitationes noxiæ?* nam iuxta communem ſenſum Doctorũ, de carnalibus ſermo eſt, & impuris. Et ex verbo *morabuntur*, cohabitatio delectabilis, diuturna, apertè colligitur: non enim ſinimus in nobis diu manere, niſi, quod nos delectat. Si igitur morantur, conuictus delectabilis clarè infertur. Et hæ ſunt delectationes moroſę tam pernicioſæ animæ, & à moralibus Theologis ita damnatæ: quæ quidem, non à diuturnitate, qua durant, ſed ab aduertentia plena rationis, licèt minima ſit, moroſæ dicuntur. Et hinc certò colligitur, quantùm conuictus hîc ſit nociuus, & veluti ſerpentinus, vitandus.

Ierem. 4. 14.

Gaſpar Sanctius ibidem.

De cogitationibus iſtis locutus eſt Sapiens, dicens: *Et Spiritus ſanctus diſciplinæ, auferet ſe à cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu:* quia vtique, vt ait Paulus, quæ *ſocietas luci ad tenebras?* Igitur tunc conuiuit ſibi amator ſui per cogitationes, quæ ſunt ſine intellectu; id eſt, vbi intellectus, ſeu ratio non regit, ſed regitur, & tanquam pediſſequa ſequitur ancillam ſuam, id eſt, carnem: & auferet ſe ab illo Spiritus ſanctus, quod priùs dixerat DEVS: *Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum*; & ratio ſubditur; *quia caro eſt*, id eſt, carnaliter viuit: & hoc paulò infra ſequentia hæc verba magis declarant: *Videns autem* DEVS, *quòd multa malitia hominum eſſet in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore*. Carnalis namque homo ſemper carnalia cogitat, & quæ conducunt ad carnem; id eſt, ad ſe inordinatè dilectum. Et ita ambitioſus, qui ſibi quærit honorem, frequenter de eo cogitat, quomodo eum acquirere, ac conſeruare queat. Similiter auarus pecuniæ auidus, etiã de nocte dormiẽs ſomniat, quomodo illam poſſit lucrari, & augere. Guloſus, qui ſe curat impinguare, & delectare, ſæpe meditatur modos nouos, cibos cõdiendi, & vina ſuauia inueniẽdi; & in his totus eſt, & de illis loquitur, vbi cor eſt. Luxurioſus,

Gen. 6. 3.

num. 5.

qui

qui libidinẽ ſuam quærit explere, nil aliud in corde verſat, niſi libidinoſa, & obſcœna, peior iam corde ſuo factus, quàm fœtida, & immũda cloaca: & in his gaudium eſt hominis carnalis amatoris ſui, ita ſibi ipſi delectabiliter conuiuentis.

De *Conſenſu.*

Sed poſtremò iam accedemus ad conſenſum, ſignum vltimum amoris iſtius, per quem concordia intelligitur ſuperioris hominis cum inferiori; id eſt, rationis cum carne, ſeu ſenſu, ita vt cum ipſo de ijſdem delectetur, & contriſtetur. Verbi gratia, appetit caro tua vétitum tibi cibum: cõſentit ratio tua, & de hoc cum illa pariter lætatur. Impediris obtinere concupiſcentiam iſtam; triſtatur caro tua, pariter & ratio tua, illius facta pediſſequa. Et ita de ſimilibus poterit quis excogitare, ſecundùm ſtatum & cõditionem ſuam. Et ſanè adeo eſt potens ſenſus, & caro in homine carnali, qui collum ſuum ſubdidit eius dominio, & regimini, vt nunquam per diſſenſum reſiſtat, ſed poſt concupiſcentias ſuas ſine fræno eat, obediens illis per omnia. Ideo de hoc Romanos cupiebat Apoſtolus reddere cautos, & vigiles, dicens:

Rom. 6. 12. *Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis cõcupiſcentijs eius.* Vbi, iuxta expoſitionem communem, per *peccatum*, peccati intelligitur fomes in parte inferiori ex peccato originali relictus: tollit ergo regnum Paulus, vt tollat conſenſum. Nam, vt ibi ait Anſelmus, *Regnat, ſi conſenſeris.* Et ideo ſubdit, *vt obediatis concupiſcentijs eius*, eis vtique conſentiẽdo. S. Anſel.

In aliquibus autem imperium hoc ita creſcit, vt ipſimet quærant, quod concupiſcat cato, vt ipſi obediant, & ſequantur eam. Quod ſignificauit Propheta, cũ dixit: *Concupierunt concupiſcẽtiam.* Quemadmodum enim boni, ita ſunt prompti obedire Deo & Prælato, vt vehementer deſiderent, quod ſibi imperetur, vt promptitudinẽ animi ſui obediendo oſtendant; ita mali, in malis à concupiſcentia cupiunt excitari, vt eant poſt eam: quod heu! in multis oſtendunt, adinueniendo cibos nouos, & potus, quibus carnis excitatur concupiſcentia ad guſtum, & luxum. Pſ 105.

Et tanta eſt concordia iſta in amatoribus ſui, vt iam non ſentiant in ſe bellum illud, de quo Apoſtolus ad Galatas loquitur: *Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum.* Gal. 5. 17

Vt enim notauit Auguſtinus: *In bonis concupiſcit aduerſus ſpiritum: nam in malis non habet contra quem concupiſcere.* S. Auguſt. ſer. 49. de verb. Domini in Euan. Io. In prec. punct. 1.

Quæ verba adduxi iam ſuperiori volumine, & hîc repetò, quia faciunt maximè ad propoſitum. Iam enim ſpiritus, id eſt ratio,

per consensum & concordiam in malis, ita subiugata est carnis imperio, vt faciat, quod ipsa appetit, & omittat, quod ipsa renuit. Et vnde tot transgressiones, & omissiones in monasterijs in multis? quia amatores sunt sui, carni, hoc est, concupiscentijs illius consentientes. Hinc alij rumpunt silentium, vt cedant loquacitati, quam concupiscentia suggerit, tempore & locis prohibitis. Alij ieiunium frangunt, vel abstinentiam, sumendo cibum, quem non debent, vel quando non debent, vt obediant ventri, quem colunt, vt DEVM. Alij omittunt orationem, & vigilias noctis debitas, vt fugiant laborem, quem caro fugit; & similes obseruãtias carni aduersas, cui ipsi seruiunt, per sui amorem, industriosè & studiosè effugiunt, varijs quæsitis coloribus.

Hæc igitur signa huius amoris sunt, iuxta Doctorem Angelicũ, per quæ poterit quis se ipsum benè examinare, an illo sit irretitus; & simul, quot sint illius species, seu quotuplex sit, cognoscere.

Et ex dictis poterit simul colligere, an mortiferus sit, id est, peccatum mortale. Nam absque dubio talis erit, vt superiùs de spirituali vitioso est dictum, quando quis per ipsum se constituit vltimum finem. Quod tunc contingit, quando, vt sibi placeat non veretur grauia mala patrare, vel præcepta DEI omittere, aut hominis, cui se propter DEVM sponte subiecit. Et hoc ostendit Augustini doctrina posita in præambulo, dicentis, Amorem hunc constituere Ciuitatem terrenam *vsque ad contemptũ* DEI: ipsum enim contemnit, qui se DEVM facit, se vltimum finem constituendo; vt Propugnac. primo ostendi; & eius mandata spernendo. Qui contemptus etiam contingit, quando Prælatus per inobedientiam spernitur, iuxta Domini verba: *Qui vos spernit, me spernit.* Luc. 10. 16.

Quando autem in paruis cõtingit transgressio, vel in malis grauibus, ad quæ caro quidem inclinat, non tamen adest deliberatio plena; tunc mortalis sanè non est: tamen facilè talis est, quãdo animus vigil nõ est. Ideo etiam ab his abstinere oportet, vt magis ex dicendis patebit.

PVNCTVM III.

Amor proprius vitiosus, vnde sit.

CVm causæ cognitio ad perfectam rei cognitionẽ pertineat, ideo punctum hoc ponitur, vt meliùs amor hic cognoscatur.

Cùm igitur in homine duplex portio reperiatur: altera inferior, seu sensitiua: superior altera, seu rationalis; secundùm sanctum

ſum Thomam, amor hic oritur *ex ignorantia ſui*; id eſt, ex eo, quòd per falſam æſtimationem pars inferior, & ignobilior, quæ ſenſitiua eſt, præferatur ſuperiori, quæ rationalis eſt, & ad imaginem DEI facta. Quod ſanctus Doctor dicit his verbis: *Mali*

S.Th. 2.2 q.25. a.7 in corp. *æſtimant principale in ſe ipſis naturam ſenſitiuam, & corporalem, ſcilicet, exteriorem hominem: vnde non rectè cognoſcentes ſeipſos, non verè diligunt ſeipſos, ſed diligunt id, quod ſe ipſos eſſe reputant;* Vtique ſenſitiuam naturam: proinde perditè, ſeipſos totos illi in prædam dant, homine interiore, ſeu parte ſuperiori rationali, quæ nobilior eſt, ſpreta, & derelicta. Quod ſanè ad viuum exprimunt verba

Can.1.8. Sponſi in Canticis dicentis: *Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi poſt veſtigia gregum, & paſce hœdos tuos.* Vbi ignorantiæ ſui comminantur tria, nimirũ egredi, abire poſt greges, & hœdos paſcere.

Si te ignoras, egredere. Sanctus Bernardus verba iſta conſi-

S. Bern. ſer.35. in Cant. derans, dicit: *Dura, & aſpera increpatio, quòd dicit, egredere. Hoc quippe verbum ſerui audire ſolent à valde iraſcentibus, & cõminantibus dominis, vel ancillæ à dominabus ſuis, cùm grauiter illas offenderint: exi hinc, exi à me, egredere à conſpectu meo, & à domo iſta. Hoc ergo verbo aſpero, & amaro ſatis nimiumque increpatorio vtitur modò ſponſus contra dilectam, ſub conditione tamen: ſi ſe ipſam ignorauerit.* Et ſubdit ſanctus Doctor notabilia verba: *Nihil quippe validius, efficaciuſque ad terrendum potuit in eam intendere, quàm, vt egredi minaretur.* Sed in quo tantum hoc malum conſiſtit? Vnde, & quò egreditur? exponit ipſe maximè ad propoſitum: *De ſpiritu ad carnem, de bonis animi ad ſæcularia deſideria: de interna requie mentis ad mundi ſtrepitum, & inquietudinem curarum exteriorũ.* Ecce quomodo ex ignorantia ſui relinquitur, & deſeritur interioris hominis amor, qui intelligitur per *ſpiritum*; & de illo ad carnem egreditur, quærendo, quæ ipſius ſunt, factus totus ſenſualis, tanquam brutum animal, dignitatis ſuæ oblitus, quam ſecundùm mentem participat cum DEO, & Angelis.

Proinde notat idem deuotiſſimus Doctor, non dixiſſe ſimpliciter, *egredere*, ſed addidiſſe, *abi poſt greges ſodalium tuorum* (ſic enim ipſe legit:) *In quo*, inquit, *vt mihi videtur, magnæ cuiuſdam rei nos admonet.* Et quærendo, quid hoc magnum ſit, reſpondet: *Quod cùm olim facta eſſet de grege, nunc intra greges manere non ſinitur*; alludens ad illam parabolam Domini de paſtore quærente vnam ouem, relictis nonaginta nouem in deſer-

Luc.5. 4

to,

to, cum quibus vtique illam produxerat ad fruendum se ipso. Nam iuxta interpretationem communem, per *desertum* intelligitur cœlum: per *nonaginta nouem oues*, Angeli intelliguntur sancti: & per *ouem vnam*
10. *perditam*, humana natura per peccatum lapsa. Venit enim tan-
Luc. 19. quam bonus pastor *quærere*, &
10. *saluum facere quod perierat*. Dicit igitur, quòd creatura ista, facta de grege, per istam ignorantiam sui, extra illum est facta. *Heu*, inquit, *quòd egregia creatura iam olim facta de grege; & nunc in peius miserabiliter proruens, non saltem inter greges permanere permittitur, sed post abire iubetur!* Et hoc confirmat
Ps. 48. 13 ex illo Prophetico dicto: *Homo, cùm in honore esset, non intellexit*. In quo honore? nisi ob insigne Diuinæ similitudinis, ob quam secundùm rationem præcellebat creaturis cæteris concretis materia? Et tamen, quia non se intellexit (quæ est ista, de qua loquimur, ignorantia) quid inde ei secutum? *Comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis*.

Hinc prouenit, quòd iam non se valeat continere, & pascat hœdos suos, hoc est, sensus, quibus vtitur effrænatè. *Hœdos quippe*, ait Bernardus, *dicit vagos, & petulantes corporis sensus, per quos peccatum, tanquam mors per senestras intrauit in animã*. Nihil enim negat oculis, auditui, odoratui, gustui, & tactui, quod effrænè cupiunt: sed ducitur quò caro trahit, non quò ratio dictat. Proinde eam fræno, & camo, velut bestiam, indigere proclamat Propheta Regius, dicens: *In camo, & fræno maxil-* Ps. 31. 9.
las eorum constringe, qui non approximant ad te. Mentem vtique considerando, secundùm quã per similitudinem ad DEVM accedũt; sed se ipsos ignorando, seu non intelligendo, egrediuntur de se ipsis secundùm spiritum, ad seipsos secundùm carnem, vt ex isto sancto Doctore notauimus; & sic ad DEVM per spiritum non accedunt, à quo secundùm carnem recedunt. Igitur ex ignorantia sui oritur hic amor sui.

Et quemadmodum de amore carnali dicta intelliguntur, vt patet; ita de spirituali similiter est dicendum. Cùm enim mens hominis, inferior DEO sit, & illi subiecta, ex corruptione naturæ, ab illius se subtrahit seruitute, iniustè se illi præferens; quod ignoranter facit. Sic incœpit per originale peccatum, quod ad nos omnes pertrãsijt, Apostolo teste
Ro. 5. 19. dicente; *Per inobedientiam vnius hominis, peccatores constituti sunt multi*. Et per Hierem.
Ierem. 2. 20. Dominus dixit: *A sæculo cõfregisti iugum meum, rupisti vincula, & dixisti: non seruiam*. Quod vtique contigit, quando præceptum contempsit, manum ex-

extendendo ad pomum, quod in ſignum ſeruitutis fuerat illi vetitum. Igitur æſtimauit ſe non ſubiectum, & ſic non inferiorem, ideoque ſe plus illo amans, voluntatem ſuam adimpleuit, illâ DEI contemptâ. De quo paulo infra ſermo redibit.

Difficultas, quæ in abnegatione ſui, ſeu mortificatione huius amoris ſentitur, vnde prouenial?

AD hoc intelligendum, notandum primum eſt, quòd beatitudo æterna, ad quam, miſeratione Diuina, conditi ſumus, non conſequitur, niſi per obſeruantiam mandatorum, iuxta illud: *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata:* inter quæ, quędam *negatiua* ſunt, quibus iubemur abſtinere à malo; vt non occidere, non fornicari, non furari, & ſimilia. Alia *poſitiua*, quibus iubemur facere bonum, amare DEVM & proximum, honorare parentes, cuique quod ſuum eſt, reddere, & huiuſmodi. Et vtraque Dauid complectens, ait: *Declina à malo, & fac bonum.*

Matt. 19. 17.

Pſ. 36. 27

In hoc autem exequendo difficultas magna ſentitur, quam Dominus in Euangelio, *violentiæ* nomine explicauit, dicens: *Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Tunc enim vnumquodque violẽtatur, cùm ei contra ſuam inclinationẽ naturalem vis infertur: vt ſi aqua deorſum tendens, contra ſuum fluxum, retrorſum conuertatur. Proinde naturam noſtram oportet continuò abnegare, ſeu mortificare: quia per peccatum corrupta, naturaliter, quæ rationi, & legi DEI aduerſantur, operatur; vt verba Diuina ſignificant per Pſalmiſtam dicta: *Dimiſi eos ſecundùm deſideria cordis eorum:* Id eſt, permiſi eos facere id, ad quod natura eorum corrupta inclinabat, operari, ſcilicet, ſecundùm fluxum amoris ſui carnalis. Et quid inde ſequetur? rapido curſu ruent in varia mala. Proinde ſubditur: *Ibunt in adinuentionibus ſuis;* vt etiam Pater Auguſtinus de ſe ipſo ante conuerſionem ſuam fatetur, ſic loquens ad DEVM: *Eſſerbui miſer, ſequens impetum fluxus mei, relicto te.* Et quid fluxus iſte erat, niſi amor ſui, per quem contempto DEO, naturaliter ſecũdùm carnem in mala plura ruebat?

Pſ. 88. 12.

S. Auguſt. lib. 2. cõf. c. 2, n. 3.

Hinc igitur eſt, quòd indeſinenter per mortificationis ſpiritum oporteat ſemper remigare in flumine hoc rapido cordis noſtri contra fluxum, id eſt, inclinationem naturalem illius; & laborare in remigando, vt inſinuant Apoſtoli verba: *Remiſſas manus erigite:* Aliter retinere non poſſumus impetum aquarũ iſtarum rapidarum, paſſionum vtique, & vitiorum noſtrorum, inclina-

Hebr. 12. 12.

Digitized by Google

clinantium ad malum, & retrahentium à bono. Hoc igitur prælibato, videndum est, vnde hic labor, & difficultas nascatur.

Pro quo, vt à fundamentis expediatur hoc punctum, est deinde notandum, quòd creauit DEVS initio hominem ad se, vt finem supernaturalem, in cuius possessione, & fruitione, eius beatitudo cõstaret: proindeque in parte superiori, hoc est, in anima, & illius potentijs, infudit simul supernaturalia dona plurima, quibus perfectè pro viatoris statu consors esset ipsius, ipsum intelligendo, & amando supernaturali amore, qui ducit ad vitam.

Et vt ipsius opus esset vndequaque perfectum, partem etiã inferiorem, nimirum sensitiuam, quæ alioquin sibi relicta, & cõditione naturæ corruptę superiori parti reluctari deberet, ita illi per donum quoddam speciale subiecit, vt non solùm per illud perficerentur appetitus, *irascibilis* quidem, per fortitudinem ad arduum; & *concupiscibilis*, per tẽperantiam; sed etiam pars superior hominis DEO, vt auctori naturæ, subderetur perfectè; intellectus nimirum per prudentiam; vt sic ad verum perfectè ordinaretur; & voluntas per iustitiam, ad bonum similiter ordinata maneret; ita vt pars superior inferiorem regeret, istaque sine vlla resistentia, illi famulatum præbe-ret, pace perfecta seruata.

Cuius subiectionis, scilicet, corporis ad animam, & sensus ad rationem, prima subiectio, nimirum animæ, seu rationis ad DEVM, præcipua causa erat, vt tradit Angelicus Doctor, proinde dicens, DEVM *fecisse hominẽ rectum*, vt testatur Sapiens. Quia vtique partes hominis, scilicet, inferior, & superior, id est, sensus, & ratio, quæ sibi relictæ, erãt inter se pugnaturæ; & prævalente sensu, curuanda ratio; per hoc donum, hac pugna, & curuatione sublatis, recta manst natura tota, & integra, diuisione nondata, ex ista lucta interna. S. *Thomas 1. p. q. 95. art. 1. in corp.* *Eccl. 7. 30*

Hinc est, quòd tunc homo magna fruebatur pace interiori, Patre Augustino dicente: *Erat deuitatio tranquilla peccati.* Quæ tamdiu durauit, quamdiu pars superior DEO subdita manst. Nam vbi primùm se per inobedientiam subtraxit à facili, & suaui iugo illius, statim pœnam iustam incurrit inobedientiæ inferioris ad ipsam, quæ sic leuiter & turpiter fuerat rebellata, & amisso dono illo pacificante, ruit pars illa interior, vt idem sanctus Doctor aduertit: *Tanquam reciproca pœna inobedientiæ suæ.* Et cœpit intestinum bellum, de quo Apostolus ad Galatas 5. *Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, vt non quæcunque vultis*, vtique secundùm P. *Aug. lib. 14. de Ciuit. Dei cap. 10. circ. med.* *ibid. l. 13. cap. 13.* *Galat. 5. 17.*

Digitized by Google

dùm rationem, *illa faciatis*, impediti motu ſenſualitatis, vt ibi exponit Lyranus. Pro quo ſimiliter faciunt Auguſtini verba loco paulò ſupra cit. *Cum qua controuerſia nati ſumus, trahentes originem mortis, & in membris noſtris, vitiataque natura, cõtentionẽ eius, ſiue victoriam de prima prævaricatione geſtantes.*

Lyran.

Vbi hæc vltima verba ſunt notatu digniſsima, victoriam namq. contentioni æquiparat: quia, ſcilicet, tam fortis contentio eſt ex parte carnis, hoc eſt, ſenſitiuæ partis, quæ per carnem, eiuſque membra contra ſpiritum, id eſt, rationem ſæuit, vt frequentiſsimè reportet de ipſo proſtrato triumphum. Quod Pater Auguſtinus in pœnam inobedientiæ rationis ipſius, iuſtè factum eſſe, teſtatur. *Vt homo*, inquit, *qui cuſtodiendo mandatum, futurus fuerat etiam carne ſpiritualis, fieret etiam mente carnalis.* Vt propterea clamarit Apoſtolus: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* id eſt, *de dominio carnis, in qua mors*, explicat interlinearis gloſſ. & intelligitur de morte peccati, ad quod illius concupiſcentia trahit, ſeu inclinat, vt ſuperiori volumine ex Vaſquez tradidimus.

S. Aug de ciu. Dei. 15. circa init.

Ro. 7. 24

Gloſſa.

Et facit ſanè maximè ad propoſitum, Ambroſij explicatio dicentis: *Corpus autem peccati, eſt cuncta peccata.* Quo ſenſu ſupra expoſuerat verba illa Apoſtoli cap. 6. *Vt deſtruatur corpus peccati. Multa enim*, inquit, *vnum corpus ſunt, ſingula quaſi membra, vno auctore inuenta.* Auctor autem iſte, concupiſcentia carnis eſt, ſeu fomes peccati, à quo omnia ſunt peccata, vt ſatis innuunt verba Iacobi: *Vnuſquiſque tentatur à concupiſcentia ſua.*

Rom. 6. 6.

Iacob. 1. 14.

Hæc igitur eſt ſecundùm Auguſtinum, mortis tracta origo, cùm naſcimur, fomite comite, nos continuè impugnante, & ad mortem ducente animæ, ſubacto ſibi ſpiritu. Quod Sapiens quoque indicauit, cùm dixit: *Inconſtantia concupiſcentiæ tranſuertit ſenſum ſine malitia*; vbi verbum, *inconſtantia*, Fulgentius legit, *inſtantia*, vt eius importunum, ac repetitum congreſſum ſignificet. Aliqui verò Codices Græci legunt, *circumrotatio*. Quemadmodum enim, cùm aliquid circumrotatur, vna pars ſuccedit alteri, nec ſtabilitas datur; ita concupiſcentia, modò vnam rem proponit, modò aliam, ſemperq. in hac mutatione circumuoluitur; vt etiam ſatis Regius Propheta ſignauit, cùm dixit: *In circuitu impij ambulant.* Et Tertullianus: *Hinc*, ait de illa, *oppugnat, obſidet, non ſcandalis, ac tentationibus deficit.* Et ideo plaga hoſtis iſtius ſubditur: *Tranſuertit ſenſum*, id eſt, eruit, effodit, ſcrutatur, indagat, immu-

Sap. 4. 12

D. Fulg. ep. 2. c. 4.

Pſ. 11. 9.

Tertull. lib. de pa-nit.

Digitized by Google

mutat, & euertit, vt ſolent metalla, cùm effodiuntur. In quo vis magna denotatur concupiſcentiæ, dum elocat, quod bene locauit, ac diſpoſuit DEVS; vt, ſcilicet, ipſa ſeruiret DEO, illi vnita: curuatur autem ad carnem, ab ipſa tranſuerſa. Nam hoc ſignificant verba ſequentia: *Sensum ſine malitia*, id eſt, animum ſiue mentem expertem malitiæ, ſinceram, ſimplicem, innocentē. Igitur ſenſus hic intelligitur rationis, vt Daniel. 13. 9. *Euerterunt ſenſum ſuum:* quod poſtea clariùs dicitur ibi infra, *Et concupiſcentia ſubuertit cor tuum*. Nam cùm hoc debeat ex propenſione DEO ſeruire, iuxta illud Pauli: *Mente ſeruio legi* DEI; frequenter tamen ſupplantatur à carne; proinde ſubiungit: *Carne autem legi peccati*.

Dan. 13. 9.
num. 56.
Rom. 7. 25.
ibidem.

Hinc ergo omnis bene operandi oritur difficultas, quia fuit homo peccando *ſpoliatus gratuitis, & in naturalibus vulneratus*, vt cum Beda omnes dicit communiter. Quæ quidem vulneratio non intelligenda eſt *poſitiuè*, quaſi per aliquid poſitiuũ ſuperadditum hoc contingeret; ſed *priuatiuè*, hoc eſt, per aliquid ſibi ſubtractum, vt communiter Theologi docent, & ſpecialiter Sanctus Thomas. Quia quemadmodum vulnus in animalibus ex diuiſione reſultat continui, ita dum pars inferior hominis, ſuperiori ſubiecta maneret per donum originalis iuſtitiæ, iſtâ in pœnam peccati ablatâ, conſequenter appetitus iſti, inferior, ſcilicet, & ſuperior fuerunt diuiſi, qui dono illo Diuino, quaſi aurea quadam catena inter ſe erant feliciter colligati. Vulneratio ergo iſta ex ſpoliatione gratuitorum donorum fuit ſecuta, quæ ſimul cum illa originali iuſtitia, erant illi infuſa, ſubſtantia ipſa hominis in ſe manente illæſa. Quæ quatuor conſtat vulneribus à ſancto Thoma narratis, nimirum ignorantia in intellectu: malitia in voluntate: infirmitate in iraſcibili: & effrœnata concupiſcentia in concupiſcibili.

Beda.
s. Th. 1. 2 q. 85. a. 3 in corp.
s. Th. 1. 2 q. 85. a. 3 in corp. Suar. 1. p. de quat. prolog. 4. c. 8. n. 14. & ſeq.

Natura itaque ſenſitiua iam ſibi relicta, rationi cœpit naturaliter repugnare, & ſic maiorem difficultatem in bene operando experiri. Quemadmodum namque corruptibilitas ex mixtione elementorum intrinſecè oritur; ita iuxta Suarium, repugnantia appetituum iſtorum ſequitur ex conditionibus naturalibus eorum non impeditis, aliquo vtique dono ſuperiori; vt de facto in primo homine ante peccatum fuerat impedita per originalem iuſtitiam.

Suar. 1. p. de grat. prolog. 4. c. 2. n. 6.

Radix huius difficultatis vlteriùs explicatur.

Altiùs tamen radicem huius intrinſecæ repugnantiæ, ex qua bene

Digitized by Google

bene operandi oritur difficultas, contemplantes, dicimus cum eodem Doctore, *Ex naturali modo operandi facultatum istarũ, concordante domo ablato*, difficultatem istam procedere. Cùm enim modus omnis cognoscendi humanus, ortum à sensibus habeat, iuxta vulgatum proloquium Philosophicum: *Nihil in intellectu, quin priùs fuerit in sensu*; Et voluntas veluti cœca sit, & ab intellectus cognitione, tanquam luce quadam ducatur; hinc cognitio sensitiua est prior: & cùm nonnisi in obiecta præsentia, & concreta materia feratur, & moueant magis ista; ab ipsis fortiùs trahitur; vt etiam Ioannes in sua Epistola nobis satis illis verbis insinuat: *Si fratrem, quem vides, non diligis, Deum, quem non vides, quomodo diligere poteris?* quasi ex viso obiecto, certiùs colligens propensionem in illud. Præcurrente igitur in operatione sua sensitiua cognitionẽ intellectiuam, & consequẽter priùs & fortiùs appetitũ sensitiuũ mouente, ad se pertrahit rationẽ, propter connexionẽ, & sympathiã potentiarũ istarum; & ita ad se eam per consensum curuat. Quod innuit Iacobus, cùm dixit: *Vnusquisque tentatur à concupiscentia sua abstractus, & illectus:* Et sic in operatione sua retardatur, & veluti præpeditur.

ibid. c. 8. n. 14.

1. Ioa. 4. 20.

Iacob. 1. 14.

Quem modum carnis pugnandi in se Augustinus expertus, ait: *Delectatio carnis meæ, cui mentem eneruandam non oportet dari, sæpe me fallit.* Et modum subdit: *Dum rationem sensus non ita comitatur, vt patienter sit posterior: sed tantùm, quia propter illam meruit admitti, etiam præcurrere, ac ducere conatur.* Experti militis notabilia sanè sunt verba ista. In quibus considerandum est primò, quod dicit, *Cui mentem eneruandam non oportet dari*: quia mens, quæ est pars superior, eneruatur, quando ab inferiori trahitur: Et hoc maximum malum est. Sicut enim corporis humani fortitudo præcipuè constat ex neruis, & tunc destruitur, cùm eneruatur, ita magni animi robur ex virtutibus resultat, quibus eneruatur; & consequenter perit, dum per consensum ad malum tractus, illis priuatur.

Aug. lib. 10. conf. c. 32.

Deinde notanda sunt verba illa: *Vt patienter sit posterior*. Quomodo posterior, si, vt diximus, intrinsecè & naturaliter debet esse anterior? Respondeo, non *operatione*, sed *directione*. Debet enim ratio tanquam domina in regno animæ (*Regnum* DEI *intra vos est*) regere, & non regi, & ita dirigere cæteras facultates illius, & non trahi ab illis. Et hæc est illa laudis grata confessio, de qua loquens Propheta, dixit: *Confitebor tibi in directione cordis:* nam, carne re-

Luc. 17. 21.

Ps. 118. 7.

&a,

ta, per hanc, fiebat obſeruantia voluntatis diuinæ: Ideoque ſubiungit, *In eo, quod didici iudicia iuſtitiæ tuæ*; id eſt, ita dirigendo, didici obſeruare legem tuam. Quod ſignificant verba ſequentia ſancti Doctoris: *Sed tantum quia propter illam*, vtique rationem, *debuit admitti*: in quo directio iſta probatur. Et ſubiungitur ad illam rebellio, & cauſa peccati, quam poſuimus: *Etiam præcurrere, ac ducere conatur.* Quia non duci vult, ſeu dirigi per rationem, ſed potius eſſe ductrix illius. Et hoc facit præcurrendo, & ſic trahendo.

Et adeo promptus eſt hoc facere ſenſus per omnes facultates ſuas tam internas, imaginatiuã, ſcilicet, phantaſiam, & appetitum; quàm externas, viſum nimirum, auditum, odoratum, guſtum, & tactum: de quibus omnibus ſub nomine *delectationis carnis*, ibi loquitur ſanctus Doctor, quòd nimia vigilia cordis neceſſaria ſit, ne miles Chriſti fallatur; vt de ſe ipſe teſtatur, dicens, *ſæpe me fallit*, non vtique ſemel, aut iterum, ſed frequenter. Et ſuam ſubdit miſeriam: *Ita in his pecco non ſentiens, ſed poſtea ſentio.* At quomodo peccare dicit non ſentiens, cùm de peccatis, quæ in carne perficiuntur, loquatur, & in quibus à cognitione ſenſibili initium ſumitur? quia non ſentire, idem eſt, ac non aduertere ratione. Non ſentit igitur, quia non aduertit, ſeu actu conſiderat.

Sed quomodo tunc ſe peccare affirmat, cùm iuxta ipſum: *Nullum peccatum, niſi voluntarium ſit*, hoc eſt, deliberatum: deliberatio verò non fit, vbi aduertentia deſit? Dicit igitur peccare, quia ſic concupiſcentia tangitur, quæ nominatur peccatum, quia ad illud inclinat. Vnde ad Rom. 7. ſic appellatur à Paulo: *Quod habitat in me peccatum*. id eſt, concupiſcentia, vt communiter ibi exponitur. Ob id ibidem de ſe ipſo dicit: *Quod odi malum, illud facio*. Id eſt, concupiſco, vt D. Thomas explicat: Secundùm ſcilicet, motum in parte inferiori. Et hinc à peccato interior homo eximitur: ideoque dicit, *Non ego operor illud*, quia actio humana non eſt, quæ libertate eſt expers. Vel etiam poſſumus dicere, quòd de peccato leui ſit ſermo: quod tũc contingit, quãdo rationis *plena* aduertentia deeſt, quæ omnino ad mortale requiritur. Quare non plenè aduertens, peccare ſe leuiter hinc Auguſtinus fatetur; ideoque ſubiungit: *Sed poſtea ſentio*: id eſt, plenè aduerto, & conſenſum ſic reprimo.

Ro. 7. 13.

num. 15.

S. Th. 1. 2 q. 10. a. 3. ad 1.

Peruerſo ergo ordine illo, quo ratio ſuperior, directione debet eſſe anterior, fit, vt ſenſus relictus ſibi, etiam iugo iſto abductus, nulloque fræno cohibitus, peruer-

uersa appetat,& ad hæc inclinet. Hinc irascibilis appetitus, qui in bonum deseruire debebat, ad tollenda impedimenta in assecutione boni honesti, furore plenus, circa inhonesta adhibet vires suas: & concupiscibilis, qui temperantia gubernatus, debebat delectabilibus moderatè vti, effrænis fertur in ipsa, subministrantibus vires ignorantia,& imprudentia, quatenus vulnera sunt per peccatum primi parētis relicta.

Sed heù! difficultas ista bene operandi, quæ prouenit ex priuatione gratuitorum bonorum, causata ex originali peccato, augetur adhuc ex additione prauorum habituū, seu moralis dispositionis malæ ex actuali peccato: & est S.Thomæ doctrina 1.2. vbi sic dicit: *Inclinatio ad bonum virtutis in vnoquoque diminuitur per peccatum actuale. Per actus enim humanos fit quædam inclinatio ad similes actus. Oportet autem, quòd ex hoc, quòd aliquid inclinatur ad vnum contrariorum, diminuatur inclinatio eius ad aliud. Vnde cùm peccatum sit contrarium virtuti, ex hoc ipso, quòd homo peccat, diminuit bonum naturæ, quod est inclinatio ad virtutem.* Hæc ille.

S.Th.1.2. q.35.a.1. & 3.

Proinde quatuòr illa vulnera superiùs posita,ex peccato originali secuta, affirmat ex actuali augeri; vt scilicet, sit quædam hebetudo in intellectu, & obduratio in voluntate,infirmitas maior in irascibili, ad quem pertinet remouere impedimenta in arduis bonis consequendis, & in concupiscibili ardor quidam. *Ratio*, inquit, *hebetatur præcipuè in agendis* (vbi patet præcipuè loqui de diminutione prudentiæ:) *& voluntas induratur ad bonum, & maior difficultas bene agendi accrescit, & concupiscentia magis exardescit.*

Sed, ne solùm dicta videantur intelligi de abnegatione, seu mortificatione amoris sui carnalis, seu operationū, quæ homo operatur per carnē, & in ipsa perficiuntur, sed etiam de mortificatione proprij amoris spiritualis, quo homo ad opera spiritualia vitiosa inclinatur, vt ad superbiā, inuidiam, & similia; sciendum est, ex obscuritate intellectus per originale peccatum relicta, & ex contemplatione præsentium, quę magis mouent, oriri etiam ad vitia ista propensionem maiorem in parte superiori hominis spirituali, & consequenter difficultatem maiorem ad bona spiritualia opposita. Et sanè verba supra adducta Augustini: *Vt homo, qui custodiendo mandatum, futurus fuerat etiam carne spiritualis, fieret etiam mente carnalis*; hoc significant etiam: nam mente carnalem esse, non solùm intelligendum est, quia trahitur sponte ad opera carnis, & sic fit carnalis; sed etiam ad opera pra-

Digitized by Google

ua ſpiritualia, quæ, iuxta eundem Doctorem ſupra etiam adductum, dicuntur carnalia, quatenus non ſecundùm Deum ſpiritum ſunt, ſed ſecúdùm hominem operantem iuxta corruptionem naturæ. Et additur difficultas in his bonis ſpiritualibus operandis ex peccatis actualibus contrarijs, vt ex actu ſuperbiæ ad humilitatem exercendam, & ſic de ſimilibus, ex doctrina Angelica ſupra adducta. Habes ergo difficultatis cauſam, & radicem, quam in mortificatione ſui experitur quiſque.

Amiſſa igitur felici rectitudine hominis primæua, qua ſe, & ſua omnia dirigebat in Deum, iam miſer, & curuatus effectus, vſque ad mortem cum dolore pœnam portat dignam peccati. Proinde dicebat, qui peccauerat: *Curuatus ſum vſque in finem*, pronitate maiori per adulterij peccatum relicta. Hinc iam ſe, & ſua quærit, non quæ Dei ſunt, vt Apoſtolus clamat: *Omnes quæ ſua ſunt quærunt, non quæ* Iesv *Chriſti*. Et cui quærunt ſua, niſi ſibi? & quomodo quærunt ſua, niſi, quia adhuc aliena quærunt facere ſua? Hinc proueniunt adulteria, hinc homicidia, latrocinia, rapinæ, & furta; hinc calumniæ, & ſubornationes iniquæ, quibus fortunæ, honor, & dignitas aliorum quæruntur. Hinc comeſſationes, ebrietates, & carnalia cætera, quibus quæritur carnis impinguatio, & luxuriatio. Hinc tarditas ad omne bonum, quo corpus pigreſcit, & anima creſcit, ac marceſcit: & promptitudo ad omne illecebroſum malum, vt ſuperiùs ex Apoſtolo, & Auguſtino eſt dictum; & perſonalis cuiuſque in iſtis experientia, ſi benè librata fuerit trutina rationis.

Pſ. 37.7.

Philip. 2. 20.

PVNCTVM IV.

A quibus hic amor proprius ſit expugnandus.

Dico primò, quòd ad omnes pertinet contra illum militare. Nam amor hic ex fomite oritur, quem omnes contrahunt, & in nullo extinguitur; proinde de omnibus ſcriptura Diuina dicit: *Senſus, & cogitatio humani cordis, in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua*. Semper ergo *in omnibus* pullulant paſsiones, licèt, falce mortificationis reſecentur, vt ſignificauit Clemés Alexandrinus à nobis citatus ſuperiori volumine, cùm dixit: *Silueſcit vitis, niſi putetur, ita & homo*. Putandus igitur eſt per mortificationis exercitium, ne ſilueſcat.

Gen. 8. 21.

Clemens Alex. pag. 369. col. 2.

Dico ſecúndò, ad iuuenes præcipuè hoc pertinere, duplici de cauſa. Primò, quia in ætate illa magis vigent paſsiones, vt ſimiliter ibidem oſtendimus.

Proin-

Proinde neglectam iuuentutem diximus ſilueſcere, & proſciſsione egere.

Secundò, quia in ea ætate faciliùs poteſt domari: quod ſimilitudo equi ſatis oſtendit. Quemadmodum namque hic, ſi initio dum pullus eſt, non domatur, & manſueſcit fræno, durè poſtea portat, & periculosè, cùm difficilè tunc dirigi poſsit; ita iuuenis diſciplinam poſtea non recipit, & fit præceps ad vitia, niſi primitus per mortificationem dometur. Quod expreſsè, iuxta expoſitionem Lyrani, Spiritus ſanctus per os Sapientis pronunciauit verbis illis: *Equus indomitus euadit durus: & filius remiſſus euadet præceps.* Vbi verbum *remiſſus*, vt notat hic Doctor, intelligitur *à diſciplina:* quia fræno illius coercendus eſt, & frænandus, aliter erit præceps ad vitia.

Lyranus.

Eccli. 30. 8.

Deinde, quemadmodum facilè rectificatur diſtorta virga, dum paruula eſt, cùm curuatur in partem oppoſitam; quod tamen difficillimè fit poſtquam in arborem creſcit, & robuſtior fit; ita facilè eſt iuuenilem ætatem diſtortam ad vitia, reddere rectam, illam curuando per mortificationem ad partem virtutum. Quod idem Spiritus ſanctus docuit ibidem, dicēs; *Curua ceruicem eius in iuuentute.* Vbi ceruix erecta ſupponitur ad vitia, & per conſequens à virtutibus diſtorta: & opportunitatem rectificationis per curuationem oſtendit in iuuenili ætate, quia tunc faciliùs obtinetur; & ideo ſubdit: *Tunde latera eius, dum infans eſt; ne fortè induret, & non credat tibi, & erit tibi dolor animæ.* Nam prouectior factus ætate, iam durus redditur, & difficillimè curuatur. Curua ergo ab infantia, vt rectus maneat. Sic ſe cum filio ſuo ſapienter geſſit S. Tobias, de quo dicit Scriptura diuina: *Quem ab infantia timere docuit Deum & abſtinere ab omni peccato.* Nam in abſtinentia, mortificatio cernitur: in timore Dei, modus illius. Illa enim vera eſt, & meritoria, quæ ab amore, & timore Dei procedit, vt infra dicetur.

Eccli. 30. 11.

ibidem.

Tob. 2. 10.

Dico tertiò, præcipuè etiam ad illos pertinere hanc pugnam, qui iam vitijs aſſueti, & in illis radicati, conuertuntur ad Deum. Nam quemadmodum arbor grādis effecta, quæ altas miſit radices, difficillimè eradicatur: ita vitioſi habitus difficulter nimis eradicantur, & paſsiones laboriosè domantur, ſeu ſupprimuntur hominis inueterati in illis. Proinde quotidianæ mortificationis ſecuris ponenda eſt ad radicem, vtique voluntatis propriæ, vt hæc ſæpiùs abnegata, & fracta, à ſe maneat eradicata, & in Deo ſolo fundata, & ad ipſum erecta, & per ipſum recta.

In huius figuram 2. Paralip. 17.

2. Paral. 2

proſelytis,id eſt, nouiter de Gē-
tilitate ad Iudaiſmum conuerſis,
legitur Salomon vſus fuiſſe ad
onera ferenda, & ad cædendos
lapides ad fabricam Templi,quia
in talibus non poteſt ædificium
interius ſpirituale aptè conſur-
gere, niſi per mortificationis
exercitium, onera paſsionum
priùs diſcant patienter portare,
& tandem illis ſe exonerare. Et
hæc duo dicta benè notent noui-
tiorum magiſtri, vt non deſiſtant
ab hoc exercitio cum ſimilibus.

Dico quartò,quòd cùm pro-
prius amor frequenter magis
abundetin potentioribus,& alio-
rum rectoribus, vt volumine ſu-
Pag 553. c 2. periori oſtēdi,& patet 2.Eſdrę 3.
2.Eſdr.3. 5. *Optimates autem eorum non*
ſuppoſuerunt colla ſua in opere
Domini ſui: per collum enim
ſubiectio deſignatur,Eccli.51.34
Eccli. 51. 34. *Collum veſtrum ſubijcite iugo*;
ideo eam fugiunt ſubiectionem,
qua caro ſubijciatur ſpiritui; &
onus reijciunt mortificationis,
quam alijs prædicant ex officio.
De quibus apud Matthæum le-
Matt.23. 4. gitur: *Alligant onera grauia, &*
impertabilia, & imponunt in
humeros hominum: digito autem
ſuo nolunt ea mouere.

Oportet ergo ſedulò, & fre-
quēter per mortificationis exer-
citium, ſe contra illum munire,
vt iuſtè, & rectè valeant alios re-
gere:quod bene ſignificauit Ioā-
nis viſio in ſua Apoc. quando vi-
dit viginti quatuor ſeniores, qui
ceciderunt coram Agno,habentes Apoc.5.8
ſinguli citharas. Vbi per *Senio-*
res,iuxta interlinearem gloſſam,
omnes Iudices intelliguntur; &
per *citharas*, iuxta ordinariam,
mortificationes vitiorum, & cō-
cupiſcentiarum ſignantur; Quē-
madmodum namque in cithara
ſunt lignum, & chordæ, per *li-*
gnum crux CHRISTI indicatur;
& per *chordas*, quæ in ligno ten-
duntur animæ potentiæ, & caro
ipſa deſignantur, quæ tenſæ per
ſui mortificationem, crucem
CHRISTI imitantur, vel ipſum-
met CHRISTVM cruci affixum;
cuius ſanctiſsima & delicatiſsima
membra,in ea ita duriter fuerunt
extenſa, & tracta, vt omnia oſſa
eius facilè potuerint eſſe dinu-
merata, vt ipſe per Prophetam
teſtatur, dicens: *Dinumeraue-* Pſ.21.18
runt omnia oſſa mea. Ideo igi-
tur aliorum rectores mortificati,
& crucifixi videntur, quia maxi-
mè hoc requirit ſtatus eorum
ſubditus paſsionibus. Difficile
namque valde eſt regere alios,
qui ſe neſcit regere, domando,
ſcilicet inordinatos animi ſui
motus. Proinde dixit Bernar-
dus ad Reginam quandam ſcri-
bens: *Non bene regis, ſi non re-* S. Bern.
geris; vtique mortificationis ſpi-
ritu. Quod Apoſtolus inſinua-
uit etiam verbis illis, *Si quis do-* 1.Tim.3.
mui ſuæ præeſſe neſcit, quomodo 5.
Eccleſiæ DEI *diligentiam habe-*
bit? Præeſſe namque in domo
interiori animæ, eſt animi motus
ſcire

Digitized by Google

scire regere conformiter ad rationem rectam. Quod si quis respectu sui, hoc nescit obire, quomodo respectu aliorum sciet? Igitur his etiam potissimùm necessaria est continua cordis vigilia, & desideriorum propriorum abscisio, ad quæ caro inclinat, siue auaritiæ sint, siue vindictæ, aut cuiusque alterius prauæ affectionis.

Visis igitur, *à quibus* pugna hæc contra amorem proprium debeat exerceri, sequitur dicendum, quibus armis possit hoc fieri. Quod in sequenti puncto per considerationes distributo, commodè fiet.

PVNCTVM V.

Quibus armis Amor proprius expugnari debeat.

REspondeo, quòd sequentibus, nimirum,

CONSIDERATIONIBVS

I. Amoris virtuosi oppositi, ac odij sancti, & mortificationis inde ortæ.
II. Cognitionis sui.
III. Odij veri sui.
IV. Amoris veri sui, qui est in mortificatione sui.
V. Doloris, & laboris, quæ sunt in inordinato sui amore.
VI. Pacis, quietis.
Impassibilitatis, & gaudij, quæ sunt in amoris huius contrario.
VII. Gratiæ.
VIII. DEI dilectionis.
IX. Passionis Dominicæ recordationis,
X. Et redemptionis; quibus mortificatio sui, facilis redditur, & suauis.
XI. Diuisionis à DEO per sui inordinatum amorem, & vnionis per mortificationem.
XII. Præmij æterni, mortificationi sui parati.

CONSIDERATIO I.

Ex amore proprio virtuoso.

CVM constet, per nihil aliud, vitium meliùs expugnari, quàm per virtutem illi contrariam; ideo arma aduersus amorem proprium inordinatum porrecturi, ab amore sui ordinato incipimus. Istum namque cognoscendo, & amplectendo, optimè hostem hunc expugnabimus. Quod, vt exactiùs fiat, de odio sancto sui, & spiritu mortificationis, qui inde procedant, est dicendum.

Amor igitur proprius virtuosus, vt facilè constat ex definitione vitiosi amoris sui oppositi, nihil est aliud, quàm *amor ordinatus sui:* & est similiter duplex: alius, scilicet, *spiritualis*: alius *carnalis*.

Digitized by Google

Spiritualis eſt, quo pars ſuperior hominis, ſcilicet, rationalis, ordinatè amat ſe ipſam, quatenus amat ſubiectionem ſui ad DEVM, per omnia illi obediens; quam in ſtatu innocentiæ habebant primi parentes, & habent modò iuſti, ſe ipſos propter DEVM abnegantes, cui geſtiunt obedire. Qui amor, ſpiritualis dici poteſt, non tantùm reſpectu ipſiusmet portionis ſuperioris, quæ ſpiritualis eſt, ſed etiam reſpectu ſpiritualium bonorum, vt virtutes Theologicæ ſunt, & morales, tam infuſæ, quàm acquiſitæ, quas in hac vita appetunt, & conſeruant, & viſio DEI poſt mortem, in qua conſummata beatitudo eorum conſiſtit.

Huius autem amoris proprij ſignа quinque ponit Angelicus Doctor, illis proportionata, quæ de amore proprio ſpirituali vitioſo ſupra adduximus, ſcilicet: *S. Thom.*

I. Velle interiorem hominē, hoc eſt, partem rationalē, viuere vera vita ſpirituali, quæ in vnione cum DEO conſiſtit. Propter quod dicebat quidam ſic ſe verè amans: *Et anima mea illi viuet.* *Pſ.21 31.*

II. Velle illi bona virtutum. Ideo dicebat quædam, quæ ſic diligebat: *Quis mihi det, te fratrem meum ſugentem vbera matris meæ?* Quod poteſt intelligi de parte inferiori, reſpectu ſuperioris rationalis: vel de portione inferiori iſtius, temporalia conſiderante, reſpectu portionis *Cant.8.1*

ſuperioris eiuſdē, contemplantis æterna; optetq. iſtam vbera ſugere ſpiritualia ſapiētię ęternæ DEI alentis filios Eccleſiæ ſanctæ ſuæ.

III. Operari ad hæc. Ob id aiebat quidam ita ſe verè amans: *Mente ſeruio legi* DEI. *Ro.7.25.*

IV. Conuerſari ſecum intus dedele & abiliter, ſæpe redeundo ad cor. Vnde quidam ſic amans dixit: *Ego dormio*, ſcilicet, tranſituris; *& cor meum vigilat*; vtique DEO, & ijs, quæ ducunt ad ipſum. Et alius dixit: *Memor fui* DEI, *& delectatus ſum.* Et alius: *Intrans in domum meā* ſcilicet, cordis, *conquieſcam cum illa: non enim habet amaritudinem conuerſatio illius, nec tædium conuictus illius, ſed lætitiam, & gaudium.* *Cap.5.2.* *Pſ. 76.4.* *Sap.8.16.*

V. Concordare cum illo, ſeu illa; id eſt, ſibi conſentire in bono vero, quod ducit ad vnicum bonum, qui eſt DEVS. Proinde pro ſic ſe amāte Dominus dixit: *Porro vnum eſt neceſſarium.* Et Prophetа de ſe ipſo ait: *Vnam petij à Domino, hanc requiram* Et, *Omnia oſſa mea dicent: Domine, quis ſimilis tibi?* id eſt, quidquid intra me eſt, concorditer feratur in DEVM, vnicum meū bonum per amorem. *Luc. 10. 42.* *Pſ. 26.4.* *Pſ.34.10*

Quæ omnia dixit ſanctus Doctor his verbis: *Vnuſquiſque amicus, primò quidem vult ſuū amicum eſſe, & viuere: ſecundò, vult ei bona: tertiò, operatur bona ad ipſum: quartò, conuiuit* *S. Thom.*

ei

ei delectabiliter: quintò, concordat cum ipso, quasi cum eodem, quasi de ijsdem delectatus, & cõtristatus. Et secundùm hoc boni diligunt seipsos, quantum ad interiorem hominem: quia etiam volunt eum seruari in sua integritate; & optant ei bona eius, quæ sunt bona spiritualia; & etiam ad assequenda, operam impendunt, & delectabiliter ad cor proprium redeunt: quia ibi inueniunt bonas cogitationes in præsenti, & memoriam præteritorum bonorum, & spem futurorum bonorum, ex quibus delectatio causatur. Similiter etiam non patiuntur in seipsis voluntatis dissensionem, quia tota anima eorum tendit in vnum. Hæc ille. Vbi verba vltima ista, eum sensum habent, quòd, scilicet, ita pars superior rationalis subiecta est Deo, vt secum trahat inferiorem partem sensitiuam, quæ alioquin ex fomite ei repugnat; & sic anima tota in DEVM feratur per obedientiam.

Hoc est etiã, velle interiorem hominem *seruari in integritate sua*, quam habet per conformitatem voluntatis rationalis ad DEVM: quo modo non est ab eo diuisus, sed ei vnitus, & adipsum integer. Ex qua integritate efficaciter amata, resultat subiectio partis inferioris superiori; & facit homo non id, ad quod caro inclinat, sed quod ratio dictat.

Ex istis igitur conditionibus bene pensatis, potest facilè quisque colligere, an se spiritualiter diligat: & ex contrarijs, an se verè odio habeat. De quo infra sermo redibit.

Amor autem carnalis, seu carnis, virtuosus, & honestus, est, *Quo ordinatè caro ipsa amatur.* Nam, vt dicit Apostolus ad Timotheum: *Omnis creatura* DEI *bona est.* Quapropter bonus est amor illius, si rationis metam non transeat. Amare igitur carnem suam, quatenus Dei creatura est, & vt ei seruiat, & possit tandem eo frui, modo sibi possibili; quod erit per redundãtiam à gloria animæ, per dotes quatuor immortalitatis: quomodo promisit Dominus gloriam corpori, dicente Propheta: *Homines, & iumenta saluabis Domine;* vbi per *iumenta* Patres communiter *corpus* intelligũt; quod ita remunerabitur, eo quòd spiritui in hac vita seruierit, vt saluus fieret. 1. Tim. 4. 4. Ps. 35. 7.

Deinde amare obiecta carnalia, id est, quæ ad carnem ipsam, seu corpus pertinent, moderatè tamen, seu rationabiliter, non est malum. Nam delectationes tactus, v. g. quæ ad coitum humanum pertinent, si regulatæ sint, vt in legitimo coniugio ad gignendam prolem, & vt mitigetur libidinis æstus, dicente Paulo: *Melius est nubere, quàm vri*; honestæ manent. Similiter delectationes, quæ ad gustum 1. Cor. 7. 10.

pertinent. Nam, ſi potus ſumatur ſobriè, & cibus temperatè; iam comeſſationis turpitudo, & ebrietatis aberit, quæ cernitur in amore ſui carnali vitioſo, & prauo. Et ſic diſcurrendo per delectationes ſenſuum aliorum, quæ circa indifferentia obiecta, & illorum propria, ſi bono fine, & moderatè ſumantur, honeſtæ remanent, & meritoriæ.

De Odio ſancto ſui orto ex hoc amore.

CVm ex amore naſcatur odium, quia habetur odio quidquid contrariatur amori, & impedire poteſt id, ad quod amor inclinat; ideo ex prædicto ſancto ſui amore, tam ſpirituali, quàm carnali, odium licitum, & ſanctum oritur ſui, quoad vtrũque hominem conſiderati; ſcilicet, interiorem ſeu ſuperiorem partem, & exteriorem ſeu inferiorem. De quo odio loquens Dominus apud Lucam, dixit: *Si quis venit ad me, & non odit animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Quæ verba ſanctus Pater Auguſtinus conſiderans, ait non ibi præcipi occiſionem ſui, ſed carnalis affectus. Et explicans, quiſnam iſte ſit; ſubdit, omnem illum, quo impeditur æterna vita: quæ quidem impeditur, non tantùm per peccata carnalia, id eſt, quæ in carne conſummantur, ſed etiam per peccata ſpiritualia, quæ, ſcilicet, à carne libera ſunt, & in ratione ſolummodò perficiuntur, quatenus iſta Deo non obediens, in ea ruit. Dicuntur tamen *opera carnis*, iuxta intelligentiam eiuſdem ſancti Doctoris ſuperiùs traditã, quia hominis ſunt *ſecundùm hominem viuentis*, *non ſecundùm* Deum. A *parte*, id eſt, à carne, intelligendo totum; id eſt, homine ſecundùm vtramque ſui partem inferiorem, ſcilicet, ſenſitiuam, ſeu carnalem; & ſuperiorem rationalem, ſeu ſpiritualem. Quemadmodum ad Galatas 5. dicitur: *Spiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis.* Gal. 5. 16
Vbi per carnis deſideria, malæ etiam intelliguntur, quæ ſola voluntate rationali patrantur interiùs, ſecundùm Chryſoſtomum ibi, quatenus iſta non ſpiritu Dei ducitur. Vnde, quod ſequitur, *Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum*; ſecundùm eundem ſanctum Doctorem, malitia intelligitur aduerſus virtutem. Quę malitia poteſt intelligi, vel de carnali, id eſt, quæ carne conſummatur, vt ebrietas aut luxuria: aut quæ carne non indiget, vt perficiatur, vt ſuperbia, aut inuidia, &c. Quando ergo operatio animæ, quatenus ſenſitiua, & per carnem oberrans, à recta ratione non eſt gubernata, carnalis dicitur: quando autem, quatenus rationalis ſeu ſpiritualis, à Spiritu Dei nõ eſt recta, ſimiliter nun-

Gal. 5. 17

Luc. 14. 26.

S. Auguſt. ad Lætũ epiſt. 38. tom. 2.

Digitized by Google

nuncupatur carnalis. Vnde interlinearis gloſſa dicit, carnem concupiſcere aduerſus ſpiritum; *in bonis* vtique, in quibus *eſt ſpiritus* DEI: & ſpiritum aduerſus carnem; id eſt, *ratio gratia* DEI *adiuta*. Sumitur ergo *ſpiritus* pro vtroque ſigno, id eſt, pro ratione, quæ ſpiritus eſt, non tamen abſolutè, ſed vt per DEVM gubernata. Proinde quando eius operatio ſic non eſt directa, non ſpiritualis, ſed carnalis meritò dici poteſt. Iſta ergo ſunt carnalia deſideria, quæ ſæpe Paulus repetit in epiſtolis ſuis, & Petrus dicit: *Abſtinete vos à carnalibus deſiderijs, quæ militant aduerſus animam*. Ex operationibus nãque, quas ſubdit, contrarijs his deſiderijs, patet, non ideo dici carnalia, quia omnia perficiantur in carne, ſed quia contra DEVM ſunt, qui ſpiritus eſt, & ab illo non procedentia, neque à ratione recta per ipſum.

Gloſ. interlin.

1. *Petr.* 2. 11.

Igitur, quando Dominus dicit, venientem ad ſe oportere animam ſuam odiſſe; intelligendus eſt, quo ad carnales affectus, ſeu carnalia deſideria, vt etiam ibi gloſſa ordinaria explicat verbis hic: *Tunc benè animam odimus, cùm eius carnalibus deſiderijs non acquieſcimus, ſed reluctamur, & frangimus*. Et bene præmittitur huic odio amor, tanquam neceſſarius partus illius: dicendo namque, *ſi quis venit ad me*, deſiderium exprimit ex amore ortum, per quem maximè ad DEVM tendimus. Et cùm in illius amore, noſtri etiã includatur recta dilectio, clarum eſt, quòd ex iſta dilectione, odium hoc ſanctum ſui oriri neceſſum ſit; aliter ad diſcipulatum non perueniet, hoc eſt, ad perfectum amorem, carnales concupiſcentias reprimentem.

Gloſ.

De mortificationis ſpiritu procedente ex odio iſto.

EX hoc autem odio ſui licito, & honeſto, à Domino commendato, mortificatio oritur. In illud namque armamur, & mortificamus, imò aliquando occidimus, quod odio habemus. Videndum igitur eſt, *quid* mortificatio ſit, & *quotuplex*.

Mortificatio ergo in præſenti nihil aliud eſt, *quàm motuum vitalium repreſſio, ſeu abſciſſio*. Non enim eſt mortificare, penitus tollere vitam; quia tunc non res dicitur mortificata, ſed mortua.

Pro quo eſt notandum, quòd vitalis actio, illa eſt, quæ procedit à principio vitæ cõiuncto, quod in nobis eſt anima; in qua ad propoſitũ diſtinguuntur aliquæ operationes internæ, quæ non dependent à corpore, quatenus non conſummantur in carne; quarum ſupra exempla poſuimus in vitijs, & paſsionibus iræ, ſuper-

tates illius, quæ non excedunt mensuram: Igitur abstinentia ab his in totum, vel in partem, quibus alioquin licitè posset quis vti; vel etiam acceptatio, vel sumptio pœnarum, dolorum, opprobriorum, quando fuga illorum est etiam indifferens in casibus, quibus non præcipiuntur, mortificationis secundus gradus est, perfectior primo; licèt hic magis necessarius sit, quia per ipsum implentur præcepta: per gradum autem secundum istum mortificationis, supererogationis opera fiunt, licèt adhuc inseruiat, vt primus securiùs fiat, vt infra dicemus. De hoc ergo gradu secúdo locutus fuit Apostolus, cùm

1. Cor. 9. 25. dixit: *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo*. Et ad gradum istum pertinet etiam mortificatio in actionibus spiritualibus indifferẽtibus, vt studia sunt, quibus veritates contemplamur naturales, quæ licita sunt; in quibus aliquando ex parte, quis se abstinet, vt possit Deo vacare; & ex hac mortificatione sui, gradum facit ad Devm.

Sed est adhuc tertius gradus mortificationis istius, vt triplici gradui amoris proprij supra positi, paritet mortificatio correspõdeat. Qui in abnegatione sui consistit, etiam in rebus bonis, & spiritualibus, vt sunt oratio, prædicatio, deuotio interior & illuminatio, ad quæ quandoque subtilis sui amor animam trahit, qui perfectiùs facit in his, abnegando se, quando subtrahuntur sibi; vel illa accipiendo, non quia ad illa feratur, sed quia sibi donentur, & voluntas sit Dei, illis potiri. Qui gradus ab Apostolo verbis illis exprimitur ad Romanos 12. *Non plus sapere, quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem*. Nam verbum *sapere*, vt notaui superiori volumine, scientiam sapidam designat; in qua, potentia vtraque partis superioris, voluntas, scilicet, & intellectus, exercentur donis diuinis luminum, & suauitatum: quibus sobriè dicuntur vti, quatenus, quãdo, & quomodo Deus dignatur donare, ipsæ ad nutum recipiunt, voluntati illius obedientes, etiam his propter amorem illius, se spoliantes libenter. Qui omnes gradus ab eodem Apostolo verbis illis comprehenduntur, 1. ad Corinth. 9. *Omnis, qui in agone currit, ab omnibus se abstinet*: nam hîc per *abstinẽtiam*, mortificatio designatur, & illius gradus, in verbo *ab omnibus*, absolutè, & indeterminatè posito; vt intelligatur, non solùm à malis secundùm se, (quod ad primum gradum spectat) sed etiam ab indifferentibus (quod ad secundum;) & bonis (quod ad tertium pertinet) abstinendum; quando per hæc adhuc possumus impediri ex proprij amoris adhæsione, & per illorum abscisionem magis promoue-

Rom. 12. 3.

1. Cor. 9. 25.

Digitized by Google

moueri, seu ad cursum, quo vtique ad DEVM curritur, & ipsi vnitur. Nam quemadmodum res grauis & ponderosa, leui inuoluta, illam retinet, ne velociùs currat; ita proprius amor, seu voluntas, pedibus animæ ad DEVM tendentis, onus est, quo retinetur, ne currat in via DEI; quo ille exoneratus erat, qui dicebat: *Viam mandatorum tuorum cucurri*; quando? *cùm dilatasti cor meum*; quod vtique ad se constrictum per amorem sui, currere non valebat ponderе hoc prægrauatum: sed dilatatum per abnegationem sui, & ad DEVM extensum per amorem illius, ad illummet currit velociter. *Psal.* 118. 32.

Cognito igitur amore proprio virtuoso, opposito inordinato sui amori, viriliter ipso amplexato, poterit quis contra hũc hostem animosè insurgere cum odio sancto sui, & mortificationis spiritu, qui partus sunt ordinati amoris sui.

CONSIDERATIO II.

Ex sui cognitione.

QVEMADMODVM supra, duplicem amorem propriũ vitiosum distinximus, & vtrumque ex ignorantia sui prouenire ostendimus; ita ex cognitione sui contra vtrumque, cor est muniendum.

DISCVRSVS I.

Contra amorem proprium spiritualem vitiosum.

ET primò aduersus proprium amorem spiritualem, per cognitionem sui, quoad portionem superiorem rationalem rectam, seu DEO subiectam. Ab hac namque subiectione, ei prouenit rectitudo: nam recta est, quia DEO subiecta est. Quam cupiens sanctus Propheta, dicebat: DEO *subiecta esto anima mea*; & alibi: *Subditus esto Domino*. *Psal.* 61. 6. *Ps.* 36. 7.

Cùm ergo ex hac subiectione, vnio cũ DEO proueniat, vt Apostolus dicit: *Qui adhæret Domino*, id est, non sibi per inordinatum sui amorem, sed DEO per subiectionem, quæ per *adhæsionem* signatur; *vnus spiritus fit cum eo*; & sic ad magnam sublimitatem, & excellentiam eleuatur. Cognitio igitur nobilitatis 1. Cor. 6. 17. istius facit, quòd homo quærat portionem hanc sui rationalem, sollicitè Do subiectam tenere, & consequenter rectam: quomodo verè se amat; quia sic supra cuncta creata eleuatur verè, & per ordinatum sui amorem fugit curuari, quò transgreditur voluntas diuina, & abducitur iugum à DEI dulci subiectione, illo excusso cum magna miseria.

Pro-

Digitized by Google

Propter quod per Isaiam Prophetam Dominus lamentatur, dicens: *Et quæ nolui, elegistis.* Isai. 65. 13. Vnde maximas pœnas comminatur illis, quemadmodum plurima promittit adhærentibus sibi per sui abnegationem, & subiectionem. num. 14. Ob id subditur, *Ecce, serui mei comedent, & vos esurietis: ecce, serui mei bibẽt, & vos sitietis: ecce, serui mei letabũtur, & vos confundemini.* Loquitur autem de confusione perpetua parata reprobis amatoribus sui, de quibus dixit alibi per Prophetam: *Opprobrium sempiternum dedit eis:* Et de gaudijs æternis paratis iustis in regno cœlesti perpetuo, ipse Dominus dixit: *Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus, regnum, vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedeatis super thronos*, &c. Igitur seruituti illi, & subiectioni regnum respondet, non quodlibet, sed æternum. Quod significant etiam verba prophetica: *Et in fœmore suo scriptum, Rex Regum, & Dominus dominantiũ.* Vbi de Christo Domino est sermo, qui exemplo suo docuit voluntatem abnegare propriam, & Deo subdere, dicens: *Non mea, sed tua voluntas fiat.* Et idem docuit nos orare, cùm dixit: *Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra*; vbi implicitè voluntatem propriam nos docet negare, dum illam Dei suadet seruare; cùm nemo, vt ipse alibi tradidit, *duobus dominus possit seruire*. Dicitur autem *Rex Regum*, quia Reges habet, quos regat, subiectos sibi; & tales genuit Deus Pater per filium, vt dicit Iacobus; *Voluntariè genuit nos verbo veritatis*. Vnde figura dictum fuit Abraham. *Dabo tibi filium, cui benedicturus sum; eritque in nationes, & reges populorum orientur ex eo*. Non igitur mirum, si in fœmore, quod signum est generationis, & non in corporis parte alia, cernitur hæc inscriptio *Rex Regum*. Quia vtique ab ipso ita reguntur, vt regant, vt infra explicabitur magis.

Psal. 77. 66. Luc. 22. 29. Apoc. 19. 16. Luc. 22. 43. Matt. 6. 10. Matt. 6. 24. Iacob. 1. 18. Gen. 17. 16.

Si ergo superior hominis pars, quatenus recta à Deo, ita excellens euadit, vt hominẽ faciat Regem; quæ erit dementia, ac stultitia, ignorata hac excellentia, ab hac rectitudine declinare, fugiẽdo subiectionem ad Deum, & se per amorem sui curuando, obliuiscendo præstantiæ suæ?

Igitur ex ista cognitione, & seria consideratione sui, cor muniendum est aduersus amorem hunc proprium vitiosum, practicèque dicendum: Per perfectam subiectionem mentis meæ, voluntatis, scilicet, & intellectus ad Deum, Rex sum: per curuationem autem ad me ex amore proprio, opprobrium sum & ipsa confusio. Subijciam ergo me quo ad portionem meliorem

mei,

mei, DEO meo, Regi meo, ad cuius ſubiectionem Rex ſum.

DISCVRSVS II.

Contra carnalem amorem proprium vitioſum.

EX hac pariter cognitione deriuanda adhuc munitio eſt, & armatio contra carnalem amorem proprium. Cùm enim Rex à regendo dicatur, & homo operans conformiter ad rationē rectam, Rex appelletur, iuxta verba prædicta Apocalypſis, quæ præcipuè ſpiritualiter de ſpirituali regno intelligenda ſunt: regnat namque in nobis DEVS, cùm nos per obedientiam mandatorum ſuorum ſubijcit ſibi; proinde dixit Veritas ipſa: *Regnum* DEI *intra vos eſt*. Et taliter DEO ſubiectos vocauit Petrus, *Regale ſacerdotium*; ad deſignandum, vt Interlinearis notauit, de regno ſpirituali eſſe ſermonem. In cuius confirmationem notat Lyranus dictum eſſe Apoc. 5. *Feciſti nos* DEO *noſtro regnum, & ſacerdotes*. In quo conformamur CHRISTO ſpiritualiter in nobis regnanti; qui propterea Rex, & Sacerdos fuit in Melchiſedech figuratus, Geneſ. 14. Reges igitur ſunt Chriſtiani veri. Quod etiam apertè deducitur ex Matthæo, & Luca. In illo enim dicitur: *Multi Prophetæ, & iuſti cupierunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt*. In iſto autem habetur: *Multi Prophetæ, & Reges*. Igitur quos Matthæus dicit *iuſtos*, Lucas vocat *Reges*. Iuſti ergo, id eſt, recti à DEO, & ad DEVM, Reges ſunt. Sed quo ſenſu? Reſpondet Lyranus: *Per ſubiectionem paſſionum*. Et Beda: *Ipſi ſunt enim Reges magni, quia tentationum ſuarum motibus nō conſentiendo ſuccumbere, ſed regendo præeſſe, nouerunt*. Et Pater Auguſtinus: *Non caret regia poteſtate, qui corpori ſuo nouerit rationabiliter imperare. Verè enim dominator eſt terræ, qui carnem ſuam regit legibus diſciplinæ.* Igitur debet CHRISTI miles, cùm ab amore carnali proprio impugnatur, cognoſcere, & conſiderare actu dignitatē ſuam; hoc eſt, quantum carnem ſuam ſpiritus antecellat, portio vtique ſuperior, ſiue mens, ſenſitiuam partem vicinam corpori, & corruptibile corpus ipſum, in quo operationes ſenſitiuæ conſummantur, & ſubiectionem ſuā ad DEVM, vt auctorem naturæ; per naturale dictamen rationis, quod fugit malum, & inclinat ad bonum. Nam interroganti: *Quis oſtendit nobis bona?* reſponſum fuit: *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui, Domine*: quod naturale lumen, eſt nobis à DEO inditum naturaliter, malum fugiens, & bonum amplectens. Propter quod inexcuſabilis eſt etiam infidelis, vt teſtatur Apoſtolus

Luc. 17. 21. — *1. Pet. 2. 9* — *Interl.* — *Lyran.* — *Apoc. 5. 10.* — *Matt. 13. 17.* — *Luc. 10. 24.* — *Bed. lib. 3. c. 14. in Luc. 10.* — *Aug. to 3 in fin. inter ſuos alias.* — *Pſal. 4. 6. nu. 7.*

Rom. 1. 20. ſtolus ad Romanos, qui viuit carnaliter ex amore inordinato ſui. Quia mens moraliter hoc dictamine ſeu lumine gubernata, naturaliter ſcit ſubdendam eſſe carnem ſpiritui. Et hoc eſt, quod capite ſequenti idē Apoſtolus do-
Ro. 2. 14. cet: *Gentes, quæ legem non habent*, vtique ſcriptam, *naturaliter ea, quæ legis ſunt, faciunt*. Naturalis, ſcilicet, legis, quæ *ſcripta eſt in cordibus*, vt ibi ſub-
num. 15. dit, & Propheta appellauerat, *lumen ſuper nos ſignatum*. Et ideo
num. 14. *ipſi ſibi ſunt lex*, dicit Apoſtolus; id eſt, intra ſe, in mente ſua legem habent, qua regantur, ad proſequendum bonum, & fugiendum malum; quod eſt ſubdere carnem, id eſt, appetitum ſenſitiuum rationi, & non rationem carni. Quod cognoſcens ethnicus ille, lumine hoc naturali ſignatus, & lege iſta inſtru-
Ser. ep. 65 ctus, dixit: *Maior ſum, & ad maiora genitus, quàm vt mancipium ſim corporis mei*.

Et à fortiori aſſeritur hoc de homine Chriſtiano directo ſupernaturali ſpiritu DEI, hoc eſt, fide, & charitate, quomodo plenè mens noſtra DEO ſubijcitur, & nobilitatur dignitate regali. Vn-
S. Bern. de Bernardus ait: *Dominam ancillari, & ancillam dominari, magna abuſio eſt.* Quam inſinuauit etiam Sapiens, cùm pro-
Eccle. 10. 7. nuntiauit: *Vidi ſeruos in equis, & principes ambulãtes ſuper terram, quaſi ſeruos:* Seruus enim in equo aſpicitur, & princeps pedeſtris, vt ſeruus, cùm rationi dominatur ſenſus, ordine peruerſo, ſignato à DEO, cùm dixit: *Subter te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius*: Ad quam peruerſionem demonſtrandam, comparationem quandam pulchram, & aptam Pater Auguſtinus adducit, ſic dicens: *Qualis eſt in oculis hominum, qui inuerſis pedibus ambulare videtur: talis eſt in oculis Angelorum, cui caro propria dominatur*. Gen. 4. 7. P. Aug. ſerm. 50. ad fratr. in Erem.

Si autē peruerſio iſta in quolibet Chriſtiano maior eſſet, quā in pagano, ex dictis; multò magis eſt in quolibet Religioſo, cui ſpecialiùs, ratione profeſſionis, dignitas regalis incumbit; qua regat, & ſubdat ſibi motus animi, & corporis ſui, nec ſinat, quò volunt, diſſoluere. Quod pulchrè ſignificant verba ſponſi ad Eccleſiam ſanctam fideliſsimā ſuam ſponſam dicentis: *Et come capitis tui, ſicut purpura Regis, vincta canalibus:* caput enim Eccleſiæ, Chriſtus eſt, & capilli capitis iſtius, præcipue Religioſi intelligendi ſunt. Quēadmodum igitur capilli motum in ſe non habent, neque vitam; ita denotatur, quòd non debent Religioſi nouelli motu proprio per amorem proprium viuere, ſed mortui eſſe ſibi, ſecūdùm ſententiam Pauli: *Mortui enim eſtis*. Tunc enim euacuato ſui amore, DEI amor intrabit, Cant. 7. 5. Coloſſ. 3. 3.

&

Digitized by Google

& mortui sibi, viuent Deo per charitatem. Proinde purpuræ Regis comparantur, quia indè obtinebunt Regiam dignitatem ad se regendum, & vincendum inordinatos motus animi sui; ob idque signanter non assimilantur simpliciter Regis purpuræ, sed *vinctæ canalibus*, atque vittis, quia ad concupiscentias proprias non debent diffluere, sed se potissimùm cohibere. Consideratio igitur, quòd Reges sunt, tamen vincti, satis ostendit, quòd cognitio sui, frænum sibi est, & ligamen, ne ad proprium amorem laxentur.

Vltimò corroboratur doctrina tradita ex Doctore Angelico. *S Th. 2 2 q 25. art. 7. in corp.* Cùm enim, vt ipse notat, res æstimanda sit secundùm id, quod principalius in ea est, & prinpalius in homine, rationalis mens sit, & non sensitiua natura; homo se secundùm rationalem naturam æstimando, verè se æstimat. *Boni*, inquit, *æstimant principale in seipsis rationalem naturam, siue interiorem hominem: vnde secundùm hoc æstimant se esse quod sunt*. Propterea exhac vera sui cognitione infert verum sui amorem, qui ordinatus est, & implicitè inordinatum excludit, dicens: *Boni autem verè cognoscentes se ipsos, verè seipsos diligunt*.

Quando igitur hostis hic tentat, scilicet, amor proprius, & vult imperare, trahendo oculum ad videndum, aures ad audiendum, quæ non oportet, & decet, & gustum ducit ad gulam, tactumque ad impudica, & turpia; dic ei cum Ethnico illo: *Maior sum, & ad maiora genitus, quàm, vt mancipium sim corporis mei*: Et cum illuminato viro: *Dominam ancillari, & ancillam dominari non decet*. Rex sum, regere debeo, non seruire in regno animæ meæ: & per voluntatem rationalem, cui competit munus regẽdi, oculos cohibeto, aures, cæteroſque sensus meos, qui ex amore carnali mouentur, ne in camo, & fræno maxillas animæ meæ constringens, vilissimum monstrum appaream Dei oculis, & Angelorũ, cum opprobrio meo, & forte aliorum scandalo. *Seneca.*

DISCVRSVS III.

Contra vtrumque recensitum amorem.

MIlitandum adhuc est contra vtrumque amorem per cognitionem sui, non solùm excellentiæ propriæ, de qua hactenus, sed etiam nihileitatis, quæ duplex considerari potest, naturalis, scilicet, & moralis. Naturalem voco, quam à nobis habemus: ex nobis enim nihil sumus, sed cùm non essemus, Deus nos eduxit de nihilo, creãdo materiam, & inducendo formam. Et nihileitatis huius consideratio plurimùm valet contra amo-

Digitized by Google

amorem proprium, quo quis ſe alijs per ſuperbiam anteponit,& iraſcitur alijs: iſtas namque,& ſimiles paſsiones,ex amore proprio oriri,patet ex dictis. Primam autem vicit Paulus,hac cõſideratione munitus. Cùm enim dixiſſet: *Nihil minus ſui ab illis, qui ſunt ſupra modum Apoſtoli*; ne ſuperbia vinceretur,ſtatim hac ſui cognitione vſus,ſubdidit: *Tametſi nihil ſum*, reptimens ſui amorem ad ſuperbiam ducẽtem, ſuæ nihileitatis notitia.

1 Cor. 12 11.

num. 12.

Iracundiam autem modo ſimili docuit cohibere. Nam ſcribens ad Galatas,ait: *Conſiderans te ipſum.* Quod magis explicans ſubiungit: *Nam ſi quis exiſtimat, ſe eſſe aliquid, cùm nihil ſit: ipſe ſe ſeducit*. Conſideratio ergo nihileitatis, frænum eſt iracundiæ ortæ ex ſui amore.

Galat 6,

Simili modo præliata eſt contra hunc hoſtem bellatrix magna illa,quæ ſpiritu repleta intonuit: *Magnificat anima mea Dominum, quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ*. Nam alia littera habet, *nihileitatem*. Ne igitur ex ſui amore in ſuperbiam eleuaretur propter magna, quibus ſe ornatam videbat, ſe ablactat ab illis,conſideratione nihileitatis ſuæ.

Luc.1.47 num. 48.

Simili modo carnalia vitia poſſunt ſuperari,refrenando concupiſcentias gulæ, luxuriæ, & ſimilium. Cùm enim voluntas, non niſi in bonum feratur, verum, vel ſaltem apparens, à malis, quæ bona ſibi apparent, poteſt ſe cohibere diſcurſu huiuſmodi: Nihili, boni nihil debetur: ego ex me nihil ſum: hoc igitur bonum mihi non debetur: proinde abſtinebo me ab illo.

Et eodem modo circa indifferentia obiecta, vel ex ſuo genere bona, & ſpiritualia, vt ſunt pertinentia ad tertiam ſpeciem amoris proprij ſpiritualis ſupra adducti, poteſt quis ſe gerere, & proprium etiam in illis amorem ſuperare.

Eſt tamen nihileitas alia, quam vocaui *moralem*: & eſt illa, quæ prouenit à peccato mortali, quod nihil reale eſt, cùm tantùm à *rectitudine ſit defectio*, proindeque carens in ſe entitate reali; quomodo plures Doctores interpretãtur verba illa Ioannis 1. *Et ſine ipſo factum eſt nihil*; id eſt, peccatum, cuius auctor eſſe non poteſt.

Ioan. 1. 3.

Hac igitur cognitione ſui armatus Publicanus ille, temperabat pedes ſuos à greſſu, & oculos ſuos à viſu, vt dicitur apud Lucam: *Publicanus à longè ſtans, nolebat, nec oculos ad cœlum leuare*: at qua conſideratione? peccatorũ ſuorum,& nihileitatis ſuæ: *Sed percutiebat pectus ſuum dicens: Deus propitius eſto mihi peccatori.*

Luc. 18. 13.

Sic etiam bonus Latro è cru-

ce

Digitized by Google

ce pendens, latronem malum à blaſphemia compeſcebat, (in quam inciderat ex ſui inordinato amore, à debita pœna cupiens liberari) illi obijciendo peccata præterita, quæ merebantur illã. *Et nos quidem*, inquit, *iuſtè, nam digna factis recipimus: hic verò quid mali fecit?* Luc. 23 41.

Hac pariter cognitione ſui ab amore proprio, genitore impatientiæ abſtinuit, qui dicebat: *Peccaui, & verè deliqui, & vt eram dignus, non recepi*. Sicque victor contra impatientiam euaſit. Iob 33. 27.

Ex quibus patet, non tantùm à malis pœnalibus, à quibus amor abhorret proprius, abſtinendum; ſed etiam ſubtractionem ſpiritualium bonorum, quã ſimiliter amor ſui aliquando inordinatè fugit, vt ſupra de amore proprio ſpirituali notauimus, per hanc ſui cognitionem, ſubeundam æquanimiter eſſe; exemplo Petri, qui Domino dixit, *Exi à me*. Sed quare Apoſtole ſancte, Dominum maieſtatis, & totius boni auctorem, à tè vis exire, cùm potius illius deberes exoptare præſentiam? Hac cõſideratione ſui hoc fecit, ſubdit enim: *Quia homo peccator ſum Domine*. Se peccatorem cognouerat; & ideo omni fauore indignum. Luc. 5. 8.

Hac ergo cognitione ſui homo inſtructus, quando ſubtractionem Domini ſenſerit, qui ſe priùs benignũ monſtrauerat per illuſtrationes internas, & occultas, & miros modos; querimonias libenter deponet, cùm ſe peccatorem cognouerit: nec ſe iuſtum dicet, qui Petrum peccatorem audiuit.

Hoc igirur modo pugnandi, frequenter etiam viri iuſti de hoſte iſto, etiam in bonis ſubtiliter impugnante, glorioſas reportant victorias, in ſubtractionibus talibus adhuc proficiendo in melius, humiliando ſe coram Deo. Memorare igitur tu, frater chariſſime, bene huius doctrinæ, vt pariter per eam triumphes in congreſſu cum hoſte iſto.

CONSIDERATIO III.

Ex vero odio ſui, quod eſt in amore inordinato ſui.

QVEMADMODVM amare, iuxta Philoſophum, & ſuperiùs dicta, eſt *velle bonum alicui*; ita odire eſt, *malum velle*. Conſtat autem ſeipſum odio habere, qui inordinatè ſe amat, quia malum vult ſibi, quoad vtrumque hominem, animam, ſcilicet, & corpus. Et de anima patet ex Propheta dicente: *Qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam*; vtique rationalem, irrationabiliter ſe diligens: ex quo ad iniquitatem procedit, & in- Pſ. 10. 6.

Digitized by Google

pertinent. Nam, si potus sumatur sobriè, & cibus temperatè; iam comessationis turpitudo, & ebrietatis aberit, quæ cernitur in amore sui carnali vitioso, & prauo. Et sic discurrendo per delectationes sensuum aliorum, quæ circa indifferentia obiecta, & illorum propria, si bono fine, & moderatè sumantur, honestæ remanent, & meritoriæ.

De Odio sancto sui orto ex hoc amore.

CVm ex amore nascatur odium, quia habetur odio quidquid contrariatur amori, & impedire potest id, ad quod amor inclinat; ideo ex prædicto sancto sui amore, tam spirituali, quàm carnali, odium licitum, & sanctum oritur sui, quoad vtrũque hominem considerati; scilicet, interiorem seu superiorem partem, & exteriorem seu inferiorem. De quo odio loquens Dominus apud Lucam, dixit: *Si quis venit ad me, & non odit animam suam, non potest meus esse discipulus.* Quæ verba sanctus Pater Augustinus considerans, ait non ibi præcipi occisionem sui, sed carnalis affectus. Et explicans, quisnam iste sit; subdit, omnem illum, quo impeditur æterna vita: quæ quidem impeditur, non tantùm per peccata carnalia, id est, quæ in carne consummantur, sed etiam per peccata spiritualia, quæ, scilicet, à carne libera sunt, & in ratione solummodò perficiuntur, quatenus ista Deo non obediens, in ea ruit. Dicuntur tamen *opera carnis*, iuxta intelligentiam eiusdem sancti Doctoris superiùs traditã, quia hominis sunt *secundùm hominem viuentis*, *non secundùm* Devm. A *parte*, id est, à carne, intelligendo totum; id est, hominem secundùm vtramque sui partem inferiorem, scilicet, sensitiuam, seu carnalem; & superiorem rationalem, seu spiritualem. Quemadmodum ad Galatas 5. dicitur: *Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis.* Vbi per carnis desideria, mala etiam intelliguntur, quæ sola voluntate rationali patrantur interiùs, secundùm Chrysostomum ibi, quatenus ista non spiritu Dei ducitur. Vnde, quod sequitur, *Caro concupiscit aduersus spiritum*; secundùm eundem sanctum Doctorem, malitia intelligitur aduersus virtutem. Quę malitia potest intelligi, vel de carnali, id est, quæ carne consummatur, vt ebrietas aut luxuria: aut quæ carne non indiget, vt perficiatur, vt superbia, aut inuidia, &c. Quando ergo operatio animæ, quatenus sensitiua, & per carnem oberrans, à recta ratione non est gubernata, carnalis dicitur: quando autem, quatenus rationalis seu spiritualis, à Spiritu Dei nõ est recta, similiter

Luc. 14. 26.

S. August. ad Laet epist. 38. tom. 2.

Gal. 5. 16

Gal. 5. 17

nun-

Digitized by Google

nuncupatur carnalis. Vnde in-
Gloſ. in-terlin. terlinearis gloſſa dicit, carnem concupiſcere aduerſus ſpiritum; *in bonis* vtique, in quibus *eſt ſpiritus* DEI: & ſpiritum aduerſus carnem; id eſt, *ratio gratia* DEI *adiuta*. Sumitur ergo *ſpiritus* pro vtroque ſigno, id eſt, pro ratione, quæ ſpiritus eſt, non tamen abſolutè, ſed vt per DEVM gubernata. Proinde quando eius operatiq ſic non eſt directa, non ſpiritualis, ſed carnalis meritò dici poteſt. Iſta ergo ſunt carnalia deſideria, quæ ſæpe Paulus repetit in epiſtolis ſuis, & Petrus dicit: *Abſtinete*
1.Petr.2. 11. *vos à carnalibus deſiderijs, quæ militant aduerſus animam*. Ex operationibus nãque, quas ſubdit, contrarijs his deſiderijs, patet, non ideo dici carnalia, quia omnia perficiantur in carne, ſed quia contra DEVM ſunt, qui ſpiritus eſt, & ab illo non procedentia, neque à ratione recta per ipſum.

Igitur, quando Dominus dicit, venientem ad ſe oportere animam ſuam odiſſe; intelligendus eſt, quo ad carnales affectus, ſeu carnalia deſideria, vt etiam ibi gloſſa ordinaria explicat verbis
Gloſ. hic: *Tunc benè animam odimus, cùm eius carnalibus deſiderijs non acquieſcimus, ſed reluctamur, & frangimus*. Et bene præmittitur huic odio amor, tanquam neceſſarius partus illius: dicendo namque, *ſi quis venit ad me*, deſiderium exprimit ex amore ortum, per quem maximè ad DEVM tendimus. Et cùm in illius amore, noſtri etiã includatur recta dilectio, clarum eſt, quòd ex iſta dilectione, odium hoc ſanctum ſui oriri neceſſum ſit; aliter ad diſcipulatum non perueniet, hoc eſt, ad perfectum amorem, carnales concupiſcentias reprimentem.

De mortificationis ſpiritu procedente ex odio iſto.

EX hoc autem odio ſui licito, & honeſto, à Domino commendato, mortificatio oritur. In illud namque armamur, & mortificamus, imò aliquando occidimus, quod odio habemus. Videndum igitur eſt, *quid* mortificatio ſit, & *quotuplex*.

Mortificatio ergo in præſenti nihil aliud eſt, *quàm motuum vitalium repreſſio, ſeu abſciſſio*. Non enim eſt mortificare, penitus tollere vitam; quia tunc non res dicitur mortificata, ſed mortua.

Pro quo eſt notandum, quòd vitalis actio, illa eſt, quæ procedit à principio vitæ cõiuncto, quod in nobis eſt anima; in qua ad propoſitũ diſtinguuntur aliquæ operationes internæ, quæ non dependent à corpore, quatenus non conſummantur in carne; quarum ſupra exempla poſuimus in vitijs, & paſsionibus iræ, ſuper-

Digitized by Google

perbiæ, inuidiæ, ingratitudinis, &c. & iſtæ dicuntur actiones vitales internæ ; quæ ſpirituales in ſe ſunt, , quia à carne liberæ, modo expoſito. Motus autem iſti, quatenus inſurgunt in parte ſuperiori animæ, deliberationem præuenientes, *paſsiones* dicuntur : quatenus verò *deliberati* ſunt, procedentes ab habitibus vitioſis, qui ad actus deliberatos inclinant, *vitia* dicuntur, vel potius *actus vitiorum*, cùm vitia magis propriùs habitus tales dicantur.

Aliæ ſimiliter ſunt actiones internæ, quia interiùs ab anima factæ, quatenus ſenſitiua eſt, operans per corpus. Quæ, quatenus non prodeunt exteriùs, inclinant tamen ad opus, quod conſummatur carne, dicuntur carnalia opera : quod magis propriè ſortiuntur, ſi exteriùs prodeant, vt in actibus gulæ, & luxuriæ eſt videre; qui ſi deliberatè fiant, concurrentibus ſimilibus habitibus vitioſis, actus vitiorum dicentur, & erunt peccata. Et quia tunc voluntas ſuperior ad conſenſum trahitur; talis operatio interior, *carnalis* dicetur *obiectiuè*, & *completiuè*; quatenus circa carnale eſt, quod in carne perficitur. Si tamen indeliberatè fiant, ſomite inſtigante, ſeu inordinatæ concupiſcentiæ motu, paſſiones dicentur; in quibus voluntas rationalis non intrat, cùm non conſentiat, ſed appetitus ſenſitiuus tantummodo, qui in ſe formaliter liber non eſt; proindeque actiones illæ, indeliberatæ manent, & ſine ratione peccati, quod ſine libertate non eſt; tamen ad peccatum inclinantes, quatenus voluntatem rationalem alliciunt. Quo ſenſu dixit Iacobus: *Vnuſquiſque tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus, & illectus : concupiſcentia verò cùm conceperit*, vtique trahendo ad ſe rationem, *parit peccatum*. Iacob. 1. 14. nu. 15.

Quatenus igitur operationes prædictæ, paſſiones ſunt, mortificari dicuntur, non occîdi, ſeu extingui : hoc enim in nullo de *ordinaria lege* cõtingit: relinquuntur enim ad agonem, & coronã. Quare quemadmodum relicta radice in arbore, licèt rami illius præſcindantur, non dicitur mortua, quia in radice manet vita, è qua rurſus pullulant rami; ita quandiu homo viuit, paſſiones non intelliguntur extinctæ, quia è natura, fomite peccati infecta, ſemper pullulant paſsiones : ob id de illa eſt dictum : *Spinas, & tribulos germinabit tibi*. Gen. 3. 18.

Quatenus verò vitia ſunt, id eſt, deliberatæ actiones procedentes à vitijs, ſeu habitibus vitioſis, poſſunt occîdi, & extingui omnino. Ideoque illi, in quibus peccata non ſunt, & vitia eradicata ſunt, per contrariorũ actuũ virtutum exercitium frequens, mortui ſibi dicũtur, vt dixit Paulus

Digitized by Google

lus ad Coloſſenſes 3. *Mortui enim eſtis* ; & ad Romanos 6. *Conſepulti cum Chriſto per baptiſmum in mortem* ; qua, ſcilicet, moritur quis peccatis. Vnde *vetus homo*, qui intelligitur peccator, ibi dicitur *crucifixus cum Chriſto*. Et de ſe ipſe fatetur : *Viuo ego, iam non ego, viuit verò in me Chriſtus*.

Coloſſ. 3. 3.
Rom. 6. 4.
nn. 6.
Galat. 2. 20.

Et ex morte iſta mortificationem infert ad Coloſſenſes, dicendo : *Mortificate ergo membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram*. Et oſtendens quæ, ſubiungit : *Fornicationem, immunditiam, libidinem* ; & ne tantùm de peccatis carnalibus videretur loqui, ſubdit, deponendam etiã *iram, indignationem, malitiam*, &c. vt ſic etiam ſpiritualia peccata complecteretur, ad quæ omnia mortificatio eſt extendenda. Et de actibus deliberatis eſt ſermo, ad quos concupiſcentia, ſeu paſſio inclinat ; quæ mortificata intelligitur, quatenus non ſinitur creſcere per conſenſum. Et cum hominibus mortuis iam peccatis, & vitijs loquitur ; & viuificatis ſpiritu, & Deo viuis, qui ſpiritu Dei, ſeu ratione gubernata per Deum, facta carnis mortificant, vt perſeuerent in vita animæ, æternaliter fruituri Deo, vt ipſemet Apoſtolus ait : *Si autem ſpiritu, facta carnis mortificaueritis, viuetis*.

Coloſ. 3. 5
nn. 8.
Rom. 8. 13.

Igitur aliud eſt, mortuum eſſe peccatis ; aliud, mortificatum, Nam primum intelligitur reſpectu vitiorum : ſecundum, reſpectu concupiſcentiarum, ſeu paſſionum. Quæ, quia aliæ ſunt ſpirituales, aliæ carnales, & vtræque inordinatæ, quia ad peccatum inclinant ; duplex intelligitur mortificationis genus : aliud mortificans paſſiones ſpirituales ſuperbiæ, inuidiæ, iræ, &c. aliud mortificans paſſiones carnales, luxuriæ, ſcilicet, & gulæ.

Et hic erit primus mortificationis gradus, in operationibus, ſcilicet, malis ; quem Paulus, tam reſpectu mortis (quæ intelligitur comparatione vitiorum) quàm reſpectu mortificationis, (quæ intelligitur reſpectu paſſionum) cõplexus eſt ſub crucifixionis nomine, dicens : *Qui autem Chriſti ſunt*, id eſt, mortui ſibi, & viui Chriſto, *carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs & concupiſcentijs*. Vbi per *carnem*, totus homo, iuxta dicta, poteſt intelligi, vt comprehendantur etiam ſpiritualia vitia, & paſſiones ; & reſpectu vitiorum vſque ad totalem extinctionem, intelligitur crucifixio : reſpectu verò paſſionum, vſque ad mortificationem tantummodo, ob aſſignatam rationem.

Galat. 5. 24.

Sed quia aliæ ſunt etiam actiones indifferentes ad bonum, & malum, vt manducare, bibere, veſtire, dormire, deambulare, moderatæ etiam corporis recreationes, & aliquæ commoditates

tates illius, quæ nón excedunt mensuram: Igitur abstinentia ab his in totum, vel in partem, quibus alioquin licitè posset quis vti; vel etiam acceptatio, vel sumptio pœnarum, dolorum, opprobriorum, quando fuga illorum est etiam indifferens in casibus, quibus non præcipiuntur, mortificationis secundus gradus est, perfectior primo; licèt hic magis necessarius sit, quia per ipsum implentur præcepta: per gradum autem secundum istum mortificationis, supererogationis opera fiunt, licèt adhuc inseruiat, vt primus securiùs fiat, vt infra dicemus. De hoc ergo gradu secũdo locutus fuit Apostolus, cùm

1. Cor. 9. 25. dixit: *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo*. Et ad gradum istum pertinet etiam mortificatio in actionibus spiritualibus indifferẽtibus, vt studia sunt, quibus veritates contemplamur naturales, quæ licita sunt; in quibus aliquando ex parte, quis se abstinet, vt possit Deo vacare; & ex hac mortificatione sui, gradum facit ad Devm.

Sed est adhuc tertius gradus mortificationis istius, vt triplici gradui amoris proprij supra positi, pariter mortificatio correspõdeat. Qui in abnegatione sui consistit, etiam in rebus bonis, & spiritualibus, vt sunt oratio, prædicatio, deuotio interior & illuminatio, ad quæ quandoque subtilis sui amor animam trahit, qui perfectiùs facit in his, abnegando se, quando subtrahuntur sibi; vel illa accipiendo, non quia ad illa feratur, sed quia sibi donentur, & voluntas sit Dei, illis potiti. Qui gradus ab Apostolo verbis illis exprimitur ad Roman. 12. *Non plus sapere, quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem*. Nam verbum *sapere*, vt notaui superiori volumine, scientiam sapidam designat; in qua, potentia vtraque partis superioris, voluntas, scilicet, & intellectus, exercentur donis diuinis luminum, & suauitatum: quibus sobriè dicuntur vti, quatenus, quãdo, & quomodo Deus dignatur donare, ipsæ ad nutum recipiunt, voluntati illius obedientes, etiam his propter amorem illius, se spoliantes libenter. Rom. 12. 3.

Qui omnes gradus ab eodem Apostolo verbis illis comprehenduntur, 1. ad Corinth. 9. *Omnis, qui in agone currit, ab omnibus se abstinet*: nam hîc, per *abstinentiam*, mortificatio designatur, & illius gradus, in verbo *ab omnibus*, absolutè, & indeterminatè posito; vt intelligatur, non solùm à malis secundùm se, (quod ad primum gradum spectat) sed etiam ab indifferentibus (quod ad secundum;) & bonis (quod ad tertium pertinet) abstinendum; quando per hæc adhuc possumus impediri ex proprij amoris adhæsione, & per illorum abscisionem magis pro-

1. Cor. 9. 25.

mouc-

Digitized by Google

monetì, ſeu ad curſum, quo vtique ad DEVM curritur, & ipſi vnitur. Nam quemadmodum res grauis & ponderoſa, leui inuoluta, illam retinet, ne velociùs currat; ita proprius amor, ſeu voluntas, pedibus animæ ad DEVM tendentis, onus eſt, quo retinetur, ne currat in via DEI; quo ille exoneratus erat, qui dicebat: *Viam mandatorum tuorum cucurri*; quando? *cùm dilataſti cor meum*; quod vtique ad ſe conſtrictum per amorem ſui, currere non valebat ponderehoc prægranatum: ſed dilatatum per abnegationem ſui, & ad DEVM extenſum per amorem illius, ad illummet currit velociter. *Pſal.* 118. 32.

Cognito igitur amore proprio virtuoſo, oppoſito inordinato ſui amori, viriliter ipſo amplexato, poterit quis contra hûc hoſtem animosè inſurgere cum odio ſancto ſui, & mortificationis ſpiritu, qui partus ſunt ordinati amoris ſui.

CONSIDERATIO II.

Ex ſui cognitione.

QVEMADMODVM ſupra, duplicem amorem propriũ vitioſum diſtinximus, & vtrumque ex ignorantia ſui prouenire oſtendimus; ita ex cognitione ſui contra vtrumque, cor eſt muniendum.

DISCVRSVS I.

Contra amorem proprium ſpiritualem vitioſum.

ET primò aduerſus proprium amorem ſpiritualem, per cognitionem ſui, quoad portionem ſuperiorem rationalem rectam, ſeu DEO ſubiectam. Ab hac namque ſubiectione, ei prouenit rectitudo: nam recta eſt, quia DEO ſubiecta eſt. Quam cupiens ſanctus Propheta, dicebat: DEO *ſubiecta eſto anima mea*; & alibi: *Subditus eſto Domino*. *Pſal.* 61. 6. *Pſ.* 36. 7.

Cùm ergo ex hac ſubiectione, vnio cũ DEO proueniat, vt Apoſtolus dicit: *Qui adhæret Domino*, id eſt, non ſibi per inordinatum ſui amorem, ſed DEO per ſubiectionem, quæ per *adhæſionem* ſignatur; *vnus ſpiritus ſit cum eo*; & ſic ad magnam ſublimitatem, & excellentiam eleuatur. Cognitio igitur nobilitatis iſtius facit, quòd homo quærat portionem hanc ſui rationalem, ſollicitè DO ſubiectam tenere, & conſequenter rectam: quomodo verè ſe amat; quia ſic ſupra cuncta creata eleuatur verè, & per ordinatum ſui amorem fugit curuari, quò tranſgreditur voluntas diuina, & abducitur iugum à DEI dulci ſubiectione, illo excuſſo cum magna miſeria. 1. *Cor.* 6. 17.

Pro-

Digitized by Google

Propter quod per Iſaiam Prophetam Dominus lamentatur, Iſai.65. 13. dicens: *Et quæ nolui, elegiſtis.* Vnde maximas pęnas comminatur illis, quemadmodum plurima promittit adhærentibus ſibi per ſui abnegationem, & ſubie- num. 14. ctionem, Ob id ſubditur, *Ecce, ſerui mei comedent, & vos eſurietis: ecce, ſerui mei bibēt, & vos ſitietis: ecce, ſerui mei letabūtur, & vos confundemini*. Loquitur autem de confuſione perpetua parata reprobis amatoribus ſui, de quibus dixit alibi per Prophe- Pſ.77.66 tam: *Opprobrium ſempiternum dedit eis:* Et de gaudijs æternis paratis iuſtis in regno cęleſti per- Luc. 22. 29. petuo, ipſe Dominus dixit: *Et ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus, regnum, vt edatis, & bibatis ſuper menſam meam in regno meo, & ſedeatis ſuper thronos*, &c. Igitur ſeruituti illi, & ſubiectioni regnum reſpondet, non quodlibet, ſed æternum. Quod ſignificant Apoc.19. 16. etiam verba prophetica: *Et in ſæmore ſuo ſcriptum, Rex Regum, & Dominus dominantiū*. Vbi de Chriſto Domino eſt ſermo, qui exemplo ſuo docuit voluntatem abnegare propriam, & Luc. 22. 43. DEO ſubdere, dicens: *Non mea, ſed tua voluntas fiat*. Et idem docuit nos orare, cùm di- Matt. 6. 10. xit: *Fiat voluntas tua, ſicut in cælo, & in terra*; vbi implicitè voluntatem propriam nos docet negare, dum illam DEI ſuadet ſeruare; cùm nemo, vt ipſe alibi Matt. 6. 24. tradidit, *duobus dominus poſsit ſeruire*. Dicitur autem *Rex Regum*, quia Reges habet, quos regat, ſubiectos ſibi; & tales genuit DEVS Pater per filium, vt dicit Iacobus; *Voluntariè genuit* Iacob. 1. 18. *nos verbo veritatis*. Vnde figura dictum fuit Abraham. *Dabo ti-* Gen. 17. 16. *bi filium, cui benedicturus ſum; eritque in nationes, & reges populorum orientur ex eo*. Non igitur mirum, ſi in fœmore, quod ſignum eſt generationis, & non in corporis parte alia, cernitur hæc inſcriptio *Rex Regum*. Quia vtique ab ipſo ita reguntur, vt regant, vt infra explicabitur magis.

Si ergo ſuperior hominis pars, quatenus recta à DEO, ita excellens euadit, vt hominē faciat Regem; quæ erit dementia, ac ſtultitia, ignorata hac excellentia, ab hac rectitudine declinare, fugiēdo ſubiectionem ad DEVM, & ſe per amorem ſui curuando, obliuiſcendo præſtantiæ ſuæ?

Igitur ex iſta cognitione, & ſeria conſideratione ſui, cor muniendum eſt aduerſus amorem hunc proprium vitioſum, practicèque dicendum: Per perfectam ſubiectionem mentis meæ, voluntatis, ſcilicet, & intellectus ad DEVM, Rex ſum: per curuationem autem ad me ex amore proprio, opprobrium ſum & ipſa confuſio. Subijciam ergo me quo ad portionem meliorem

mei,

mei, Deo meo, Regi meo, ad cuius ſubiectionem Rex ſum.

DISCVRSVS II.

Contra carnalem amorem proprium vitioſum.

Ex hac pariter cognitione deriuanda adhuc munitio eſt, & armatio contra carnalem amorem proprium. Cùm enim Rex à regendo dicatur, & homo operans conformiter ad rationẽ rectam, Rex appelletur, iuxta verba prædicta Apocalypſis, quæ præcipuè ſpiritualiter de ſpirituali regno intelligenda ſunt: regnat namque in nobis Devs, cùm nos per obedientiam mandatorum ſuorum ſubijcit ſibi; *Luc. 17. 21.* proinde dixit Veritas ipſa: *Regnum* Dei *intra vos eſt*. Et taliter Deo ſubiectos vocauit Petrus, *Regale ſacerdotium*; *1.Pet.2.9* ad deſignandum, vt Interlinearis *Interl.* notauit, de regno ſpirituali eſſe ſermonem. In cuius confirmationem notat Lyranus *Lyran.* dictum eſſe Apoc. 5. *Feciſti nos* Deo *noſtro regnum, & ſacerdotes*. *Apoc. 5. 10.* In quo conformamur Christo ſpiritualiter in nobis regnanti; qui propterea Rex, & Sacerdos fuit in Melchiſedech figuratus, Geneſ. 14. Reges igitur ſunt Chriſtiani veri. Quod etiam apertè deducitur ex Matthæo, & Luca. In illo enim dicitur: *Multi Prophetæ, & iuſti cupierunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt*. *Matt. 13. 17.* In iſto autem habetur: *Multi Prophetæ, & Reges*. *Luc. 10. 24.* Igitur quos Matthæus dicit *iuſtos*, Lucas vocat *Reges*. Iuſti ergo, id eſt, recti à Deo, & ad Devm, Reges ſunt. Sed quo ſenſu? Reſpondet Lyranus: *Per ſubiectionem paſſionum*. Et Beda: *Ipſi ſunt enim Reges magni, quia tentationum ſuarum motibus nõ conſentiendo ſuccumbere, ſed regendo præeſſe, nouerunt*. *Bed. lib. 3 c. 14. in Luc. 10.* Et Pater Auguſtinus: *Non caret regia poteſtate, qui corpori ſuo nouerit rationabiliter imperare. Verè enim dominator eſt terræ, qui carnem ſuam regit legibus diſciplinæ.* *Aug. to 3 in fin. inter ſent. alias.* Igitur debet Christi miles, cùm ab amore carnali proprio impugnatur, cognoſcere, & conſiderare actu dignitatẽ ſuam; hoc eſt, quantum carnem ſuam ſpiritus antecellat, portio vtique ſuperior, ſiue mens, ſenſitiuam partem vicinam corpori, & corruptibile corpus ipſum, in quo operationes ſenſitiuæ conſummantur, & ſubiectionem ſuã ad Devm, vt auctorem naturæ; per naturale dictamen rationis, quod fugit malum, & inclinat ad bonum. Nam interroganti: *Quis oſtendit nobis bona?* *Pſal. 4. 6.* reſponſum fuit: *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui, Domine*: *nu. 7.* quod naturale lumen, eſt nobis à Deo inditum naturaliter, malum fugiens, & bonum amplectens. Propter quod inexcuſabilis eſt etiam infidelis, vt teſtatur Apoſtolus

Rom. 1. 20. ſtolus ad Romanos, qui viuit carnaliter ex amore inordinato ſui. Quia mens moraliter hoc dictamine ſeu lumine gubernata, naturaliter ſcit ſubdendam eſſe carnem ſpiritui. Et hoc eſt, quod capite ſequenti idē Apoſtolus docet: *Gentes, quæ legem non habent*, vtique ſcriptam, *naturaliter ea, quæ legis ſunt, faciunt*. Naturalis, ſcilicet, legis, quæ *ſcripta eſt in cordibus*, vt ibi ſubdit, & Propheta appellauerat, *lumen ſuper nos ſignatum*. Et ideo *ipſi ſibi ſunt lex*, dicit Apoſtolus; id eſt, intra ſe, in mente ſua legem habent, qua regantur, ad proſequendum bonum, & fugiendum malum; quod eſt ſubdere carnem, id eſt, appetitum ſenſitiuum rationi, & non rationem carni. Quod cognoſcens ethnicus ille, lumine hoc naturali ſignatus, & lege iſta inſtructus, dixit: *Maior ſum, & ad maiora genitus, quàm vt mancipium ſim corporis mei*.

Rom. 2. 14. num. 15. num. 14. Sen. ep. 65

Et à fortiori aſſeritur hoc de homine Chriſtiano directo ſupernaturali ſpiritu Dei, hoc eſt, fide, & charitate, quomodo plenè mens noſtra Deo ſubijcitur, & nobilitatur dignitate regali. Vnde Bernardus ait: *Dominam ancillari, & ancillam dominari, magna abuſio eſt.* Quam inſinuauit etiam Sapiens, cùm pronuntiauit: *Vidi ſeruos in equis, & principes ambulãtes ſuper terram, quaſi ſeruos:* Seruus enim in equo aſpicitur, & princeps pedeſtris, vt ſeruus, cùm rationi dominatur ſenſus, ordine peruerſo, ſignato à Deo, cùm dixit: *Subter te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius*: Ad quam peruerſionem demonſtrandam, comparationem quandam pulchram, & aptam Pater Auguſtinus adducit, ſic dicens: *Qualis eſt in oculis hominum, qui inuerſis pedibus ambulare videtur: talis eſt in oculis Angelorum, cui caro propria dominatur*.

8. Bern. Eccle. 10. 7. Gen. 4. 7. S. Aug. ſerm. 50. ad fratr. in Erem.

Si autē peruerſio iſta in quolibet Chriſtiano maior eſſet, quā in pagano, ex dictis; multò magis eſt in quolibet Religioſo, cui ſpecialiùs, ratione profeſsionis, dignitas regalis incumbit; qua regat, & ſubdat ſibi motus animi, & corporis ſui, nec ſinat, quò volunt, diſſoluere. Quod pulchrè ſignificant verba ſponſi ad Eccleſiam ſanctam fideliſsimā ſuam ſponſam dicentis: *Et coma capitis tui, ſicut purpura Regis, vincta canalibus:* caput enim Eccleſiæ, Chriſtus eſt, & capilli capitis iſtius, præcipuè Religioſi intelligendi ſunt. Quēadmodum igitur capilli motum in ſe non habent, neque vitam; ita denotatur, quòd non debent Religioſi nouelli motu proprio per amorem proprium viuere, ſed mortui eſſe ſibi, ſecūdùm ſententiam Pauli: *Mortui enim eſtis*. Tunc enim euacuato ſui amore, Dei amor intrabit,

Cant. 7. 5. Coloſſ. 3. 3.

Digitized by Google

&

& mortui ſibi, viuent Deo per charitatem. Proinde purpuræ Regis comparantur, quia inde obtinebunt Regiam dignitatem ad ſe regendum, & vincendum inordinatos motus animi ſui; ob idque ſignanter non aſsimilantur ſimpliciter Regis purpuræ, ſed *vinctæ canalibus*, atque vittis, quia ad concupiſcentias proprias non debent diffluere, ſed ſe potiſsimùm cohibere. Conſideratio igitur, quòd Reges ſunt, tamen vincti, ſatis oſtendit, quòd cognitio ſui, frænum ſibi eſt, & ligamen, ne ad proprium amorem laxentur.

Vltimò corroboratur doctrina tradita ex Doctore Angelico. Cùm enim, vt ipſe notat, res æſtimanda ſit ſecundùm id, quod principalius in ea eſt, & prinpalius in homine, rationalis mens ſit, & non ſenſitiua natura; homo ſe ſecundùm rationalem naturam æſtimando, verè ſe æſtimat. *Boni*, inquit, *æſtimant principale in ſeipſis rationalem naturam, ſiue interiorem hominem: vnde ſecundùm hoc æſtimant ſe eſſe quod ſunt*. Propterea exhac vera ſui cognitione infert verum ſui amorem, qui ordinatus eſt, & implicitè inordinatum excludit, dicens: *Boni autem verè cognoſcentes ſe ipſos, verè ſeipſos diligunt*.

S Th. 1 2 q 15. art. 7. in corp.

Quando igitur hoſtis hic tentat, ſcilicet, amor proprius, & vult imperare, trahendo oculum ad videndum, aures ad audiendum, quæ non oportet, & decet, & guſtum ducit ad gulam, tactũque ad impudica, & turpia; dic ei cum Ethnico illo: *Maior ſum, & ad maiora genitus, quàm, vt mancipium ſim corporis mei*: Et cum illuminato viro: *Dominam ancillari, & ancillam dominari non decet*. Rex ſum, regere debeo, non ſeruire in regno animæ meæ: & per voluntatem rationalem, cui competit munus regẽdi, oculos cohibeto, aures, cæteroſque ſenſus meos, qui ex amore carnali mouentur, ne in camo, & fræno maxillas animæ meæ conſtringens, viliſsimum monſtrum appaream Dei oculis, & Angelorũ, cum opprobrio meo, & forte aliorum ſcandalo.

Seneca.

DISCVRSVS III.

Contra vtrumque recenſitum amorem.

MIlitandum adhuc eſt contra vtrumque amorem per cognitionem ſui, non ſolùm excellentiæ propriæ, de qua hactenus, ſed etiam nihileitatis, quæ duplex conſiderari poteſt, naturalis, ſcilicet, & moralis. Naturalem voco, quam à nobis habemus: ex nobis enim nihil ſumus, ſed cùm non eſſemus, Deus nos eduxit de nihilo, creãdo materiam, & inducendo formam. Et nihileitatis huius conſideratio plurimùm valet contra

Digitized by Google

perbiæ, inuidiæ, ingratitudinis, &c. & iſtæ dicuntur actiones vitales internæ ; quæ ſpirituales in ſe ſunt, , quia à carne liberæ, modo expoſito. Motus autem iſti, quatenus inſurgunt in parte ſuperiori animæ, deliberationem præuenientes, *paſſiones* dicuntur : quatenus verò *deliberati* ſunt, procedentes ab habitibus vitioſis, qui ad actus deliberatos inclinant, *vitia* dicuntur, vel potius *actus vitiorum*, cùm vitia magis propriùs habitus tales dicantur.

Aliæ ſimiliter ſunt actiones internæ, quia interiùs ab anima factæ, quatenus ſenſitiua eſt, operans per corpus. Quæ, quatenus non prodeunt exteriùs, inclinant tamen ad opus, quod conſummatur carne, dicuntur carnalia opera : quod magis propriè ſortiuntur, ſi exteriùs prodeant, vt in actibus gulæ, & luxuriæ eſt videre ; qui ſi deliberatè fiant, concurrentibus ſimilibus habitibus vitioſis, actus vitiorum dicentur, & erunt peccata. Et quia tunc voluntas ſuperior ad conſenſum trahitur ; talis operatio interior, *carnalis* dicetur *obiectiuè*, & *completiuè*; quatenus circa carnale eſt, quod in carne perficitur. Si tamen indeliberatè fiant, fomite inſtigante, ſeu inordinatæ concupiſcentiæ motu, paſſiones dicentur; in quibus voluntas rationalis non intrat, cùm non conſentiat, ſed appetitus ſenſitiuus tantummodo, qui in ſe formaliter liber non eſt; proindeque actiones illæ, indeliberatæ manent, & ſine ratione peccati, quod ſine libertate non eſt ; tamen ad peccatum inclinantes, quatenus voluntatem rationalem alliciunt. Quo ſenſu dixit Iacobus: *Vnuſquiſque tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus, & illectus : concupiſcentia verò cùm conceperit*, vtique trahendo ad ſe rationem, *parit peccatum*. Iacob. 1. 14. num. 15.

Quatenus igitur operationes prædictæ, paſſiones ſunt, mortificari dicuntur, non occîdi, ſeu extingui : hoc enim in nullo de *ordinaria lege* cõtingit: relinquuntur enim ad agonem, & coronã. Quare quemadmodum relicta radice in arbore, licèt rami illius præſcindantur, non dicitur mortua, quia in radice manet vita, è qua rurſus pullulant rami ; ita quandiu homo viuit, paſſiones non intelliguntur extinctæ, quia è natura, fomite peccati infecta, ſemper pullulant paſsiones : ob id de illa eſt dictum : *Spinas, & tribulos germinabit tibi*. Gen. 3. 18.

Quatenus verò vitia ſunt, id eſt, deliberatæ actiones procedentes à vitijs, ſeu habitibus vitioſis, poſſunt occîdi, & extingui omnino. Ideoque illi, in quibus peccata non ſunt, & vitia eradicata ſunt, per contrariorũ actuũ virtutum exercitium frequens, mortui ſibi dicũtur, vt dixit Paulus

Digitized by Google

lus ad Coloſſenſes 3. *Mortui enim eſtis* ; & ad Romanos 6. Coloſſ. 3. 3. Rom. 6. 4. *Conſepulti cum Chriſto per baptiſmum in mortem* ; qua, ſcilicet, moritur quis peccatis. Vnde nu. 6. *vetus homo*, qui intelligitur peccator, ibi dicitur *crucifixus cum Chriſto*. Et de ſe ipſe fatetur : Galat. 2. 20. *Viuo ego , iam non ego, viuit verò in me Chriſtus* .

Et ex morte iſta mortificationem infert ad Coloſſenſes, dicendo : Coloſ. 3. 5 *Mortificate ergo membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram*. Et oſtendens quæ , ſubiungit : *Fornicationem, immunditiam, libidinem* ; & ne tantùm de peccatis carnalibus videretur loqui, ſubdit, deponendam etiã nu. 8. *iram*, *indignationem* , *malitiam* , &c. vt ſic etiam ſpiritualia peccata complecteretur, ad quæ omnia mortificatio eſt extendenda : Et de actibus deliberatis eſt ſermo, ad quos concupiſcentia, ſeu paſſio inclinat ; quæ mortificata intelligitur, quatenus non ſinitur creſcere per conſenſum . Et cum hominibus mortuis iam peccatis, & vitijs loquitur ; & viuificatis ſpiritu , & Deo viuis , qui ſpiritu Dei , ſeu ratione gubernata per Deum , facta carnis mortificant, vt perſeuerent in vita animæ, æternaliter fruituri Deo , vt ipſemet Apoſtolus ait : Rom. 8. 13. *Si autem ſpiritu , facta carnis mortificaueritis , viuetis* .

Igitur aliud eſt, mortuum eſſe peccatis ; aliud, mortificatum, Nam primum intelligitur reſpectu vitiorum : ſecundum , reſpectu concupiſcentiarum , ſeu paſſionum . Quæ, quia aliæ ſunt ſpirituales, aliæ carnales, & vtræque inordinatæ, quia ad peccatum inclinant ; duplex intelligitur mortificationis genus : aliud mortificans paſſiones ſpirituales ſuperbiæ , inuidiæ, iræ, &c. aliud mortificans paſſiones carnales , luxuriæ , ſcilicet , & gulæ .

Et hic erit primus mortificationis gradus, in operationibus, ſcilicet, malis ; quem Paulus, tam reſpectu mortis (quæ intelligitur comparatione vitiorum) quàm reſpectu mortificationis , (quæ intelligitur reſpectu paſſionum) cõplexus eſt ſub crucifixionis nomine, dicens : *Qui autem Chriſti ſunt* , id eſt , mortui ſibi, & viui Chriſto, *carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs & concupiſcentijs* . Galat. 5. 24. Vbi per *carnem*, totus homo , iuxta dicta , poteſt intelligi , vt comprehendantur etiam ſpiritualia vitia , & paſſiones : & reſpectu vitiorum vſque ad totalem extinctionem, intelligitur crucifixio : reſpectu verò paſſionum , vſque ad mortificationem tantummodo , ob aſſignatam rationem .

Sed quia aliæ ſunt etiam actiones indifferentes ad bonum , & malum , vt manducare, bibere, veſtire , dormire, deambulare, moderatæ etiam corporis recreationes , & aliquæ commodi-

tates

tates illius, quæ non excedunt menſuram: Igitur abſtinentia ab his in totum, vel in partem, quibus alioquin licitè poſſet quis vti; vel etiam acceptatio, vel ſumptio pœnarum, dolorum, opprobriorum, quando fuga illorum eſt etiam indifferens in caſibus, quibus non præcipiuntur, mortificationis ſecundus gradus eſt, perfectior primo; licèt hic magis neceſſarius ſit, quia per ipſum implentur præcepta: per gradum autem ſecundum iſtum mortificationis, ſupererogationis opera fiunt, licèt adhuc inſeruiat, vt primus ſecutiùs fiat, vt infra dicemus. De hoc ergo gradu ſecũdo locutus fuit Apoſtolus, cùm 1. Cor. 9. 25. dixit: *Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo*. Et ad gradum iſtum pertinet etiam mortificatio in actionibus ſpiritualibus indifferẽtibus, vt ſtudia ſunt, quibus veritates contemplamur naturales, quæ licita ſunt; in quibus aliquando ex parte, quis ſe abſtinet, vt poſſit DEO vacare; & ex hac mortificatione ſui, gradum facit ad DEVM.

Sed eſt adhuc tertius gradus mortificationis iſtius, vt triplici gradui amoris proprij ſupra poſiti, pariter mortificatio correſpõdeat. Qui in abnegatione ſui conſiſtit, etiam in rebus bonis, & ſpiritualibus, vt ſunt oratio, prædicatio, deuotio interior & illuminatio, ad quæ quandoque ſubtilis ſui amor animam trahit, qui perfectiùs facit in his, abnegando ſe, quando ſubtrahuntur ſibi; vel illa accipiendo, non quia ad illa feratur, ſed quia ſibi donentur, & voluntas ſit DEI, illis potiri. Qui gradus ab Apoſtolo verbis illis exprimitur ad Roman. 12. *Non plus ſapere, quàm* Rom. 12. 3. *oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem*. Nam verbum *ſapere*, vt notaui ſuperiori volumine, ſcientiam ſapidam deſignat; in qua, potentia vtraque partis ſuperioris, voluntas, ſcilicet, & intellectus, exercentur donis diuinis luminum, & ſuauitatum: quibus ſobriè dicuntur vti, quatenus, quãdo, & quomodo DEVS dignatur donare, ipſæ ad nutum recipiunt, voluntati illius obedientes, etiam his propter amorem illius, ſe ſpoliantes libenter.

Qui omnes gradus ab eodem Apoſtolo verbis illis comprehenduntur, 1. ad Corinth. 9. *Om-* 1. Cor. 9. 25. *nis, qui in agone currit, ab omnibus ſe abſtinet*: nam hîc, per *abſtinentiam*, mortificatio deſignatur, & illius gradus, in verbo *ab omnibus*, abſolutè, & indeterminatè poſito; vt intelligatur, non ſolùm à malis ſecundùm ſe, (quod ad primum gradum ſpectat) ſed etiam ab indifferentibus (quod ad ſecundum;) & bonis (quod ad tertium pertinet) abſtinendum; quando per hæc adhuc poſſumus impediri ex proprij amoris adhæſione, & per illorum abſciſſionem magis pro-

moueri, seu ad cursum, quo vtique ad DEVM curritur, & ipsi vnitur. Nam quemadmodum res grauis & ponderosa, leui inuoluta, illam retinet, ne velociùs currat; ita proprius amor, seu voluntas, pedibus animæ ad DEVM tendentis, onus est, quo retinetur, ne currat in via DEI; quo ille exoneratus erat, qui dicebat: *Viam mandatorum tuorum cucurri*; quando? *cùm dilatasti cor meum*; quod vtique ad se constrictum per amorem sui, currere non valebat ponderehoc prægrauatum: sed dilatatum per abnegationem sui, & ad DEVM extensum per amorem illius, ad illummet currit velociter. *Psal.* 118. 32.

Cognito igitur amore proprio virtuoso, oppositio inordinato sui amori, viriliter ipso amplexato, poterit quis contra hûc hostem animosè insurgere cum odio sancto sui, & mortificationis spiritu, qui partus sunt ordinati amoris sui.

CONSIDERATIO II.

Ex sui cognitione.

QVEMADMODVM supra, duplicem amorem propriũ vitiosum distinximus, & vtrumque ex ignorantia sui prouenire ostendimus; ita ex cognitione sui contra vtrumque, cor est muniendum.

DISCVRSVS I.

Contra amorem proprium spiritualem vitiosum.

ET primò aduersus proprium amorem spiritualem, per cognitionem sui, quoad portionem superiorem rationalem rectam, seu DEO subiectam. Ab hac namque subiectione, ei prouenit rectitudo: nam recta est, quia DEO subiecta est. Quam cupiens sanctus Propheta, dicebat: DEO *subiecta esto anima mea*; & alibi: *Subditus esto Domino*. *Psal.* 61. 2. 6. *Ps.* 36. 7.

Cùm ergo ex hac subiectione, vnio cũ DEO proueniat, vt Apostolus dicit: *Qui adhæret Domino*, id est, non sibi per inordinatum sui amorem, sed DEO per subiectionem, quæ per *adhæsionem* signatur; *vnus spiritus sit cum eo*; & sic ad magnam sublimitatem, & excellentiam eleuatur. Cognitio igitur nobilitatis 1. Cor. 6. 17. istius facit, quòd homo quærat portionem hanc sui rationalem, sollicitè Do subiectam tenere, & consequenter rectam: quomodo verè se amat; quia sic supra cuncta creata eleuatur verè, & per ordinatum sui amorem fugit curuari, quò transgreditur voluntas diuina, & abducitur iugum à DEI dulci subiectione, illo excusso cum magna miseria.

Pro-

Digitized by Google

Propter quod per Iſaiam Prophetam Dominus lamentatur, *Iſai.65. 13.* dicens: *Et quæ nolui, elegiſtis.* Vnde maximas pęnas comminatur illis, quemadmodum plurima promittit adhærentibus ſibi per ſui abnegationem, & ſubie- *num.14.* ctionem, Ob id ſubditur, *Ecce, ſerui mei comedent, & vos eſurietis: ecce, ſerui mei bibēt, & vos ſitietis: ecce, ſerui mei letabūtur, & vos confundemini*. Loquitur autem de confuſione perpetua parata reprobis amatoribus ſui, de quibus dixit alibi per Prophe- *Pſ.77.66* tam: *Opprobrium ſempiternum dedit eis:* Et de gaudijs æternis paratis iuſtis in regno cęleſti per- *Luc. 22. 29.* petuo, ipſe Dominus dixit: *Et ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus, regnum, vt edatis, & bibatis ſuper menſam meam in regno meo, & ſedeatis ſuper thronos*, &c. Igitur ſeruituti illi, & ſubiectioni regnum reſpondet, non quodlibet, ſed æternum. Quod ſignificant *Apoc.19. 16.* etiam verba prophetica: *Et in fæmore ſuo ſcriptum, Rex Regum, & Dominus dominantiū*. Vbi de Chriſto Domino eſt ſermo, qui exemplo ſuo docuit voluntatem abnegare propriam, & *Luc. 22. 43.* Deo ſubdere, dicens: *Non mea, ſed tua voluntas fiat*. Et idem docuit nos orare, cùm di- *Matt. 6. 10.* xit: *Fiat voluntas tua, ſicut in cælo, & in terra*; vbi implicitè voluntatem propriam nos docet negare, dum illam Dei ſuadet ſeruare; cùm nemo, vt ipſe alibi *Matt. 6. 24.* tradidit, *duobus dominus poſsit ſeruire*. Dicitur autem *Rex Regum*, quia Reges habet, quos regat, ſubiectos ſibi; & tales genuit Devs Pater per filium, vt dicit Iacobus; *Voluntariè genuit* *Iacob. 1. 18.* *nos verbo veritatis*. Vnde figura dictum fuit Abraham. *Dabo ti-* *Gen. 17. 16.* *bi filium, cui benedicturus ſum; eritque in nationes, & reges populorum orientur ex eo*. Non igitur mirum, ſi in fœmore, quod ſignum eſt generationis, & non in corporis parte alia, cernitur hæc inſcriptio *Rex Regum*. Quia vtique ab ipſo ita reguntur, vt regant, vt infra explicabitur magis.

Si ergo ſuperior hominis pars, quatenus recta à Deo, ita excellens euadit, vt hominē faciat Regem; quæ erit dementia, ac ſtultitia, ignorata hac excellentia, ab hac rectitudine declinare, fugiēdo ſubiectionem ad Devm, & ſe per amorem ſui curuando, obliuiſcendo præſtantiæ ſuæ?

Igitur ex iſta cognitione, & ſeria conſideratione ſui, cor muniendum eſt aduerſus amorem hunc proprium vitioſum, practicèque dicendum: Per perfectam ſubiectionem mentis meæ, voluntatis, ſcilicet, & intellectus ad Devm, Rex ſum: per curuationem autem ad me ex amore proprio, opprobrium ſum & ipſa confuſio. Subijciam ergo me quo ad portionem meliorem

mei, Deo meo, Regi meo, ad cuius ſubiectionem Rex ſum.

DISCVRSVS II.

Contra carnalem amorem proprium vitioſum.

Ex hac pariter cognitione deriuanda adhuc munitio eſt,& armatio contra carnalem amorem proprium. Cùm enim Rex à regendo dicatur, & homo operans conformiter ad rationẽ rectam, Rex appelletur, iuxta verba prædicta Apocalypſis, quæ præcipuè ſpiritualiter de ſpirituali regno intelligenda ſunt: regnat namque in nobis Devs, cùm nos per obedientiam mandatorum ſuorum ſubijcit ſibi; *Luc. 17. 21.* proinde dixit Veritas ipſa: *Regnum* Dei *intra vos eſt*. Et taliter Deo ſubiectos vocauit Petrus, *1. Pet. 2. 9* *Regale ſacerdotium*; ad deſignandum, vt Interlinearis *Interl.* notauit, de regno ſpirituali eſſe ſermonem. In cuius confirmationem notat Lyranus *Lyran.* dictum eſſe Apoc. 5. *Feciſti nos* Deo *noſtro regnum, & ſacerdotes.* *Apoc. 5. 10.* In quo conformamur Christo ſpiritualiter in nobis regnanti; qui propterea Rex, & Sacerdos fuit in Melchiſedech figuratus, Geneſ. 14. Reges igitur ſunt Chriſtiani veri. Quod etiam apertè deducitur ex Matthæo, & Luca. In illo enim dicitur: *Multi Prophetæ, & iuſti cupierunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt*. *Matt. 13. 17.* In iſto autem habetur: *Multi Prophetæ, & Reges*. *Luc. 10. 24.* Igitur quos Matthæus dicit *iuſtos*, Lucas vocat *Reges*. Iuſti ergo, id eſt, recti à Deo, & ad Devm, Reges ſunt. Sed quo ſenſu? Reſpondet Lyranus: *Per ſubiectionem paſſionum*. Et Beda: *Bed. lib. 3 c. 14. in Luc. 10.* *Ipſi ſunt enim Reges magni, quia tentationum ſuarum motibus nõ conſentiendo ſuccumbere, ſed regendo præeſſe, nouerunt*. Et Pater Auguſtinus: *Aug. to 3 in fin. inter ſent. alias.* *Non caret regia poteſtate, qui corpori ſuo nouerit rationabiliter imperare. Verè enim dominator eſt terræ, qui carnem ſuam regit legibus diſciplinæ*. Igitur debet Christi miles, cùm ab amore carnali proprio impugnatur, cognoſcere, & conſiderare actu dignitatẽ ſuam; hoc eſt,quantum carnem ſuam ſpiritus antecellat, portio vtique ſuperior, ſiue mens, ſenſitiuam partem vicinam corpori, & corruptibile corpus ipſum, in quo operationes ſenſitiuæ conſummantur, & ſubiectionem ſuã ad Devm, vt auctorem naturæ; per naturale dictamen rationis, quod fugit malum, & inclinat ad bonum. Nam interroganti: *Quis oſtendit nobis bona?* *Pſal. 4. 6.* reſponſum fuit: *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui, Domine*: *nu. 7.* quod naturale lumen, eſt nobis à Deo inditum naturaliter, malum fugiens, & bonum amplectens. Propter quod inexcuſabilis eſt etiam infidelis, vt teſtatur Apoſtolus

& mortui ſibi, viuent Deo per charitatem. Proinde purpuræ Regis comparantur, quia inde obtinebunt Regiam dignitatem ad ſe regendum, & vincendum inordinatos motus animi ſui; ob idque ſignanter non aſsimilantur ſimpliciter Regis purpuræ, ſed *vinctæ canalibus*, atque vittis, quia ad concupiſcentias proprias non debent diffluere, ſed ſe potiſsimùm cohibere. Conſideratio igitur, quòd Reges ſunt, tamen vincti, ſatis oſtendit, quòd cognitio ſui, frænum ſibi eſt, & ligamen, ne ad proprium amorem laxentur.

Vltimò corroboratur doctrina tradita ex Doctore Angelico. Cùm enim, vt ipſe notat, res æſtimanda ſit ſecundùm id, quod principalius in ea eſt, & prinpalius in homine, rationalis mens ſit, & non ſenſitiua natura; homo ſe ſecundùm rationalem naturam æſtimando, verè ſe æſtimat. *Boni*, inquit, *æſtimant principale in ſeipſis rationalem naturam, ſiue interiorem hominem: vnde ſecundùm hoc æſtimant ſe eſſe quod ſunt*. Propterea exhac vera ſui cognitione infert verum ſui amorem, qui ordinatus eſt, & implicitè inordinatum excludit, dicens: *Boni autem verè cognoſcentes ſe ipſos, verè ſeipſos diligunt*.

S Th. 2 2 q 25. art. 7. in corp.

Quando igitur hoſtis hic tentat, ſcilicet, amor proprius, & vult imperare, trahendo oculum ad videndum, aures ad audiendum, quæ non oportet, & decet, & guſtum ducit ad gulam, tactumque ad impudica, & turpia; dic ei cum Ethnico illo: *Maior ſum, & ad maiora genitus, quàm, vt mancipium ſim corporis mei*: Et cum illuminato viro: *Dominam ancillari, & ancillam dominari non decet*. Rex ſum, regere debeo, non ſeruire in regno animæ meæ: & per voluntatem rationalem, cui competit munus regẽdi, oculos cohibeto, aures, cæteroſque ſenſus meos, qui ex amore carnali mouentur, ne in camo, & fræno maxillas animæ meæ conſtringens, viliſsimum monſtrum appearem Dei oculis, & Angelorũ, cum opprobrio meo, & forte aliorum ſcandalo. Senec.

DISCVRSVS III.

Contra vtrumque recenſitum amorem.

MIlitandum adhuc eſt contra vtrumque amorem per cognitionem ſui, non ſolùm excellentiæ propriæ, de qua hactenus, ſed etiam nihileitatis, quæ duplex conſiderari poteſt, naturalis, ſcilicet, & moralis. Naturalem voco, quam à nobis habemus: ex nobis enim nihil ſumus, ſed cùm non eſſemus, Deus nos eduxit de nihilo, creãdo materiam, & inducendo formam. Et nihileitatis huius conſideratio plurimùm valet contra

Digitized by Google

amorem proprium, quo quis se alijs per ſuperbiam anteponit,& irascitur alijs: iſtas namque,& ſimiles paſsiones,ex amore proprio oriri,patet ex dictis. Primam autem vicit Paulus,hac cõſideratione munitus. Cùm enim dixiſſet: *Nihil minus ſui ab illis, qui ſunt ſupra modum Apoſtoli*; ne ſuperbia vinceretur,ſtatim hac ſui cognitione vſus,ſubdidit: *Tametſi nihil ſum*, reprimens ſui amorem ad ſuperbiam ducẽtem, ſuæ nihileitatis notitia.

1 Cor. 12 11.

num. 12.

Iracundiam autem modo ſimili docuit cohibere. Nam ſcribens ad Galatas,ait: *Conſiderans te ipſum.* Quod magis explicans ſubiungit: *Nam ſi quis exiſtimat, ſe eſſe aliquid, cùm nihil ſit: ipſe ſe ſeducit*. Conſideratio ergo nihileitatis, frænum eſt iracundiæ ortæ ex ſui amore.

Galat 63

Simili modo præliata eſt contra hunc hoſtem bellatrix magna illa,quæ ſpiritu repleta intonuit: *Magnificat anima mea Dominum, quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ*. Nam alia littera habet, *nihileitatem*. Ne igitur ex ſui amore in ſuperbiam eleuaretur propter magna, quibus ſe ornatam videbat, ſe ablactat ab illis,conſideratione nihileitatis ſuæ.

Luc. 1. 47 num. 48.

Simili modo carnalia vitia poſſunt ſuperari,refrenando concupiſcentias gulæ, luxuriæ, & ſimilium. Cùm enim voluntas, non niſi in bonum feratur, verum, vel ſaltem apparens, à malis, quæ bona ſibi apparent, poteſt ſe cohibere diſcurſu huiuſmodi: Nihili, boni nihil debetur: ego ex me nihil ſum: hoc igitur bonum mihi non debetur: proinde abſtinebo me ab illo.

Et eodem modo circa indifferentia obiecta, vel ex ſuo genere bona, & ſpiritualia, vt ſunt pertinentia ad tertiam ſpeciem amoris proprij ſpiritualis ſupra adducti, poteſt quis ſe gerere, & proprium etiam in illis amorem ſuperare.

Eſt tamen nihileitas alia, quam vocaui *moralem*: & eſt illa, quæ prouenit à peccato mortali, quod nihil reale eſt, cùm tantùm à *rectitudine ſit defectio*, proindeque carens in ſe entitate reali; quomodo plures Doctores interpretãtur verba illa Ioannis 1. *Et ſine ipſo factum eſt nihil*; id eſt, peccatum, cuius auctor eſſe non poteſt.

Ioan. 1. 3.

Hac igitur cognitione ſui armatus Publicanus ille, temperabat pedes ſuos à greſſu, & oculos ſuos à viſu, vt dicitur apud Lucam: *Publicanus à longè ſtans, nolebat, nec oculos ad cœlum leuare*: at qua conſiderationẽ? peccatorũ ſuorum,& nihileitatis ſuæ: *Sed percutiebat pectus ſuum dicens: Deus propitius eſto mihi peccatori.*

Luc. 18. 13.

Sic etiam bonus Latro è cru-

ce

ce pendens, latronem malum à blaſphemia compeſcebat, (in quam inciderat ex ſui inordinato amore, à debita pœna cupiens liberari) illi obijciendo peccata præterita, quæ merebantur illã. *Et nos quidem*, inquit, *iuſtè, nam digna factis recipimus: hic verò quid mali fecit?* Luc. 23. 41.

Hac pariter cognitione ſui ab amore proprio, genitore impatientiæ abſtinuit, qui dicebat: *Peccaui, & verè deliqui, & vt eram dignus, non recepi*. Sicque victor contra impatientiam euaſit. Iob 33. 27.

Ex quibus patet, non tantùm à malis pœnalibus, à quibus amor abhorret proprius, abſtinendum; ſed etiam ſubtractionem ſpiritualium bonorum, quã ſimiliter amor ſui aliquando inordinatè fugit, vt ſupra de amore proprio ſpirituali notauimus, per hanc ſui cognitionem, ſubeundam æquanimiter eſſe; exemplo Petri, qui Domino dixit, *Exi à me*. Sed quare Apoſtole ſancte, Dominum maieſtatis, & totius boni auctorem, à tè vis exire, cùm potius illius deberes exoptare præſentiam? Hac cõſideratione ſui hoc fecit, ſubdit enim: *Quia homo peccator ſum Domine*. Se peccatorem cognouerat; & ideo omni fauore indignum. Luc. 5. 8.

Hac ergo cognitione ſui homo inſtructus, quando ſubtractionem Domini ſenſerit, qui ſe priùs benignũ monſtrauerat per illuſtrationes internas, & occultas, & miros modos; querimonias libenter deponet, cùm ſe peccatorem cognouerit: nec ſe iuſtum dicet, qui Petrum peccatorem audiuit.

Hoc igitur modo pugnandi, frequenter etiam viri iuſti de hoſte iſto, etiam in bonis ſubtiliter impugnante, glorioſas reportant victorias, in ſubtractionibus talibus adhuc proficiendo in melius, humiliando ſe coram Deo. Memorare igitur tu, frater chariſſime, bene huius doctrinæ, vt pariter per eam triumphes in congreſſu cum hoſte iſto.

CONSIDERATIO III.

Ex vero odio ſui, quod eſt in amore inordinato ſui.

QVEMADMODVM amare, iuxta Philoſophum, & ſuperiùs dicta, eſt *velle bonum alicui*; ita odire eſt, *malum velle*. Conſtat autem ſeipſum odio habere, qui inordinatè ſe amat, quia malum vult ſibi, quoad vtrumque hominem, animam, ſcilicet, & corpus. Et de anima patet ex Propheta dicente: *Qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam*; vtique rationalem, irrationabiliter ſe diligens: ex quo ad iniquitatem procedit, & in- Pſ. 10. 6.

Digitized by Google

pœnam incurrit æternam: propter quod conuincitur odisse animam suam.

Quoad corpus etiam ex Ioanne 12. est manifestum, *Qui amat animam suam, perdet eam*; id est, *si amas, perdes*, vt B. Pater Augustinus exponit; & loquitur de inordinato amore, vt paulo infra se explicat; & odium inde concludit, dicens: *Si malè amaueris, tunc odisti*: Et loquitur de natura corporis sensitiua, vt patet ex contextu illius; quæ anima dicitur, quatenus ab illa, vt sensitiua est, informatur. Hæc igitur, quando inordinatè amatur, quatenus per fomitem trahit ad malum, cui consentitur, tunc æternaliter perire dicitur. Ideo namque sanctus Doctor replicat ibi: *Noli amare in hac vita, ne perdas in æterna vita.*

Ioan. 12. 25.

Aug. tr. 51. in Io. circamed. 50. 9

Cùm enim iuxta fidei doctrinam debeat homo resurgere, ideoque corpus sibi reunire, quemadmodum instrumentũ in hac vita fuit peccati, ita in alia socius erit pœnæ, vtique æternæ, quæ *secunda mors* dicitur in Apocalypsi. Et hic erit huius amoris proprij acerbissimus fructus, prout Paulus testatur, dicens: *Cùm essemus in carne, passiones peccatorum, quæ per legem erant, operabantur in membris nostris, vt fructificarent morti*; vtique æternæ, vt ibi communiter exponunt interpretes. Nam verbum illud *in carne*, secundùm Ambrosium significat *carnales*, vel *carnaliter viuentes*, vt dicit Lyranus: tales enim sunt, qui carnis concupiscentiam sequuntur per amorem inordinatum sui, & fructum faciunt mortis æternæ. O frater, si putatur odisse, qui temporaliter corpus occîdit, quanto magis, qui æternaliter?

Apoc. 20. 14.

Rom. 7. 5.

Ambros.

Lyran.

Hinc est, quòd sanctus Petrus Apostolus dicit, concupiscentias nostras; quæ omnes, iuxta dicta, ortum habent ex amore proprio; instar acierum esse hostilium militãtium aduersus nos. Proinde ab illis, obsecrat nos, vt abstineamus, dicens: *Obsecro vos abstinere à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam.*

1. Petr. 2 11.

Imò non tantum quis æternaliter corpus suum occîdit, se inordinatè amando, quod magis est metuendum; sed adhuc temporaliter, quod etiam est horrori: accelerat namque mortem sibi. Quot enim propter ventris ingluuiem, potu, ciboq. repleti, ante senium perierũt? quot propter luxuriam in adulterio deprehensi, aut stupro, & alijs huius generis sceleribus turpissimis, violenter vitam finierunt? Quot ex auaritia, & ambitione, aut inuidia, parricidia, aut fratricidia, vel simplicia homicidia perpetrantes, varijs horribilibus tormentis, in iuuẽtute acerbissimam mortem gustarunt, tela vitæ immaturè præcisa? Hi omnes, quãta caute-

Digitized by Google

cautela, & induſtria, carnalia & temporalia inquiſierunt, & proſecuti ſunt! & tamen perierunt. Vt enim Apoſtolus dicit:
Rom.8.6. *Prudentia carnis, mors eſt.* Nam
Lyran. vt ibi Lyranus ait, *Mortem efficit culpæ, & gehennæ, & aliquãdo naturæ.* Quia vtique viuentes carnaliter, frequenter alijs citiùs moriuntur.

Hoc probant caſus innumeri tum antiqui, tum moderni, imò quotidiani, vt ſaltem oſtendunt carceres in omnibus locis, & vrbibus, pleni malefactoribus iſtis, & ex ipſis quotidie ad ſupplicia, & patibula ducti. De quibus
Luc. 15. 7. gaudium datur Dæmonijs. *Nam quemadmodum in cœlo gaudium ſit magnum ſuper peccatore vno conuerſo*, vt Veritas dicit; ita in inferno ſuper vno peruerſo, qui ad ſe per proprium amorem conuerſus, ordinem rectum peruertit, & ad tartara immaturè perductus, ibi à tortoribus, de ſocio lætis, durè torquetur. Quapropter etiam ex hoc motiuo, ab hoc inordinato amore abſtinendum eſſe, Sapiens docet, ne nobis verè hoſtibus noſtrimet, alios ſociemus, qui gaudeant de noſtra ruina. *Si præſtes*, inquit,
Eccli. 18. 18 *animæ tuæ concupiſcentias eius, faciet te in gaudium inimicis*
Interl. *tuis*; vtique Dæmonijs, vt Interlinearis exponit

Igitur, quid quæris ò homo, per iſtum amorem tui? bonum tuum? iam vides multiplex malum tuum, non ſolùm temporale, ſed & æternum; ex quo potius conuinceris, te, ſic amando, odio habere, & ſic perire. Relinque ergo hunc amorem, vt fugias verum odium.

CONSIDERATIO IV.

Ex vero amore ſui, qui eſt in mortificatione ſui.

HInc iam colligitur, in mortificatione huius amoris proprij, verum eſſe amorem ſui. Quod ſatis inſinuauit Apoſtolus, ad Rom. 8. dicens: *Si ſecundùm* *Ro.8.13.*
carnem vixeritis; in quo inordinatus amor ſui oſtenditur: & effectus ſubiungitur, *moriemini*, vt ſupra iam diximus: ex quo intulimus odium ſui verum, quod in hoc amore inuoluitur; & ſubnectitur verus amor ſui, qui in mortificatione ſui includitur. *Si* *Ibid.*
autem ſpiritu, inquit, *facta carnis mortificaueritis*; Ecce mortificatio vera, facta ſpiritu DEI, ſeu ratione noſtra, ducta à DEO: & effectus ſubditur: *Viuetis*; *Lyr.*
vtique *vita gratiæ, & poſtea gloriæ*, inquit Lyranus: in quo verus amor oſtenditur: Cùm enim hic bona velit amato, & per hanc mortificationem ſui, corpus ſaluetur, & anima; clarum remanet, quòd quemadmodum ex perditione iſtorum propter inordinatum ſui amorem, odium ſui arguebatur verũ: ita ex ſalute iſto-

Digitized by Google

rum, amor verus infertur.

Significauit hoc Dominus satis in parabola illa grani, dicens: Ioan. 12. 24. *Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.* Sermo enim de homine est, quem dicit saluari non posse, nisi per mortificationem sui. Et ideo subiungit, se perdere, qui se non mortificat, se inordinatè amãdo: num. 25. *Qui amat animam suam, perdet eam:* Et se lucrari æternaliter, qui odit se ordinatè. Per quod odium, mortificatio designatur. *Et qui odit,* inquit, *animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.* Ibid. Augustinus ait: *Si benè oderis, tunc amasti.* Et ex hoc felices appellat, qui se ordinatè per mortificationem oderunt, quia sic verè se amauerunt. *Felices,* inquit, *qui se oderunt, custodiendo* (in quo mortificatio indicatur,) *ne perdãt amando*, Vtique inordinatè. August.

Non solùm enim saluabitur anima, quæ capax est Dei per mentem, sed etiam corpus, quod per redundantiam gloriæ illius, præmiabitur dotibus glorioſis. De quibus Paulus ad Corinth. 1. Cor. 15. 42. ait: *Sèminatur in corruptione, surget in incorruptione: seminatur in ignobilitate, surget in gloria: seminatur in infirmitate, surget in virtute.* Et Dauid Ps. 35. 7. dixit: *Homines, & iumenta saluabis Domine*; vbi rationalis anima per *homines* intelligitur: & per *iumenta*, corpus. Quemadmodum enim iumentum ratione carens, homini seruit, & ipsum portat; ita corpus, secundùm se, ratione est expers, & homini famulatur ad obsequendum Deo, iuxta illud Apostoli: *Exhibete membra vestra, arma iustitiæ* DEO. Rom. 6. 13.

Hinc S. Thomas concludit, debere nos, ex charitate diligere corpus nostrum, & remouere ab illo quidquid potest impedire illud ad consequẽdam hanc gloriam; quod fit per mortificationem, remouentem prauam inclinationem ad mala, per quæ perditur. *Ideo*, inquit, *ex dilectione charitatis, qua diligimus* DEUM, *debemus etiam corpus nostrum diligere: sed infectionem culpæ, & corruptionem pœnæ, in corpore nostro diligere non debemus; sed potiùs ad eius remotionem anhelare desiderio charitatis.* S. Th. 22. q. 25. ar. 5. in corp. Quæ verba, magna ponderatione sunt digna. Nam in hoc, quod dicit: *Infectionem culpæ diligere non debemus*; inordinatum sui amorem excludit, quo desiderijs carnis cõsentimus per amorem nostri. In eo autem, quod ait: *Ad eius remotionem anhelare debere desiderio charitatis*; in remotione mortificatio indicatur, per quam inclinatio mala reprimitur, ne insurgat contra spiritum: & verbum *anhelare*, quo vtitur, magnam vim,

&

& energiam habet ad contentionem indicandam, & ſollicitudinẽ maximam, qua illi debemus inſiſtere: & in verbis, *deſideria charitatis*, oſtenditur hanc mortificationẽ, repreſſionem, aut odiũ, verum eſſe amorem, quo ſalus ipſa corporis obtinetur æterna.

Et ſanè, ſi modò pro ſalute corporali, amara potio bibitur, vena ſcinditur, ſanguis funditur, à potu abſtinetur, & cibis gratiſſimis, quibus caro fraudata dolet; quare minora non fient pro ſalute æterna, imo ſi opus eſſet, maiora; cùm prætenſum bonum maius ſit, & incomparabiliter dignius? teſte Paulo dicente: *Nõ ſunt condignæ paſſiones huius tẽporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.* Ro. 8. 18.

Ideo iure mortificationis iſtius fidenter dicebat Prophera: *Tuus ſum ego, ſaluum me fac.* Vbi P. Auguſtinus ſic dixit: *Meus eſſe uolui, & perij.* Ecce amor proprius, cum mortis effectu, in quo conuincitur odium eſſe verum. Et ſubiungit: *Modò tuus, & ſaluus.* Ecce mortificatio, quæ conſiſtit in abnegatione ſui; & effectus coniunctus, & *ſaluus*: quia ſalus mortificationi debetur, ideo fidenter petitur. Et ex hac verus amor infertur, vt poſuimus. Pſ. 118. 94. Pat. Auguſtem. 8.

O ſi quis poſſet verè dicere: *Tuus totus ſum Domine, non meus! mea voluntas non fiat, ſed tua: non videant oculi, non ambulent pedes, non audiant aures, tactus non tangat, guſtus non guſtet, neque cætera membra mea moueantur, quò volo ego, mea vtique voluntate propria carnali, ſed quò tu vis; quia non ſum ampliùs meus, ſed totus tuus. Experimento noui, quòd quando meus eſſe volui, operando, quæ concupiſcit caro, & ad quæ inclinat; tunc tuus eſſe deſij, & ſic perij.* Cùm mea prima parens, voluit eſſe ſua, non tua, & ſic pomum aſpicere, manum porrigere, & guſtare, ac ſuo viro dare; perijt ipſa, & nos cum ipſa. Sic perierunt Senes illi, qui voluerunt eſſe ſui, videndo Suſannam. Sic Dauid videndo Bethſabee. Sic Amnon videndo Thamar; Sichem vidẽdo Dinam. Et alij multi perierunt varijs alijs modis, ſui eſſe volendo. At, qui tuus totus eſt, moriendo ſibi, vt viuat tibi, hic verè amat ſe, quia ſic ſaluat ſe, protectus à te, & præmiatus à te: & fidenter poteſt dicere: *Tuus ſum ego, ſaluum me fac.* Gen. 3. Dan. 13. 2. Reg. 11 2. Reg. 13 Gen. 34.

Ad quid ergo quæris, Frater chariſsime, amare te? vt conſerues te? Odiendo te, conſeruabis te, non ſolùm temporaliter, ſed æternaliter. Sed quo odio? iam dixi, ordinato odio, quo *ſpiritus* ſubiugat *carnem* ſibi, contra ipſam pugnando. De qua pugna dicit Apoſtolus: *Spiritus concupiſcit aduerſus carnem*, Quod facis, concupiſcentias eius Galat. 5. 17.

inordinatas præscindendo, quod hîc mortificationem appello. In quo ipsã amare cõuincitur: quia sic mortem æternam impedit, & vitam perpetuam acquirit. Propter quod dixit Augustinus: *Absit, vt spiritus concupiscendo contra carnem, oderit carnem: Vitia carnis odit, prudentiam carnis odit, contentionẽ mortis odit.* Odit ergo, quæ illa malè amat, vt sic verè amet. Si igitur quæris te verè amare, odio te ordinatè habe per mortificationem tui, vt verus sit amor: quia, vt diximus ex eodem sancto Doct. *Si benè oderis, tunc amasti.*

Aug.

CONSIDERATIO VI.

Ex *dolore, & labore, qui sunt in sui amore.*

DISCVRSVS I.

Ostenditur hoc in concupiscentia, bonum obtinente, quod concupiscit.

NOtandum, quòd cruciatum hunc non tantùm quis experitur in malis concupitis, quæ sibi bona apparent, vt furari, adulterari; sed etiam in bonis veris, sed inordinatè amatis; quia non conformiter ad rationem rectam, quæ dictat, creaturam amandam in Deo, & propter Deum, vt in dilectione proximi, qui non ita amatur, sed sibi. Et in malis etiam pœnæ, quæ considerantur in executione præceptorum affirmatiuorum; vt si quis omittat præceptum ieiunij, quia pœnam fugit, quæ in illo sentitur; & ad Matutinum negligat ire, ad euitandum laborem intempesta nocte surgendi, & experiendi in hyeme, iniurias frigoris, & similia. In rebus quoque ex se indifferentibus, vt in custodia silentij statuti, tali loco & tempore; quod quis seruare contemnit, ne sentiat illius fastidium, & gustu fruatur loquendi cum fratribus, & similibus. Et denique in quouis peccato, & defectu, habent locum hæc mala; cùm defectus omnis, siue in bonis, siue in malis, ab amore inordinato sui procedat, vt manet supra cum D. Thoma ostensum.

Ratio autem est, quia sic concupiscens, vel obtinuit illud, quod concupiscit, vel non: De hoc secundo membro dicemus in discursu sequenti. Si obtinuit, iam cruciatur: primò à timore, ne sibi auferatur, & curis angitur conseruandi. Secundò, à conscientia rea: statim enim *cogitationibus* repletur, *ipsum accusantibus*, vt ait Apostolus ad Romanos 2. 15. coram naturali iudicatorio: & incipit pariter cruciatus timoris circa debitas pœnas meritas. De quo loquens Sapiens dixit; *Cùm enim sit timida* Rom. 2. 15. Sap. 17. 10.

mida nequitia, dat teſtimonium condemnationis : ſemper enim præſumit ſæua, perturbata conſcientia: Id eſt, ipſa malitia perpetrata interiùs clamat, & damnat coram Iudice interno, qui eſt ipſum rationis lumen, reprobans malum, & approbans bonum: ideoque de vltione ſtatim timor inſurgit; & cùm in hoc ſit pœna, vt in ſua prima epiſtola ait Ioannes, ſtatim durè torquetur. Quod P. Auguſtinus agnoſcens, ad Dominum dixit in confeſsionibus ſuis: *Iuſsiſti Domine, & ſic eſt, vt pœna ſit omnis inordinatus animus.* Vbi ait, Dominum iuſsiſſe, quatenus ita naturam condidit, quæ hoc naturaliter iudicat, vt ſaltem hinc homo tortus, ceſſaret à malo: & ideo notanter addit, *omnis*, vt indicet, neminem ab hac pœna eximi: vt etiam S. Iob teſtatur, dicens: *Quis reſtitit ei, & pacem habuit?* quaſi dicat, nullus. Quod etiam intellexit illuminatus ille, cùm dixit: *Si autem proſecutus fuerit, quod concupiſcit, ſtatim ex reatu conſcientiæ, grauatur, quia ſecutus eſt paſsionem ſuam, quæ nihil iuuat ad pacem, quam quæſiuit.*

1. *Ioan.* 4. 18.

8. *Aug. lib.* 5. *cōf.* 9. 12.

Iob 9. 4.

Thom. à Xip. lib. 1. *c.* 6. *nu.* 2.

Vbi notatione ſunt digna hæc vltima verba. Intendit enim quis concupiſcendo, delectari, & quieſcere, exequendo concupiſcentiam ſuam. Fallitur tamen; quia ibi reperit maiorem amaritudinem, abſorbentem dulcedinem interiùs, & torquentem vlteriùs. Quod alibi idem venerabilis vir, tradidit his notabilibus verbis: *Ex eadem re, vnde ſibi delectationem concipiunt, inde doloris pœnã frequenter recipiunt. Iustè illis fit, vt quia inordinatè delectationes quærunt, & ſequuntur, non ſine confuſione, & amaritudine eas expleant.*

Idē lib. 3. *cap.* 11. *num.* 3.

Ratio autem deceptionis, hæc eſt, quia tunc quis amaritudinem latentem non cogitat, ſed tantùm ſuperficialem dulcedinem; qua facilè deglutita, amaricatur interiùs. De quibus ſcriptum eſt apud Iob: *Qui operantur iniquitatem, ſeminant dolores, & metunt eos.* Quemadmodum enim ſemen terra tegitur, & à fructu exceditur; ita amaritudo abſconditur ſeminata in delectatione *quæſita*, vel in pœna obſeruantiæ debita declinata: & metitur multiplicatus labor, & dolor. Quod de ſe ipſo Pater meus Auguſtinus, adhuc non conuerſus, confitetur Deo in confeſsionibus ſuis, dicens: *Ibam porro longe à te in plurima, & plura ſterilia ſemina dolorum, ſuperba deiectione, & inquieta laſsitudine.* Vbi carnales concupiſcentias tunc expletas, ſemina dolorum appellat: at non vtcunque, ſed *ſterilia*; ad denotandum, quòd licèt per illas quæreret delectari, tamen hunc fructum verè non dabant; ideoque reſpectu illius ſterilia, licèt

Iob 4. 8.

Pat. Aug. lib. 2. *cōf. c.* 2. *nu.* 4.

compa-

cômparatione dolorum feraciſſima; iuxta illud, *Cor nequam grauabitur doloribus*. Quemadmodum enim ſpica procedens à ſemine grano plena, & grauida, curuatur; ita peccatum ſeminatùm ex proprio amore, animam doloribus grauat, & curuat; prout dicebat, qui ſic peccauerat: *Iniquitates meæ grauatæ ſunt ſuper me: Miſer factus ſum, et curuatus*, &c. Et vilitatem cauſæ prædictus ſanctus Doctor demonſtrat ſequentibus verbis, *ſuperba deiectione*; quia in amore proprio, quo peccatur, ſuperbia reperitur, qua pars inferior, ſcilicet, caro, partem ſuperiorem ſibi nititur ſubiugare, ſcilicet, rationem, & ſupra ire, calcando illā. *Sed deijcitur, dum ſupra ire nititur*, vtique à dolore & labore. Proinde ſequitur, *& inquieta laſſitudine:* mirificè enim *laſſitudinem*, cum *inquietitudine* copulat. Poterat namque laſſitudo eſſe, cui ſuccederet quies: ſed iſta talis non eſt; ideo inquieta vocatur, & de eorum numero, de quibus ſcriptum eſt; *Laſſis non dabatur requies*. Et qui hoc agnoſcentes, clamabunt, at ſero ſine remedio: *Laſſati ſumus in via iniquitatis, & ambulauimus vias difficiles*. Sic enim meritò appellantur, propter dolorem, & laborem, quæ ſentiuntur in ipſis.

Eccli. 3. 29.
Pſ. 37. 5. 29.
num. 7.
Thren. 5. 5.
Sap. 5. 7.

Decipiuntur autem frequenter in concupiſcentia boni, eo ipſo illam putantes licitam, quia cōcupitum eſt bonum. Sed quādo non ordinatè ad DEVM eſt concupitum, iam nobis eſt malum, licèt in ſe bonum ſit; quia non benè cōcupiſcimus bonum, id eſt, non rectè, ſed peruersè, quia nobis, non DEO.

Et hinc ſtatim amaritudo incipit conſcientiæ, qua miſere cruciamur. Vnde eſt dura increpatio Auguſtini dicentis: *Quò itis in aſpera? quo itis? bonum, quod amatis, ab illo eſt: ſed quantum eſt ad illum, bonum eſt, & ſuaue: ſed amarum erit iuſtè, quia iniuſtè amatur, deſerto illo, quidquid ab illo eſt*. Vbi piè docet, eatenus bonum, concupitum, bonum nobis eſſe, & ſuaue, quatenus ad DEVM dirigitur: peruerſitatem autem in eo conſiſtere, quòd cùm à DEO ſit, non ad illum hinc refertur, ſed ad noſmetipſos; & iam deſertores DEI facti cruciamur iuſtè, quia inordinatè amamus.

Pat. Aug. lib. 4. cōſ. c. 12. ante med.

DISCVRSVS II.

Oſtenditur idem intentum in concupiſcentia, concupitum nondum obtinente.

SI autem concupiſcens, quod concupiſcit bonum, nondum obtinet, pariter hinc tor-

que

quetur: primò interiùs, iuxta illud, *Spes, quæ differtur, affligit animam*; propter *incertitudinem*, vtique, quam habet euentus: & hinc admiſcetur timor, quòd non eueniat, & conſequenter dolor, cùm timor pœnam comitem habeat, vt ſupra diximus ex Ioanne. Et cruciatus hic creſcit, vel multiplicatur potiùs ex conſcientia rea rodente. Cùm enim concupitum ſit contra ordinem rectum, iam iudicatorium naturale offenditur, & aduerſus ſe ipſum pronuntiat quis ſententiam, & inde durè torquetur. *Prou. 13. 12.*

Exemplum huius expreſſum eſt in Simone Mago, qui ſibi concupiuit Spiritum ſanctum, vt eius poteſtatē donādi haberet: ex quo amore proceſſit etiam crimen ſacrilegum, vt pecunia tentaret emere, quod concupierat corde. *Date*, inquit, *& mihi hanc poteſtatem*: Ecce proprius amor, patens in verbo *mihi*. Et obtulit ob id pecuniam: Ecce crimen ſacrilegum. Sed quid reſponſum ei fuit à Petro: *In felle amaritudinis, & iniquitatis, video te eſſe*: Ecce amoris proprij pœna. O quot ſunt, qui bona cupiunt ſpiritualia propter ſemetipſos, non propter DEVM, vt temporalibus ſic abundent, ſiue pecunia ſit, ſiue gloria fugitiua; & pro his obtinendis, diù in amaritudine viuunt, laſſati amore ſui, & crucifixi ab ipſo! *Act. 8. 19* *num. 23.*

Sed adhuc creſcunt dolores, quos experiuntur homines in bellis, litibus, occiſionibus, & liuoribus; ad quæ omnia ex concupiſcentijs iſtis deuenitur, vt expreſsè ait Iacobus. *Vnde bella, & lites in vobis? nonne ex concupiſcentijs veſtris, quæ militãt in membris veſtris?* Quia vtique per hæc, ſcilicet, per linguam, manus, & pedes, &c. exequimur, quod praua concupiſcentia, contra rationem rectam militans, ſuggerit faciendum: & ordinem, qui in hoc habetur, ſubdens, dicit: *concupiſcitis, & non habetis*. Ecce concupiſcentia nondum obtinens, quod deſiderat. Et quid ſequitur inde? occiſio, & liuor: *Occiditis, & zelatis*. Bellum, & lis: *Litigatis, & belligeratis, & non habetis*. Quia frequenter hæc, & ſimilia media horribilia aſſumuntur ad explendam libidinem auri, carnis, aut honoris: & tamen frequenter fruſtratur homo ſpe, certus de dolore interno, & labore externo, comite, dolore etiam corporali, qui ſentitur in iſtis. Vnde etiam amaritudo animæ creſcit, cùm, patiente corpore, compatitur & anima. *Iac. 4. 1.* *Ibid.*

DI-

DISCVRSVS III.

Idem ostenditur in concupiscentia circa malum pœnæ, quod fugitur indirectè per inobseruantiam legis.

SI autem *malum pœnæ* est, quod ex amore sui fugitur, in ipsomet timore antequam effectus eueniat, est pœna. Et in voluntate ipsa, qua fugitur, vermis conscientiæ adest, reprehendens indesinenter fugam ipsam, quatenus contraria est rationi, quæ dictat amplectendum esse laborem, legis diuinæ, aut regularis obseruantiæ comitem, cui sponte me subdidi; & regressum, ex hoc vituperabilem esse.

Si autem inuitus adimplet præceptum, ex hoc præmeditata pœna iam adest. Tristatur enim, cùm de malo præsenti contingat tristitia; & hinc etiam cruciatur, & cruciatus augetur, conscientia accusante, quòd non benè agat, licèt bonum sit, quod agit, teste Augustino, dicente: *Nemo inuitus bene facit, licèt bonum est, quod facit.* Hi sunt dolores & corrosiones internæ, quas sentiunt frequenter regularis vitæ professores, cùm obseruantiam aliquam omittunt amore sui, pigri ad bonum, ne sentiant laborem illius. De quibus Sapiens dicit: *Iter pigrorum, quasi sepes spinarum.* In lectulo illo, in quo iaces, omittendo vigilias noctis debitas ad laudandum DEVM cum fratribus tuis: in esca illa sumpta contra regulam tuam: in confabulatione illa, & cæteris defectibus, quibus quisque delectationem quærit, aut pœnam fugit; ibi dolorem multiplicatum inueniet, quia vera sunt verba illius, qui dixit: *Qui timet pruinam, irruet super eum nix.* Neque reperiet quà fugiat absque punctione interna: quod etiam per os Prophetæ est dictũ: *Ecce ego sepiam viam tuam spinis.* Quæ est via tua, nisi desideria tua? Per illa accedis ad DEVM, si bona sunt: & recedis, si mala sunt. Et in ipso recessu, malum maximum est, quia ab vnico bono tuo, quo consolatore destitueris, abis. Et adhuc grauaris dolore sensibili tuo, qui aliũde etiam crescit, quãdo ob transgressionem, tibi pœna à Prælato infligitur debita iuxta regulam. Quapropter bene dixit Kempis: *Religiosus negligens, & tepidus habet tribulationem super tribulationem, & ex omni parte patitur angustiam, quia interiori consolatione caret, & exteriorẽ quærere prohibetur.*

Prou. 15. 19.

Iob 6. 16.

Osee 2. 6.

P. Aug.

Thom. à Kemp. lib. 1. ca. 25. num. 7.

At non finientur tempore dolores isti, sed in æternum durabunt, nisi tu resipueris: quod adhuc est horribile cogitatu. Hoc autem Sapiens verbis illis signauit,

Digitized by Google

Prou. 14. 13. uit, cùm dixit: *Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat*: Vtique *inferni*, explicat ibi Lyranus. Quia de istis Dominus in Euangelio dixit: Luc. 6. 25 *Væ vobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis, & flebitis*. Et de fletu æterno est sermo, de quo idem Matt. 22. 13. ait: *Ibi erit fletus*, scilicet, in inferno.

Lyran.

Sed quæ causa, & radix omnium istorum dolorum? Proprius amor, teste Apostolo, dicente: 1. Tim. 6. 10. *Radix omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis*. Pater Augustinus legit, *auaritia*, vt habet lectio Græca: & verba hæc considerans, dicit, dupliciter posse cupiditatem, seu auaritiam spectari. Primò, generaliter, pro amore proprio. Secundo, specialiter, pro amore pecuniæ, qui vsitatiùs dicitur auaritia; & Apostolum hîc voluisse per speciem, genus significare, hoc est, amorem proprium, quem alio nomine dicit appellari *priuatum*. *Quod potius*, inquit, *à detrimento, quàm ab incremẽto dictum elucet. Omnis enim priuatio minuit:* quia ibi minuitur bono, vbi illud quærit: ibi delectatione priuatur, vbi illam venatur. *Vnde itaque*, ait sanctus Doctor, *vult eminere superbia, inde in angustias, egestatemque contruditur, cùm ex cõmuni ad proprium, damnoso sui amore redigitur*. Vbi per *superbiam* intelligi potest superbiæ initium, huius amoris effectus. Cùm enim quis se inordinatè amat, alios superexcellere cupit: aut ipse amor sui, quia in se superbus est: se enim ipso curuat ad se rationem, & calcando, superegreditur illam. Secunda verò epistola ad eundem Timotheum, cap. 3. pro specie, cupiditatem sumpsisse, eam distinguendo à genere, cùm dixit, *Erunt homines seipsos amantes*. Ecce amor proprius, vt genus. Et subditur: *cupidi*, quod ipse legit, *auari*, cum lectione græca, id est, amatores pecuniæ. Cùm autem, *quod est causa causæ, sit etiam causa causati*: in hoc pariter sensu constat, amorem proprium, qui auaritiæ hîc causa ponitur, omnium malorum similiter esse causam. Dicit ergo Augustinus, inde in angustias redigi, vnde vult eminere: Quod est, doloribus multis se inferere, vt subdit Apostolus, & exponit Lyranus his verbis: *Mali enim homines, quasi continuè sentiunt mentis dolores. Propter quod dicit Augustinus, quòd malus animus est sibi pœna, & cum hoc se obligant ad dolores inferni intolerabiles*. Ecce confirmat ex sententia Augustini supra adducti; & patet amplius ex Apostolico ore, & expositione Doctoris, non tantùm in hac vita ipsum amorem sui, durum sibi malleum esse, sed

2. Tim. 3. 2.

Lyran.

etiam

etiam post vitam istam, cùm morti ferè concupiscit, æternaliter esse torquendum. Et ideo non dixit Apostolus, *doloribus* tantùm, sed addidit *multis*, vt temporales, & æternos significaret includi.

Ex dictis ergo morosè consideratis, & penetratis benè, sic ad cor suum loquatur impugnatus ab hoc amore: Quid quæro per concupiscentiam meam? delectationem? in ea repetio dolorem, imò multiplicem, & quandoque æternum, vt explicatum manet. Si igitur me delectatio mouet, & dolor ei præponderat, vincat dolor, vt frangat concupiscẽtiam, quam inuitauerat gaudium, & illud cum Sapiente corripiat, ei frænum imponens. *Gaudio dixi, quid frustra deciperis?* Vbi Septuaginta legunt: *Iucunditati dixi, quid hoc facis?* id est, *quid emolumenti est viro, qui fecerit illud?* vt Lorinus explicat ex Chaldæo: quasi dicat, nullum: imo *detrimentum*, vt supra ex Augustino est clarum. Ergo frustror quærendo iucundari, & sic decipior. Cùm igitur deceptio cum tanto nocumento, meritò sit fugienda; fugiam mei inordinatum amorem, ne incidam in mærorem.

Eccl. 2. 2.

Lorin.

Similis in concupiscentia fieri potest discursus, qua fugitur aliqua pœna, seu labor in adimplendo præcepto. Nam vbi pœnam fugio, maiorem reperio, quam secum timor, vel tristitia portat, vt manet ostensum: ergo, ne frustrer, & decipiar, viriliter resistam labori, quem secum obseruantia trahit, ne incidam in dolorem, quem affert voluntas propria.

His adde, quæ circa hoc in superiori volumine *dixi* in Propugnaculo, Cõsideratione 139. prob. 6.

CONSIDERATIO VI.

Ex pace, quiete, impaßibilitate, & gaudio, quæ sunt in amoris huius contrario.

PEr contrarium amoris proprij inordinati, *mortificationem* hîc intelligimus, seu *abnegationem sui*. Hoc supposito, sit

DISCVRSVS I.

Circa *pacem*, & *quietem*.

DE *interiori* loquimur pace, quæ excellentior est, quàm externa, quantùm spiritualia corporalia antecellunt; quam tollit mutua pugna, quæ interiùs inter sensitiuum appetitum, & rationalem sentitur, vt significauit Apostolus, cùm dixit: *Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem*. Et pro ratione pugnæ adducitur mutua oppositio, dum sub-

Galat. 5. 17.

Digitized by Google

subditur: *Hæc enim sibi inuicem aduersantur:* & contrarietas in quo consistat, subnectitur: *Vt non quæcunque vultis, illa faciatis*. Appetitus nanque sensitiuus, liberè, quod vult, aliquãdo nequit explere, repugnante ratione. Neque ratio similiter velle suum exequi valet, sensu renuente. Propter quod dicebat idem Apostolus: *Velle quidem*
Rom. 7. 18 *adiacet mihi: perficere autem non inuenio*. In ista autem luãta mutua, seu repugnantia, bellum consistit. Et quia in vna eademque anima exercetur, est valde amara: vt de se ipso, ante conuersionem suam, Pater meus Augustinus fatetur his verbis:
Pat. Aug. lib. 8. cõf. cap. 5. *Duæ voluntates meæ: vna vetus, alia noua; illa carnalis, ista spiritualis; confligebant inter se, atque discordando, dissipabant animam meam. Sic intelligebam meo ipso experimento id, quod legeram, quomodo caro concupisceret aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem*. Et inferiùs sic ait: *Ego cùm deliberabam*,
Ibid. c. 10 ante med. *vt iam seruirem Domino* DEO *meo, sicut diu disposueram: ego eram, qui volebam, ego, qui nolebam; ego, ego eram. Nec plenè volebam, nec plenè nolebam. Ideo mecum contendebam, & dissipabar à me ipso*. Vbi hæc vltima verba specialiter notanda sunt. Nam *dissipari à se ipso*, acrius est, quàm hoc ab alio pati. Et ideo pro causa istius acrioris cõflictus ponit *seipsum*, & duplicat *ego, ego*, vt hoc satis ostendat. Nam velle, & non posse perficere, quod significãt verba, *Non plenè volebam, non plenè nolebam*, facit pugnam. Et oppositio ista exercita in eadem anima, parit acerbitatem doloris. Proinde subdit: *Et ipsa dissipatio, me inuito, quidem fiebat, nec tamen ostendebat naturam mentis alienæ, sed pœnam meam*. Quasi, quòd fieri dissipationem in eadem natura, pœnam augeret.

Idem magis exemplo quodã inferius explicat. *Cùm eternitas*, inquit, *delectet superius, &*
Ibid. in fin. *temporalis boni voluptas retẽtat inferius, eadẽ anima est, non tota voluntate, illud, aut hoc volens*. Vbi *non tota voluntate velle*, idem est, quod non perfecta voluntate, valente scilicet deducere ad effectum, quod vult, vt Apostolus dixerat, *Velle adiacet mihi, sed non perficere*: Et idem Augustinus vocauerat *nõ plenè velle*. Et ex oppositione ista, qua in eadẽ anima reperitur velle, & nolle non plenè, cruciatum pugnæ asserit prouenire, vnde ait: *Et ideo discerpitur graui molestia*.

Cùm igitur non sit pax, nisi vbi est *subiectio repugnantium*, si altera voluntas aliam subiugauerit, procul dubio pax sequetur: at cum discrimine hoc, quòd cùm sensitiuus appetitus subegerit, pax vera non erit, quia non à le-

Digitized by Google

à legitimo domino ſubiectio fiet, cùm ad rationalem pertineat dominatus, Gen. 4. 7. iuxta illud, *Subter te erit appetitus tuus*, vtique ſenſitiuus: *& tu dominaberis illius*, & remorſus conſcientiæ de Tyrannico ſequetur dominium, & pacem illam turbabit, poteritque Iſai. 38. 17. quis meritò dicere: *Ecce in pace amaritudo mea amariſſima*. Cùm ergo appetitus rationalis ſubegerit ſenſitiuum, cui iure potius ſubiectio conuenit, tunc pax vera ſequetur. Proinde optimè quidam illuminatus intulit: Kempis lib. 1. c. 6. num. 2. *Reſiſtendo igitur paſſionibus, inuenitur pax vera cordis: non autem eis ſeruiendo*. Et applicando ſententiam, dicit: *Non eſt ergo pax in corde hominis carnalis: non in homine exterioribus dedito, ſed in feruido, & ſpirituali*. Vbi pacem veram à carnali homine ſeparat, in quo appetitus ſenſitiuus dominatur rationi; & eam ponit in ſpirituali, in quo vtique ratio, quæ ſpiritus eſt, dominatur carni.

Cùm autem omnium paſſionum, & vitiorum, proprius amor ſit radix, vt tradidimus ex Apoſtolo: ſi huic per mortificationẽ ſeu abnegationem ſui reſiſtatur, abſque dubio, nulla paſſio alia inſurget, quæ, hoc ſubacto, pacem turbet; Kempis lib. 1. c. 11 num. 4. vt idem Kempis docuit, dicens: *Ad radicem ſecurim ponamus, vt purgati à paſſionibus, pacificam mentem poſſideamus*.

Hæc ſanè pax illa eſt, quam canentes Angeli pronunciarunt non dari, niſi in abnegatione, & Luc. 2. 1 & mortificatione ſui: *Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis*; ideſt, abnegatæ voluntatis. Bona enim voluntas aliud non eſt, quàm abnegata voluntas, mortificata propter DEVM. Quid eſt aliud, quæſo, bona voluntas, niſi recta voluntas ad regulam ſuam, à qua bonitatem habet, nimirum ad DEVM ſuum? *Si* curuetur ad ſe, diſtorta proculdubio manebit ad illum; & ficiam non recta, & conſequenter non bona. Sed quando curuatur voluntas, niſi cùm propria fit, quæ ſua ſunt quærens, non quæ IESV Chriſti? quod ſibi vtile eſt, non quod multis? Igitur tunc non curuatur, cùm abnegatur, quia ſic rectificatur ad DEVM ſuum. Cùm enim centrum illius verum, DEVS ipſe ſit, tolle, quod curuat, & recta manebit. Igitur in terra vera pax non eſt, ex ore Angelico, niſi in bona voluntate, abnegata vtique, & mortificata propter CHRISTVM.

Prouerbium eſt, quòd *magnũ bellum, parit magnam pacem*. Hoc autem eſt bellum, quod veri milites CHRISTI intra ſe gerunt, mortificatio vtique propriæ voluntatis; qua ſubiugata, cæteræ paſſiones quieſcunt, & pax reſultat cum quiete iucunda. Propterea ſponſus dicebat in laudem

ſpon-

Digitized by Google

Cant.7.1 ſponſæ, id eſt, animæ iuſtæ: *Quid videbis in Sulamite, niſi choros caſtrorum?* Sulamitis interpretatur *pacifica*. Dicit igitur, quid aliud videbis in pacifica mea, niſi caſtra militantium? Cur non ait, quid videbis in *bellatrice mea*, ſed in *pacifica mea*, cùm caſtra bellum deſignent? Quia bellum, quod cum paſſionibus gerimus, pax eſt interior, & cum DEO: & quia non amara, ſed ſuauis, & dulcis; ideo videntur præliantium caſtra, & non plorantium: ſed choros ducentium; quia canentium, quia iubilantium, quia exultantium.

Hæc cauſa eſt, ob quam Princeps Apoſtolorum Petrus, de mortificatione loquendo, quam præcipiebat, eam cum 1.Pet.3.4 quiete coniunxit, dicens: *Qui abſconditus eſt cordis homo, in incorruptibilitate quieti, & modeſti ſpiritus, qui eſt in conſpectu* DEI *locuples:* vbi per hominem *abſconditum*, intelligitur mens ipſa, quæ dicitur *ho-* 2.Cor.4.16. *mo interior*, 2. Corinthiorũ c. 4. & ait, quod teneatur *in incorruptibilitate* vtique morali; quæ tunc contingit, quando poſt concupiſcentias carnis non itur. Nam, qui ſic eunt, *corrupti mente* vocantur à Paulo. Et quia incorruptibilitas talis per mortificationem interiorem euenit; ideo ſubiungit, *quieti, & modeſti ſpiritus:* vbi nomine *ſpiritus*, intelligitur ille, de quo Apoſtolus: *Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum*, Gal.5.17 qui ratio eſt. Modeſtiæ igitur ſpiritus, iuxta Lyranum, Lyran. virtus interna eſt, refrænans ſpiritum, vtique rationem, ne in deliberatis actionibus ſuis immoderatè ſe gerat: idque nomen ipſum indicat. Modeſtia enim eſt, quaſi *modum tenens*. Et quia hinc perturbatio remouetur, quæ à paſſionibus concupiſcibilis, & iraſcibilis ſenſitiuæ partis facilè poſſet oriri; ideo ſequitur interior quies. Clarum eſt ergo, quòd cùm mortificatio, actionum inordinatarum ſit refrænatio, nomine *modeſtiæ internæ*, à Petro eſſe ſignatam, quæ ab eodem *in conſpectu* DEI *locuples* dicitur, & meritò: cùm donum illius ſit, animam ditans, & iucundans pace interna, pignore ſanè illius ſupernæ, qua delectabuntur Beati.

O igitur felix mortificatio, & abnegatio ſui, quæ tantum bonum paris, & tecum adducis! Vtinam quis delicias tuas viuificatrices, vera libertate, & ſuauitate plenas agnoſceret, vt ſe totum tibi dicaret! Igitur frater chariſſime, ſi adeo deſiderabiles ſunt quies, & pax, vt omnia naturaliter hæc appetant, & conſeruare quærant, vt oſtendunt etiam ipſa inſenſibilia elementa. Terra namque, aquæ quærit ſubeſſe: ſimiliter aqua aëri, & aër igni, vt ſic pacem

conſeruent; & quietem. Et ſi fortè aliquod, verbi gratia, terra ſupra aquam ponatur, ſtatim pondere ſuo, veloci motu ima petit, vt aquæ ſubdatur: & ſic de aqua, reſpectu aeris, &c. Quare apperitus ſenſitiuus tuus, qui debet rationali ſubeſſe, *Genſ.4.7.* iuxta illud: *Subter te erit appetitus tuus*, ſi fortè præeſſe voluerit, non ſtatim ſubiugabitur, vt pax vera ſeruetur? Quare tu, qui rationis es compos, peruertis naturæ ordinem, ad quem inanimata anhelant? Quomodo ſub vexillo pacifici Regis militabis, & poſt illum ibis, intus turbatus; quod non contingeret, ſi abnegares te? Audi ipſum dicentem: *Si quis vult* *Matt.16.24.* *venire poſt me, abneget ſemetipſum*; *Luc.9.23* quaſi non ſit dignus poſt illum ire, qui intus non vult per ſui mortificationē, veram pacem inire. Igitur ſolum, abnegato te, ipſum ſequêris, & pace vera ditatus, quiete fruêris.

DISCVRSVS II.

Circa *Impaſsibilitatem*, *& gaudium*.

QVemadmodum ſuperiori Diſcurſu de pace interna ſumus locuti, ſic nunc de *impaſsibilitate animi*, quæ dignior eſt, tractamus: & hanc per mortificationem acquiri, aſſerimus. Et ratio euidens eſt, quia interior paſſibilitas in concupiſcentiæ abſciſſione conſiſtit. Qui ergo nihil concupiſcit, nihil patitur: non enim habet, quod abſcindatur: & ſic impaſſibilis fit.

Peruenitur autem ad non concupiſcere, per mortificationis exercitium, quo propria abnegatur voluntas, teſte S. Dorotheo, dicente: *Oderimus in primis voluntatem noſtram, & ſic breui, diuino præſidio, ad impaſſibilitatem animi perueniemus.* Vbi dicit, compendioſam hanc viam eſſe, ad hoc magnum bonum obtinendum. Cùm enim cæteræ animi paſſiones ab amore proprio, tanquam à radice pullulent; hoc abnegato, cæterę paſſiones inde pullulantes manent præciſæ, ſicque ſine paſſionibus redditur anima impaſſibilis. *Si propriam voluntatem* (inquit prædictus Sanctus) *abſcindat, abſcindit & priſtinas affectiones; quibus præciſis, fit, Dei opere, omnino impaſsibilis.* Cùm enim propria voluntas ſenſibilis ſubiugata eſt rationi, & illi ſe ſubdit libenter, iam rationalis contrarium nil experiens, nihil patitur à ſe diſſonum, ex quo etiam dolor procederet; proindeque impaſſibilis perſeuerat. Patitur namque voluntas, quando non habet quod vult: qui autem nihil vult, habet quod vult, proindeque nihil patitur. *Semper enim* (inquit Beatus Laurentius Iuſti-

S. Doroth. de abrenunt. doctr. 1. poſt med. tom. 2. Biblioth SS. Patr.

Digitized by Google

S. Laur. Iuſtin. de diſcip. & perf. c. 2. poſt med. Iuſtinianus) *quod volunt, habent; quia nihil aliud, quàm quod habent, velle noſcuntur*. Quis eſt autem, qui nihil vult, niſi abnegatus homo, qui nihil appetit rationi repugnans? Quando ergo id non habet, habet, quod vult, quo eligit carere libenter.

Ex hac ergo *impaſſibilitate*, magna oritur requies, & tranquillitas pro ſtatu, de lege ordinaria, poſsibili naturæ corruptæ. Accedit namque ad feliciſsimum ſtatum illum, quo primus noſter parens cõditus fuit, & quo fruebatur ante peccatum, & fruituri ſumus, Deo propitio, in beata vita futura. Incipit enim hìc libertas animi quædam, & à miſera ſeruitute carnalis concupiſcentiæ ſic quiſque eximitur, qua velut catena ferrea quadam tenebatur ligatus; prout de ſe nondum plenè conuerſo S. Pater Auguſtinus fatetur his verbis *S. P. Aug. lib. 8. cõf. cap. 5.* *Cui rei* (vtique libertati filiali per conuerſionem) *ego ſuſpirabam ligatus, non ferro alieno, ſed mea ferrea voluntate. Velle meum tenebat inimicus, & inde mihi catenam fecerat, & conſtrinxerat me. Quippe ex voluntate peruerſa, facta eſt libido: & dum ſeruitur libidini, facta eſt conſuetudo: & dum conſuetudini non reſiſtitur, facta eſt neceſſitas. Quibus quaſi anſulis quibuſdam ſibimet innexis* (vnde catenam appellauit) *tenebat me obſtrictum dura ſeruitus.* Hæc ille. Per abnegationem autem ſui, catena hæc rumpitur, & libertas acquiritur, & ab hoſte ſecuritas, & in hac tranquillitas gaudio plena. *Homo abnegatus* (ait Thomas de Kempis lib. 3. cap. 39. num. 3.) *valde liber eſt, & ſecurus*. *Kempis.* Et alibi dixit: *Si veraciter vis delectari, & abundantiùs à me conſolari* *Idem cap. 10. nu. 3.* (loquitur in perſona CHRISTI) *ecce in contemptu omnium mundanorum, & in abſciſſione omnium infimarum delectationum erit benedictio tua; & copioſa tibi reddetur conſolatio*. Et incrementum huius ex incremẽto abnegationis docet procedere, dum ſubdit: *Et quandò te plus ab omni creaturarũ ſolatio ſubtraxeris, tãtò in me ſuauiores, & potentiores conſolationes inuenies.*

Quod ſignificauit Propheta, cùm dixit: *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam*. *Pſ. 93. 19* Ad menſuram ergo dolorũ, qui ſentiuntur in corde, dum pars ſenſitiua ad ima trahens, à rationali appetitu abſtrahitur, vt obediat Deo, & ſic ab illa diuiditur; in qua diuiſione experitur dolorem, qui tamen gaudio magno compenſatur à Deo. Quod etiam fatetur alibi, dicẽs: *Renuit conſolari anima mea*. *Pſ. 76. 4.* Ecce mortificatio ſui, qua fugitur in infimis conſolari. Et quid inde ſequutum? *Memor fui Dei, & delectatus ſum.*

Digitized by Google

Verum eſt, quòd gaudia iſta præcedit lucta, & pugna, qua quis reſiſtit concupiſcentiæ ſuæ; in qua reſiſtẽtia conſiſtit mortificatio ſui; vt prędictus Kempis teſtatur ibidem dicens: *Sed primò, non ſine quadam triſtitia, & labore certaminis, ad has pertinges*, vtique conſolationes ſpirituales, quæ longè antecellunt carnales. Sed non mirum, quia non peruenitur ad pacem, niſi per bellum: at quò acrius iſtud fuerit, eò copioſiora erunt gaudia ex pace ſecuta. Iſta enim ſunt veluti ſpolia, in quorũ inuentione delectãtur milites, parta victoria. Cui lætitiæ, quia maxima eſt, comparat Propheta illam, quæ ex meditatione, & obſeruantiâ legis diuinæ percipitur, dicens: Pſal 118. 162. *Lætabor ego ſuper eloquia tua, ſicut qui inuenit ſpolia multa*. Et ex iſta mortificatione ſui, libera etiam ſequitur obſeruantia iſta mandatorum; quia amore ſui præpeditus, illa adimplere quis nequit, ex regula illa diuina: Matt. 6. 24. *Nemo poteſt duobus dominis ſeruire*. Et ideo ibi concludit, neceſſarium omnino eſſe, odio alterum habere: quod odium nos hîc reſpectu carnis, mortificationem vocamus. Hæc ergo interuenire, ſeu præuenire debet; & ideo non mirum, ſi ex ea, lætitia ſequatur eximia, ſicut, quæ accidit inuenienti ſpolia multa. Inueniuntur enim poſt victoriam; victoria autem ſupponit bellum. Bellum ergo eſt in cuſtodia eloquiorum, ſeu præceptorum diuinorum; quia mortificatio interuenit, in qua lucta eſt, & certamen, poſt quod pax ſequitur; in qua delectatio, iuxta illud, Pſ. 36. 11 *Delectabuntur in multitudine pacis*; Vtique in patria conſummatè, hîc initiatè.

De qua pace, & gaudio dixit Apoſtolus: Phil. 4. 7. *Pax Dei, quæ exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra, & intelligentias veſtras*. Pax enim iſta adhuc viatrix, quam parit abnegatio ſui, Dei dicitur, quia amore illius fit, & auxilio eius, vt infra dicetur. Exuperare autem dicitur omnem ſenſum, quia tam ingens eſt ſpiritualis delectatio inde ſecuta, vt omnem carnalem excedat: quæ dicitur cuſtodire corda in modum fortis armati valentis ab hoſte defendere. Et quia hoſtis iſte, appetitus ſenſitiuus poterat eſſe, carnalem nobis delectationem proponens; ideo dicit, hanc eſſe infirmam reſpectu illius, obidque potentem eſſe delectationem, & gaudium pacis internæ, cor cuſtodire, ne à carnali gaudio falſo, ex concupiſcentia orto, vinceretur. Qua trepidatione trepidans Auguſtinus, & hæſitans, an poſſet ſine concupiſcentiæ voluptatibus conuerſus viuere; ait ipſemet in confeſsionibus ſuis, Continentiam honeſtè ſibi blandientẽ, ſeipſum ani-

Digitized by Google

animasse exemplo multorum cõuersorum ex omni ætate, & sexu, in quibus ipsa vincebat cum partu gaudiorum DEI, exuperantium spretas carnis delicias. *Et in omnibus* (inquit) *ipsa continentia nequaquam sterilis, sed fœcunda mater gaudiorum de marito te, Domine.* Vnde quemadmodum *Mulier, cùm parit, tristitiam habet, quia venit hora eius: cùm autem peperit puerum, iam non meminit pressuræ, propter gaudium, quia natus est homo in mundum*; vt dicitur apud Ioannem: ita continentia, dum continentem facit, comitem habet dolorem: cùm tamen fœcunda sit, gaudia parit vera, quæ DEVS seminat in mente sincera, illius amore se abnegante, & continente.

Ioan. 16. 21.

Et propterea puto addidisse Apostolum, custodire adhuc pacem istam, *intelligentias nostras*, quia stabilit pariter intellectum, ne fluctuet consideratione sensibilium voluptatum, agnoscens, quàm certior, & longè fœcundior sit partus gaudiorum verorum, quæ de mortificatione nascũtur, quàm sterilia semina concupiscẽtiarum carnalium; vt, his spretis, inhæreat totus illi.

Quid igitur te retrahit, charissime frater, à mortificatione, & abnegatione tui? Labor, dolor, & mæror, quos experiris in ipsa? Ecce compensantur impassibilitate, & gaudio, quæ consequuntur ipsam. Exteriùs apparet nigra, sed intus formosa: exteriùs amara, sed intus dulcis, imò exercitio etiam delectabilis, quatenus facilis: per frequentatos namque actus, acquiritur habitus, qui facilitat opus. Et facilis acquirendi modus à Dorotheo traditur loco supra citato, scilicet, assuefieri in paruis se abnegare: nam sic, & in magnis, hoc suauiter fiet, vt exemplis ostendit, quæ infra ponemus.

S. Doroth. Consid. 11 disc. 3.

CONSIDERATIO VII.

Ex *gratia*, qua sui mortificatio redditur *facilis*, & *suauis*.

NON solùm ex prædictis motiuis mortificatio, cuius facies plena horrore apparet, facilis, mitis, & tractabilis apparebit, sed etiam ex cõsideratione gratiæ diuinæ, cuqua, quod onerosum est, ideoque difficile, leue redditur, & suaue. Quod Dominus significauit, cùm dixit: *Iugum meum suaue est, & onus meum leue*. Licèt enim iugum, & onus, ex se, grauitatem dicant; tamen cum gratiâ DEI, quod graue erat, fit leue; & quod difficile, & amarum, facile, & suaue. Ideo à Kempis vocatur *solamen pressuræ, fugatrix tristitiæ, ablatrix timoris*. Videtur enim: quis onere

Matt. 11. 30.

Kemp. lib 3. cap. 55. nu. 6.

Digitized by Google

premi mortificationis, & inde timere, & triſtari: proinde omnia mala hæc dicitur fugare, & lætam, & ſubleuatam facere animam. Ad hoc ſignandum dicit alibi Dominus per Oſeam Prophetam: *Ero eis, quaſi exaltans iugum ſuper maxillas eorum.* Oſee 11. 4. At quomodo ait exaltare iugũ, id eſt, auferre, cùm apud Matthæum ad illud inuitet? Matt. vt ſupra. *auferre* namque, & *imponere*, ſanè videntur opponi. Sed reſpondeo, minimè inter ſe oppoſita eſſe verba diuina, ſed præſentis veritatis eſſe ſignificatiua; quatenus nimirum legis diuinæ obſeruantium iugum (per quod mortificatio deſignatur) ita gratia diuina redditur ſuaue, ac leue, ac ſi quis illi collum non ſubderet, ideoque onus illius non ſentiret. Proinde abſolutè non dicitur, *Ero exaltans iugum*, ſed *quaſi exaltans*; quia remanet quidem iugum, & onus; ſed ita ſuaue, & leue, ac ſi fuiſſet ablatum.

Vidiſti hominem pedibus ſuis incedentem per viam, laſſatum, pondere corporis prægrauatum: offertur ei equus: aſcendit, & ſuper ipſum ſedens, ſubleuatus iam ab onere ſui, lætus perficit iter ſuum. Sic qui viam incedit obſeruantiæ legis diuinæ, quæ apud Matthæum *arcta* dicitur, Matt. 7. 14. & *anguſta*, quia carni contraria, & mortificatiua illius; tamen, ſi adſit gratia diuina, inſtar equi erit, qui carnis ſarcinam ſubleuabit, quæ legi contraria erat, & ideo reddebat laſſum. Ob id pro hoc adiutorio clamabat, qui dicebat: *Perfice greſſus meos in ſemitis tuis*; Pſ. 16. 5. id eſt, in itineribus anguſtis, quibus ad tuam requiem peruenitur, exponit ibi P. Auguſtinus. Eſt enim *ſemita*, via anguſta, quæ ſalutis eſt, ad vitam ducens æternam; in qua mortificatio deſignatur neceſſaria ad obſeruantiam legis, cui proprius amor repugnat. Dicit igitur, *perfice*, tu gratia tua, quæ in modum vehiculi, aut equi ſit mihi, *greſſus meos*: nam mihi relictus, non valeo perficere ſicut nec incipere: (Ideo ſubditur, *Vt non moueantur veſtigia mea*, me vtique laſſum proſternendo, ſuccumbentemque oneri) ſed gratia tua ſuffultus, onus meum portabo, & iter meum lætus perficiam. Hinc Kempis Kemp. lib 2. cap. 9. num. 1. dixit: *Satis ſuauiter equitat, quem gratia* DEI *portat*.

De anima iuſti, quæ ſui mortificationi attendit, dicitur in Cant. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto, delicijs affluẽs, innixa ſuper dilectum ſuum?* Cant. 8. 5 Per *deſertũ* amor proprius intelligitur. Quemadmodum namque deſertum, terra eſt inculta, & ſterilis, & tantùm tribulos, & ſpinas germinãs; ita amor ſui, ſterilis eſt fructuũ vitæ æternæ, quæ ſunt virtutes; & ferax tribulorum, & ſpinarum vitiorum omnium. Et quemadmodũ *deſertum* habitationi humanæ,

Digitized by Google

mânæ ineptum eſt, & beſtijs feris aptum; ita proprius amor, DEI impedit habitationem, & facit habitaculum dæmoniorum. Et denique, quia per hunc amorem deſeritur DEVS, vel deficitur ab illo, vt patet ex dictis: ideo etiam aptè illi hoc nomen competit. Igitur animæ, quæ proſtrata iacebat in hoc deſerto inter tribulos paſſionum, & ſpinas, illam amarè pungentes, iam videtur aſcendere, & non, vtcumque: *ſed delicijs affluens*; vt oſtendatur, non quibuſuis, delicijs, ſed affluentibus, in *copia*, ſcilicet, *magna*, aſcendere per viam deſertam ad montem DEI, perfectionis vtique, *coagulatum* & *pinguem*, per mortificationem ſui, carnem calcando, & vitia. At non mirum, quia *innixa aſcendit ſuper dilectum ſuum*; ideſt, CHRISTVM, *à quo ſolo fluit omnis gratia*, vt ibi Interlinearis exponit. Quomodo ergo per admirationem dicitur, *Quæ eſt iſta?* &c. quomodo non mirum, quod mirũ? Mirum naturæ: non mirum gratiæ.

Si igitur tu conſideraueris te ſine DEO, abſque dubio carnem domare non poteris, & concupiſcentias illius ſubiugare: Si autem tecum DEVM adiutorem inſpexeris, te fortem inuenies ad hoc faciendum cum iubilo.

Naturam cõſiderabat Paulus, quando ab hoſte hoc impugnatus agnoſcebat ſe impotẽtem ad conſerendum manus cùm illo; proindeque, non ſemel, ſed tèr, illius rogans diſceſſum, dixit: *Ter Dominum rogaui, vt diſcederet à me*. Sed quid ei fuit ab Omnipotente reſponſum? *Sufficit tibi gratia mea*. Ac ſi diceret: non expaueſcas Paule, quia poterit gratia, quod non valebat natura. Hinc alibi conſiderans hoc auxilium, dicebat fidenter: *Omnia poſſum in eo, qui me confortat*. Et iterum: *Non ego, ſed gratia Dei mecum*.

2.Cor. 12. 8. 9. Philip. 4. 13. 1.Cor. 15. 10.

Dauid quoque efficacitate gratiæ propriam debilitatem cõfortans, dixit: *In te eripiar à tentatione*; ideſt, licèt ex me non poſſim, in te tamen potero. Et licèt difficillima ſit impugnatio, tamen à me ſuperabitur, quia potentior tua auxiliatio. Ideo ſubdit: *Et in* DEO *meo tranſgrediar murum*. Quemadmodum namque murus maximè impedit, ne fiat acceſſus ad aliquem; ita tentatio valida, ne accedatur ad Deum. Igitur murum iſtum trãſgrediar, non in me, ſed *in* DEO: & addit *meo*, ad auxilij confidentiam. Quia cùm ſit Omnipotens DEVS, eſt & meus: & quia *omnipotens*, valebit: & quia *meus*, non negabit. In eo ergo tranſgrediar *tentationis obſtaculum, quæ impedit proceſſum in bonum*, exponit ibi Lyranus.

Pſ. 17. 30. Lyran. in gloſ. mor.

Et hæc ſanè eſt fortitudo, quã DEVS per Iſaiam Prophetam mi-

ciã:

etiam post vitam istam, cùm mortiferè concupiscit, æternaliter esse torquendum. Et ideo non dixit Apostolus, *doloribus* tantùm, sed addidit *multis*, vt temporales, & æternos significaret includi.

Ex dictis ergo morosè consideratis, & penetratis benè, sic ad cor suum loquatur impugnatus ab hoc amore: Quid quæro per concupiscentiam meam? delectationem? in ea reperio dolorem, imò multiplicem, & quandoque æternum, vt explicatum manet. Si igitur me delectatio mouet, & dolor ei præponderat, vincat dolor, vt frangat concupiscẽtiam, quam inuitauerat gaudium, & illud cum Sapiente corripiat, ei frænum imponens. *Gaudio dixi, quid frustra deciperis?* Vbi Septuaginta legunt: *Iucunditati dixi, quid hoc facis?* id est, *quid emolumenti est viro, qui fecerit illud?* vt Lorinus explicat ex Chaldæo: quasi dicat, nullum: imo *detrimentum*, vt supra ex Augustino est clarum. Ergo frustror quærendo iucundari, & sic decipior. Cùm igitur deceptio cum tanto nocumento, meritò sit fugienda; fugiam mei inordinatum amorem, ne incidam in mærorem.

Eccl. 2. 2.

Lorin.

Similis in concupiscentia fieri potest discursus, qua fugitur aliqua pœna, seu labor in adimplendo præcepto. Nam vbi pœnam fugio, maiorem reperio, quam secum timor, vel tristitia portat, vt manet ostensum: ergo, ne fruster, & decipiar, viriliter resistam labori, quem secum obseruantia trahit, ne incidam in dolorem, quem affert voluntas propria.

His adde, quæ circa hoc in superiori volumine dixi in Propugnaculo, Cõsideratione 139. prob. 6.

CONSIDERATIO VI.

Ex *pace, quiete, impassibilitate, & gaudio, quæ sunt in amoris huius contrario.*

PEr contrarium amoris proprij inordinati, *mortificationem* hîc intelligimus, seu *abnegationem sui*. Hoc supposito, sit

DISCVRSVS I.

Circa *pacem*, & *quietem*.

DE *interiori* loquimur pace, quæ excellentior est, quàm externa, quantùm spiritualia corporalia antecellunt; quam tollit mutua pugna, quæ interiùs inter sensitiuum appetitum, & rationalem sentitur, vt significauit Apostolus, cùm dixit: *Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem*. Et pro ratione pugnæ adducitur mutua oppositio, dum sub-

Galat. 5. 17.

Digitized by Google

subditur: *Hæc enim sibi inuicem aduersantur*: & contrarietas in quo consistat, subnectitur: *Vt non quæcunque vultis, illa faciatis*. Appetitus nanque sensitiuus, liberè, quod vult, aliquãdo nequit explere, repugnante ratione. Neque ratio similiter velle suum exequi valet, sensu renuente. Propter quod dicebat idem Apostolus: *Velle quidem*
Rom. 7. 18 *adiacet mihi: perficere autem non inuenio*. In ista autem lucta mutua, seu repugnantia, bellum consistit. Et quia in vna eademque anima exercetur, est valde amara: vt de se ipso, ante conuersionem suam, Pater meus Augustinus fatetur his verbis:
Pat. Aug. lib. 8. cõf. cap. 5. *Duæ voluntates meæ: vna vetus, alia noua; illa carnalis, ista spiritualis; confligebant inter se, atque discordando, dissipabant animam meam. Sic intelligebam meo ipso experimento id, quod legeram, quomodo caro concupisceret aduersus Spiritum, & Spiritus aduersus carnem*. Et inferiùs sic ait: *Ego cùm deliberabam*,
Ibid. c. 10 ante med. *vt iam seruirem Domino* DEO *meo, sicut diu disposueram: ego eram, qui volebam, ego, qui nolebam; ego, ego eram. Nec plenè volebam, nec plenè nolebam. Ideo mecum contendebam, & dissipabar à me ipso*. Vbi hæc vltima verba specialiter notanda sunt. Nam *dissipari à se ipso*, acrius est, quàm hoc ab alio pati. Et ideo pro causa istius acrioris cõflictus ponit *seipsum*, & duplicat *ego, ego*, vt hoc satis ostendat. Nam velle, & non posse perficere, quod significãt verba, *Non plenè volebam, non plenè nolebam*, facit pugnam. Et oppositio ista exercita in eadem anima, parit acerbitatem doloris. Proinde subdit: *Et ipsa dissipatio, me inuito, quidem fiebat, nec tamen ostendebat naturam mentis alienæ, sed pœnam meam*. Quasi, quòd fieri dissipationem in eadem natura, pœnam augeret.

Idem magis exemplo quodã inferius explicat. *Cùm eternitas*, inquit, *delectet superius, & temporalis boni voluptas retẽtat inferius, eadẽ anima est, non tota voluntate, illud, aut hoc volens*. Vbi *non tota voluntate velle*, idem est, quod non perfecta voluntate, valente scilicet deducere ad effectum, quod vult, vt Apostolus dixerat, *Velle adiacet mihi, sed non perficere*: Et idem Augustinus vocauerat *nõ plenè velle*. Et ex oppositione ista, qua in eadẽ anima reperitur velle, & nolle non plenè, cruciatum pugnæ asserit prouenire, vnde ait: *Et ideo discerpitur graui molestia*.
Ibid. in fin.

Cùm igitur non sit pax, nisi vbi est *subiectio repugnantium*, si altera voluntas aliam subiugauerit, procul dubio pax sequetur: at cum discrimine hoc, quòd cùm sensitiuus appetitus subegerit, pax vera non erit, quia non

à le-

à legitimo domino ſubiectio fiet, cùm ad rationalem pertineat dominatus, Gen. 4. 7. iuxta illud, *Subter te erit appetitus tuus*, vtique ſenſitiuus: *& tu dominaberis illius*, & remorſus conſcientiæ de Tyrannico ſequetur dominium, & pacem illam turbabit, poteritque Iſai. 38. 17. quis meritò dicere: *Ecce in pace amaritudo mea amariſſima*. Cùm ergo appetitus rationalis ſubegerit ſenſitiuum, cui iure potius ſubiectio conuenit, tunc pax vera ſequetur. Proinde optimè quidam illuminatus intulit: Kempis lib. 1. c. 6. num. 2. *Reſiſtendo igitur paſsionibus, inuenitur pax vera cordis: non autem eis ſeruiendo*. Et applicando ſententiam, dicit: *Non eſt ergo pax in corde hominis carnalis: non in homine exterioribus dedito, ſed in feruido, & ſpirituali*. Vbi pacem veram à carnali homine ſeparat, in quo appetitus ſenſitiuus dominatur rationi; & eam ponit in ſpirituali, in quo vtique ratio, quæ ſpiritus eſt, dominatur carni.

Cùm autem omnium paſſionum, & vitiorum, proprius amor ſit radix, vt tradidimus ex Apoſtolo: ſi huic per mortificationē ſeu abnegationem ſui reſiſtatur, abſque dubio, nulla paſsio alia inſurget, quæ, hoc ſubacto, pacem turbet; Kempis lib. 1. c. 11 num. 4. vt idem Kempis docuit, dicens: *Ad radicem ſecurim ponamus, vt purgati à paſſionibus, pacificam mentem poſſideamus*.

Hæc ſanè pax illa eſt, quam canentes Angeli pronunciarunt non dari, niſi in abnegatione, & Luc. 2. 1 & mortificatione ſui: *Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis*; ideſt, abnegatæ voluntatis. Bona enim voluntas aliud non eſt, quàm abnegata voluntas, mortificata propter DEVM. Quid eſt aliud, quæſo, bona voluntas, niſi recta voluntas ad regulam ſuam, à qua bonitatem habet, nimirum ad DEVM ſuum? *Si* curuetur ad ſe, diſtorta proculdubio manebit ad illum; & ſiciam non recta, & conſequenter non bona. Sed quando curuatur voluntas, niſi cùm propria ſit, quæ ſua ſunt quærens, non quæ IESV Chriſti? quod ſibi vtile eſt, non quod multis? Igitur tunc non curuatur, cùm abnegatur, quia ſic rectificatur ad DEVM ſuum. Cùm enim centrum illius verum, DEVS ipſe ſit, tolle, quod curuat, & recta manebit. Igitur in terra vera pax non eſt, ex ore Angelico, niſi in bona voluntate, abnegata vtique, & mortificata propter CHRISTVM.

Prouerbium eſt, quòd *magnũ bellum, parit magnam pacem*. Hoc autem eſt bellum, quod veri milites CHRISTI intra ſe gerunt, mortificatio vtique propriæ voluntatis; qua ſubiugata, cæteræ paſſiones quieſcunt, & pax reſultat cum quiete iucunda. Propterea ſponſus dicebat in laudem

ſpon-

Cant.7.1 ſponſæ,id eſt,animæ iuſtæ: *Quid videbis in Sulamite, niſi choros caſtrorum?* Sulamitis interpretatur *pacifica*. Dicit igitur, quid aliud videbis in pacifica mea, niſi caſtra militantium? Cur non ait, quid videbis in *bellatrice mea*, ſed in *pacifica mea*, cùm caſtra bellum deſignent? Quia bellum, quod cum paſſionibus gerimus, pax eſt interior, & cum DEO: & quia non amara, ſed ſuauis, & dulcis; ideo videntur præliantium caſtra, & non plorantium: ſed choros ducentium; quia canentium, quia iubilantium, quia exultantium.

Hæc cauſa eſt, ob quam Princeps Apoſtolorum Petrus, de mortificatione loquendo, quam præcipiebat, eam cum
1.Pet.3.4 quiete coniunxit, dicens: *Qui abſconditus eſt cordis homo, in incorruptibilitate quieti, & modeſti ſpiritus, qui eſt in conſpectu* DEI *locuples*: vbi per hominem *abſconditum*, intelligitur mens ipſa, quæ dicitur *ho-*
2.Cor.4. *mo interior*, 2. Corinthiorũ c. 4. 16. & ait, quod teneatur *in incorruptibilitate* vtique morali; quæ tunc contingit, quando poſt concupiſcentias carnis non itur. Nam, qui ſic eunt, *corrupti mente* vocantur à Paulo. Et quia incorruptibilitas talis per mortificationem interiorem euenit; ideo ſubiungit, *quieti*, & *modeſti ſpiritus*: vbi nomine *ſpiritus*, intelligitur ille, de quo Apoſtolus: *Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum*, qui ratio eſt. Modeſtiæ igitur ſpiritus, iuxta Lyranum, virtus interna eſt, refrænans ſpiritum, vtique rationem, ne in deliberatis actionibus ſuis immoderatè ſe gerat: idque nomen ipſum indicat. Modeſtia enim eſt, quaſi *modum tenens*. Et quia hinc perturbatio remouetur, quæ à paſſionibus concupiſcibilis, & iraſcibilis ſenſitiuæ partis facilè poſſet oriri; ideo ſequitur interior quies. Clarum eſt ergo, quòd cùm mortificatio, actionum inordinatarum ſit refræna-
Gal.5.17 Lyran. tio, nomine *modeſtiæ internæ*, à Petro eſſe ſignatam, quæ ab eodem *in conſpectu* DEI *locuples* dicitur, & meritò: cùm donum illius ſit, animam ditans, & iucundans pace interna, pignore ſanè illius ſupernæ, qua delectabuntur Beati.

O igitur felix mortificatio, & abnegatio ſui, quæ tantum bonum paris, & tecum adducis! Vtinam quis delicias tuas viuificatrices, vera libertate, & ſuauitate plenas agnoſceret, vt ſe totum tibi dicaret! Igitur frater chariſſime, ſi adeo deſiderabiles ſunt quies, & pax, vt omnia naturaliter hæc appetant, & conſeruare quærant, vt oſtendunt etiam ipſa inſenſibilia elementa. Terra namque, aquæ quærit ſubeſſe: ſimiliter aquæ aëri, & aër igni, vt ſic pacem

Digitized by Google

conſeruent, & quietem. Et ſi fortè aliquod, verbi gratia, terra ſupra aquam ponatur, ſtatim pondere ſuo, veloci motu ima petit, vt aquæ ſubdatur: & ſic de aqua, reſpectu aeris, &c. Quare apperitus ſenſitiuus tuus, qui debet rationali ſubeſſe, iuxta illud: *Subter te erit appetitus tuus*, ſi fortè præeſſe voluerit, non ſtatim ſubiugabitur, vt pax vera ſeruetur? Quare tu, qui rationis es compos, peruertis naturæ ordinem, ad quem inanimata anhelant? Quomodo ſub vexillo pacifici Regis militabis, & poſt illum ibis, intus turbatus; quod non contingeret, ſi abnegares te? Audi ipſum dicentem: *Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum*; quaſi non ſit dignus poſt illum ire, qui intus non vult per ſui mortificationē, veram pacem inire. Igitur ſolum, abnegato te, ipſum ſequêris, & pace vera ditatus, quiete fruêris.

Genſ.4.7.

Matt.16. 24. Luc.9.23

DISCVRSVS II.

Circa *Impaſsibilitatem*, & *gaudium*.

QVemadmodum ſuperiori Diſcurſu de pace interna ſumus locuti, ſic nunc de *impaſsibilitate animi*, quæ dignior eſt, tractamus: & hanc per mortificationem acquiri, aſſerimus. Et ratio euidens eſt, quia interior paſſibilitas in concupiſcentiæ abſciſſione conſiſtit. Qui ergo nihil concupiſcit, nihil patitur: non enim habet, quod abſcindatur: & ſic impaſſibilis fit.

Peruenitur autem ad non concupiſcere, per mortificationis exercitium, quo propria abnegatur voluntas, teſte S. Dorotheo, dicente: *Oderimus in primis voluntatem noſtram, & ſic breui, diuino præſidio, ad impaſſibilitatem animi perueniemus*. Vbi dicit, compendioſam hanc viam eſſe, ad hoc magnum bonum obtinendum. Cùm enim cæteræ animi paſſiones ab amore proprio, tanquam à radice pullulent; hoc abnegato, cæterę paſſiones inde pullulantes manent præciſæ, ſicque ſine paſſionibus redditur anima impaſſibilis. *Si propriam voluntatem* (inquit prædictus Sanctus) *abſcindat, abſcindit & priſtinas affectiones; quibus præciſis, fit, Dei opere, omnino impaſsibilis*. Cùm enim propria voluntas ſenſibilis ſubiugata eſt rationi, & illi ſe ſubdit libenter, iam rationalis contrarium nil experiens, nihil patitur à ſe diſſonum, ex quo etiam dolor procederet; proindeque impaſſibilis perſeuerat. Patitur namque voluntas, quando non habet quod vult: qui autem nihil vult, habet quod vult, proindeque nihil patitur. *Semper enim* (inquit Beatus Laurentius Iuſti-

S. Doroth. de abrenunt. doctr. 1. poſt med. tom. 2. Biblioth SS. Patr.

Digitized by Google

S. Laur. Iuſtin. de diſcip. & perf. c. 2. poſt med.

Iuſtinianus) *quod volunt, habent; quia nihil aliud, quàm quod habent, velle noſcuntur*. Quis eſt autem, qui nihil vult, niſi abnegatus homo, qui nihil appetit rationi repugnans? Quando ergo id non habet, habet, quod vult, quo eligit carere libenter.

Ex hac ergo *impaſſibilitate*, magna oritur requies, & tranquillitas pro ſtatu, de lege ordinaria, poſsibili naturæ corruptæ. Accedit namque ad feliciſsimum ſtatum illum, quo primus noſter parens cõditus fuit, & quo fruebatur ante peccatum, & fruituri ſumus, DEO propitio, in beata vita futura. Incipit enim hìc libertas animi quædam, & à miſera ſeruitute carnalis concupiſcentiæ ſic quiſque eximitur, qua velut catena ferrea quadam tenebatur ligatus; prout de ſe nondum plenè conuerſo S. Pater Auguſtinus fatetur his verbis *Cui rei* (vtique libertati filiali per conuerſionem) *ego ſuſpirabam ligatus, non ferro alieno, ſed mea ferrea voluntate. Velle meum tenebat inimicus, & inde mihi catenam fecerat, & conſtrinxerat me. Quippe ex voluntate peruerſa, facta eſt libido: & dum ſeruitur libidini, facta eſt conſuetudo: & dum conſuetudini non reſiſtitur, facta eſt neceſſitas. Quibus quaſi anſulis quibuſdam ſibimet innexis* (vnde catenam appellauit) *tenebat me obſtrictum dura ſeruitus.* Hæc ille. Per abnegationem autem ſui, catena hæc rumpitur, & libertas acquiritur, & ab hoſte ſecuritas, & in hac tranquillitas gaudio plena. *Homo abnegatus* (ait Thomas de Kempis lib. 3. cap. 39. num. 3.) *valde liber eſt, & ſecurus*. Et alibi dixit: *Si veraciter vis delectari, & abundantiùs à me conſolari* (loquitur in perſona CHRISTI) *ecce in contemptu omnium mundanorum, & in abſciſſione omnium infimarum delectationum erit benedictio tua; & copioſa tibi reddetur conſolatio*. Et incrementum huius ex incremẽto abnegationis docet procedere, dum ſubdit: *Et quantò te plus ab omni creaturarũ ſolatio ſubtraxeris, tãtò in me ſuauiores, & potentiores conſolationes inuenies.*

S.P. Aug. lib. 8. cõf. cap. 5.

Kempis.

Idem cap. 10. nu. 3.

Quod ſignificauit Propheta, cùm dixit: *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam*. Ad menſuram ergo dolorũ, qui ſentiuntur in corde, dum pars ſenſitiua ad ima trahens, à rationali appetitu abſtrahitur, vt obediat Deo, & ſic ab illa diuiditur; in qua diuiſione experitur dolorem, qui tamen gaudio magno compenſatur à Deo. Quod etiam fatetur alibi, dicẽs: *Renuit conſolari anima mea*. Ecce mortificatio ſui, qua fugitur in infimis conſolari. Et quid inde ſequutum? *Memor fui Dei, & delectatus ſum.*

Pſ. 93. 19

Pſ. 76. 4.

Verum eſt, quòd gaudia iſta præcedit lucta, & pugna, qua quis reſiſtit concupiſcentiæ ſuæ; in qua reſiſtẽtia conſiſtit mortificatio ſui; vt prędictus Kempis teſtatur ibidem dicens: *Sed primò, non ſine quadam triſtitia, & labore certaminis, ad has pertinges*, vtique conſolationes ſpirituales, quæ longè antecellunt carnales. Sed non mirum, quia non peruenitur ad pacem, niſi per bellum: at quò acrius iſtud fuerit, eò copioſiora erunt gaudia ex pace ſecuta. Iſta enim ſunt veluti ſpolia, in quorũ inuentione delectãtur milites, parta victoria. Cui lætitiæ, quia maxima eſt, comparat Propheta illam, quæ ex meditatione, & obſeruantiâ legis diuinæ percipitur, dicens: *Pſal 118. 162.* *Lætabor ego ſuper eloquia tua, ſicut qui inuenit ſpolia multa*. Et ex iſta mortificatione ſui, libera etiam ſequitur obſeruantia iſta mandatorum; quia amore ſui præpeditus, illa adimplere quis nequit, ex regula illa diuina: *Matt. 6. 24.* *Nemo poteſt duobus dominis ſeruire*. Et ideo ibi concludit, neceſſarium omnino eſſe, odio alterum habere: quod odium nos hîc reſpectu carnis, mortificationem vocamus. Hæc ergo interuenire, ſeu præuenire debet; & ideo non mirum, ſi ex ea, lætitia ſequatur eximia, ſicut, quæ accidit inuenienti ſpolia multa. Inueniuntur enim poſt victoriam; victoria autem ſupponit bellum. Bellum ergo eſt in cuſtodia eloquiorum, ſeu præceptorum diuinorum; quia mortificatio interuenit, in qua lucta eſt, & certamen, poſt quod *Pſ. 36. 11* pax ſequitur; in qua delectatio, iuxta illud, *Delectabuntur in multitudine pacis*; Vtique in patria conſummatè, hîc initiatè.

De qua pace, & gaudio dixit Apoſtolus: *Phil. 4. 7.* *Pax Dei, quæ exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra, & intelligentias veſtras*. Pax enim iſta adhuc viatrix, quam parit abnegatio ſui, Dei dicitur, quia amore illius fit, & auxilio eius, vt infra dicetur. Exuperare autem dicitur omnem ſenſum, quia tam ingens eſt ſpiritualis delectatio inde ſecuta, vt omnem carnalem excedat: quæ dicitur cuſtodire corda in modum fortis armati valentis ab hoſte defendere. Et quia hoſtis iſte, appetitus ſenſitiuus poterat eſſe, carnalem nobis delectationem proponens; ideo dicit, hanc eſſe infirmam reſpectu illius, ob idque potentem eſſe delectationem, & gaudium pacis internæ, cor cuſtodire, ne à carnali gaudio falſo, ex concupiſcentia orto, vinceretur. Qua trepidatione trepidans Auguſtinus, & hæſitans, an poſſet ſine concupiſcentiæ voluptatibus conuerſus viuere; ait ipſemet in confeſſionibus ſuis, Continentiam honeſtè ſibi blandientẽ, ſeipſum

Digitized by Google

animasse exemplo multorum cõuersorum ex omni ætate, & sexu, in quibus ipsa vincebat cum partu gaudiorum DEI, exuperantium spretas carnis delicias. *Et in omnibus* (inquit) *ipsa continentia nequaquam sterilis, sed fœcunda mater gaudiorum de marito te, Domine.* Vnde quemadmodum *Mulier, cùm parit, tristitiam habet, quia venit hora eius: cùm autem peperit puerum, iam non meminit pressuræ, propter gaudium, quia natus est ei homo in mundum*; vt dicitur apud Ioannem: ita continentia, dum continentem facit, comitem habet dolorem: cùm tamen fœcunda sit, gaudia parit vera, quæ DEVS seminat in mente sincera, illius amore se abnegante, & continente. *Ioan.* 16. 21.

Et propterea puto addidisse Apostolum, custodire adhuc pacem istam, *intelligentias nostras*, quia stabilit pariter intellectum, ne fluctuet consideratione sensibilium voluptatum, agnoscens, quàm certior, & longè fęcundior sit partus gaudiorum verorum, quæ de mortificatione nascũtur, quàm sterilia semina concupiscẽtiarum carnalium; vt, his spretis, inhæreat totus illi.

Quid igitur te retrahit, charissime frater, à mortificatione, & abnegatione tui? Labor, dolor, & mæror, quos experiris in ipsa? Ecce compensantur impassibilitate, & gaudio, quæ consequuntur ipsam. Exteriùs apparet nigra, sed intus formosa: exteriùs amara, sed intus dulcis, imò exercitio etiam delectabilis, quatenus facilis: per frequentatos namque actus, acquiritur habitus, qui facilitat opus. Et facilis acquirendi modus à Dorotheo traditur loco supra citato, scilicet, assuefieri in parvis se abnegare: nam sic, & in magnis, hoc suauiter fiet, vt exemplis ostendit, quæ infra ponemus. *S. Dorosh Consid. 11 disc. 3.*

CONSIDERATIO VII.

Ex *gratia*, qua sui mortificatio redditur *facilis*, & *suauis*.

NON solùm ex prædictis motiuis mortificatio, cuius facies plena horrore apparet, facilis, mitis, & tractabilis apparebit, sed etiam ex cõsideratione gratiæ diuinæ, cum qua, quod oneroſum est, ideoque difficile, leue redditur, & suaue. Quod Dominus significauit, cùm dixit: *Iugum meum suaue est, & onus meum leue*. Licèt enim iugum, & onus, ex se, grauitatem dicant; tamen cum gratiâ DEI, quod graue erat, fit leue; & quod difficile, & amarum, facile, & suaue. Ideo à Kempis vocatur *solamen pressuræ, fugatrix tristitiæ, ablatrix timoris*. Videtur enim quis onere *Matt.* 11. 30. *Kemp. lib 3. cap. 55. nu. 6.*

Digitized by Google

premi mortificationis, & inde timere, & triſtari: proinde omnia mala hæc dicitur fugare, & lætam, & ſubleuatam facere animam. Ad hoc ſignandum dicit alibi Dominus per Oſeam Prophetam: *Ero eis, quaſi exaltans iugum ſuper maxillas eorum.* Oſee 11. 4. At quomodo ait exaltare iugũ, id eſt, auferre, cùm apud Matthæum ad illud inuitet? Matt. vt ſupra. *auferre* namque, & *imponere*, ſanè videntur opponi. Sed reſpondeo, minimè inter ſe oppoſita eſſe verba diuina, ſed præſentis veritatis eſſe ſignificatiua; quatenus nimirum legis diuinæ obſeruantium iugum (per quod mortificatio deſignatur) ita gratia diuina redditur ſuaue, ac leue, ac ſi quis illi collum non ſubderet, ideoque onus illius non ſentiret. Proinde abſolutè non dicitur, *Ero exaltans iugum*, ſed *quaſi exaltans*; quia remanet quidem iugum,& onus; ſed ita ſuaue, & leue, ac ſi fuiſſet ablatum.

Vidiſti hominem pedibus ſuis incedentem per viam, laſſatum, pondere corporis prægrauatum: offertur ei equus: aſcendit,& ſuper ipſum ſedens, ſubleuatus iam ab onere ſui, lætus perficit iter ſuum. Sic qui viam incedit obſeruantiæ legis diuinæ, quæ apud Matthæum *arcta* dicitur, Matt. 7. 14. & *anguſta*, quia carni contraria, & mortificatiua illius; tamen, ſi adſit gratia diuina, inſtar equi erit, qui carnis ſarcinam ſubleuabit, quæ legi contraria erat, & ideo reddebat laſſum. Ob id pro hoc adiutorio clamabat, qui dicebat: *Perfice greſſus meos in ſemitis tuis*; Pſ. 16. 5. id eſt, in itineribus anguſtis, quibus ad tuam requiem peruenitur, exponit ibi P. Auguſtinus. Eſt enim *ſemita*, via anguſta, quæ ſalutis eſt, ad vitam ducens æternam; in qua mortificatio deſignatur neceſſaria ad obſeruantiam legis, cui proprius amor repugnat. Dicit igitur, *perfice*, tu gratia tua, quæ in modum vehiculi, aut equi ſit mihi, *greſſus meos*: nam mihi relictus, non valeo perficere ſicut nec incipere: (Ideo ſubditur, *Vt non moueantur veſtigia mea*, me vtique laſſum proſternendo, ſuccumbentemque oneri) ſed gratia tua ſuffultus, onus meũm portabo, & iter meum lætus perficiam. Hinc Kempis dixit: *Satis ſuauiter equitat, quem gratia* Dei *portat*. Kemp. lib. 2. cap. 9. num. 1.

De anima iuſti, quæ ſui mortificationi attendit, dicitur in Cant. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto, delicijs affluẽs, innixa ſuper dilectum ſuum?* Cant. 8. 5 Per *deſertũ* amor proprius intelligitur. Quemadmodum namque deſertum, terra eſt inculta, & ſterilis, & tantùm tribulos, & ſpinas germinãs; ita amor ſui, ſterilis eſt fructuũ vitæ æternæ, quæ ſunt virtutes; & ferax tribulorum, & ſpinarum vitiorum omnium. Et quemadmodũ *deſertum* habitationi humanæ,

manæ ineptum eſt, & beſtijs feris aptum; ita proprius amor, DEI impedit habitationem, & facit habitaculum dæmoniorum. Et denique, quia per hunc amorem deſeritur DEVS, vel deficitur ab illo, vt patet ex dictis: ideo etiam aptè illi hoc nomen competit. Igitur animæ, quæ proſtrata iacebat in hoc deſerto inter tribulos paſſionum, & ſpinas, illam amarè pungentes, iam videtur aſcendere, & non, vtcumque: *ſed delicijs affluens*; vt oſtendatur, non quibuſuis, delicijs, ſed affluentibus, in *copia*, ſcilicet, *magna*, aſcendere per viam deſertam ad montem DEI, perfectionis vtique, *coagulatum & pinguem*, per mortificationem ſui, carnem calcando, & vitia. At non mirum, quia *innixa aſcendit ſuper dilectum ſuum*; ideſt, CHRISTVM, *à quo ſolo fluit omnis gratia*, vt ibi Interlinearis exponit. Quomodo ergo per admirationem dicitur, *Quæ eſt iſta?* &c. quomodo non mirum, quod mirũ? Mirum naturæ: non mirum gratiæ.

Si igitur tu conſideraueris te ſine DEO, abſque dubio carnem domare non poteris, & concupiſcentias illius ſubiugare: Si autem tecum DEVM adiutorem inſpexeris, te fortem inuenies ad hoc faciendum cum iubilo.

Naturam cõſiderabat Paulus, quando ab hoſte hoc impugnatus agnoſcebat ſe impotẽtem ad conſerendum manus cùm illo; proindeque, non ſemel, ſed tèr, illius rogans diſceſſum, dixit: *Ter Dominum rogaui, vt diſcederet à me*. Sed quid ei fuit ab Omnipotente reſponſum? *Sufficit tibi gratia mea*. Ac ſi diceret: non expaueſcas Paule, quia poterit gratia, quod non valebat natura. Hinc alibi conſiderans hoc auxilium, dicebat fidenter: *Omnia poſſum in eo, qui me confortat*. Et iterum: *Non ego, ſed gratia Dei mecum*. 2. Cor. 12. 8. 9. Philip. 4. 13. 1. Cor. 15. 10.

Dauid quoque efficacitate gratiæ propriam debilitatem cõfortans, dixit: *In te eripiar à tentatione*; ideſt, licèt ex me non poſſim, in te tamen potero. Et licèt difficillima ſit impugnatio, tamen à me ſuperabitur, quia potentior tua auxiliatio. Ideo ſubdit: *Et in* DEO *meo tranſgrediar murum*. Quemadmodum namque murus maximè impedit, ne fiat acceſſus ad aliquem; ita tentatio valida, ne accedatur ad Deum. Igitur murum iſtum trãſgrediar, non in me, ſed *in* DEO: & addit *meo*, ad auxilij confidentiam. Quia cùm ſit Omnipotens DEVS, eſt & meus: & quia *omnipotens*, valebit: & quia *meus*, non negabit. In eo ergo tranſgrediar *tentationis obſtaculum, quæ impedit proceſſum in bonum*, exponit ibi Lyranus. Pſ. 17. 30. Lyran. in gloſ. mor.

Et hæc ſanè eſt fortitudo, quã DEVS per Iſaiam Prophetam mi-

Digitized by Google

litibus ſuis promiſerat, dicens:
Iſai. 40. 30. *Deficient pueri, & laborabunt, & iuuenes in infirmitate cadent.*
num. 31. *Qui autem ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem, aſſument pennas, ſicut aquilæ: current, & non laborabunt: ambulabunt, & non deficient.* Id eſt, qui infantili robore vix pollebãt iam diuinæ gratiæ fortitudine erunt iuſti robuſti, & ea facilitate, & voluptate, qua aquilæ cœlum versùs volare gaudent, ſic ipſi celſiſſimum vitæ ſpiritualis iter facient delectabiliter, & faciliter: & non erit defectus, neque labor. Propterea additur *current*, quia aberit labor. Et *non deficient*, quia curſum perficient. Ob id dixit quoque Propheta regius, qui murum audebat tranſgredi, hunc iam curſum currendo perfeciſſe in
Pſal. 118. 32. DEO: *Viam*, inquit, *mandatorum tuorum cucurri*: Sed quando? ſubdit, *cùm dilataſti cor meum*. Cor meum ad ſe reſtrictum, & ſic infirmum, cùm fuit tua gratia dilatatum, neſciuit anguſtias ſemitarum tuarum; & quaſi in via lata, & iucunda poſitum, non lentè inceſſit, ſed cucurrit.

Igitur in mortificatione, qua pugnas, frater chariſsime, contra tui amorem, ad carnalia, & viſibilia te trahentem, non debes ponderare vires tuas, quia ſic animo cades, & cedes; ſed virtutem diuinam, qua adiutus illum ſuperabis, & ſubiugabis fortiter, ac ſuauiter. Pro quo ob oculos cordis Scripturas prædictas pone, & exempla.

CONSIDERATIO VIII.

Ex *Diuino amore.*

PVritas mortificationis, qua proprius amor expugnatur, ita mollificatur amore, vt quod graue, aut durum in ſe eſt, vel tale apparet, faciat molle, ac leue. Hinc regius Propheta durum dixit, cùm pronunciauit:
Propter verba labiorum tuorum, ego cuſtodiui vias duras. Pſ. 16. 4. Quod poſtea Ioannes non graue exiſtimauit, cùm ait: *Et mandata eius grauia non ſunt.* 1. Ioan. 5. 3. Quomodo non grauia, quæ dura. Reſpõdet Auguſtinus: *Dura timori: leuia amori.* Pat. Aug. de nat. et grat. c. 69. tom. 7. Ideo concludit petendum eſſe amorem, ne ſentiat quis dolorem. *Petat*, inquit, *quo deſtituitur, vt impleat, quod iubetur.* Et in hoc ſenſu explicat Interlinearis verba illa Iſaiæ ſupra adducta: *Current, & non laborabunt*; quia *omnia facilia amanti.* Interl. Iſai. 40. 31. Vnde iam prouerbium obtinuit: *Volenti nihil difficile.* Quod de *efficaci* intelligitur *velle*, ex vero procedente amore.

Ideo hoc amore docuit Kempis inordinatum vinci ſui amorem, dicens: *Qui veram, & perfectam charitatem habet, in nulla re ſeipſum quærit.* Kempis. lib. 1. c. 15. nu. 3. Vbi nihil

nihil excludit, quod non superetur, siue magnum sit, siue paruum. Propterea alibi de hoc amore sic loquitur: *Magna res est amor, magnum omnino bonum: quod solum, leue facit omne onerosum, & fert æqualiter omne inæquale.* Vbi quidquid est, aut videtur viribus impar, non excedere reputat ad aggrediendum, & perficiendum. Ideo Iacob seruienti pro Rachele septem annis, *videbantur illi pauci dies*: & ratio subditur, *præ amoris magnitudine*. Quibus ex eodem amore alios septem addere non est veritus. Abhorreret quidem natura, & amor sui seruitutem onerosam, laboriosam, & diuturnam: sed amor nescit laborem.

Idem lib. 3. cap. 5. num. 3.

Gen. 29. 20.

Hoc etiam Dominus significauit, cùm dixit per Isaiam: *Auferetur onus eius de humero tuo, & iugum eius de collo tuo, & computrescet iugum à facie olei.* Hîc sanè incidit dubitatio eadē, quæ superiùs. Quomodo namque dicit onus auferre, cùm apud Matthæum dicat: *Tollite iugum meum super vos?* Si aufert, quomodo imponit? Quia ita per charitatem erga DEVM, molle reddetur, & leue, vt omnis duritas tollatur & grauitas, & ita fit, ac si non esset. Proinde ergo dicit, de collo auferri, quia graue non erit. *A facie enim olei*; per quod intelligitur charitas, iuxta illud Canticor. 1. *Oleum effusum*, & expositionem Gregorij; *computrescet*, id est, molle, & leue reddetur. Quemadmodum enim id, quod putrescit, molle fit, ita charitatis vnctione mollescit duritas iugi, per quod mortificatio designatur; & consequenter suaue redditur, & leue, quod amarum erat, & graue. Portatur enim non tantùm leuiter, sed dulciter, ac cum iubilo, quod prius importabile videbatur.

Isai. 10. 27.

Matt. 11. 29.

Cant. 1. 2.

Ideo de morte hac, quæ per mortificationem incurritur, amoris, scilicet, proprij, in Canticis est scriptum: *Fortis est, vt mors dilectio.* Quæ verba Doctor quidam modernus considerans, dixit: *Meritò quidem, quia proprium occidit amorem, priuataque commoda, iuxta illud Apostoli. Corinth. 13. Charitas non quærit, quæ sua sunt.* Et Pater Augustinus, quem ipse ad suum dictum confirmandum adducit, ait: *Ipsa dilectio, est mors nostra sæculi, & vita cum* DEO. *Si enim mors est, quando de corpore exit, quomodo non est mors, quando de mundo amor noster exit?* Vbi in mundo proprius amor includitur. Cùm enim omnes mali homines, *mundus* appellentur, iuxta illud: *Et mundus eum non cognouit*, prout exposuimus superiori volumine: & amator sui, malus sit, vel saltem non bonus; & in hoc sensu malus, per mundum intelligi, cla-

Cant. 8.

Barrad. tom. 4. l. 3. c. 20.

1. Cor. 13. 5.

S. Aug. tract. 6. in Ioan. tom. 9.

Ioan. 1. 10.

clarum eſt: Igitur exitus de amore ſui, mors eſt, quam operatur dilectio; quæ ideo fortis eſſe dicitur, quia omnem rumpit difficultatem, quæ iſtum exitum impedit, non tantùm, vt pœna non ſentiatur, ſed & gaudium ſentiatur, vt Kempis ait de illo: *Onus*, inquit, *ſine onere portat, & omne amarum dulce, & ſapidum facit*; vt idem etiam Auguſtinus ibidem teſtatur, adducens pro hoc verba Canticorum, vbi de anima iuſti, ſponſa CHRISTI, cantatur: *Quàm pulchra es, & quam decora, chariſſima, in delicijs!* quæ ipſe ita legit: *Charitas in delicijs*. Ideo ad illam loquens, ſic ait: *O quã benè cantatur tibi in illo Cantico canticorum, velut Epithalamio tuo, quia charitas in delicijs tuis. Ipſa non perdit cum impijs animam tuam: ipſa diſcernit cauſam tuam, & ſicut mors valida eſt, & in delicijs tuis eſt*. Ecce mortificatio delicioſa, ſeu gaudioſa, quia amoroſa, id eſt, ex amore orta. Quod magis explicans, ſubdit: *Quàm mirandi generis mors eſt, cui parum fuit non eſſe in pœnis, niſi eſſet inſuper in delicijs!* Igitur in morte hac, ſeu mortificatione, quæ prouenit ex amore, gaudium ſine pœna ſentitur; vt de ſe etiam teſtatur Apoſtolus, dicens: *Repletus ſum conſolatione, ſuperabundo gaudio in omni tribulatione noſtra*. Vbi verba, *repletus*, & *ſuperabundo*, lætitiæ copiam indicãt. & non in quauis preſſura, quam amor abhorret proprius, ſed *in omni*, vt nulla excipiatur, ſiue magna ſit, ſiue parua.

Kemp. lib. 3. cap. 5. nu. 3.

Cant. 7. 7

2. Cor. 7. 4.

Igitur ò frater chariſſime, videtur tui amori difficile, iniurias tolerare, bonum pro malo reddere, honores fugere, omnibus ſubeſſe, caſtè viuere, gulam vincere, ad vigilias ſurgere, groſsè veſtiri, & ſimilia? Ama, & non timebis. Securus iſta aggrediêris, & patiêris lætus, & ſuperabis iucundè, & perſeuerabis cum gaudio. *Nam amor* (vt ait ille illuminatus) *vigilat, & dormiens non dormitat: fatigatus, non laßatur: arctatus, non coarctatur: territus, non conturbatur: ſed ſicut viuax flamma, & ardens facula, ſurſum erumpit, ſecurèque pertranſit*. Plus poteſt pati, quám explicari. Ideo Paulus prouocauit ad pugnam quidquid amori ſui poterat repugnare, dicens: *Quis me ſeparabit à charitate* CHRISTI? *tribulatio, an anguſtia, an fames, an nuditas, an periculum, an perſecutio, an gladius?* Et de victoria certus ex charitate, ſubdit: *Certus ſum, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque Virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum*, (& vt vniuerſa ſub nomine creaturæ concludat) ſubiungit: *Neque creatura alia poterit*

Kemp. ib. nu. 5.

Rom. 8. 35.

num. 38.

Digitized by Google

terit nos ſeparare à charitate, quæ eſt in Chriſto IESV *Domino noſtro*. Hæc ille. Et eadem in te operabitur, ò frater, ſi in te fuerit. Nam eadem, vbi eſt, operatur. Dices, non habeo illam. Reſpondeo cum Auguſtino ſupra adducto: *Pete, quo deſtitueris, vt impleas, quod iuberis.*

CONSIDERATIO IX.

Exemplo *paſſionis Dominicæ*.

POtentiſſima armatura contra amorem proprium, ex quo omne peccatum, & concupiſcentiam oriri diximus, eſt meditatio paſſionis Dominicæ. Vnde Princeps Apoſtolorum Petrus, cunctos Chriſtianos ſic cupiebat armari, cùm dixit: *Chriſto paſſo in carne, & vos eadem cogitatione armamini*. Vbi Lyranus ſic ait: *Quia talis cogitatio inducit ad macerationem carnis, & repreſſionem concupiſcentiæ carnalis*. Iſte igitur eſt effectus meditationis iſtius, amoris vtique ſui repreſſio, & conſequenter concupiſcentiæ omnis carnalis. Ideo ſubditur: *Quia, qui paſſus eſt in carne*, id eſt, qui hac conſideratione armatus, eorum, quæ Dominus noſter IESVS Chriſtus priùs in carne ſua pro nobis dignatus eſt pati, *redegit carnem in obedientiam animæ*; vt ibi idem Doctor exponit: & ſic iam de cæteris peccatis triumphat, etiamſi diutiùs viuat; vt ſignificat, quod ſubditur, *deſijt à peccatis:* ſubacto vtique hoc inimico, *amore*, ſcilicet, ſui. Quod magis exprimitur ſequentibus verbis: *Vt non iam deſiderijs hominum, ſed voluntati* DEI, *quod reliquum eſt, in carne viuat, temporis*. Vbi per *deſideria hominum*, amor prius cum cæteris peccatis inde manantibus, intelligitur. Non viuere igitur iſtis deſiderijs, mortificatio eſt illorum, de qua loquimur; ſed vt in ſe ipſo perfecta ſit adimpletio voluntatis diuinæ, per obſeruantiam mandatorum.

1. Petr 4. 1.

Lyran.

Quia tamen duplicem amorem ſui ſupra inordinatũ diſtinximus, alium vtique *carnalem*; *ſpiritualem* alterum; Contra *carnalem*, hoc eſt, concupiſcentias, quæ in carne conſummantur, meditatio conducit eorum, quæ Dominus pertulit in carne, & in corpore ſuo, vt Petrus hìc dicit, & cap. 2. 24. qui hac conſideratione armatus, viriliter vicit ipſe efficaciſsimum amorem ſui, naturaliter abhorrentem, & refugientem mortem, quando dedit vitam pro CHRISTO, vt patet ex prędictione illa Dominica: *Cùm ſenueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet, quò tu non vis*. Ecce amor ſui refugiens mortem. Nam de ipſa

1. Petr. 2. 24.

Ioan. 21. 18.

Digitized by Google

ipſa ſermo erat, vt ibi ſtatim Euangeliſta expoſuit, ſubdens: num. 19. *Hoc autem dixit ſignificans, qua morte clarificaturus eſſet* DEVM, nempe crucifixionis, in qua extenduntur manus. Et notat Pater Auguſtinus ibi, vſque adeo naturalem eſſe infirmitatis affectum, quo quiſquè refugit mortem, vt eum, neque ſenectus auferre potuerit, cùm vtique iam vt illi vicinus prædiceretur. Et Pat. Aug. tract. 22. in Ioan. tom. 9. ideo ait: *Nolens ad eam venit, ſed volens, eam vicit*. Refugiebat quidem amor ſui carnalis, at ſuperatus eſt exemplo Domini, quo ipſe Apoſtolus ad paſsiones, homines excitauerat. Paſſus enim fuerat Dominus hunc laborem, quando tædio, & mortis pauore, Matt. 26. 39. dixerat: *Pater mi, ſi poſsibile eſt, tranſeat à me calix iſte*. Et tandem ſuperans carnem, dixit: *Verumtamen non ſicut ego volo*: ideſt, amor naturalis carnis meæ: *Sed ſicut tu*, cui ſpiritum meum debeo conformare: ideſt, voluntatem rationalem meam. Ideo num. 41. etiam dixit: *Spiritus quidē promptus eſt, caro autem infirma*.

Hæc tamen notanda differentia eſt inter nos, & Dominum IESVM, quòd ipſe labores iſtos, & paſsiones propter nos in carne, & anima ſua abſumpſit, *non neceſsitate, ſed voluntate*, vt ibidem idem Pater Auguſtinus notauit, *propter nos conſolandos*, & animandos. Propterea dixit: Ioan. 15. 20. *Si me perſequuti ſunt, & vos perſequentur. Non eſt ſeruus maior domino ſuo*. Et ipſe Petrus de hoc bene inſtructus, dixerat prius: CHRISTVS *paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius*; 1. Petr. 2. 21. contumeliarum vtique, tribulationum, flagellorum, crucis, & mortis, vt ibi Interlinearis notauit. Interl.

Eâdem pariter conſideratione armatus vicit Paulus ſui amorem, quo vtique naturaliter caro cædi fugit, dicens: *Ter virgis cæſus ſum pro* CHRISTI *nomine*. 2. Cor. 11. 25. Hinc glorianter dicebat: *Ego ſtigmata Domini* IESV *in corpore meo porto*; Gal. 6. 17. id eſt, *Signa militiæ* CHRISTI, *quæ me comprobant eius eſſe*, inquit ibi Interlinearis; Interl. quæ ſunt tribulationes, ſeu paſsiones, vt ibi notat Lyranus: Lyran. qui etiam ſic ait: *Et ſatis probabiliter poteſt dici, quòd in eius corpore ſenſibiliter apparebant veſtigia plagarum, & verberum pro* CHRISTO.

Ideo ad Corinthios dicebat: *Semper mortificationem* IESV *in corpore noſtro circumferentes*. 2. Cor. 4. 10. Notanter dicit *ſemper*, vt nullum exciperet tempus, quo paratus nō eſſet pati pro CHRISTO, carni repugnans. Et addidit non, *ferentes*, ſed *circumferentes*; vt oſtenderet, nullam eſſe corporis ſui partem, quam non libenter, & gaudenter exponeret paſsionibus. Et hoc ad quid? ſubditur: *Vt & vita* IESV *manifeſtetur* Ibid.

Digitized by Google

tur in carne noſtra mortali. Quemadmodum namque DOMINVS IESVS voluit in corpore ſuo pati, vt exemplo ſuo nos ad patiendum alliceret, manifeſtaremus nos quoque in carne noſtra paſſibili, quod ille prius, pro nobis in ſua dignatus eſt pati; & ſic diſcipulatum probaremus illius, & militiæ ſignum.

Quomodo ergo non mortificabit libenter, & gaudenter oculos ſuos, qui pro nobis oculos Domini conſideraverit profuſos lacrymis, obſcuratos ſpurciſſimis ſputis, admixto ſanguine decurrente de capite ſpinoſo, & irriſorio velo velatos?

Quomodo non mortificabit auditum, qui conſideraverit Dominum gloriæ ſuſtinentem plures blaſphemias?

Quomodo non mortificabit odoratum, qui eundem conſideraverit, fœtorem ſubſtinentem fœtidi montis, in quo fuit cruci affixus?

Quomodo non mortificabit guſtum, qui Dominum perpenderit felle, & aceto potatum, & fame ac ſiti frequentiſsimè maceratum?

Quomodo non mortificabit carnis laſciviam, qui contemplatus fuerit Dominicã carnem duriter flagellatam, & totam conciſam, ac ſanguine profluentem?

Quomodo manus immodeſtè pendentes, & hinc inde motas, non recolliget inter manicas, vt Inſtitutum regulare requirit, qui Dominicas conſideraverit ligatas duriter craſsis funibus?

Quomodo non continebit illas ab operibus malis, qui Dominicas confixas clauis dutiſsimis viderit?

Et quomodo denique greſſus ſuos malos nõ coercebit, qui pedes Dominicos ſimiliter perforatos viderit, & cruci duræ affixos?

De paſsionibus autem animi, ex amore ſui ſpirituali inordinato ortis, triumphat quis CHRISTI exemplo. Pro quo inſerviunt verba Pauli ad Hebræos dicentis: *Recogitate enim, qui talem ſuſtinuit à peccatoribus aduerſus ſemetipſum contradictionem, vt non fatigemini animis veſtris deficientes: nondum enim vſque ad ſanguinem reſtitiſtis, aduerſus peccatum repugnantes.* Vbi verbum *recogitate* ſignificat, quòd non ſemel cogitemus CHRISTI paſsiones multiplices, ſed frequentiùs cogitationem hanc reperamus, qua verè mens noſtra ditetur, & contra aduerſa omnia, quæ amor refugit proprius, muniatur. Illud namque verbum *contradictionẽ*, vt Chryſoſtomus notat, nihil aduerſum excludit: *Prætermittens*, inquit, *omnia per contradictionem, totum ſignificauit*. Non tantùm ergo ea eſt complexus, quæ à peccatoribus paſſus fuit in carne ſua ſanctiſsima, ſed etiam, quæ in anima, vt irriſiones, iniu-

Hebr. 12. 3.

Chryſ.

rias,

rias, improperia, & blaſphemias, quæ animus naturaliter réfugit. Et hanc vim habere verba illa, *aduerſùs ſemetipſum*, etiam Interlinearis notauit; id eſt, *non in membris tantùm*, quia in anima quoque.

Interl.

Quis igitur erit, qui gloriam huius ſæculi non contemnat, & laudes humanas, ad quas proprius amor inclinat, cùm viderit Dominum cœli, & terræ, deſpectum, illuſum, & blaſphematũ?

Quis erit, qui timeat, fugiat, aut de illatis triſtetur iniurijs, quas amor ſui vehementer abhorret, cùm has conſiderauerit priùs Dominum pro ſe paſſum? Sane *non deficiet animo*, vt ait Paulus.

Imò erubeſcere debet, quòd adeo tepidè ſui mortificationi attendit: quòd, cùm Dominus vltra hæc, pro nobis totum ſuũ ſanguinem ſuderit, nos, ne illum offendamus, ne guttulam adhuc vnã proillo ex amore ipſius ſuderimus, imò nec verbulum aduerſum pati velimus, implicati amore proprio, cuius mortificatio deſignatur per verba illa: *Aduerſus peccatum repugnantes*. Eſt enim amor proprius radix omnis peccati; & tunc repugnatur illi, cùm propter IESVM mortificatur, qui nõ neceſsitate mortificandi, ſed ex amore oſtendẽdi in ſe viam ad cœlum, hoc priùs pro nobis fecit. Quod magnum deberet eſſe calcar ad patiendũ pro illo. *Si proximorum paſsiones*, (ait Chryſoſtom.) *erigunt nos, quantam alacritatem nobis effecerint Domini paſsiones?* Et Pater Auguſtinus inquit: *Si paſsio Redemptoris ad mentem reducitur, nihil tam durum, quod non æquo animo toleretur*.

Chryſoſt. ſupra hũc locum.

Aug. lib. de Conſt. vitior. & virt. c. 9.

Ideo veris imitatoribus CHRISTI, paſsiones toleratæ pro illo ex conſideratione huiuſmodi, parùm ſemper videntur. Quapropter, quæ amabat, non faſcẽ, ſed *faſciculum* eas appellauit, dicẽs: *Faſciculus myrrhæ: dilectus meus mihi*. Imò mirè dulceſcunt, quæ in ſe ſunt amaræ, quando meditatione hac condiuntur. Quod optimè præſignificatũt aquæ fluminis Mara, quæ præ amaritudine bibi non poterant: miſſo autem ligno, *In dulcedinem verſæ ſunt*. Hoc autem lignum, crucis Chriſti figura erat, & aquæ, paſsiones quaſuis vitæ præſentis ſignabant.

Cant. 1. 12.

Exod. 15. 25.

Pateris chariſsime frater, cùm te mortificas, ſuſtinendo contemptum tui, iniurias, & perſecutiones iniuſtas. Similiter cùm ſenſus tuos mortificas, oculum nimirum, auditum, tactum, &c. Conſidera paſsiones IESV Domini tui: & in his omnibus conſolationem, & ſuauitatem inuenies. Iniecto hoc ligno, aquæ iſtæ, quæ amaræ apparent carni, in dulcedinem vertentur tibi.

Digitized by Google

CONSIDERATIO X.

Ex redẽptione Dominica.

DE mortificatione, qua contra amorem proprium radicem omnis peccati, militare debemus, locutus est Petrus, cùm dixit: *Peccata nostra ipse pertulit* (intelligit CHRISTVS) *in corpore suo super lignum*: id est *pœnam pro ipsis debitam sustinendo*, vt Lyranus & Interlinearis exponunt. Sed ad quid ita perferendo, redémit nos? subdit: *Vt peccatis mortui, iustitiæ viuamus*. Id est, CHRISTO, iuxta Lyranum, *qui*, inquit, *est nostra iustitia effectiuè*. In eo autem, quod dicit, *peccatis mortui*, mortificatio, de qua loquimur, exprimitur. Debemus namque ita amorem nostrum proprium, & cæteras concupiscentias inde ortas abnegare, ac si mortui iam essemus, incapaces effecti istorũ motuum; sed tantum eorum, quibus seruitur CHRISTO, qui est nostra iustitia. Non tantùm enim nos redemit à malis per sanguinem suum, sed impleuit bonis: ideo à Paulo appellatus, *Vita & resurrectio nostra*.

1. Petr. 2. 25.

Lyr. Interl.

Lyran.

Quod ipse Apostolus considerans alibi, dixit: *Non estis vestri*: vbi ex prædicto motiuo mortificatio sui intimatur, vt significauit Chrysostomus verba ista exponens: *Vt cauti* (inquit) *sint in non peccando, & non sequantur absurdas animi cupiditates*. Ecce abnegatio amoris sui, seu propriæ voluntatis, à qua cæteræ inordinatæ nascuntur concupiscentiæ; quas ideo *absurdas* vocat sanctus Doctor, de quibus subdit: *Etenim plura absurda volumus, sed cohibere nos oportet*. Ista igitur cohibitio, abnegatio est, & mortificatio, de qua loquimur. Sed quo motiuo inducit ad eã? gratitudine passionis Dominicæ: *Empti enim estis pretio magno*. Ideo non estis *vestra potestatis*, vt Interlinearis exponit; seu *iuris vestri*, vt ait Lyranus, subdens pro ratione: *Res enim empta pertinet ad ius emptoris*. Pretium autem hoc, non quodcunque fuit, sed sanguinis CHRISTI: ideo nõ simpliciter dicitur, sed, *magnum* asseritur, quia infiniti valoris.

1. Cor. 6. 20.

Chrysost.

Ibid.

Interl.

Lyr.

Et notat Chrysostomus, potuisse dicere Apostolum, quia Domini eramus, creationis titulo, & conseruationis. At quia hoc modo, etiam Gentiles, Domini sunt; vt explicaret specialiorem seruitutem, meminit redemptionis Redemptoris, qua positos sub captiuitate dura diaboli, gratuitò nos redemit sanguine proprio. *Atqui*, inquit, *aliũde quis dixerit, hortari oportuit, & ostendere, quòd Dominum habemus. Verùm hoc quidem cum Gentilibus nobis commune est. Sed quòd empti sitis pre-*

pretio magno, hoc veſtrum præcipuum eſt. Meminit enim magnitudinem beneficij, & modum ſalutis, cùm oſtendit nos alienos emptos eſſe, & non ſimpliciter, ſed pretio magno. Hæc ille.

Apoſt. vt ſupra.

Chryſoſt. Theophil.

Et modum perfectum mortificationis oſtēdit Apoſtolus, quo non ſolùm debemus cohibere amorem proprium à malis, ad quæ inclinat, ſed bona adhuc operari. Ideo ſubdit: *Glorificate, & portate* DEVM *in corpore veſtro:* & Chryſoſtomus, & Theophilactus addunt: *Et ſpiritu, quæ* DEI *ſunt*. Non enim tantùm corpus à DEO accepimus, verùm & animam, quæ ſpiritus eſt; ſecundùm quam etiam, & non ſolùm ſecundùm corpus, à Domino redempti fuimus: & hoc etiam titulo, præcipuè facti DEI, ponentis pro nobis pretium ſanguinis Filij ſui.

Lectio igitur vulgata, quæ hęc poſteriora verba non habet, ſic intelligenda eſt: *Non eſtis veſtri*; id eſt, ſecundùm animam, & corpus, quia ſecundùm vtrumque redempti eſtis: & quia anima pręcipua eſt in homine; ideo præcipuè ſecūdùm animam, noſtri non ſumus, ſed Redēptoris, qui præcipuè ipſam redemit. Illatio ergo, quæ hinc fit, *Glorificate, & portate* DEVM *in corpore veſtro*, intelligenda ſic eſt, vt non tantùm in ſpiritu, ſeu anima, quæ præcipuè redēpta fuit, ſed etiam in corpore DEVM portemus, id eſt, per bona opera glorificemus.

Igitur patet, duos illos amores proprios, ſuperiùs diſtinctos à nobis, *ſpiritualem*, ſcilicet, & *carnalem*, per Apoſtolum hîc excludi conſideratione redemptionis Dominicæ; vt non ſolùm carnis concupiſcentias abnegemus, ſed etiam ſpiritus, ſeu animæ nolentis ſe ſubdere DEO, & in ſpiritualia peccata, quorum ſupra meminimus, prolabentis.

2. Cor. 5. 15.

Lyran.

Gal. 2. 20

Ambroſ. ſupra cit. loco ad Cor.

Hanc conſiderationem, vt valde efficacem contra amorem proprium, pluriès Apoſtolus repetit. Proinde 2. epiſt. ad Corinth. dixit: *Si vnus pro omnibus mortuus eſt: ergo omnes mortui ſunt. Pro omnibus mortuus eſt, & reſurrexit.* Vbi ſatis exprimitur, quòd mori ſibi debet quiſque, & viuere ſoli DEO, vt Lyranus ibi exponit. *Ita*, inquit, *debent viuere, ac ſi omnes eſſent mortui ſibi ipſis, nihil de proprijs deſiderijs curantes: & ſic viuunt* CHRISTO, *vitam propriam ordinantes ad eius honorem*. Et cōfirmat exemplo ipſius Apoſtoli dicentis ad Galatas 2. *Viuo ego, iam non ego, viuit verò in me* CHRISTVS. Non viuebat ergo ipſe, hoc eſt carnalis, concupiſcentia ſua, vetus homo ſuus, quem ſpoliauerat cum concupiſcentijs ſuis; ſed viuebat in ipſo CHRISTVS, quia non ſuam, ſed illius exequebatur in omnibus voluntatem. Nam, vt ait Ambroſius, *Hic ſibi non viuit, qui*

para-

Digitized by Googl

paratus eſt Domini ſui facere voluntatem. Et Theophilactus:

Theophil. ſupra cit. 1. ad Cor. *Ipſi in poſterum debemus viuere, haud noſtris cupiditatibus*.

Et hoc eſt ſignum, quòd ſumus Chriſti, id eſt, pars illius, & hæreditas acquiſita ſanguine ſuo, ſi nimirum amorem proprium inordinatum tam carnis, quàm ſpiritus, mortificamus. Quod idē

Gal. 5. 24 Apoſtolus dicit ad Galatas: *Qui autem Chriſti ſunt, carnē ſuam crucifixerunt cum vitijs, & cōcupiſcentijs*. Vbi notat Chryſo

Chryſoſt. ſtomus, per *carnem*, omnia *malè facta* intelligi. Vt enim notauimus ſupra ex Auguſtino, quidquid à recta deuiat ratione, carnale meritò dici poteſt. *Certum enim eſt*, ait ille Doctor, *quòd carnem non ſuſtulerant; alioquin quomodo viuerent?* Nam, quod crucifixum eſt, mortuum eſt, & inefficax. Igitur quemadmodū, quod crucifixum eſt, nocere non valet, ita debet quiſque ſe ſapienter gerere, ſpiritu Dei ductus, & ratione recta, vt concupiſcentijs ſuis ita reſiſtat, vt quāuis obmurmurent, nocere non valeant. Siquidem concupiſcentiæ, ait ſanctus Doctor, *Quamuis obturbant, incaſſum rabiunt*. Quia vtique ita ſubiugatæ ſunt vi ſpiritus, & in hoc ſenſu crucifixæ, vt latrare poſſint, mordere non poſſint.

Diſcurre igitur tu ſic, frater chariſsime, apud te ipſum: Si ratione *redemptionis*, caro mea, non eſt mea, & anima mea, non eſt mea; & mihi ſecundùm vtrumque hominem mori neceſſe eſt, & viuere ſoli Deo, calcando concupiſcentias inordinatas carnis, & ſpiritus; & hoc facere, eſt ſignum, quòd Chriſti ſum, id eſt, illius hæreditas, habiturus partem cum illo in Deo: Igitur, vt talis ſim, qualis ex iuſtitia, & gratitudine eſſe debeo, moriar concupiſcentijs meis, gulæ, luxuriæ, honoris, gloriæ, humanarum laudum, iræ, vindictæ, & ſimilium. Aliter, ſi, me diſcuſſo, non me inuenio mortuum concupiſcēnijs iſtis, ſed viuum, mortuus ero Chriſto: quia, vt ipſe ait, qui mentiri non poteſt: *Nemo poteſt duobus dominis ſeruire*. Si ergo viuo mihi, id eſt, meo amori, & concupiſcentijs illius, illi mortuus ſum. Vt igitur illi viuam, vt iure redemptionis debeo, per mortificationem concupiſcentiarum mearum, moriar mihi.

Matt. 6. 24.

CONSIDERATIO XI.

Ex *diuiſione* à Deo per amorem ſui, & *vnione* per mortificationem.

HOc malum maximum cauſat in nobis amor inordinatus noſtri, ſeparare vtique, & diuidere nos à Deo vnico bono noſtro, ſine quo miſerrimi, & infeliciſsimi ſumus.

Digitized by Google

Dicit hoc Scriptura diuina per Sap.1.c.3 os Sapientis : *Peruerſæ cogitationes ſeparant à Deo*. Vbi Lyran. Lyranus ſic exponit : *Quia ſicut bonæ ſunt cauſa vnionis ad ipſum: ita malæ, ſeparationis ab ipſo*. Et nomen ipſum, quo vtitur Sapiẽs, hoc oſtendit. Nam ideo *peruerſæ* dicuntur, quia ordinem rectũ peruertunt, quo caro debet obedire ſpiritui, & ſic Deo : proponunt autem, vt carni ſeruiat ſpiritus, id eſt, rationalis voluntas, & hæc non obtemperet DEO : & ſic ſublata rectitudine iſta, conſequenter peruerſæ apparent, & ex amore ſui ortum habere.

Et vt meliùs veritas hæc explicetur, & omnium cordibus Ibid. n. 4. intimetur, ſequitur : *Quoniam in maleuolam animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis.* Vbi per *corpus* intelligitur totus homo, vt ſupra per *carnem* intelligi, cũ Auguſtino notauimus, & hic Interl in. Lyran. Lorin. Interlinearis, Lyranus, & Lorinus docent; & patet ex ratione, quia ſolum corpus, & appetitus ſenſitiuus, peccati ſubiectum eſſe non poſſunt. Igitur nõ tantùm corpus, ſeu caro, quæ ſe retrahit à dominio rationis, ſed etiam ratio, quæ collum abducit à ſuaui iugo diuino, peccatis ſubiecta ſunt, id eſt, concupiſcentijs carnalibus ortis ex ſui amore. Et vlteriùs explicatur ex contextu Ibid. n 5. ſequenti: *Et auferet ſe à cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu,* vtique rectè intelligente, quia *ſine omni intellectu, non cogitari* S. Bern. *poteſt*, vt Bernardus notat ad fratres de monte Dei : ergo cogitationes hominis ſequẽtis ſenſualitatem, & non rationem, *ſine intellectu*, dicuntur, quatenus non rectè intelligit : & tales ſunt ortæ ex amore ſui, inclinante ad ea, quæ *ſua ſunt, non quæ* IESV *Chriſti*, id eſt, ad carnem, non ductam ſpiritu DEI, ſeu ratione recta. Amor igitur proprius diuidit à DEO.

Sed hoc etiam exinde conſtat, quia cùm peccatum ſit tenebroſum, iuxta illud : *Ambulabunt,* Sophon. 1. 17. *vt cæci, quia Domino peccauerunt*; & amor inordinatus ſui, cauſa ſit omnis peccati, vt eſt ſupra oſtenſum ; ſequitur euidenter tenebroſum eſſe, & cõſequenter ſeparare à Deo. *Deus enim* 1. Ioan. 15. *lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt vllæ*, vt ait Ioannes. Non poſſunt autem lux, & tenebræ ſtare ſimul, vt ipſa ratio naturalis oſtendit, cùm tenebræ nihil aliud ſint, quàm lucis priuatio : forma autem, & priuatio eius, ſimul conſiſtere nequeunt : ideo ait Paulus : *Quæ ſocietas luci ad* 2. Cor. 6. 14. *tenebras?* quaſi dicat, nulla. Vnde benè arguit Ioannes, poſtquã DEVM *Lucem* appellauit: *Si di-* 1. Ioan. 1. 6. *xerimus, quoniam ſocietatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus; mentimur, & veritatem non facimus*. Non eſt ergo *ſocietas*, id eſt, vnio cum

Deo ,

Digitized by Google

Deo, vbi *tenebræ* amoris proprij
Ioan.1.5 sunt. Ideo ipse Ioannes in Euang. ait: & *tenebræ eum non comprehenderunt*; id est, tenuerunt, seu receperunt. Intelliguntur autem per *tenebras* peccatores, vt communiter ibi Doctores sacri exponunt. Quare ergo non recepe-rũt tenebræ lucẽ? quia vniri nequeunt, dum resistunt tenebræ lumini. At quandiu resistunt? quandiu amor proprius durat.

Ratio autem est, quia cùm Deus non decreuerit saluare, nisi volentem, vt indicat interro-
Ioan.5.6 Marc.10. 51. Luc.18. 41. gatio illa: *Vis sanus fieri?* & item alia: *Quid tibi vis faciam?* quasi dicat, si vis, vt visum donem, dabo: quia si non vis, non dabo, quia non saluo, nisi volentem. Deus igitur, quantum est ex se, ad illuminandum promptus est,
Ie.1.5. & paratus. Quod significant etiã antecedentia verba Ioannis: *Et lux in tenebris lucet:* Si lucet in tenebris, quomodo non recepta fuit in tenebris? Sequitur enim: *Et tenebræ eam non comprehenderunt*: Quia quantum est ex se, parata est illuminare volentem. Ideo ille cęcus clamauit postquã *vis* dictum fuit illi: *Domine vt videam*: id est, videre volo. Et
Ps.17.29 Propheta similiter orauit: *Illumina tenebras meas.* Et ipsa lux
Ap.3.20. ait: *Ecce sto ad ostium, & pulso: si quis &c. aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum.* Quasi dicat: quòd non intrem ad vos, & vnio inter nos fiat, defectus vester est, non meus: deficitis vos mihi, quia non aperitis mihi: non ego vobis, quia semper ad intrandum sum prõptus, & ideo sto ad ostiũ. At quando non aperitur? nisi quando voluntas non consentit Deo, sed carni? Ecce amor proprius resistens luci, & illi ostium claudens, & aperiens tenebris, id est, peccatis. Ideo non mirum, si lux non intrat, aut se aufert, si iam intrauerat, & diuisio perseuerat, aut fit.

Vt ergo vnio fiat, amor iste proprius abnegandus est; mortificandus est. Et vt persistamus in eadem metaphora Ostij, faciũt pro hoc verba illa Cantic. 8. *So-* Cãt.8.8.
ror nostra parua est, & vbera non habet. Quid faciemus sorori nostræ in die, quando alloquenda est? &c. *Si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis.* Hic amor proprius designatur, à *ibid.*9.
Deo diuidens: & mortificatio illius Deo coniungens. Dicitur enim vbera non habere, & paruulam esse, quasi adhuc ipsa sugentem, & ijs lactatam, quia paruulam sensuum diuinorum, & ideo lactatam terrenis, ob idque nõdum aptam copulationi sponsi. Deinde subditur: *Si ostium est*, quia de hoc ostio Dominus dixerat: *Ego sto ad ostiũ*, ingressurus vtique si apertum fuerit. Dicitur igitur de illo: *Compingamus illud tabulis cedrinis.* Alia littera habet *sculpamus*: Sculptio autem, vt pa-

ret, fit, cauata materia, ferri vi. Et ecce mortificatio, & ſui abnegatio ſic deſignata, in qua ratio carni reluctans, concupiſcentias eius abſcindit: & quæ, ſequendo illas, corrumpenda erat, corruptione mortifera, remanet incorrupta; & ratio illi non cedens, ſed reſiſtens. Et hæc eſt incorruptio, in tabulis cédrinis indicata. Cédrinum namque lignum imputribile eſt. Et propterea in tabulis, & non tabula, ſculptura fit, quia non tantum caro, ſeu ſenſus abnegandus eſt, & mortificandus, ſed etiam ratio ipſa Deo ſubdenda; vt ſic oſtiũ, id eſt, anima, ſit aptum, & decenter ſculptum, quo poſsit ſpõſus intrare, & vnio fieri ex vtriſq.

Hanc veritatem pariter oſtendunt verba ſponſæ Cantic. 3. *In* Cāt. 3. 1. *lectulo meo per noctes quæſiui, quem diligit anima mea: quæſiui illum, & non inueni.* Non dixit, quæro, ſed *quæſiui*: quia experientia didicerat; & nõ vtcunq. ſed *in lectulo meo*: nondum enim verè amauerat, quę *in ſuo* quęſierat lectulo, iacens in illo, id eſt, in propria voluntate ſeu amore ſui, in quo quis ſiſtens, impoſſibile eſt vt Devm inueniat. Ideo dixit Iob 28. Iob: *Non inuenitur in terra ſuauiter viuentium*. Quid igitur fecit, vt inueniret, & vniretur ſponſo quæſito in ſui amore, & non inuento? à ſe ſurgere, id eſt, abnegare, & mortificare ſe. Ideo ſubditur pro remedio, *Surgam*, id eſt, à lectulo meo, ab amore proprio, vt poſsim ſic inuenire, & cum illo coniungi, vt rei probauit euentus; dicit enim: *Inueni,* Cāt. 3. 4. *quem diligit anima mea*. Et vnionem ſignificat, *tenui eum, nec dimittam*, quia anima abnegata, & mortificata, quamdiu ita eſt, perſeuerat vnita; cùm benigniſsimus Dominus ex ſe non refugiat vnionem, nec vnitus, diſcedat, niſi abigatur à nobis.

Vnio autem iſta ita intima eſt, vt ſic vnitũ transformet in Devm & deificet. Propterea, qui ita ſe abnegauerat, & vnitus erat, clamauit: *Viuo ego, iam non* Gal. 2. 20. *ego, viuit verò in me Chriſtus.* Quia iam non ſibi viuebat per amorem ſui, ſed Christo, cui ſe copulauerat, abnegando ſe. Non quòd vnio per ipſam abnegationem *formaliter* fiat, cùm per charitatem ſolùm contingat: quæ propterea ab Apoſtolo, *perfectionis vinculum* nominatur. Col. 4. 14. At quia hæc amori ſui, quo quis ſua quærit, non quæ Iesv Chriſti, aduerſatur, & ſic ad charitatem diſponit. Bene ergo, excluſo ſui amore, charitas intrat, & vnit. Et in hoc ſenſu intelligendum eſt, mortificationem vnire.

Quam quidem vnionem ſignificauit etiam in Euangelio Dominus, quando omnibus dixit: *Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & ſequatur* Matt. 16. 24. Luc. 9. 23. *me*. Vbi ſolum *abneganti ſe* promit-

mittitur *vnio* ista. Ire enim post CHRISTVM, est ipsi vniri: non enim vnitur, nisi qui post ipsum it. Is autem est, qui voluntatem eius obseruat, propria abnegata. Prop terea Patrem rogans pro ijs, quibus dixerat, *Venite post me*, Apostolis vtique suis; rogauit etiam pro posteris Christianis in illis, quibus prædicta verba fuerant intimata. Et quid rogauit? Vnionem cum ipso, quia ad illam vocauerat. *Non pro eis*, inquit, *rogo tantùm, sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me, vt omnes vnum sint, sicut tu Pater in me, vt & ipsi in nobis vnum sint*. Nam si futuri erant vnum in DEO, erat vtique DEVS in illis, & in DEO ipsi, & consequenter cum illo vniti. Propterea idem Dominus superiùs dixerat, *Manete in me, & ego in vobis*; id est, non manendo in vobis per amorem vestri, in me manebitis, & in vobis ego, & cõsequenter vniti.

Matth. 4. 19. Marc. 1. 17. Io. 17. 20. Io. 15. 4.

Cùm autem ad mensuram abnegationis, charitas infundatur, quò magis illa crescit, augetur ista, & vnio fit strictior, & transformatio in DEVM, seu Deificatio maior, teste illo, qui CHRISTI nomine dixit: *Quantùm à te vales exire, tantùm in me poteris transire*.

Xempis lib. 3. cap. 56. n. 1.

Si ergo ex amore sui, à DEO separatio sequitur, quæ malum maximum est; & ex abnegatione sui, vnio stricta cum ipso, quæ est bonum summum repletum dulcedine ineffabili, & omnibus bonis, de quibus Apostolus dixit, *Erit* DEVS *omnia in omnibus*; quanta erit iactura, frater charissime, in tui amore, & quantum lucrum in *tui abnegatione*? Stultus igitur conuincêris, si, ista relicta, illi te dederis.

1. Cor. 15. 28.

CONSIDERATIO XII.

Ex *mortificationis æterno præmio*.

QVIA *omne opus* (vt Pater Augustinus ait) *leue fieri solet, cùm eius præmium cogitatur, & spes præmij, solatium est laboris*; ideo laborem, qui in mortificatione, & abnegatione sui sentitur, condicrunt Scripturæ diuinæ, propositione *retributionis æternæ* ineffabilis, vt susciperetur viriliter, & prosequeretur suauiter.

D. Aug. epist. 143 ad Demetr. Virg.

Et in primis sub similitudine grani docuit hoc veritas ipsa, apud Ioannem dicens: *Si granũ frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, multum fructum affert*. Granum enim hoc, homo est, qui quando nascitur, & intrat in mundum, cadere in terram intelligitur; & tunc mortuũ dicitur, cùm carnalibus actibus priuat se à ratione recta discordantibus, ad quos natura infecta ex Adamo originata, inclinat.

Io. 12. 24.

Digitized by Google

Quando ergo ſic mortuũ huiuſ- ibid. modi granum eſt, *multum fructum affert*. Et qualis ſit, ex ſequenti patet contextu, *Qui odit animam ſuã in hoc mundo* (quod odium, mors eſt, de qua fuerat antea locutus) quid ei ex hoc proueniet? ſubditur: *In vitam æternam cuſtodit eam*. Ecce mortificationis fructus: æterna vita: beata vita. Hoc ipſum in Pſalmis Propheta dixit, dum ce- Pſ.64.11. cinit: *Riuos eius inebria, multiplica genimina eius: in ſtillicidijs eius lætabitur germinans*. Nam *ſulcos* legit alia littera. Sulcus enim terra eſt, aratri vomere ſciſſa, in qua frumentum abſconditur, & moritur, vt multiplicatum reſurgat. Terra verò, anima noſtra eſt, de qua alibi idem Pro- Pſ.142.6 pheta, *Anima mea ſicut terra*; quæ vomere mortificationis ſulcatur. Propterea in Euangelio imitatores CHRISTI, qui ipſi cõmoriuntur, vt cum ipſo æternaliter viuant, aratoribus compa- Luc.9.62 rantur. *Mittens*, inquit, *manum ſuam ad aratrum*. In iſta igitur terra, vomere mortificationis arata, ſeu ſulcata, abſconditur granum, id eſt, homo. Et quid inde ſequitur? inebriatio: potiùs ſanè inaquatio videbatur dicendum. Sed bene Propheta, *inebria*, quia de ſulco humano eſt ſermo, capaci vitæ æternæ, nomine inebriationis ſignatæ ab ipſo- Pſ.35.9. met Propheta, cùm ait, *Inebriabuntur ab vbertate domus* DEI. Et bene vbertas feracitati mortui grani reſpõdet (*multiplica genimina eius*) quia, quot sũt mortificationis actus propter DEVM facti, tot fiunt noua germina, id eſt, merita, quibus reſpondent æterna præmia lætificantia ineffabiliter corda. Ideo ſequitur, *In ſtillicidijs eius lætabitur germinans*: quia mortificatio, quæ cum gratia fit, nomine *ſtillicidij* ſignata, fructum multiplicat, de quo gaudet germinans, vtique homo. Proinde bene Dominus dixit, *Multum fructum affert*.

Quod etiam prædicauit Apo- ſtolus, dicens: *Omnis diſciplina* Hebr.12. 11. *in præſenti quidem videtur non eſſe gaudij, ſed mæroris; poſtea autem fructum pacatiſsimum exercitatis per eam, reddet iuſtitiæ*. Vbi ſanè de mortificatione eſt ſermo, quam nomine *diſciplinæ* intelligit; quæ iuxta Patrem Auguſtinum, *morum ordinata* Aug. lib. de duod. abuſion. grad.11. tom.9. *correctio*, definitur, ſub alicuius vtique magiſterio: quod in præſenti recta ratio eſt, partem inferiorem continens in diſciplina recta, & ſeipſam ſub DEO. Propterea poſtulans Dauid ſic inſtrui, DEO dixit. *Diſciplinam* Pſal.118 66. *doce me*; & de magiſterio, quoque ſolicitus, clamauit: *Da mi-* ibid. 73. *hi intellectum, & diſcam mandata tua*; qui vtique docebit me carnis collum ſubmittere ſuaui iugo legis tuæ. Et hic eſt Magiſter, pro quo interrogantibus pluribus, *Quis oſtendit nobis bo-* Pſ.4.67.

Digitized by Google

na? responsum fuit: *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.* Quod, rectum dictamen intellectus est, iuxta interpretationem Doctorum, nobis à Deo inditum cum natura, ad dirigendum eam in naturalibus, & consequenter corrigendum tortuositates, seu obliquationes illius.

Ad ea autem, quæ super naturam sunt, & per quæ in vitam æternam dirigimur, intellectus donum à Deo nobis infunditur; quo duce, non declinamus ad dexteram, nec ad sinistram, vtique ad vitiosa extrema, ad quæ caro inclinat, sed recta via mandatorum diuinorum incedimus. Ideo superiùs diximus ex Sapien-
Sap. 1. 5. te, quod *Spiritus sanctus disciplinæ*, à quo donum huiusmodi est, nos instruens, & pro quo ad Deum Propheta recurrit, *auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu*, carnalibus vtique vitiosis, quæ, non duce isto Magistro, à via errarunt recta, & iustitiæ semitis ad vitam veram ducentibus.

Disciplina igitur, quia correctio morum est, id est, rectificans mores, nimirum operationes nostras deliberatas, mortificatio est; quatenus, vt innotescit ex dictis, mortificat operationes carnales, tollens obliquationem, & tortuositatem illarum, & sic eas rectificans. At quia hoc, repugnando naturæ, fit, ideo dolor sentitur. Sed quia pax sequitur & suauitas, vt suprà est demonstratum, ideo hìc Apostolus optimè ait, quòd *in præsenti videtur non esse gaudij, sed mœroris*: vbi verbum *videtur*, vt notauit Lyranus, manifestè indicat, *quia non est semper secundùm rei veritatem; licèt sic videatur* (inquit hic Doctor) *carnalibus hominibus, qui non considerant, nisi vitam carnalem*, cui vtique ex repugnantia mœror inest. Non sic autem spiritualibus, qui ducuntur Magistro Spiritu, proponente illis præmium repugnantiæ, nimirum *pacatissimum fructum*, id est, pacem, qua maior non est, vt Interlinearis exponit, & de æterna beatifica sermo est, *quæ quietat totaliter appetitum*, vt ait Lyranus. Et est multus ille fructus, de quo Dominus loquutus apud Ioannem, non dixit simpliciter afferre fructum, sed *multum*; quia beatificum; de quo scripsit Psalmista: *Et delectabun-* Ps. 36. 11
tur in multitudine pacis. Lyran.

Ex isto igitur præmio abnegationi sui, seu mortificationi respondente, iam iure optimo infert Apostolus alacritatem ad illam, subdens: *Propter quod remissas manus, & soluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus vestris, vt non claudicans, quis erret, magis autem sanetur.* Vbi verbum *propter quod*, clarè ostendit, motiuum efficax toto corde mortificationem amplectendi, fructum illum *pacatis-* Apost. vt sup. n. 12. 13.

Digitized by Google

ſimum eſſe. Per *erectionem* autem *manuum remiſſarum*, ad omne opus bonum prouocamur, deſignatum per manus, quæ organa ſunt organorum; & cætera membra intelliguntur, quibus operamur ſalutem. Vnde alibi Apoſtolus ad hoc inuitans, dixit: Rom. 6. *Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem.*

Cùm autem per *genua*, ſuper quæ totum corpus innititur, fortitudo ſignetur vt aduertit Lyranus, Lyran. ad hanc inuitamur, vt animo æquo ſuſtineatur labor, qui in mortificatione ſentitur. *Et greſſus rectos facere*, ſic ſuademur, in quo diſciplina conſiſtit, quæ correctio eſt, quia rectũ reddit obliquum. Vt enim idem notat Lyranus, *Rectum eſt, cuius medium non exit ab extremis: obliquum autem, quod exit ab extremis; & ideo opus rectum eſt, quod non exit à limitibus rectæ rationis: obliquum autem, quod exit. Et ſicut tibia, quæ exit regulam potentiæ greſſiuæ, claudicat in greſſibus, ſic operans extra limites rationis rectæ claudicat in moribus, & errat. Ideo ſequitur, vt non claudicans quis erret, magis autem ſanetur. Hoc autem contingit, quando actus ad ordinem rationis reducuntur: quia ſicut infirmitas corporis cauſatur ex inordinatione humorum, ſic infirmitas animæ ex inordinatione actuum, & affectionum.*

Ex quibus ſanè apparet, quomodo greſſuum, id eſt, operationum tam internarum, quàm externarum rectitudo, rectè tribuitur rationi, prout iſta inſtruit, & inducit per medium, quatenus docet operari virtuosè. Virtus namque, iuxta Philoſophum, *in medio conſiſtit*, vtique rationis, vt D. Thomas exponit. Et vt idem ex Patre Auguſtino tradit, *Virtus eſt ordo amoris*; quia, ſcilicet, amorem, & omnes affectus in nobis ad Devm ordinat. D.Th. 1.2. q.66. art. 1. in corp. idem 1.2. q 55. art. 1. arg. 4. Operari igitur rectè, ſeu *rectos* facere *greſſus*, eſt tendere per medium, quod eſt virtuosè operari, id eſt, ſecundùm rectam rationem, corrigentem inferiorem partem, & omnes affectiones illius ordinando ad Devm: in quo mortificatio, ſeu abnegatio ſui locum habet, per quam tollitur obliquitas amoris proprij, quo quis ad ſe, & ſua curuatur, deſerendo Devm, vel deficiendo ab illo. Suadetur igitur diſciplina iſta, ſeu mortificatio ab Apoſtolo, ob pacatiſſimum fructum, qui ſecurè reddetur exercitatis per eam.

Confirmatio prædictorum.

Hoc autem, quod alijs prædicabat Apoſtolus, operabatur ipſe viriliter. Ideo ad Corinthios ſcribens, de ſe dicit: 2. Cor. 4. 10. *Semper mortificationem* Iesv *in*

corpo-

corpore noſtro circumferentes. Et explicans mortificationis motiuum, ſubdit, *Vt & vita* IESV *manifeſtetur in corporibus noſtris*. Quæ verba licèt non excludant mortificationem in anima, vt ſupra iam expoſuimus, & de paſſionibus quoque Domini imitatis intelligantur ſequentia verba, *Vt & vita* IESV, *&c.* tamen hũc etiam ſenſum habent, vt de gloria cœleſti, qua beatificabitur nõ tantùm anima, quæ imitata eſt Dominum, quo ad illam patientem in vis, ſed etiã corpus, in quo ad imitationem illius nunc patimur, vt Lyranus exponit, *reſurget in gloria* impaſsibile, & incorruptibile. Vt enim ait Apoſt. *Si cõmortui ſumus, & conuiuemus: ſi ſuſtinebimus, & cõregnabimus*. Mortificationem igitur frequentem, quod ſignificat verbum *ſemper*, & in omnibus, quod indicat verbũ *circumferentes*, amplectitur viriliter Apoſtolus, hoc vnico motiuo præmij æterni, quod retribuitur nobis.

1. *Tim.* 2. 12.

Ex eodẽ quoque, Dauid huic mortificationi dedit ſe totum, dicens: *Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum*. Inclinatur quidem, quod eleuatum eſt. Caro igitur, quæ à iugo rectæ rationis abducta, eleuata erat ad viſibilia cuncta ex amore ſui, inclinat ſe ſpõte, & ſubmittit collum ſuum iugo rationis rectæ, & legis; at ob quid? ſubdit, *propter retributionem*. Expectabat quidem præmium æternum, & amore illius, proprium ſubiugabat amorem.

Pſal. 118. 112.

Hac etiam ſpe ſola ſuffulti, viſibilia iſta, & vitam propriam, in quæ omnia ex amore ſui homo propendet; contempſerunt multi, vt videri poteſt toto capite 11. Epiſt. ad Hebr.

Et parabola quidem Euangelica, qua regnum Dei æternum margaritæ precioſæ aſsimilatur, & quilibet noſtrûm negotiatori, hoc quoque manifeſtè oſtendit. *Simile*, inquit Dominus, *eſt regnum cœlorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas: inuenta vna precioſa margarita.* Ecce beatitudo æterna, quæ *vna* cùm ſit, *omnibus eſt ſufficiens*, quia tota communicatur omnibus, & tota ſingulis. Quid fecit igitur negotiator prudens pro hoc ſummo bono? *Abijt, & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam*. Quid magis tuum frater, quam tu tibi ipſi? hoc ergo præcipuũ eſt inter tua, amor tui: igitur dare ſua omnia, eſt præcipuè abnegare ſe propter cœlum, cæteris quibuslibet etiã abdicatis, quæ ob ſui amorem poſsidentur, vel affectantur: & hoc eſt precium, quo emitur cœlum. Et quemadmodum talis negociationis laudatur prudentia, ita exprobrabilis perpetuò erit ſtultitia, qua contemnitur.

Matt. 13. 49.

Hinc eſt, quòd arca Noe (quæ ſaluandorum typus erat) voluit

Do-

Dominus, quod fieret *de lignis leuigatis*, id eſt, *quadratis*, vt legunt Septuaginta, ſeu *dolatis*, vt Lyr. legit Lyranus: erant enim aſcia, ſeu dolabra politi. Similiter templum à Salomone conſtructum, quod erat figura ædificati in cœ- 3. Reg. 6. 7. lis, *de lapidibus dolatis* ſimiliter ædificatum eſt, & non de rudi materia: quia non eſt aptus cœlo, cuius concupiſcentia abſciſſa nō eſt, & ſic expolita.

Marc. 9. 42. Et hoc pariter voluit in Euangelio Dominus ſignificare, quando iuſsit oculum erui, manum abſcindi, & pedē. Non quòd membra iſta amputarētur; hoc enim non licet; ſed affectus noſtri ſignificati per illa, tunc amputandi, cùm inordinati ſunt. Operationes igitur prauæ, ſignificatæ per manus, & quidquid nobis eſt charum, ſignatū per *oculum*, mortificanda ſunt, quando rationi cōtraria; & à fortiori proprius amor, vnde iſta naſcuntur. Et ſic mortificatus homo, dolatus, & abſciſſus per abnegationem ſui, fiet aptus cœlo, quod de expolitis lapidibus tantùm conſtruitur: In hymn. Dedicat. Eccleſ. ideo canit Eccleſia: *Tũſionibus, preſſuris expoliti lapides, ſuis coaptantur locis per manus artificis*; vtique DEI, qui, Paulo te- Hebr. 11. 10. ſte, illius *artifex, & conditor eſt.*

Ergo fratres, meditata benè hac veritate, remiſſas manus, & ſoluta genua erigite, & greſſus rectos facite pedibus veſtris. Terrā cordis veſtri ſulcate mortificationis aratro. Abſcondite ibi granum veſtrum, id eſt, affectum veſtrum inordinatum, vt moriatur, & letamini in fructu multiplicato. Mortificationem, non tantùm in anima, ſed & in corpore veſtro circumferte. Inclinate cor veſtrum, ſubiugando illud rationi rectæ. Date omnia veſtra, inter quæ præcipuè eſt amor veſtri. Dolate, & leuigate concupiſcentias veſtras, vt efficiamini ſic lapides expoliti, apti cœleſtibus muris Ieruſalem ſupernæ, quæ tantùm ex lapidibus iſtis conſtruitur.

PVNCTVM VI.

In *quibus* ſit mortificatio exercenda.

POſtquam diximus, quibus armis de amore proprio ſit triumphandum, reſtat conſequenter dicendum, *in quibus* mortificatio, ſeu abnegatio ſui, qua hoſtis hic ſuperatur, ſit exercenda. Nam ſic etiam militabimus contra illum. Exercitium ergo in ſequentibus eſt faciendum.

I. In malis culpæ.
II. In malis pœnæ.
III. In indifferentibus.
IV. In bonis.
V. In magnis.
VI. In paruis.

Igitur claritatis gratia, diſtinctis diſcurſibus erunt hæc à nobis tractanda.

DISCVRSVS I.

De mortificatione ſui in *malis culpæ*.

1. Petr. 2. 24. DE hac loquens Petrus ait: *Peccatis mortui, iuſtitiæ viuamus*. Cùm autem peccata, vel ſint carnalia, vel ſpiritualia, ſecundùm quæ ſuperiùs duplicem mortificationis ſpeciem diſtinximus: alteram nimirum carnalem, ſpiritualem alteram, correſpondentem carnali, & ſpirituali inordinato ſui amori; ideo mortificatio exercenda eſt, nõ ſolùm in carnalibus obiectis, ſed in ſpiritualibus repugnãtibus rationi. Propterea poſtquã Apoſtolus mortificationem præcepit, dicens, *Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram*; ſubdit, in quibus ſit exercenda, diſcurrens per alia grauiora peccata, tam carnalia, quàm ſpiritualia, nimirum: *fornicationem*, quæ eſt concubitus ſoluti cum ſoluta; & per hoc multo fortiùs intelligitur adulterium eſſe fugiendum: *immunditiam*, quantum ad peccatum contra naturam: *libidinem*, quantum ad oſcula, tactus impudicos, & ſimilia: *concupiſcentiam malam*, quia non ſolùm actus exteriores ſunt refrænandi, ſed etiam interiores mentis: *& auaritiam*, quę eſt iniuſta pecuniæ acquiſitio.

Col. 3. 5.

Quantum autem ad ſpiritualia peccata, proſequitur ibi: *Deponite omnia*; & ſubdit aliqua frequentiora: *iram*, id eſt, appetitum illicitum vindictæ: *indignationem*, id eſt, eius ſignum in facie: *malitiam*, id eſt, mali machinationem in corde: *blaſphemiam*, contra DEVM: *turpem ſermonem*, ſcilicet, detractionis, murmurationis, & deriſionis contra proximum: *Nolite mentiri inuicem*, vnus alterum ſic decipiendo. Ita enim omnia peccata iſta tam carnalia, quàm ſpiritualia, ibi Lyranus exponit. *Lyran.*

Hæc autẽ peccata, culpabilia ſunt, *ex genere ſuo*. Sunt tamen alia, quæ ideo culpabilia ſunt, *quia prohibita*: vt carnium eſus, qui ſecundùm ſe, non eſt malus, ſed quatenus prohibitus, tempore nimirum ieiunij, quo ab illo eſt abſtinendum: Et ſic de ſimilibus.

Et vt etiam exempla in Religione ponamus; *loqui*, ſecundùm ſe culpa non eſt, tamen tempore, & loco ſilentij hoc facere, malum eſt. Et licèt inter nos prohibitio iſta ad culpam coram DEO non obliget, obligat tamen ad pœnam, & quatenus eſt defectus à lege, culpa quædam *regularis* dici poteſt, id eſt, intra religionem commiſſa, quatenus deficitur à lege, ſeu regula. Et ſimilia exempla poſſunt conſiderari, non tantùm in rebus, quæ ad culpam non obligant, ſed &

in

in illis, quæ obligant ad mortalem, vt ſunt omnia illa apud nos, quæ *in virtute Spiritus ſancti*, *& ſanctæ obedientiæ ſub præcepto formali* præcipiuntur.

Cuncta autem ſupradicta ex ſui amore naſcuntur, vt alibi cum D. Thoma tradidimus. Omne enim peccatum oritur, aut ex fuga inordinata mali, vtique pœnæ: aut ex appetitu inordinato boni, vtique vtilis, aut delectabilis. Fugio namque, quod mihi malum eſt: aut appeto, quod mihi vtile, aut delectabile eſt.

Exemplum ſit in fractura ſilentij. Ideo namque illud frango, quia moleſtum mihi eſt illud ſeruare, aut delectabile confabulari. Similiter chorum fugio, aut orationem mentalem, quia iſtorum obſeruantia carni meæ repugnat, & delectat inobſeruantia. Iraſcor alicui, quia impedit mihi bonum, quod cupio. Similiter inordinatè amo, quia ſpero bonum, quod deſidero, ſiue illud vtile ſit, ſiue delectabile. Et ſic de ſimilibus excogitandum.

In omnibus his mortificandus eſt *amor proprius*, tanquam omnium radix, & origo. Quo abnegato, cæteri inordinati animi motus ceſſabunt. Et eſt per viam compẽdioſam ad terminum peruenire mortificationis omnimodæ, quam prædicauit Paulus, & ſuaſit Petrus.

Eſt tamen hìc maximè aduertendum, præcipuè attendendum eſſe mortificationi paſsionis illius, aut vitij, ad quod inclinamur magis, ſeu in quo tentamur frequentiùs, & ex quo in grauiores defectus prolabimur, vt oſtendimus ſuperiori volumine in induſtrijs. Et hìc addi poteſt *Induſtr. 18.* exemplum Saulis, cui præcepit Dominus per Samuelem quod Amalecitas omnino deſtrueret. *Percute*, inquit, *Amalec, & demolire vniuerſa eius: non parcas ei, & non concupiſcas ex rebus ipſius aliquid: ſed interfice à viro vſque ad mulierem, & paruulũ, atque lactentem, bouẽ, & ouem, camelum, & aſinum.* 1.Reg.15 3. At non obediuit Saul, ſed Agag Regi pepercit, & cunctis pulchris: *Quidquid verò vile fuit, & reprobum, hoc demolitus fuit.* num.9. De quo dure poſtea fuit per Samuelem correptus, atque punitus. *Et oblatus eſt ei* (inquit Scriptura diuina) *Agag pinguiſsimus, & tremens, & in fruſta concidit eum Samuel coram Domino.* num. 32. num. 33. Fuit autem hoc totum geſtum in figura eorum, qui DEO placere cupiunt, in re aliqua parua, & non in magna, ad quam inclinant: ita quo maximè DEO diſplicent, vt etiam oſtendit Dominica increpatio ad Scribas, & Phariſæos facta, cùm illis dixit: *Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ, qui decimatis mentham, & anethum, & cyminum, & reliquiſtis, quæ grauiora ſunt legis, iudicium, & miſericordiam, & fidem. Mun-* Matt.23. 23.

datis

datis, quod deſoris eſt calicis, & paropſydis : intus autē pleni eſtis rapina, & immunditia. Vbi *væ* replicatur, vt oſtendatur culpa deteſtabilis, atque punibilis. Igitur attendendum eſt mortificationi præcipuè grauiorum, ad quę caro, & ſuperbia magis inclinant. Nam diſplicet nimis Deo obedientia in minimis, cum inobedientia in magnis. Vniuerſa ergo demolienda ſunt, & mortificanda, quæ in nobis comperimus rectæ aduerſari rationi, & Deo.

DISCVRSVS II.

De mortificatione ſui in *malis pœnæ*.

MOrtificatio iſta, duplex diſtingui poteſt. Alia enim eſt *actiua*, quam, ſcilicet, nos à nobiſmetipſis ſumimus, & exercemus. Alia *paſſiua*, quæ ab alijs nobis infligitur.

De mortificatione *actiua* locutus eſt Apoſtolus, cùm dixit: *Mortificate membra veſtra quæ* Coloſſ. 3. 5. *ſunt ſuper terram.* Et Dauid: *Ap-* Pſ. 2. 12. *prehendite diſciplinam, ne quando iraſcatur Dominus*. Non ſolùm enim intelligitur pro correctione ipſa ordinata morum, ſed pro conducentibus ad ipſam, quæ ſunt pœnalia, quibus caro domatur, & ſpiritui ſubiugatur. Eſt enim in modum equi, qui recalcitrat impinguatus, vt ſignificauit Moyſes cùm dixit: *Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit*; Deuter 32. 15. rectæ vtique rationi, cui iure conuenit munus ſeſſoris.

Hæc autem mortificatio aliquando eſt *negatiua*, vt dum oculo nego viſum pulchri obiecti, aut delectabilis: de qua Dauid ait: *Auerte oculos meos ne videant vanitatem*. Licèt enim Pſal. 118. 7. à nobis ſit auerſio iſta, quia libera, tamen, non ſine Deo fit; ideo poſtulatur ab illo. Idem dici poteſt de auribus circa ſonum ſuauem, odoratu circa fragrantem odorem, guſtu, &c.

Aliquando verò eſt *poſitiua*; vt cùm fungimur obiectis prædictis ſēſibilibus, moderatè tamen, & ordinatè ad Devm, ad quem per creaturas ſuas aſſurgimus, vt ipſemet Propheta faciebat, cùm dicebat: *Delectaſti me Domine* Pſ. 91. 5. *in factura tua, & in operibus manuum tuarum exultabo*. Mortificatio tamen in his, conſiſtit in carentia deordinationis, quæ poſſet eſſe in ſenſibilibus operationibus iſtis, quæ abeſt, dum ordinantur ad Devm. Et idem de operationibus interioribus poſſet dici. Et pro his mortificationibus aduertēdum, quòd *negatiua, ſecurior eſt* quàm poſitiua, vt ſuperiori volumine eſt notatum; ideoque initio conuerſionis potius exercenda.

Eſt etiā mortificatio alia *præcepta*, quatenus fit in ijs, quæ de præcepto ſunt; vt cùm guſtus tempore ieiunij præcepti abſti-

Digitized by Google

net ſe à carnibus: Et in Religione ea, quæ votum ſponte emiſſum fecit præcepti, vt ſuperiori volumine ponderauimus. Ind.18. Et hìc intrãt mortificationes omnes, quæ in Regula, aut Conſtitutionibus præcipiuntur, vt ieiunia, abſtinentiæ; quæ pertinent ad mortificationem guſtus: Lectus durus, veſtis groſſa, diſciplinæ; quæ pertinẽt ad mortificationem tactus: Clauſura, in qua cæteri ſenſus mortificantur. Quæ omnia ad obſeruantiam *Caſtitatis* voti ordinantur. Abnegatio etiam voluntatis, quæ moleſta eſt nimis, in voto *Obedientiæ*: Et abdicatio commoditatum omnium, & poſſeſſionum temporalium, in voto *Paupertatis*: Et omnium honorum renunciatio, in *Humilitatis* voto, quod à noſtris emittitur, continetur. Omnium enim horum mortificationẽ promiſimus, cùm ſponte vota emiſimus; & pertinent ad mortificationem in ijs, quæ de præcepto ſunt, modo explicato.

Vnde hæc vota quatuor, tanquam quatuor claui ſunt, quibus vnuſquiſque ſanctæ Cōgregationis noſtræ frater crucifixus eſt cũ CHRISTO, qui in his ſe propter nos exercuit, & in cruce maximè viguerunt. In obedientia vtique, de qua Apoſtolus dixit, quòd Phil.2.8 *factus eſt obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis*. In maceratione etiam carnis ſuæ caſtiſſimæ & virgineæ: licèt enim illa non indigeret propter rebellionem ad ſpiritũ; tamen vt nos doceret cum ipſo illam cruci affigere macerationum. In paupertate quoque, cùm nudus ibi exiſteret, non habens etiam, qui paulum aquæ porrigeret ſitienti. In humilitate denique, quia deſpicabilis maximè erat mors crucis: & ex illa, tanquam è cathedra docebat ſuperba hominũ corda, honores fugere, & amplecti opprobria. Igitur vnuſquiſque noſtrum crucifixionem hanc profitetur, & qui obſeruat, feliciter cum Paulo dicere valet, CHRISTO *confixus ſum cruci*. Gal.2.19 Et licèt teneatur communiter, quòd CHRSTI claui, tres fuerint, quibus tria communia vota reſpondent, quibus Religioſi omnes, qui CHRISTVM ſequũtur, ipſi per crucem configuntur; non deſunt tamen qui teneant, fuiſſe quatuor clauos: & iuxta hos, quatuor vota noſtra illis reſpondẽt. Vel ſaltem perforati ſumus quatuor membris, videlicet, *manibus*, quibus ſignantur operationes; & *pedibus*, quibus deſignãtur affectus. Et mortificatis his omnibus per quatuor vota iſta, nos CHRISTO profitemur confixos. Et vtinam obſeruemus. Non ſufficit enim profiteri, ſed obſeruare.

Alia eſt mortificatio in ijs, quę *ſupererogationis* ſunt; quia, ſcilicet, non ſunt præcepta, conducunt tamen valde, vt quæ præcepta

cepta ſunt, benè, & promptè exequamur. Sic ſe mortificat Religioſus in diſciplinis extraordinarijs, ad quas non tenetur: in cibi alicuius priuatione, quem poteſt licitè ſumere: in catenarum moleſtijs, & cilicijs, quibus cruciat carnem ſuam: in clauſura maiori, & ſilentij rigore, & ſimilibus.

Inter has autem mortificationes, eæ, quæ ſunt de *præcepto*, anteponendæ ſunt ijs, quæ *ſupererogationis*; ſunt & iſtæ ad illas ordinandæ, & vt mereantur maius auxilium, quo viriliùs, & vtiliùs in via DEI fiat progreſſus, vt ſuperiori volumine eſt notatum.

Hinc patet, non eſſe verè mortificatum Religioſum illum, qui in ijs quæ præcipiuntur in Regula, vel Conſtitutionibus, aut ei imponuntur à Prælato ſuo, non curat ſe abnegare, & mortificare, vt attendat aliquibus extraordinarijs mortificationibus in quibus voluntas propria inuenitur.

De altera autem mortificatione *paſſiua* locutus eſt Dauid, cum dixit: *Propter te mortificamur tota die: facti ſumus ſicut oues occiſionis*. Pſ.43.22

Hæc autem mortificatio contingere poteſt *iuſtè*, vel *iniuſtè*. *Iuſtè*, quia præcefferunt peccata noſtra, quæ puniuntur, vel ab hominibus, vt fatebatur bonus latro de cruce ſua, & ſocij dicens: *Et nos quidem iuſtè: nam digna factis recipimus*. Vel quæ puniuntur à DEO, vt oſtendunt verba Prophetæ, *Iram Domini portabo*: ecce mortificatio. Et ſuſceptionis ſpontaneæ cauſa ſubiungitur, *Quoniam peccaui ei*. Hæc enim conſideratio propriæ culpæ, ſatis eſt mortificationem hanc ſeu crucem bene portare. Mich. 7.9

Iniuſtè autem poteſt cõtingere, cùm quis ſine cauſa affligitur, ſeu mortificatur, hoc eſt, non præcedente ex parte patiẽtis aliqua culpa. Et qui ita mortificatur, propriùs CHRISTO crucifixo conformatur; & veriùs dicere poteſt cum Paulo: *CHRISTO confixus ſum cruci*. Nam Dominus *iniuſtè* pro nobis illam eſt paſſus, vt nos doceret exemplo ſic illi configi, iniuſtè patiendo pro illo. Totum hoc dixit Petrus Apoſtolus his notabilibus verbis: *Hæc eſt gratia, ſi propter DEI conſcientiam ſuſtinet quis triſtitias patiens iniuſtè*. Quaſi dicat, cùm quis propter peccata patitur, iuſtitia eſt, non gratia; quæ tum datur, quando quis innocenter flagellatur. Quod ſignificant verba, *Propter DEI conſcientiam ſuſtinet triſtitias*, id eſt, *pœnas illatas*, vt exponit Lyranus. Nam ſic iniuſtè patitur, & ideo gratioſè, quia vtique DEO rem gratiſsimam facit. Vnde ſubdit: *Quæ eſt enim gloria, ſi peccantes, & colaphizati ſuffertis? Sed ſi beneſacientes ſuffertis, hæc eſt gratia apud DEVM*. Gal.5.17 1.Pet. 2.19. Lyran. num.2

Vbi

Digitized by Google

Vbi nobtandum maximè est, quòd innocentia ista, dupliciter potest intelligi. Primò *negatiuè*, quatenus non fit malum. Secundò *positiuè*, quatenus fit bonum. Et hoc secundo modo, hic loquitur Petrus, vt indicat verbum *benefacientes*. Et exemplum affert CHRISTI, quod eius discipuli sequi tenentur, subiungens:

Matth. 21. *In hoc enim vocati estis*; vtique ad discipulatum illius, qui vocãs

Luc. 9. 23 dixit: *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & sequatur me*: abnegando enim nos, sequimur ipsum. Et ideo prosequitur Petrus, ad hanc mortificationem inducẽs exemplo Domini:

1. Petr. 2. 21. *Quia & CHRISTVS passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius*. Et subiungit vtramque Domini innocentiam, quia non fecit malum, imò bonum est operatus, ex charitate pro nobis amplectens ignominiosam mortem crucis.

Non est autem dubium, quòd passiones quælibet; siue in carne, quas *carnales* vocamus, vt quæ pertinent ad domationem, & macerationem illius; siue in anima, quas *spirituales* appellamus, vt voluntatis abnegatio, qua sustinentur iniuriæ, abdicantur honores, amplectuntur humilia, contemnuntur diuitiæ, mortificationes dicantur, quatenus actiones vitales hominis vtriusque mortificantur, tendentes ad vitia & peccata ex sui amore. Ergo amor hic mortificatur, cùm aliquid patimur, non solùm in pœnis, & afflictionibus, quas nobismetipsis sponte imponimus, & assumimus; sed in ijs etiam, quæ ab alijs infliguntur nobis, & libenter propter DEVM suscipimus.

DISCVRSVS III.

De mortificatione sui in *indifferentibus*.

SVnt aliquæ operationes indifferentes ad bonum, vel malum; quæ relatæ ad bonum finem, bonæ sunt: & ad malum, malæ: vt *deambulatio, locutio, comestio, potus*, & similes. Cessare igitur ab his, ad quæ aliquando amor sui absque culpa vlla inclinat, vt sic discat quis voluntatem suam frangere, & habitum mortificationis acquirere, quo etiam illicita sciat promptè abscindere; bonum & laudabile est. Et hanc esse primam eruditionẽ, qua à Magistro erudiendi sunt in via DEI Nouitij, seu iuniores, docet Cassianus. Imò non solùm frangere voluntates suas in licitis simpliciter, sed insuper obseruare, ad quæ maiorem sentiant repugnantiam, & ea præcipere illis. *Doceat*, inquit, *eum primitùs suas vincere voluntates: quẽ stuaiosè in his, ac diligenter exercens, hæc illi semper imperare*

Cassian. lib. 4. instit. c. 8.

de

Digitized by Google

de industria curabit, quæ senserit animo eius esse contraria. Et subdit ibidē huius rei rationem: quia multis experimentis fuisset compertum, non posse quemquā vitia extirpare, & virtutes acquirere, nisi priùs in his indifferentibus, quæ licita sunt, & quandoque repugnantia voluntati, discat priùs se frangere.

Vnde etiam à Sapiente hoc datum consilium legimus huiusmodi nouitijs ad tentationes vincēdas. *Fili*, inquit, *accedens ad* Eccli. 2. 1. *seruitutem Dei, sta in iustitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationem*. Nam ad seruitutem Dei accedit, qui statum mortificationis, qualis est religionis, profitetur spōte. Obediēte namque Deo ratione, obedit quoque rationi caro, & sic totus homo Deo. Hoc autem, vt ex hactenus dictis constat, per mortificationem fit. Igitur quidquid ad illam conducit, conducit pariter ad seruitutem Dei. Iuuat autem exercitatio in abnegatione operationum istarum indifferentium, vt notauimus, per quam tentationibus obuiatur, quæ isti possēt obsistere seruituti, quatenus sic fracta voluntas discit illis resistere, & voluntatem subdere Deo, & voluntati carnem.

Imo iuxta Gregoriū, hoc mortificationis genus in indifferentibus, non est solùm exercitium nouitiorum, verùm etiam perfectorum, ne in illicita prolabantur, quibus etiam ipsi sunt subditi. *Habent quippe* (ait) *viri sancti* Greg. 4. D. c. 11 *hoc proprium: nā vt semper ab illicitis longè sint, à se plerumque etiam licita abscindunt*.

DISCVRSVS IV.

De mortificatione *sui* in *bonis*.

NOtandum, esse aliqua bona, quæ *ex genere suo* talia sunt, respectu tamen quorum nos tantùm passiuè habemus: vt consolationes spirituales, & illustrationes diuinæ, & dona similia, quæ in potestate nostra non sunt, sed à Deo nobis donātur gratuitò, quādo, & quomodo vult: aut absque iniuria ab ipso negantur. Et in his nos mortificare debemus, illa suscipiendo, in illis non sistēdo affectu, sed quatenus voluntas Dei est, quòd habeamus illa secundùm tempus, & mensuram voluntatis illius, ita vt in illis non quæramus nosmetipsos, sed Deum.

Signum autem, amorem hunc proprium spiritualem, sed impurum, quatenus creaturæ miscetur, & Creator non amatur solus, dignoscendi, est angustia cordis, quando talibus non donamur: & omissio exercitiorū spiritualium, quibus dicebamus nos quærere Deum, sed verè illum non quærebamus, sed donum illius; quo negato, aut subtracto, desijt nostra operatio.

Igitur duplex mortificatio in his debet à nobis exerceri. Prima *proximè*, reſpectu iſtorum donorum. Nam ſuſcipere illa debemus, abdicati intus ab illis, vt, ſcilicet, non ſuſcipiamus illa propter guſtum, aut commodum noſtrum; ſed quia ita vult DEVS, ita vt ipſa voluntas Dei, quæ ipſe Deus eſt, ſit obiectum voluntatis noſtræ recipientis; & non ipſa dona, quæ nobis optamus, quatenus nobis dulcia, & ſuauia; aut etiam, quia ſalutifera. Et in hoc ſubtiliſsimus amor noſtri intrare ſpecialiter poteſt: quod tamen obſtat puritati amoris, quo diligendus eſt Deus ab illis, qui ſe totos illi dicarunt.

Et mortificatio in hoc eſt adhibenda ſolicitè ab anima, quæ puris amplexibus ſatagit copulari ſponſo, vt ſalutem ſuam non quærat, niſi eo modo, quo placet ſponſo. Quare ſi illi non placet, medijs illis donis ad ſe illam trahere, ſed flagellis, & aſperitatibus, quæ in talibus ſubtractionibus experiuntur, ita debet eſſe contenta, & per conformitatem affectus illi vniri. Nam hoc eſt ſurgere *de lectulo* cum ſponſa in Cãticis, vtique conſolationum iſtarum, licèt ſpiritualium, & ſic ſurgendo à ſe ipſa, ſponſum quærere *per noctes*: quatenus deſunt ſpirituales illuſtrationes, & illuminationes, quibus priùs illuſtrabatur, & ſic nocte ſe ambulare cogitat; perſiſtit tamen quærẽdo, & tandem inuenit, quem, ſpoliata quærit. Inuênit inquam, non quia illo careret, cui intimè erat vnita per amorem puriſsimum, ſed quia animæ ſic ſpoliatæ, ſeu expropriatæ, & perſeuerãti, ſolet benigniſsimus Dominus cumulatiùs præfata dona concedere.

Cant. 3. 1

Eſt tamen hæc mirabilis *extaſis*, non tamen *anagogica*, ſed *practica vnitiua*, quæ ſecutior eſt, quam operatur mortificatio iſta. Nam anima exit à ſe, quoad eſſe ſpirituale, ſeu ſupernaturale, quia dona gratiæ non ſibi quærit, niſi quatenus, & quomodo Deo placet. Quoad eſſe quoque naturale, vt vitam corporalem, & cætera ad illam ſpectantia, à fortiori à ſe exit; & ita totaliter à ſe inſe euacuata, Deo impletur: hæc eſt enim annihilatio, quam facit expropriatio omnimoda, & anima redditur aptior vnioni Diuinæ. Cùm enim hæc impediatur per mediam creaturam, & tunc nulla mediet, neque etiam anima ipſa, quæ totaliter ſe ipſa ſpoliata eſt, & per affectum annihilata; ſequitur intimior vnio. Nam cùm vnumquodque non impeditum velociter tendat in centrum ſuum; animæ autem centrũ, DEVS ſit, ad ipſum tendit amoris pondere. Et cùm alioquin benigniſsimus DEVS hanc vnionem exoptet, iuxta illud: *Delicia mea, eſſe cum filijs hominũ.* Et, *Aperi mihi ſoror mea, amica mea, columba mea, &c.* Et, *Ignem veni mittere*

Prouer. 8. 31.
Cant. 5. 2
Luc. 12. 49.

Digitized by Google

tere in terram, & quid volo, nisi, vt accendatur? Hinc fit vnio ad mensuram abnegationis, seu expropriationis, & annihilationis istius, ortæ ex amore sponsi, & transformatur in DEVM, & deificatur.

Secunda autem mortificatio, seu expropriatio est respectu præparationis ad dona prædicta. Nõ solùm enim respectu susceptionis debet spoliata esse, vt diximus, sed respectu præparationis ad illa: quia vtique consuetam orationem, aut extraordinariam, cæteraque spiritualia exercitia, quæ tunc sedula facit, non debet hoc intuitu facere, vt donis illis donetur, sed vt placeat DEO, & in ipsa fiat voluntas illius, quòmodo illi placuerit.

Nam quærere dona, vt per illa placeat illi, & pro hoc anxia precari, infirmat quidem amorem, & turpat puritatem illius. Vt patet in exemplo vxoris, cuius est quærere soli suo viro placere. Nam postulante illa ornamenta, quibus placeat illi, & iucunda coram eo appareat, ipse autem negat, de illa talibus ornamentis spoliata contentus; absque dubio melius faceret se conformãdo voluntati mariti sine ornamẽtis, quàm cum illis. Cùm enim totum ordinare debeat, vt placeat viro, & huic pro tunc, ita placeat magis, quàm ornata; maiorem proculdubio, & puriorem amorem ostendet, sine ornamentis in conspectu illius state. Spõsus autem vnicus animæ nostræ est Christus IESVS; de quo sponsalitio dixit Apostolus: *Despondi* 2.Cor. 11.
vos vni viro: fit autem hoc spõsalitium per fidem charitate formatam, sed strictiùs ab illis, qui per vota in Religione se totos illi dicarunt. Istis igitur competit magis abnegatio sui, vt totos se illi dent, vt ille se totum dat, & requirit ab illis; vt verè dicere possit vnaquęque anima hoc modo abnegata: *Dilectus meus mihi*, vtique totus: *& ego illi*, vtique tota, vt nihil creatum, etiã supernaturale, sit extra me, vel in me, neque egomet, quod non sit illius, & ad beneplacitum eius suscipiam, vel non suscipiam, tota per conformitatẽ affectus transformata in ipsum, ita vt non viuã ego mihi, sed ipse in me. Sed de hac materia iterum redibit sermo sequenti Propugnaculo, & Discursu secundo Considerationis sequentis. Interim ad propositum sufficiat scire, in his spiritualibus bonis, amoris proprij mortificatio in quo consistat. Cant. 2.

Sed & alia sunt bona, quæ *ex genere suo* talia non sunt, sed indifferentia: attamen, quia præcepta sunt, bona sunt, & ad virtutem obedientiæ pertinere possunt, aut ad aliam, ex qua fiunt: v.g. legere, comedere, deambulare, seu spaciari, dormire, & similia, quæ fiunt, Prælato iubente, & sic ex obedientia. Morti-

Prouerb. 31. Cant. 5. Luc. 18. 49.

ficatio namque in his, non consistit quidem in omissione eorũ: cùm enim affirmatiua præcepta sint, per positiuos actus adimpleri necesse est; & ab illis cessare, seu illa non exequi, defectus esset, non virtus. Igitur mortificatio, seu abnegatio, consistit in exercitio illorum; non quia ad illa natura nostra inclinet, sed quia obedientia præcipiat; & sic voluntas in hoc in se abnegata manet cum executione præcepti.

Et in euentu, quòd cessare ab istis, nobis præciperetur, & ad cessationem inclinaret natura, similiter mortificatio non consisteret in exercitio. Nam, cùm tunc essent præcepta negatiua, per omissionem actus, essent implenda: igitur mortificatio tunc in eo consisteret, quòd natura sisteret, non quia ad sistentiam inclinaret, sed quia præciperetur. Et ita negotiator cæli, semper hac via lucratur. Vt cùm Prælatus prohibet dormitionem tali tempore, quo ad vigiliam natura inclinat; mortificatio tunc nõ consistit in dormitione: quia vt

Rom. 3. 8. ait Apostolus, *Non sunt facienda mala, vt veniant bona*. Tunc autem malum esset dormire, quia à Prælato prohibitum: igitur dormire non esset tunc bonum, prætextu mortificandi naturam, sed in actu, quo quis interiùs conformaret voluntatem suam cùm voluntate Prælati, dicendo sic, Licèt natura mea modò ad vigiliam non inclinaret, vigilarẽ tamen libenter, quia sic obedientiæ placet. Et sic de similibus. Et habetur modus mortificationis gratissimæ DEO, cum gaudio naturæ coniuncto: nam corpus gaudet, & anima.

Sunt pariter bona alia, *ex suo genere* talia, at eatenus obligantia, quatenus præcepta vt oratio mentalis, quæ in religione præcipitur, & similia. In quibus mortificatio non consistit similiter in *omissione*, sed *in exercitio*; non quia inclinat natura sic illa facere, sed quia obedientia præcipit. Et si fortè ex causa dispẽsat, non quia ex tali dispensatione gaudeat natura, ne sentiat laborem illius, sed quia ita obedientiæ placeat. Sicque semper abnegatio virtuosa contingit cũ animæ lucro.

Sunt denique bona alia *ex genere suo* talia, ad quæ tenemur, non positiuo præcepto humano, sed naturali, & diuino, vt sunt præcepta Decalogi, tam *affirmatiua*, quàm *negatiua*; circa quæ, habita proportione, iuxta dicta, mortificatio est exercenda. V. g. non debeo DEVM amare propter bona, quæ ab illo spero, vel accipio, sed quia ipse in se dignus est omni amore. Similiter, non debeo honorare parentes, vt ab illis diligar, aut diter, sed quia ita dictat ratio recta, & DEVS præcipit. Non debeo abstinere à furto, aut ab iniuria inferenda pro-

Digitized by Google

proximo, propter malum, quod inde timeo; sed quia hoc vetat DEVS, & rationis lumen. Et sic de alijs.

DISCVRSVS V.

De mortificatione sui, tam in magnis, quàm in paruis.

NOtandum imprimis est, per *parua*, & *magna*, posse hìc intelligi, tria, quæ diximus, mortificationis posse esse materiam, nimirum mala, indifferentia, & bona.

Loquẽdo ergo primò de mortificatione in malis, magnis, & paruis, dico facilè posse contingere deceptionem in hoc, quòd aliqui sollicitè attendant se mortificare in malis *paruis*, non curãtes transgressionem in magnis, ne se in illis mortificent. Alij autem ita incumbant mortificationi in *magnis*, vt parua mala non curent. Et malè vtrique agunt, ex sententia Domini dicentis apud Matthæũ *Hæc oportuit facere*, vtique grauiora legis seruare, se mortificando, cùm caro recalcitrat; *& illa non omittere*, scilicet, minima. In hoc enim Scribę & Pharisæi peccabãt, quos ibi durè reprehendit, qui vtique minima curantes, vt erat, decimas exigere menthæ, anethi, & cymini; non curabant maiora, implicati magnis sceleribus, tam in se, quàm in subditis, à quibus minima exigebant, sed crimina permittebant, nec puniebant. Ideo ibi vocat illos duces cęcos, *excolantes culicem*, in quo denotantur minima; *camelum autem glutientes*, in quo denotantur magna.

Matth. 23.23.

Igitur docemur his verbis à Domino mortificationem in omnibus malis, tam *paruis*, quàm *magnis*. Nam ruptura vna in muro satis est, vt per illam hostis intret, & castrum diruat, & diripiat, vt monuimus in industrijs.

Rimula etiam ad rupturam facilitat, & hinc ad ingressum. Videmus pariter nauim non tãtùm magno foramine, verùm etiam paruo submergi. Quare licèt præcipui vitij expugnationi danda sit præcipuè cura, vt supra notauimus, circa alia tamen non excluditur: neque impotentia excusat, cùm victoria vnius, dispositio sit ad triumphum in alio. In omnibus ergo malis, tam magnis, quàm paruis, exercenda est mortificatio. Quod non tantùm ex prædicta doctrina Dominica apud Matthęum est manifestum, verùm etiam per Ieremiam, vbi sic ait: *Circumcidimini Domino, & auferte præputia cordium vestrorum*. Ista circumcisio namque, carnis scissio est, non vtcunque, sed circumcirca, vt tota in circo scindatur; vt denotetur puritas circumcisi: & quòd non

Ier. 4.

Digitized by Google

propter aliquam creaturam debeat fieri, vt infra magis patebit, additur, *Domino*. Et quòd de spirituali sit sermo, subditur, *Auferte præputia cordium vestrorum*. Est enim præputium, superfluũ carnis, quod scinditur: & quia animæ inordinatæ affectiones, præputia illius dicuntur, sunt istæ scindendæ, non vtcunque, sed circumcirca, vt nulla pars sit, in qua scissio non fiat. Ideo etiam ponuntur *præputia* in plurali, quia non hoc, vel illud vult tantùm scindi, sed cuncta. Circumcisio autem, mortificatio est, per quam concupiscentiæ inordinatæ abscinduntur. Igitur fit circumcisio, vt vera mortificatio sit, id est, grata Deo, quatenus in omnibus fiat.

Sic gratificari quæsiuit sponsa sponso suo in Canticis. Cùm enim hic ad ostium eius pulsaret, Cãt. 5. 2. non ausa est illi surgere apertura, nisi manibus stillantibus myrrhã, & digitis plenis myrrha probatissima. *Vox*, inquit, *dilecti mei* num. 5. *pulsantis. Surrexi, vt aperirem dilecto meo: manus meæ stillauerunt myrrham, & digiti mei pleni sunt myrrha probatissima*. Non poterat manu vna aperire, & digitis solùm illius, ijsque intinctis tantùm, & nõ plenis myrrha? Nõ: quia apertura erat spõso, vtique Dei, qui non ingreditur animam, habitaturus in ea, nisi per mortificationis ostium, non in vna re tantùm, sed in omnibus, non tantùm magnis, sed etiam paruis. Ideo vtrâque manu aperit, stillante myrrham, & omnibus digitis plenis probatissima myrrha. Per *manus* namque, & *digitos*, animi motus, operationum externarum effectores designantur: per *myrrham* autem mortificatio indicatur. Igitur non fit motus interior, etiam minimus; neque actio exterior, etiam parua, quæ mortificatione careat, vt Deus dignetur ad nos intrare. Quod quidem expositio confirmat Gregorij dicentis: *Digiti myrrha probatissima pleni esse perhibentur: quia in omni, quod agitur, semper necesse est, vt mortificatio carnalitatis teneatur; quæ tunc probatissima esse iure dicitur, quãdo in omni suggestione, quæ ab hoste ingeritur, sine cessatione voluptas carnalis tenetur, ne suscipiatur.* Vbi per verba *in omni, quod agitur*, omnis actio externa tam magna, quàm parua designatur: Et per verba *in omni suggestione*, signatur omnis motus interior ad malum inclinans, ab hoste suggestus, siue in graui materia sit, siue in leui: nam omnis est reprimendus, & mortificandus, vt sponso aditus pateat. S. Greg.

Con-

Digitized by Google

Confirmatio prædictorum ſpecialiter quoad *parua mala*.

DIces, Parua iſta aditum ad Sponſum non impediunt: ergo de ijs Sponſa non loquitur.

Reſpondeo, impedire primò ingreſſum perfectum, vt Riccardus à S. Victore ſpecialiter conſiderat ſignificari ſequẽtibus verbis Sponſæ: *Peſſulum oſtij mei aperui Dilecto meo*. Sic enim ibi ait: *Sera cùm parua ſit, & angusta, latitudinem tamen oſtij concludit, vt niſi illa reſerata, patere non poſſit: ita hæc minima, niſi reſcindantur, non dignatur Dilectus ita venire ad animam, vt perfectè ad eam intret, & perfecta gratia eam repleat: paruæ enim negligentiæ obſcurãt animam, & impedimentum faciunt amplioris gratiæ*. Magna autem iactura eſt iſta; qua bene conſiderata, horum mortificationem ſuadet.

Cãt. 5. 6.

Richard. de S. Vict.

S. Greg.

Secundò dico, impedire abſolutum ingreſſum ſponſi, ſaltem *indirectè*, quatenus ad mortale diſponunt, iuxta illud, *Qui ſpernit modica*, id eſt, per mortificationem ſe illis non opponendo, *paulatim decidet*, vtique in maiora, ſcilicet, mortalia: quia anima libertati aſſueta in minimis; non valebit ſe continere in magnis. Vnde dixit Kempis: *Si non vincis parua, & leuia, quando ſuperabis difficiliora?*

Eccli. 19. 1.

Kempis lib. 2. c. 11 num. 6.

Eſt autem hic aduertendum, poſſe fieri, vt malum dicatur paruum, *non ratione materiæ*, ſed *defectu deliberationis*, quia vtique in materia graui eſt; tamen quia nondum adeſt deliberatio perfecta, abeſt culpa mortalis; quod ſolet contingere tentationis initio, vt in tentationibus carnis, & ſimilibus. Eſt autem hic ſtatim ſenſualitatis motus comprimendus, vbi primò aduertentia aderit: quia vt idem Kempis docet, *Tunc facilius hoſtis vincitur, ſi oſtium mentis nullatenus intrare ſinitur: ſed extra limen, ſtatim vt pulſauerit, illi obuiatur*. Et in confirmationem adducitur dictum illud, *Principijs, obſta: ſerò medicina paratur*. Nam cùm per mortificationem non obſtatur, perducimur ad conſenſum, & ſpiritualiter morimur. Vide quæ volum. 1. induſtr. 1. circa hoc dicta ſunt.

Ke lib. 1. num.

Non tantùm autem peritalitatur conſenſus, per quem mors animæ incurritur, ſed conſuetudo peccandi acquiritur, cui difficiliùs ſubuenitur. Proinde parua etiam ſic conſiderata, ſollicitè ſunt præſcindenda mortificationis ſecuri, vt prædictus Kempis aduertit his verbis: *Reſiſte in principio inclinationi tuæ, & malam dediſce conſuetudinem: ne forte paulatim ad maiorem te ducat difficultatem*.

Ke lib. num.

Digitized by Google

Agitur de mortificatione ſui, quoad parua *indifferentia*.

NOn paruifacienda eſt etiã in iſtis abnegatio: quia licèt *materialiter* parua ſint, fieri tamen poteſt, vt *formaliter* magna ſint; quatenus nimirum, non in quo abnegatur voluntas conſideratur, ſed ipſa abnegata voluntas, quæ quandoque his paruis fortiùs adhæret, quàm magnis, quibus renuntiauit ſponte. Quod heu! ſæpe contingit in illis, qui nomen ſuum religioni dederunt & renuntiarunt carni, diuitijs, & ſæculi pompis; & in domo Domini, vbi mortificationis fit profeſsio, viuaciori affectu, poſt minima abeunt, non conſiderantes, Dominum æſtimare magis *affectum*, quàm *cenſum*.

Matt. 16 24. Luc 9 23 Proinde volenti ire poſt ſe, dixit, *Abneget ſemetipſum*; non tam pendens ſua, quàm ſe, id eſt, ſuum affectum; qui cùm fortius adhæreat minimis, quàm magnis relictis, inde profectò grauiùs inculpatur, vt Caſsianus his verbis teſtatur: *In eo reprehenſibilior iudicandus eſt, quòd qui maxima ſpreuerit, minimis obligetur*. Et S. Abbas Dorothæus ait: *Amor nimius, & immoderatus, plerũq; nos ob vilia, & tenuia, iterum colligat*. Quaſi dicat, ſoluti ſuimus à vinculis magnis, quando magna dimiſimus, conuerſionis initio, *nobis* renuntiando, *noſtris*, & *ſæculo*: ſed nunc denuò miſeriùs minimis colligamur. Vnde ſubdit, *Noſque cæci, & miſeri, vix aduertimus*: quia vtique ſi oculati eſſemus, miſeriam noſtram videremus. Nam licèt parua ſint, quæ nos tenent, tamen magna ſunt, quatenus voluntas fortiùs eis inhæret. & cùm tantùm hanc principaliùs Deus reſpiciat, ſequitur, omni ſollicitudine etiam in his, nos abnegare debere.

Caſſ. coll. 4 c. 21. cir. fin.

Dorotb. doct. 1. de abren. cir med. ca. 2. bibl. PP.

Hac de cauſa, maximè laudatur factum Dauidis Prophetæ, quando ſitiens, deſiderauit ardẽter bibere de ciſterna Bethlehem; & hauſtam aquam cum periculo magno, ei oblatam, *noluit bibere, ſed magis libauit illam Domino*. Quod quidem, vt quid maximè memorabile, narratur à Scriptura diuina, cùm tamen parùm aquæ eſſet. Sed quare? Reſpondet D. Ambroſius, *Quia vicit naturam, vt ſitiens non biberet*. Licèt quidem res, in qua ſe abnegauit, in ſe *parua* eſſet: tamen abnegata voluntas, quatenus deſiderio ardebat, *magna* erat, ideoque laude digna, & acceptabile ſacrificium Deo. Et inde etiam creuit, quòd eandem abnegationem hinc magnã, licèt in paruo, exemplo ſuo doceret ſitientem populum; vt ibidem ſanctus Doctor conſiderat, cùm ſubdit: *Et exemplum de ſe*

1. Paral. 11. 17.

S. Ambr. in Apol. de Dauid cap. 7.

præ-

Digitized by Google

præbuit, quò omnis exercitus tolerare ſitim diſceret.

Illi igitur, qui parùm curant, in his minimis ſe abnegare, putantes minimum eſſe, quod offerunt Deo, certò ſciant, magnum omnino eſſe, cùm ſit voluntas ipſa pretioſior coram Domino, quàm totus orbis, & vniuerſa, quæ in eo ſunt.

Deinde, licèt animus non fortiter ijs inhæreat, attamen, in ipſis abnegatio ſui ſemper vtilis erit; quia facilè ſic diſcet, ſine multo diſpendio compendioſam viam ad hoc multum compendiũ, abnegatæ videlicet, voluntatis acquirendæ, vt S. Doroth. affirmat, dicens: *Nec quiſquam hoc putet arduum, & difficile; cùm breui compendio, & ſpatio quis ſeipſum poſſit, ſi velit, decies abnegare.* Et quo pacto hoc fieri poſsit, docet exemplis allatis in paruis iſtis, de quibus loquimur, quæ referam verbis ipſius.

S. Doroth de abren. doct. 1. to. 2. bibl. PP

Obambulat, inquit, *aliquis, & quippiam conſpicatus, perſuadetur à cogitatione, vt id aduertat: at is cogitationi, & non bonæ perſuaſioni repugnat, ſeque auertit.*

Rurſum, inuenit quis nugis, & varijs rumoribus occupatos: perſuadetur, vt ſe quoque turbæ immiſceat, & verba pariter inſerat; negat id ſe acturum, & auerſus aliò, propriam voluntatem abſcindit.

Item, ſuccurrit illi, vt eocum adeat, interrogetq. quid paret obſonij: non adit, ac ſe cohibet. Cernit aliquid in culina; quis illud attulerit, ſollicitatur interrogare: comprimit appetitum, & vocem, & nihil percontatur.

Hæc omnia iſte S. Abbas: quibus poſitis, ſubiungit: *Sicque dum parua quæq. præſcindit, ſenſim quæcũque præſcindere aduenientia conſueſcit.* Quæ verba conſideratione ſunt digna. Dicit enim, quòd præſciſſio quorumcunque paruorum, in quibus includit etiam illa, quæ in ſe parua ſunt, & reſpectu noſtri, quia illis fortiter non inhæremus: &, iſtis abſciſſis, ait nos *ſenſim*, ſine vtiq. labore grãdi, ſed faciliter, & ſuauiter, conſuetudinem acquirere præſcindendi etiam maxima mala: nam hoc important etiã verba illa, *Quæcunque aduenientia.*

Sed & aliud ſubnectit emolumentum, nos vtique abnegando omnino noſtrum velle, cum ſumma requie poſſidere illud: quæ quidem videntur oppoſita, tamẽ hoc lucrum hinc oriri, verbis his tradit. *Et iam ſumma cum requie, nihil præter voluntatem ſuã ſe ſentit habere.* At ſi illam abnegat, quomodo habet? Reſpõdet: *Qui enim proprium nihil habet, aut ſuum, quidquid ſactum fuerit, id proprium putat:* quia vtiq. ſuum velle, eſt nihil velle, & ſic non velle, eſt facere ſuum velle.

Sed eſt & alia cauſa maximè ad hanc mortificationem inducens,

Digitized by Google

ducens, videlicet, per hanc viam dæmonē, qui in grauioribus tentat, ad horum paruorum pugnam traducere : in quibus ſi quis vincitur, parum eſt detrimēti : ſi autē vincit, magna eſt conſuſio dæmonis. Sic ſe exercebat ſanctiſſimus ille Euſebius, de quo beatus Theodoretus narrat, quòd quæſitus, cur ſe in his exerceret, reſpondit: *Ne de malignis bellum gerat*(ſcilicet dæmon)*conans auferre temperantiam, & iuſtitiã, & iram armans, & cupiditatem accendens, & vt faſtu efferar, & ſuperbia intumeſcam efficiens, & quæcunque aduerſus eam machinatur animam, conor hoſtem ad hæc parua traducere, in quibus, etiamſi vicerit, non magnum adfert detrimentum; & ſi victus fuerit, euadit magis ridiculus, vt qui, ne in paruis quidē poſſit euadere ſuperior. Quoniam ergo noui hoc bellum minus periculoſum, non valde enim feritur, qui in his damni aliquid accipit.* Et exemplificãs in paruis indifferentibus, in quibus ipſe ſe exercebat, ſubdit : *Quod enim damnum eſt, vel videre campũ, vel in cœlum oculos attollere? ad hoc me genus pugnæ tranſtuli. In hoc enim, me nec ferire poteſt, nec perimere : non ſunt enim hæc iacula lethifera, & quæ illis ferreis careant aculeis*. Grauia peccata intelligit, quæ recenſuerat, *intemperantiæ, iniuſtitiæ, iræ, ſuperbiæ, vanægloriæ*, & ſimiliũ.

S. Theod. in ſua religioſa hiſtor. to. 2.

Hæc autem ſupradicta motiua, pro abnegatione in *indifferentibus paruis*, poſſunt aptè quoque applicari pro mortificatione ſui in *minimis malis* : in quibus non tantùm includimus, quæ coram Deo mala ſunt, vt venialia peccata : ſed quæ corã hominibus tãtùm, vt ſunt inter nos inobſeruãtiæ in minimis; quibus reſpondet ſolum pœna taxata, & culpæ *regulares* ſolummodo dici poſſunt, vt loqui tempore, & locis prohibitis, & ſimilia. Qui enim hæc obſeruare ſtudebit, concupiſcentiam abnegando, ad inobſeruantiam inclinantem, proculdubio faciliùs & ſecuriùs grauiora cauebit.

Reſtabat dicendum de mortificatione ſui in *minimis*, ſeu *paruis bonis*. Sed ex dictis facilè patet, quantum iuuet etiam in iſtis ſe abnegare, vt ſic cõſueſcat anima, & quaſi diſponatur ad abnegationem in magnis, quæ ad interitum ducunt.

PVNCTVM VII.

& vltimum.

Quomodo ſit mortificatio exercenda.

POſtquam diximus, in quibus nos abnegare, & mortificare debemus, per quod innotuit praxis contra amorem proprium; reſtat pro complemento materię

agere,

agere, *Quomodo* abnegatio ista sit facienda, vt per eam verè vincatur hic hostis, & in vitam proficiatur æternam. Nam huius cõditionis defectu, mortificatio vera non erit. Modi ergo, quibus est exercenda, sequentes sunt.

I. Purè.
II. Discretè.
III. Resignatè.
IV. Libenter.
V. Efficaciter.
VI. Frequenter.
VII. Indifferenter.
VIII. Perseueranter.

Singulos explicabimus breuitate possibili, vt meliùs teneãtur, & exerceantur.

DISCVRSVS I.

Circa modum, *purè*.

HIc præcipuus modus est requisitus ad veritatem mortificationis istius, qua contra amorem proprium strictè militamus. Ratione cuius triplex mortificatio est distinguenda, scilicet, *mortifera*, *mortua*, & *vitalis*. Prima, *damnabilis*: Secunda, *sterilis*, sed non contemnenda: Tertia, *fructuosa*, & maximè amplectenda. Quæ omnia ex hoc discursu patebunt: pro quo sequentia seriò sunt notanda.

Primò, quòd amor inordinatus sui, aduersùs quem arma apponimus, cùm omnium radix sit vitiorum, & passionum, vt ex prædictis satis est manifestum, per vitia ipsa, contra nos militat, quæ vice versa, per sibi oppositas virtutes expugnantur. Ex quo clarè colligitur, quòd per actus virtutum de amore hoc triũphamus; v. g. de amore inordinato sui, quo quis quærit sibi delectationem carnalem, quam & per luxuriam, quæ vitium est capitale, obtinere procurat, per virtutem quandam oppositam, quæ *Castitas* dicitur: ex hoc vtique, vt Diuus Thomas notauit, *Quòd per rationem concupiscentia castigatur, quæ ad modum pueri est refrænanda*. Et ad hoc pertinent verba Apostoli, sic militantis: *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo*. S. Th. q. 15 1. in 1. Co 27.

Similiter iracitur quis proximo suo, quatenus illum, vt impedientem sibi aliquid bonum cõsiderat: sic per *iram* armat se amor iste, contra nos bellaturus. Resistimus tamen per *mansuetudinem* virtutem oppositam.

Deinde optat quis sibi diuitias; quod per *auaritiam* facit. Propugnatur tamen per *paupertatis* virtutem: & sic de similibus excogitari potest. Igitur, quemadmodum hostis hic pugnat per vitia, & passiones, ita contra illum per virtutes, & actus illius militamus.

Quia autem virtutes sunt illæ, quæ sequuntur regulam rationis, quatenus hæc regulat inordinatos motus partis inferioris, illos repri-

Digitized by Google

reprimendo, & ſubiugando ſibi; ideo mortificatio in omnibus reperitur, & exercetur per omnes, iuxta nominis ſignificationem, ſuperiùs traditam; prout, ſcilicet, per illam, impediuntur aliquæ actiones vitales inordinatæ: proindeque intelligitur mortificare naturam, & nomen mortificationis ſic obtinere. Quatenus tamen hoc facit, ſeruando rectitudinem rationis, *iuſtitia* dici poteſt; quatenus iuſtum eſt, quod rectum, ſeu æquale eſt. Et quia quælibet virtus particularis, ſeruat rectitudinem aliquam, ſeu æqualitatem; ideo *iuſtitia* quoque dici vniuerſaliter poteſt, quæ exercetur per particulares virtutes, quæ ſuam iuſtitiam peculiarem continent, vnaquęque iuxta conſiderationem prædictam. In hoc ſenſu locutus fuit Pſalmiſta, cùm dixit: *Iuſtus Dominus, & iuſtitias dilexit:* Hoc eſt, operationes virtuoſas, factas conformiter ad rationem rectam. Ideo pro explicatione maiori, ſubiungit: *Aequitatem vidit vultus eius*; vtique illarum.

Pſ.10. 8.

Secundò notandum, non diſtingui virtutes *officijs*, ſed *finibus*, vt docet Pater Auguſtinus: & explicans, quid ſit *officium*, dicit: *Eſt quod faciendum eſt*. Exemplum poteſt eſſe in caſtitate, cuius eſt concupiſcentiam refrænare carnalem. Et exponens ſimiliter, quis ſit *finis*, ait: *Propter quod faciendum eſt*. Et in hac intentione finis, conſiſtit virtutis ratio, per quam à vitio ſeparatur. Duplex autem eſt finis, iuxta D. Thomam, qui actiones noſtras poteſt cohoneſtare, & illis rationem impertire virtutis; ſcilicet, *humana ratio*, & *DEVS*. Lumen ergo rationis, regula eſt virtutum omnium moralium naturalium, ſecundùm quam, vt notat prædictus Doctor Angelicus, ipſas definiuit Philoſophus. Qui ergo propter hunc finem ſolum operaretur, benè operaretur, licèt expreſsè non dirigeret vlteriùs ad DEVM, vt auctorem naturæ, operationem ſuam moralē, vt *miſericordiā* v.g. *caſtitatē*, & ſimiles: quia talium actuū honeſtates, quæ fundantur in conformitate ad rationem rectam, intrinſecè includunt, quaſi naturalē habitudinem ad DEVM vltimum finem naturalem, iuxta Doctorem Angelicum & Suarez cùm regula illa, nimirum recta ratio, æterna ſit, & Diuina, & à nobis participata per DEVM, iuxta Pſalmiſtam dicentem: *Multi dicunt: quis oſtendit nobis bona?* Et reſpondet: *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui, Domine*; vt iam expendimus ſupra. Proinde non ſolum in peccatore Chriſtiano, ſed etiam in infideli, boni actus iſtarum virtutum dari poſſunt, vt ſatis inſinuauit Apoſtolus, cùm dixit: *Gentes, quæ legem non habent*, vtique ſcriptam, *naturaliter ea, quæ legis ſunt*,

S.P. Aug. lib.4.contra Iul. c.3.to.7.

D.Th.1.2 q.23.ar. 6.in corp. & 7.

Idem art. 3.einſd.q

S.Th 1.2 q.23.ar. 7. in corp. Suarez lib. 1. de grat. c.6. n.20. & n.15. & c 4.n.10. Pſ 4. n.6. num.7.

Rom. 2. 14.

sũt,ſcilicet,naturalis,*faciũt:* quia poſſunt operari in ſingulis actibus, conformiter ad naturale rationis lumen,in quo tota lex illa fundatur, & ſic virtuosè.

Igitur cùm in titulo huius Diſcurſus dicimus, mortificationem *purè* exerceri debere, poteſt primò intelligi propter hunc finem honeſtum, ſcilicet, regulam rectā rationis,vel honeſtatem emanantem ab illa, quatenus illi non admiſcetur creata alia ratio,ad quā, vt ad vltimum finem,operatio ipſa referatur. Vnde ſi quis ita ad aliquam creaturā ordinaret operationem ſecũdùm ſe virtuoſam, iam hinc amitteret honeſtatem, & fieret vitioſa,iuxta communem ſententiam in materia de actibus humanis,quā refert Suarez: quia finis bonus requiſitus ad bonitatem actus moralis,non ſolùm debet eſſe proximus, ſed etiam vltimus: imò id potiſsimè, quia eſt cauſa prima in illo genere; & ideo maximè influit,iuxta S.Thomæ doctrinam. Ergo cùm Devs ſolus vltimus finis ſit, iam perverſio hîc intercederet, & conſequenter vitium, & peccatum.

Suar. lib. cit. cap. 6 nu 5.

D.Thom. 1.2. q. 1. ar. 4. et 5

Quod intelligitur de obiecto diſtincto ab ipſo virtutis officio: vt cùm quis ab alieno ſe abſtinet, ne maius faciat,litigando,diſpendium; hic quidem videtur obſeruare iuſtitiam, ſed reuera incidit in auaritiam, vt P. Auguſtinus his verbis exemplificat: *Manus abſtinere ab alieno, ſi officium cogites, poteſt videri eſſe iuſtitiæ: ſed cùm quæritur, quare fiat? & reſpondetur, ne plus pecuniæ litibus pereat; quomodo iam hoc factum, verè poterit eſſe iuſtitia, cùm ſeruiat auaritiæ?* Hic ergo amorem proprium,quo ſibi quærit diuitias, videtur per iuſtitiam veram mortificare, qua ſecundùm regulam rationis rectæ, *Non tollitur cuique quod ſuũ eſt, ipſo inuito*; tamen reuera falſa eſt, & auaritia vera.

S.P.Aug.

Sic luxuriæ quis cohibet appetitum,quia ſumptuoſa eſt, non quia ratio recta ita dictet: at hic potiùs *auarus*, quàm *caſtus* dicendus eſt, vt D. Thomas ex Patre Auguſtino affirmat. Similiter, qui ob gloriam vanam hominum hoc faceret: nam *vanus* potiùs eſſet, quàm continens. Et ſimilia exempla excogitari poſſunt, quæ ex eodem Patre Auguſtino locis citatis Angelicus Doctor adducit. Vnde concludit ſic: *Quidquid boni fit ab homine, & non propter hoc fit, propter quod fieri debere vera ſapientia præcipit; etſi officio videatur bonum, ipſo non recto fine, peccatum eſt.*

D.Th 2.2.q. art. 6. corp.

S.P.A D.Th.

Et hinc damnātur multæ mortificationes tam veterum Philoſophorum Gentilium, & Romanorum, quàm Chriſtianorum, Hypocritarum: quia amore potiùs gloriæ vanæ, aut alterius vitij, quàm vt ſe conformarent rectæ huic regulæ rationis, *bona, iuſta, & fortia*, operati fuerunt;

non

Digitized by Google

ficatio namque in his, non consistit quidem in omissione eorũ: cùm enim affirmatiua præcepta sint, per positiuos actus adimpleri necesse est; & ab illis cessare, seu illa non exequi, defectus esset, non virtus. Igitur mortificatio, seu abnegatio, consistit in exercitio illorum; non quia ad illa natura nostra inclinet, sed quia obedientia præcipiat; & sic voluntas in hoc in se abnegata manet cum executione præcepti.

Et in euentu, quòd cessare ab istis, nobis præciperetur, & ad cessationem inclinaret natura, similiter mortificatio non consisteret in exercitio. Nam, cùm tunc essent præcepta negatiua, per omissionem actus, essent implenda: igitur mortificatio tunc in eo consisteret, quòd natura sisteret, non quia ad sistentiam inclinaret, sed quia præciperetur. Et ita negotiator cæli, semper hac via lucratur. Vt cùm Prælatus prohibet dormitionem tali tempore, quo ad vigiliam natura inclinat; mortificatio tunc nõ consistit in dormitione: quia vt
Rom. 3. 8. ait Apostolus, *Non sunt facienda mala, vt veniant bona*. Tunc autem malum esset dormire, quia à Prælato prohibitum: igitur dormire non esset tunc bonum, prætextu mortificandi naturam, sed in actu, quo quis interiùs conformaret voluntatem suam cùm voluntate Prælati, dicendo sic, Licèt natura mea modò ad vigiliam non inclinaret, vigilatẽ tamen libenter, quia sic obedientiæ placet. Et sic de similibus. Et habetur modus mortificationis gratissimæ DEO, cum gaudio naturæ coniuncto: nam corpus gaudet, & anima.

Sunt pariter bona alia, *ex suo genere* talia, at eatenus obligantia, quatenus præcepta vt oratio mentalis, quæ in religione præcipitur, & similia. In quibus mortificatio non consistit similiter in *omissione*, sed *in exercitio*; non quia inclinat natura sic illa facere, sed quia obedientia præcipit. Et si fortè ex causa dispẽsat, non quia ex tali dispensatione gaudeat natura, ne sentiat laborem illius, sed quia ita obedientiæ placeat. Sicque semper abnegatio virtuosa contingit cũ animæ lucro.

Sunt denique bona alia *ex genere suo* talia, ad quæ tenemur, non positiuo præcepto humano, sed naturali, & diuino, vt sunt præcepta Decalogi, tam *affirmatiua*, quàm *negatiua*; circa quæ, habita proportione, iuxta dicta, mortificatio est exercenda. V. g. non debeo DEVM amare propter bona, quæ ab illo spero, vel accipio, sed quia ipse in se dignus est omni amore. Similiter, non debeo honorare parentes, vt ab illis diligar, aut diter, sed quia ita dictat ratio recta, & DEVS præcipit. Non debeo abstinere à furto, aut ab iniuria inferenda pro-

Digitized by Google

proximo, propter malum, quod inde timeo; sed quia hoc vetat Deus, & rationis lumen. Et sic de alijs.

DISCVRSVS V.

De mortificatione sui, tam in magnis, quàm in paruis.

NOtandum imprimis est, per *parua*, & *magna*, posse hìc intelligi, tria, quæ diximus, mortificationis posse esse materiam, nimirum mala, indifferentia, & bona.

Loquẽdo ergo primò de mortificatione in malis, magnis, & paruis, dico facilè posse contingere deceptionem in hoc, quòd aliqui sollicitè attendant se mortificare in malis *paruis*, non curãtes transgressionem in magnis, ne se in illis mortificent. Alij autem ita incumbant mortificationi in *magnis*, vt parua mala non curent. Et malè vtrique agunt, ex sententia Domini dicentis apud Matthæũ *Hæc oportuit facere*, vtique grauiora legis seruare, se mortificando, cùm caro recalcitrat; *& illa non omittere*, scilicet, minima. In hoc enim Scribę & Pharisæi peccabãr, quos ibi durè reprehendit, qui vtique minima curantes, vt erat, decimas exigere, menthæ, anethi, & cymini; non curabant maiora, implicati magnis sceleribus, tam in se, quàm in subditis, à quibus minima exigebant, sed crimina permittebant, nec puniebant. Ideo ibi vocat illos duces cęcos, *excolantes culicem*, in quo denotantur minima; *camelum autem glutientes*, in quo denotantur magna.

Matth. 23.23.

Igitur docemur his verbis à Domino mortificationem in omnibus malis, tam *paruis*, quàm *magnis*. Nam ruptura vna in muro satis est, vt per illam hostis intret, & castrum diruat, & diripiat, vt monuimus in industrijs.

Rimula etiam ad rupturam facilitat, & hinc ad ingressum. Videmus pariter nauim non tãtùm magno foramine, verùm etiam paruo submergi. Quare licèt præcipui vitij expugnationi danda sit præcipuè cura, vt supra notauimus, circa alia tamen non excluditur: neque impotentia excusat, cùm victoria vnius, dispositio sit ad triumphum in alio. In omnibus ergo malis, tam magnis, quàm paruis, exercenda est mortificatio. Quod non tantùm ex prædicta doctrina Dominica apud Matthęum est manifestum, verùm etiam per Ieremiam, vbi sic ait: *Circumcidimini Domino, & auferte præputia cordium vestrorum*. Ista circumcisio namque, carnis scissio est, non vtcunque, sed circumcirca, vt tota in circo scindatur; vt denoretur puritas circumcisi: & quòd non pro-

Ier. 4.

Digitized by Google

propter aliquam creaturam debeat fieri, vt infra magis patebit, additur, *Domino*. Et quòd de spirituali sit sermo, subditur, *Auferte præputia cordium vestrorum*. Est enim præputium, superfluũ carnis, quod scinditur: & quia animæ inordinatæ affectiones, præputia illius dicuntur, sunt istæ scindendæ, non vtcunque, sed circumcirca, vt nulla pars sit, in qua scissio non fiat. Ideo etiam ponuntur *præputia* in plurali, quia non hoc, vel illud vult tantùm scindi, sed cuncta. Circumcisio autem, mortificatio est, per quam concupiscentiæ inordinatæ abscinduntur. Igitur fit circumcisio, vt vera mortificatio sit, id est, grata Deo, quatenus in omnibus fiat.

Sic gratificari quæsiuit sponsa sponso suo in Canticis. Cùm enim hic ad ostium eius pulsaret, Cãt. 5. 2. non ausa est illi surgere apertura, nisi manibus stillantibus myrrhã, & digitis plenis myrrha probatissima. *Vox*, inquit, *dilecti mei* ænim. 5. *pulsantis. Surrexi, vt aperirem dilecto meo: manus meæ stillauerunt myrrham, & digiti mei pleni sunt myrrha probatissima*. Non poterat manu vna aperire, & digitis solùm illius, ijsque intinctis tantùm, & nõ plenis myrrha? Nõ: quia apertura erat spõso, vtique Deo, qui non ingreditur animam, habitaturus in ea, nisi per mortificationis ostium, non in vna re tantùm, sed in omnibus, non tantùm magnis, sed etiam paruis. Ideo vtrâque manu aperit, stillante myrrham, & omnibus digitis plenis probatissima myrrha. Per *manus* namque, & *digitos*, animi motus, operationum externarum effectores designantur: per *myrrham* autem mortificatio indicatur. Igitur non fit motus interior, etiam minimus; neque actio exterior, etiam parua, quæ mortificatione careat, vt Deus dignetur ad nos intrare. Quod quidem expositio confirmat Gregorij dicentis: *Digiti myrrha probatissima pleni esse perhibentur: quia in omni, quod agitur, semper necesse est, vt mortificatio carnalitatis teneatur; quæ tunc probatissima esse iure dicitur, quãdo in omni suggestione, quæ ab hoste ingeritur, sine cessatione voluptas carnalis tenetur, ne suscipiatur*. Vbi per verba *in omni, quod agitur*, omnis actio externa tam magna, quàm parua designatur: Et per verba *in omni suggestione*, signatur omnis motus interior ad malum inclinans, ab hoste suggestus, siue in graui materia sit, siue in leui: nam omnis est reprimendus, & mortificandus, vt sponso aditus pateat. S. Greg.

Digitized by Google

Confirmatio prædictorum ſpecialiter quoad *parua mala*.

DIces, Parua iſta aditum ad Sponſum non impediunt: ergo de ijs Sponſa non loquitur.

Reſpondeo, impedire primò ingreſſum perfectum, vt Riccardus à S. Victore ſpecialiter conſiderat ſignificari ſequẽtibus verbis Sponſæ: *Peſſulum oſtij mei aperui Dilecto meo*. Sic enim ibi ait: *Sera cùm parua ſit, & angusta, latitudinem tamen oſtij concludit, vt niſi illa reſerata, patere non poſſit: ita hæc minima, niſi reſcindantur, non dignatur Dilectus ita venire ad animam, vt perfectè ad eam intret, & perfecta gratia eam repleat: paruæ enim negligentiæ obſcurãt animam, & impedimentum faciunt amplioris gratiæ*. Magna autem iactura eſt iſta; qua bene conſiderata, horum mortificationem ſuadet.

Cãt. 5. 6.

Richard. de S. Vict.

S. Greg.

Secundò dico, impedire abſolutum ingreſſum ſponſi, ſaltem *indirectè*, quatenus ad mortale diſponunt, iuxta illud, *Qui ſpernit modica*, id eſt, per mortificationem ſe illis non opponendo, *paulatim decidet*, vtique in maiora, ſcilicet, mortalia: quia anima libertati aſſueta in minimis; non valebit ſe continere in magnis. Vnde dixit Kempis: *Si non vincis parua, & leuia, quando ſuperabis difficiliora?*

Eccli. 19. 1.

Kempis lib. 2. c. 11 num. 6.

Eſt autem hic aduertendum, poſſe fieri, vt malum dicatur paruum, *non ratione materiæ*, ſed *defectu deliberationis*, quia vtique in materia graui eſt; tamen quia nondum adeſt deliberatio perfecta, abeſt culpa mortalis; quod ſolet contingere tentationis initio, vt in tentationibus carnis, & ſimilibus. Eſt autem hic ſtatim ſenſualitatis motus comprimendus, vbi primò aduertentia aderit: quia vt idem Kempis docet, *Tunc facilius hoſtis vincitur, ſi oſtium mentis nullatenus intrare ſinitur: ſed extra limen, ſtatim vt pulſauerit, illi obuiatur*. Et in confirmationem adducitur dictum illud, *Principijs, obſta: ſerò medicina paratur*. Nam cùm per mortificationem non obſtatur, perducimur ad conſenſum, & ſpiritualiter morimur. Vide quæ volum. 1. induſtr. 1. circa hoc dicta ſunt.

Ke lib. 1. num

Non tantùm autem periclitatur conſenſus, per quem mors animæ incurritur, ſed conſuetudo peccandi acquiritur, cui difficiliùs ſubuenitur. Proinde parua etiam ſic conſiderata, ſollicitè ſunt præſcindenda mortificationis ſecuri, vt prædictus Kempis aduertit his verbis: *Reſiſte in principio inclinationi tuæ, & malam dediſce conſuetudinem: ne ſortè paulatim ad maiorem te ducat difficultatem*.

Ke lib. num

Digitized by Google

Agitur de mortificatione sui, quoad parua *indifferentia*.

NOn paruifacienda est etiã in istis abnegatio: quia licèt *materialiter* parua sint, fieri tamen potest, vt *formaliter* magna sint; quatenus nimirum, non in quo abnegatur voluntas consideratur, sed ipsa abnegata voluntas, quæ quandoque his paruis fortiùs adhæret, quàm magnis, quibus renuntiauit sponte. Quod heu! sæpe contingit in illis, qui nomen suum religioni dederunt & renuntiarunt carni, diuitijs, & sæculi pompis; & in domo Domini, vbi mortificationis fit professio, viuaciori affectu, post minima abeunt, non considerantes, Dominum æstimare magis *affectum*, quàm *censum*.

Matt. 16 24. Luc 9 23 Proinde volenti ire post se, dixit, *Abneget semetipsum*; non tam pendens sua, quàm se, id est, suum affectum; qui cùm fortius adhæreat minimis, quàm magnis relictis, inde profectò grauiùs inculpatur, vt Cassianus his verbis testatur: *In eo reprehensibilior iudicandus est, quòd qui maxima spreuerit, minimis obligetur*. Et S. Abbas Dorothæus ait: *Amor nimius, & immoderatus, plerũq; nos ob vilia, & tennia, iterum colligat*. Quasi dicat, soluti fuimus à vinculis magnis, quando magna dimisimus, conuersionis initio, *nobis* renuntiando, *nostris*, & *sæculo*: sed nunc denuò miseriùs minimis colligamur. Vnde subdit, *Nosque cæci, & miseri, vix aduertimus*: quia vtique si oculati essemus, miseriam nostram videremus. Nam licèt parua sint, quæ nos tenent, tamen magna sunt, quatenus voluntas fortiùs eis inhæret. & cùm tantùm hanc principaliùs Deus respiciat, sequitur, omni sollicitudine etiam in his, nos abnegare debere.

Cass. coll. 4 c. 21. cir. fin.

Dorotheus doct. 1. de abren. cir med. to. 2. bibl. PP.

Hac de causa, maximè laudatur factum Dauidis Prophetæ, quando sitiens, desiderauit ardẽter bibere de cisterna Bethlehem; & hausta aquam cum periculo magno, ei oblatam, *noluit bibere, sed magis libauit illam Domino*. Quod quidem, vt quid maximè memorabile, narratur à Scriptura diuina, cùm tamen parùm aquæ esset. Sed quare? Respondet D. Ambrosius, *Quia vicit naturam, vt sitiens non biberet*. Licèt quidem res, in qua se abnegauit, in se *parua* esset: tamen abnegata voluntas, quatenus desiderio ardebat, *magna* erat, ideoque laude digna, & acceptabile sacrificium Deo. Et inde etiam creuit, quòd eandem abnegationem hinc magnã, licèt in paruo, exemplo suo doceret sitientem populum; vt ibidem sanctus Doctor considerat, cùm subdit: *Et exemplum de se*

1. Paral. 11. 17.

S. Ambr. in Apol. de Dauid cap. 7.

pra-

Digitized by Google

præbuit, quòd omnis exercitus tolerare ſitim diſceret.

Illi igitur, qui parùm curant, in his minimis ſe abnegare, putantes minimum eſſe, quod offerunt DEO, certò ſciant, magnum omnino eſſe, cùm ſit voluntas ipſa pretioſior coram Domino, quàm totus orbis, & vniuerſa, quæ in eo ſunt.

Deinde, licèt animus non fortiter ijs inhæreat, attamen, in ipſis abnegatio ſui ſemper vtilis erit; quia facilè ſic diſcet, ſine multo diſpendio compendioſam viam ad hoc multum compendiũ, abnegatæ videlicet, voluntatis acquirendæ, vt S. Doroth. affirmat, dicens: *Nec quiſquam hoc putet arduum, & difficile; cùm breui compendio, & ſpatio quis ſeipſum poſſit, ſi velit, decies abnegare.* Et quo pacto hoc fieri poſsit, docet exemplis allatis in paruis iſtis, de quibus loquimur, quæ referam verbis ipſius.

S. Doroth. de abren. doct. 1. to. 2. bibl. PP

Obambulat, inquit, *aliquis, & quippiam conſpicatus, perſuadetur à cogitatione, vt id aduertat: at is cogitationi, & non bonæ perſuaſioni repugnat, ſeque auertit.*

Rurſum, inuenit quis nugis, & varijs rumoribus occupatos: perſuadetur, vt ſe quoque turbæ immiſceat, & verba pariter inſerat; negat id ſe acturum, & auerſus aliò, propriam voluntatem abſcindit.

Item, ſuccurrit illi, vt eocum adeat, interrogetq. quid paret obſonij: non adit, ac ſe cohibet. Cernit aliquid in culina; quis illud attulerit, ſollicitatur interrogare: comprimit appetitum, & vocem, & nihil percontatur.

Hæc omnia iſte S. Abbas: quibus poſitis, ſubiungit: *Sicque dum parua quæq. præſcindit, ſenſim quæcũque præſcindere aduenientia conſueſcit.* Quæ verba consideratione ſunt digna. Dicit enim, quòd præſciſſio quorumcunque paruorum, in quibus includit etiam illa, quæ in ſe parua ſunt, & reſpectu noſtri, quia illis fortiter non inhæremus: &, iſtis abſciſſis, ait nos *ſenſim*, ſine vtiq. labore grãdi, ſed faciliter, & ſuauiter, conſuetudinem acquirere præſcindendi etiam maxima mala: nam hoc important etiã verba illa, *Quæcunque aduenientia.*

Sed & aliud ſubnectit emolumentum, nos vtique abnegando omnino noſtrum velle, cum ſumma requie poſſidere illud: quæ quidem videntur oppoſita, tamẽ hoc lucrum hinc oriri, verbis his tradit. *Et iam ſumma cum requie, nihil præter voluntatem ſuã ſe ſentit habere.* At ſi illam abnegat, quomodo habet? Reſpõdet: *Qui enim proprium nihil habet, aut ſuum, quidquid factum fuerit, id proprium putat:* quia vtiq. ſuum velle, eſt nihil velle, & ſic non velle, eſt facere ſuum velle.

Sed eſt & alia cauſa maximè ad hanc mortificationem inducens,

Digitized by Google

ducens, videlicet, per hanc viam dæmonẽ, qui in grauioribus tentat, ad horum paruorum pugnam traducere : in quibus ſi quis vincitur, parum eſt detrimẽti : ſi autẽ vincit, magna eſt confuſio dæmonis . Sic ſe exercebat ſanctiſſimus ille Euſebius, de quo beatus Theodoretus narrat, quòd quæſitus, cur ſe in his exerceret, reſpondit: *Ne de malignis bellum gerat* (ſcilicet dæmon) *conans auferre temperantiam, & iuſtitiã, & iram armans, & cupiditatem accendens, & vt faſtu efferar, & ſuperbia intumeſcam efficiens, & quæcunque aduerſus eam machinatur animam, conor hoſtem ad hæc parua traducere, in quibus, etiamſi vicerit, non magnum adfert detrimentum; & ſi victus fuerit, euadit magis ridiculus, vt qui, ne in paruis quidẽ poſſit euadere ſuperior. Quoniam ergo noui hoc bellum minus periculoſum, non valde enim feritur, qui in his damni aliquid accipit.* Et exemplificãs in paruis indifferentibus, in quibus ipſe ſe exercebat, ſubdit: *Quod enim damnum eſt, vel videre campũ, vel in cœlum oculos attollere? ad hoc me genus pugnæ tranſtuli. In hoc enim, me nec ferire poteſt, nec perimere: non ſunt enim hæc iacula lethifera, & quæ illis ſereis careant aculeis.* Grauia peccata intelligit, quæ recenſuerat, *intemperantiæ, iniuſtitiæ, iræ, ſuperbiæ, vanægloriæ*, & ſimiliũ.

S. Theod. in ſua religioſa hiſtor. ca. 2.

Hæc autem ſupradicta motiua, pro abnegatione in *indifferentibus paruis*, poſſunt aptè quoque applicari pro mortificatione ſui in *minimis malis*: in quibus non tantùm includimus, quæ coram Deo mala ſunt, vt venialia peccata: ſed quæ corã hominibus tãtùm, vt ſunt inter nos inobſeruãtiæ in minimis; quibus reſpondet ſolum pœna taxata, & culpæ *regulares* ſolummodo dici poſſunt, vt loqui tempore, & locis prohibitis, & ſimilia. Qui enim hæc obſeruare ſtudebit, concupiſcentiam abnegando, ad inobſeruantiam inclinantem, procul dubio faciliùs & ſecuriùs grauiora cauebit.

Reſtabat dicendum de mortificatione ſui in *minimis*, ſeu *paruis bonis*. Sed ex dictis facilè patet, quantum iuuet etiam in iſtis ſe abnegare, vt ſic cõſueſcat anima, & quaſi diſponatur ad abnegationem in magnis, quæ ad interitum ducunt.

PVNCTVM VII. & vltimum.

Quomodo ſit mortificatio exercenda.

POſtquam diximus, in quibus nos abnegare, & mortificare debemus, per quod innotuit praxis contra amorem proprium; reſtat pro complemento materię agere,

Digitized by Google

agere, *Quomodo* abnegatio ista fit facienda, vt per eam verè vincatur hic hostis, & in vitam proficiatur æternam. Nam huius cõditionis defectu, mortificatio vera non erit. Modi ergo, quibus est exercendâ, sequentes sunt.

I. Purè.
II. Discretè.
III. Resignatè.
IV. Libenter.
V. Efficaciter.
VI. Frequenter.
VII. Indifferenter.
VIII. Perseueranter.

Singulos explicabimus breuitate possibili, vt meliùs teneãtur, & exerceantur.

DISCVRSVS I.

Circa modum, *purè*.

HIc præcipuus modus est requisitus ad veritatem mortificationis istius, qua contra amorem proprium strictè militamus. Ratione cuius triplex mortificatio est distinguenda, scilicet, *mortifera, mortua*, & *vitalis*. Prima, *damnabilis*: Secunda, *sterilis*, sed non contemnenda: Tertia, *fructuosa*, & maximè amplectenda. Quæ omnia ex hoc discursu patebunt: pro quo sequentia seriò sunt notanda.

Primò, quòd amor inordinatus sui, aduersùs quem arma apponimus, cùm omnium radix sit vitiorum, & passionum, vt ex supradictis satis est manifestum, per vitia ipsa, contra nos militat, quæ vice versa, per sibi oppositas virtutes expugnantur. Ex quo clarè colligitur, quòd per actus virtutum de amore hoc triũphamus; v. g. de amore inordinato sui, quo quis quærit sibi delectationem carnalem, quam & per luxuriam, quæ vitium est capitale, obtinere procurat, per virtutem quandam oppositam, quæ *Castitas* dicitur: ex hoc vtique, vt Diuus Thomas notauit, *Quòd per* S.Th. q.151 1.in c *rationem concupiscentia castigatur, quæ ad modum pueri est refrænanda*. Et ad hoc pertinent verba Apostoli, sic militantis: *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo*. 1. Cor 27.

Similiter iratscitur quis proximo suo, quatenus illum, vt impedientem sibi aliquid bonum cõsiderat: sic per *iram* armat se amor iste, contra nos bellaturus. Resistimus tamen per *mansuetudinem* virtutem oppositam.

Deinde optat quis sibi diuitias; quod per *auaritiam* facit. Propugnatur tamen per *paupertatis* virtutem: & sic de similibus excogitari potest. Igitur, quemadmodum hostis hic pugnat per vitia, & passiones, ita contra illum per virtutes, & actus illius militamus.

Quia autem virtutes sunt illæ, quæ sequuntur regulam rationis, quatenus hæc regulat inordinatos motus partis inferioris, illos repri-

Digitized by Google

sũt, scilicet, naturalis, *faciũt:* quia possunt operari in singulis actibus, conformiter ad naturale rationis lumen, in quo tota lex illa fundatur, & sic virtuosè.

D. Thom. 2. q. 23. ar. 6 in corp. & 7.

Igitur cùm in titulo huius Discursus dicimus, mortificationem *purè* exerceri debere, potest primò intelligi propter hunc finem honestum, scilicet, regulam rectã rationis, vel honestatem emanantem ab illa, quatenus illi non admiscetur creata alia ratio, ad quã, vt ad vltimum finem, operatio ipsa referatur. Vnde si quis ita ad aliquam creaturã ordinaret operationem secũdùm se virtuosam, iam hinc amitteret honestatem, & fieret vitiosa, iuxta communem sententiam in materia de actibus humanis, quã refert Suarez: quia finis bonus requisitus ad bonitatem actus moralis, non solùm debet esse proximus, sed etiam vltimus: imò id potissimè, quia est causa prima in illo genere; & ideo maximè influit, iuxta S. Thomæ doctrinam. Ergo cùm DEVS solus vltimus finis sit, iam peruersio hîc intercederet, & consequenter vitium, & peccatum.

Idem. 3. resol. 4

Suar. lib. cit. cap. 6 nu 5.

D. Thom. 1. 2. q. 1. ar. 4. et 5

Quod intelligitur de obiecto distincto ab ipso virtutis officio: vt cùm quis ab alieno se abstinet, ne maius faciat, litigando, dispendium; hic quidem videtur obseruare iustitiam, sed reuera incidit in auaritiam, vt P. Augustinus his verbis exemplificat: *Manus abstinere ab alieno, si officium cogites, potest videri esse iustitiæ: sed cùm quæritur, quare fiat? & respondetur, ne plus pecuniæ litibus pereat; quomodo iam hoc factum, verè poterit esse iustitia, cùm seruiat auaritiæ?* Hic ergo amorem proprium, quo sibi quærit diuitias, videtur per iustitiam veram mortificare, qua secundùm regulam rationis rectæ, *Non tollitur cuique quod suũ est, ipso inuito*; tamen reuera falsa est, & auaritia vera.

S. P. Aug.

Sic luxuriæ quis cohibet appetitum, quia sumptuosa est, non quia ratio recta ita dictet: at hic potiùs *auarus*, quàm *castus* dicendus est, vt D. Thomas ex Patre Augustino affirmat. Similiter, qui ob gloriam vanam hominum hoc faceret: nam *vanus* potiùs esset, quàm continens. Et similia exempla excogitari possunt, quæ ex eodem Patre Augustino locis citatis Angelicus Doctor adducit. Vnde concludit sic: *Quidquid boni fit ab homine, & non propter hoc fit, propter quod fieri debere vera sapientia præcipit; etsi officio videatur bonum, ipso non recto fine, peccatum est.*

D. Thom. 2. 2. q. 23 art. 6. in corp.

S. P. Aug. D. Th. l. 6.

Et hinc damnãtur multæ mortificationes tam veterum Philosophorum Gentilium, & Romanorum, quàm Christianorum, Hypocritarum: quia amore potiùs gloriæ vanæ, aut alterius vitij, quàm vt se conformarent rectæ huic regulæ rationis, *bona, iusta*, & *fortia*, operati fuerunt; non

Digitized by Google

non tamen *benè, iustè*, & *fortiter*. ideoque turpiter. Prauæ enim cupiditates, non cupiditatibus sunt frænādæ, sed virtutibus moderandæ: proinde istæ veræ virtutes non sunt, licèt exteriùs ita vestitæ appareant. Ab intentione namque finis, bonitas earum dependet, qui in talibus non est regula rationis rectæ, sed humana gloria, aut vtilitas alia, qua pœnale vitatur malum, aut delectabile aliquod, vel vtile bonum acquiritur. Proinde in Deuteronomio dixit DEVS: *Iustè, quod iustum est, persequèris.* Vbi apertè docuit, non satis esse facere iusta, nisi iustè fiant, hoc est, intentione recta, prout ibi Theodoretus his verbis exponit; *iuxta viri iusti intentionem*, inquit, *non ob vanam gloriam, neque propter aliquod emolumentum, sed ipsius boni gratia*: quod vtique consistit in obiecto ipso virtutis, quatenus per ipsum ad rectum dictamen rationis, fit cōformatio.

Deuter. 16.20.

Theodor. in Deut. tom. 1.

Hos similiter reprehēdens Psalmista, dixit: *Qui confidūt in virtute sua*. Quæ verba P. Augustinus de Stoicis Philosophis, qui beatitudinem suam in suis virtutibus moralibus, seu in seipsis secūdùm rationē operantibus cōstituebāt interpretatur, dicens: *Fallitur Stoicus: falsū est enim, & omnino mendacissimum, beatum esse hominem, cuius est in fructu virtus animi eius*: Frui vtique mente sua, in qua ponit beatitudinē suam. Et paulo infra ait: *Etiam si secundum seipsam voluerit viuere anima, carnalis erit, carnem sapit, de carne non surgit*. Et in lib. de Ciuit. Dei, hos similiter carpens, ait: *Licèt à quibusdam tunc veræ, & honestæ putentur virtutes, cùm ad seipsas referuntur, nec propter aliud expetuntur, etiam tunc inflatæ, ac superbæ sunt: & ideo non virtutes, sed vitia iudicanda sunt.*

Psal. 48. 7.

Pat. Aug. ser. 13. de verb. Apost. c. 7. num. 10.

lib. 19. c. 21. to. 5.

Notandū tamen hìc cum Suarez est, modum hunc constituendi finem vltimum in obiecto honesto, non contingere ex eo solū, quòd propter se diligatur, vt supra est dictum: nam reuera, secundùm rationem rectam, ita diligibile est, vt idem P. Augustinus tradit lib. 89. quæstionū, quæst. 30. & 31, Sed necessariū vlteriùs est, vt adiungatur actus, quo vel excludatur relatio ad vlteriorem finem, vel quo bonum illud æstimetur, & ametur tanquam summum, & sufficiens ad propriam beatitudinem, omni alio superiori contempto.

Suar. lib. 1. de grat. c. 6. n. 20.

S. P. Aug.

Et hinc patet, operationes has exteriùs virtuosas, quibus mortificatio exercetur, mortiferas esse, id est, mortem animæ afferentes: & primum genus mortificationū ex ijs, quibus initio diximus, aliquas esse mortiferas, & damnabiles.

Quando autem nō interuenit actus, ex quo excludatur relatio

ad

Digitized by Google

ad vlteriorem finem, vel quo bonum illud æſtimetur, & ametur, tanquam ſummum, &c. tunc licet propter ſe tantũ ametur, prauum tamen non erit, quia verè ita amabile eſt: neque excluditur, vt ſuppono, tendentia ipſa in Deũ, ſaltem vt authorem naturæ, in quem honeſtas illa ex ſe fertur, vt ſupra notauimus ex eodẽ Doctore. Et operationes iſtæ virtuoſæ, quibus mortificatur natura, licèt *mortiferæ* quidem non ſint, *mortuæ* tamen ſunt, ſi ab homine fiant, aliàs exiſtente in mortali peccato. Cùm enim iuxta Apoſtolum, vita animæ non contingat, niſi per fidem charitate formatã; vbi hæc non fuerit (quod contingit per peccatum mortale) mortuum erit, quidquid ibi erit, & per conſequens ſterile, quia fructiferum æternæ vitæ non eſt, quod mortuum eſt. Et ideo ſupra diximus, hanc ſecundam mortificationem, ſterilem etiam eſſe. Et tam de iſta, quàm de prima mortificatione mortifera, quia vtraque ſterilis eſt, locutus eſt Propheta Aggæus, cùm dixit: *Aggæ.1.6.* *Seminaſtis multum, & intuliſtis parum*, vtique in horreа beatifica: tamen ſi à iuſto hæ operationes virtuoſæ ſecũdi generis fiant, fructiferæ quidem eſſent; & ideo ſuperiùs diximus nõ contemnendas; vt patet etiam ex dictis ſuperiori volumine in induſtr. pro quo adduximus verba Pſalmiſtæ, loquentis de homine iuſto: *Et omnia quæcunque faciet, ſemper proſperabũtur*; vbi verba illa, *omnia quæcunque*, intelleximus etiam de operationibus virtuoſis *ordinis naturalis*, quæ factæ ab homine exiſtente in gratia, & charitate, ſaliunt in vitam æternam. Vel ſaltem ex hoc non contemnendæ erunt, etiam in peccatore, quatenus gratiæ iuſtificanti obicem nouum non ponunt. *Pſ.1.3.*

Agitur de *mortificatione tertia vitali, & fructifera vitæ perpetuæ.*

NOtãdum vlteriùs eſt, quod cùm dicimus initio huius diſcurſus, mortificationẽ *pure* exerceri debere, intelligi poſsit ſecũdò propter DEVM, quatenus finis *ſupernaturalis* noſter eſt, ad quem conditi ſumus. Vnde cum Doctore Angelico dicimus, eas ſolas virtutes, veras ſimpliciter eſſe, quæ ordinant hominem ad hunc finem, qui ſimpliciter finis eſt, quia ſupernaturalis, & vltimus, ideoque optimus. Virtus autem, cùm ſecundùm Philoſophum *diſpoſitio perfecti ad optimum* ſit, & per charitatem diſponatur homo, ſeu ordinetur ad optimum hoc; clarum remanet, nullam virtutem poſſe eſſe ſimpliciter veram, & perfectam ſine charitate. Igitur virtutes charitate formatæ, perfectæ tantummodo ſunt, cum qua vitales ſunt; quem- *D.Th.1.2. q.23.ar.7. in corp.*

Digitized by Google

quemadmodum, & ipſa charitas vitalis eſt, cùm ſupponat animæ vitam per gratiam iuſtificantem, & operationes vitales illius operetur, conducentes ad æternam vitam, vt Dominus teſtatur apud
Io. 4. 15. Ioannem, appellans illam, *Fontem aquæ viuæ, ſalientis in vitam æternam.*

Hinc iam patet *vitalis* mortificatio, *fructifera vitæ perpetuæ.* Cùm enim per virtutes prædictas charitate formatas, ideoque viuificas, & ex imperio illius, propter DEVM, cupiditates inordinatæ amoris proprij executiuæ, cohibeantur, ſeu mortificentur, mortificatio quoque ipſa, vitalis, ſeu viuifica manet; qua ſola verè concupiſcentia vincitur iſta, teſte
S. P. Aug. lib. 21. de ciuit. Dei c. 16. to. 5 P. Auguſtino dicente: *Tunc vitia eſta vitia deputanda ſunt, cùm Dei amore vincuntur.* Et ſanctus
S. Thom. Thomas hìc ait: *Ille propriè vincit peccatum, qui poteſt pertingere ad hoc, contra quod eſt pugna peccati: hoc autem eſſe non poteſt niſi in eo qui opus meritorium operatur.* Tale autem eſt opus virtutis moralis charitate formatum, & viuificatum: ergo propriè vincit, quia non ſolùm reſiſtit; hoc enim ſine charitate poterat facere, cum qua tamen ſola triumphat.

Igitur hæc eſt perfectiſsima mortificatio, quia ad regnum deducit, & perducit; in qua tamẽ latitudo ſua eſt. Nam actus, qui procedunt ex affectu, vel imperio charitatis in virtutibus moralibus, quibus concupiſcentię ſuperantur, perfectiores ſunt, quàm illi, qui non ex affectu illius formali, aut virtuali fiunt. Sufficit enim ſtatus charitatis, non illius affectus, vt ſuperiori volumine *induſtr.* 16. fusè oſtendimus. Tunc enim ipſa charitas *habitualiter* ad DEVM refert, quidquid in homine reperit ad DEVM referibile; quales ſunt operationes virtutum moralium *per ſe acquiſitarum*: & iſti actus erunt in *primo gradu* huius ſtatus charitatis. In *ſecundo* erunt actus virtutum *per ſe infuſarum*, quando adeſt ſola habitualis intentio per charitatem. In *tertio*, actus illi, qui à charitate imperãtur; & illi *perfectiùs*, qui intentione *actuali* fiũt, quàm illi, qui ſola *virtuali*. De quibus intentionibus, & de merito, & diſparitate actuum harum virtutum, quibus tentationes vincuntur, diffusè tractaui ſuperiori volumine; ad quod remitto lectorem, ne multus ſim.

Puritas ergo iſtius perfectiſſimæ mortificationis tunc datur, cùm abeſt admixtio creaturæ vllius, ad quam, vt ad finem vltimum, ordinetur: ſed purè reſpicitur Deus *actu*, *virtute*, vel *habitu*; quod charitatis ſtatus facit, & perfectiùs, expreſſus actus illius, vt dixi.

Igitur, qui verè quærit de amore proprio, de vitijs quoque & paſſionibus ortis ex illo, triũphare,

Digitized by Google

phare; ad hanc mortificationem debet viriliter anhelare. Hæc enim myrrha illa est *probatissi-*
Cãt. 5. 5. *ma*, id est, *optima, & pretiosissi-*
Rupert. *ma*, vt legit Abbas Rupertus, quæ de manibus,& digitis animæ eiusdem sponsæ CHRISTI, stillauerat abundanter, dum aperire vellet sponso suo ostium cordis sui, bene conscia, non mereri illius ingressum, amplexum, & regnum, nisi mortificatio procederet ex puro amore illius, admixtionem excludente gloriæ sæcularis; vt ibi prædictus Doctor aduertit,subiungens:*Cæterùm,carnem mortificare, non propter Deum, neque propter ædificationem videntium, sed propter gloriam propriam capiendam ex ore laudantium;hoc quidem est,manibus stillare myrrham, sed non probatam*. Mortificatio autem, qua ædificatio quæritur proximi, in DEVM etiam tendit, cùm ædificatio ipsa in se spiritualis sit, & ex charitate procedat, & ex hac, mortificatio operata consurgat. Ad quam quidem specialiter tenentur, qui ratione *professionis*,
1. Cor. 4. 9 teste Apostolo, *Spectaculum facti sunt mundo, & Angelis, & hominibus.*

Hæc medullatum est holocaustum, gratissimum DEO, quod cupiens offerre Psalmista, dixit:
Ps. 65. 14 *Holocausta medullata offeram*
S. August. *tibi*. Vbi Pater Augustinus considerat, medullam esse quid interius in animali existens. Nam ait: *Interiora ossa sunt carni,medullæ interiores sunt ipsis ossibus*. Et per hanc voluisse Prophetam charitatem significare. *Quid est* inquit,*medullata ? intus teneam charitatem tuam: non erit in superficie, in medullis meis erit, quod diligo te*.

Per holocaustũ ergo,quod totum comburebatur, quod DEO offerebatur,& erat signũ amoris, quo bonitas eius diligẽda erat à nobis,vt sanctus Thomas notauit, *S. Th.* mortificatio ista signatur. Materiam autem holocaustorum recensens Propheta, boues nominat, subiungens: *Offeram tibi boues*; qui sanè mortificationis sunt symbolum, quatenus *triturantes* dicuntur, in Scriptura di- *1. Cor.* uina: tritúrant autem granum, *10.* quod homo est, iuxta illud, *Ni-* *Ie. 12.* *si granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, &c.* vt superiùs exposuimus. Trituratio igitur hominis istius, tam exterioris, quàm interioris, mortificatio est, de qua loquimur: & ideo, per hanc, etiam cupiens Propheta Deo placere,animal significatiuum illius offert *totum*, ideoque *holocaustice*: quia tamen ad vitam non prodest, nisi a charitate proueniat, ideo *medullatum* medulla hac offert. Hinc reprobans mortificationem illorum,qui cupientes per illam placere oculis hominum, displicent oculis DEI, intus euacuati medulla, quæ medullatum efficeret

O sacri-

Digitized by Google

ſacrificium, & ideo DEO gratum, ſi ita oblatum fuiſſet. Vnde ſic
Aug. ſanctus Pater Auguſtinus concludit: *Quiſquis ergo in ſuperficie colit Deum, magis placere vult hominibus: aliud autem intus ſentiens, non offert holocauſta medullarum.* Et excellentiam holocauſti iſtius in oculis DEI magnificans, ſubiungit: *Cuius autem medullam inſpicit, ipſum totum accepit.* Quaſi diceret: In holocauſto iſto caro inuenitur, oſſa, & medulla: caro & oſſa ex medulla ſola gratificantur in oculis DEI, vt accipiat in vitam æternam. Per *carnem* ergo intelligi poſſunt *indifferentia*, in quibus homo ſe abnegat propter DEVM. De qua mortificatione dictum eſt ſupra. Per *oſſa* (per quæ communiter Patres ſancti virtutes intelligunt; quemadmodum enim illa fortificant corpus, ita hæ animam) intelligi poſſunt virtutes *morales*, tam acquiſitæ, quàm infuſæ. Iſta ergo omnia licèt ſine charitate operata, nihil valeant ad æternam vitam, tamen cum illa, iam *medullata* reddantur, & per hoc grata ad illam.

Veritatem hanc conſiderantes prudentes illi, dixerunt apud eundem Pſalmiſtam: *Propter te mortificamur tota die: æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis.* Quare *propter te?* Quia ſi propter gloriam hominum, eſſet mortificatio noſtra, & ſic propter nos, & iam diſpliceret oculis tuis, &
Pſ. 43. 22

merito ſuo fruſtraretur, & præmio, ac ſi nihil eſſet in oculis tuis, licèt in ſe multum eſſet. Quod mirificè ſignificauit Apoſtolus, cùm dixit: *Si tradidero* 1. Cor. 13. *corpus meum ita, vt ardeam*, 3. Quæ quæſo maior mortificatio excogitari poteſt, quàm ardere in igne? & tamen ſi ſine charitate fiat, fruſtra fieri ibi aſſeritur, dum ſubiungitur: *Charitatem autem non habuero; nihil mihi prodeſt.* Et paulo ſupra dixerat, *Nihil ſum.* Quaſi dicat, mortuus num. 2. ſum ſpiritualiter, & ideo ſpiritualiter, nihil viuum in me reperitur dignum vita vera vitali: Proinde ſic loquutum fuiſſe Apoſtolum notat ſãctus Pater Auguſtinus, quatenus etiam ex Chriſtianis non deeſſent, *qui hoc iactatione facerent, non dilectione*; ideoque fruſtratoriè. Quapropter beatus Laurentius Iuſtinianus lib. de regim. Prælat. cap. 22. puritatem quoque hanc intentionis ex amore manantem commendans, dixit, ab vnoquoque adhibendam, *vt non caſſo labore deſudet*.

S. Aug. Pſ. ſup. cit. S. Laur. Iuſtin.

Hæc ergo pura, & medullata mortificatio eſt, quam Apoſtolus idem teſtatur, veniſſe Filium DEI in carne docere filios hominum. *Apparuit*, inquit, *gratia* Tit. 2. 11. *Saluatoris noſtri Dei omnibus hominibus*: ecce quibus venerat. *Erudiens nos*: ecce doctrina: ſed Matt. 16. 24. quid per ipſam? mortificatio. Subditur enim: *Vt abnegantes*.

Quid

Quid enim eſt mortificatio, niſi abnegatio? Et omnia vitia tam ſpiritualia quàm carnalia, in quibus fieri debeat, ſimul oſtenditur, dum ſubiungitur: *Impietatem, & ſæcularia deſideria*. Et quia non ſatis eſt officium ſine modo, hoc eſt, Deo dilecto ex charitate, vt ſupra monuimus; ideo ſubditur: *Sobriè, & iuſtè, & piè viuamus*; quia parum iuuat ſobrietas mentis, non nocendo nobis, vitioſè viuendo; nec proximo, lædendo iuſtitiam, niſi Deum pietate colamus, quæ ex dilectione procedit. Quando ergo abnegatio ita contingit, iam vitalis eſt, & fructifera vitæ æternæ: ideo ſubditur: *Expectantes beatam ſpem*; vbi de beatitudine eſt ſermo, quæ eſt obiectum ſpei.

Et ſanè mortificationem hanc *puram* docuit nos Dominus noſter iam in carne apparens, non ſolùm exemplo, ſed verbo, dum dixit: *Cùm ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam laua: & Pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi*: vbi ieiunare idem eſt, quod ſe mortificare. Intelligitur enim præcipuè de ieiunio mentis, quo abſtinetur à vitijs, vt patet ex Iſaia cap. 58. num. 6. hæc autem mortificatio eſt: ſed quia tunc hoc perfectè fit, cùm bonum purè propter Deum fit; ideo *faciem lauare*, eſt bonum facere: & *caput ungere*, purè propter Deum ſic operari, vt ſanctus Pater Auguſtinus

Matt. 6. 17.

ſerm. 41. ad fratr. in erem. tom. 1. exponit, dicendo: *Quid enim per ieiunare, fratres, niſi à malo declinare: per faciem lauare, bonum facere: per caput ungere, totum Deo attribuere?* Igitur in ieiunio cum lotione faciei, mortificatio per actus virtutum; in vnctione capitis, puritatis intentio deſignatur. Et ſequitur fructificatio: *Et Pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi*.

S. Aug.

In illis quoque verbis apud eundem Matthæum mortificationem eandem docuerat Dominus dicens: *Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me*. Vbi ſcopum abnegationis veræ præmiſit, nimirum intentionem in Deum, ſequendo ipſum. Quid enim eſt velle ire *poſt Ieſum*, niſi velle propter ipſum dilectum operari? Ergo abnegatio, ad quam inuitat, ſupponit ſolum ipſum Ieſum intentum, & quæſitum, vt pura ſit. Nam ipſi, & creaturæ ſeruire, non poſſunt ſimul coire: quia iuxta ipſius Domini dictum, *Nemo poteſt duobus dominis ſeruire*. Ideo ergo mortificatio vitalis, & fructifera eſt, quia ſine dubio tenebit veram vitam, cùm inſtanter Chriſtum ſequetur, dicente ipſo ad ſic poſt illum euntes, *Vbi ſum ego, illic & miniſter meus erit*.

Matt. 24.

Matt. 24.

Io. 12.

Vtilitas Discursus istius.

IGitur, cùm constet ex dictis, à puritate intentionis, mortificationis honestatem pendere, & solam illam esse *vitalem*, & *fructiferam* fructus viuifici, quæ charitate formatur, vel imperatur ab ipsa; quis adeo stultus erit, qui cùm mortificationem necessariam sciat, non teneat vtilem, & salubrem? Quis erit adeo insanus, qui ex materia, qua potest cœli vitam veram acquirere, paret sibi mortem inferni perpetuam? Talis profectò est, qui actuum virtutum puritatem cõmaculat, illos propter creaturas intendens, Creatore deserto, qui solus vult coli. Miles ergo CHRISTI, qui ad victoriam perfectam, per mortificationem sui debet eniti, debet se actuare frequenter in *puritate intentionis* illius, oculos cordis ad DEVM leuando, cùm se mortificat, & abnegat, dicens: *Propter te Domine solùm, quia tibi soli debetur honor, & gloria*. Tu *solus* dilectione super omnia dignus es. Tibi dicat cor meum, *Domine quis similis tibi? exquisiuit te facies mea*, quæ est intentio mea. *Sic* faciem tuam Domine requiram; quæ solum *faciem istam* dignatur respicere. Ostende ergo illam mihi, & saluus ero.

Et sanè est hic maximè notandum, quòd assuefactio ad istos actus internos, cùm opus mortificationis sit, siue internum, siùe externum sit, ita ad illos frequẽtandos cor facilitat, vt sine difficultate, imò cum gaudio, & indicibili lucro, ferè indesinenter fiant, vt volum. 1. cum Bernardo ostendi. Fiant ergo ita, fiant.

DISCVRSVS II.

Circa modum *resignatè*.

EX præcedenti discursu manifestè apparet modus iste, quo mortificatio exerceri debet, vt placeat DEO. Nam, cùm propter DEVM solum faciẽda sit, & ideo *purè*; consequenter *resignatè*, ad illius placitum; aliter *purè* non fieret: ergo si *purè* fit, *resignatè* quoque illam oportet fieri. Hinc dixit DEVS illis, qui nonsic resignatè carnem suam mortificabant, quasi de hoc dolendo: *In die ieiunij vestri, inuenitur voluntas vestra*; id est, in mortificatione vestra, per ieiuniũ intellecta, amor vester proprius, magis quàm mea voluntas, relucet, & ideo mihi non placet. Mortificatio igitur grata, sola est resignata. *Isai. 58. 3.*

Et hinc cognoscitur mortificationis altissimus gradus, qui mortificationis mortificatio est purissima, impuritatem prioris desecans, ac consumens: qui non tantùm in pœnalibus, verùm etiam in bonis reperitur frequẽter, in spiritualibus viris.

De

De reſignatione ſui in *pœnalibus carnis.*

ET loquendo primò de pœnalibus carnis, vt diſciplinis, ieiunijs, cilicijs, cæteriſque moleſtijs corporis, quibus caro affligitur, & ſubiugatur ſpiritui; in quo ſanè mortificatio apparet, omnes carnis delectationes, etiã licitas abſcindens viriliter: quæ tamen licèt à ſeruis DEI, ex dilectione vera ipſius procedat, admiſcetur tamen frequenter guſtus quidam, ſubtiliter licèt, & ſatisfactio propriæ voluntatis, quieſcens in illa, eò periculoſiùs, quo occultiùs. Cùm enim propter DEVM ita ſe cruciare intendant, bono exercitio ſe æſtimant operam dare, & inde ſe renuunt abdicare, & turbantur, cùm à Prælato priuantur. Signum quidem occulti amoris proprij, animo inſidentis. Qui enim totus DEO adhæret, & vnus cum eo fit ſpiritus, non curat niſi illius velle, & eâdem facie triſti reſpicit, & læta, vel minùs triſtia. Vnde Apoſtolos cum Domino lætè bibentes & edentes, defendit Dominus ipſe, à Phariſaica lingua
Luc. 5. 34 mordaci, dicens: *Nunquid poteſtis filios ſponſi, dum cum illis eſt ſponſus, facere ieiunare?* Quaſi diceret: magis grata Patri meo eſt, eorum modeſta recreatio carnis, in qua voluntati meæ placent, quàm afflictio carnis, quæ vobis placeret, aut voluntati illorum, dummodo mea renueret.

Ergo qui priùs aſperioribus mortificationibus deditus carnis, poſtea ex regula ſuperioris prælati, moderatur ſibi in illis, & ſerenus, ac tranquillus ſubtractionem hanc ſuſcipit; vel prioris mortificationis puritatem oſtendit: vel DEI amore, ſubtilem guſtum propriæ volũtatis, ſi ſubintrauerat fortè, viriliter amputat, & ad perfectiorem mortificationis gradum proceſsiſſe probatur.

Ad quem ſanè peruenerunt multi ſpecialiter à DEO adiuti: inter quos fuit celebris ille Simon Stylita, ita dictus, quia in columna ſedens altiſsima, expoſitus iniurijs æſtus, & frigoris, ſingulis annis Quadrageſimam totam, ſine cibo vllo, & potu pertranſibat, alijſque aſperrimis pœnitentijs carnem domabat. Cuius mortificationis ſpiritum cupientes cæteri Patres eremi, an ex DEO eſſet, probare, ad hoc reſignationis ſignum fecerunt recurſum: *Ex obedientia enim* (ait Euagrius, hiſtoriam narrans) *ſatis conſtare poſſe dixerunt, eum, Deo duce, in eam vitam ingreſſum fuiſſe:* nuntiumque miſerunt, qui nuntiaret à columna deſcenſum, ad communem vitam mitiorem ſequendam, aſperiori relicta: prẹmonẽtes tamen, quòd ſi ſe promptum ad obediendum

Euagr. de Eccl. hiſt. lib. 3. cap 13. & refertur in 7. ſynod. general.

Digitized by Google

oſtenderet, intimaret eidē, quòd in ſua mortificatione, ſic ſeparatus perſiſteret. Quod rei probauit euentus. Vix enim illi talis deſcēſus fuerat intimatus, & iam promptus ſe accingebat ad illū. Tunc nuntius adiecit intimationem ſecundā, dicens: *Bono animo ſis, & ſtrenuè rem gere: ſtatio tua à Deo eſt ſtatuta.*

Ad hunc etiam gradum in noſtris diebus peruēnit piæ recordationis Venerabilis Pater noſter Ioannes à S. Guilelmo, qui tot annis aſperrimis pœnitentijs ſe in Eremo excrucians, admirante Orbe, Italia maximè, tamen iam ſenex, & aſſuetus illis, noſtrā ſacram Congregationem ingreſſus, omnes libenter commutauit pro mitioribus noſtris communibus; quas non excedebat, licèt quandoque de hoc tentatus moleſtè fuerit, vincens hunc appetitum, reſignationis amore. Ad quem benè probandum inuigilabat Prælatus, ne metam communem excederet. Sed purus Dei amor, qui militem Chriſti, diu ad aſperiora promouerat, idem abundantiùs in mitioribus effulſit, abnegata voluntate, pœnitentijs clariore. Ob idque meruit de hoc apparitione Dominica certus reddi, ore Virgineo. Apparuit namque ei Beatiſsima Virgo Regina cœli cum Domino Iesv in vlnis ſuis in infantuli forma, & ſic eum eſt benignè affata: *Ioannes, parum non facies, ſi quod cōmune eſt, perſequèris, & quod à Superiore imponetur tibi.* Diſparenteque viſione, remāſit ipſe ineffabili conſolatione repletus.

In vita ſua lib. 1 c. 23. & lib. 2. c. 4.

De reſignatione ſui *in pœnalibus ſpiritus.*

LOquēdo autem ſecundò de *pœnalibus ſpiritus*, mortificatio quidem charitatis in eis ſplendet, quatenus libenter quis conſolationibus ſe abdicat, etiā licitis, tum externis, tum internis, vt conformetur Chriſto, vel tædenti in horto, vel derelicto in Cruce. E quibus quidam dicebat: *Chriſto confixus ſum cruci.* Gal. 2. 19
Ariditas autem ſpiritus, ſiue tribulatio quæuis, conterens virum iuſtum, Crux viua eſt, in qua configitur Chriſto. De hoc tamen ſæpe ſubintrat ſubtiliter guſtus quidam proprius, & ſatisfactio; quæ licèt in ſe bona ſit, tamen impedit maius bonum, vtique perfectiorem vnionem ad Deum. Cuius ſignum eſt, ægrè ferre ablationem Crucis illius ad placitum Domini. Anima enim *totaliter* Deo conformis, nullum proprium velle habet, ſiue ad patiendum, ſiue ad gaudendum: Vnde æquè parata eſt aſſociare ſe Chriſto tædenti in Horto, vel crucifixo in Caluario, quàm glorioſo in Thabor, cùm ita fuerit voluntas Diuina, in cuius vnione perfectio vera conſiſtit.

Igitur hæc, mortificationis mortifi-

Digitized by Google

tificatio eſt, abnegatio videlicet, etiam guſtus illius ſic patiendi, non quatenus voluntas Domini eſt, quòd ſic patiatur, ſed quatenus proprius guſtus eſt, ortus magis ex dono conſiderato donatoris, quo donatur, quàm ex voluntate illius, ad quam conformatur. Et ſic omnino purificatur mortificatio talis, quantum poſſibile eſt in hac vita, per reſignationem nimirum, ortam ex charitate, qua tantùm inſpicit voluntatẽ donatoris, in qua quærit quieſcere, & non in dono illius, quod tunc Crux eſt, & non ſolatium.

De reſignatione ſui *in ſpiritualibus animæ*.

Gal. 5. 13

LOquendo ergo tertiò de *ſpirituali* ſolatio, ſeu denotione, & ſimilibus donis; ſimiliter in ipſis mortificatio eſt: *Primò*, qua quis carnalibus ſe abdicat conſolationibus, cum quibus ſpirituales non conſiſtunt. *Secundò*, qua quis etiam ſe mortificat, libenter carendo cruce, & conſolationes has acceptando, quaſi ſigna ſint, quòd à Deo ſpecialiùs diligatur, quatenus ſic reſpicitur. Et in hoc ſpecialis quidã guſtus eſt: in quo poteſt eſſe fallacia, quia fieri poteſt, quòd magis diligatur, cui crux tribuitur, non ſolatium, ex puriori abnegatione, per reſignationem maiorem. Vnde ait Kempis: *Neque tunc aliquid magni te reputes, aut ſpecialiter dilectum exiſtimes, ſi in magna fueris deuotione, atque dulcedine: quia in iſtis non cognoſcitur verus amator virtutis, nec in iſtis conſiſtit profectus, & perfectio hominis.* Et ſubdens in quo, dicit: *In offerendo te ex toto corde tuo voluntati Diuinæ, non quærendo quæ tua ſunt, nec in paruo, nec in magno, nec in tempore, nec in æternitate: ita vt vna æquali facie in gratiarũ actione permaneas inter proſpera, & contraria, omnia æqua lance penſando.* Ex quibus clarè patet, in *reſignatione* poni perfectionem; in reſignatione vtique, qua quis de voluntate donatoris gaudet; de cuius adimpletione lætatur magis, quàm de dono illius, ita promptus ad triſtia, vt ad læta.

Kemp. lib. 3. ca. 25. nu. 2.

Igitur guſtus ille proprius ſpiritualis expoſitus, licèt non ſit damnabilis, imo bonus; tamen impeditiuus eſt purioris, & perfectioris vnionis cum Deo. Et ideo mortificatio illius, iam patet in quo conſiſtat, nimirum in reſignatione reſpiciẽte donatoris voluntatem, cui purè ſtudet ſe conformare, non dono illius; gaudẽs vtique de dono, non quatenus iã ſuum effectum eſt, ſed quatenus voluntas Dei eſt, quòd ſit in eo receptum.

Signum autem altiſsimæ mortificationis iſtius eſt, non de dono hoc ablato triſtari, ſed lætari potiùs, quòd in ſubtractione illius,

lius, donatoris adimpleatur voluntas. Numquam enim animafic euacuata, & ita in DEVM resignata, anguſtatur cum detrimẽto ſuo, teſte Auguſtino ad Deum dicente: *Cùm inhæſero tibi ex omni me, nuſquam erit mihi labor, & dolor, & viua erit vita mea plena te: quoniam quem tu implesſubleuas eum. Nunc autem, quoniam tui plenus nõ ſum, oneri mihi ſum.* Vbi notanda ſunt verba illa: *Inhæſero tibi ex omni me.* Vbi proprius amor totaliter, & ſpecialiter reijcitur: ad cuius euacuationem ſequitur impletio Dei; qui licèt non guſtetur, tamen intus implet animam, vt ſuſtineat tunc eius dilectionẽ purisimam ſine guſtus mercede. Secundò notanda ſunt verba illa: *Quoniam tui plenus non ſum*, vtique per puritatem amoris patientis reſignationem totalem.

S. P. Aug. lib. 10. conf. c. 28 tom. 1.

Hoc mortificationis genuit ſuit in Paulo, qui contemplatione altiſſima donatus, qua dulcedine Dei mirabili inebriabatur intẽriùs, non verebatur tamen ſe illa libenter priuare, & condeſcendere populo, cuius ſaluti vacabat ex voluntate diuina. Sic enim de ſe ipſo teſtatur ad Corinthios ſcribens: *Siue mente excedimus, Deo.* Ecce exceſſus mentis, in quo à ſe ipſo, & omnibus delectationibus terrenis exibat, vt ſic in Deum intraret per vnionem ecretam altiſsimam: in quo iam mortificatio relucebat. Sed adhuc mortificatio alia ibi ſuberat, adhæſionis nimirum, quæ contemplationi guſtatæ poterat ſubintrare ſubtiliter; quam ſtatim exprimit nomine *ſobrietatis*, ſubiungens: *Siue ſobrij ſumus, vobis.* Id eſt, relicta contemplatione cœleſti, qua eleuabamur à vobis, redimus ad vos, veſtræ conuerſationi nos conformando libenter. Et pro ratione abnegationis iſtius, puritatem affert delectationis, qua ferebatur in Chriſtum, ſubdens: *Charitas enim Chriſti vrget nos.* Quem admodum enim ipſe pro omnibus mortuus fuerat ſponte, ita æquum erat, vt omnes viuerent ipſi, mortui ſibi; ideoque, vt tales, actione vitali proprij velle abdicati libenter, vt ponderauimus ſupra.

2. Corint. 5. 13.

ibid.

num. 14.

Reſignatio ergo *totalis* in voluntatem diuinam, orta ex puritate amoris, mortificationem Deo reddit acceptam, & eò gratiorem, quò maiorem, ita vt anima ſe ipſa expoliata, & nuda, *tota* Deo adhæreat per conformitatem affectus.

Hinc eſt, quòd ad ſponſam ſic nudam, & *omni proprio* affectu mundatam, illo, etiam, qui poſſet maioris pulchritudinis eſſe impeditiuus, dignatus eſt ſponſus amatoriè viſitaturus accedere, ad oſtiumque illius pulſare ſollicitè, dicens: *Aperi mihi ſoror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea.* At non mirum,

Cant. 5. 2.

Digitized by Google

rum, quòd eam *columbam* appellet, quam ſimplicem in intentionis oculis, ſoli ipſi placendi, agnouerat: & quòd etiam nominet *immaculatam*, quam ipſa ſimplex intentio ab impuritate mundauerat. Proinde ipſa reſpondet, nudam ſe eſſe, vtique ab amore proprio: & pedibus etiam, ab affectibus, ſcilicet, qui animæ pedes ſunt, & ab amore nascuntur. *Spoliauí*, inquit, *me tunica mea, quomodo induar illa? laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* Quæ verba ad ſpõſi ingreſſum non indicant renitẽtiam; ſicque non obſtant reſignationi illius; ſed timorem, ne in ſubtilem amorem proprium incidat ad ſponſi preſentiam, quo puritas turbetur dilectionis illius, qua ſe ornatam videbat. Qui timor, cùm ex puritate amoris procederet, eo pulchriorem eam reddebat. Quapropter ſponſus contentus de hac probatione ſponſæ, inſtare deſitit ampliùs pro ingreſſu, tranſiens, ac *declinans*, non tamen *dimittens*, quam experimento cognouerat, omni proprio amore, & affectione terrena nudatam, ſoli ſibi eſſe putiſsimo amore coniunctam, ſollicitam de *tentione*, pauidam de *amiſsione*.

Ibid.

num. 3.

num. 14.

Cant. 5.3

DISCVRSVS III.

Circa modum *diſcretè*.

CVm agamus hîc de vera, & perfecta mortificatione, quæ non ſolùm amori proprio reſiſtitur, & vitijs omnibus ortis ex illo, verùm etiam de eo triumphatur per victoriam veram, quæ contingit per actus virtutum moralium moderatricũ paſsionum, vt ſupra tradidimus; hinc neceſſarium omnino eſt, vt diſcretio intercedat, vt vera detur victoria. Cùm enim iuxta Philoſophum, *In medio conſiſtat virtus*, vtique rationis, quatenus nimirum in operatione illius, exceſſus non detur, neque defectus, iuxta regulam rationis; & hoc obſeruare ad diſcretionem pertineat, a quo etiam nomen obtinuiſſe videtur, quatenus diſcernit inter extrema hæc, vt inter ea medium ſeruet; clarè infertur, quòd ſine illa duce, declinando ad aliud extremum, iam virtus non datur, ſed vitium: proindeque de paſsionibus, & vitijs victoria vera non continget, ſed lapſus potiùs, & captiuitas.

Arist. 2. Ethic. 16.

Propterea varijs nominibus à Bernardo appellatur, officium illius exprimentibus; *Non tam eſt virtus*, inquit, *quàm quædam moderatrix, & auriga virtutum, ordinatrixque affectuũ, & motuum doctrix. Tolle hanc,*

S. Bernar. ſerm. 14. in Cant.

Digitized by Google

& virtus vitium erit. Et alibi eam appellat *lumen*, quo per viã Dei currentes, dirigimur, ne impingamus ad vitia, & miserè corruamus: vnde ait: *Ergo, ne incurrat, qui currit, illuminari necesse est lumine discretionis, quæ mater virtutum est, & consummatio perfectionis.* Et subiungit eius officium principale, dicens: *Hæc nimirum docet, ne quid nimis*. Quod vtique intelligitur, non tantùm respectu *excessus*, sed etiam respectu *defectus*, in quo etiam sua nimietas reperitur, quatenus nimis parum est, quod perficitur, ideoque à regula rationis declinans: ad quod explicandum subiungit: *Discretio verè circumcidit, vt non plus, nec minus fiat*. Per circumcisionem nãque, ex superius dictis, mortificatio intelligitur, quæ scindit superfluum: quod non tam in magno, quàm in paruo respectiuè reperitur, explicato modo. Ideoque aduertit, qui discretione non ducitur, verè non circumcidi, id est, mortificari, sed abscindi potius ab omni operis fructu, vt per excessum, abscissus dicatur; & tepidus, per defectum.

Idt ser. 3. de Circũcis. circa fin.

Et sanè mortificationis ista discretio per cytharas illas significabatur, quas senes illi habebãt, qui coram Agno visi sunt à Ioanne, *Et viginti quatuor Seniores*, inquit, *ceciderunt coram Agno, habentes singuli cytharas*. Nam vt supra ex Glossa notauimus, per cytharas istas *mortificatio* designatur, vt etiam ibi interpretatur Ambrosius. Quemadmodum enim cythara ex inferiori parte, caua est, & ibi sonat per chordas, quæ fiũt de animalibus mortuis; ita mortificatio fit circa passiones, quæ trahunt ad ima, & ideo in inferiori parte, & cũ cauitate, in qua sonus editur per chordas, ex animali mortuo, per quod mortificatio optimè designatur. Et quia, vt notat Gregorius, chorda in cythara, *si minus tenditur, non sonat: si amplius, raucum sonat*: ideo benè per chordas in cythara extensas, discretio illius ostenditur, & quòd ex hoc grata sit Deo, coram quo fidenter apparet. Proinde Regius Propheta hac mortificatione ornatus, DEVM se laudare testatur, dicens: *Confitebor tibi in cythara Deus Deus meus*. Et alibi omnes ad hanc inuitans, ait: *Confitemini Domino in cythara*. Sola ergo mortificatio discreta, DEO est grata.

Apoc. 5. 8

Ambr.

S. Gregor.

Psal. 42. 5.

Psal. 32. 2.

Exercetur autem discretio ista, tam circa vitia carnalia, quæ, licet, in carne perficiuntur, quàm circa spiritualia, quę consummãtur mente, vt complectatur vtrũque mortificationis genus distinctum superiùs.

De

mbr.

De discretione mortificationis in *carnalibus vitijs*.

QVod attinet autem ad discretionem, circa mortificationem carnalium vitiorum, seu amoris proprij carnalis, à quo vitia illa manant, loquitur Apostolus ad Romanos dicens:

S.Greg. Ro. 12. 1. *Obsecro vos fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra, hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem*; vbi Interlinearis glossa explicat, exhiberi corpora hostiam; *in mortificatione carnalium desideriorum.* In idem recidit explicatio Lyrani, qui de *maceratione* exponit, dicens assignare Apostolum conditiones, quæ illam faciunt Deo acceptam; inter quas est, vt sit Deo placens, id est, *Bene ordinata, scilicet, ad Dei gloriam, & non ad laudem hominum*. Vbi pura intentio supra explicata includitur, ac etiam secunda conditio ex illa manans, scilicet, resignatio: qui enim quærit soli Deo placere, voluntati eius resignatus probatur. Cùm autem illam intentionē puram per charitatem fieri assertum fuerit à nobis, consequenter prima conditio, quam ponit Apostolus, scilicet quòd hostia ista, id est, mortificatio, viua sit, à nobis in illis supponitur, cùm per gratiam anima viuat, & copulata semper cum charitate sit. Vltima ergo conditio, quæ ab Apostolo ibi ponitur, & ad propositum maximè conducit, est, *Rationabile obsequium vestrum*: vbi idem Doctor sic dicit: *Quod fit, quando caro sic maceratur, vt natura seruetur, & vitia excludantur*. Et sanctus Doctor Angelicus eadem verba considerans, ait, *Rationabile esse obsequium mortificationis istius, quando cõseruatur subiectum, & bona habitudo sufficiens ad ea, quæ agenda incumbunt.* Quod potest exẽplo abstinentiæ explicari: vt si quis ita de alimentis subtrahat sibi, vt infirmetur natura: nam tunc deest discretio, quæ hunc tollit defectum. Proinde de hac mortificatione loquens Hier. ait: *Non refert, vtrum magno vel paruo tempore te interimas, quia de rapina holocaustum offert, qui vel ciborum nimia egestate, vel manducandi, vel somni penuria, immoderatè corpus affligit.* Aut si quis verè non infirmetur, reddatur tamen inhabilis ad opera, ad quæ tenetur; vt si ob ieiunium ad officium prædicandi, quo ex charitate cõsulitur proximo, redderetur inutilis. Vnde idem Hieronymus sic dicit: *Rationalis homo dignitatem amittit, qui ieiunium charitati, vel vigilias, sensus integritati præfert.*

Interl.

Pſ. 42. 5.

Lyr.

Pſ. 31. 8.

D. Th. in addit. q. 1. art. 2. in corp.

S. Hier. ad Eustoch. refertur 2. 2. q. 147. ar. 1. ad 2. & de consec. dist. 5. c. nõ mediocriter.

S. Hier. loc. cit.

Et summopere est hic notandum, quòd illud, quod potest esse me-

Digitized by Google

medium vni, & ideo virtuosum, alteri erit extremum, & ideo vitiosum. Medium namque, quod discretio docet tenere, vt D. Thomas aduertit, excepta iustitię virtute particulari, in qua specialis est ratio, non accipitur secundùm rem, seu quantitatem, sed secundùm rationem rectam, per comparationem ad nos. Itaque eadē quantitas cibi subtracti, alteri erit virtuosa, alteri vitiosa: virtuosa vtique illi, qui per eam non infirmatur, neque inhabilitatur ad opera debita: vitiosa ei, qui vel infirmatur, vel inhabilitatur. Vnde dicit Lyranus, aliquam abstinentiam laudabilem esse in nō coniugato, vt in Religioso, qui non tenetur reddere debitū coniugale; quæ non esset laudabilis in coniugato, si per eam inhabilitaretur ad reddendum debitum vxori tempore competenti. Similiter in robustiori Religioso laudabilis esset, qui per eam nō redderetur ineptus ad cōmunes obseruantias Instituti sui; & nō laudabilis in eo, qui ad has redderetur inhabilis.

S Th. 1.2. q.64. ar 2 in corp.

Lyran.

Igitur respicienda est valetudo vniuscuiusq. vt discretio teneatur, de qua Pater Augustinus in Regula: *Carnem vestram domate ieiunijs, & abstinentia escæ, & potus; quantùm valetudo permittit.* Vbi notabiliter ait, quòd caro dometur, non tamen infirmetur, & inhabilitetur. Et hoc est, quod S. Petrus admonuerat priùs, dicens: *Ministrate in scientia abstinentiam*: vbi per *scientiam*, discretionem intelligit; & vt virtuosa sit abstinentia, per illam vult regulari: *Prout oportet pro congruētia hominum, cum quibus viuit, & personæ suæ, & pro valetudinis suæ necessitate*, vt sanctus Thomas exponit.

S. P. Aug. in reg.

2. Pe. 1. 6

S Th 2.2 q. 16. ar. 2 in corp.

Et hîc benè intrat similitudo cytharæ, per quam supra diximus, mortificationē signari, iuxta annotationem Ansberti: *Sicut enim*, inquit, *in cythara aliæ chordæ fortiùs, aliæ leniùs tenduntur, sed tamen dissimiliter sensæ, non dissimilem concentum efficiunt; ita diuersa in Christi corpore membra, passiones eius, alia pleniùs, alia minùs imitantur: Sed tamen dissimiliter patientes, vnam concordem Dei laudem resonant.*

Ansbert.

Frequenter tamen prouenit in ijs deceptio ex duobus: primò, ex immoderato feruore, vt Kempis ait, his verbis: *Quidam incauti propter deuotionis gratiā, se ipsos destruxerunt, quia plus agere voluerunt, quàm potuerūt, non pensantes suæ paruitatis mēsuram, sed magis cordis affectum sequentes, quàm rationis iudiciū. Et quia maiora præsumpserunt, quàm Deo placitum fuit, idcirco gratiam citò perdiderunt.* Vbi primò notanda sunt verba illa: *Plus agere voluerunt, quàm potuerunt*: In quo innuitur discre-

Kemp. l. 3 c. 7. n. 2.

tionis

tionis carentia, quæ respicit proportionem inter vires, & operationem; *quod medium est rationis*, & facit opus virtutis, cuius defectu remanet vitiosum: & ad hoc euitãdum inseruit discretio, quæ vt diximus ex Bernardo, medium hoc ponendo, facit, *ne incurrat, qui currit*.

Ber. ser. 3. de circ.

Notanda secundò sunt verba illa: *Non pensantes suæ paruitatis mensuram, sed magis cordis affectum sequentes:* Vbi insinuatur proprius amor subtilis, sub specie boni decipiens, & tollens discretionem, quæ mediũm virtuosum discernit, vt indicãt verba sequentia, *Quàm rationis iudicium*. Proinde quoque sensatè ait Bernardus extingui à *propria voluntate*, sic dicens: *Iam de spiritu discretionis scimus, quia nihil sic illum extinguit, quomodo voluntas propria, subuertens corda hominum, & rationis oculos claudens*.

Ber. ser. 2. de resur. circ. med. 20. 1.

Notanda sunt tertiò verba illa, *Idcirco gratiam citò perdiderunt*. Ex quibus patet, quomodo indiscretio, perseuerantiæ noceat; vt etiam Cassianus testatur verbis illis: *Vt excedentes continentiæ, vel nostrum possibilitatis modum, perseuerantiam nostri cursus, infirmitate corporis intercedente, perdamus.* Et idem Kempis de hoc indiscreto feruore alibi loquens, sic dixit: *Hodie currere, & cras lassum iacere, non est in via Dei*

Cassian. l. 11. c. 6.

Kemp. de disc. clau. cap. 9.

proficere, sed se ipsum confundere.

Secundò, oritur discretionis deceptio ex humilitatis defectu, quo fugitur alteri se submittere, à quo discat indiscretionis scopulos declinare. Vnde idẽ Kempis ibidem, post pauca dicit: *Qui adhuc noui sunt, & imperiti in via Domini, nisi consilio discretorũ se regant, faciliter decipi possunt, & elidi*. Et sanctus Bernardus ait: *Huius discretionis locum in vobis, fratres, suppleat virtus obedientiæ, vt nihil plus, nihil minus, nihil aliter, quàm imperatum sit, faciatis*.

Idẽ ibid.

Ber. ser. 3 de circũ. in fin.

Et Abbas Moyses apud Cassianum sic monet: *Vera discretio, non nisi vera humilitate conquiritur. Cuius humilitatis hæc erit prima probatio, si vniuersa non solùm, quæ agenda sunt, sed etiã quæ cogitantur, seniorum reseruẽtur examini, vt nihil quis suo iudicio credens, illorum per omnia definitionibus acquiescat, & quid bonum, vel malum debeat iudicare, eorum traditione cognoscat. Quæ institutio non solùm per veram discretionis viam, iuuenem recto tramite docebit incedere, verùm etiam à cunctis fraudibus, & insidijs inimici seruabit illæsum*.

Cass. coll. 2. cap. 10.

De

De discretione mortificationis in *spiritualibus vitijs, & passionibus.*

NOn solùm autem in mortificatione proprij amoris carnalis, qua vitijs carnalibus obuiatur, viriliter triumphando de illis, discretio ista inseruit, sed etiam in spiritualibus vitijs, quæ ratione recta per *excessũ*, vel per *defectum* declinant, & amori proprio studiosè ministrant, præcipuè locum habet. De qua Apostolus ad Romanos loquens, postquam mortificationem carnalium suasit, hanc quoque spiritualium subiecit, dicens: *Reformamini in nouitate sensus vestri*; vbi alia litera legit, *mentis vestræ*: & easdem conditiones, quas requisierat ad sacrificium mortificationis carnalis, easdem requirit ad istam hostiam mortificationis spiritus, ne à recta rationis meta declinãs, à virtuosa operatione deficiat, vt Interlinearis Glossa ad verba illa, *Exhibeatis corpora vestra*, dicit: *Non tantùm mentes, licèt caro repugnet*; indicans, mortificationem carnis, quam subdebat, hãc non excludere. Et, ne Apostolus, vllam de hoc dubitationem relinqueret, eam expressit, dicens: *Reformamini in nouitate sensus vestri*; & subiungit, *Vt probetis quæ sit voluntas Dei bona*. In qua probatione clarè indicat discretionem, ad quam pertinet ista probatio. Volũtas enim Dei hæc est, vt teneamus rectè regulam rationis, quæ in medio explicato consistit, & per discretionem discernitur. Vnde apud Matthæum nobis præcipit, *Estote prudentes*: & idem Petrus admonuit, in sua prima epistola. Prudentia nãque idem est, quod discretio: de qua S. Thomas sic in proposito loquitur: *Qualiter, et per quæ homo, imperando, attingat medium rationis, pertinet ad rationem prudentiæ*. Finis namque cuiusque moralis virtutis, est attingere *medium*: prudentia verò, seu discretio, illud inuenit, & discernit.

Rom. 12. 2.

Interl.

Matt. 10. 16.

1. Pet. 4. 7.

S. Thom.

Vis iraque iracundiam refrenare, qua ex amore proprio frequenter alijs insilimus? discretè intuendum, ne in patientiam *irrationabilem*, vt eam vocat Chrysostomus, quod est extremum oppositum, incidas: sed medium eligas, quæ *mansuetudo* est.

Chrys. hom. 11. in Matt. circa med. tom. 2.

Auaritiæ vitium mortificare intendis? cauendum tibi est, ne in extremum contrarium incidas, quod est *prodigalitas*: sed mediũ eligas, quod *liberalitas* est.

Pusillanimitatem cupis reprimere? inuigilandum tibi, ne incidas in *superbiã*, seu *præsumptionem*: sed *humilitatem* sequaris, quæ in his tenet medium.

Timiditatem vis cohibere, qua nimirum timentur pericula? videndum tibi, ne in *temeritatem* labaris, qua vltra vires aggrediũtur:

Digitized by Google

tur: ſed *fortitudinem* teneas, quæ media via incedit: & ſic de ſimilibus, excogitandum eſt.

Quod nos admonent Scripturæ Diuinæ, dum dicunt, quòd neque *ad dexteram, neque ad ſiniſtram* declinemus, ſed media via incedamus, in qua virtus conſiſtit, vt etiam Nyſſenus dixit: *Virtus media eſt inter duo vitia, nempe inter defectum honeſti, & exuberationem.*

Deuter 5 37. *Pron.* 4. 27. *Iſ* 30.21. *Nyſſ. hom* 8. *in Cãt.*

Hanc paritẽr Sapiens commendauit mortificationem diſcretam, dum, dixit: *Noli eſſe iuſtus multùm*. Accepit namque iuſtitiam, quatenus cõmunis omnibus virtutibus eſt, & per exceſſum, defectumue corrumpitur, vt ibi notat Lyranus. Igitur idem fuit, ac dicere, cùm te à vitijs cohibes per virtutes, medium tene, ne virtutes vitia fiant, & ſic potiùs vincaris, quàm vincas.

Eccle. 7. 17. *Lyran.*

Duo tamen hîc ſunt ſummopere aduertenda. Primum, quòd, cùm illa ſit perfectiſsima victoria, & mortificatio gratiſsima Deo, quæ per actus virtutum moraliũ fit, imperatos à charitate, in hac non ſit timendus *exceſſus*. Cùm enim immediata regula eius ſit Deus, qui infinitè eſt diligibilis, vltra debitum non poteſt intendi; ſed tantò eſt melior, quantò magis accedit ad ſummũ, vt hinc Sanctus Thomas oſtendit, & patet Eccli. 43. *Benedicentes Deũ, exaltate illum, quantum poteſtis: maior eſt enim omni laude*. & D. Bernardus aſſeruit, dum dixit: *Modus diligendi Deum, eſt ſine modo diligere*.

S. Th. 1. 2. *q.* 64. *ar.* 4. *Eccli.* 43. 33.

Secundum, quòd ex parte noſtra in actibus his charitatis, à quibus imperantur actus virtutum moralium, poteſt eſſe indiſcretio; vel *per defectum*, quia non ferimur per illos in Deum, *ſecundùm menſuram noſtræ cõditionis*, vt Angelicus Doctor notat ibidem; vel *per exceſſum*, non ſanè ipſorum actuum ſecundùm ſe, ſed ratione conatus corporalis, ad conſiderationem requiſiti; in quo poteſt aliquis exceſſus eſſe, quatenus præ intẽſione nimia, ſaluti nocere poteſt, vt ſpecialiter de actu pœnitentiæ, nimirum cõtritionis, idẽ ſanctus Doctor notauit. De qua, inquit, *quòd ſi cõſideretur ex parte doloris, qui eſt in ratione, ſcilicet, diſplicentiæ, quo peccatum diſplicet, in quantum eſt offenſa Dei, non poteſt eſſe nimia: ſicut, nec amor charitatis, quo intenſo, talis diſplicentia intenditur, poteſt eſſe nimius. Sed quantum ad dolorem ſenſibilem, poteſt eſſe nimia: ſicut etiã exterior corporis afflictio, poteſt eſſe nimia.* Vndè ibidem explicat verba S. Anſelmi, dicentis: *Vinam ſic impinguentur viſcera animæ meæ, vt medullæ corporis mei exſiccentur, non vtique quãtum ad humorem naturalem: ſed ad deſideria, & concupiſcentias corporales.* Notat tamẽ P. Gabriel Vaſquez, actus internos charitatis

Idem in addit. q. 3 ar. 2. *S. Anſel.* *Vaſq. 1. 2. diſp. 87. c. 8. n. 31.*

Digitized by Google

tis, à quibus cæteri virtutũ moralium actus imperantur, in se sẽper esse bonos, licèt conatus illi corporales immoderati, qui applicantur ad habẽdos tales actus, & noxij sunt sanitati, reprehensibiles sint, quia non sunt circumstantiæ illorum, sed tantùm quid præuium ad eos. Quæ bene notanda sunt, vt tollantur scrupuli, & quæratur fortiter, & suauiter intensio actuũ charitatis, ex quibus maior cõsurgit victoria, absque conatu illo nimio viriũ corporalium, qui indiscretus est. Et hæc quantum ad modum istum. Sequitur.

DISCVRSVS IV.

Circa modum *sponte*.

NOtandum, modum hunc ab antecedenti distingui; qui licèt voluntatem supponat, tamen potissimum intelligitur de mortificatione *passiua*, quæ, scilicet, infertur ab alio, & cum resignatione suscipitur: hic autem vtramque mortificationẽ amplectitur, *passiuam* vtique, & *actiuã*, quam nimirũ nos ipsi sumimus, nobis, & eam ab alijs libenter suscipimus. Et vtramque Dominus IESVS in verbis illis cõplexus est, cùm sequẽtibus se dixit, *Abneget semetipsum, & tollat crucem suã:* tunc enim verè quis semetipsum abnegat, cùm *spõte* hoc facit: nã cùm *coactè*, potiùs abnegatur ab alio, quàm abneget se. Et idem idem indicant verba sequentia, *tollat crucem suam*. *Suam* namque dicit, quatenus spõte ex voluntate sua, illam sumit, vel ab alio suscipit: nam *suam* facit, volendo. Et ideo tollere dicitur, qu m vltro amplectitur: qui enim renuit crucem, potiùs eam fugit, quam tollat. Et loquitur Dominus de cruce viua, quæ sic nominatur, quia in carne nostra viua imprimitur, pariter & in anima: & per illã aptè mortificatio designatur. Quemadmodum namque, qui in cruce est positus, nec corpus, manus, aut pedes pro suo libitu mouet: ita, qui se propter DEVM mortificat, non se mouet quò caro inclinat: sed quò ratio dictat: & hæc crucifixio à Domino est requisita: quomodo se crucifixit ille, qui de se testatur; *Christo confixus sum cruci*. Et illi, de quibus dixit: *Qui autem Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs.* Vbi *crucifixerunt* ait, quia hoc fecerunt libenter: qui enim *coactè* seu *inuitè*, potiùs crucifigitur, quàm crucifigat se: quia etiam cùm ab alio patitur, si sponte patitur, se crucifigere dicitur, hoc operante voluntate, quod tolleret violentia.

Gal.2.19

Gal.5.24

Mortificationem igitur inuitam reprobat Dominus, & voluntariam, seu spontaneam commendat. Quod etiam sub nomine Eunuchi apertè in Euangelio dixit;

Matt.16 24. Luc.9.23

dixit: distinguendo de duabus castrationibus, quæ secundùm se sponte non fiunt, dicens: *Sunt eunuchi, qui de matris vtero sic nati sunt: & sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus.* Ecce duplex eunuchorum genus inuoluntarium, scilicet, qui nati, & qui facti: & ponit tertium voluntarium: *Et sunt eunuchi, qui seipsos castrauerunt propter regnum cælorum.* Vbi Lyranus dicit: *Illa continentia, quæ est per voluntatem reprimentem concupiscentiam ab actu venereo, illa propriè est laudabilis.*

Matt. 19. 12. ibidem. Lyran.

Notanter autem dixi, priores duas *secundùm se* non esse laudabiles; quia si adiungatur voluntas, laudabiles erunt in conspectu Dei, cui sacrificia voluntaria grata sunt; ob idque dixit Propheta: *Voluntariè sacrificabo tibi.* Quid sacrificamus Deo, cùm nos mortificamus? carnem nostram, propensiones nostras ad malum, quas sponte reprimimus propter ipsum: ideo dicitur *voluntariè*, & *tibi*.

Ps. 53. 8.

Sub nomine autem *castrationis*, qua castitas carnalis seruatur, & amor proprius venereorum mortificatur, potest etiam congruè intelligi castitas mentis, de qua 1. volum. multa dixi, quæ ibi vide. Et intelligitur mens non commixta inordinato affectui creaturæ vllius, per quem amor proprius præcipuè venit exclusus, animam commaculans, sponsam Christi. De quo sponsalitio loquens Apostolus, dixit: *Despondi vos vni viro, virginem castam exhibere Christo.* Igitur illi soli castitas hæc debetur. Castratio ergo ista mentalis voluntaria, amorem proprium extinguit, qui ad repugnantia rationi inclinat, & nos hinc inficit, & deturpat, ineptosque reddit castissimis sponsi huius amplexibus.

2. Cor. 11. 2.

Hæc ergo causa est, cur sponte sponsa hanc amplexa est mortificationem, qua fidenter sponsi sui amplexibus obuiam iret, cùm dixit: *Surrexi, vt aperirem dilecto meo: manus meæ stillauerunt myrrham.* Quæ verba de mortificatione voluntaria Gregorius Nyssenus exponit, sic dicens: *Necando membra terrena, & carnis cortinam auferendo, ostium Deo aperitur. Surrexi, cur? quia manus, id est, motus animi, actionum effectores, stillauerunt, non sunt factæ stillare, vltrò ex sese prompserunt voluntariam corporearum affectionum extinctionem. Sic surrexi, ex eo, quòd membrorum mortificationem sponte instituerim.* Hæc ille.

Cant. 5. 5. Greg. Nyss hom. 12.

Ad hoc propositum considerat benè Bernardus Domini verba, laudãtis mortificationes omnes carnis, quæ ex voluntaria paupertate sequuntur, & ad illas spe præmij æterni allicientis, & dicentis: *Beati pauperes spiritu,* S. Bern. in fest. omn. sanct. circa med. serm. 1. Matt. 5.

Digitized by Google

quoniam ipsorum est regnum cœlorum; distinguens de necessaria paupertate, & voluntaria, notans signanter Dominum non dixisse simpliciter, *Beati pauperes* propter plebeios pauperes, *necessitate, miserabili, non laudabili voluntate:* Et addit, non dixisse beatos pauperes *voluntate*, sed *spiritu*, vt denotaretur spiritualis voluntas. Non enim sufficere, ait, liberam voluntatem mortificandi in se diuitiarum appetitum: hoc enim dicit fecisse multos Philosophos. *Vt expediti mundialibus curis, studio vanitatis possent vacare libentiùs: & nolebant censu abundare terreno, vt abundarent magis in sensu suo.* Et ideo subdit: *Hoc discernit, quod dictum est, spiritu, id est, spirituali voluntate.* Et explicans, quæ sit ista spiritualis voluntas, subiungit: *Spirituali intentione, desiderio spirituali, propter solum beneplacitum Dei, & animarum salutem.* Et est puritas intentionis, de qua supra in primo discursu est dictum; ex qua spontanea mortificatio procedere debet, vt perfecta sit, & in oculis Dei meritoria.

Est ergo hic summopere notandum, tria esse, quæ maximè hanc voluntariam mortificationem suadent. Primum, *merito euacuare*, quod inuoluntariè, seu inuitè fit: secundum, *laborem addere:* tertium, *perseueranter tollere.* Et hæc, ex cruce Simonis Cyrenæi ait sanctus Pater Augustinus sermone 34. ad erem. tom. 10. nos discere. *Ecce enim,* inquit, *Simon crucem portat cum dolore, quia non libenter portat: angariatur, sed moratur in ea; ideo non perseuerando fugit, & sine fructu à cruce recedit.* Recessus ergo sine fructu, ostendit carentiam meriti; & labor maior, & perseuerantiæ defectus, similiter patent. Ne ergo crucem, id est, mortificationem Cyrenæã fratres sui eremitæ, ad quos scribit, imitarentur, subijcit: *Crucifigamus corpora nostra verberibus, vigilijs, abstinentia escæ, & potus: sed timeo, ne coacti hoc agamus, & corpora macerantes, mundo saltem voluntate viuamus:* euacuati vtique fructu æterno, contenti terreno, quibus in extrema die dicturus est Dominus: *Receperũt mercedem suam,* scilicet, laudem humanam, & tẽporalia bona. Et ordinaria glossa considerans verba Matthæi, *Inuenerũt hominem Cyrenæum, nomine Simonem; hunc angariauerunt, vt tolleret crucem eius;* vbi alia littera legit, *adegerunt;* ait: *In Domino figurantur, qui sponte portant crucem Domini; in Simone, qui inuiti.* Matt 6 a. Gloss. Matt. 27. 32.

Et sanè ipse Pater noster Augustinus lib. 1. confess. cap. 12. de seipso testatur, quòd cùm in pueritia ex amore proprio remneret literas discere, & ad hoc ferula cogeretur, se feciſſe coactum; S. Augus.

Digitized by Google

ctum ; tamèn merito vacuum. *Vrgebar tamen*, inquit, *& benè mihi fiebat, nec faciebam ego benè: non enim discerem, nisi cogerer.* Et subdens, quare non benè sic taceret, ait: *Nemo enim inuitus benè facit, etiamsi bonum est, quod facit.* Ecce regula communis, notanda maximè in proposito. Non enim sufficit, bonum esse, quod facis, ieiunium, scilicet, disciplinam, vigiliam; orationem, & mortificatoria similia, si inuitus facis; deficit enim modus, vt *benè* fiant. Et quis est iste ? *sponte* facere: alioqui enim euacuatur bonitate, & consequenter merito, quod non promittitur, nisi bonis operibus.

Quod etiam Kempis docuit, cùm dixit: *Si libenter crucem portas, portabit te, & ducet te ad desideratum finem, vbi, scilicet, finis patiendi erit, quamuis hìc non erit. Si inuitè portas, onus tibi facis, & te ipsum magis grauas, & tamen oportet, vt sustineas. Si abijcis vnam crucem, aliam procul dubio inuenies, & forsitan grauiorem.* Vbi in verbis, *portabit te*, laboris carentiam in voluntaria cruce ostēdit: & in verbis, & *ducet te ad desideratum finem*, simul meritum, & perseuerantia indicantur, quæ sunt tria emolumenta proposita, hanc voluntariam mortificationem efficaciter suadentia. Sed additur consilium adhuc pro hoc prudentissimum, quòd, scilicet, *de necessitate faciamus virtutem*, vt dici solet, amplectendo libenter, quod effugere omnino non possumus, sed necessariò est portandum; ibi insequentibus verbis, *Tamen oportet vt sustineas, &c.*

Kẽp. lib. 2 c. 12. n. 5.

Est tamen notandum, triplicem esse gradum huius spontanei modi. Primus est, *voluntariè*: secundus, *promptè*: tertius, *gaudenter*. Et ad hanc gaudiosam crucem te debes extendere, quæ perfectissima est; quam amplexi Apostoli, *Ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati*. Nam amorem proprium fugiētes, contumelias, & opprobria amplexabantur, gaudentes intentione pura *pro nomine Iesu*. *Act. 5, 41*

Quando ergo tibi infertur iniuria, disciplina, & mortificatoria similia, iam adest mortificatio *passiua*: libenter sustine eam, & enitere proficere ad modum secundum, & tertium, & lucraberis multum. Et à fortiori hoc patet de mortificatione *activa*, quam tu vtique tibi eligis. Sed circa intentionem inuigila, quòd propter DEVM purè fiat, vt sic spiritualiter voluntaria sit. Quod spontaneum, seu voluntarium, est laudatum à DEO, cui soli placere desiderandum est.

Digitized by Google

DISCVRSVS V.

Circa modum *efficaciter*.

A Deo neceſſarius eſt modus hic in mortificationis ſtudio, vt pro illo Scripturæ clamẽt, & Patres, ac ipſa ratio naturalis: & incipiẽdo ab iſta, certũ eſt apud omnes, & experientia probat, non ſequi electionem mediorum, niſi *ex efficaci intẽtione finis*. Niſi enim ſanitatem efficaciter velis, quomodo ſciſsionem venæ, & ſumptionem amari pharmaci eligeſ? Sic, niſi quis omnino intendat iuſtitiam, qua ſubigitur concupiſcentia rationi, & per æqualitatem tollitur curuatio, qua ad ſe ſpiritum trahit caro, nunquam ad mortificationem iſtius procedet, quæ medium eſt, vt ſpiritus ſubdatur Domino, & ad DEVM rectitudo perſiſtat.

Hinc eſt, quòd ad efficaciam pugnæ, quæ per abnegationem ſui geritur contra vitia, Auguſtinus exhortans, dixit: *Suſcipiendum eſt bellum contra vitia*. Et hunc modum ſubdens, ait, *& gerendum acriter*; admonens, acrimoniæ vſus defectu, victoriã non obtineri, imò caſum accidere, ſubiungens, *Ne ad damnabilia peccata perducat*: quaſi hoc ſit vinci, quod efficaciter non pugnare. Et ad hanc efficaciam, tradit ibidem, animam non procedere, niſi efficaciter intendat

Aug. lib. 21. de ciu Dei c. 16.

iuſtitiam. *Neque id*, inquit, *fit veraciter, atque ſynceriter, niſi veræ delectatione iuſtitiæ*. Non enim ſufficit ſcire, quod faciendũ eſt, & leuiter hoc intendere, niſi totis præcordijs appetatur. Quod ſignificans Dauid Propheta, dixit: *Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius*: quibus vtique iubes ò Domine ſubiugationem carnis ad animam, vt rectitudo ſeruetur. Et indicans non ſufficere hanc notitiam, ſubdit intentionem efficacem illius: *In toto corde exquirunt eum*. Exquirere enim, non vtcunque, ſed affectuosè eſt quærere: &, vt indicet affectum totum adhibẽdum, vt ad exercitium extendatur, addit, *in toto corde*. Nam hoc modo tantùm obtinet quis victoriam, qua nomen beati aſſequitur. *Pſ.* 118. 2 *ibid.*

Radix autem neceſsitatis efficaciæ iſtius, ex pugna interiori conſurgit, qua caro aduerſus ſpiritum pugnat: ſemper enim pars inferior ſenſitiua, ſuperiorem rationem ad ſe trahere nititur, Paulo teſte, dicente: *Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum*; ita vt retardetur valde à rectitudine ſua, vt ſignificant ſequentia verba, *Vt non quæcunque vultis, illa faciatis*: Et experientia patet. Sæpe enim Religioſus proponit, v. g. aliquid de cibo relinquere, collocutionem tali loco, & tempore fugere: ad primum ictum campanæ, ſedulò ad matutinas *Gal.* 5. 17

horas

horas ſurgere, & ſimilia: in quibus tamen, data occaſione, deficit, prædominante carne, & ſenſu. Vult quidem, ſed quia *non efficaciter*, velle ſuum non perficit. Quod alibi pariter Apoſtolus docuit, dicens: *Velle quidem adiacet mihi; perficere autem, non inuenio*. Vt igitur vis carnis, & ſenſus, qua ad ima hominem trahit, ſuperetur; *efficaci* velle eſt opus, ne fiat, ad quod caro inclinat, ſed quod ratio dictat.

Ro.7.18.

Quod optimè idem Pater Auguſtinus in ſuis confeſſionibus docuit, Apoſtolica verba conſiderans: *Cadunt*, inquit, *in id, quod valent, eoque contenti ſunt: quia illud, quod non valent, non tantùm volunt, quantùm ſatis eſt, vt valeant.* Valet homo operari carnalia, id eſt, non congrua rationi, ad quæ natura corrupta inclinat: non valet autem operari ſpiritualia, ea vtique, quæ conformia ſunt rationi, retardatus à carne. At hoc quare? *Quia non tantum vult, quantùm ſatis eſt vt valeat*, vt Auguſtinus ait: quia, ſcilicet, deficit efficacia. Et erat acrimonia illa, quam alibi requiſierat, dicens: *Bellum gerendum acriter.*

Aug. lib. 10. conf. c.23.

Hinc eſt, quòd per propoſitum *efficax* menſurãt Patres perfectionem ſpiritualem cuiuſque. Vnde Kempis ait: *Secundùm propoſitum noſtrum, curſus profectus noſtri*. Et alibi: *Tantùm proficies, quantùm tibi vim intuleris:* qui modus loquendi optimè congruit pugnæ carnis, quæ naturaliter trahit ad ima. Et cùm violentia idem ſit, quod vis inferentia, qua paſsi inclinationi naturali reſiſtitur; vt cùm lapis, qui grauis eſt, & naturaliter tendit deorſum, mittitur ſurſum; ſic appetitum ſenſitiuum, qui ad ima fertur, & ad illa trahit, ſurſum trahere ad rationabilia, eſt vim illi inferre. Vnde ex hac violentia, benè profectus infertur.

Kempis lib.1.c.19 num.2.

Et hoc eſt, quod Dominus in Euangelio dixit: *Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Rapina enim*, vt notat Hieronymus, *ſemper violentiæ eſt admixta*. Cum ergo rapere ſit, vi tollere aliquid alteri, quod ſuum eſt; & ad carnem, & ſenſum pertineat vitiosè operari, videlicet, *ſua quærere, aliena concupiſcere, malum pro malo reddere*, & ſimilia; contra hæc ire, & rectæ rationi conſentire, violentare carnem eſt, & ſuis eam operationibus ſpoliare, & quæ rationis ſunt operari: proinde ab eodem ſancto Doctore, *Sancta & optabilis violentia* dicta. Et cùm hoc ſit ſe mortificare, ad quod vis requiritur, & non quælibet, ſed *magna*, qua naturæ inclinationi reſiſtitur; *efficaciæ propoſitæ* neceſsitas clara manet, ex eloquio Diuino, ratione, & Patribus, vt promiſi.

Matt. 11 12.

Hier. in Ezechiel. c.18.to.2.

Digitized by Google

Discursus idem prosequitur.

SEd & sequentia addenda cẽseo. Primum Sapientis verba, quibus hortatur, quærendam nobis esse sapientiam, qua vtique sciamus carni resistere, & DEI voluntatem perficere: & modum
Prou. 2. 4 tradens, ait: *Si quæsieris eam, quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis illam; tunc intelliges timorem Domini, & scientiam Dei inuenies.* Quæ verba sanctus Pater Augustinus consideS. Aug lib. 4 contra Iul. c. 3. to. 4. rans, dicit: *Nunquid propterea sancta Scriptura dicenda est laudasse auaritiam?* Et respondet, *minimè*: sed hoc tantùm intendisse, vt quemadmodum pecuniæ cupidus, viriliter laborat pro ea, donec inueniat; sic nullum esse laborem, quem efficaciter non aggrediamur ad veram sapientiam assequendam, *perferendo molestias, & libidinis refrænando*. Nam hoc modo de amore proprio triumphatur, de carne, scilicet, & sensu, subingando illum rationi: in quo vera sapientia consistit, & Domini timor, quo veretur quis ab illo discedere à concupiscentia abstractus, & illectus.

Imò parum à nobis DEVS requirit, cùm eo maiori sollicitudine, & virtute deberemus pro vitijs extirpandis insudare, & obedientiæ mandatorum suorum incumbere, quò excellentia huius, & merces illius, excedit incomparabiliter mundi vniuersos thesauros: & tamen à negotiatoribus sæculi huius, sollicitudine vincũtur negotiatores æternitatis. Quod deplorans Bernardus, ait serm. 1. de altitud. & bassitud. cordis: *Magna confu-* Bernard. *sio, magna valde, quòd ardentiùs illi perniciosa desiderant, quàm nos vtilia: citiùs illi ad mortem properant, quàm nos ad vitam.*

Hinc est, quòd interiùs de hac veritate illuminata Sponsa, in qua fidelis anima figuratur, ardenter cupiens Sponsi sui inhærere amplexibus, quibus in lectulo cubans amoris proprij, redebatur inepta; de illo surrexit sedula, & impauida, inter timores nocturnos, viriliter vacatura quæsitioni illius, labori, & fatigationi non parcens: *Surgam*, Cãt. 3. 2. inquit, *& circuibo ciuitatem, per vicos, & plateas, quæram quem diligit anima mea.* Quæ verba sic reddit Ambrosius: *Ex-* S. Ambr. *surgam, erigam, & attollam intentionem meam, vt quæram impigrè, quæram sollicite, introibo ciuitatem.* Efficacia ergo, virilitas, & fortitudo, non tantùm resplenduerunt in quęsitione spõsi, quàm in relictione lectuli, per quem mortificatio designatur. Non enim inueniret sponsum, nisi relinqueret lectulum.

Ea est autem potentia inclinationis ad malum ex vitiata natura,

Digitized by Google

tura, vt fæpe non ſufficiat efficax propoſitum, vt ſtabiliatur in bono, quemadmodum illuminatus vir notat, vt deſides, alacres reddat ad pugnam, & conſtantiores hos faciat, dicens: *Si fortiter proponens, ſæpe deficit: quid ille, qui raro, aut minus fixè aliquid proponit?*

Rép. lib 2. c.19 n 2.

Hanc veritatem benè calluit ſanctus vir Euſebius, de quo Beatus Theodoretus narrat, quòd cùm quadam vice incautè reſpexiſſe ad agricolas terram arãtes, ideoque diſtractus non percipere lectionem diuinam, quæ legebatur ab alio Sancto Patre; vt impoſterum oculos ſuos frænaret ne deciperetur ab eis, voluit quòd deinceps non aſpicerent cœlum, qui incautè terram reſpexerant. Ne autem hoc ſuo propoſito fruſtaretur, hac fuit vſus induſtria admirabili. Lumbos nãque ſuos ferrea conſtrinxit zona, & collare grauiſsimum collo ſuo impoſuit, alioque ferro ligauit zonam collaris, quod erat collo impoſitum, vt hoc modo neceſſariò inclinatus cogeretur aſſidue in terram reſpicere, priuatus cœli aſpectu: vtens inſuper anguſtiſsima ſemita vno palmo non latiori, ducente ad oratorium, extra quam egredi non eſt ſolitus deinceps. Et poſt hanc legem, tradit prædictus ſanctus Doctor, eum amplius quadraginta annis vixiſſe.

Theodoret hiſt Euſeb. 4 tom. 2.

Ex quo diſcere potes, quàm vera ſit doctrina Kempi, & quàm benè ab iſto ſancto viro fuerit practicata. Et certè experientia quotidiana hoc monſtrat, quòd fere ſemper minus facimus, quã proponimus, etiam ſi efficaciter preponamus; & difficulter perſeueramus, niſi renouemus propoſitum. Th. a K. m.

Eſt autem duplex gradus diſtinguendus modi iſtius. Alter, quo initio reſiſtimus vitijs: alter, quo reluctamur inueteratis. Prior faciliùs vincit: Secundus, difficilius; vt Pater Auguſtinus notauit, dicens: *Et ſi quidem nondum victoriarum conſuetudine roborata ſunt* (intelligit vitia) *facilius vincuntur, & cedunt: ſi autem vincere, atque imperare conſueuerunt, laboriosa difficultate ſuperantur.* Quapropter admonet Kempis, quòd priori modo vtamur, vt poſterioris laborem vitemus. *Reſiſte*, inquit, *in principio inclinationi tuæ, & malam dediſce conſuetudinem, ne forte paulatim ad maiorem te ducat difficultatem.*

S. P. Aug. lib. 21 de ciuit. c. 16

Rép. lib. 1. c. 11. n. 6.

Et ſanè quandoque prior actus initio viriliter factus meretur à Domino gratiam, quòd in poſterum non moleſtetur quis ampliùs; vt de S. Thoma Aquinate narratur: qui efficaciter intendens paſſionem libidinis in ſe eſtinguere, quam impudica fœmina excitatura acceſſerat, titione eam fugans viriliter, meruit miraculosè caſtitatis dono dota-

Digitized by Google

ri,non ſentiens deinceps in tota vita ſua libidinis motus. Quod a. lijs sãctis viris,efficaciter ſui mortificationi vacantibus, dignatus eſt Dominus elargiri benigniter. Quod nobis etiam poterit euenire,ſi ſtrenuè militauerimus illi.

DISCVRSVS VI.

Circa modum *frequenter*.

NOn eſt ſatis *fortiter* & *efficaciter*,ſemel mortificaſſe ſe,ſed oportet hoc ſæpius facere. Quod ſignificarunt ſponſæ digiti qui *myrrha probatiſsima pleni erant*, per quam mortificatio ſignabatur [1]. Et *probatiſsima* dicitur, quia inceſſanter exhibita, vt exponit ſanctus Gregorius verbis his: *Digiti myrrha probatiſsima pleni eſſe perhibentur, quia in omni quod agitur, ſemper neceſſe eſt, vt mortificatio carnalitatis teneatur. Quæ tunc probatiſsima eſſe iure dicitur, quando in omni ſuggeſtione, quæ ab hoſte ingeritur, ſine ceſſatione voluptas carnalis tenetur, ne ſuſcipiatur.*

Cant.5.5.

S. Gregor.

Duabus autem potiſſimum de cauſis probatur neceſſaria hæc frequentia. Prima, quia cùm terra cordis noſtri vitiata per culpã, tribulos, & ſpinas inordinatarum paſsionum, & vitiorum, indeſinenter germinet nobis, mortificationis vomere frequenter ſulcanda eſt, & falce putandũ, quod malè germinat ſurſũ,iuxta S. Hieronymi dictũ: *Aequum eſt, vt quod crebro male pullulat, crebriùs ſuccidatur*. Et ideo Dominus crebram mortificationem hanc conſulens, apud Lucam dixit: *Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam*: & ſignanter addit, *quotidie*, vt neceſsitatem huius frequentiæ omnibus intimaret. Imò Paulus teſtatur, ſemper oportere illam in nobis circumferre, dicens: *Semper mortificationem Ieſu Chriſti in corpore noſtro circumferentes*. Quod ſaltem de promptitudine animi ad ſe abnegandum, intelligendũ eſt, ex qua frequẽter in actus ſit prorumpendum.

S. Hieron. prolog. in Pſals.

Luc.9.23.

2. Cor.4. 10.

Secunda cauſa eſt facilitas maior, in quam quiſque ingreditur, qui crebriùs huic exercitio vacat: frequentatione enim actuum acquiritur habitus, qui facilitatem tribuit operandi, vt docent Philoſophi, & experientia ipſa, & S. Dorotheus tradidit verbis iſtis: *Si conſueueris propriam voluntatem amputare, per Chriſti gratiam, & miſericordiam acquires habitum, quo omnia ſine moleſtia, & controuerſia facies.*

S. Dorath. ſerm.17.

Quod ſanè etiam iuxta interpretationem Lyrani ſpiritus Diuinus ſignificauit,cùm dixit: *Ducam te per ſemitas æquitatis; quas cùm ingreſſus fueris,non arctabuntur greſſus tui, & current non habebis offendiculum*. Se-

Lyran.

Prou.4.11 & 12.

mitæ

mitæ enim, viæ ſunt anguſtæ, per quas mortificationum exercitia ſignificata veniunt : & *æquitatis* dicuntur, quia hic præcipuus finis eſt exercitationum iſtarum, ſubdere, videlicet, mentem Deo, & carnem menti : in quo æquitas quædam cernitur, & rectitudo, vt ſuperiùs eſt notatum ; & meritò ad propoſitum ſubiũgitur, *Quas cum ingreſſus fueris* : quod tunc contingit, quando primus actus iuſtitiæ viriliter fit, quo caro ſpiritui ſubiugatur ; ex quo frequẽtato actu, ingreditur perfectionis viam, calcando vitia abſque difficultate, propter habitus acquiſitos : & ideo ſubditur, *Non arctabuntur greſſus tui* ; imò curres ſine offendiculo : quia caro, quæ priùs recalcitrabat, domata iam, collum libenter ſubdit ſpiritui fortiori : Quod Kempis pariter nouerat, dum monuit : *Hoc deberet eſſe negotium noſtrum, vincere, videlicet, ſeipſum, & quotidie ſeipſo fortiorem fieri, atque in melius proficere.* Vbi quotidianis victorijs attribuit vires maiores, & inde maiorẽ inſinuat profectum orîri. Quod etiam verba illa Diuina ſignificãt: *Egeſtatẽ operata eſt manus remiſſa* : quæ, ſcilicet, quod hodie viriliter agit, craſtino omittit ignauiter. *Manus autem fortium*, quæ nimirum perſeuerat conſtanter, *diuitias parat*, vtique ſpirituales, quæ ex aſsidua mortificatione proueniunt.

Kemp. lib. 1. c. 3. n. 3

Prou. 10. 4.

Hoc quippe diſcrimen eſt inter corporis operationes, & animæ : quia corpus, quò plus operatur, eo magis laſſatur : anima autem in via Dei ambulans, quò magis operatur, eò plus roboratur. Quod quidam Sapiens pulchris hiſce verbis intimauit: *Caro operando deficit : ſpiritus operando proficit*. Animus enim remiſsione frangitur, quemadmodũ arcus intenſione: vnde Prouerbium ait: *Arcum frangit intenſio : animũ remiſſio*. Igitur cùm argumentũ per oppoſitum validum fit, operatio roborabit animum, quæ frequens vtique fuerit: & potes pro his videre, quæ volum. 1. induſtr. 16. de ſtatu tepôris tradidimus, vbi ceſſationi ab actibus attribuimus illum, & valde periculoſum aſſerimus, ac ruinoſum.

Paulus Manut. in adag.

Vnde hinc etiam amplectenda eſt quotidiana crux, ne crura frãgantur animæ, quæ ſunt virtutes, quibus ſtabilitur, vt valeat calcatis vitijs, feliciter viam Dei ſine offendiculo currere, vt Baſilius etiam cuidam diſcipulo ſuo, his verbis conſuluit : *Neceſſe eſt, vt in præcurrendo vitæ iſtius ſingularis ſtadio, quod ſemel tanta cũ alacritate ingreſſus es, alacriores quotidie, tibiipſi, atque acriores addas aculeos, conſtantiſsimè hærens officio*. Et Sanctus Bonauentura pariter ſic admonuit ex Gregorio: *Benè cæpta cunctis diebus agenda ſunt, vt cùm malum pugnãdo repellitur, ipſa boni victoria,*

S. Baſil. epiſt. ad Chilon.

S. Bonau. lib. 2. phare. c. 24.

Digitized by Google

ria, conſtanti animo teneatur.

His ergo benè penſatis, vide chariſsime frater, quot emolumẽta ex quotidiana mortificatione proueniunt, & quot mala ex interruptione ignaua; & eligẽ, quod Scripturæ clamant, ratio dictat, & experti milites conſulunt, quia militabis ſecuriùs.

DISCVRSVS VII. & vltimus.

Circa modum *perſeuerãter*.

HIc per perſeuerantiam, *finalem* intelligo, quæ, ſcilicet, ad mortem vſque perdurat, & *propriè* à ſacris Theologis perſeuerãtia dicitur; de qua Scriptura ait: *Qui perſeuerauerit vſque ad finem, hic ſaluus erit.* Cùm autem vnaquæque dies, & hora, vltima eſſe poſſit, iuxta Dominicum dictum Luc. 12. 40. & per mortificationem præparemur ad vitam, per ſingulos dies perſeuerantiam hanc ſollicitè quærere oportet. Quapropter ad mortificationis hunc modũ iuuat modus *frequenter*, de quo in præcedenti diſcurſu. *Matt. 10. 22.*

Et primò, defectu modi iſtius præſentis, ſtultos Galatas appellauit Apoſtolus, qui emolumenta narrata perſeuerantiæ quotidianæ, nihili facientes, ad carnalia redierunt, cùm tamen ex mortificatione incæpta, facilis progreſſus in via Dei deberet potiùs prouenire. *Sic*, inquit, *ſtulti eſtis, vt cùm ſpiritu cœperitis*, id eſt, *ſpiritualiter viuere*, vt benè Anſelmus exponit. Quemadmodum namque ſpiritualis dicitur ille, in quo ſpiritus, ratio, ſcilicet, dominatur carni, in quo conſiſtit mortificatio, ſecundum illud: *Si autẽ ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis*; vtique nunc ſpiritualiter, & poſtea æternaliter, vt ſupra notauimus: ita ſpiritualiter viuere, mortificatè eſt viuere. Stultitia ergo in hoc apparet, quòd cùm debuiſſent potiùs progreſſum feciſſe, tamen in regreſſum opprobriosè inciderunt: ideoque ſubiungit: *Nunc carne conſummemini*, vt legũt Anſelmus, & Theophilactus, qui ſic exponit: *Cùm in dies ſemper ſit aliquid virtuti addendum, non modò nil quippiam adieciſtis, ſed defeciſſe potiùs quàm proſeciſſe videmini.* *Gal. 3. 3.* *Anſelm.* *Rom. 8. 3.* *S. Anſel. & Theophilact.*

Quapropter eum meritò Dominus regno reijcit, qui mortificationem ad finem non prouehit, proferens generalem ſententiam: *Nemo mittens manũ ſuam ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei*: à quo vtique excluduntur ſtulti, quia à mortificatione deſiſtunt. Per aratrum namque, quo ſcinditur terra, mortificatio deſignatur, vt põderauimus ſupra. Mittis ergo ad illud manum tuam, cùm mortificationem amplecteris; retrò reſpicis, cùm ſiſtis, vt Bernardus *Luc. 9. 62.*

ex-

Digitized by Google

S. Bern. epist. 1. ad Rober. ne pos. suũ. exponit, dicens; *Sisti, proculdubio retro aspicere est.* Sisti autem perseuerare non est. Qui ergo nõ perseuerat, regno indignus est. Bonum incepisti, sed quia nõ perfeciſti, periſti. Ideo inquit Hieronymus: *Non quaeruntur in Christianis initia, sed finis. Paulus malè cœpit, sed finiuit bene. Iudæ laudãtur exordia, sed finis proditione damnatur.* Quod cõfirmans Gregorius à S. Bernardo allatus, dicit: *Incassum bonum agitur, si ante terminum vita deseratur.*

S. Hier. epistol. ad Firm. Virgin.

Bern. de mod. bene viuendi, serm. 20.

Hoc malum volens deuitare sponsa, à lectulo proprij amoris, & voluptatum omnium terrenarum consurgens, mortificationi tota incumbens, dilectum suum quæsiuit, & non stetit, quousque ad illum peruenit, dicens: *Tenui illum*, vtique per purum cordis affectum: *nec dimittam*, conuersa retrorsum, mortificationis exercitia dimittendo, per quæ renunciaui carnalibus, sed perseuerabo intrepida: *donec introducã illum in domum matris meæ*; id est, cœlestis patriæ, ad quam finaliter perseuerando perueniam.

Cant. 3. 3

Dicitur namque apertè à Paulo Mater nostra verbis illis ad Galatas, *Illa autem, quæ sursum est Hierusalem, libera est, quæ est mater nostra*: quia vnique descendentiam, seu genealogiam nostrã ab illa trahimus, de qua loquens Dominus dicit: *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo*, vt Doctor quidam confiderat. Gignimur namque ab illa per gratiæ donum, quod desuper venit nobis, iuxta illud, *Omne donum perfectum, desursum est, descendens à Patre luminum*: à quo nimirum gratuito istam accipimus. Ista igitur est mater nostra, quæ *libera* dicitur, iuxta Anselmum, *à seruitute peccati, & ab omni cupiditate sæculi, quia non peccat, nec sæcularia concupiscit.* Illi igitur assimilari cupientes, abstineamus nos pariter nũc à sæcularibus desiderijs, vt idem Doctor aduertit: quod per mortificationem contingit, per quam purificati tenemus, nunc *spe* Sponsum, vsquequo teneamus *re*, cùm spoliati carne mortali, intrabimus Ierusalem cœlestem, in quã nos introducere intelligimus illum, quatenus, quem primitus tenuimus corde, dum eramus in via, cum eodẽ perseueramus intrantes in regnum.

Gal. 4. 26

Isa. 3. 13.

Franc. Sãnius, Can. Vltraiectensis in symb. Isa. 1. 17

S. Anſel.

Ad hanc demum perseuerantiam exhortans Apostolus, dixit: *In disciplina perseuerate.* Dum mortificatione enim ibi est sermo, vt supra notauimus. Et post pauca ad illam animans rursum, ait: *Remissas manus, & soluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus vestris, vt non claudicans quis erret: magis autem sanetur.* Quam sanitatẽ per mortificationem acquisitam exponẽs Anselmus, dicit: *Fortitudo namque essentialiter in hoc relucet, quòd*

Hebr. 12. 7.

Hebr. 12. 12. & 13.

Anselm. 2.

quòd impedimẽta vincantur, quæ perſeuerantiæ finali poſsũt obſtare, vt obtineat quis coronam, & promittitur illi, iuxta illud: Eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.

Vnum hîc poſſet obijcere aliquis, ſe nimirum iam paſsiones omnes ſuas mortificatas habere, & vitia ſuperata, & ſic mortificatione amplius non indigere. Sed iſte fallitur, vt conſtat ex ijs, quæ volumine primo fusè ſunt dicta. Licet enim *ſupprimatur* fomes, qui eſt fons vitiorum, & omnium paſſionum; nunquam tamen *extinguitur*, dum mortali carne induimur. Quare ex illo sẽper pullulat, quod amputari per mortificationem oporteat; vt expertus docuit ille, quem te antecellere non ſine ſuperbiæ nota iactabis. *Credite*, inquit, *mihi, & putata repullulant, & effugata redeunt, & reaccenduntur extincta. Parum eſt ergo, ſemel putaſſe: frequenter putandum eſt, imò ſi fieri poteſt, ſemper: quia ſemper quod putari oportet, ſi non diſſimulas, inuenies.* Et S. Ephrem dixit: *Bellum militum breue, ſed monachi pugna, quouſque migret ad Dominum, durat.*

Bern. ſer. 58. in Cãtic.

S. Ephr. ex hore. ad pict. ſæc. I. pag. 7.

Cùm ergo *Virtus boni operis, perſeuerantia ſit*, vt Bernardus ex Gregorio aſſeruit, ſequitur, ſuo merito opera mortificationis fruſtrari, quæ incepta fuerunt, ſed nõ perfecta. Et ſic *oleum & operã perdere*, qui operatus ſic fuerit, & hinc ſtultus probatur. Et culpa creſcit ex dictis, dum facilitas maior ex longiori pugna ſuccedit, & præmium maius inæſtimabilis pretij. Igitur ad hanc pugnã indefeſſa cura curramus. Si enim pro corruptibili corona ſic curritur per abſtinentiam, vt Apoſtolus admonet; quomodo per eandem à vitijs pro incorruptibili non curremus? Perſeueranter ergo curramus, vt ſic comprehendamus.

Bern. de mod. bene viu. ſer. 20.

1. Cor. 9. 25.

Et hæc ſufficiant Propugnaculo iſto, in quo cognouiſti hoſtem, & *quibus armis*, & *quomodo* eum poſsis perimere. Ex quibus debes aliqua ſaltem ſelectiora in promptu habere de ſcripturis allatis, & Patribus, cum rationibus fulcientibus: vt per omnia poſsis, aut ſingula pro modo tentationis pugnare viriliter, & de hoſte proſtrato reportare victoriam. Et, Deo iamduce, ad Propugnaculum ſequens pergamus.

PRO-

Digitized by Google

PROPVGNACVLVM IV.

CONTRA ARIDITATEM SPIRITVS.

PRAEAMBVLVM.

ORDINE alphabetico sequitur hęc materia, quæ valde vtilis est, & spiritualem vitam profitentibus maximè necessaria, vt ex progressu illius constabit. Primò ergo proponemus doctrinam, per quam agnoscatur hic hostis. Secundò considerationes, per quas expugnandus sit.

Doctrina circa *ariditatem spiritus*.

AD puncta tria reducetur tota illius cognitio: videlicet, ad *quidditatem*, *causas*, & *effectus*. Quod per tria puncta distincta, claritatis gratia, præstabimus. Igitur sit

PVNCTVM I.

Quid *Spiritualis ariditas* sit.

REspondeo. *Est carentia quædam spiritualis humoris*. Quod patet, Primò apud Lucam 8. vbi Dominus ait: *Natum aruit*, & subditur causa, *quia non habebat humorem*. Est autẽ sermo de spirituali semine supra petram cadente; per quam, quia frigida, & sicca est, anima designatur, calore destituta, & humore diuino, quo semen seruatur, & germinat, iuxta illud Psalmistæ, *In stillicidijs eius lætabitur germinans*; & ideo pro causa ariditatis subditur ibi: *Quia non habebat humorem*. Luc. 8. Ps. 64. 11

Secundò constat ex eadẽ veritate Diuina apud Amos Prophetam vbi dicitur: *Et pars, super quam nõ pluit*; ecce humoris carentia: & effectus subiungitur, *aruit*. Amos 4. 7.

Per spiritualem autem humorem, intelligitur spiritualis quidam *gustus Dei*, seu *consolatio sensibilis, lætitia*, & *dulcedo interior*, qua cor impinguatur, vigescit, & dilatatur in via Dei. Nam 1. Petr. 2. 3.

de

de guſtu dicit Petrus: *Si tamen guſtaſtis, quoniam dulcis eſt Dominus*. Et Kempis de illo loquens, ſic ait: *Affectus ille bonus, & dulcis, quẽ interdum percipis, effectus gratiæ præſentis eſt, & quidã præguſtus gratiæ cœleſtis.*

Kemp. lib 3. c. 6. n. 2.

Pſal. 93. 19.

De *Conſolatione*, & *lætitia*, patet ſimiliter Pſalm. 93. *Conſolationes tuæ lætificauerũt animam meam:* & *Conſolationem*, illam vocat prædictus Kempis lib. 1. cap. 21. nu. 4. & *lætitiam*, S. Th. 2. 2. q. 82. ar. 4. in corp.

Kemp. de imit. Chriſti.

S. Thom.

De *dulcedine* etiam conſtat Pſ. 20. nu. 4. *Præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis*. De qua Abbas Gilibertus ſic dicit ſerm. 41. in Cant. *Expreſſa ſpiritualium dulcedine ſenſuum, nos facit oblectari*.

Pſal. 20.

Abb. Gilib

Pariter de pinguedine innotescit ex famelico illo dicente: *Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea:* & ita illam appellat S. P. Auguſtinus ſerm. 1. de ieiun. & orat. tom. 10. infra citãdo.

Pſ. 62. 6.

S. P. Aug.

Et tandem de *vigore*, & *delectatione*, conſtat ex verbis Pſalm. *Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilataſti cor meum*. Vbi vigor in curſu veloci, ex dilatatione patet cit. Proinde de vigore ait Bernardus: *Cũ præſtò eſt, quod amatur, viget mor*. Et de dilatatione ſic dicit: *In laboribus vniuerſis viuas ſine labore, dilatato nimirum corde*. Et in pſalmo alio dicitur: *In tribulatione dilataſti mihi*.

Pſal. 118. 32.

S. Bern. ſer. 51. in Cant ante med. idem ſer. 3. de circumciſ. Pſal. 4. 1.

Deuotio etiam appellatur, vt infra patebit, & nominibus alijs, vt *lac*, *mel*, *oleum*, *gaudium*, & *iucunditas*, & ſimilibus, vt ex lectione myſticorum Theologorum facile eſt videre.

Non ſolùm autem ſpiritualis gratia iſta ſentitur in anima, verùm etiam in appetitu inferiori, & corpore, iuxta illud: *Cor meũ, & caro mea exultauerunt in Deum viuum*.

Pſ. 83. 3.

Præcipuè autem in effectiua parte exiſtit: cùm ad eam *vnio*, *promptitudo*, *gaudium*, *conſolatio*, & cæteri motus pertineant, qui propriè ad voluntatem ſpectant. At quia hæc ab intellectu mouetur per ſpeciales illuſtrationes, & lumina, quibus beniguiſſimus Dominus ſolet quandoque ſuorum ſeruorum intellectum illuminare; ad hanc gratiam pertinere dicuntur, & pinguedinem hanc ſuo modo participare. De qua Kempis loquens, ſic dixit: *Deſidero pacis gaudium, pacem filiorum tuorum flagito, qui in lumine conſolationis à te paſcuntur*. Conſolatio enim ad affectum pertinet, & lumen ad intellectum; tamen quia ille excitatur ab iſto, illius paſtus, lumen dicitur.

Th. à Kẽ. p. 1. lib. 3. c. 50. n. 2.

Quod pariter ſignificauit Prophetà, cùm dixit: *Et in meditatione mea exardeſcit ignis*. Meditatio namque ad intellectum ſpectat: *ignis*, per quem charitas deſignatur, ad voluntatem, quæ

Pſ. 38. 4.

cal or

Digitized by Google

calore illius ſpecialiter fota, pinguescit. Et in hoc ſenſu pinguescere quoque, & ditescere per illuminationē intelligitur; eo quòd bonum intellectum, ſit voluntatis obiectū, dicente Auguſtino, quòd *voluntas ex intelligentia oriatur*.

S. P. Aug. de Trin. lib 14. c. 8 tom. 3.

Quod totum confirmans Sanctus Bonauentura, dixit: *Cùm deuotio ſit piæ affectionis pinguedo, & magis ſe habeat ad affectum, quàm ad intellectum, perfecta tamen non eſt deuotio, ſine lumine intellectus*. Vbi iuxta expoſitionem Suarez de religionis virtute,

Bon. to. 2. opuſc. de proceſſ. relig. lib. 7. c. 16.

Suar.

lib. 2. cap. 6. nu. 18 loquitur Seraphicus Doctor de deuotione accidentaria, per quā intelligit ſpecialem gratiam iſtam, de qua loquimur, aridirati oppoſitam: & nō de deuotione ſubſtantiali, quæ non cōſiſtit ſubſtantialiter in motibus ſenſibilibus enarratis, ſed in voluntate deliberata, tradendi ſe *promptè* diuino obſequio, vt docet Angelicus Doctor, his verbis:

S. Th 2. 2 q 82. a. 1. in corp. & art. 3.

Deuotio nihil aliud eſſe videtur, quàm voluntas quædam promptè tradendi ſe, ad ea, quæ pertinent ad Dei famulatum.

Quod ſine talibus ſentimentis conſiſtere poteſt, vt loco citato num. ſequenti idem Suarez notat. & docet Granata ſimilitudine, & exemplo. Similitudine vtique itinerantis, qui ſumpta refectione, licèt ſine guſtu, tamen vires capit ad proſequendum iter: ita ſubſtantialis deuotionis gratia ex ſe vires dat, & promptitudinem ad progreſſum in via Dei, licèt non guſtetur quandoque. Exemplo etiam Domini noſtri in horto; vbi cordis ariditatem patiens ſponte pro nobis vſque ad agoniā mortis, cum ſanguinis copioſa effuſione: tamen in obſequium voluntatis Patris ſui, quam ſciebat eſſe, quòd in manus iniquorum traderetur, animosè obuiam eis perrexit, vt patet ex verbis illis: *Surgite, eamus, ecce, qui me tradet, prope eſt*, vt vol. 1. 42. induſtr. 7. cap. 2. notauimus. Sed quid tædio affectum mortali, ita promptum reddidit ad traditionem, quòd non ſolum non fugeret, cùm optimè poſſet, ſed acriter obuiam inimicis procederet? Deuotio iſta interior ex amore orta, qui vbi eſt, tarditatē neſcit, & ignorat difficultatem.

Mar. 14.

Suar.

Granat.

Igitur vera deuotio, ſine his ſentimētis ſenſibilibus cōſtat: in quo multi decipiuntur, vt dictus Granata notat, penſantes, ſe illa deſtitutos, cùm iſtis carent.

Pro cuius maiori explicatione notandum, triplicem eſſe promptitudinē, vt loco citato Suarez docet: aliam *deliberationis*; &, hanc præbet affectus ille, qui pertinet ad affectū deuotionis *ſubſtantialis* (ſic enim eam ipſe nominat) definitæ à ſancto Thoma, & hanc ait, *per ſe pertinere ad deuotionem*. Alia autem eſt, prōptitudo *executionis*, quæ dupliciter poteſt contingere. Primò ex habitu acquiſito per frequen-

Suar.

Lud. Granat. tract. de deuot. cap. 1.

taros

Digitized by Google

tatos actus, vel ex ablatione impedimentorum, quæ possunt esse, vt ipse ait; vel corporis indispositi, vel inferioris appetitus, aut dæmonis. Istam ergo promptitudinem extrinsecam, seu per accidens esse, respectu prioris, affirmat; quæ, si consideretur quantum ad id, quod per se confert, promptitudo est, quæ cum efficaci deliberatione retenta, semper per se est coniuncta. Vnde concludit, non illi obstare, quòd in exequutione difficultatem sentiat ex prædictis impedimentis: nam hoc erit per accidens, cùm ex se, illis remotis, promptitudinem in operãdo det.

Alia verò est promptitudo distincta ab eodem Auctore, quę *delectationis* appellari potest: quia scilicet, ex delectatione, seu gustu sensibili spirituali procedit. *Ea enim* (vt ipse inquit) *quæ delectabiliter, ac suauiter facimus, promptiùs, & faciliùs præstamus*. Quod patet etiam ex Propheta dicente: *Viam mandatorum tuorum cucurri*; & causam velocis cursus subdens, ait, *Cùm dilatasti cor meum*. Dilatatur autem, cùm lætatur; quẽadmodum stringitur, cùm tristatur, vt notat Granata loco citato. Igitur quatenus gratia ista dulcedinis, seu spiritualis gustus, ad ea, quæ sunt Dei, promptum reddit, deuotio dici potest, iuxta hunc doctorem, & sanctum Bonauenturam citatũ. Quod D. Bernardus etiam docuit serm. 3. de circ. iam adducto, vbi sic ait: *Roga dari tibi deuotionis lumen, diem serenissimum, & sabbatum mentis, in quo tanquã emeritus miles in laboribus vniuersis viuas absque labore, dilatato nimirum corde, currens viam mandatorum Dei; vt quod priùs cum amaritudine, & coactione tui spiritus faciebas, de cætero iam cum summa dulcedine peragas, & delectatione*. In hoc quoque sensu dixit serm. 21. in Cantic. *Diuina consolatio deuotos facit*. Et idem signauit Kempis, cùm dixit *Si das pacem, si gaudium sanctum infundis, erit anima serui tui plena modulatione, & deuota in laude tua*.

Psal. 118 32. — Gran. — S. Bonau. — S. Bern. — Kemp. lib. 1. c. 50. n. 2.

In carẽtia ergo spiritualis gratiæ istius, quæ vltra nomina superiùs assignata, *humor, pluuia, aqua, serotinus imber, stillicidium*, & *vinum inebrians*, frequenter nominatur ab scripturis diuinis, ariditas ista consistit. Quam, qui patiebatur, dixit: *Anima mea sicut terra sine aqua tibi:* Quæ quidem variè à Doctoribus, & à sacro eloquio appellatur, videlicet, *mentis siccitas, sterilitas, frigus, ventus vrens, tædium, amaritudo, tribulatio, tristitia, languor, angor, desolatio, tenebræ, & somnus*, vt infra punct. 3. magis constabit, cùm egerimus de illius effectibus. Et hæc quantum ad primum punctũ de *quidditate* Supereſt.

Ps. 142. 6

PVN-

Digitized by Google

PVNCTVM II.

De cauſis *ariditatis* iſtius.

CVm ex dictis conſtet, ariditatem in carentia conſolationis diuinæ conſiſtere, quidquid iſtã ſubtrahit, negat, aut impedit, ariditatis cauſa probatur.

Duplicem igitur conſtat eſſe, aliam nimirum principalem *ſubtractiuam*, quæ eſt Deus. Aliam minus principalem *impeditiuam*, qui ſumus nos: Et de omnibus ſingillatim dicendum.

Et de principali *ſubtractiua* patet, quia cùm, teſte Scriptura, *omne donum deſurſum ſit*, & graria iſta ſpecialis, per cuius carentiam contingit ariditas, donum Dei ſit; clarum eſt, per illius negationem, aut ſubtractionem, ariditatem cauſari. Quod agnoſcens ſanctus Iob, dixit: *Si continuerit aquas*; ecce ſubtractio: *Omnia ſiccabuntur*; ecce ariditas, non tantùm reſpectu imperfectorum ponentium obicem; ſed etiam reſpectu perfectorum non impediẽtium, vt verbum, *omnia*, neminem excludẽs indicat ſatis.

Iacob 1. 17.

Iob c. 12. 15.

Huius autem ſubtractionis diuinæ vlteriùs cauſas rimantes, tres apud myſticos Theologos præcipuas reperimus, videlicet; *purificare amorem, exercere humilitatem, probare perſeuerantiam*: periclitarentur enim omnia iſta per aquarum huius gratiæ redundantiam. In quo ſenſu ſanctus Iob ſubdit: *Si emiſerit eas, ſubuertent terram*; vtique cordis noſtri. Ideo idem ſanctus dixit de hac viſitatione Dominica, *viſitas eum diluculo*, vtique conſolando. Et vt caueantur prędicta pericula impuritatis, elationis, aut inſtabilitatis, ſubiungit, *& ſubitò probas illum*.

S. Iob ibid.

Idem c. 7. 18.

Primam igitur cauſam ſubtractionis iſtius docet Venerabilis Pater noſter Thomas à Ieſu, Luſitanus, ſplendor Ordinis noſtri, in aureo ſanè illo libro, & vehementer ignito, de laboribus Domini Iesv, labore 47. vbi de hoc agens, ſic dicit: *Ita ſe gerit Deus* (vtique ſubtrahendo conſolationem ſuam diuinam) *ad purificandum perfectè amorem ſui, vt non quærãt* (ſcilicet, ſerui eius) *neque ament maieſtatem ſuam diuinam ob mercedem, quam ab ipſo expectent, ſed propter bonitatem ſuam dignam ſolam amore*. Ex quo ſubdit reſignationẽ oriri, qua æque ſuſtineant Dominum abſentem, ac præſentem, id eſt, conſolantem, vel deſolantem per ſui ſubtractionem.

Ven. Pa Thomà Ieſu.

Secundam cauſam, ſcilicet, humilitatis exercitium, docet sãctus Abbas Daniel relatus à Caſſiano: *Vt paulliſper* (inquit) *à Domino derelicti, & mentis noſtræ infirmitatem humiliter intuentes, ſuper præcedente puritate cordis, quæ vobis, illius eſt vi-*

S. Abbas Dan. coll. 3. cap. 4.

ri,non ſentiens deinceps in tota vita ſua libidinis motus. Quod a. liis sãctis viris,efficaciter ſui mortificationi vacantibus, dignatus eſt Dominus elargiri benigniter. Quod nobis etiam poterit euenire,ſi ſtrenuè militauerimus illi.

DISCVRSVS VI.

Circa modum *frequenter*.

NOn eſt ſatis *fortiter & efficaciter*,ſemel mortificaſſe ſe,ſed oportet hoc ſæpius facere. Quod ſignificarunt ſponſæ digiti qui *myrrha probatiſsima pleni erant*, per quam mortificatio ſignabatur [1]. Et *probatiſsima* dicitur, quia inceſſanter exhibita, vt exponit ſanctus Gregorius verbis his: *Digiti myrrha probatiſsima pleni eſſe perhibentur, quia in omni quod agitur, ſemper neceſſe eſt, vt mortificatio carnalitatis teneatur. Quæ tunc probatiſsima eſſe iure dicitur, quando in omni ſuggeſtione, quæ ab hoſte ingeritur, ſine ceſſatione voluptas carnalis tenetur, ne ſuſcipiatur.*

Cant. 5. 5.

S. Gregor.

Duabus autem potiſſimum de cauſis probatur neceſſaria hæc frequentia. Prima, quia cùm terra cordis noſtri vitiata per culpã, tribulos, & ſpinas inordinatarum paſsionum, & vitiorum, indeſinenter germinet nobis, mortificationis vomere frequenter ſulcanda eſt, & falce putandũ, quod malè germinat ſursũ,iuxta S. Hieronymi dictũ: *Aequum eſt, vt quod crebro male pullulat, crebriùs ſuccidatur*. Et ideo Dominus crebram mortificationem hanc conſulens, apud Lucam dixit: *Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam*: & ſignanter addit, *quotidie*, vt neceſsitatem huius frequentiæ omnibus intimaret. Imò Paulus teſtatur, ſemper oportere illam in nobis circumferre, dicens: *Semper mortificationem Ieſu Chriſti in corpore noſtro circumferentes*. Quod ſaltem de promptitudine animi ad ſe abnegandum, intelligendũ eſt, ex qua frequẽter in actus ſit prorumpendum.

S. Hieron. prolog. in Pſalt.

Luc. 9. 23.

2. Cor. 4. 10.

Secunda cauſa eſt facilitas maior, in quam quiſque ingreditur, qui crebriùs huic exercitio vacat: frequentatione enim actuum acquiritur habitus, qui facilitatem tribuit operandi, vt docent Philoſophi, & experientia ipſa, & S. Dorotheus tradidit verbis iſtis: *Si conſueueris propriam voluntatem amputare, per Chriſti gratiam, & miſericordiam acquires habitum, quo omnia ſine moleſtia, & controuerſia facies.*

S. Doroth. ſerm. 17.

Quod ſanè etiam iuxta interpretationem Lyrani ſpiritus Diuinus ſignificauit,cùm dixit: *Ducam te per ſemitas æquitatis; quas cùm ingreſſus fueris,non arctabuntur greſſus tui, & current non habebis offendiculum*. Semitæ

Lyran. Prou. 4. 11 & 12.

Digitized by Google

mitæ enim, viæ ſunt anguſtæ, per quas mortificationum exercitia ſignificata veniunt : & *æquitatis* dicuntur, quia hic præcipuus finis eſt exercitationum iſtarum, ſubdere, videlicet, mentem Deo, & carnem menti : in quo æquitas quædam cernitur, & rectitudo, vt ſuperiùs eſt notatum ; & meritò ad propoſitum ſubiũgitur, *Quas cum ingreſſus fueris* : quod tunc contingit, quando primus actus iuſtitiæ viriliter fit, quo caro ſpiritui ſubiugatur ; ex quo frequẽtato actu, ingreditur perfectionis viam, calcando vitia abſque difficultate, propter habitus acquiſitos : & ideo ſubditur, *Non arctabuntur greſſus tui* ; imò curres ſine offendiculo : quia caro, quæ priùs recalcitrabat, domata iam, collum libenter ſubdit ſpiritui fortiori : Quod Kempis pariter nouerat, dum monuit : *Hoc deberet eſſe negotium noſtrum, vincere, videlicet, ſeipſum, & quotidie ſeipſo fortiorem fieri, atque in melius proficere.* Vbi quotidianis victorijs attribuit vires maiores, & inde maioré inſinuat profectum orîri. Quod etiam verba illa Diuina ſignificãt: *Egeſtatẽ operata eſt manus remiſſa* : quæ, ſcilicet, quod hodie viriliter agit, craſtino omittit ignauiter. *Manus autem fortium*, quæ nimirum perſeuerat conſtanter, *diuitias parat*, vtique ſpirituales, quæ ex aſsidua mortificatione proueniunt.

Kemp. lib. 1. c. 3. n. 3

Prou. 10. 4.

Hoc quippe diſcrimen eſt inter corporis operationes, & animæ : quia corpus, quò plus operatur, eo magis laſſatur : anima autem in via Dei ambulans, quò magis operatur, eò plus roboratur. Quod quidam Sapiens pulchris huiſce verbis intimauit: *Caro operando deficit : ſpiritus operando proficit*. Animus enim remiſſione frangitur, quemadmodũ arcus intenſione: vnde Prouerbium ait: *Arcum frangit intenſio : animũ remiſſio*. Igitur cùm argumentũ per oppoſitum validum ſit, operatio roborabit animum, quæ frequens vtique fuerit: & potes pro his videre, quæ volum. 1. induſtr. 16. de ſtatu tepôris tradidimus, vbi ceſſationi ab actibus attribuimus illum, & valde periculoſum aſſerimus, ac ruinoſum.

Paulus Mann. in adag.

Vnde hinc etiam amplectenda eſt quotidiana crux, ne crura frãgantur animæ, quæ ſunt virtutes, quibus ſtabilitur, vt valeat calcatis vitijs, feliciter viam Dei ſine offendiculo currere, vt Baſilius etiam cuidam diſcipulo ſuo, his verbis conſuluit : *Neceſſe eſt, vt in præcurrendo vitæ iſtius ſingularis ſtadio, quod ſemel tanta cũ alacritate ingreſſus es, alacriores quotidie, tibiipſi, atque acriores addas aculeos, conſtantiſsimè hærens officio*. Et Sanctus Bonauentura pariter ſic admonuit ex Gregorio: *Benè cæpta cunctis diebus agenda ſunt, vt cùm malum pugnãdo repellitur, ipſa boni victoria,*

S. Baſil. epiſt. ad Chilon.

S. Bonau. lib. 2. phar. c. 24.

Digitized by Google

ria, constanti animo teneatur.

His ergo benè pensatis, vide charissime frater, quot emolumẽta ex quotidiana mortificatione proueniunt, & quot mala ex interruptione ignaua; & elige, quod Scripturæ clamant, ratio dictat, & experti milites consulunt, quia militabis securiùs.

DISCVRSVS VII. & vltimus.

Circa modum *perseuerãter*.

HIc per perseuerantiam, *finalem* intelligo, quæ, scilicet, ad mortem vsque perdurat, & *propriè* à sacris Theologis perseuerãtia dicitur; de qua Scriptura ait: *Qui perseuerauerit vsque ad finem, hic saluus erit.* Cùm autem vnaquæque dies, & hora, vltima esse possit, iuxta Dominicum dictum Luc. 12. 40. & per mortificationem præparemur ad vitam, per singulos dies perseuerantiam hanc sollicitè quærere oportet. Quapropter ad mortificationis hunc modũ iuuat modus *frequenter*, de quo in præcedenti discursu.

Matt. 10. 22.

Et primò, defectu modi istius præsentis, stultos Galatas appellauit Apostolus, qui emolumenta narrata perseuerantiæ quotidianæ, nihili facientes, ad carnalia redierunt, cùm tamen ex mortificatione incæpta, facilis progressus in via Dei deberet potiùs prouenire. *Sic*, inquit, *stulti estis, vt cùm spiritu cœperitis*, id est, *spiritualiter viuere*, vt benè Anselmus exponit. Quemadmodum namque spiritualis dicitur ille, in quo spiritus, ratio, scilicet, dominatur carni, in quo consistit mortificatio, secundum illud: *Si autẽ spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis*; vtique nunc spiritualiter, & postea æternaliter, vt supra notauimus: ita spiritualiter viuere, mortificatè est viuere. Stultitia ergo in hoc apparet, quòd cùm debuissent potiùs progressum fecisse, tamen in regressum opprobriosè inciderunt: ideoque subiungit: *Nunc carne consumemini*, vt legũt Anselmus, & Theophilactus, qui sic exponit: *Cùm in dies semper sit aliquid virtuti addendum, non modò nil quippiam adiecistis, sed defecisse potiùs quàm profeciss videmini.*

Gal. 3. 3.

Anselm.

S. Ansel. & Theophilact.

Rom. 8. 3.

Quapropter eum meritò Dominus regno reijcit, qui mortificationem ad finem non prouehit, proferens generalem sententiam: *Nemo mittens manũ suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei*: à quo vtique excluduntur stulti, quia à mortificatione desistunt. Per aratrum namque, quo scinditur terra, mortificatio designatur, vt põderauimus supra. Mittis ergo ad illud manum tuam, cùm mortificationem amplecteris; retrò respicis, cùm sistis, vt Bernardus ex-

Luc. 9. 62.

Digitized by Google

S. Bern. epiſt. 1. ad Rober. ne pot. ſuã.

exponit, dicens; *Siſti, proculdubio retro aſpicere eſt.* Siſti autem perſeuerare non eſt. Qui ergo nõ perſeuerat, regno indignus eſt. Bonum incępiſti, ſed quia nõ perfeciſti, periſti. Ideo inquit Hieronymus: *Non quæruntur in Chriſtianis initia, ſed finis. Paulus malè cœpit, ſed finiuit bene. Iudæ laudãtur exordia, ſed finis proditione damnatur.* Quod cõfirmans Gregorius à S. Bernardo allatus, dicit: *Incaſſum bonum agitur, ſi ante terminum vita deſeratur.*

S. Hier. epiſtol. ad Firm. Virgin.

Bern. de mod. benè viuendi, ſerm. 20.

Hoc malum volens deuitare ſponſa, à lectulo proprij amoris, & voluptatum omnium terrenarum conſurgens, mortificationi tota incumbens, dilectum ſuum quæſiuit, & non ſtetit, quouſque ad illum peruenit, dicens: *Tenui illum*, vtique per purum cordis affectum: *nec dimittam*, conuerſa retrorſum, mortificationis exercitia dimittendo, per quæ renunciaui carnalibus, ſed perſeuerabo intrepida: *donec introducã illum in domum matris meæ*; id eſt, cœleſtis patriæ, ad quam finaliter perſeuerando perueniam. Dicitur namque apertè à Paulo Mater noſtra verbis illis ad Galatas, *Illa autem, quæ ſurſum eſt Hieruſalem, libera eſt, quæ eſt mater noſtra*: quia v. ique deſcendentiam, ſeu genealogiam noſtrã ab illa trahimus, de qua loquens Dominus dicit: *Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo*, vt Doctor quidam confiderat. Gignimur namque ab illa per gratiæ donum, quod deſuper venit nobis, iuxta illud, *Omne donum perfectum, deſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum*: à quo nimirum gratuito iſtam accipimus. Iſta igitur eſt mater noſtra, quæ *libera* dicitur, iuxta Anſelmum, *à ſeruitute peccati, & ab omni cupiditate ſæculi, quia non peccat, nec ſæcularia concupiſcit.* Illi igitur aſſimilari cupientes, abſtineamus nos pariter nũc à ſæcularibus deſiderijs, vt idem Doctor aduertit: quod per mortificationem contingit, per quam purificati tenemus, nunc *ſpe* Sponſum, vſquequo teneamus *re*, cùm ſpoliati carne mortali, intrabimus Ieruſalem cœleſtem, in quã nos introducere intelligimus illum, quatenus, quem primitus tenuimus corde, dum eramus in via, cum eodẽ perſeueramus intrantes in regnum.

Gal. 4. 26

Iob. 3. 13.

France. Sanius Can. Vltraiectenſis in ſymb. Iac. 1. 17

S. Anſel.

Ad hanc demum perſeuerantiam exhortans Apoſtolus, dixit: *In diſciplina perſeuerate.* De mortificatione enim ibi eſt ſermo, vt ſupra notauimus. Et poſt pauca ad illam animans rurſum, ait: *Remiſſas manus, & ſoluta genua erigite, & greſſus rectos facite pedibus veſtris, vt non claudicans quis erret: magis autem ſanetur.* Quam ſanitatẽ per mortificationem acquiſitam exponẽs Anſelmus, dicit: *Fortitudo namque eſſentialiter in hoc relucet, quòd*

Hebr. 12. 7.

nu. 12. & 13.

Anſelm. 2.

quòd impedimẽta vincantur, quæ perſeuerantiæ finali poſſũt obſtare, vt obtineat quis coronam, & promittitur illi, iuxta illud: Eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.

Vnum hîc poſſet obijcere aliquis, ſe nimirum iam paſsiones omnes ſuas mortificatas habere, & vitia ſuperata, & ſic mortificatione amplius non indigere. Sed iſte fallitur, vt conſtat ex ijs, quæ volumine primo fusè ſunt dicta. Licet enim *ſupprimatur* fomes, qui eſt fons vitiorum, & omnium paſſionum; nunquam tamen *extinguitur*, dum mortali carne induimur. Quare ex illo sẽper pullulat, quod amputari per mortificationem oporteat; vt expertus docuit ille, quem te antecellere non ſine ſuperbiæ nota iactabis. *Credite*, inquit, *mihi, & putata repullulant, & effugata redeunt, & reaccenduntur extincta. Parum eſt ergo, ſemel putaſſe: frequenter putandum eſt, imò ſi fieri poteſt, ſemper: quia ſemper quod putari oportet, ſi non diſſimulas, inuenies.* Et S. Ephrem dixit: *Bellum militum breue, ſed monachi pugna, quouſque migret ad Dominum, durat.*

Bern. ſer. 58. in Cãtic.

S. Ephr. ex hore. ad pict. ſe. 1. pag. 7.

Cùm ergo *Virtus boni operis, perſeuerantia ſit*, vt Bernardus ex Gregorio aſſeruit, ſequitur, ſuo merito opera mortificationis fruſtrari, quæ incepta fuerunt, ſed nõ perfecta. Et ſic *oleum & operã perdere*, qui operatus ſic fuerit, & hinc ſtultus probatur. Et culpa creſcit ex dictis, dum facilitas maior ex longiori pugna ſuccedit, & præmium maius inæſtimabilis pretij. Igitur ad hanc pugnã indefeſſa cura curramus. Si enim pro corruptibili corona ſic curritur per abſtinentiam, vt Apoſtolus admonet; quomodo per eandem à vitijs pro incorruptibili non curremus? Perſeueranter ergo curramus, vt ſic comprehendamus.

Bern. de mod. benè viu. ſer. 20.

1. Cor. 9. 25.

Et hæc ſufficiant Propugnaculo iſto, in quo cognouiſti hoſtem, & *quibus armis*, & *quomodo* eum poſsis perimere. Ex quibus debes aliqua ſaltem ſelectiora in promptu habere de ſcripturis allatis, & Patribus, cum rationibus fulcientibus: vt per omnia poſsis, aut ſingula pro modo tentationis pugnare viriliter, & de hoſte proſtrato reportare victoriam. Et, Deo iamduce, ad Propugnaculum ſequens pergamus.

PRO-

Digitized by Google

PROPVGNACVLVM IV.

CONTRA ARIDITATEM SPIRITVS.

PRAEAMBVLVM.

ORDINE alphabetico sequitur hęc materia, quæ valde vtilis est, & spiritualem vitam profitentibus maximè necessaria, vt ex progressu illius constabit. Primò ergo proponemus doctrinam, per quam agnoscatur hic hostis. Secundò considerationes, per quas expugnandus fit.

Doctrina circa *ariditatem spiritus*.

AD puncta tria reducetur tota illius cognitio: videlicet, ad *quidditatem*, *causas*, & *effectus*. Quod per tria puncta distincta, claritatis gratia, præstabimus. Igitur sit

PVNCTVM I.

Quid *Spiritualis ariditas* sit.

REspondeo. *Est carentia quadam spiritualis humoris*. Quod patet, Primò apud Lucam 8. vbi Dominus ait: *Natum aruit*, & subditur causa, *quia non habebat humorem*. Est autē sermo de spirituali semine supra petram cadente; per quam, quia frigida, & sicca est, anima designatur, calore destituta, & humore diuino, quo semen seruatur, & germinat, iuxta illud Psalmistæ, *In stillicidijs eius lætabitur germinans*; & ideo pro causa ariditatis subditur ibi: *Quia non habebat humorem*.

Secundò constat ex eadē veritate Diuina apud Amos Prophetam vbi dicitur: *Et pars, super quam nō pluit*; ecce humoris carentia: & effectus subiungitur, *aruit*.

Per spiritualem autem humorem, intelligitur spiritualis quidam *gustus Dei*, seu *consolatio sensibilis, lætitia*, & *dulcedo interior*, qua cor impinguatur, vigescit, & dilatatur in via Dei. Nam

de

dus Bern. in mod. bene vin. ser. 10.
tur,
onis
,sed
ope-
fue-
. Et
faci-
na,
in-
anc
us.
ona
, vt
odo 1. Cor. 15.
ru-
ue-
om-
na-
ho-
mo.
qui-
io-
tu-
ra-
m-
do
&
vi-
ad
a-

de guſtu dicit Petrus: *Si tamen guſtaſtis, quoniam dulcis eſt Dominus*. Et Kempis de illo loquens, ſic ait: *Affectus ille bonus, & dulcis, quẽ interdum percipis, effectus gratiæ præſentis eſt, & quidã præguſtus gratiæ cœleſtis.*

Kemp. lib. 3. c. 6. n. 1.

Pſal. 93. 19.

De *Conſolatione*, & *lætitia*, patet ſimiliter Pſalm. 93. *Conſolationes tuæ lætificauerũt animam meam:* & *Conſolationem*, illam vocat prædictus Kempis lib. 1. cap. 21. nu. 4. & *lætitiam*, S. Th. 2. 2. q. 82. ar. 4. in corp.

Kemp. de imit. Chriſti.

S. Thom.

De *dulcedine* etiam conſtat Pſ. 20. nu. 4. *Præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis*. De qua Abbas Gilibertus ſic dicit ſerm. 41. in Cant. *Expreſſa ſpiritualium dulcedine ſenſuum, nos facit oblectari*.

Pſal. 20.

Abb. Gilib

Pariter de pinguedine innotescit ex famelico illo dicente: *Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea*: & ita illam appellat S. P. Auguſtinus ſerm. 1. de ieiun. & orat. tom. 10. infra citãdo.

Pſ. 62. 6.

S. P. Aug.

Et tandem de *vigore*, & *delectatione*, conſtat ex verbis Pſalm. *Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilatasti cor meum*. Vbi vigor in curſu velocitate pate cit. Proinde de vigore ait Bernardus: *Cũ præſtò eſt, quod amatur, viget mor*. Et de dilatatione ſic dicit: *In laboribus vniuerſis viuas ſine labore, dilatato nimirum corde*. Et in pſalmo alio dicitur: *In tribulatione dilatasti mihi*.

Pſal. 118. 32.

S. Bern. ſer. 51. in Cant. ante med. idem ſer. 3. de circumciſ. Pſal. 4. 1.

Deuotio etiam appellatur, vt infra patebit, & nominibus alijs, vt *lac*, *mel*, *oleum*, *gaudium*, & *iucunditas*, & ſimilibus, vt ex lectione myſticorum Theologorum facile eſt videre.

Non ſolùm autem ſpiritualis gratia iſta ſentitur in anima, verùm etiam in appetitu inferiori, & corpore, iuxta illud: *Cor meũ, & caro mea exultauerunt in Deum viuum*.

Pſ. 83. 3.

Præcipuè autem in effectiua parte exiſtit: cùm ad eam *vnio*, *promptitudo*, *gaudium*, *conſolatio*, & cæteri motus pertineant, qui propriè ad voluntatem ſpectant. At quia hæc ab intellectu mouetur per ſpeciales illuſtrationes, & lumina, quibus benigniſsimus Dominus ſolet quandoque ſuorum ſeruorum intellectum illuminare; ad hanc gratiam pertinere dicuntur, & pinguedinem hanc ſuo modo participare. De qua Kempis loquens, ſic dixit: *Deſidero pacis gaudium, pacem filiorum tuorum flagito, qui in lumine conſolationis à te paſcuntur*. Conſolatio enim ad affectum pertinet, & lumen ad intellectum; tamen quia ille excitatur ab iſto, illius paſtus, lumen dicitur.

Th. à Kẽ. l. 3. c. 50. n. 2.

Quod pariter ſignificauit Prophetà, cùm dixit: *Et in meditatione mea exardeſcit ignis*. Meditatio namque ad intellectum ſpectat: *ignis*, per quem charitas deſignatur, ad voluntatem, quæ

Pſ. 38. 4.

cal or

Digitized by Google

calore illius ſpecialiter fota, pinguescit. Et in hoc ſenſu pinguescere quoque, & ditescere per illuminationē intelligitur; eo quòd bonum intellectum, ſit voluntatis obiectū, dicente Auguſtino, quòd *voluntas ex intelligentia oriatur*.

S.P. Aug. de Trin. lib 14. c. 8 tom. 3.

Quod totum confirmans Sanctus Bonauentura, dixit: *Cùm deuotio ſit piæ affectionis pinguedo, & magis ſe habeat ad affectum, quàm ad intellectum, perfecta tamen non eſt deuotio, ſine lumine intellectus*. Vbi iuxta expoſitionem Suarez de religionis virtute, lib. 2. cap. 6. nu. 18 loquitur Seraphicus Doctor de deuotione accidentaria, per quā intelligit ſpecialem gratiam iſtam, de qua loquimur, aridirati oppoſitam: & nō de denotione ſubſtantiali, quæ non cōſiſtit ſubſtantialiter in motibus ſenſibilibus enarratis, ſed in voluntate deliberata, tradendi ſe *promptè* diuino obſequio, vt docet Angelicus Doctor, his verbis:

Bon. 2. 2. epuſc. de proceſſ. religi. lib. 7. c. 16.

S. Th 2. 2 q 82 a. 1. in corp. & art. 3.

Deuotio nihil aliud eſſe videtur, quàm voluntas quædam promptè tradendi ſe, ad ea, quæ pertinent ad Dei famulatum.

Suar.

Quod ſine talibus ſentimentis conſiſtere poteſt, vt loco citato num. ſequenti idem Suarez notat. & docet Granata ſimilitudine, & exemplo. Similitudine vtique itinerantis, qui ſumpta refectione, licèt ſine guſtu, tamen vires capit ad proſequendum iter: ita ſubſtantialis deuotionis gratia ex ſe vires dat, & promptitudinem ad progreſſum in via Dei, licèt non guſtetur quandoque. Exemplo etiam Domini noſtri in horto; vbi cordis ariditatem patiens ſponte pro nobis vſque ad agoniā mortis, cum ſanguinis copioſa effuſione: tamen in obſequium voluntatis Patris ſui, quam ſciebat eſſe, quòd in manus iniquorum traderetur, animosè obuiam eis perrexit, vt patet ex verbis illis: *Surgite, eamus, ecce, qui me tradet, prope eſt*, vt vol. 1. 42. induſtr. 7. cap. 2. notauimus. Sed quid tædio affectum mortali, ita promptum reddidit ad traditionem, quòd non ſolum non figeret, cùm optimè poſſet, ſed acriter obuiam inimicis procederet? Deuotio iſta interior ex amore orta, qui vbi eſt, tarditatē neſcit, & ignorat difficultatem.

Lud. Granat. trac. de deuot. cap. 1.

Igitur vera deuotio, ſine his ſentimētis ſenſibilibus cōſtat: in quo multi decipiuntur, vt dictus Granata notat, penſantes, ſe illa deſtitutos, cùm iſtis carent.

Grana

Pro cuius maiori explicatione notandum, triplicem eſſe promptitudinē, vt loco citato Suarez docet: aliam *deliberationis*; & hanc præbet affectus ille, qui pertinet ad affectū deuotionis *ſubſtantialis* (ſic enim eam ipſe nominat) definitæ à ſancto Thoma, & hanc ait, *per ſe per tinere ad deuotionem*. Alia autem eſt, prōptitudo *executionis*, quæ dupliciter poteſt contingere. Primò ex habitu acquiſito per frequen-

Suar.

tatos

PVNCTVM II.

De cauſis *ariditatis* iſtius.

CVm ex dictis conſtet, ariditatem in carentia conſolationis diuinæ conſiſtere, quidquid iſtã ſubtrahit, negat, aut impedit, ariditatis cauſa probatur.

Duplicem igitur conſtat eſſe, aliam nimirum principalem *ſubtractiuam*, quæ eſt Deus. Aliam minus principalem *impeditiuam*, qui ſumus nos. Et de omnibus ſingillatim dicendum.

Et de principali *ſubtractiua* patet, quia cùm, teſte Scriptura, *omne donum deſurſum ſit*, & gratia iſta ſpecialis, per cuius carentiam contingit ariditas, donum Dei ſit; clarum eſt, per illius negationem, aut ſubtractionem, ariditatem cauſari. Quod agnoſcens ſanctus Iob, dixit: *Si continuerit aquas*; ecce ſubtractio: *Omnia ſiccabuntur*; ecce ariditas, non tantùm reſpectu imperfectorum ponentium obicem; ſed etiam reſpectu perfectorum non impedientium, vt verbum, *omnia*, neminem excludẽs indicat ſatis.

Iacob 1. 17.

Iob 12. 15.

Huius autem ſubtractionis diuinæ viteriùs cauſas rimantes, tres apud myſticos Theologos præcipuas reperimus, videlicet, *purificare amorem, exercere humilitatem, probare perſeuerantiam*: periclitarentur enim omnia iſta per aquarum huius gratiæ redundantiam. In quo ſenſu ſanctus Iob ſubdit: *Si emiſerit eas, ſubuertent terram*; vtique cordis noſtri. Ideo idem ſanctus dixit de hac viſitatione Dominica, *viſitas eum diluculo*, vtique conſolando. Et vt caueantur prædicta pericula impuritatis, elationis, aut inſtabilitatis, ſubiungit, *& ſubitò probas illum*.

Iob 7. 18.

Primam igitur cauſam ſubtractionis iſtius docet Venerabilis Pater noſter Thomas à Ieſu, Luſitanus, ſplendor Ordinis noſtri, in aureo ſanè illo libro, & vehementer ignito, de laboribus Domini IESV, labore 47. vbi de hoc agens, ſic dicit: *Ita ſe geris Deus* (vtique ſubtrahendo conſolationem ſuam diuinam) *ad purificandum perfecte amorem ſui, vt non quærãt* (ſcilicet, ſerui eius) *neque ament maieſtatem ſuam diuinam ob mercedem, quam ab ipſo expectent, ſed propter bonitatem ſuam dignam ſolam amore*. Ex quo ſubdit reſignationẽ oriri, qua æque ſuſtineant Dominum abſentem, ac præſentem, id eſt, conſolantem, vel deſolantem per ſui ſubtractionem.

Ven. P. Thomà Ieſu.

Secundam cauſam, ſcilicet, humilitatis exercitium, docet sãctus Abbas Daniel relatus à Caſſiano: *Vt pauliſper* (inquit) *à Domino derelicti, & mentis noſtræ infirmitatem humiliter intuentes, ſuper præcedente puritate cordis, quæ nobis, illius eſt vi-*

S. Abbas Dan. coll. 2. cap. 4.

Digitized by Google

ſitatione, donata, nullatenus extollamur; probanteſque nos ab eo derelictos, gemitibus noſtris, & induſtria, illùm lætitiæ, ac puritatis ſtatũ recuperare non poſſe, intelligamus, & præteritam cordis alacritatẽ, non noſtro ſtudio, ſed illius nobis dignatione fuiſſe collatam. Ex quo ſubdit humilitatis actum exercendum ad nouam gratiam, cognita propria paupertate, poſtulandam. *Et præſentem* (intelligit cordis alacritatem) *de ipſius rurſum gratia & illuminatione poſcendam.*

Kempis lib. 3 c. 7. num. 2. Quod confirmans Kempis, ait: *Vt humiliati, & depauperati diſcant non in alis ſuis volare, ſed ſub pennis meis ſperare.* Et

B. Laur. Iuſtin. B. Laurentius Iuſtinianus de caſt. connub. ante med. pariter de ſubtractione hàc loquens, dicit: *Sapientia quandoque ſe ſubtrahit, vt quem diligit, humiliando cuſtodiat:* vtique ab elatione. Quod quidem facto ſuo Dominus ſponſæ ſuæ oſtendit, quando poſt pulſationem tranſiuit:

Cant. 5. 6 *At ille declinauerat, atque tranſierat.* Cantic. 5. vbi ſic dicit Gre-

S. Gregor. gorius: *Declinat, ne de plena eius, vt nobis videtur, apprehenſione ſuperbiamus.*

Tertiam cauſam probandi, ſcilicet, perſeuerantiam, docet idem ſanctus Abbas Daniel his verbis: *Vt perſeuerantia noſtra, velmentis conſtantia, & deſiderium comprobetur, & qua intentione cordis, vel orationum inſtantia, deſerentem nos viſitationem ſancti Spiritus requiramus, manifeſtetur in nobis.*

Et ſanè probatio iſta, ex prima adducta à venerabili noſtro Thoma, facilè intelligitur. Qui enim in puritate amoris defecerit, à perſeuerantia quoque eum deficere, neceſſe eſt. Propterea de his loquens Carthuſianus ex doctrina Contemplatiui Ruysbroci, ita ait: *Non ſolùm ex charitate obſeruant præcepta, & opera pietatis exercent, ſed contemplationi quoque inſiſtunt, interna ac amoroſa adhæſione, Domino cohærentes, atque ad ſpiritualem ſaporem ſe extendentes, & etiam Euangelica obſeruantes conſilia. Verumtamen nondum plenè nudi effecti, ſeu ab omni proprietate, id eſt, conuerſione ad ſeipſos, ac ſpiritualia dona nudati, quia ad conſolationem internam, deuotionem ſenſibilem, dulcem adhæſionem plus aſpirant, & afficiuntur, quàm admittit perfectio; idcirco nondum perfectè ſibi ipſis ſunt mortui, nec ſynceriſſimè, integerrimèque ad Deum conuerſi.* De quibus nos in Propugnaculo præcedenti meminimus; vtpotè amore proprio ſpiritualiminus perfecto implicatis.

Ven. P. Th. à Ieſu. Carthuſ.

Exiſta autem probatione ſubiungit prædictus Daniel emolumentum aliud, nimirum, denuo infuſæ gratiæ cautam cuſtodiam. *Ac pariter agnoſcentes* (inquit) *quanto labore amiſſum illud*

Abb. Dan

illud spirituale gaudium, & puritatis lætitia conquiratur, sollicitiùs inuentam custodire, ac tenere intentiùs studeamus. Et causam subdit: *Quodammodo enim negligentiùs custodiri solet quidquid creditur, facilè posse reparari.*

Agitur de causis impeditiuis consolationis Diuinæ.

SEptem autem præcipuè ex parte nostra impediunt rorem istum diuinum, quo arida terra cordis nostri pinguescit, & fructum vitalem facit, videlicet;

I. Peccatum.
II. Elatio.
III. Inconsideratio.
IV. Nimia, aut remissa applicatio.
V. Ingratitudo.
VI. Amaritudo.
VII. Ad exteriora effusio.

De primo impedimento. Ex *peccato*.

INtelligitur non tantùm de mortali, verùm etiam de veniali. Et de mortali patet primò, quia gratia hæc repugnat, ratione peccati mortiferi, quæ separat à Deo hominem, iuxta illud, *Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos, & Deum vestrum*. Per hanc verò gratiam, specialis vnio fit Dei ad hominẽ: igitur peccatum illa indignũ reddit. Deinde peccata *tenebræ* sunt: *Deus lux est*, inquit Ioannes. *Quæ autem societas luci ad tenebras?* inquit Paulus: vnioni ergo huic repugnant. Vlteriùs, Deus est puritatis amator: iniquitates autem *sordes* sunt: ergo offendunt Diuinum intuitum, & commercium tollunt illius. 1. Io. 1. 2. Cor. 6.

Hinc est, quòd per Ieremiam testatur Dominus, peccata aridiatem istam inducere, dicens: *Siccitas super aquas eius erit, & arescent:* & causam subdit, *quia terra sculptilium est*, vtique peccatorum habentium tot Deos, quot peccata committũt, in quibus vltimum finem constituunt. Et cap. 3. ait: *Polluisti terram in fornicationibus tuis, & in malitijs tuis*. Quæ est terra ista, nisi terra cordis nostri? quæ tunc fornicari intelligitur, quãdo Deo non seruat fidem, cui per fidem desponsata fuit, teste Osea, miscendo se per inordinatum affectum creaturis, Creatore relicto: de quibus Psalm. dicit: *Perdidisti omnes, qui fornicantur abs te*, vtique peccando, vt ex antecedentibus patet: *Qui elongant se à te, peribunt*. Qui igitur effectus sequitur ad fornicationem istam? subditur: *Quamobrem prohibitæ sunt stillæ pluuiarum: & serotinus imber non fuit*, quo, scilicet, terra cordis nostri pinguesceret, ad germinandum operum bonorum suauissimos fructus. Et per Oseam duriter hanc Ierem. 33. idem. Ierem. 3. 3. Osee. 2. num. 1 Ps. 72. 1 ibidem.

Digitized by Google

Ose. 2. 3. pœnam minatur, dicens: *Ponam eam quasi solitudinem, & statuam eam velut terram inuiam, & interficiam eam siti.* Terra igitur, quæ apta est morti, quomodo copulabitur vitæ?

Sanè quandiù filius prodigus
Luc. 15. fuit in regione longinqua peccati, non fuit dignus dulcissimis patris amplexibus, neque vitulo saginato.

Similiter necesse fuit, quòd Lazarus iam quatriduanus, & fœtidus, in quo, iuxta Augustinum, figurabatur peccator, institis solueretur, *vt Dominico efficeretur*
S. Aug. Ioan. 11. *dignus conuiuio*, impedientibus priùs peccatis per ligamina designatis, vt Beatus Laurentius Iustinianus in proposito notat. Et profectò non modica esset præsumptio, animaduersioneque digniſsima, animam sordidissimum habentem adhuc os ex peccatis, velle purissimum osculum sponsi cœlestis per specialem hanc gratiam designatũ, solùm puro cordi donandum, quale erat illius, quæ
Cant. 1. 3 ardenter suspirans, dixit: *Osculetur me osculo oris sui:* vbi notat Bernardus, onerato adhuc peccatis, potius pedis osculum, quàm oris congruere: quod ait his grauissimis verbis:
Ber. Ser. 3 in Cant. *Non temere assurgat ad os serenissimi sponsi: sed ad pedes seueriſsimi Domini mecum pauida iaceat, et cum Publicano terram, tremens, non cœlum, aspiciat: ne confusa in luminaribus cœli facies assueta tenebris,*
B. Laur. Iustin. de casti. conn. c. 16. ante med. *opprimatur à gloria: atque insolitis reuerberata splẽdoribus maiestatis, densioris rursum cœcitatis caligine obuoluatur.* Et in exemplum peccatricem illam ad pedes Domini prouolutã adfert, ad quam respiciendo, ista caueatur temeritas. *Non tibi*, inquit, *ò quæcunque es talis anima, non tibi ille locus vilis, aut despicabilis videatur, vbi sanctla peccatrix, peccata deposuit, induit sãctitatem.*

De peccato autem veniali idẽ est potissimum ostendendum. In hoc enim valdè multi hallucinantur, pensantes, quòd cùm animæ vitam non tollant, impedimentũ non sint ad spõsi castissima oscula, & amorosos amplexus. Patet ergo plurimùm impedire. Primò, quia, cùm specialis hæc gratia, charitatis sit sensibilis feruor, & peccata ita illius feruorem minuant, vt communiter asserunt sacri Doctores, inter quos est Gerson, qui exemplo aquæ hoc ostẽdit, quæ licẽt cum parua est, non extinguat ignem, *feruorem*, inquit, *tamen illius minuit*, clarũ remanet maximè illi obstare.
Ioan. Gerſõ de nat. & qualit. conſcient. 2.

Secundò, quia licèt non maculent animam omninò, tamen aliqualiter illã polluere non est dubium, vt P. Gabr. Vasquez docet his verbis: *Negari non potest, hominem verè manere aliquo modo pollutum, ex peccato veniali, quod semel commisit, donec ab eo iustificetur.* Quod, ait, indicare
Vasque 1. 2. diſp. 139. c. 4. circ. fin.

pœnam

pœnam, ad quam deſtinatur, vt purificetur. Et probatur ex lotione pedum Apoſtolorum, Ioan. 13. vbi iuxta Patrem Auguſtinũ, de his leuibus peccatis eſt ſermo. Propterea enim dixit mũdos eſſe totos, quia in gratia erant, Iuda excepto, & proinde pedum lotione ſola egere. Quomodo ergo audebit ſic pollutus, amplexibus ſe mundiſsimi copulare ſponſi, & ori caſtiſsimo eius ſe applicare?

S.P. *Aug. tract. 56. in Ioan. tom. 9.*

Vnde præſumptionẽ hanc admirans Bernardus, dicit: *Quid enim? recenti adhuc reſperſus puluere, ora ſacra contingeres? heri de luto tractus, hodie vultui gloriæ præſentaris?*

S. *Bern. loc. ſupra cit. circa med.*

Tertiò, quia licèt à Deo non ſeparent, tamen ab eo retardant: quomodo ergo eleuabit ſe ſupra ſe ad hanc gratiam vnionis, qui ſic præpeditus exiſtit?

Hanc igitur cauens præſumptionem ſponſa, ſponſo pulſanti ad oſtium, aperire verita eſt, timens ne ſic polluta, eius amplexui, imo ſoli aſpectui reperiretur inepta, dicens: *Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* Deſordibus enim, nõ corporis, quia munda, ſed pedum erat ſolicita, quia affectiones cordis per hos deſignatas, leuiùs maculare timebat, vt loco citato Pater Auguſtinus conſiderat. Igitur magnopere conuincuntur hæ maculæ, ſupernæ huic viſitationi obſtare; quod his grauiſſimis verbis oſtẽdit Sanctus Cæſarius: *Quibus*

Cant. 5. 3

P. *Aug.*

D. *Cæſar. Hebr. homil. 8.*

peccatis, licèt occidi animam non credamus, tamen ita eam velut quibuſdam puſtulis, & quaſi horrenda ſcabie repletam, horrendã faciunt, vt eam ad amplexus illius cœleſtis ſponſi, aut vix, aut cum grandi confuſione venire permittant.

De ſecundo impedimento Ex *elatione*.

PAtet clarè veritas iſta, quia quemadmodum ſuperbus à diuina ſubiectione ſe ſubtrahit, ita pariter iuſtum eſt, quòd ab illo Deus ſubtrahat ſuam gratiam, iuxta illud Pſalmiſtæ; *Redde retributionem ſuperbis*: Proinde illos potiùs diſpergere, quàm reſpicere dicitur, teſte ore virgineo apud Lucam: *Diſperſit ſuperbos mente cordis ſui*: id eſt, voluntate, vt Interlinearis exponit. Quomodo ergo voluntas, quæ irata diſpergit, ad eum fauorabiliter colligetur? Sanè repugnat hoc vnioni.

Pſ. 93. 2

Luc. 1. 5

Interl.

Hinc eſt, quòd non iudicauit Dominus hac ſua benedictione elatos hos dignos, ſed potiùs aridatis maledictioni aptiſsimos, dicens in perſona Dauid: *Montes Gelboe, nec ros, nec pluuia veniãt ſuper vos*: per montes enim ſuperbi, & elati intelliguntur in diuino eloquio, Iſai. 40. 4. *Omnis vallis exaltabitur, & omnis mõs, et collis humiliabitur.* Quod Dominus expreſſiùs in Euangelio

2. *Reg.* 1. 21.

Iſai. 40. 4

Digitized by Google

Luc. 14. 11 & 18. 14. dixit: *Omnis, qui se humiliat, exaltabitur: & qui se exaltat, humiliabitur.* Super hos igitur montes, id est, superba mẽte elatos, ros, & pluuia dulcedinis diuinæ prohibentur, fugiẽte ab illo Domino, vt in Canticis dicitur:

Cant. 2. 8 *Ecce venit iste saliens in montibus, trasiliens colles.* Ad hoc enim salit, vt transiliat, quia non vult ad omnes pertingere, vtique superbos per Gelboe designatos, vt

S. Bern. in Cant. ser. 54. circa med. ibi Bernardus notauit, in confirmationem adducens verba illa prophetica, *Excelsus Dominus, & humilia respicit, & alta à longe cognoscit*: quia transilit. *Tanto ergo*

Ps. 137. 6 S. Aug. in Ps. (infert Augustinus) *à te erit altior, quanto tu elatior*; quia scriptum similiter est: *Deus superbis resistit*; vtique gratiam istã negando. Quod Kempis pro-

Iac. 4. 6. Kemp. lib. 2. cap. 10. num. 2. bans, dixit: *Auferetur ab elato, quod dari solet humili.* Et D. Bernardus ait: *Elatum cor, durum & expers est pietatis, ignarum*

Bern. in ser. quand de diuer. ante med. *compunctionis, siccum ab omni rore gratiæ spiritualis.*

Hanc ergo ariditatis pœnam, meritò elationi deberi Propheta Regius certò cognoscens, hanc maledictionem imprecatur sibi, dicens: *Si non humiliter sentiebam*,

Ps. 130. 2 vtique de me ipso; *sed exaltaui animam meam*; id est, me ipsum per superbiam eleuando, vt exponit Lyranus: *fiat*,

Lyran. supple, de me punitio in modum, qui sequitur: *Sicut ablactatus*

Ps. ibid. vt sup. *est super matre sua: ita retributio in anima mea.* *Sicut infans* (ait idem Doctor) *à quo mater subtrahit mamillam; sic à Deo subtrahatur mihi omnis consolationis dulcedo.* Non ergo mirum, si hæc deest, vbi elatio præest.

De tertio impedimento. Ex *inconsideratione*.

PAtet hoc, quia sicut meditatio causa est huius gratiæ, iuxta, illud, *In meditatione mea exardescet ignis*; ita non consideratio, seu incõsideratio causa erit negationis illius, aut subtractionis, iuxta regulã illam: *Sicut affirmatio est causa affirmationis: ita negatio est causa negationis.* Vnde huic incõsiderantiæ, scripturæ diuinæ hãc aridatẽ attribuunt, teste Psalmista dicente: *Aruit cor meũ*: ecce ariditas, & nõ corporis sed cordis. Et causa subditur: *Quia oblitus sũ comedere panẽ meum*: panis autem iste, verbum Dei est, vt ibi P. Augustinus, Interlinearis, & Lyranus exponũt: quod tunc comedi dicitur, cùm corde per considerationem sumitur, & digeritur. Igitur arescis, quia hunc panem nescis.

Ps. 38. 4. Ps. 101, 5. S. P. Aug. Lyran. Interl.

Quod pariter per os Ieremiæ Dominus dixit: *Desolatione desolata est omnis terra.* Et causa subiungitur: *quia non est qui recogitet corde.* Defectu ergo considerationis Diuinorum, prouenit ariditas cordium.

Ierem. 12. 11.

De

Digitized by Google

De quarto impedimento.

Ex *nimia applicatione, aut remiſſa.*

POteſt eſſe ſermo de applicatione intellectus, vel voluntatis. Loquendo ergo primò de intellectu, dupliciter poteſt eſſe impedimento applicatio intellectus Diuinæ pinguedini: vel ex *nimietate*, vel ex *paruitate*. Nimietas rurſus dupliciter: primò quoad *protractionem*: ſecundò quoad *intenſionem*.

Igitur dico primò, quòd nimietas vtraque pinguedini ſpirituali officit. Quod fundamentũ habet primo in ratione naturali: ſecundò in morali. Et de naturali patet: quia, cùm gratia iſta ſpiritualis pinguedinis aridítati oppoſita, in affectiua parte potiùs conſiſtat, quàm in intellectiua, iuxta ſuperius dicta, & communem myſticorum Theologorum ſententiam: virtus autem animæ limitata ſit: quò magis attendit ſpeculationi, eò magis ab affectu remittitur. Quod exemplo oſtẽditur fontis habentis plura foramina, per quæ aquã emittit: nam quò plus per vnum emiſerit, minus emittet per aliud; ita, quò magis exercebitur intellectus, eò remiſsiùs operabitur voluntas

Ludouic. Gran. Hinc notat Ludouicus Granatenſis, oriri illam admonitionem ſponſi ad ſponſam, ſuam dilectam in Canticis dicentis: *Auerte oculos tuos à me, quia ipſi me auolare fecerunt:* hoc eſt, ne ita figas oculos cordis tui, qui ad intellectum pertinent, circa me: quia ſi adeo intendetis illos, procul dubio facient me auolare à te; ita, vt me non ſentias per inflammationem affectus. *Cant. 6. 4.*

Secundò, fundatur etiam doctrina iſta, vt dixi, in ratione morali. Nam cùm media tantùm eligantur ad aſſequendum finem; hoc aſſecuto, ab illis ceſſandum eſt. Eſt autem diſcurſus intellectus, ſeu meditatio, medium ad mouẽdum affectum, in quo principaliter pinguedo iſta conſiſtit. Igitur moto affectu, à diſcurſu ceſſandum eſt.

Hoc documentum ſecutus Pater meus Auguſtinus in confeſſionibus ſuis, lib. 8. cap. 12. nu. 3. de ſeipſo fatetur quòd voce diuina admonitus, vt Codicẽ Apoſtolicum ſumeret, & legeret; tantum legit, quantum ſatis fuit ad lucem habendam, qua mouereturvoluntas, ad acquieſcendum veritati, ablatis errorum tenebris. Quod ſic ipſe narrat. *Arripui, aperui, & legi in ſilentio capitulum, quo primũ coniecti ſunt oculi: Non in comeſſationibus, & ebrietatibus: non in cubilibus, & impudicitijs: non in contentione, & æmulatione: ſed induimini Dominum Ieſum Chriſtum, & carnis prouidentiã ne feceritis in concupiſcentijs ve-* *S. P. Aug.* *Rom. 13. 13.* *num. 14.*

Digitized by Google

ſtris. Quibus lectis, ſubiungit ad propoſitum : *Nec vltra volui legere, nec opus erat :* quia vtique nouerat, obtento fine, medium debere ceſſare. Finis autem erat, fugatio tenebrarum, & ſerenitas cordis. Et ideo ſubdit : *Statim quippe cum fine huius ſententiæ, quaſi luce ſecuritatis infuſa cordi meo, omnes dubitationis tenebræ diffugerunt. Tunc iniecto, aut digito, aut neſcio quo alio ſigno, codicem clauſi, & trãquillo iam vultu indicaui Alipio.*

Aduertunt autem ſpirituales magiſtri, quòd vbi primùm voluntatis affectus remitti incœperit, tunc denuo diſcurſus intellectus eſt adhibendus, vt per illum iterum excitetur voluntas, & inflammetur ad bonum. Quod inſufflatorij exemplo oſtendunt: quod, remiſſo igne, iterum operatur, vt reuiuiſcat, iuxta illud ſuperiùs repetitum: *Ex in meditatione mea exardeſcet ignis.* Ps. 38. 4. Secũdò dico, quòd ex paruitate, ſeu remiſſione applicationis iſtius, frequenter ariditas oritur. Remiſſio autem hæc, ſeu paruitas, dupliciter ſumi poteſt: vel duratione, quia, ſcilicet, breui durat, licèt non moueat: vel intenſione, quatenus, nimirum, remiſsè fit, licèt morosè: & vtroque modo officit. Et ratio eſt, quia cùm intellectus in *genere cauſæ obiectiuæ* moueat voluntatem; & cauſa non ſufficienter applicata, *non cauſet*; vel ſaltem *defe-*

ctibiliter agat; non mirum, ſi affectio modica in voluntate ſequatur, quæ non abſolutè velle, ſed potiùs *velleitas*, ſit dicenda; ex qua proinde ad effectum nõ proceditur, & veluti arida, ſterilis in ſe, & infructuoſa permanet. Quapropter ita *viuidè* applicandus eſt intellectus, donec dilucidè, & efficaciter voluntati obiectum proponẽs, ad affectum moueat, & promoueat ad effectũ. Vide quæ vol. 1. induſt. 1. c. 7. & 8. de conſid. remiſſa, & intenſa ſunt dicta, quæ poſſunt hìc applicari.

Quod verò ad applicationem attinet voluntatis, dico, quòd cùm potiſsimum deuotio in ipſius actu conſiſtat, & pinguedo ſpiritus, quæ meditationis eſt finis, ex ſententia Doctoris Angelici dicentis: *Hæc eſt vltima perfectio contemplatiuæ vitæ, vt, ſcilicet, non ſolùm diuina voluntas videatur, ſed etiam vt ametur.* 2. Th. 2. q. 180. ar. 7. ad. 1. Obtento autem fine, in illo quieſcitur & ceſſatur à medijs: Ideo in affectu amoris exercendo erga Deum, & erga virtutes, quibus colitur, immorandum eſt, ita vt in protractione, non poſsit eſſe defectus; imò quò magis continuaretur, eò magis homo perficeretur, & ad ſtatum accederet beatificum.

Vnde quemadmodum hortulanus, aqua hauſta è fonte, aut puteo, terram morosè adaquat, quouſque aquam totam imbibat, & maneat ſatiata, aptaque

ad

Digitized by Google

ad germinandum; & defectibiliter ageret, ſi ita non moraretur: ſic, qui terram aridam cordis, aqua ſalutaris meditationis potatam adaquat, debet ſinere penetrare affectum, quouſque inebrietur amore diuino, motus à veritate propoſita.

Hoc ſignificare videntur verba illa diuina, *Riuos eius inebria.* *Pſ. 64. 11* Qui ſunt riui iſti, niſi affectus cordis noſtri, vbi per piam conſiderationem bona ſemina cadunt? Inebriari igitur dicuntur, quia ad amorem accenduntur per pluuiam ſalutarem. Dicitur verò Deus inebriare, quatenus ab illo incipiunt, & ſine illo nec fiunt, nec perficiuntur: non tamen excluditur operatio noſtra, qui per tales actus ſaluamur, cùm ſine nobis Deus nos non ſaluet. Ideo ab eodem ad inebriationem hanc inuitamur, *Cant. 5. 1* dum ait in Canticis: *Bibite, & inebriamini chariſſimi.* Bibit intellectus, inebriatur affectus: ſed quare inebriatur? non ſolùm, quia affectus ad amorem mouetur, ſed quia morosè, quantùm ſatis ſit, ad ſatiãdam aridítatem, repletur: qua ablata, pingueſcit, & inardeſcit in Deum per ignitum affectũ.

Defectus ergo poteſt contingere ex parte prorractionis inebriationis iſtius, quia non finitur peruenire ad iſtam, perſiſtendo in intellectu. Quid profecto iuuaret aridam terram, aqua hauſta è fonte, niſi illa adaquaretur? nihil. Sic, quid iuuat aridam terram cordis humani, conſideratio intellectus, quo à fontali principio hauritur diuina veritas, niſi per illam affectio imbibatur, & promoueatur ad opus? Ideo profectò *ſapida* vocatur hæc aqua, & *ſalutaris* Eccli. 15. 3. *Aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illum.* *Eccli.* Quare *ſapida?* niſi, quia mouet affectum. Et cur *ſalutaris?* niſi, quia ad effectum perducit, ſine quo non ſaluamur; veritate ipſa teſtante: *Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum: ſed, qui facit voluntatem Patris mei.* *Matth. 7. 21.* Igitur, cùm finis, iſta inebriatio ſit, morosè eſt facienda, quandiu illa requirit: Ergo per defectum prorractionis iſtius, qua inebriãdus eſſet affectus, aridítas contingere poteſt.

Et vlteriùs ex parte *remiſſionis*, quia, ſcilicet, *remiſsè* actus affectiui fiunt: ſic enim non ſufficiunt impinguare. Quemadmodum, ſi *guttatim* ſinatur terra arida penetrari, non tamen quatenus ſatis ſit ad illius ſitim tollendam, remiſsio quidem obſtaret, licèt adeſſet prorractio.

Sed quia quandoque in actibus his faciendis per intentionem nimiam, non quidèm ex parte ipſorum, ſed ex parte noſtri, quia nimirum vires corporales exercentur ſimul, & deficere poſſunt cum ſanitatis iactura, per quam perſeuerantia periclitatur in obten-

obtenta pinguedine, vel prætenſa, vt Propugnaculo præcedenti conſid.vlt. diſcurſ.3. ex D. Thoma, & Vaſquez notauimus: Ideo diſcretione vtendum eſt, non ſolùm in *affectu*, ſed etiam in *intellectu*, vt pinguedo obtineatur, & conſeruetur, remota aridita-te. Pro quo recolatur doctrina citata.

De quinto impedimento Ex *ingratitudine*.

S.Th 2.2 q.107.ar. 2.in corp. DE hac loquens Angelicus Doctor ait, ſummam ingratitudinem eſſe, *accepta beneficia non recognoſcere*. Huic ergo, *aridita:is* reſpõdet *anguſtia*, vt conſtat ex verbis diuinis apud Lucam; vbi Dominus hoc malum omnibus ingratis prædixit, dicens: *Circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te, & coanguſtabunt te vndique, & ad terram proſternent te, & filios tuos, qui in te ſunt.* Vbi anguſtia pro ſupplicio aſsignatur, & non ex vna parte, ſed *vndique*: quam quidem experitur, qui in ariditate eſt poſitus; cùm non aliqua pars pateat, ex qua ſubleuetur: ſed quò ſe vertit, anguſtias reperit.

Luc.19. 43. num.44.

Proſtratio autem, hoc eſt, caſus peccati, ex tali anguſtia frequenter accidit, vt ex dicendis conſtabit. Et ideo ſubditur, *ad terram proſternent te*. Filij verò etiam dicuntur proſtrati, quia bonæ cogitationes, quæ partus ſunt mentis, tunc non ſinuntur creſcere, vſque ad opus externum. Et ideo ſignanter dicitur, *qui in te, & non ex te ſunt*: quia nondum foris in opus prodierunt externum, quia ariditate defecerunt. Ob id de ingratitudine hac P. Auguſtinus loquens in Soliloq.c.18. circ.init. tom.9. dixit: *Qua & mala mortua iam oriuntur*. Et hi ſunt inimici iſti, de quibus loquitur Dominus: *Et circumdabunt te inimici tui*. Redit enim homo ingratus, deſtitutus auxilio, ad peccata priora, & bona noua non ſinitur facere. Vnde idem ſanctus Doctor de ipſa ſubdit: *Et viua iam opera moriuntur*. Iſti igitur ſunt proſtrati filij, cum matre ſua; de qua per Prophetam pariter dicitur: *Et deſolata in terra ſedebit.* Deſolatio ergo, coanguſtatio, & proſtratio, quæ ex ariditate contingunt, ex ingratitudine proueniunt. Propterea illi, vt cauſæ, effectus iſti à Domino tribuuntur, ſubiungente, *Eo quòd non cognoueris tempus viſitationis tuæ*. Viſitat te Deus, cùm peculiari luce te illuminat, & ſpeciali dulcedine te replet; quæ ſatis eſſet ciuitatem cordis tui cuſtodire à vaſtatoribus hoſtibus; vt fuerat ille expertus, qui ex gratitudine beneficium hoc recognoſcens, dixit: *Et viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum*; id eſt, animam meam, quæ *ſpiritus*

P. Auguſt

Iſai.3.26

Luc.19. 44.

Iob 10. 12.

Digitized by Google

ritus dicitur iuxta verba Dominica: *Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma.*

Matt. 26. 41.

Et ſanè optimè confirmantur prædicta, ex Oſea Propheta, qui de ingratitudine hac loquens, putauit meritò aridirate, & ſterilitate puniendam fore, ad Deum ſic dicens: *Da eis Domine:* & ſibi ipſi reſpondens, dicit: *Quid dabis eis?* ſcilicet, pro pœna ingratitudinis ſuæ? & illam aſsignans, ſubdit: *Da eis vuluam ſine ſilijs, & vbera arentia.* Et quòd de ingratitudinis malo ſermo ſit, ex ſequentibus facilè patet: ſubdit enim Propheta: *Omnes nequitiæ eorum in Galgal*; vbi ingratitudo oſtenditur: quia vt notat Ribera, ibi fuit vnctus in Regem Saul, *qui* (ait) *Deo ingratiſsimus fuit.* Ibi receſſerunt à Deo Iſraelitæ, reſpuentes Ducē ſibi datum Samuelem, & poſtulantes Regem, vt notat Hieronymus: ingratitudo autem eſt, benefactori obedire nolle. Ibi, vt etiam aduertit Lyranus, idololatriam committebant, quæ eſt ingratiſsima, Deum Creatorem deferens pro creatura. Locus ergo ingratitudinis memoratur, in quo exoſi habentur ad ariditatis, & ſterilitatis pœnam grauiſſimam.

Oſe. 9. 14.

Ib. nu. 15

Ribera.

S. Hier.

Lyr.

Secundùm autem ſenſum moralem præfata verba inſpicientes, dona quælibet diuina non cognoſcentes, ingrati probantur, & rei huius pœnæ, vt ibi ex verbis S. Hieronymi facile eſt videre: *Si bis* (inquit) *quæ Deus pro benedictione donauit, abutamur, & in contrarium, quæ ab eo data ſunt, conuertantur: expedit, vt auferantur à nobis.* Dat tibi Deus interiorem lucem, gaudium cordis, quibus vales benedicere ei, & viã currere mandatorum ſuorum: adſcribis hoc tibi, de hoc te iactas, & non te magis humilias, gratias agendo, & bonis operibus inſtando: proculdubio hinc probaris ingratitudine implicatus, quæ beneficia non recognoſcit, nec ſe ſubdit benefactori, nec laudat eum, aut reueretur; vt diffuſiùs diceturin Propugnaculo proprio. Igitur reus fis ſubtractionis verbere, quo ſterilis fias, & areſcas. *Da eis vuluam ſine ſilijs:* ecce ſterilitas. Qui ſunt hi filij, niſi cogitationes bonæ? vt ſupra iam dixi, quæ partus ſunt rationis, quemadmodum cogitationes malæ, partus ſunt carnis, id eſt mentis carnalis, iuxta illud Pſalmiſtæ, *Beatus qui tenebit, & allidet paruulos tuos.* Nam ad mentem carnalem eſt ſermo ſub nomine Babylonis, cuius paruuli, cogitationes carnales ſunt, vt volumine primo induſt. prima, cum Caſſiodoro notauimus. Igitur cõſiderationes rationabiles ſpeciali luce irradiatæ, iuſtè negantur ingratis. Imo & habitæ non ſinuntur filios procreare, id eſt, exteriora bona operari: quod innuitur in ſequẽtibus verbis, *& vbera arentia.* Nam cùm bona ſe-

Oſe. vt ſupra.

Pſ. 36. 8.

mi-

Digitized by Google

minata in corde, nón creſcant, niſi ex lacte gratiæ huius: iſto ſubtracto per vberum aridicatem, deficiunt prædicti filij, id eſt, boni actus interiores. Vbera namque affectus ſunt voluntatis, qui ſi iſto lacte ſunt deſtituti, non habent opera bona quid ſugant; & perire ea oportet præ fame. Ecce ergo ingratitudinis iſtius fructus, ſterilitas, & ariditas.

De hac etiam ingratitudine impediente hanc gratiam, & aridítatem, cauſante, loquitur Deus per Iſaiam Prophetam, dicens: *Filios enutriui, & exaltaui: ipſi autem ſpreuerunt me. Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui: Iſrael autem me non cognouit.* Ecce ingratitudo beneficia non recognoſcens, & homines reddens peiores animátibus brutis. Enutriſſe igitur ſe hoc lacte teſtatur Dominus Iſraelem, & ſic exaltaſſe illum, in via ponẽs, facilè perueniédi ad ſe, corde dilatato, currendo per viam ſuam: ſed non cognouit, & ſic ſpreuit, & ingratus eſt factus. Quod malum Dominus puniens, ſubdit lãguorem, & mœrorem: *Omne caput languidum, & omne cor mœrẽs:* Per caput enim intelligitur intellectus, qui peculiari lumine illuſtratus, vegetus reddebatur ad operandum; quod ex verbis S. Iobi patet dicẽtis: *Quando ſplendebat lucerna eius ſuper caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris:* lumen namque ad intellectum pertinet: ergo caput, quod illuminatur, intellectus eſt. Per *cor* autem deſignatur volũtas, vt ex pluribus locis patet Scripturæ diuinæ; & ad propoſitum faciũt verba Apoſtoli ad Philipp. 4. vbi ſic ait: *Et pax Dei, quæ exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra, & intelligentias veſtras.* Vbi de dulcedine iſta eſt ſermo, quæ pax dicitur Dei, quatenus datur à Deo, & ſpecialis pacis eſt ſignum, quæ inter Deum, & hominem intercedit: & omnem ſenſum carnalem exuperare dicitur, quia delectatio ſpiritualis, maximè antecellit carnalem, teſte Kempis dicente: *Excedunt ſpirituales conſolationes, omnes mundi delicias, & carnis voluptates.* De hac igitur dicitur quòd cuſtodiat corda, & intelligentias: vbi ponitur cor, vt quid diſtinctum ab intellectu: & aſſeritur per gratiã hanc, vtrãque cuſtoditi potentiam, ne deficiat per peccatum à Deo. Igitur per inflictam pœnam ingratitudini in languore capitis, & mœrore cordis, intelligitur impeditum ſpeciale lumen in intellectu, quo vegetus fiat ad ſpeculandum diuina: & triſtitia in voluntate, qua angatur, & deijciatur, ac ſterilis fiat, & arida in diuinis.

Idem affirmat Deus per eundem Iſaiam Prophetam cap. 5. vbi loquens de ingratitudine iſta ſub parabola vineæ electæ, & optimè excul-

Iſai. 1. 2. & 3.

num. 5.

Iob 29. 3.

Philipp. 4. 7.

Th. à Kẽ. pis lib. 3. c. 10. n. 1.

excultæ, quæ pro vuis fecit labruſcas: in quo ingratitudo ſignatur, ad quam pertinet *reddere mala pro bonis*: & ſermo erat de anima, cui Deus gratiã hanc ſpecialem lætitiæ, & pinguedinis ſpiritualis donauerat; proinde dicitur plantata vinea *in cornu filio olei*: id eſt, in colle, in quo oliuę multæ ſunt, ex quibus exprimitur oleum, vt ibi Lyranus exponit: oleum autem ſymbolum eſt lætitiæ, iuxta illud, *Vnxit te Deus oleo lætitiæ præ conſortibus ſuis*. Et quia ſic impinguata, & cuſtodita per ſepem, quæ lex Dei eſt, quam cum tali oleo erat facile obſeruare; tamen ex ingratitudine *fecit labruſcas*; id eſt, peccata commiſit, ſterilis facta ad operum bonorum fructum reddendum. Vnde pro pœna ſubditur, *Ponam eam deſertam*: ponere namque deſertam, idem eſt, ac deſolare, auxilio vtique deſtitutam: quo ſenſu, iuxta Interlinearem, fuit Ieremias loquutus: *Deſolatione deſolata eſt omnis terra, &c.* Igitur ingratitudo impedit conſolationem Diuinam, & cauſa eſt deſolationis, per quã ſignatur ariditas.

Iſai. 5. 1.

Lyran.

Pſ. 44. 8.

Ier. 12. 11.

Quod patet meliùs ex ſequentibus: *Et nubibus mandabo, ne pluant ſuper eam imbrem*. Quæ ſunt autem nubes iſtæ, niſi Angeli ſancti? Illuminat namque benignus Deus inferiora per ſuperiora, & ſic hominem per Angelos ſuos, qui à Paulo dicuntur *adminiſtratorij ſpiritus, in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis*. Poſſũt etiam ſancti Prædicatores intelligi, qui pluuiã doctrinæ ſuæ pluũt ſuper arida corda, ipſaque fœcundant intus in corde, & foris in operatione, quibus benè aprantur verba Prophetæ: *Concreſcat vt pluuia doctrina mea, fluat vt ros eloquium meũ, quaſi imber ſuper herbã, & quaſi ſtillæ ſuper gramina*. Prohibet ergo pluuiam hanc cœleſtem ſceleſtaingratitudo, qua homo gratiam iſtam recipiens, pro illa humiliter renuit gratias agere: propterea à P. Auguſtino, *Ventus vrens, & deſiccans* appellata. Cui concordat Bernardus dum ait: *Ingratitudo, ventus vrens, ſiccans ſibi fontem pietatis, rorem miſericordiæ, fluenta gratiæ*. Similia profert de illa Beatus Laurentius Iuſtinianus: quibus conſentit Kempis lib. 2. de imit. Chriſt. c. 10. nu. 2. dicens: *Deus bene facit, conſolationis gratiam dando: ſed homo male agit, non tantum Deo cum gratiarum actione, retribuendo*. Et pœna ſubditur ſubtractionis: *Et ideò non poſſunt in nobis dona gratiæ fluere, quia ingrati ſumus auctori.*

Hebr. 1. 14.

S. P. Aug. in ſoliloq. S. Bern. ſerm. 57. in Cant. poſt med.

B. Laur. Iuſtin. de Inſtit. & reg. Prel. c. 21. init. Kempis.

De tertio impedimento Ex *amaritudine*.

NOn loquimur hìc de amaritudine illa, quæ ex re-

cor-

cordatione oritur præteritorum peccatorum : nam hæc consolationem meretur, vt fuit expertus ille, qui ita contritus dixit : *Isai. 38. 15.* *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ*, vt apud Isaiam narratur: nam subditur : *num.17.* *Tu autem eruisti animam meam, vt non periret.*

Neque item de illa, quam in ariditate positus sentit ex subtractione actiua spontanea consolationum carnalium : aut ex passiua spiritualis dulcedinis. De hac enim infra, quæ si perseueranter sustineatur propter Deum, diuino rore est digna, vt ex dicendis constabit.

Loquimur ergo de amaritudine illa, quæ ex amore proprio vitioso, & inde pullulantibus passionibus, tanquam ex vitiata radice, germinatur; qua erat plenus ille, ad quem Petrus dixit: *Act. 8. 23.* *In felle amaritudinis video te esse* : sub qua quemlibet dolorem, turbationem, & internam inquietudinem comprehendimus, in quibus animi amaritudo sentitur.

Hæc igitur impeditiua est specialis gratiæ diuinæ dulcedinis. Proinde in hac cauenda oculatissimos nos Apostolus voluit, dicens : *Hebr. 12. 15.* *Contemplantes, ne quis desit gratiæ Dei* : quæ proculdubio omnis illa intelligenda est, qua quis promouetur ad bonum. Vnde ista venit inclusa, qua ex sentita dulcedine interiori, Deo prõptum obsequiũ ministratur: quæ, quia ab amaritudine hac impeditur, subditur, *Ne qua radix amaritudinis sursum germinans, impediat* ; vtique gratiam istam spiritualis dulcedinis. Vbi Theophilactus notat subtiliter, non dixisse Apostolum *radicem amaram*, sed *radicem amaritudinis*. Potest namque (inquit) *vel radix amara suaues fructus producere*. Sub qua primæ amaritudines à nobis exceptę, benè comprehenduntur, cùm ipsas sequantur frequenter spirituales lætitiæ. *Theophil.*

Et congruè appellatur gratia ista *sapientia*, idest, sapida scientia : ideoque amplectitur vtrumque donum, ad intellectum, scilicet, pertinens *in scientia* ; & ad voluntatem, *in sapore*. De illa autem scriptum est, *quòd non habet amaritudinem conuersatio illius, nec tædium conuictus illius : sed lætitiam, & gaudium*. Quomodo ergo cum amaritudine cõquiescet, quæ amaritudinem nescit ? quomodo in corde inquieto habitabit, quæ pacifica est? de qua scriptum est, quòd *factus est in pace locus eius* ? Igitur amaritudo ista, spiritus pinguedinem excludit, & ariditatem inducit. *Sap. 8. 16.* *Psal. 75. 3.*

De septimo impedimento. Ex *effusione ad exteriora.*

PEr effusionem istam intelligimus hìc omnem consolationem carnalem, non ordinatam ad Deum, licèt eius obiectum nõ extra

Digitized by Google

extra nos ſit. Nam ſaltem *extra rationem* eſt, quo huiuſmodi eſt, &, vt ſic, meritò extrinſeca, licèt in nobis ſit.

Et ſanè hoc expreſsè dixerat Deus per Sanctum Moyſen Prophetam: *Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum*. Vbi verbũ *in æternum*, ſatis oſtẽdit cohabitationis horrorẽ iſtius. & ſubditur cauſa, *quia caro eſt*: id eſt, carnalia cogitans, & ipſa cõſummans. Quod per Sapientem quoque teſtatur, dicens: *Spiritus ſanctus auferet ſe à cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu*, non conformibus vtique ad rationem rectam, vt ſunt immoderata omnia gaudia carnis: Ergo à fortiori auferet ſe, quando ad effectum mandantur: quod ſignificant ſequentia verba, *& corripietur à ſuperueniente iniquitate*. Quod B. Laurẽtius Iuſtinianus cõfirmãs, dixit: *Accedente carnis concupiſcentia, recedit verbi præſentia*. Hoc enim eſt caſtum connubium inter animam, & incarnatum Verbum, de quo loquens Apoſtolus. dixit: *Deſponsi vos vni viro, virginem caſtam exhibere Chriſto*. Operatur autem hoc Spiritus sãctus per purum amorem, quem habemus ad illum, diffuſum in cordibus noſtris: quæ puritas maculatur per inordinatum affectum ad nos, vel ad viſibilia, quæ cõcupiſcimus nobis: quomodo anima intelligitur fornicari à Deo, & ita eius caſtiſsimis amplexibus, mirabili dulcedine repletis, indigna fit, teſte Pſalmiſta dicente: *Perdidiſti omnes, qui fornicantur abs te*: Vbi verbum *perdidiſti*, indicat non ſolum iuſtiſsimam talium ſubtractionem amplexuũ, verum etiam doloris digniſsimã pœnam, Bernardo ſic aſſerente: *Non ſolum eam dedignatur Deus viſitare, ſed nec ipſa quidem male ſibi conſcia, ſe ipſam poterit tolerare: requiem in ſe nõ poterit habere, quoniam illum dereliquit, cum quo habitare, & requieſcere debuit*. Hæc ille.

Et hic ſanè eſt labor ariditatis, & ſiccitatis, qui incurritur per abſentiam roris diuini. Quod pariter Dominus per Ezechielem prophetam ſub nomine ligni *viridis* deſignauit, dicens, *ſiccaui lignum viride*: per quod quidem aptiſsimè intelligitur homo carnalis, fixam habens radicem cordis ſui in carnalibus, & tranſitorijs, & rigatam aquis fluminis Babylonici. Viriditas igitur iſta, ſiccitate punitur, per carentiam vtique conſolationis diuinæ, de qua S. Iobus teſtatur: *Neſcit homo pretium eius, nec inuenitur in terra ſuauiter viuentium*. Quod S. Bernardus confirmans, dixit: *Pretioſa eſt, nec omnino tribuitur admittentibus alienam*.

Et hæc profectò eſt cauſa, cur ſponſa in *lectulo ſuo* carnalium gaudiorum non inuẽnit ſponſum, dicens: *In lectulo meo per noctes quæſiui, quem dilgit anima mea;*

Genes. 6. 3.

Sap. 1. 5.

B. Laur. Iuſt. de caſt. connub. Verbi & anim. c. 15 poſt med.

2. Cor. 11. 2.

Pſal. 72. 27.

Bernar. de inter. dom. c. 4.

Ezech. 17 24.

Iob. 28. 13.

Bern in declam. poſt med.

quæ-

Digitized by Google

quæsiui illum, & non inueni. Vbi mysteriosè ponitur bis quæsisse, & non inuenisse, quia quantumcumque quæratur in consolationibus istis, nunquam poterit reperiri.

Luc.19.3 Hæc similiter causa est, cur Zachæus constitutus in terra, Dominum videre non meruit: in terra vtique, quam gustabat, quo gustu impediebatur cœlestis, quẽ, Domino contemplato, contemplatiua mens percipit, abstracta à visibilibus, teste Scriptura dicente: Ioan.20.20 *Gauisi sunt discipuli*; & causa subditur, *viso Domino*. Proinde omnibus Apostolus cõsulit: *Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram*: quia per saporem terrenum impeditur sapor cœlestis. Vnde admonuit Kẽpis: *Hæc exterior consolatio, interioris, & diuinæ consolationis non modicum detrimentum est.* Kempis lib.1.c.10 num.2.

Hæc pariter causa est, cur discipuli non poterant recipere Paracletum, nisi Domino recedente, ipsamet veritate dicente: Ioan.16.7. *Si non abiero, Paraclitus non veniet ad vos*. An carnis illius spiritus hic diuinus consortium abhorrebat, quæ de ipso, & per ipsũ de Matre Virgine concepta erat, & nata? Respõdet Bernardus, *absit*. S. Bernar. *Numquid hìc positus eum non poterat mittere?* Respondet Augustinus: S. Augustin. *Quis hoc dixerit? neque enim vbi ille erat* (scilicet Paracletus) *ille inde recesserat* (scilicet Christus. Et adiungit: *Postremo quomodo eum etiam hic constitutus non poterat mittere, quem scimus super eum baptizatum venisse, atque mansisse: imò vero à quo scimus eum nunquam separabilem fuisse*. Quare ergo prohibetur Spiritus sanctus venire, si nõ contigerit Christum abire? Respondet sanctus Bernardus: *Quia intellectus illuminatus erat, sed nondum purgatus affectus*, Apostolorum vtique. Respondet Augustinus: *Si carni carnaliter hæseritis, capaces spiritus non estis*. Adhæsio autem carnalis ex verbis Christi probatur: *Sed quia hæc loquutus sum vobis, tristitia implevit cor vestrum*. Nam inhærere nimium, tristitia erat signum: *Contristabatur humanus affectus, quia carnalis desolabatur aspectus*, ait idem sanctissimus Augustinus. Licèt autem citra graue peccatum inhæsio talis cõtingeret, potiora tamen impedire erat sufficiens; ideo dixit illis: *Expedit vobis, vt ego vadam*. *Nouerat enim* (inquit S. Doctor) *quid eis potiùs expediret: quia visus interior ipse, est vtique melior, quo eos consolaturus erat Spiritus sanctus, non cernentium corporibus ingesturus corpus humanum, sed seipsum credentium pectoribus infusurus.* Bernard. ser. 3. de Asc. Dom. S. Augustin. tract. 4. in Ioan. Ioan.16.6. S. Augustin vt supra circ. med. tom.9. Ioan.16.7.

Hinc facit quandam satis efficacem illationem sanctus Bernardus dicens: *Si Apostoli adhuc carni Dominicæ inhærentes, quæ cir-* S. Bern. loc. sup. cit. *sola*

Digitized by Google

ſola ſancta (quia Sanctus ſanctorum) erat, Spiritu ſancto repleri nequiuerunt, donec tolleretur ab eis: tu carni tuæ (quæ ſordidiſſima eſt, & diuerſarum ſpurcitiarum phantaſijs repleta) aſtrictus, & conglutinatus, illum meraciſſimum Spiritum, te poſſe putas ſuſcipere, niſi carneis iſtis conſolationibus funditùs renuntiare tentaueris? Quia ergo os cordis tui, Deo claudis, & carni aperis, ideo ſpiritum ſubtrahis, & non attrahis, teſte etiam Kempis dicente: *Quòd diuinas conſolationes non habemus, aut rariùs ſentimus, nos in culpa ſumus, quia compunctionem cordis non quærimus, nec vanas, & externas omnino abijcimus.*

Kẽp. lib. 1. c. 21. n. 3.

Bernard.

Et ſanctus Bernardus ſic replicat: *Impleri viſitationibus Domini anima non poteſt, quæ diſtractionibus ſubiacet: & quantò magis illis euacuabitur, tantò ampliùs iſtis implebitur: ſi multum, multum: ſi parum, parum.*

Quemadmodum ergo non poteſt quis ſimul terram intueri, & cœlum: ita, qui corde afficitur ad terrena, intùs intuitu diuinorum priuatur, vt Kempis ait his verbis: *Quando tu reſpicis ad creaturas, ſubtrahitur tibi aſpectus Creatoris.*

Kẽp. lib. 3. c. 42. n. 2.

Igitur extra Deũ effundi, impedit ab illo infundi, ex quo eſt ariditas. Et hęc quo ad ſecundũ Punctum de cauſis illius. Modò accedendum ad tertiũ de effectibus.

PVNCTVM III.

De *Ariditatis effectibus.*

QVemadmodũ ſpecialis gratia Dei, defectu cuius contingit ariditas, varios in anima facit effectus, tam ad intellectum, quàm ad affectum pertinentes; per quos exprimitur pinguedo illius: ita ariditas, quæ ei *priuatiuè* opponitur, multa operatur in ipſa, per quæ ariditatis ſtatus miſerrimus innoteſcit, vt ſciamus, quomodo cum hoſte iſto debeamus conſerere manus.

Quia autem *oppoſitorum eadẽ eſt diſciplina*, vt Philoſophus ait, ex ipſius formæ negatæ effectibus (quæ eſt ſpecialis gratia illa, de qua in Puncto primo) colligere hìc ſtuduimus hos præcipuos ariditatis effectus, qui frequenter reperiuntur cum illa, innixi etiam Scripturis diuinis, & dictis ſanctorum Patrum. Dixi autem, *qui frequenter reperiũtur cum illa*, quia aliquando ſine aliquibus poterit reperiri, vt notabimus de vno quoque tractando. Omnes tamen hìc coniunctim ponemus, vt vnico percipiantur intuitu; & per ſingulos deinde breuiter diſcurremus: & quidem ſunt hi ſequentes.

Ariſt.

I. Tenebræ.
II. Triſtitia.
III. Tædium.
IV. Deſolatio.

Digitized by Google

V. Amaritudo.
VI. Angor.
VII. Languor.
VIII. Tepiditas.
IX. Sterilitas.
X. Insensibilitas.
XI. Pusillanimitas.

De *Tenebris mentis.*

QVia ad gratiam, quam negat ariditas, pertinent speciales illustrationes intellectus, vt supra notauimus, per illius absentiam in tenebris oportet manere animam; cùm nihil aliud tenebræ sint, quàm *lucis priuatio*. De his ergo loquebatur, qui dixit: *Contexerunt me tenebræ*; mētis vtique: pro quibus depellendis cum pennis columbæ volare exoptat, vt malo huic medicinam inueniat; cōtra quod solitudo, & conscientiæ puritas, plurimum iuuant, vt infra dicetur. *Ps.* 54. 6.

Similiter de tenebris istis loquitur idem Propheta, cùm ad Deum loquens, ait: *Posuisti tenebras, & facta est nox*. Instar enim obscurę noctis remanet anima, cui lux ista subtrahitur, ita vt in ipsis videatur se abscōdisse illi, iuxta verba illa, *Posuit tenebras latibulum suum*, vt non oculos mentis possit in illum stabiliter figere, teste Cassiano dicente: *Discursu carens, & intelligentia diuinorum, vt neque, quod legit, intelligat*. Et Beatus Laurentius Iustinianus adducta verba Prophetæ de tenebris istis exponens, ait: *Omni caret scripturæ sensu*. *Ps.* 103. 20. *Cassian.* *B. Laur. Iustin. de casto cōnub. verb & anim. cap. 14. ante med*

Tenebræ quoque istæ optimè figuratæ in Agar fuerunt, cui in solitudine aqua defecit, & præ cęcitate puteum coram se positum non videbat. Dicitur enim ibi: *Aperuitque oculos eius Deus, quæ videns puteum aquæ, abijt, & impleuit vtrem*. Vbi Chrysostomus notat sic: *Aperuit oculos eius, non quia ante non viderit; sed quia nihil proderant ei aperti oculi ante supernam visitationē*. Non deficit tunc quidem intellectus lumen, sed quia non valet discurrere, & penetrare diuina, perinde est, ac si obcæcatum sederet in tenebris. *Genes.* 21. 19. *Chrysost. homil. 46. in Gen.*

De luce etiam ista, & tenebris loquitur Kempis, cùm ad Deum ait: *Si me vis esse in tenebris, sis benedictus: & si me vis esse in luce, sis iterum benedictus*. Et sanctus Abbas Daniel apud Cassianum collat. 2. c. 5. de tenebris istis differit sub nomine cæcitatis, quam interior lux depellit: *Et illuminat*, inquit, *ignorantiæ cæcitate possessos*: quam lucem postulabat Propheta clamans, *Deus meus, illumina tenebras meas*. Et ille Euangelicus cæcus illam adeo æstimauit, vt Domino interrogāti, quid vellet, nil aliud petijt, quā per illā liberari à tenebris cæcitatis, respondens: *Domine, vt videam*. Et de visu interiori pręcipuè loquebatur, *Kēp. lib. 3 c. 17. n. 2.* *Cassian.* *Ps.* 17. 29 *Marc.* 10 51.

ad

Digitized by Google

ad quã præcipuè reſpiciebat *lux*, quæ ſe offerebat.

Sed notandum, quòd aliquibus tenebræ iſtæ ſunt tantum *ad probationem*, in quibus non præceſſit peccatum, vt apud Iſaiam dicitur: *Pone quaſi nocte vmbram tuam in meridie*. In meridie namque dicitur poni vmbra, quia animæ iuſti, in qua lux eſt gratiæ, ſubtrahitur donum iſtud pinguedinis, quod nuncupatur *vmbra*. Alijs aurem *in pœnam*, præcedẽte peccato; de quibus in Threnis eſt ſermo: *Ego vir videns paupertatem meã in virga indignationis eius*. Et indignationis effectus ſubditur: *Me minauit, & adduxit in tenebras, & non in lucem*. Indignatio enim culpam ſupponit, cui iuſtè infertur.

Iſai. 16. 3.

Thr. 3. 1.

De *triſtitia cordis*.

QVemadmodum ex luce interiori oritur lætitia cordis, vt patet ex verbis Diuinis, quibus dicitur: *Lux orta eſt iuſto*: & ſubditur comes lætitia, *& rectis corde lætitia*: ita pariter ex tenebris triſtitia ſequitur. Vnde in perſona has tenebras patiẽtis dixit Tobias: *Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris ſedeo, & lumen cœli non video?* Et ſanè ſi externæ tenebræ mæſtitiam afferunt, vt experiẽtia patet; quantò magis tenebræ mentis? Hanc increpans quidam, dixit: *Quare triſtis es anima mea, & quare cõturbas me?* Et quaſi admiratus Propheta loquitur, quia frequenter nõ adeſt ex parte hominis triſtitiæ cauſa: ideoque illam irrationabilem Caſſianus appellat Coll. 2. cit. ibi, *Et irrationabili quadam triſtitia premeremur*.

Tob. 5. 12.

Iſ. 41. 6

Caſſian.

De *tædio ſpirituali*.

SPirituale hoc tædium guſtui ſpirituali reſponder diuinorum, quem tribuit gratia ſpecialis, quam negat ariditas. Tunc enim deſipiunt ei exercitia omnia ſpiritualia, eaque faſtidit, quæ priùs dulciter, gratia præſente, guſtabat. Vnde, qui malo hoc laborabant, dicebant: *Anima noſtra iam nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo*, qui erat cœleſte manna. Erãt ſanè filij Iſrael, de terra Ægypti itinerantes ad terram *promiſſionis*, figura viatoris cuiuſque tendentis de mundo, ſignato per Ægyptum, ad cœlum per terram promiſsionis ſignatum: & manna illud myſteria figurabat diuina cibatione, quorum anima ſuſtentatur, vt Dominus indicauit verbis ſuis diuinis: *Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius, qui miſit me*. Quæ quidem tunc nauſeat, cùm guſtus eorum ſubtrahitur, & ſuccedit tædium iſtud, de quo loquens Beatus Laurentius Iuſtinianus, dixit: *Cõſueuit quoque nonnũquam (Deo iuſtè amabiliterque permittẽte) mens quadam*

Num. 21. 5.

Ioan. 4. 34.

B. Laur. Iuſtin. de caſt. connub. verb. & anim. c. 14. ante med.

dã diuini guſtus priuatione perfundi. Quod ſanè tædium, quantum periculoſum ſit, inferiùs magis, ex Pſalmiſta Pſalm. 106. & Patre Auguſtino conſtabit. Nunc etiam ipſum Prophetam, iam malo hoc laborãtem audiamus, dum
Pſal. 118. 28. ait: *Dormitauit anima mea præ tædio*. Nam ex dormitare in paruis, ad dormire in magnis, facilè peruenitur, teſte dormitatione illarum, de quibus Euangeliſta
Matt. 25. 5. ait: *Dormitauerunt omnes*: & ſubiũgitur ſomnus lęthalis: æternus, & *dormierunt*. Propterea in ipſa dormitatione remedium Propheta cupiens, ſolicitè pro auxilio clamauit, ſubiũgens: *Confirma me*; id eſt ſtabili me, ne deficiam à te, faſtidiendo te.

Sed animaduertere hìc oportet, aliquando tædium hoc incipere, vel vires capere à guſtu carnalium, & temporaliũ. Nam qui huiuſmodi ſunt, guſtare diuina nõ
1. Cor. 2. 14. poſſunt, iuxta illud: *Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus*: & ſic faſtidiũt, teſte ſimiliter Scriptura dicẽte: *Anima ſaturata*,
Prou. 27. 7. vtique terrenis, *calcabit fauum*, ſcilicet, diuina: quæ, qui
Pſ. 118. 103. guſtabat, dicebat: *Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo*! vtique cordis ori, cui ſic mirabiliter ſapiunt mandata tua, & conſilia tua contenta tuis eloquijs.

Itaque aliquibus tædium hoc ad probationem tãtùm eſt, & coronam, qui vtique etiam ſponte propter Deum à carnalium guſtu ſe abſtinent: alijs ad pœnam, quatenus diuina faſtidiunt, quia guſtant carnalia.

De *deſolatione interiori*.

DEſolatio iſta conſolationi internæ reſpondet, quam gratia ſpecialis importat. Quemadmodũ enim conſolari eſt, cum ſolitario eſſe ad auxiliandum, vt ipſum vocabulũ indicat, & patet ex Scriptura diuina in Eſther pro conſolatione ad Deum clamante, & dicente: *Adiuua me ſolitariam, & cuius præter te, nullus eſt auxiliator alius*: ita deſolari eſt, ſolitarium aliquem facere deſertum auxilio. Vnde verba illa Ieremiæ, *Deſolatione deſolata eſt omnis terra*, ſic gloſa Interlinearis exponit, *auxilio meo deſtituta*. Et patet in ipſa Eſther: nam deſolata clamauit, & ſe talem fatetur, quia ſolitaria, & deſerta. Igitur deſolatio iſta interior carentiam conſolationis importat, quam gratia inuoluit, quam negat ariditas, ideoque ex vno bene cognoſcitur aliud. Proinde ait Bernardus: *Quiſquis deſolationẽ non nouit, nec conſolationẽ agnoſcere poteſt*. Et hæc ſanè eſt cauſa, cur aliquando Deus conſolationem hanc ſubtrahit, vt, ſcilicet, conſolatio agnoſcatur, & in maiori pretio habeatur.

Esth. 14. 3.

Ier. 2. 11. Gloſſ. Interl.

Bern. ſer. 1. de Epiphan.

Nomine etiã *derelictionis* hæc deſolatio aliquando exprimitur, vt

vt de dominica propter nos ſpõte ſuſcepta ſcribit sãctus Euangeliſta Matthæus, *Deus Deus meus, vt quid dereliquiſti me?* De qua infra ſermo redibit. Aliquando verò nomine *deſertionis*, de qua Pſalmiſta Pſ. 62. 1. hac ariditate laborans, dixit: *Sitiuit in te anima mea*, quam vtique alibi ſine aqua dixerat: *Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi*. Et quia ariditas mẽtis redundat in carnem, ſicut de pinguedine ſupra notauimus; & creſcit afflictio, quia etiam exteriùs, ſpõte, carnali guſtu anima fidelis ſe priuat; ideo ſubditur, *quàm multipliciter caro mea:* vtique ſitit, quia nec te ſentit fontem aquæ viuæ, nec cõſolationibus carnis cõſentit. Proinde ſubdit: *In terra deſerta*, id eſt, ſic in iſta terra carnis, & cordis mei, quæ hinc inuia apparet, quaſi ad te acceſſus non ſit, quam dereliquiſſe vidêris ſtillicidijs tuis diuinis, & ideo inaquoſa, & ſitibunda tui. Sic in loco iſto arido, & deſerto cordis mei, tamquam in ſanctuario, *apparui tibi*, ac, ſi eſſem in loco ſancto, vbi miſericordiam conſecuturus cõfido, non minùs, ac in templo ſancto tuo, vbi exaudire ſoles deprecationes tuorum.

Matt 27. 49.

Pſ. 142. 6.

Pſ. 61. 3.

Vnde patet, quòd aliquando deſolatio iſta ſine culpa noſtra contingit, ad probationem maiorem, & coronam, & cæteras cauſas iam dictas. Aliquando ob culpam noſtram, quia dereliquimus Deum peccando; vnde iuſtè ab illo deſerimur, teſte Domino per Ezechielem dicẽte ſub nomine Idumææ: *Pro eo, quod peccauit delinquens, faciam eam deſertam*: & ſignanter ſubditur, *ab Auſtro*, qui ventus eſt calidus, & humidus, oppoſitus Aquilonari, qui frigidus eſt, & ſiccus, ariditatem hanc cauſans, vt infra ex Giliberto Abbate notabimus. Ergo propter peccatũ deſertam ab Auſtro facere, deſolationem hanc quãdoque prouenire ex culpa demonſtratur. Quod S. Abbas Daniel quoque his verbis teſtatur: *Per ignauam deſidiã noxijs cogitationibus paſti, terram cordis noſtri ſpinas, & tribulos facimus germinare; quibus in ea pullulantibus, conſequenter efficimur ſteriles, atque ab omni reddimur ſpirituali fructu, & contemplatione deſerti.* Hæc ille.

Ezech. 25 13.

Caſſian. coll. 20. 3

De amaritudine animæ.

AMaritudo iſta, carentia eſt illius dulcedinis, quam includit gratia per ariditatem negata, teſte anima iuſta dicente: *Et fructus eius dulcis gutturi meo.* Amaritudo ergo, quam in iſtius dulcedinis ſubtractione quis experitur, ad hanc ariditatem ſpectat. In cuius figura, de Sion ſancta, per quam deſignatur anima iuſta, in Threnis dicitur: *Et ipſa oppreſſa amaritudine*. Et ſanctus Rex Ezechias de ſe flendo dicebat: *Ecce in pace amaritudo mea*

Cant. 2. 3

Thr. 1. 4.

Iſai. 38. 17.

Digitized by Google

amariſsima. Quæ verba, ſi moraliter interpretemur, faciunt ad propoſitum. Per Ezechiam namque (qui iuſtus erat, & de ſe fidē-ter ad Deum dicebat, coram eo,
Iſai. 38. 3 *in veritate*, & *in corde perfecto* ambulaſſe, ideo quòd, vt Hiero-
Hieron. nymus notat, *Idola deſtruerit, Templi valuas aperuerit, ſerpentē æneum comminuerit, & cætera fecerit, quæ Scriptura commemorat*, 4. Reg. 18.) quilibet iu-
4. Reg. 18. 4. & 16. ſtus poteſt intelligi, qui à corde ſuo Idolum creaturæ tollit Dei amore, & pacem habet cum eo: tamē ab eo probatur per ſui ſubtractionem, qui, cùm dulcis ſit, in tali carentia experitur amaritudinem, quæ cum amore creſcit, & ideo amariſsima dicitur. Quò enim magis alicui per amorem inhæremus, eò eius abſentia apparet moleſtior, & conſequenter amarior.

De *ſpirituali angore*.

ANgor iſte dilatationi ſpirituali reſpondet, quam ſupra diximus, ſpecialem hanc gratiam importare. De quo Pſalmiſta ait: *Tribulatio, & angustia inuenerunt me*. Et de Domino di-
Pſal. 118 143. citur apud Lucam: *Factus in*
Luc. 22. 43. *agonia*: quam licèt in ſuperiori animæ portione, quæ beata erat, pati non poſſet, in inferiori tamen ipſe propter nos dignatus eſt pati: Et ſic non dilatabatur ad mortem, ſed renuebat potiùs, dicens; *Tranſeat à me calix iſte*.
Matt. 26 39.

Malum etiam hoc à ſe depelli curabat, quę dicebat: *Surge Aquilo, & veni Auſter, perfla hortum*
Cant. 4. 16. *meum, & fluant aromata illius*. Hæc namque verba Abbas Gillebertus conſiderans, ait: *Affe-*
Gillib. ſerm. 38. init. *ctiones dulces, ſanctæ ſunt ſponſæ aromata: nam ipſa eſt hortus Auſtro flante, illa fluunt in delicias ſponſi: ſed Aquilonis hæc iterum inclementia ſiſtit; frigidus eſt enim ventus Aquilo, & ad ſtatū eius aromata congelantur*. Manifeſtum eſt autem, quòd congelatio ſtringit, & hoc eſt angi: & maius eſt malum, cùm in corde fit, quàm tribulatio quædam exteriùs premens, vt ipſe Doctor ibidem notat, dicens: *Durus Aquilo exterior aduerſitas, ſed multò durior mentis anxietas*: quæ eſt hic angor, quem affert ariditas; pro qua ipſum accipit Kempis, dum inquit: *Nec propter ariditatem, ſeu anxietatem mentis, quā ſentis, te totaliter negligas*.
Kmp. lib. 3. c. 7. n. 1.

De *languore animæ*.

VIgori ſpiritus, quem confert gratia per aridiratem negata, reſpondet hic languor, de quo in Euāgelio mentio fit Ioan. 5. 7. Vbi dicitur, quòd in probatica illa Piſcina, quæ Ieroſolimis erat, *Iacebat multitudo magna languentium*; inter quos recenſentur ariditate hac laborantes: additur enim, *aridorum*. Erant

ergo

Digitized by Google

ergo ex ariditate languẽtes: Quo ſanè languore infirmabatur, quæ dicebat: *Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo*. Vbi verbum *fulcite*, vigoris oſtendit inopiam, quam exprimit nomen *languoris*; & eſt effectus amoris, qui *viget cùm preſto eſt, quod amatur*, vt ſupra cum Bernardo notauimus, qui ſubiungit, verba iſta conſiderans: *Languet, cùm abeſt*, vtique Deus ſpecialem gratiam infundens ſpirituali pinguedinis, per quam fortis redditur anima, & robuſta: & ideo hic Sanctus Doctor vigori opponit languorem.

Cant. 2. 5

Bernard. ſer. 51. in Cant. ante med.

Et ſanè de ægritudine iſta *ariditatis* ex carentia conſolationis ſpiritualis, eſt ſermo. Nam Hebræi legunt, *fulcite me lagenis*; in quibus eſt vinum, per quod ſpiritualis conſolatio deſignatur, quam ſenſerat iam introducta in cellam vinariam; & eſt pignus illius, qua in cœlo ſunt fruituri beati, de quibus eſt ſcriptum: *Inebriabuntur ab vbertate domus Dei*. De quo vino apud Zachariam ſimiliter legitur, *vinum germinans virgines*; vt ſic fortis intus, & reſiſtens tentationibus carnis, ſe illibatam valeat conſeruare ſponſo, carnalibus conſolationibus non ſuccumbens.

Pſal. 35. 9.

Zach. 9. 17.

Septuaginta autem Interpretes legunt, *Confirmate me vnguentis*. per quæ ſpirituales intelliguntur conſolationes. Vel quidem ipſa Chriſti præſentia expoſtulatur per metaphoricam loquutionem, qua diligens quempiam, qui à flore, vel pomo cognomen habet, dicit: Nõ delector, niſi floribus, niſi pomis; iſta mihi afferantur: Chriſtus autẽ flos dicitur, *Ego flos campi*: Et malus, *ſicut malus inter ligna ſiluarum*. Languor igitur iſte, ægritudo animæ maxima eſt, orta ex amore dilecti, quem putat abſentem, dum conſolantem non ſentit.

Cant. 2. 1 ibid. n. 3.

De *tepiditate ſpiritus.*

REſpõdet iſta tepiditas deuotioni illi ſenſibili ad curſum hilarem & promptum in via Dei reddenti, quæ ſub gratia per ariditatem negata, iuxta ſuperiùs dicta, comprehenditur; & non ſolùm dicit ceſſationem ab operibus bonis, ſeu interruptionem illorum, quomodo de illa volumine primo loquuti ſuimus, ſed etiam operationem remiſsã, quæ priùs feruidè, gratia præſente, fiebat. Sicque etiam *ignauia*, *deſidia*, & *torpor* à Doctoribus nominatur. De qua B Laur. Iuſtin. ſic ait: *Conſueuit quoque nonnunquam, Deo iuſtè, amabiliterque permittente, mens quodam teporis ſpiritualis frigore, & quadam diuini guſtus priuatione perfundi*.

B. Laur. Iuſtin. de caſt. connub. verb. & anim. c. 14. circ med.

Quòd autem, recedente ſpeciali hac gratia, incurratur hoc malum, facilè contingere poteſt, quia tunc non ſentit homo in ſe

Digitized by Google

lætitiam cordis, alacrem facientem, sed tædium, & languorem ab operatione retrahentem. Quemadmodum enim æger tædio affectus, ineptus operationi probatur, quia cibum abhorret ex illo, quo capiat vires, quas non experitur in se ex languore; sic in spiritualibus se res habet. Quare non mirum, si, recedente prædicta deuotione, intret tepiditas, qua vel omnino ab opere cesset, vel interrumpat illud, aut remittat. Vnde de homine deuotione repleto idem B. Laurētius ait: *Huiusmodi caueat, ne tepescat.*

B. Laur. Inst. ser. 1. de vit. sol. ante med.

Quia tamen secundùm doctrinam traditam puncto primo, substantialis deuotio, etiam tunc potest esse, in eo maximè, qui ex peccato in ariditatem non incidit; ideo potest, absente deuotione sensibili, tepiditas ista abesse; vt exemplo ibi, & similitudine comprobauimus ex viatore, & Domino nostro in horto orante. Et ratio est, quia habitus supernaturales infusi non inseruiunt ad operandum faciliùs, quemadmodum acquisiti: & ita existentibus illis, licèt non sentiatur facilitas, operationes fieri possunt æquè benè, ac priùs; imò, cæteris paribus, cũ maiori merito, quod augetur ex superata in operando difficultate: quam, absente Domino, Apostolicus labor præfigurauit in remigãdo, vt Marc. 6. n. 48. narratur. Non enim cessarũt tunc Apostoli remigare, licèt difficultatem sentirent. Quapropter sic consulit Kempis: *Tunc* (scilicet tempore subtractionis) *ab orationis studio non torpeas, nec reliqua opera tua ex vsu facienda, omnino dilabi permittas: sed sicut melius potueris, & intellexeris, libenter, quod in te est, facias.* Vnde de sic tunc operante ita ait Bernardus: *Neque enim etsi à contemplationis lumine cadit, patitur tamen vllatenus se incidere in tenebras peccati, seu ignauiam otij, sanè in luce bonæ operationis se retinens.* Non adest ergo tunc *tepor*, qui deuotioni substantiali opponitur, licèt *desidia* adsit, sensibili, seu accidentariæ deuotioni oppositæ, quam, ista subtracta, anima inuita tunc patitur, teste Gilliberto dicente: *Molestum vtrumque, & propugnare disciplinam, & propulsare desidiam. Quomodo, Iesu bone, tantã tandiu toleras vexationem sponsæ tuæ? Desidiam inuita patitur, & quasi voluntariam in se sic puniendo, persequitur.*

Kemp. lib. 3. c. 7. n. 2.

S. Ber ser. 51 in cãt. ant. med.

Gilliberr. Abb. ser. 38 in cãt. cir. fin.

De *animæ sterilitate.*

STerilitas ista pinguedini spirituali respondet, quam ariditas negat. Proinde Numer. 13. 21. dicitur, *Humus pinguis, an sterilis*: Vbi contradistinctæ ponuntur sterilitas, & pinguedo, tanquam vnum inferat negationem alterius. Sicut igitur per gratiã specialem spiritualis pinguedinis ani-

Digitized by Google

anima fœcundatur; quod ſignifi-
Pſ.64.13 cauit Pſalmiſta, cùm dixit: *Pinguescent ſpecioſa deſerti*; ita, illa abſente, quod contingit ſiccitate præſente, *ſterilis* redditur, teſte eodem Propheta dicente: *Poſuit*
Pſal.106 33. *flumina in deſertum, & exitus aquarum in ſitim*. Ecce ſiccitas, vbi prius erat abundantia ſpiritualium aquarum animam fœcundantium, ad quam ſterilitas ſequitur; ideo ſubditur: *Terram*
num.34. *fructiferam in ſalſuginem*: id eſt, in ſterilitatẽ, ſignificatam per ſalem, vt ibi Caſsiodorus, & Lyranus conſiderant.

Aliquando autem ſterilitas iſta ex culpa noſtra contingit, vt manet ſupra notatum Puncto 2.
Pſ.cit.ib. Ideo ſubiungitur, *à malitia inhabitantium in ea*. De qua ſterilitate ſic ait ſanctus Bernardus:
S.Ber ſer. 54 in Cãt 10.ſ. med. *Dominus declinauit in ira à ſeruo ſuo. Hinc iſta ſterilitas animæ meæ, & deuotionis inopia, quam patior*.

Aliquando minimè, vt ibidem pariter diximus, ſubtrahẽte Deo fœcunditatem hanc, anima manente ſterili, ſpiritualiter præfigurata in Sara, & Anna, in quarum vna probata eſt fides: in altera, patientia. Et de iſta dicitur per
Eccl.43. Sapientẽ: *Gelu ſicut ſalem effun-*
21. *det ſuper terram*: per gelu namque, quod ſtringit, & ſiccat, ſubtractio iſtius gratiæ venit ſignata. Et quia hinc ſterilitas ſequitur, ſubditur, *ſicut ſalem*. De qua Caſsianus loquens, ſic ait: *Ac rurſum, nullis exiſtentibus cauſis, omni ſpirituali fructu redderetur effota*; quemadmodum vtique ſine illi- ſterilis fuit facta. Caſsian. coll.2.c.2

Notandum tamen, ſicut de tempore notauimus, quòd ſterilitas iſta poteſt eſſe fœcunda. Nã tunc poteſt cum habitibus infuſis gratiæ iuſtificantis comitibus, abſolutè ſalutaria operari, licèt quidem cum labore; ex defectu gratiæ iſtius ſenſibilis, & ita, cæteris paribus, æternæ vitæ fructus vberiores producere, licèt guſtus tũc differatur, dandus totus, vel poſt hoc exilium in vita beata; aut illius portio etiã in vita iſta mortali reponitur, dandus poſtquam exilium illud cordis trãſierit. Et in hoc ſenſu Apoſtolus poteſt intelligi, cùm ad Galatas dicit: *Lætare ſterilis, quæ non paris; cla-*
ad Gal.4 27. *ma, & erumpe, quæ non parturis, quia multi filij deſertæ magis eius, quæ habet virum*: vtique guſtum Dei ſenſibilem; quo marito operatur magna: ſed maiora operari valebit per gratiam exiſtentem occultè in anima, licèt
Iob 9.11. non ſentiatur, iuxta illud: *Si venerit ad me, non videbo eum*. Tamen cùm difficulter valde ad operationem trahamur, in qua delectatio non guſtatur, imo amaritudo ſentitur; ideo fœcunditas iſta, gratia ſubtracta ſenſibili, multùm periclitatur, neque poterit, niſi *vi dilectionis puriſſimæ*, quæ,
Cant 8.6 *vt mors, fortis* eſt, immunis à caſu exire: de quo infra ſermo redibit.

De

De *Insensibilitate spiritus*.

INsensibilitas ista opponitur directè gratiæ speciali, quam ariditas negat. Nam,vt supra est dictum, illa est gustus quidam Dei sensibilis per effectus dulcedinis, lætitiæ, consolationis, &c. quos in anima causat. Vnde de sentientibus illos Apostolus dixit: *Qui secundùm spiritum sunt, quæ sunt spiritus,sentiunt.* Cùm autem arida est anima,ab isto sensu priuatur, vt experientia probat, & Cassianus fatetur dicens: *Nosmetipsos huiusmodi sensibus aresceere sentiremus:* & sic merito *insensibilis* spiritualiter dicitur. De qua insensibilitate loquens B. Laurentius Iustinianus de anima, dixit: *Insensibilitate fatigata, supra modum, & supra virtutem grauari se sentiat.* Insensibilis ergo respectu diuinorum manens anima, suam solùm insensibilitatem miserabiliter sentit.

Ad Rom. 8. 5.

Cassian. coll.1.c.2

B. Laur. Iustin. de cast. connub.c.14 ant. med.

Quia autem, quod durum est, aut dormit, non sentit, ideo hic ariditatis effectus, *duritia* etiam, & *somnus* dicitur.Proinde de duritia sub nomine crystalli, sic loquitur Scriptura diuina, *Frigidus ventus Aquilo flauit, & gelauit crystallus ab aqua*. Per hunc enim ventum, qui stringit, & siccat, designatur gratiæ specialis subtractio, ad quam duritia sequitur per crystallum signata, quæ,vt ibi notat Lyranus, ex cõgelata fit aqua, & est glacies indurata per plures annos. Vnde quemadmodũ difficulter valde liquefieri potest, ita anima glaciata, & indurata, gratia ista subtracta, compungi, aut in lacrymas resolui non valet. Ob id de illa in persona sua Bernardus serm.54.in Cant.post med.sic loquitur: *Quomodo ita exaruit cor meum, coagulatum est sicut lac, factum est sicut terra sine aqua? Nec compungi ad lacrymas queo: tanta est duritia cordis.* Idem B. Laurentius Iustinianus loco proximè citato indicat, dum dicit: *Cùm ineuitabilis corporis resolutionis, & horæ exitus, seu fragoris extremi Iudicij, atque æterni cruciatus incendij recordari conatur, vt se compungat, non potest.*

Eccli.43. 22.

Lyran.

S.Bern.

B.Laur.

De *somno* autem loquens Sapiens, sic ait: *Pigredo immittit soporem*; vtique intelligendi diuina,vt ibi Interlinearis exponit; & sic ad illa redditur insensibilis. Pigredo autem proxima causa assignatur, quæ quidem tædio, & tepiditati respondet; de quibus iam manet dictum,vt patet etiam ex ibi Psalmo citato, *Dormitauit anima mea præ tædio*;& consequẽter insensibilis facta. Vnde de illa sic laborante ita loquitur Cassianus: *Vt nec desiderio regni cœlorum, nec metu gehennæ proposito, ab hoc lethali somno excitari valeret*. Vbi signanter appel-

Prou.19. 15.

Interl.

Ps.118. 28.

Cass. loc. prox. cit.

Digitized by Google

appellatur *lethalis*, quia niſi ſpeciali fulciatur auxilio, ſine dubio ruet in mala, perſeuerans in illis ſine ſenſu illorum; quæ eſt alia inſenſibilitas peſsima, de qua in Propugnaculo proprio diffusè dicendum eſt.

De *Puſillanimitate ſpiritus*.

SOlet ſpiritualis gratia, de qua loquimur, animæ, cui adeſt, fortitudinem quandam impertire, vt nullum laborem vereatur, nec pericula timeat, & omnia ſibi poſsibilia videantur. Huic ergo fortitudini reſpondet in ariditate puſillanimitas, quæ timiditas eſt, & diffidentia, quòd poſsit tunc in Dei perſeuerare obſequio, & difficultates in eo occurrentes ſuperare. De qua puſillanimitate Propheta loqui-
Pſ. 54. 9. tur, dicens: *Expectabam eum, qui ſaluum me fecit à puſillanimitate*. Et cauſa ſubditur, vnde proueniat, *& tempeſtate*, Aquilonari vtique, ſiccitatem hanc cauſante: de qua Eccli. 43. 18. dicitur, *Tempeſtas Aquilonis deuorabit terram*. Iſta ſanè excitata erat Domino dormiente, quando exiſtentes in naui clama-
Matt. 8. 25. runt: *Domine ſalua nos, perimus.* Aderat enim in cordibus puſillanimitas ad flatum venti iſtius. Propterea de puſillanimitate hac increpans illos Dominus Ieſus,
num. 26. dixit: *Quid timidi eſtis?*

Sed vlteriùs habemus de hoc exempla ſpecialia. Primò, in ipſo Propheta adducto, qui, gratia præſente, dicebat: *Ego dixi in abundantia mea, non mouebor* Pſ. 29. 7. *in æternum.* & iterũ, *In Deo meo tranſgrediar murum*. Taliter ſe Pſ. 17. 30. fortem putabat, quòd ſi in æternum durarent pericula, & mala, non deijceretur in eis; & ſi obſtacula, vt murus, dura, contingerent, cuncta illæ ſus pertranſiret. At recedente gratia, quaſi deiectus clamauit: *Auerſiſti faciẽ* Pſ. 29. 9. *tuam à me, & factus ſum conturbatus*.

Secundò in Paulo, qui in ſimili abundantia poſitus, fidenter dicebat; *Omnia poſſum in eo, qui* Philipp. 4. 11. *me confortat*. Et iterum cuncta prouocabat ad pugnam, dicens: *Quis nos ſeparabit à charitate* Rom. 8. *Chriſti? tribulatio, an angustia?* 35. *an fames? an nuditas? an periculum? an perſecutio? an gladius? Certus ſum, quia neque* num. 38. *mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei*. Vbi notandum primò, quòd etiã fortitudo Angelica ei videtur parua. Non tamen ita hoc intelligendum, quòd Angeli ſancti contra nos pugnẽt; ſed conditionalis loquutio eſt, vt notat Lyranus; quòd, ſcilicet, ſi Lyran. pugnarent, non vinceretur ab eis.

Notandum ſecundò, quomodo

do inter ista mala ponat angustiam, *an angustia?* de qua supra diximus, quòd ad ariditatẽ pertineat: & tamen de fortitudine ei per gratiam præsentem collata ita cõfidit, vt neque possit vinci ab illa, imo superaturum quæcumque mala, constitutũ in ipsa. Quid tamen ei contigit, gratia
2. Cor. 1. 8. recedente? Ipsum audi: *Non voluimus ignorare vos fratres, de tribulatione nostra, quæ facta est in Asia, quoniam supra modum grauati sumus, supra virtutem*, Non metuas Paule, qui paulò ante securè dicebas: *Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio?* quomodo ergo modò ab ea te grauatum fateris supra virtutem? Respondet: tunc erat natura à gratia adiuta: modò à gratia destituta. Et ideo non mirum, si quæ fortis erat, sit pusillanimis reddita; quod indicat verbum *supra virtutem*: nam pusillanimis semper cogitat se viribus imparem, licèt verè sit par. Non enim debebat se diminutum virtute proclamare, quia à gratia derelictum, qui alibi docuerat facere Deum *cum tentatione prouentum*. Sed in ipso instruimur
1. Cor. 10. 13. fugere in abundantiori gratia securitatem, qui, illa absente, experimur nostram paupertatem.

Tertiò, simile accidit Petro, qui, præsente gratia vberi, Domino dicit: *Si omnes scandalizati*
Matt. 26. 33. *fuerint in te, ego nunquam scandalizabor*: tamen post pusillum ad vocem vilis ancillæ factus pusillus, ipsum cum iuramento negauit.

Solet autem pusillanimitas ista, comites habere mærorem, & tædium. Vnde, cùm subtracta speciali ista gratia, intrent in animã, pariter deiectio intrat: nam sic alibi à Scriptura nominatur ista pusillanimitas. Et de mærore, seu tristitia, patet in Prouerbijs: vbi dicitur: *In mærore animi dejicitur spiritus*. Vnde de ariditate ista, seu gratiæ subtractione, loquens Bernardus, simul hæc copulauit, dicens: *Ne subitò cùm fortè retraxerit manum, & subtraxerit donum*; ecce ariditas: *tu animo concidas*; ecce pusillanimitas: *& tristior quàm oportet fias*; ecce comes tristitia. De *tædio* autem patet ex verbis Apostoli citatis: nam postquam se grauatum dicit *supra virtutem*, in quo innuitur pusillanimitas, tædium subiungit: *Ita, vt taderet nos etiam viuere*.

Prov. 15. 13.

Bernard. ser. 21. in Cant. circ. med.

Loquitur autem mirificè de ea propheta Regius Psal. 103. cùm ait: *Aperiente te manum tuam*; ecce gratia deuotionis. & effectus sequitur, *Omnia implebuntur bonitate*. Quæ sunt ista *omnia*? Ea, de quibus antea: *animalia pusilla cum magnis*: vbi & pusillanimes, & magnanimi agnoscuntur; & isti omnes suscipiunt hoc donum gratiæ: quia Iacobo teste, *Deus dat omnibus affluenter*. Sed quid tunc? *implebun-*

Ps. 103. 28. num. 26

Iacob 1 5.

tur

Digitized by Google

tur bonitate : tunc, cùm proſperè ſe habent, currunt velociter viam mandatorum Dei, quibus bonitas eorum incipit, creſcit, & perficitur. Ita ſanè præſente gratia : ſed quid recedente ? Sequitur : *Auertente autem te faciem*; ecce ſubtractio: & effectus ſequuntur, *turbabuntur* ; vtique triſtitia, tædio, anguſtia, &c. *Auferes ſpiritum eorum* : effectus eſt auerſionis Dominicæ ad maiorem expreſſionem : & effectus ex parte noſtra, qui eſt puſillanimitas, ſequitur, *& deficient*, ſcilicet, animo concident, vt ſupra ex Bernardo eſt dictum. Et non mirum, quia ablato tali dono ſpirituali, *in puluerem ſuum reuerrentur*, vt ibi dicitur; ideſt, in puſillum animum & timidum, quem à ſe habent. Et quia tunc anima periclitatur multùm, ideo pro gratia ſubtracta ſubditur poſtulatio: *Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ*; quæ vtique ariditate plena, laborabat hoc malo, & cæteris ſuprapoſitis. At de periculo hoc ſpecialiùs mox dicendum. Ex ſupradictis tamen patet, quare ſubtractio iſta, quæ ariditatis eſt cauſa, tam variè à ſcripturis & doctoribus nominetur: vtique propter varios hos effectus, quos operatur in anima.

Pſal. 103. 29.

an. 30.

De *ariditatis periculo*.

EXpeditis igitur tribus Punctis, ſcilicet, quidditate, cauſis, & effectibus ariditatis; oſtendere remanet, quàm periculoſa ſit pugna iſta. Quod facilè quidem ex dictis perſpicitur: tamen vt arma vltimò contra ipſã ponenda, apprehendantur auidiùs, & dirigantur viriliùs; periculum iſtud ex profeſſo hìc ponã. Primò ex ipſa ariditate ſecundùm ſe conſiderata. Secundò ex illius effectibus.

Et primò, quàm commune ſit malum hoc, ſignificauit Dominus per Ieremiam prophetam, cùm dixit : *Ab Aquilone pandetur omne malum, ſuper omnes habitatores terræ*; ita vt nullus ſit, ſiue magnus, aut paruus, qui euadat, vtique ſiccitatem, quam Aquilo ſolet inuehere. Et à propheta Regio periculum ponitur, dum dicit ; *Ante faciem frigoris eius quis ſuſtinebit?* Quaſi dicat, nullus: & eſt figurata locutio, qua nullus dicitur, cùm pauci ſunt. Aquilo autem frigidus deſiccat; & ſterilitatem inducit; vt ad hoc propoſitum loca hæc S. Bernardus adducit.

Ier. 1. 14.

Pſal. 147. 17.

Bernard. ſer. 65. *in cant. circ. fin.*

Præfiguratum autem fuit periculum hoc maximum in ſiti illa, quam paſſa fuit Bethulia, vrbs munitiſsima, à potentiſsimo obſeſſa exercitu: cui fortiter reſiſtens, à ſuccedente tamen ſiti ſe proſtratam fatetur. *Cùm proſternamur*, inquiunt, *ante oculos eorum in ſiti* : acriorem hunc hoſtem agnoſcens, hoſtili exercitu, qui orbi erat terroti: Ideoque illi

Iudith. 7. 14.

Digitized by Google

illi cedens, tanquam duriùs impugnanti, istius deuorantem gladium præelegit dicũt enim: *Tradatis ciuitatem in manus militiæ Holofernis, & sit finis noster breuis in ore gladij, qui longior efficitur in ariditate sitis.*

Erat sanè figura Bethulia mõtana, & munita, Israelitici populi verum Deum colentis, animæ cuiusque iusti, quæ fundata in situ alto fidei, verè colit Deum per virtutes veras, fortiter resistens Diabolo, figurato in Holoferne, exercitus Duce illius, & omnibus vitijs designatis in militia illa. Tamen, aqua subtracta specialis auxilij, quo roborabatur interiùs, posita in ariditate, iam succumbit ex illa, eligens potiùs spiritualiter mori, vitijs cedens, quàm in siccitate omnimoda posita, præliari.

Pugnam hanc quoque exitialem per Ieremiam prophetam Dominus prædixit, cùm dixit: *Commotio magna de terra Aquilonis, vt ponat ciuitates Iuda in solitudinem, & habitaculum draconum*: ideſt, flante Aquilonari vento, qui frigidus est, & siccus, sequetur commotio. At quæ? qua anima siccata succumbet, à perfectionis culmine mota; & cordis ciuitas situata in alto, & virtutibus affluens, deseretur ab illis, & in loca illorum succedent habitaturi dracones, vitia vtique, & peccata.

Ierem.10 22.

Hoc idẽ deplorans Isaias propheta, dixit: *Abscondisti faciem tuam à nobis*. Ecce ariditas sequuta ex facie Domini sub abscõdita: & effectus sequitur: *Et allisisti nos in manu iniquitatis nostræ*: qua intrante, gratia, & virtutibus anima deserta manet: Proinde subditur; *Ciuitas sancti tui facta est deserta. Si in deserta facta est, Ierusalem desolata est: domus sanctificationis nostræ, & gloriæ nostræ, facta est in exustionem ignis, & omnia desiderabilia nostra, versa sunt in ruinas.* Exustio autem cum desiccatione est, ad quam ruinæ desiderabiliũ, quæ sunt dona Dei, dicuntur sequutæ. Ecce periculosa ariditas, obnoxia valde morti animę, quæ, etiam corda fortium facit pauere.

Isai. 64. 7.

nu. 10.

Quod in Samsone fortissimo satis patet, qui post mille viros in asini maxilla gloriose percussos, fatetur tamen se moribundum siti, & per eam se prosternendum ab eis, de quibus, non impugnatus ab illa, paulò antea triũphauerat. *Tu* (inquit) *dedisti in manu serui tui salutem hanc, atque victoriam. En siti morior, incidãque in manus incircumcisorũ.* Vide sitim potentiorem tot prostratis, quæ prostratorem prosternit, vt is se inermem agnoscens, ac impotentem resistere, ad Deũ confugiat pro adiutorio, ne ab inimicis, quos priùs animosè fugauerat, miserabiliter caperetur. Et qui sunt incircumcisi hostes isti, nisi peccata, & vitia, quæ cor

Iudic. 15. 18.

no-

Digitized by Google

noſtrum faciunt incircumciſum; de quibus reportat victoriam, qui amore Dei ſe circumcidit, hoc eſt, mortificat? Tamen, qui huic pugnæ vacat, adueniente ſiti, pauet, caſum timens & mortem.

Huius autem cauſa periculi, duplex præcipuè inuenitur. Prima, quia *cùm*, iuxta Philoſophũ *Ariſt. 10. Ethic. 4.* 10. Ethicor. 4. *Sine delectatione vlla viuere nequeamus*: anima autem iuſti delectationibus terrenis ex charitate renuntiet; ſi adhuc ſpiritualibus manſerit deſtituta, deſolata profectò manebit, & grauiſsimè languens, ac in periculo maximo, quòd ſe tradat carnalibus, quibus renũtiauerat. quæ mortem comitẽ habent, iuxta Apoſtolica verba. *1. Timot. 5. 6.* *Quæ autem in delicijs eſt, viuens mortua eſt*, Et de his in Threnis loquitur Ieremias, dicens: *Thren. 4. 5.* *Qui nutriebantur in croceis*, per quos ſpiritualia deſignantur; *amplexati ſunt ſtercora*, vtique carnalia, quæ talia reputauit ille, qui cordialiter *Philip. 3. 8.* dixit: *Omnia arbitratus sũ ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam.* Iſti ſimiliter illi ſunt, de quibus *2. Petr. 2. 22.* loquitur Petrus, cùm ait: *Canis reuerſus ad vomitum, & ſus lota in volutabro luti.*

Secunda cauſa ex prima orta, diffidentia quædam eſt de amicitia Dei: reputat enim quis ſe ab eo deſpectum, cuius aſpectũ non videt, vtique in conſolatione, & luce. Cui optimè congruunt ver- *Iob. 13. 24* ba Iobi: *Cur faciem tuam abſcõdis, & arbitraris me inimicum tuum?* Cùm autem diffidentia hunc amorem infrigidet, qui ſolus ariditatis ingẽti oneri eſt ſufficiens, conſequenter huius viribus diminutus, importabile illi hoc onus videtur. Et ecce puſillanimitas, diffidentiæ comes, ex qua ſequitur oneris proiectio, & ad creaturas conuerſio.

Hinc eſt varietas periculi huius, quòd licèt in prouectioribus maximum ſit, qui puriori amore, & diuturniori Deum amplectuntur, vt ex dictis exemplo Samſonis, & Iobi colligitur, tamen non minus in nouellis ſeruis Dei procedit; quos benè Iſmael puer figurat, cuius vita periclitabatur, aqua conſumpta, vt narratur in Geneſi. *Cùmque conſumpta eſſet aqua in vtre, abiecit puerum ſubter vnam arborum, quæ ibi erant, & abijt, ſeditque è regione procul, quantùm poteſt arcus iacere. Dixit enim, non videbo morientem puerum.* Vbi clarè apparet matris deſperatio, aquæ defectu. *Gen. 21. 15.*

At notandum, non ſolùm in iſtis non eſſe periculum minus, ſed proculdubio maius eſſe; quẽadmodum apparentes flores magis periclitantur, vento flante Aquilonari, quàm producti iam fructus, qui fortiùs reſiſtunt quã illi: prout optimè notauit Bernardus in via Dei nouitijs, qui floribus comparantur, ſic dicens in quodam ſermone: *Vſtionem certè* *Bern. ſer. 63. in Cã. tic. circ. fi.*

Digitized by Google

certè metuo floribus, non subreptionem, sed vstionem à frigore. Aquilo mihi suspectus est, & frigora matutina, quæ intempestiuos flores solent perdere, fructus præripere. Quomodo autem perdunt, & præripiunt, nisi siccando?

Quod etiam congruè præfigurauit grando, de qua Exod. 9. narratur, quæ cunctam herbam percussit, non tamen læsit, nisi tenerum adhuc, & viride, serotino seruato illæso. *Linum ergo, & hordeum læsum est.* Et subditur causa: *Eo quod hordeum esset virens, & linum iam folliculos germinaret: triticum autem, & far non sunt læsa.* Quare? subiungitur, *quia serotina erant.*

Exod. 9. 31.

Et hæc causa est, cur nouitijs in anno probationis solet benignissimus Deus prouidè rorem consolationis spiritualis benignè infundere, quem prouectioribus subtrahit, *ne illi deijciantur, & isti inflentur.* De primis namque dixit Apostolus: *Tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam.* Nomine enim *lactis*, consolationes istæ possunt intelligi: & per *escam*, subtractionis probatio, quæ instar panis cum cortice, dura videtur, &, lacte subtracto prouectioribus datur, qui in Isaac figurantur, de quo in Genesi dicitur: *Creuit igitur puer, & ablactatus est.*

1. Cor. 3. 2.

Gen. 21. 8

Ratio autem radicalis, probationis istius, est insinuata iam supra, nimirum, purior amor, & firmior, qui in prouectioribus supponitur ad portandum subtractionis istius grauissimũ onus, qui in incipientibus adhuc debilis, illud ferre non valet.

De qua ariditate sub frigoris nomine ita Bernardus loquitur: *Hoc frigus, si semel animam — animæ quidem (vt assolet) incuria, spiritu dormitante, peruaserit, ac nemine deinde, quod absit, inhibente, ad interiora eius peruenerit, descenderit in viscera cordis, & sinum mentis, concusserit affectiones, occupauerit consilij semitas, perturbauerit iudicij lumen, libertatem adduxerit spiritus; mox (vt in corpore solet eucnire febricitantis) subit quidam animæ rigor, & vigor lentescit, languor fingitur viriũ, horror austeritatis intenditur, timor sollicitat paupertatis, contrahitur animus, subtrahitur gratia, protrahitur longitudo vitæ, sopitur ratio, spiritus extinguitur, deseruescit nouitius feruor, ingrauescit tepor fastidiosus, refrigescit fraterna charitas, blanditur voluntas, fallit securitas, reuocat consuetudo. Quid plura? dissimulatur lex, abdicatur ius, fas proscribitur, derelinquitur timor Domini. Dantur postremò impudentiæ manus: præsumitur ille temerarius, ille pudendus, ille turpissimus, plenus ille ignominia, & confusione saltus de excelso in abyssum, de pa-*

S. Ber. loc. sup. cit.

Digitized by Google

uimento in ſterquilinium, de ſolio in cloacam, de cœlo in cœnum, de claustro in ſæculum, de paradiſo ininfernum. Hactenus ſanctus Doctor. Cuius ſanè verba notabilia ſunt ad propoſitum: vbi plures effectus ariditatis iſtius ex ſuprapoſitis narrat, per quos nos iam pariter diſcurramus.

Periculum idem oſtenditur ex effectibus enarratis.

De Periculo primo. Ex *tenebris*.

ET primò de tenebris, quas primo loco poſuimus, patet in Pſal. 103. 20. ſupra iam allegato, & ad hoc propoſitum à B. Laurentio Iuſtiniano adducto. Facta enim nocte, per lucis iſtius ſpecialis ſubtractionem, ſtatim ſine fræno mala ſequuntur, niſi quis valde ſit cautus, vt ex ſequentibus conſtat. *In ipſa*, inquit, *pertranſibunt omnes beſtiæ ſyluæ, catuli leonum rugientes, vt rapiant, & quærant à Deo eſcam ſibi*: id eſt, in ipſa nocte, ſtatim ac tenebræ fiunt iſtæ, *omnes beſtiæ ſyluæ*; non vna, aut altera, ſed omnes, cum catulis leonum; non vtcumque, ſed rugientibus, quærunt eſcam ſibi. Sunt autem beſtiæ iſtæ, iuxta ordinariam Gloſſam ex Auguſtino, dæmones, qui liberè, & vehementer animæ ſic obtenebratæ inſultant, quæ eſca illorum eſt, quatenus ſic de ipſa decepta, & capta gaudent, ſicut beſtiæ ſyluæ de præda: & à Deo quærere dicuntur eſcam iſtam, quatenus, ipſo permittente, diripitur. Ecce ex lucis ſubtractione periculum magnum, quatenus homo expoſitus fit tunc omnibus dæmonibus ſæuiẽtibus, & ad vitia trahẽtibus; vt ſic anima Deo mortua, in inferno cum ipſis ſepeliatur in æternum. Subditur autem bonum ex luce denuo apparente proueniens, cùm dicitur: *Ortus eſt ſol*, ſcilicet, lucis diuinæ; *& congregati ſũt*, vtique dæmones: *& in cubilibus ſuis collocabũtur*, ad tentandum nos egreſſuri. Vnde dicit ibi Gloſſa: *Chriſto in aliquo occidente, vigent mala: reſurgente, fugiunt*. Proinde immunitas, ſeu libertas bene operandi, tunc ſequitur, cùm perſeuerantiæ munere: *exibit homo ad opus ſuum, & ad operationem ſuam vſque ad veſperam*, vtique finem vitæ, qui per *veſperam* deſignatur.

B. Laur. Iuſtin.

Pſ. vt ſup num. 21.

Num. 22.

Gloſſa.

Num. 23.

Gloſſ. ex Auguſt.

De Periculo ſecundo. Ex *triſtitia*.

Idem de triſtitia conſtat ex Sapiente dicente: *Spiritus triſtis exſiccat oſſa*; id eſt, virtutes deſignatas per oſſa, vt ibi Interlinealis exponit. Quemadmodum namque oſſibus ſolidatur corpus, ita virtutibus firmatur anima.

Prou. 17; 22.

Interl.

Digitized by Google

Hinc apud Eccleſiaſticum, triſtitiæ animæ, tribuitur mors, dum
Eccli. 38. 19. dicitur: *A triſtitia feſtinat mors, & cooperit virtutem, & triſtitia cordis flectit ceruicem*. Id eſt, obſerat bonæ actionis virtutem, & emollit fortitudinem, vt ibidē eadem Interlinearis declarat: vnde ſupplantatio ſequitur, & occiſio. Et ecce huius mali periculū.

De Periculo tertio. Ex *tædio*.

De iſto euidēter patet ex Pſal. 106. vbi primò ponitur animę pe-
Pſ. 106. 4 riculum ex fame, & ſiti: *Eſurientes & ſitientes*; & effectus ſequitur, *anima eorum in ipſis defecit*. Quæ quidem fames & ſitis optimè intelligitur gratiæ iſtius ſubtractio, qua anima cibatur, & potatur; & ſic illa deſtituta, non mirum, ſi famelica ſit, & arida, & ex hoc, in periculo mortis conſtituta, vtique ſpiritualis. Tamen ſequitur ibi etiam ex faſtidio, ſeu tædio non minus
num. 18. periculum, dum dicitur: *Omnem eſcam abominata eſt anima eorum*; ecce tædium. Et periclitatio ſubditur: *Et appropinquauerunt vſque ad portas mortis*. De hoc enim tædio ſpirituali ibi
S. P. Aug. Pater Auguſtinus verba iſta interpretatur, dicens, non minus poſſe animam perire fame, quàm tædio. Proinde ſic ſubdit: *Iam faſtidium patiuntur, faſtidio languent, faſtidio periclitantur: niſi fortè putes, occidi eos fame potuiſſe, & non poſſe faſtidio. Vide quid ſequatur, cùm dixiſſet, Omnem eſcam abominata eſt anima eorum; ne quaſi eos putares de ſatietate ſecuros, non magis videres de faſtidio morituros: Et appropinquauerunt, inquit, vſque ad portas mortis.*

De Periculo quarto. Ex *deſolatione*.

De hoc pariter conſtat, primò ex Iſaia propheta, vbi de anima priùs donis ſpecialibus viſitata, & poſtea priuata, ſub nomine vineæ, ita Deus dicit ad Iſaiā prophetam: *Ponam eam deſertam*; Iſai. 5. 6. & effectus deſolationis ſubiungitur: *Non putabitur, & non fodietur*. Quod de defectu mortificationis, qua putantur vitia; & humilitatis, qua nutriuntur virtutes, intelligendum eſt. Et quid amplius inde ſequetur? *Et aſcēdent vepres, & ſpinæ*; vtique vitiorum, & peccatorum, quibus pungitur miſerrima anima. Vide quantum periculum.

Secundò idem ex eodem propheta pateſcit, dum de eàdem anima dicitur: *Et deſolata in terra ſedebit*. Quid mirum, ſi omnino deijcitur, quæ deſolata eſt? id eſt, ſpeciali hoc auxilio deſtituta; quo armata, etiam cœleſtes ſpiritus prouocabat ad pugnam, vt ſi poſsibile eſſet, etiā cum eis manus conſereret, vt ſupra ex Paulo Iſai. 3. 26

mo-

Digitized by Google

monuimus. Cum deſolatione ergo deiectio vſque ad terram coniungitur, & periculum illius innuitur: quod ſanè mirificè in Threnis ponitur, dum dicitur: *De Excelſo miſit ignem in oſsibus meis, & erudiuit me; expandit rete pedibus meis, conuertit me retrorſum: poſuit me deſolatam.* De igne vltiuo eſt ſermo, cuius effectus eſt deſiccare; & oſſa cõbuſſiſſe teſtatur; quia ſiccitas iſta virtutes euertit, deſignatas per oſſa: quibus ſublatis, anima faciliùs decipitur, & cadit. Vnde ſubditur: *Expãdit rete pedibus meis*; vbi Theodoretus ſic ait: *Rete vocat mala, quæ vitari non poſſunt*; quatenus nimirum rete non videtur, & quia ſic facilè quis capitur, videtur non poſſe euadere. Quod quidem *permiſſiuè* intelligendum eſt, vt Lyranus notauit, quatenus tunc dæmoni permittitur inſtantiùs nos tentare. Et ex caſu ſequuto, quid ſequitur? *Cõuertit me retrorſum*: id eſt, de ſtatu honorabili gratiæ, ad confuſibilem ſtatum peccati: & ſubditur, *poſuit me deſolatam*, vt innuatur, non mirum eſſe, ſi ex ſicitate vſtiua, per quã ſpeciali deuotionis gratia deſtituitur, & deſolata manet, ſequatur retis expanſio, & conuerſio retrorſum à via virtutum ad vitia, & omnimoda animæ laceratio. Quod notabile eſt ſecundùm verſionem Hebraicam vertentem verba, *Erudiuit me*, id eſt, *Separauit me*: & Lyranus exponit, *membratim lacerauit*. Vide quantum periculum, & ruina ſequuta ſint in anima, ex ariditate interna, per quam deſolata eſt.

Thr. 1. 13

Theodor.

Lyran.

Lyran.

De Periculo quinto. Ex *amaritudine*.

De hoc quoque conſtat ex eodem Ieremia in Threnis, vbi ſic anima malum ſuũ deplorat: *Subuerſum eſt cor meum in meipſa.* Quomodo autẽ ſubuertitur cor, niſi cùm malis cedit, vnde interit? ideo ſubiungitur ibi: *Foris interficit gladius*; per quem omnia, quæ extra nos ſunt, & aduerſus nos tunc militant, intelliguntur, in quibus dæmones includuntur. Et huius gladij effectus ponitur, *& domi mors ſimilis eſt*: per quã domum, *mentem* ibi Interlinealis intelligit, quæ gladio illo occiditur. Et videntur cõſona Apoſtolica verba: *Foris pugnæ, intus timores*, vtique confodientes, & occidentes. Ecce igitur cor ſubuerſum, & expugnatum ex amaritudine iſta.

Thren. 1. 20.

Interl.

2. Cor. 7. 5

De Periculo ſexto. Ex *angore*.

De iſto etiam conſtat, quia ex angore proſtratio ſequitur ex verbis Lucæ ſupra citatis. Deinde, quia apud ſanctum Iobum de eo, cui culpa ſua gratia ſpecialis ſubtrahitur, dicitur: *Arctabuntur Iob 18. 9.*

Digitized by Google

gressus virtutis eius; quæ est autem arctitudo ista, nisi angustia, de qua loquimur? Et quòd sit cordialis, patet, quia de arctitudine gressus est sermo; gressus autem, quibus ad Deum accedimus, sũt cordis, de quibus Paulus: *Gressus rectos facite pedibus vestris*. Similiter eisdẽ ab illo recedimus, vt apud Ezechielem dicitur: *Post Idola cor eorũ gradiebatur*. Non est autem cordis angustia tãtùm, sed etiã virtutis illius, id est, fortitudinis; qua ablatâ, casus sequetur. Et magis sequentia periculum exprimũt: subiungitur enim, *Et præcipitabit eum consilium eius*. Tunc enim anima non nisi carnalia, inutilia, & nociua incipit cogitare, & deliberare: quod nomine designatur cõsilij, ex quibus præcipitatio sequitur, in barathrum vtique infernale.

Hebr. 12. 13.

Ezech. 20 16.

Iob vt su pr. loc. sit

Et patet hoc etiam ex verbis Dominicis apud Matth. 7. *Quàm angusta porta, & arcta est via, quæ ducit ad vitam*: & angustiæ effectus subditur, *Et pauci sunt, qui inueniunt eam*. Et hoc est periculum ex angustia ortum. Nõ autem dicitur angusta hæc porta, & via arcta, ex parte mandatorũ diuinorum, per quæ ad vitam ingredimur, sicut scriptũ est: *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata*: quia de istis similiter dicitur: *Et mandata eius grauia nõ sunt*: sed respectu naturæ gratia destitutæ. Et licèt hæc, quando est iustificans, cum habitibus potentijs animæ infusis, det sufficientẽ virtutem ad ambulandum per viã vitæ; tamen, quia, vt superiùs diximus, non sentitur, si subtrahitur sensibilis gratia, lucis nimirum specialis, & consolationis internæ, qua dilatatur cor, putat homo sibi deficere requisitum vigorem ad ambulandũ in via Dei: & hinc coangustatur cor eius, & angustum videtur & arctum, quod in se latũ est: vnde fugit intrare, & hinc perit. Propterea, cui hæc angustia non erat, lætus psallebat: *Dilatasti gressus meos subtus me, & non sunt infirmata vestigia me*. & iterum: *Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilatasti cor meum*.

Matt. 7. 14.

Matt. 19. 17.

1. *Ioan.* 5 3.

Psal. 17. 37

Psal. 118. 32.

De Periculo septimo, Ex *languore*.

De hoc idemtidem patet, Psalmista dicente: *Traditus sum*, scilicet, in manus dæmonum, *& nõ egrediebar*: id est, egredi nõ possum, nisi per tuum auxilium, vt ibi Lyranus ait in expositione morali. Dæmonibus ergo traditum se dicebat, vtique ad vitia, & scelera cuncta trahentibus: & non erat exitus, nisi diuinitus: ecce periculum. Et vnde? subditur: *Oculi mei languerunt præ inopia*. Languor ergo causa erat traditionis illius, non oculis solùm infestus, sed animæ toti. At exprimuntur isti, quia, vt idem Doctor aduertit, *Afflictio mentis*, &

Psal. 87. 10.

Lyran.

& corporis magis apparet in oculis, quàm in alijs partibus corporis. Oculi igitur animæ languent, & languentibus ipſis, in mala incidit, à quibus non valet exire. Vt ſanè optimè oſtendit languidus ille à Ioanne narratus, iam per triginta & octo annos traditus lectulo peccatorum, à quo egredi non valebat, niſi imperium dominicum ſuperueniſſet. *Ioan. 5. 5.*

Quæ autem cauſa languoris? *Inopia*, teſte prophetæ: & languidus iſte fatetur, dicens: *Hominẽ non habeo*. Erat igitur manus Domini ſubtracta, implens benedictione, & in dulcedine diuitenos præueniens: & ideo non mirum, ſi experiebatur inopiam, & manus requirebatur illius, qui propter nos, homo fieri dignatus eſt. Quod prophéta ſubiungens, exprimit, languido Euangelico conſonans. *Clamaui ad te Domine tota die: expandi ad te manus meas. Numquid mortuis facies mirabilia, aut medici ſuſcitabũt, & confitebuntur tibi?* id eſt, manum tuã omnipotentem requiro, quia nullus alius medicus à malo, cui traditus ſum, me poterit liberare. Introitus ergo eſt ſine exitu. Vide quale periculum! *Pſal. ſup. cit. 87. 10 & 11.*

De periculo octauo.
Ex *tepiditate*.

Conſtat hæc ex verbis ſponſæ Cantic. 1. cùm ad ſponſum dilectum ſuum dixit: *Trahe me poſt te*. Cùm enim tu *exultes vt gigas ad currendam viam*, & omnes inuites ad eundum poſt te, & te ſequi; qui torpòre laborat, ſiſtet, deficiet, & ad te non perueniet; ideo, vt tu me trahas oportet, vt ſic tractus, curram, & comprehendam te, vt tuus Apoſtolus dixit: *Sic currite, vt comprehendatis*; vtique eum, qui noſtrum brauium, & beatitudo eſt. Igitur torpòre laborans ſponſa, prouida ſibi, poſt illum ſe trahi exorat, ne deficiens nequeat peruenire ad illum, dicens, *trahe me poſt te*. Vbi Bernardus ait: *Trahe torpentem, vt reddas currentem*: quia niſi tu trahas, curſus periclitatur, & tentio. Et in quo curret? ſubiungit: *In odorem vnguentorum tuorum*. Igitur odor vnguẽtorum illius, per quem ſpecialis deuotionis gratia deſignatur, tractionis iſtius, & curſus cauſa erit, quemadmodum illius ſubtractione periclitatur, vt notauit Gregorius dicẽs: *Ne in torpore noſtro iacentes, omnino eum deſeramus*. *Cant. 1. 3* *Bern. ſer. 21. in Cãt. poſt med.* *Cant. 1. 3* *S. Gregor. cant. 5. ad illa verba, at ille declinauerat.*

De periculo nono
Ex *ſterilitate*.

Patet quidem hoc ex Threnis. c. 4. 9. *Extabuerunt conſumpti à ſterilitate terræ*: quia deficiente interna deuotionis pinguedine, qua nutritur anima, reddita ſterilis, fame perit. Et pro hoc faciunt, quæ ſupra de *ſterilitate* diximus circa finem.

Digitized by Google

De periculo decimo. Ex *insensibilitate*.

De ista pariter constat: quia, cùm Deum non sentiat, putat abesse, & incidit in *diffidentiam*, ex qua ruit in mala, vt diximus supra. Deinde, quia quandiu sic perseuerat durus, compungi non valet, & sistit ab opere pio, quod nō putat iuuare, & anima sic fru-
Leuit. 26. 19. ctu priuatur. De his videtur loquutus Deus, cùm dixit: *Dabo vobis cælum desuper sicut ferrũ*. Ecce subtractio gratiæ, ad quam insensibilitas sequitur: quare subditur, *Et terram æneam*; & effe-
Ibid. 20. ctus dictus subnectitur *Consumetur in cassum labor vester, non proferet terra germen*. Et faciunt pro hoc periculo verba superiùs posita ex Cassiano.

De periculo vndecimo Ex *pusillanimitate*.

De hoc vltimo est manifestum. Propterea enim Spiritus diuinus
Eccli. 7. 9. per os Sapientis hortatur: *Noli esse pusillanimis in animo tuo*. Vbi
Glos. interl. glossa Interlinearis sic dicit: *Pusillanimitas fugienda est, ex qua nascitur tristitia sæculi, quæ mortem operatur*; vtique animæ: & licèt in casu isto, initio sæcularis tristitia non sit, fit tamen talis successu. Vide ergo in quot, & quanta pericula inducat aridi-
tas; ideoque quàm fortis sit hostis: à quo proinde se custoditum fate-
Iob 10. 12 tur, qui dixit: *Visitatio tua custodiuit spiritum meum*. Necessaria ergo sunt arma contra illum, non quidem secundùm se considera-
tum, quatenus, scilicet, aridi-
tas à Deo est; sed prout in nobis causam habet, aut mortem operatur ex culpa nostra: quod fiet per considerationes sequentes.

Sed priùs est summopere aduertendum, in pugna ista quamplurimos hallucinari, nescientes distinguere inter aridi-
tatem, cuius solus Deus causa est; & illam, cuius nos causa sumus: proindeque arma congrua cùm non sumant, non mirum si non sequatur victoria. Et quia *permixtè* ponuntur à Doctoribus sanctis, & magistris spiritus, quantum potui ex eorum lectione percipere; ideo, Deo duce, distinctè, & separatè illa hic studui ponere, vt coniecturata, & benè examinata aridi
tatis causa, opportuna capiantur remedia, confusione sublata.

Considerationes contra *inculpabilem* ariditatem.

Inculpabilem vocamus, quę non procedit à præcedente nostro defectu, sed ex mera voluntate diuina. Quia tamen hæc in subtractione ista ex tribus potissimùm motiuis superiùs positis plerumque mouetur, nimirum, vt *amorem purificet*, *humilitatem*

Digitized by Google

tatem exerceat, & *probet perſeuerantiam*; ideo tribus ſequentibus remedijs eam meritoriè ſuſtinere poterimus, videlicet,

I. *Reſignatione.*
II. *Humilitate.*
III. *Longanimitate.*

Conſideratio Prima.
Ex *reſignatione*.

CIrca hãc ariditatẽ conſiderare oportet primò, quòd cùm finis illius ſit probare puritatem amoris, vt diximus ſupra; & reſignatio iſta èx amore procedat, cùm nil aliud ſit, quàm perfecta ad diuinum velle conformatio: vnitas autem, & identitas voluntatis, amoris ſit argumentum, vt ex Propugnaculo conſtat ſecundo; clarum remanet, reſignationẽ hanc actum eſſe puri amoris, puri vtique ab amore proprio: cùm ſic non quærat quis ſuum velle, ſed illius, cui ſe reſignare intẽdit: & per conſequens, fine habito ariditatis, illa ceſſabit. Vnde de illa Kempis loquens, ſic concludit: *Tunc non eſt melius remedium, quàm patientia, & abnegatio mei in voluntate Dei.* Patientia autem, quam cum reſignatione coniungit, oritur etiam ex amore, teſte Paulo dicente, *Charitas patiens eſt*: & ad illam longanimitas pertinet, de qua eſt tertio loco dicendum.

Kemp. lib. 2 c. 9. n. 6

1. Cor. 13. 4.

Secundò, conſiderare iuuabit exemplum Dominicum. Cùm enim Dominus ſubtractionis verbere dignus non eſſet, tamen illud voluit ſuſtinere libenter, in horto præcipue, & in cruce. Nam in horto dixit: *Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem.* Erat enim triſtitia mortalis, quæ ſufficeret illi mortem inferre: tamen noluit conſolari, ſed voluntati Patris ſui perfectè ſe conformare; vt nobis exemplum daret, ſimiliter in talibus nos portare: & ideo dixit, *Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu.* Licèt enim translationem calicis prius poſtulaſſet, per quẽ communiter intelliguntur omnes paſsiones, quas ſuſtinuit, & præcipuè mors; tamen etiam intelligebatur conſolationis illa ſubtractio in tanta mæſtitia, triſtitia, & agonia, vt notauit quidã Doctor modernus his verbis: *Fortè etiam orabat, vt liberaretur à vehementi illa mæſtitia, & dolore, quo animus eius angebatur vſque ad ſanguinis ſudorem, vt cum lætitia mortem poſſet pati.* Quod tamen doctor iſte quaſi dubiè dixit, vtẽdo verbo illo *fortè*, S. Bernardus vt certum ſupponit ſerm. 1. de S. Andrea circa med. vbi ait, hunc ſanctum Apoſtolum, lætum ſalutaſſe crucem, in qua erat figẽdus, cùm tamen Dominus orauerit, vt *tranſiret ab illo*: & concludit gloriоſiùs hoc fuiſſe, meruiſſe, nimirum Dominum, non ſolum paſsionibus corporis, ſed cordis, triſtitia vtique ſua, ſponte ſine vlla lætitia, paſſa, martyrum gaudia

Matt. 26. 38.

Barrad. tom. 4 lib. 6. cap. 10.

Bernard.

Matt. 26. ſupr. cit.

Digitized by Google

dia in paſsionibus. *Quid magnum*, inquit, *fuerat, Domine Ieſu, ſi accedente hora, propter quam veneras, intrepidus ſtares tanquam, qui poteſtatem habebas ponendi animam tuam, & nemo eam tollebat à te? An non longè glorioſius fuit, quandoquidem totum propter nos agebatur, vt non modò paſsio corporis, ſed etiam cordis affectio pro nobis faceret, & quos viuificabat mors tua, nihilominus, & trepidatio quietos faceret, & deſolatio conſolatos?* Ergo quatenus ſanctus Doctor conſiderans lætitiam, qua Apoſtolus Chriſti crucem ſalutabat, & exoptabat; & cum mæſtitia conferens, in qua Dominus poſitus, dixit, *tranſfer calicem hunc à me*; non ſolùm intellexit de calice corporali, id eſt, corporis paſſione, ſed etiam de ſpirituali, vtique cordis angore ſibi propinato à Patre per ſubtractionem conſolationis totius: quo calice pro nobis libēter potato, ait, deſolatione ſua nobis omne meruiſſe ſolatium.

Marc. 14 31.

Et eſt diligenter notandum, voluntatem, qua dixit, *Tranſeat à me calix iſte*, perfectæ non obſtaſſe reſignationi; cùm abſoluta non fuerit, ſed tantùm conditionata: ideo namque addidit, *ſi poſsibile eſt*. Neque rationalis fuit voluntas, quatenus talis, ſed vt naturalis, quæ naturaliter mortem abhorret: vel ipſius tantùm ſenſitiua voluntas.

Deinde, neque voluntatis rationalis fuit ſuperior portio, quæ reſpicit rationes æternas, & diuinas: quia per hanc abſolutè, & vehementer exoptauit illum, vtpotè Deo gratiſsimum, & fontem totius gratiæ, gloriæque humanæ naturæ. Et de hac intelligunt Athanaſius, Beda, & alij ſubdidiſſe: *Spiritus quidē promptus eſt*, ſed partem, ſeu portionem *inferiorem*, quæ reſpicit rationes humanas. Nam ſecundùm has, nulla ratio erat, cur illum deberet expetere. Igitur abſolutè hunc calicem triſtitiæ abſque vlla conſolatione pro nobis potauit.

Athan. Bed. Mar 41. *Matt.* 26 41. & *Mar.* 14. 34.

Quemadmodum ergo ille puriſsimum erga nos amorem in hoc oſtendit; ita debemus illi vicem rependere, & propter illum ſimiliter hunc potare, ſtudendo illius voluntati nos reſignare, quando, & quandiu illi placuerit, & dicere in ſimili anguſtia conſtituti: *Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu*: id eſt, naturaliter quidem mihi relictus, hanc horreo ſubtractionem gratiæ tuę: verum tamen non fiat ſicut meus ſenſus, aut portio inferior animæ meæ vult, ſed ſicut tu vis. Nam lucrum meum totum poſitum eſt in conformatione ad volūtatem tuam, ſicut tu me docuiſti exemplo tuo, oſtendendo cōformitatem perfectiſsimam tuam ad voluntatem ſanctiſsimam Patris tui in maiori anguſtia conſtitutus.

Matt. 26 39.

Nam

Digitized by Google

Nam tua, fuit vſque ad effuſionē copioſam ſanguinis, & mortem, niſi naturam ſubſtinuiſſes, vt poſſet peruenire ad crucem. Mea autem, licèt multa ſit, tamen *reſpectiuè* longè minor: quia tu abſque vlla penitus conſolatione desolatus fuiſti: at ego ſaltem habeo te ſocium deſolatum; &, *Si ſolatium eſt miſeris ſocios habere pœnarum*, quanta mihi accidit ex te, Domino meo innocētiſsimo, ſic pro me mæſtiſſimo? Nam licèt ab Angelo fueris confortatus, non tamen ideo ſubleuatus: poſſunt enim iſta duo ſeparata exiſtere; quod tua probat hiſtoria. Nam poſtquam Angelus tibi apparuit, te confortans, ſubditur: *Factus in agonia prolixiùs orabat*; cœpiſtique illicò ex angore illo ſanguinem pretioſiſſimum tuum copiosè effundere, vt tuus narrat Euangeliſta, dicēs: *Et factus eſt ſudor eius, ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram:* Non ergo fuit ſubleuata agonia, quam ſubſequuta fuit oratio prolixior, & ſanguinis copioſa effuſio.

Ita notat Gilb. c. 2. verſ. 2. in Cant.

Luc. 22. 43.

Luc. vt ſuſ. n. 44.

Si autem, Ieſu bone, te in cruce pendentem conſidero, video te adeo deſolatum, vt *validè* ad Patrē clamaueris, qui in alijs exceſſiuis tormētis *ſilueras*, hoc maius *deſolationis* oſtendens, proindeque dicens, *Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me?* Numquid impatientis animi, & parùm reſignati vox iſta eſt? abſit hoc in cor pium venire. Sed quare ita locutus es, qui tibi talem pœnam elegeras, & Patri tuo perfectiſsimè eras ſubditus, ſecundùm illam naturam, quam derelictam ſignabas? Reſpōdet quidam tuus illuminatus: *Non verbum eſt conquerētis, ſed tantùm exponētis Patri, cui, perfectè obedit, vehementē pœnam, quā ſubit pro eo:* pœnā vtique deſolationis, vt docet hic pius Doctor, & eſt communis opinio. Imò dulciſsime Ieſu, non ſolùm ſic derelictus fuiſti à Patre, & tibi emanationem glorię clauſiſti, quæ deberet à ſuperiori portione animę tuæ in inferiorē, vſque ad corpus procedere, & totum abſorbère dolorem; ſed etiam à creaturis tuis deſeri voluiſti vt per tuum Prophetam dixiſti, *Qui conſolaretur, & non inueni.* Nonne inueniſti, Domine mi, iuxta crucem tuam, matrem tuam dilectam cum diſcipulo, quem diligebas, mæſtiſsimos? Quomodo ergo te ſolùm dicis ſine amicis? Ah! video te reſpondere, quia amici iſti iuxta me tunc fuerunt, *non ad ſolatium, ſed ad maiorem cruciatum.* Igitur derelictus fuiſti à Patre non volente tunc conſolari, neque per ſe, neque per creaturas ſuas: & tamen inter tot preſſuras clamas, dolorem derelictionis exponens, *ſeruata perfecta obediētia rationis*; quam ſatis indicat verbum à te ſubiunctum, *ſitio:* optimè namque

P. Thom. à Ieſu lab. 48.

Pſ. 68. 21.

Matt. 27. 46.

Io. 19. 28.

Digitized by Google

que sciebas, te felle potandum. Ergo per præcedentia verba dolorem non intendisti fugere, sed exponere, vt clamor ipse ad Patrem aliquid impertiret leuaminis humanitati afflictæ; Argumẽtum sanè pressuræ vehementissimæ, in qua constituta erat post tantum conflictum, vt piè supradictus Doctor considerat.

Ex quo sic Ludolphus Carthusianus concludit: *Nec miretur, vel deficiat* (scilicet derelictus) *si tribulari permittitur, quia sic suo capiti conformatur.* Quæ quidem conformatio, vt supra notaui, adhuc diminuta est, cùm ille sine socio consolatore fuerit passus; & nos saltem ipsum habeamus nobiscum consolatorem, qui ita pati elegit, vt sic derelictos *sua derelictione* leuaret.

Ludolph. de vita Christ. p. 2. cap. 63. post. med.

Deinde in ipsa sua desolatione voluntati Patris perfectè se conformauit, vt nos erudiret, sic nosmetipsos pariter resignare. Hæc ergo erit prima Consideratio, qua ariditatem possumus hanc rorare.

Vtrum huic resignationi officiat, *ad Deum, vel ad creaturas pro consolatione confugium?*

DVbij istius solutio ex intẽtione dependet, & qualitate consolationis, quæ à creaturis exquiritur. Nam quod *ad Deum* attinet, concludimus primò, resignationi prædictæ, postulationem consolationis non obstare. Quod patet primò in ipso Domino Iesu, qui à Patre illam petiuit cum perfectissima sui abnegatione, & absolutissima conformatione ad voluntatem paternam: nam in hoc consistebat, vt notauimus, calicis illius translatio. Verba tamen subiuncta satis resignationem ostendunt: *Verumtamen, non sicut ego volo, sed sicut tu.* Igitur sic postulare, constat resignationi non obstare: quia vltimò in voluntatem diuinam petitio talis resoluitur.

Matt. 26. 39.

Potest tamẽ quilibet homo purus ad talem postulationem moueri ex timore decidẽdi à gratia, qui oritur ex amore: vel vt per viam Dei currat velociùs. Dixi autem (*quilibet purus homo*) ad excipiendũ Dominum Iesum, cui ex istis motiuis petere repugnabat: sed ex alijs postulauit; nimirum, vt ostenderet veritatem naturæ passibilis, pro nobis assumptæ, & nobis significaret vehementiam passionis sponte pro nobis susceptæ, sicque accenderet ad amorem; & vt talẽ postulationem probaret licitam cuilibet in angustia constituto: ne vtique nos, qui peccabiles sumus, decideremus à gratia ex periculo maximo ariditatis istius, vt supra notauimus, teste etiam Kempis dicente: *Relicti, mergimur, & perimus: visitati verò, erigimur,*

Kẽp lib. 3 c. 14. n. 2.

Digitized by Google

mur, & viuimus. Et vt celeriùs viam mandatorum eius curramus: quod iuxta dicta, faciliùs fit, ſenſibili conſolatione percepta.

Iſtæ igitur rationes ortæ ex amore Diuino, cum intentione ſic illi ſoli placendi, honeſtum reddunt hoc confugium, imo expediens, & neceſſarium, maximè *Incipientibus*, ſeu *Nouitijs*, magis ex ariditate periclitantibus, vt ex ſacro eloquio, & Bernardo ſupra oſtendimus: de quibus idem Doctor ſic ait, ſerm. de Natiuit. Domini circa med. loquens de quinque fontibus, quos nobis Chriſtus exhibuit: *Tertius*, inquit, *aquarum rſus eſt irrigatio, quã profectò maximè neceſſariam habent nouellæ plantationes.* Et rationem ſubdit: *Alioquin aut minus proficient, aut ex toto peribunt præ ſiccitate.* Non officit ergo puritati amoris iſtud confugium, & conſequenter nec totali reſignationi; cùm non nobis, aut cum nimia anxietate, & animæ detrimento, quæratur.

Bernard.

Hinc eſt, quòd Dauid Propheta pro hoc ad Deum clamabat, cùm dicebat: *Fiat miſericordia tua, vt conſoletur me:* & iterum, vt idem notat Bernardus, *Holocauſtum tuum pingue fiat*: & nihil ſanè in Pſalmis frequentiùs vtitur. Et in laudem Aaronis dicit etiam ſcriptura Diuina, quoniam, *ſacrificiũ eius quotidianus ignis aſſumpſit*: ignis vtique deuotionis (intelligit idem Sanctus) quo anima incaleſcit, & in obſequio feruet Diuino.

Pſ. 118. 76.

Bern. Pſ. 19. 4.

Eccli. 45. 17.

Quando autem petitur, & non obtinetur, tunc non conqueri, ſed patienter ſilere, puriſsimi amoris eſt argumentum. De quo ſic loquitur Kempis: *Magnum eſt, & valde magnum, tam humano, quàm Diuino poſſe carere ſolatio, & pro honore Dei, libenter exiliũ cordis velle ſuſtinere; & in nullo ſeipſum quærere, nec ad proprium meritũ reſpicere.* Et alibi ſic ait: *Ita promptus eſse debes ad patiendum: ita libenter debes eſse inops, & pauper, ſicut plenus, & diues.* Imo notat idem illuminatus vir, ipſammet conformitatem ad voluntatem diuinam in deſolationis preſſura, eſſe conſolationem ſummam. *Et ſi tuæ* (inquit) *defuerit conſolatio, ſit mihi tua voluntas, & iuſta probatio pro ſummo ſolatio.*

Kemp. lib. 2. c. 9. n. 1.

Idē lib. 3. c. 17. ar. 2.

Idē lib. 3. c. 16. n. 2.

Quod verò *ad creaturas* ſpectat, Concludimus ſecundò, ſi ſermo ſit de conſolatione honeſta, & deuota, veræ deuotionis adiutrice, licere quidem, neque huic reſignationi officere, cùm finis illius, ipſe Deus ſit, vt ſuppono. Creaturæ enim, cùm bene eis vtimur, non ſeparant nos à Deo, ſed ad ipſum ducunt. Vtimur autem bene, cùm in ipſis ſolum quærimus Deum.

De hoc pariter nos Dominus erudiuit, cùm poſitus in agonia in horto, ter venit ad diſcipulos ſuos

Digitized by Google

mærorem, conceptum ex ſubtractione magiſtri. Nam talibus occultè adeſt Dominus ipſe infuſurus rorem ſuum diuinum lætificantem interiùs: dicitur enim ibi: *Et factum eſt, dum fabularẽtur, & ſecum quærerent, & ipſe Ieſus appropinquans, ibat cum illis*. Ecce deuotæ confabulationi adeſt Dominus, occultè tamẽ: ideo ſubditur: *Oculi autem eorũ tenebantur, ne eum agnoſcerent*; mirabiliter tamen intus operans, vt teſtantur diſcipuli ipſi mærentes, *Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis?*

Luc. 24. 15. nu. 16. nu. 31.

Sic accidit modò tibi, cùm fabularis de rebus diuinis cum aliquo deuoto viro. Tunc enim appropinquat Ieſus, à quo infunditur ros: nam humana rigatio ſine ſua non proficit. Quid ſanè de paſsione Domini, & mirabilium, quæ fecerat, iuuabat diſcipulorũ collatio mutua, niſi adeſſet Dominus intus operans, & corda inflammans? nihil: ſic & euenit tibi. Ideo reſignatè quærenda eſt humana hæc conuerſatio, ad ſolatium hoc capiendum eo modo, quo dixi.

Hinc deducitur, quo ſenſu loquantur vitæ ſpiritualis magiſtri, cùm in ariditate poſito prohibẽt quærere conſolationem humanã: inter quos eſt Kempis, dicens: *Nullius require conſabulationẽ*: At loquitur de conſolatione terrena carnali, nõ ducente ad Deũ, vt ex contextu apparet: quod multis alijs in locis, quos breuitatis cauſa prætereo, dicit.

Kemp. lib. 3. cap 53. num. 1.

Conſideratio ſecunda. Ex *Humilitate*.

STatim occurrit in fauorem conſiderationis iſtius exẽplum Virginis cumulatæ rore ex deuotione, ipſamet teſte dicente, *Exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo*. Ecce lætitia, non quæuis, ſed ſpiritualis; non intus contenta, ſed foris extenſa ex repletione. Sed vnde tibi, ò beata, iubilus tantus? Reſpondet, *Quia reſpexit Dominus humilitatem ancillæ ſuæ*. At non mirum, quòd ſic reſpiciat, qui de ſe dicit: *Ad quem reſpiciam, niſi ad pauperculum*? id eſt, humilem.

Luc. 1. 47. nu. 48. Iſai. 66.

Non diffidat igitur humilis viſitationem ſupernã, quia de dulci Domino, & ſuaui, in Canticis dicitur: *Ecce iſte venit ſaliens in montibus*: per montes namque iſtos, vt ibi exponit Bernardus, & ſupra tetigimus, humiles deſignãtur. Sed dices, quomodo montes, qui valles dicuntur in ſermone diuino? *Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons, & collis humiliabitur*. Reſpondeo, valles ſunt in oculis ſuis, ſed montes in oculis Dei: & ideo ſimul montes, & valles: at montes, quia valles: *humiles enim exaltat Deus*, ipſa Scriptura teſte. Igitur exaltati à Deo, montes fiunt. In iſtis ergo venit Dominus *ſaliens*. Et primus,

Cant. 2. 8. *Bern. ſer. 54. in Cãt.* Iſai. 40. Luc. 1. 52.

Digitized by Google

mus,& præcipuus ſaltus fuit *ad montem filiæ Sion*, vt dicitur per
Iſai.16.1 Iſaiam, ad Beatam vtique Mariã: Et ideo exultauit ſpiritus illius in Deo ſalutari ſuo,cùm eſſet viſitata ab illo, & repleta. Salijt, & ſalit in cęteris mõtibus,qui iuxta
Bern. Pſ. prophetã, vt notat idem Bernar-
124.2. dus,ſunt *in circuitu eius*,quia humilitate appropinquant: & ideo ſequitur ſaltus,deſertis montibus elatione longinquis: de quibus omnibus, & ſolis intelliguntur
Iſai. vt ſupra. verba citata, *Omnis mons,& collis humiliabitur.* Igitur de montibus humilitate ſublimibus ſic
Bern. ibidem circa dus. dicit deuotiſſimus Doctor ibidẽ: *De rore cœli, tanquam de ſaltu ſponſi,quotidianam capientes benedictionem*, dulcedinis vtique,
Pſal.10.4 qua, iuxta verba Dauidica, huiuſmodi præuenit.

Et notat idem Sanctus in eodem ſermone, quòd nunquam benigniſsimus Deus,deuotionis, ſeu pinguedinis gratiam ſubtrahit,niſi propter ſuperbiam:& in verbis fundatur sãcti Iacobi Apoſtoli dicentis, quòd Deus *humilibus dat gratiam*:vnde infert,*Ergo argumentum ſuperbiæ, priuatio eſt gratiæ*. At quia conſtat, frequenter etiam hanc ſubtractionem fieri animæ in vera humilitate fundatæ, & in ea exercitatæ diutiùs, vt conſtat de magnis Sanctis; proinde ſubiungit, quòd licèt non præcedat ſuperbia,*præuidetur* tamen; ideoque ſubtrahitur gratia, ne contingat elatio. *Quamquam tamen* (inquit) *interdum ſubtrahitur gra-ſupra. Bern. ve tia,ſiue retrahitur,non pro ſuperbia, quæ iam eſt, ſed quæ futura eſt,niſi ſubtrahatur.* Et ſubdit ibi exemplum S.Pauli,cui altiſsima contemplatio donata fuerat; & tamen datus eſt ei ſtimulus carnis, *non quia extolleretur, ſed ne extolleretur*. Ita ſimiliter ſubtrahitur tibi gratia iſta,non quia te extollis,ſed ne extollaris: perdifficile namque eſt, in abundantia illa humilitatem ſeruare.

Ex quo deducitur, quanto ſtudio debeas humilitati te dare, cum timore, ne illa deficias,cùm ſic deuotionis patiaris iacturam. Et ita ait idem Sanctus,quòd verus humilis triplici ſit muniendus timore,ſcilicet,*pro acceptagratia: amplius pro amiſſa:longè plus pro recuperata*.Nam ſic cautior factus, ſecuriùs conſeruabit acceptam, vel recuperatam. Eſt enim timor, humilitatis indiuiduus comes,& gratiæ cuſtos:ideo poſtquam Dominus dixit, *Ad quem reſpiciam,niſi ad pauperculum?* ſubiungit, *Et trementem* *Iſai.66.2* *ſermones meos*.

Sed dices, quomodo cognoſcam humilẽ me futurum, & hac gratia dignum? Reſpõdeo? agnoſcendo te indignũ.Ex quo duplex lucrum reportabis:primò,quòd gratiam lucraberis:ſecundo,quòd de ſubtracta non conturbaberis: quia ſemper tibi reſpondebitur, *Non facio tibi iniuriam*. *Matt.20. 13.*

De

De primo lucro exemplum habes in ſancto Ignatio fundatore Societatis, de quo vt refert Pater Alphõſus Rodericus, in exercit. perf. p. 1. tract. 8. c. 29. legitur in vita ſua, quòd ex defectibus proprijs conſideratis, & humiliter planctis, ſe indignũ agnoſcens conſolatione diuina, quaditabatur vbertim, Dominum precabatur obnixè, vt ſibi ſubtraheretur dulcedinis gratia, vt ſic debitè puniretur. Tamen, quò plus ipſe orationem hanc replicabat, eò magis replebatur interiùs: erat tamen iſte ſanctiſsimus vir mundiſsimæ conſcientiæ: at non mirum, quòd ſe accuſabat, qui nouerat eſſe ſcriptum; *Quis poterit dicere: mundum eſt cor meũ* & rurſum; *Ab occultis meis munda me*... Et iterum: *Iuſtus prior eſt accuſator ſui*.

Roderic.

Prou. 20. 9.

Pſ. 18. 13

Prou. 18. 17.

Iuſtus ergo, vel agnoſcit culpas quotidianas, à quibus ſtatim reſurgit; vel occultas ſibi, & notas Deo, pro quibus ſe indignum æſtimat omni bono, & omni pœna reum. Vnde dicit Bernardus: *Etiam ſi non appareat, etiamſi nihil tibi conſcius ſis: quod enim tu neſcis, ſcit Deus, & qui iudicat* (vtique te indignum hac gratia) *ipſe eſt*.

Bernard. vt ſupra loc. cit.

De ſecundo autem lucro, exẽplum habes in Virgine Catharina; de qua narrat Bloſius in ſuo ſpirituali monili c. 4. quòd ſpiritualibus conſolationibus deſtituta, ſic imperturbata dicebat: *Tu viliſsima peccatrix, nullis conſolationibus digna es. Quid enim? nonne tibi fuerit ſatis, ſi non damneris, etiamſi toto vitæ tuæ tempore has cruces, & tenebras ferre deberes?* Quapropter ait Kempis, tunc ſic eſſe orandum: *Domine non ſum dignus conſolatione tua, nec aliqua ſpirituali viſitatione; & ideo iuſtè mecum agis, quando me inopem, & deſolatum relinquis; ſi enim ad inſtar maris lacrymas fundere poſſem, adhuc conſolatione tua dignus non eſſem. Vnde nihil dignus ſum, quàm flagellari & puniri, quia grauiter, & ſæpe te offendi, & in multis valde deliqui. Ergo, vera penſata ratione, nec minima ſum dignus conſolatione.*

Bloſius.

Kemp. lib. 3. c. 52. ad

CONSIDERATIO III.

Ex *Longanimitate*.

MAximè præcipua ſanè expugnatio ariditatis oritur ex iſta virtute, quam plures aliæ comitantur, ex quibus anima roborata, reſiſtit faciliùs, & triumphat glorioſiùs, & vtiliùs.

Longanimitas igitur ſecundùm ſanctum Thomam, cui conſentit Lyranus ad Galatas 5. virtus eſt *circa dilationem boni ardui ſperati*: Vnde includit ſpem: & de ipſa videtur loqui Scriptura, cùm in Prouerbijs dicit: *Spes quæ differtur,*

D. Th. 2. 2. q. 136. ar. 5. in corp. Lyran.

Prou. 13. 12.

Digitized by Google

fertur, affligit animam. Est enim spes *circa bonũ arduum absens:* & cùm diutiùs differtur, & expectatur, iam longanimitas intrat, vt etiam ipsum vocabulum indicat, quasi *longitudo animi extenti ad rem dilatam:* & socias quoque habet patientiam, fiduciam, fortitudinem, constantiam, perseuerantiam, & magnanimitatem, imò resignationem & humilitatem. Quæ omnia patent in subiecta materia.

Et primò de patientia, quæ est *circa malum præsens*, vtique pœnale: maxima autem pœna est hæc ariditas, vt patet ex dictis, & ex Scriptura citata, de qua testatur Venerabilis Pater noster Thomas à Iesu, *excedere omnes corporales labores, & martyria*. Ista enim sensibilibus consolationibus replentur, dolorem absorbentibus, vel saltem alleuiantibus. Vnde de S. Agatha dicit Ecclesia, quòd *quasi ad epulas inuitata*, ad martyrium ibat. Et Pater meus Augustinus in Soliloq. cap. 22. tom. 9. etiam hoc testatur, dicens ad Deum: *Hanc tuam dulcedinem ineffabilem, & illa gustauerat Virgo, de qua legimus, quòd lætissima & gloriãter ibat ad carcerem, quasi ad epulas inuitata.* Nã in ipsis martyribus (ait hic Doctor) ipsa expositio vitæ probabat amorem, teste Ioanne, quem in derelictis probat ipsa desolatio sine vllo solatio. Nam licèt vtriusque Christus sua tristitia istud meruerit, tamen in martyribus, in tormẽtis ipsis, in aridis, post hunc laborem: ergo sine vllo leuamine est, & ita in dolore excedens. Proinde testatur Pater Alphonsus Rodericus p. 1. tract. 1. c. 26. circ. fin. à pluribus appellari *excellens martyrium*.

Th. à Ies. lab. 48 ante med.

Breu. Roman. 5. Febr. in respons. 2 3. nocturn.

S. Augst.

Roderic.

Th. à Iesu

Crescit autem pro ratione amoris ad dilectum, quo anima se sentit priuatam. Nam cùm vnio ista affectus ad rem amatã, sit maior, quã illa animæ ad corpus, cuius signum est, quia pro amico subit quis mortem libenter, qua vnio ista dissoluitur: ergo illâ affectus, potentior probatur, & maior. Igitur separatio illius, maiorem dolorem causabit; quem, ait prædictus Venerabilis Thomas à Iesu, non cognosci, *nisi ab expertis*, vtique quid sit Iesum diligere.

Licèt autem ariditas ista *formaliter* considerata, quid positiuum non sit, sed negatiuum, seu priuatiuum, iuxta definitionem superiùs traditam; tamen, vt ait Lyranus loco sup. cit. *Carere bono, habet rationem mali:* quod confirmat ex Philosopho Ethic. 5. Si autem quoad effectus considereretur, qui ex illa sequuntur, sunt omnes supra narrati, quorum plures positiui sunt, *positiuè* vexantes, & affligentes animam, & per redundantiam, seu concomitantiam, corpus: patientia ergo respectu malorum istorum

Lyran.

Arist.

Digitized by Google

rum, maximè exercetur, itemque *fiducia*, quæ iuxta ſanctum Thomam 2.2. q. 129. art. 6. in corp. *importat quoddã robur ſpei prouenies ex aliqua conſideratione, quæ facit vehementem opinionẽ de bono aſſequendo*. Ergo cùm longanimitas includat ſpem, pariter includit fiduciam, maximè, cùm adeſt vehemens iſta opinio de bono aſſequẽdo, vt ex dicẽdis patebit, & in ariditate occurrit.

S. Thom.

De *Fortitudine* quoque eſt euidens, iuxta doctrinam Angelicam. Nam, vt ipſe Doctor Angelicus tradit: *Principalior actus fortitudinis, eſt ſuſtinere*; id eſt, immobiliter ſiſtere in periculis. quod probat ex Philoſopho Ethicorum 3. dicente: *In ſuſtinenda triſtitia, maximè aliqui fortes videntur*. In ariditate autem triſtitia ſumma eſt, & periculum maximum, non mortis temporalis, ſed æternæ, vt patet ex ſupradictis: ſiſtere ergo immobiliter, expectando viſitationem Diuinã, fortitudinis ſummæ eſt.

S. Th. 2.2 q. 123. art. 6.

Ariſt.

Et de *Conſtantia* pariter patet, quia hæc, vt ait idem ſanctus Doctor, *facit firmiter perſiſtere in bono contra difficultatem, quæ prouenit ex quibuſcumque exterioribus impedimentis*. Dum autem quis expectat viſitationem diuinam, oportet aditum occludere effuſioni viſibilium, cum qua diuina viſitatio ſtare non poteſt. Igitur oportet, longanimem eſſe conſtantem.

S. Th. 2.2 q. 137. ar. 3. in corp.

Quod de *Perſeuerantia* quoque aſſeritur ex eodem Doctore Angelico dicente ibidem, quòd iſta *propriè facit firmiter perſiſtere hominem in bono contra difficultatem, quæ prouenit ex ipſa diuturnitate actus*. In longanimitate autem iſta, diuturnitas reperitur; quia quamdiu non venit bonum, quod expectatur, benè operatur, non deſiſtens à conſuetis ſpiritualibus exercitijs; igitur in lõganimitate perſeuerãtia eſt.

S. Th. vt ſupra.

Imo & *Magnanimitas*, ad quã pertinet, iuxta eundem ſanctum Doctorem, *Confirmare animum circa aliquid maximum, & arduum, quod expectatur*. Vnde, in quantum ſtabilit animum, conuenit cum fortitudine, quæ *circa maxima pericula eſt*: in quantũ verò circa bonum arduum eſt, conuenit cum ſpe. Cùm ergo in ariditate poſitus, firmiter expectet viſitationis diuinæ bonum, in quo eſt arduitas, difficultatem hanc vincere, magni animi eſt. Et ideo Magnanimitas quoque ibi relùcet. Et denique *Humilitas*, & *Reſignatio*, dequibus iã diximus. Nam, qui diù expectat bonum viſitationis ſupernę dilatum, ſignũ eſt, quòd reſignatus ſit, aliter impatiens factus, ab expectatione deſiſteret; & humilis ſimul: nam taliter expectans, interiùs ſe indignum agnoſcit, quòd citiùs viſitetur diuinitus; ideoque dilatam viſitationem ſubmiſſe expectat.

S. Th. 2.2 q. 129. ar. 5. ad. 6.

Longanimitati igitur viſitatio

Digitized by Google

ſuperna promittitur,ipſo Deo dicente : *Si moram fecerit, expecta eum:* Ecce longanimitas , & effectus ſubiungitur : *Quia veniẽs veniet , & non tardabit*. Satis videbatur ponere *veniet*, ſed additur *veniens*, vt indicet ad miſerandum venire, quia illud propriè nobis venire dicitur , quod in fauorem cedit . *Abacuc.* 2 3.

Intentum quoque noſtrum probat quidam expertus , dum dicit : *Expectans expectaui Dominum :* id eſt , longanimiter expectaui. Et quid inde euenit tibi, *Pſ.* 39. 2. *num.* 3. ò Dauid ? ſubiungit , *Et intendit mihi* . Ecce prẹſentia adiuuantis. At in quo ? ſubditur : *Exaudiuit preces meas , & eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fæcis:* id eſt, præſeruauit, ſic mihi intendens præſentia ſua,à lacu profundo iniquitatis, & à carnalibus vitijs, ad quæ , me conuertere , ſic deſtitutus , maximè periclitabat . Et quæ cauſa boni iſtius ? longanimitas , quæ adeo grata eſt Deo , quòd mereatur maiora ; vt in Abraham eſt videre, qui ſic præſentiam Dei per ineffabilem hypoſtaticam vnionem in ſuo ſemine faciendam promeruit , teſte Paulo dicente : *Longanimiter ferens adeptus eſt repromiſſionem* . *Hebr.* 6. 15. Quanto ergo faciliùs præſtabit tibi minora, ſi *longanimiter* ad eũ recurreris ?

At oportet,quòd vera ſit longanimitas aſſociata virtutibus enarratis, ſcilicet,*patiens, fiducialiter expectans , fortis, conſtans , perſeuerãs, magnanima, reſignata, & humilis* . Hinc eſt , quòd ſcripturæ Diuinę,& Patres loquẽtes de obtinẽda hac gratia,virtutibus iſtis reſpondere affirmant . Vnde Dauid ait: *Expecta Dominum, viriliter age , & cõfortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum* . Nam in eo, quod dicit, *expecta* , Longanimitas deſignatur : Et in eo , quod ſubiungitur , *viriliter ages*, Conſtantia , ad excludendã effæminatam operationem , quæ inconſtans eſt : & Fortitudo ſubditur, *& confortetur cor tuum:* & vltimò Patientia , *ſuſtine Dominum* . Nam, qui ita expectat, nõ fraudatur deſiderio ſuo: *Habebis, quem ſuſtinebis,* vt ait Pater Auguſtinus ibidem ; & ſolerter ſubnectit : *Aliud deſidera maius , ſi melius, ſi ſuauius inueneris.* Quaſi dicat , nihil ſuauius , & melius deſiderare vales : & tamen , ſi ita quæſieris, obtinebis . *Pſ.* 26. 14. *S. P. Aug.*

Et de perſeuerantia dixit idem Propheta : *Adhæſit anima mea poſt te.* Et quomodo adhæſit ? exponit Interlinearis , *in bonis operibus* : Ecce perſeuerantia ſupra expoſita. Et quid fuit ſequutum? ſubditur , *me ſuſcepit dextera tua;* explicat Lyranus,*in tua protectione, & conſolatione* . Et ipſe Dominus hoc ſuo nos exemplo docuit: nam *factus in agonia,prolixiùs orabat* . Vides,quomodo orationem non deſeruit , ſed potiùs prolongauit . Licèt autem *Pſ.* 62. 9 *Interl. Lyran. Luc.* 22. 43.

ipſe

Digitized by Google

ipſe conſolatus non fuerit, tamen ſic pati voluit, vt per ſuam deſolationem mereretur noſtram cõſolationẽ, contentus inſtructione in ſe operata,& lætitia nobis promerita. De qua ſic loquitur B. Laurentius Iuſtinianus. *Cùmque deſudando in prece perſeueranti pulſat, vt aperiatur, ſubito iucũditate repleta, ac lumine coruſca, vbertim emanare inchoat profluuium lacrymarum: & quæ priùs tanquam lapis, corde induruerat, nunc ſuperno liquefacta reſpectu, præ dulcedine, & exultatione præſentiæ verbi, ſe à lacrymis continere non valet.* Et S. Bernardus ait, perſeuerantiã facere, quòd licet quis triſtis incipiat, tamen finiet lætus. *Reuera*, inquit, *cùm incœperis, triſtitia implebit cor tuum: ſed ſi perſeueraueris, triſtitia tua conuertetur in gaudium.*

B. Laur. Iuſt. de caſt. conuerb. & anim. ca. 14. ante med.

S. Bern. ſer. 3. de Aſc. poſt med.

De ſpe autem ſic Pſalmiſta loquitur: *Et ſperent in te, qui nouerunt nomen tuum.* Et effectus ſubditur: *Quoniã non dereliquiſti quærentes te Domine.* Nam *etſi ad horam videatur derelinquere*, vt notat Interlinearis, id eſt, per aliquod tempus; tamen non diù ſic derelinquit *abſque cõſolatione*, exponit Lyranus. At quod eſt nomen Domini, quod ſperãtes oportet agnoſcere? *Oleũ effuſum*, quod licèt in ſe colligatur ad tempus, ex ſe tamen ad omnes effuſum eſt; & ideo ad te effundetur, ſi talem eum agnouc-

Pſ. 9. 11

Interl.

Lyran.

Cant 1. 2

ris. Similiter *flos campi* dicitur, & *conuallium lilium*, quod omnibus patet. Quomodo ergo diù latebit tibi, ſi ſperans noueris eũ?

Cant. 1. 2

Imò ipſa ſpes in ſe conſiderata, iam lætitiam tribuit, teſte Apoſtolo dicente, *Spe gaudentes:* nam iam aliquo modo habetur, quod ſperatur. Proinde Dauid ipſe in ſimili deſolatione poſitus, ſeipſum ad ſpem, quaſi ad conſolationem hortatur, dicẽs: *Quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me?* Et pro remedio reſpondet: *Spera in Deo*; & perſeuerantiam adiungit, vt ſecuriùs ſolatium obtineat, *quoniã adhuc confitebor illi*: id eſt, poſitus in iſta triſtitia, à conſueta laude non deſiſtam. Et idem in eodẽ Pſalmo repetit, & ſequenti, vt remedium valde efficax.

Rom. 8. 24.

Pſ. 41. 6.

num. 12.

De fiducia autem ad ſpem pertinente pariter patet ex Paulo ad Hebr. 4. 16. *Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ, vt miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.* Et pro motiuo fiducia præmiſerat verba hæc: *Non enim habemus Pontificem, qui non poſſit cõpati infirmitatibus noſtris, tentatum autem per omnia*: vtique omnia paſſum; inter quæ fuit deſolatio iſta, in horto præcipuè, & in Cruce, vt ſupra manet notatum. Quomodo ergo non compatietur nobis, qui ſimilem pœnam, & incomparabiliter maiorẽ pro nobis dignatus eſt pati, &

Hebr. 4. 16.

num. 15.

Digitized by Google

per illam nobis hanc gratiam dignatus eſt mereri in auxilio opportuno? ne vtique diù deſolati, dejiciamur, & ab illo deficiamus.

Si pro ſequentibus ſe, deſtitutis corporali cibo, ita fuit ſolicitus, quòd non paſſus fuerit vltra triduum tabeſcere fame, dicens verba illa tenerrima: *Miſereor ſuper turbam, quia ecce iam triduò ſuſtinent me, nec habent, quod manducent; & ſi dimiſero eos ieiunos, deficient in via: quidam enim ex eis de longè venerunt*; Quomodo deſtitutum ſpirituali cibo, quę maior miſeria eſt, & ad ipſum fiducialiter, pro adiutorio confugientem deſeret? Non ſanè patiuntur hoc viſcera miſericordiæ Dei noſtri, *Dei totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra*, qualis eſt iſta deſolationis, longè alias excedens.

Mar. 8.2.

2. Cor. 1.3 & 4.

Hinc S. Bernardus fiduciam Apoſtolorum commendat, in hac bonitate diuina, cùm in deſolatione poſiti propter ſubtractionem Magiſtri, Paraclitum vnanimiter expectabant: & ſimul de magnanimitate, & longanimitate mentionem facit, dicens; *Laudabili magnanimitate puſillus grex, paſtoris ſolatio deſtitutus, minimè tamen dubitans, quoniam illi cura eſſet de ijs, ſed paternam pro eis gereret ſollicitudinem, deuotis pulſabat ſupplicationibus cœlum, certus, quòd penetrarent illud iuſtorum orationes, nec pauperum preces ſpernerẽtur à Domino, aut ſine copioſa benedictione redirent.* Ecce fiducia. Et ſubditur longanimitas: *Sed nec ſine longanimitate perſiſtebant indeficientes*. Et promotiuo adducit illud Abacuc, ſupra à nobis ad ductũ: *Iuxta illud*, inquit, *propheticum, Si moram fecerit, expecta eum, &c.*

Bern. ſer. 5. de Aſcenſ. init.

Abac. 2. 3.

Et Kempis de hac longanimitate loquens, cum illa perſeuerantiam copulat, patientiam, fiduciam, & reſignationem. *Oportet*, inquit, *te deuotionis gratiam inſtanter quærere*: ecce perſeuerantia: *Patienter, & fiducialiter expectare*: Nam expectare, vt diximus, ad longanimitatem pertinet; Et reſignationem ſubnectit; *ac Deo terminum, & modum ſuperna viſitationis committere.*

Kemp. lib. 4. cap. 15. nu. 1.

Eadem materia proſequitur, & oſtenditur, quare multi deuotionis gratiam non obtineant?

Agitur de prima cauſa *ex defectu puritatis longanimitatis*.

SEd hìc maximè eſt notandũ, qualis eſſe debeat longanimitas, quæ digna ſit viſitatione Diuina. Dico ergo, quòd *pura* eſſe debeat, hoc eſt, libera à proprio intereſſe, quòd, ſcilicet, quæratur per eam Deus, & non conſolatio illa interna ſenſibilis.

Sed

Digitized by Google

Sed Dices. Si quæritur, quomodo non quæretur? Reſpondeo, ſi principaliter quæratur Deus, & non ipſa: hoc autem tunc contingit, cùm ideo conſolatio quæritur, vt illa ſuffultus quis nõ ſeparetur à Deo ſuo; quod ſane oritur ex amore: poſitus namque in ariditate, periclitatur deijci, ſeu puſillanimis fieri, & ſic à via ſalutis regredi, & ad carnalia conuerti, deſerto Deo. Quęrere ergo ſic, Deo, media conſolatione, adhærere, eſt Deum pro fine principali in longanimitate habere. Et quia longanimitas talis, nõ fraudatur à deſiderio ſuo, gaudioſa eſt ſemper, iuxta ſuperiorem doctrinam: quod non eueniret, ſi præcipuè conſolatio exquireretur, quia non donaretur. Quod patet ex Propheta Regio, ſic di-
Pſal. 76. 3. cente: *In tribulatione mea Deum exquiſiui manibus meis nocte contra eum, & non ſum deceptus.* Vbi conſiderandum *quando* quęrit, ſcilicet, *nocte*; id eſt, in tenebris ariditatis poſitus: & *quomodo* quærat, *manibus meis*. Quid eſt
P. Aug. in Pſal. 76. 8. manibus meis? ait P. Aug. Reſpondet: *operibus meis*. Nam perſiſtendo, in operibus bonis, quæritur Deus: & eſt perſeuerantia ſupra expoſita, non ſe conuertendo ad carnalia. Et quid eſt *contra Deum*? coram Deo, exponit idem Pater. Et effectus ſequitur, *& non ſum deceptus*: id eſt, defraudatus ab exquiſitione mea. Sed quare hoc? quia Deum exquiſiuit, & non aliud per Deum, vt ibi idem ſanctus Doctor exponit, dicens: *In die tribulationis tuæ, Deum exquire, non per Deũ aliud, ſed ex tribulatione Deum, vt ad hoc Deus remoueat tribulationẽ, vt ſecurus inhæreas Deo.* In ariditate periclitaris inhærere Deo, oras tolli periculum per aduentum roris Diuini, ne ſeparèris ab illo: iam potiùs Deum exquiris, quàm ſolatium: ergo exaudieris, recipiendo illud: qui ſanè eſt effectus à propheta expertus, *Et non ſum deceptus.*

Hanc intentionis puritatem habebat idem Propheta, cùm in alio Pſalmo inſtanter orauit: *Non* Pſal. 118. 8.
me derelinquas vſquequaque. Pater Auguſtinus legit, *vſque* S P. Aug.
valde, vel *vſque nimis*: & erat precatio, quòd non fieret ſolatij Diuini tanta dilatio, vt ex infirmitate corrueret, ſeparatus ab illo, iuxta expoſitionem eiuſdem Sancti Doctoris, ſic dicentis: *Si enim me dereliquiſti, vt ſine tuo adiutorio infirmus appaream: noli vſque valde, ne peream.* Expertus enim iam fuerat, quòd in pinguedine ſpiritus cor ſuum præſumptio ſubintrauerat, cùm protulit: *Ego dixi in abundantia* Pſ. 29. 7.
mea, Non mouebor in æternum: & ideò Deum ſe ſubtraxiſſe, vt vulnus hoc mederetur, proinde ibidem fatetur: *Auertiſti faciem* nu. 8.
tuam à me; ecce ſubtractio: & effectus ſubditur, *Et factus ſum conturbatus.* Ne ergo omnino

deijceretur, orat, dicens: *Non me derelinquas vsquequaque:* quia scio, quòd quemadmodum derelinquendo, te subtrahis, ne quis efferatur, ita te communicas, ne deijciatur. Et hæc erat puritas longanimitatis, qua alibi Deum se quæsiuisse testatur, & si-
Ps. 54.9. mul exauditum: *Expectabam*, inquit, *eum, qui saluum me fecit à pusillanimitate spiritus, & tempestate*: de qua supra iam diximus. Igitur longanimiter pro illa orabat, ne per eam corrueret. Et cùm Deus benignissimus pusillanimitatem hãc nolit, qua ab eo deficimus, bene oratur, cùm pro ea oratur, ne incurratur; ideoque ab eo *deuotio* misericorditer datur. Cùm autem consolatio præcipuè quæritur, & non ipse Deus, non mirum si non obtineatur; cùm sic ab impuro amore talis emanet oratio, & creatura, & non verè Deus exquiratur.

Et quia longanimitas solet comitem resignationem habere, & hæc est signum puritatis amoris, vt supra notauimus; consequenter, qui longanimis est, ordinariè purus amator est, & consequenter per illam, Deum quærens præcipuè.

Non tollitur tamen, quòd ab ista regula, plures quandoque deficiant à sui amore decepti: qui, vt in proprio notauimus Propugnaculo, subtilissimus est, etiã spiritualia penetrans, & insidiosè se habens in ipsis. Proinde benè ab arente scrutandum est cor, an purè Deum suum quærat, cùm ad illum pro consolatione confugit. Signum autem hoc dignoscendi, erit in bono perseuerantia, vt supra notauimus.

Agitur de secunda causa. Ex *defectu fiduciæ*.

QVia anima arens tunc incipit cogitare, se displicere Deo, putans sibi irascentem, quem non sentit præsentem; ideo incipit diffidere, cogitans ob demerita sua à se elongatum, & expectare desistit, longanimitate amissa. Proinde in hoc vigil sit, ne se sinat à tentatore seduci.

Pro quo debet primò iuxta B. Laurentij Iustiniani sententiam examinare se seriò, an in aliquo offenderit illum. *Legitimus nãque amator*, inquit, *mox, vt abest sponsus, redit ad se, cordis sui latebras perlustrat diligenter, intentiones, cogitationes, affectionesque examinat; vtrum erga fratrem peccauerit, aut proximo suo aliquid scandali posuerit offendiculum, rememorat. Quòd si errasse deprehenderit, tamdiù dolore affligitur, donec pacatam in se videt conscientiam.* Qua tranquillata, subiungit: *Tunc inquisitioni vacat*. Igitur licèt hic non agamus de remedijs cõtra ariditatem ex culpa nostra manantem; tamen quemque hoc

B. Laur. Iustin. de cast. conuerb. & anim c. 15 ant. med.

exa-

Digitized by Google

Iacob. 3. 2 examen iuuabit, quia *in multis offendimus omnes*, etiam Iuſti, Prou. 24. 16. de quibus ſcriptum eſt, *ſepties in die eos cadere*. Et quando miſeratione diuina, quis poſt examen ſe repererit mundum, poteſt angorem talem deponere, ac diffidentiam, ac pariter mundare per pœnitentiam conſcientiam, ſi ſe deliquiſſe compererit; cùm pœnitentia vera, omnia peccata, etiam grauiſsima, deleat, vt infra magis patebit. Quemadmodum namque conſideratio defectuum propriorum elationem tollit, & fouet humilitatem, qua gratia deuotionis recipitur; & ſuſcepta ſeruatur, vt ſuperiùs diximus: ſic è contra, conſideratio conſcientiæ mundæ, aut ex diuino mundatæ auxilio, erigit in ſpem, ſine qua non infunditur ros diuinus, teſte Ioanne dicente: 1. Ioan. 3 21. *Si cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum: & quidquid petierimus, accipiemus ab eo:* Inter quæ eſt ſpiritualis pinguedo. Signum autem ſpiritualis munditiæ, eſt illa irreprehenſio poſita à Ioanne poſt examen conſcientiæ ſerium, & auerſio cordis à defectibus, ac diſplicentia, quòd in illos inciderit, & vt non incidat, timor. Nam hæc ad ſponſum Propug. 1. conſ. 153. indicia ſunt amoris, & alia, quæ volumine primo retulimus, & ibi videri poſſunt.

Vltra quæ, alia duo à B. Laurentio Iuſtiniano ad propoſitum adducuntur. Primum, ipſa ſponſi ſolicita inquiſitio per orationem & bona opera: *Amoris*, inquit, Laur. Iuſtin. loc. prox. cit. *vehementia ex inquiſitione colligitur*. Secundùm, ipſe dolor, qui de abſentia tali ſentitur: *nunquã enim*, ait, *ſine dolore amittitur, quod cum maximo amore poſſidetur*. Et ex iſto dolore aſſerit, inquiſitionem oriri, & ex amore vtrumque, inquiſitionem vtique, & dolorem. Quod Virginis matris probat exemplo, quæ per triduum amiſſo infantulo ſuo dilectiſsimo Iesv, ſic ad eum inuentum tenerrimè eſt loquuta: *Fili, quid feciſti nobis ſic? Ecce* Luc. 2. 48 *Pater tuus, & ego dolentes, quærebamus te*. Subiungit namque hic deuotiſsimus Doctor: *Quæſierunt vtique cum dolore, quem ardenter dilexerunt. Dolor itaque, amoris indicium eſt, & inquiſitionis ſtimulus.*

Ex quo iam ſequitur in fiducia ſolidatio, duce Deipara. Nam inquiſitio tua ſolicita, & dolor, quem intus ſentis de abſentia, ſeu ſubtractione dilecti, amoris tui puriſsimi eſt argumentum, & conſequenter in dilecto reſpondet reciprocum, teſte ipſo dicẽte, *Ego diligentes me diligo*. Prou. 8. 17.

Neque ariditatis anguſtia, ex qua neglecta vidéris tibi, & nigra, ac alijs carnaliter ſentientibus, pulchritudinem tuam internam tollit coram dilecto, vt teſtata fuit experta dicens, *Nigra* Cãt. 1. 4. *ſum, ſed formoſa:* nigra, ſcili-

cet, ex labore: sed formosa ex odore, vtique conscientiæ meæ: Quo sensu dixit Apostolus: *Christi bonus odor sumus*. 2. Cor. 2. 15.

Pro quo etiam admonitio Gregorij valet in subiecta materia dicentis: *Fatigant ista, nec superant.* S. Gregor. lib. 9 mor cap. 7. Et Gilibertus Abbas ser. 38. in Cant. cir. fin. inter opera Diui Bernardi, ita ait, de sarente: *Vehemens tædium, & amaritudo cordis, virtutes ipsas exercet, non euertit.* Gilib. Quæ verba supra iam sunt allata; & prosequitur: *Hic turbo* (intelligit ariditatis) *propositum sanctum impellit quidē, non tollit: stringit lætitiam, non tollit constantiam: tædio afficitur animus, sed non conficitur: tristatur, sed obluctatur tristitiæ. Non est minus fortis sic affecta virtus, sed minus felix, qui illi conuicio, cum quo rixatur, bellum indicit: quasi suum non est fastidium, cum quo fœdus non contrahit; molestum patitur, non propitiatur illi. Denique non ipse animus hoc operatur, sed magis Aquilo, in cuius lateribus habitat.* Hæc ille.

Ex quibus vides inuoluntarios motus, & ideo inculpabiles, quos experitur arescens: ideoque non sequitur, Deum tecum non esse, qui te consolatione non respicit: nam ipse vbi diligitur, manet; de diligente enim se dicit: *Et Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* Tu, iuxta prædicta iudicia, illum diligis; ergo tecum est. Deinde ex ipsa tua tribulatione, ex qua te destitutum existimas, conuinceris, te non destitutum fateri, teste ipso dicente, *Cum ipso sum in tribulatione.* Ps. 90. 15. Tribularis ariditate? ergo ex hoc tecum est: quomodo ergo te omnino derelictum causaris, cum socio tali?

Dices, non sentio illum. Respondeo, licèt non sentias, tamen tecum est, *quia non solùm sensu* (ait Bernardus) *rerum præsentia comprobatur.* Bernard. Ideo dicebat sanctus Propheta: *Si venerit ad me, non videbo eum.* Iob. 9. 11. Neque ex eo, quòd adsit non donando sensibilia dona, *lucis, dulcedinis, lætitiæ*, &c. conturbari ex diffidentia debes, si verè amas: quia amanti sufficit præsentia sola amati, licèt cum donis non adsit: aliter magis dona, quàm ipsum, amare cōuincitur. Igitur magis hinc puritas tui amoris probatur, si non ad dona respexeris, sed ad illum. Imò tibi ideo ipse sensibilia hæc dona subtrahit, vt discas, non propter illa, sed propter se, illum diligere, & sic fias verus amator: & purior sanè coram illius oculis appareres, si adhuc paratus esses substantialis gratiæ, iustitiæ, & donorum illam comitantium pati subtractionem, si ita illi placeret, dummodo sine tuo errore.

Agi-

Agitur de tertia cauſa. Ex *diffidentia, quòd non proficiat.*

CAuſa præcedens erat *ex diffidentia ex defectu:* & iſta *ex diffidentia ex profectu.* Cùm enim Deus non guſtetur, ipſa opera bona, & oratio apparent inſipida, & ſic non nutritiua interiùs, quia illud tantùm iudicat anima nutrire, quod ſapit: & cùm aliũde ipſa inſipiditas cauſet horrorem, iuxta illud, *Nunquid poterit comedi inſulſum, quod non eſt ſale conditum?* & ipſa exercit a ſpiritualia ex ſe ſint inſulſa, quia repugnantia carni: propter quod *arcta*, & *anguſta* dicitur via vitæ, niſi condiantur conſolationis ſale, horrori ſunt voluntati, eaque fugit, quaſi nihil iuuantia, ſeu nutrientia. Et ſic deſinit expectare, quia videt ſe non guſtare: & eſt mortale tædium, de quo ſupra, niſi anima ſciat pro remedio ſedula inuigilare.

Iob 6. 6.

Matt. 7.

Eſt autem conſiderare, duplicem eſſe ſpiritualem nutritionẽ: aliam nimirũ *ſenſibilem*, ſeu perceptibilem; quæ conſiſtit quidẽ in conſolatione, ſeu interna dulcedine, quæ guſtatur. Alia eſt *Inſenſibilis*, *inuiſibilis*, ſeu *imperceptibilis*, vtique ab oculo cordis; quæ conſiſtit in gratia iuſtificante, & habitibus charitatis, ſpei, & cæteris cum ipſa infuſis. Nam gratiæ iſtæ, animæ cibus sũt ſubſtantialis; quo ſumpto, nutritur, vires capit, & creſcit interiùs ſecundùm ſpirituale augmentum. Naſcitur enim anima Deo per gratiam iuſtificantem primò infuſam, iuxta illud, *Vt efficiamini Diuinæ conſortes naturæ*: & per augmentũ eiuſdem, creſcit interiùs; & ſimul creſcunt habitus charitatis, ſpei, & fidei, quibus opera fiunt meritoria, per quæ rurſus iuſtitia infuſa augetur. Hoc autem augmentum, nutritio ſpiritualis dici poteſt, & quæ per Sacramentum ſanctiſsimæ Euchariſtiæ præcipuè datur, non tamen ſentitur, etiã ab illis, qui hoc Sacramentum cum attentione percipiunt, prout dicit P. Gabriel Vaſquez his verbis. *Non ſolùm illi, qui diſtractè ſumunt Sacramentum, ſed illi etiam, qui attentè, imo etiam cum deuotione illud recipiunt, non experiuntur in ſe maximè inſtructos, aut robuſtos habitus, ob id tamen nõ debemus negare, huiuſmodi intenſis habitibus eos inſtructos eſſe.* Et cationem, quam ſupra iam aſſignauimus, his verbis ſubdit: *Horum enim habituum infuſorũ incrementũ, ſeu intenſionem nemo in ſe experitur, ſicut intenſionẽ acquiſitorum, eo quod infuſi nõ præſtant facilitatem ad opera, ſicut præſtant acquiſiti. Etenim habitus infuſi dantur ad ſimpliciter operandum, non autem ad operandũ cum facilitate, & promptitudine: nam hoc præſtat nobis exercitatio, & conſuetudo.* Hæc iſte

2. *Petr.* 1. 4.

Vaſq. 1. 2. q. 113. à 3. in expoſit. art.

Digitized by Google

iſte inſignis Doctor.

Ex quibus vides, quomodo nõ ſolum, qui attentè, verùm & qui deuotè Sacramentum Euchariſtię ſumunt (de quo loquitur iſte Doctor) non percipiunt hoc gratiæ augmentum, quod animæ eſt nutrimentum. Ergo iam imperceptibilis nutritio principalior datur, vtique gratiæ animam Deificãtis, quam principalem vocauit Propheta, cùm illam expoſtulans, dixit: *Spiritu principali confirma me.* Et ideo dicebat Iob, vt ſupra ex D. Thoma notaui: *Si venerit ad me, non videbo eum*, quia vtique non percipiam. & Sapiens protulit: *Nemo ſcit vtrũ ſit dignus amore*: quia cùm gratiam iſtam habet, amari dignus eſt: ergo ſi amore neſcit ſe dignum, neque gratiam percipit ſe habere, niſi per aliquas coniecturas, quas aſsignauimus ſuperiori volumine; & in ſubiecta materia faciunt maximè ſupra poſita; at etiam ipſa in bono perſeuerantia: nam, *qui non proficit, retrocedit*, vt in induſtrijs latè oſtendimus. Si ergo perſeueras, ſignũ eſt, quòd in via Dei proficias. Igitur nõ tantum ex guſtu probatur profectus. Tædium ergo illud, ſeu faſtidium, conſideratione iſta vincendum eſt; & quòd ſubſtantialis deuotio detur, de qua ſupra, ſi adſit promptitudo voluntatis, licèt accidentalis ſenſibilis deſit. Quòd autem illa ſubſtantialis detur, ſignum eſt diligẽtia, & ſolicitudo ad exercitia, quibus colitur Deus: vt ſi ad matutinũ velociter ſurgas, & à fortiori ſi vigiliam anticipaueris; & ſic ad orationẽ, &c. Imo ſic ſeruire, cæteris paribus, magis eſt meritorium, & Deo gratius, vt gratior eſt ille miles Principi ſeruiens, non ſollicitus pro mercede. Hoc modo cibabatur, & nutriebatur interiùs quidam ſeruus Dei, de quo refert Rodriq. de ſe dixiſſe. *Ab hinc annis quadraginta, quòd Deo famulatum exhibeo, & orationi vaco, abſque ſolatio, & guſtu. Poſt illam tamen in me ſentio vigorem magnum ad exercitia virtutum. Si tamẽ aliqua vice ab oratione cõſueta deſiſto, ita me debilẽ ſentio, vt nõ poſſim me leuare ad opus aliquod bonum.*

Propug. 1. *conſ.* 153.

Volum. 1. *induſt.* 16

Alph Rodric. in exer. perf 1. *p. tr.* 8. *cap.* 29. *in fin.*

Licèt autem guſtus ipſe ſenſibilis per dulcedinem nutriat quidem, nutrimentò tamen accidentali, quia animam *per ſe* non ſanctificat, quamuis multùm quidem iuuet ad erigendam ſpem, & dilatandum in via Dei; frequenter tamen cum periculo ſuperbiæ, & amoris proprij; propterquod miſericorditer ſubtrahitur multis: & ita credere debes factum tecum. Vnde ad hoc propoſitum interpretatur Gregorius verba illa allata: *Si venerit ad me, non videbo eum: ſi abierit, non intelligam:* quia frequenter venit ad me per ſubtractionem, qua ego cautior fio, & ex humilitate ſecurior: & tamen tunc à me puto abi-

S. Greg. lib. 9. *mor c.* 7.

Digitized by Google

abire, cùm tamen accedat proprius. Quandoque autem per conſolationem internam puto ad me venire, & me illi appropinquare, cùm tamen longè recedam, cadens ſecuritate. Qua propter dum ſumus in caliginoſo hoc ſæculo, reſignatio in his eſt ſecurior, querimonia omni amota; maximè, cùm in tali conſolatione ſenſibili, ſpiritualis profectus non conſiſtat, ſed potiùs in longanimitate ipſa, fortitudine, ſpe, reſignatione, & cæteris actibus ipſam comitantibus ſupranarratis, vt optimè quoque docet Kempis his verbis: *Neque tunc aliquid magni te reputes, aut ſpecialiter dilectum æſtimes, ſi in magna ſueris deuotione, atque dulcedine: quia in iſtis non cognoſcitur verus amator virtutis, nec in iſtis conſiſtit profectus, & perfectio hominis: ſed in offerendo te ex toto corde tuo voluntati diuinæ, non quærendo, quæ tua ſunt, nec in paruo, nec in magno, nec in tempore, nec in æternitate, ita vt vna equali facie in grauium actione permaneas inter proſpera, & contraria, omnia æqua lance penſando.*

Kemp. lib. 3 cap. 25. num. 2. et 3

Ecce reſignatio. Et fortitudinem ſubdit, longanimitatem, ſpē, & humilitatem, dicens: *Si ſueris tam fortis, & longanimis in ſpe, vt ſubtracta interiori conſolatione, etiam ad ampliora ſuſtinenda cor tuum præparaueris, nec te iuſtificaueris, quaſi hæc, tantaque pati non deberes, ſed me in omnibus diſpoſitionibus iuſtificaueris, & ſanctum laudaueris: tunc in vera, & recta via pacis ambulas, & ſpes indubitata erit, quòd rurſus in iubilo faciem meam ſis viſurus.* Hactenus iſte illuminatus, & expertus vir. Vbi ex eo quod dicit, tunc ambulari *in recta, & vera via pacis*, cùm iſti actus fiunt; oſtendit, quòd per illos proficitur. Nam pax vera, & recta, non eſt niſi per iuſtitiam, qua anima viuit: ambulare ergo in ea, proficere eſt. Quod fit per prædictos actus virtutum, cum longanimitate coniunctos, à iuſtitia, ſeu gratia procedentes.

Vlteriùs conſidera, quòd argumentū amoris, eſt labor, & dolor pro re amata ſuſceptus: ergo quò iſte fuerit maior, intenſior arguitur amor. Dictū eſt autē, laborē, & angorē ariditatis, maximū eſſe: ergo maximi amor is indiciū eſt.

Deinde quæro à te, Quid petis, cùm oras? *Patientiam? Humilitatem? Fortitudinem? Reſignationem? Longanimitatem?* Reſpondebis, maximè. Ecce iſta habes in exercitio, non in deſiderio tantum; & in gradu excellētì: nam ſupra intellexiſti, excellens martyrium eſſe, quod pateris: ergo non debes diffidere de profectu; ſed ſi iuſtū cupis, actus iſtos oportet vt multiplices, te humiliando, reſignando, & per opera bona, & exercitia tua conſueta, imo & adiuncta, viſitationē diuinam

nam firmiter expectando.

Quia tamen tunc, id eſt, ſubtractionis tempore, in oratione poſitus quis non valet diſcurrere, aduertit Venerabilis Pater Ioannes à Cruce, Carmelita Diſcalceatus Hiſpanus, vir ſanè maximè contemplatiuus, & in via iſta expertus, ac fideliſsimus coadiutor S. Tereſiæ in fundatione Religionis ſuæ, quòd non debet curare diſcurſum, neque ex huius defectu æſtimare tempus fruſtratum; cum lucra non modica tunc patiẽtia, & perſeuerãtia ſint: (quod facit maximè ad propoſitum contra diffidentiam iſtam) ſed tantũ debere eſſe contentum vacare cuidam aduertentiæ amoroſæ, & & quietæ ad Deum, abſque *nimia ſollicitudine* guſtandi illum: per hanc enim impeditur quies illa, & ſuaue otium, cui interiùs fit Dei communicatio. Et quòd licèt de ſcrupulis tentetur, & de orationis ſterilitate, & temporis conſumptione; tamen his omnibus reſiſtat, & firmiter ſic orando perſiſtat, Deo amorosè, & quietè attendens: ſic enim aptior redditur Diuinis influxibus. Ita ille. Ex quibus in lõganimitate & ſpe, ſolidatio habetur, diffidentia profligata: & ſimul praxis vtilis ſe in oratione gerẽdi. Et hæc ſatis ſint pro armis præſtãdis aduerſus ariditatem, cuius nos cauſa non ſumus. Sequitur ſubminiſtrare illa pro alia ariditate, quæ *defectu noſtro* contingit.

P. Ioan. à Cruce lib 1. noct. obſcur. c. 10

CONSIDERATIONES ſequuntur contra ariditatem, cuius nos cauſa ſumus,

Quia ſuperiùs cauſas poſuimus ariditatis iſtius, modò proportionata apponẽda ſunt arma oppoſita, quibus valeat expugnari, videlicet,

Bonitate
Humilitate.
Cõſideratione.
Lectione.
Gratitudine.
Trãquillitate.
Aſperitate.
Auiditate.
Solitudine.
Cõpunctione
Compaſsione.
Operatione.

Sit igitur in ordine

CONSIDERATIO IV.

Ex *bonitate*.

QVIA ſuperiùs oſtendimus, per *peccatum* ariditatem induci, ſic modò concludimus, *cõſcientiæ puritate* expelli in illis, in quibus nõ cõtingit ſubtractio roris Diuini, ex motiuis in præcedẽtibus conſiderationibus poſitis, ſed ex culpa patrata. Hoc autem patet primò ex Sapiente dicente: *Secura mens, quaſi iuge conuiuium*. Quæ quæſo eſt ſecuritas iſta, niſi quam parit conſcientiæ puritas? Propterea demaculata peccato legitur: *Cùm ſit timida nequitia, dat teſtimonium*

Prou. 15. 15.

Sap. 17. 10. *nium condemnationis*. Et ſubditur ſignum: *Semper enim præſumit ſæua, perturbata conſcientia.* Igitur, quæ à nequitia eſt pura, eſt ſecura. At quare dicitur, *quaſi iuge conuiuium*? Lyran. Reſpondet Lyranus. *Quia delectabiliter viuit, ſicut homines in conuiuio*. Sed cur ponitur, *quaſi iuge*? quia ferè ſemper habet lætitiam, quoties ad cor redit per examen ſerium, & inuenit illud non reum. Vnde Th. à Kẽp. protulit Kempis lib. 2. de imit. Chriſt. c. 6. n. 1. *Habe bonam conſcientiam, & habebis ſemper lætitiam.* S. Bern. de mod. ben. viu ſerm. 19. & S. Bernardus dixit: *Vis nunquam triſtari? benè viue.*

Dauid quoque veritatem hãc Pſ. 96. 11. contemplatus, pronuntiauit: *Lux orta eſt iuſto, & rectis corde lætitia*. S. P. Aug. tom. 8. Vbi P. Auguſtinus legit *iucunditas*: & notat, non de luce hac, quam cernimus corporeis oculis, ſermonem eſſe, ſed de illa cordis, quam cernebat ſenex Tobias corpore cœcus, cùm docebat filium viam vitæ; & hac iucunditate gaudere conſcientiam puram, non per peccatum ad viſibilia curuatam. *Noli*, inquit, *torto corde eſſe ad Deum, reſiſtens voluntati ipſius, & volens illum curuare ad te, & ſenties iucunditatem, quam norunt omnes, qui recto ſunt corde*. Et proſequitur Pſ. 96. 12 Propheta dicens: *Lætamini iuſti in Domino*: quaſi ad hanc lætitiã eos ſemper inuitans, cuius ſemen per iuſtitiam habent ſeruatum in corde. Lyran. Et Lyranus de *lætitia deuotionis*, ait hìc eſſe ſermonem. Vnde idem P. Auguſtinus conſi- S. P. Aug. derans ex eo quòd dicatur in *Domino*, colligit inuitari *ad iugem*, dicẽs: *Expectas tempus veris, vt iucunderis: ſi Domini habes iucunditatem, Dominus tecum ſemper eſt, non habet tempus, habes illum nocte, habes illum die: eſto rectus corde, & ſemper eſt tibi de illo iucunditas.*

Peccator quidem quandoque habet iucunditatem, ſed non veram, teſte Iſaia dicente: *Non eſt* Iſa. 47. 21 *pax impijs*. Quæ verba ità legit P. Auguſtinus: *Non eſt gaudere* S. P. Aug. *impijs*; notans ſignanter Prophetam addere, *dicit Dominus*; per hoc inſinuans, non eſſe de veritate hac dubitandum, quam non homo, ſed veritas ipſa teſtatur: non cognoſcere autem impium lucem hanc, quam ſolùm oculus mundus cordis attingit, quia illius oculus, vitijs, & peccatis ſordidatus eſt, & turpatus. Eccleſiaſticus etiam veritatem hanc prædicauit, cùm dixit; *Religioſitas cu-* Eccli. 1. 18. *ſtodiet, & iuſtificabit cor*: & effectus ſubditur, *Iucunditatem, & gaudium dabit*. Eſt autem *religioſitas*, vt ibi notat Lyranus, Lyran. & ipſum nomen oſtendit, virtus quædam, *qua religatur cor, ne effluat ad diligendum indebitè vana, & curioſa delectabilia*: quod fit cùm peccatur. Igitur cùm ab iſtis concupiſcentia refrænatur, iuſtificatur cor, & effectus iuſtitiæ ſequitur, iucunditas, nimi-

rum,

rum,& gaudium,*ex puritate conſcientiæ*,vt idem Doctor exponit. De quibus Pſalmiſta loquens ait:

Pſ.30.20 *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ,Domine, quam abſcondiſti timentibus te* ! Nam in eo, quod dicit *timentibus*, religioſitas deſignatur: quemadmodum enim hæc religat, ne in mala effluat,ita timor,ne ruat. Ideo Eccleſiaſticus hæc pro eodem accepit,cùm ad citata præmiſit:*Timor*

Eccli.1. 27. *Domini,ſcientiæ religioſitas*. Eſt ergo timor *filiorum* ex dilectione procedens, cui communicat Deus, non dulcedinem quamlibet,ſed *multam*, & hanc magnã. Dicitur autem *tuæ*, ad differentiam aliarum dulcedinum, quas tribuunt creaturæ; quia veræ nõ ſunt, ſed in multis deficientes, & admixtæ amaritudini. At iſta eſt dulcedo Dei, qui eſt indicibiliter

Apoc.2. 18. dulcis,& *quam nemo ſcit,niſi,qui accipit*. Et *abſcondita* nominatur,quia *conſummata*, nondum nobis apparet; ſed *cùm erimus ei*

1. Ioan.3 2. *ſimiles, & videbimus eum ſicuti eſt*. *Initiata* autem communicatur interiùs,nec ab oculo corporis videri poteſt, nedum cordis, niſi mundi & puri, vt proximè ex Auguſtino notaui.

Denique conſcientiæ puritate iſta, in cæleſtem volatum plumeſcit anima, quo Deo mirificè delectatur, Propheta teſte dicente;

Pſ.67.14 *Pennæ columbæ deargentatæ, & poſteriora dorſi eius in pallore auri*. Nam per columbam,iuſta anima deſignatur,de qua in Canticis dicitur: *Columba mea, formoſa mea*. Illius autem pennæ, iuxta Lyranum, *deargentatæ* ponuntur: *quia*,inquit,*præſens vita dicitur in conſcientiæ puritate*. Deargentatæ igitur pennæ, pura eſt conſcientia.De quibus B.Laurentius Iuſtinianus ſic dicit: *His pennis ſpiritualis volatus agitur, quo peruenitur ad requiem,& ad Dei delectabilẽ guſtum, ipſiuſque ſititur præſentia*. Ob idque *poſteriora dorſi eius*, id eſt, ſuperiores partes pennarum, quæ ſunt ſuper dorſum columbæ,in pallore auri terminari dicuntur,id eſt, in perfecta charitate ignita,cuius guſtus hic prælibatur,& in patria conſummatur.

Cãt.2.10

Lyran.

B. Laur. Iuſtin de vit. ſol. c. 1. ant. med.

Has pennas ipſe ſanctus Propheta exoptabat, cùm clamabat; *Quis dabit mihi pennas, ſicut columbæ?* Et quid proderunt tibi pennæ hæ columbinæ, o ſancte Rex? Subdit,*volabo & requieſcã*: ecce volatus cum requie,cum pace,cum gaudio: nam de pace iſta dixit Apoſtolus, *omnem ſenſum exuperare*,id eſt,longè antecellere delectationes omnes carnales.

Pſ.54.7.

Phil.4.7.

Quid igitur cauſaris, chariſsime frater, de ſpiritus ſiccitate? de depreſsione? de tenebris? de triſtitia? Depone conſcientiam ream,& inuenies cœlicum rorem: volabis,illuminaberis,lætificaberis, lætitia cordis vera.

CON-

Digitized by Google

CONSIDERATIO V.

Ex *Humilitate*.

QVemadmodum ſupra mõſtrauimus, elationem impedire hunc rorem, quia æquum eſt, vt qui per illam à Deo ſe ſubtrahit, ſubtrahatur ab illo Deus: ita hîc oſtendemus, dignum eſſe à Deo reſpici, qui per humilitatem illi ſe ſubdit. Proinde hanc

S. Th. 2. 2. q. 82. *art.* 3. *in corp.* conſiderationem aſſerit D. Thomas párere deuotionem: *Quia* inquit, *excludit præſumptionem, per quam aliquis impeditur, ne Deo ſe ſubijciat, dum ſuæ virtuti innititur*: Et ſic benigne reſpicitur, & deuotione impletur; teſte etiam Pſalmiſta dicente: *Paraſti in dulcedine tua pauperi Deus*; id eſt, humili, qui ſe debilem, impotentem, & in multis deficientem agnoſcit. Vnde P. Auguſtinus ita hæc verba exponit: *In tua ſuauitate, non in illius facultate: egens eſt enim, quoniam infirmatus eſt, vt perficiatur; agnouit ſe indigentem, vt repleatur*. Quod humilis quidam inſe expertus, teſtatur dicens: *Et, qui conſolatur humiles, conſolatus eſt nos Deus*.

Pſ. 67. 11. *P. Aug. ibid.* 2. *Cor.* 7. 6.

At quid mirum, quòd conſolatione impleatur, in quibus *Deus totius conſolationis* inhabitare gaudet? Audi eundem Pſalmiſtam dicentem: *Quis ſicut Dominus Deus noſter, qui in altis habitat, & humilia reſpicit in cœlo, & in terra?* Idem P. Auguſtinus verba iſta conſiderans, ait, facilè quenquam cogitare Deum in altis cœlis habitare, vnde humilia terrena reſpiciat: ſed cùm etiam in cœlo iſta humilia dicatur reſpicere, oportet videre, in quibus altis habitet, vnde humilia reſpiciat in cœlo, & in terra: & concludit, humiles eſſe cœlum hoc myſticum, quia altum, & Dei ſedes; nõtamẽ à ſe, ſed à Deo; & in iſtis altis habitare: ideoque dicatur, quòd in *altis* habitans, humilia reſpiciat in cœlo, & in terra. *In cœlo*, id eſt, in humili: quia licèt à Deo ſit exaltatus, & Dei ſedes factus, vbi peculiariter requieſcit, & ob id cœlum, iuxta illud, *Cœlum mihi ſedes eſt*; tamen in oculis ſuis humilis eſt, & ideo terra, quia terram conſiderat, ex qua formatus eſt. Habitando ergo in altis, id eſt, in humilibus, dicitur reſpicere humilia in cœlo, & in terra. *An*, inquit, *in quibus altis habitat, etiam ipſa humilia reſpicit? ſic enim exaltat humiles, vt non faciat ſuperbos: itaque & in altis habitat, quos exaltat, facitq; ſibi eos cœlum, hoc eſt, ſedem ſuã; & eos tamen non ſuperbos, ſed ſemper ſubditos intuendo, etiam in ipſo cœlo humilia reſpicit, in quibus excelſis habitat.* Quod ex verbis Iſaiæ confirmat, vbi de Deo ſic dicitur: *In excelſo, & in ſancto habitans*. Et pleniùs explicans, quis ſit iſte excelſus, ſubdit:

S. P. Aug.

Iſai. 57. 15.

Digitized by Google

dit: *Cum contrito & humili spiritu, requiem habens*. Igitur in excelsis, & in altis habitare, est in humili residere, ibique requiescere. Et sanè consonant explicationi huic verba sponsæ supra allata, & à Diuo Bernardo explicata, *Ecce iste venit, saliens in montibus*: vbi diximus, humiles designari, qui alti sunt, & ideo montes; non tamen à se erecti, sed à Deo exaltati, de quo dicitur, *exaltare humiles*. Igitur montes istos salit, in altis istis habitat, in cœlis istis sedet, & ibi videt humilia, quæ respexit, vt illuc veniret, vbi requiescceret, & bonis suis repleret.

Cant. 2. 8

Luc. 1. 52

Istæ sunt aquæ dulcedinis, de quibus ipse Propheta testatur, in istis montibus, qui in se sunt valles, quòd scaturiant, cùm dixit: *Qui emittit fontes in conuallibus, inter medium montium pertrãsibunt aquæ*. Propterea sunt montes pingues, quia aquosi simul, radijs solaribus obuij. Igitur, qui innitens virtuti tuæ, superbisti, præsumpsisti, & ideo deuotionis gratiam amisisti, te erexisti, & collem fecisti, quia qui salit in montibus, & transilit colles, te quoque transilijt; esto vallis vt erigáris, & mons altus fias, in quo ipse resideat, & humilia tua respiciat, dulcedine sua te replendo: quia, quem superbia retrahit, humilitas trahit.

Ps. 103. 10.

Quod confirmat Kempis dicens: *Humilem Deus protegit, & liberat, humilem diligit, & consolatur; humili homini se inclinat: humili largitur gratiam magnam, & post eius depressionem, leuat ad gloriam.*

Kemp. lib. 2 cap. 2. 2.

CONSIDERATIO V.

Ex *Consideratione*.

QVemadmodum supra concluſimus, *inconsideratione* animam desolari, ita hìc monstramus, *consideratione* solari; teste Dauide dicente: *Lætifica animam serui tui*: ecce effectus prætensus. & causam subiungit, *Quoniam ad te Domine animam meam leuaui*. Quomodo leuatur anima, nisi consideratione? De hac namque eleuatione in alio Psalmo dixit idem Propheta: *Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis*. Vbi Pater Augustinus ait, de ascensu spirituali, qui mente fit, esse sermonem: *Ascendimus*, inquit, *in cœlum, si cogitamus Deum*. Et subiungit, non mirum, quia Dominus ipse, *ascensus in corde fecit*, vt in alio Psalmo ipsemet Psalmista canit de homine viatore: *Ascẽsiones in corde suo disposuit*. Cogitatio ergo pia ad Deum est via, & per illam ascendimus, absorpta tristitia: ideo fidenter postulatur lætitia: *Lætifica animam serui tui, quia ad te animam meam leuaui*.

Ps. 85. 4.

Ps. 122. 1

S. Augustin.

Ps. 83. 6.

At non mirum, quòd in illius contem-

Digitized by Google

contemplatione quærat indulcorari, in quo ſolo eſt vera dulcedo: ideo ſubdit, *Quoniam tu Domine ſuauis, ac mitis*. Baruch 5. 5. Vnde quoque Baruch Propheta quoſdam, qui priùs męruerant, lætos teſtatur, *gaudentes Dei memoria*.

Licèt autem ad Deum conſideratione, ſeu contemplatione aſcendatur, tamen gradus iſte incipit ab intellectu, & mouet affectum; & tunc ſcala completur, pertingens ad cœlum. Quod Pater Auguſtinus confirmans, ait: S. Aug in Pſ. 85. *Gradus, affectus ſunt: iter tuum, voluntas tua eſt: amando, aſcendis: negligendo, deſcendis: ſtans in terra, in cœlo es, ſi diligas Deũ.* Quia enim voluntatis obiectum, vt ſupra notauimus, *bonum eſt intellectum*, ab illo eleuari incipit, ſine quo operari nequit. S. Damaſ. Ideo iuxta Damaſcenum, *Oratio eſt eleuatio mentis in Deum*: mens autem complectitur affectum, & intellectum: ergo conſideratione ignita ad Deum leuatur anima, & ſic lætatur, conſumpta triſtitia. Quod etiam ſanctus Iacobus Apoſtolus docuit, dum Iac. 5. 13. dixit: *Triſtatur aliquis veſtrum?* Ecce ariditas: & remedium ſubditur, *oret*.

Eſt autem hìc aduertendum, non ſolùm mentem in Deum aſcendere, quando ipſum in ſe amoroſè conſideramus, ſed etiã cùm ipſius meditamur mandata, quæ dilectione, & iuſtitia plena ſunt: Vnde hoc remedio, vt potentiſsimo, fatetur Pſalmiſta ſe vſum, anguſtia cordis oppreſſum. *Tribulatio*, inquit, *& anguſtia* Pſal. 118. 143. *inuenerunt me*: & ſubdit remedium: *Mandata tua meditatio mea eſt*. Et in eodem Pſalmo ait: ibid. n. 52 *Memor fui iudiciorum tuorum à ſæculo Domine*: & effectus ſequitur, *Et conſolatus ſum*.

Tamen inter meditationes cæteras, illa paſsionis Dominicæ efficaciſsima eſt ad cor dulcorãdum, & adaquandum in ariditatis amaritudine poſitum. Quod idem Propheta, ſe fuiſſe expertum, teſtatur, dum dixit: Pſ. 7. 64. *Memor fui Dei*; vtique *pro me paſſi*, vt ait moralis Gloſſa Lyrani: Lyran. & ſubditur conſolatio, *& delectatus ſum*. Iſtæ ſanè ſunt aquæ, quibus prophetauit Iſaias Iſai. 12. 3 inebrianda eſſe corda fidelium poſita in terra peregrinationis, & conualle plorationis, dum ſiti inhiant, neque alius eſt, qui ſubueniat; niſi Deus ſolus. *Haurietis*, inquit, *aquas in gaudio de fontibus Saluatoris*. Fontes iſti, vulnera illius ſunt ſacratiſsima, vnde copioſè illius ſanguis manauit. Haurímus autem in gaudio, dum ad cor redímus, & ibi ſeriò meditamur circunſtantias paſsionis illius, quarum quælibet ſatis eſt cor roborare laſſatum, inebriare aridum, & ſerenare turbatũ, teſte Bernardo dicente: S. Bern. ſer. 15. in Cant poſt med. *An toties conſortaris, quoties recordaris, quid æque mentem cogitantis impin-*

guat? Iesus mel in ore, in aure melos, in corde tubilus, sed & medicina. Tristatur aliquis vestrum? Veniat in cor eius Iesus, & inde saliat in os: & ecce ad exortum nominis lumen, nubilum omne diffugit, redit serenum

Isai.53.5 Iuxta namque Prophetam, *Ipsius liuore sanati sumus*. Illius ergo vulnera, nostra medicina: illius tristitia, nostra lætitia: ipsius sic-

Io.7.37. citas, nostra satietas. *Qui sitit*, inquit, *veniat ad me*, vtique per considerationem, & *bibat*,

num.38. *&c. Et flumina de ventre eius fluent*. Non enim solùm in se iucundabitur, sed lætitia sua alios iucundabit: & sic pariet Christo: proinde namque *de ventre* exibunt flumina ista aquæ viuæ salientis in vitam æternam.

Igitur consideratione, seu meditatione transeunte ad cor, idest, ad affectum circa Deum, mandata illius, & iudicia, vbi includuntur omnia mysteria fidei, & præcipuè circa vitam, & passionem dominicam, ariditas pellitur, & inebriatur anima. Quando ergo aridus es, considerationi vacare, optimum est; & ibi experiéris, *Quoniam suauis est Deus*.

CONSIDERATIO VII.

Ex *lectione*.

NOtandum, quòd non de qualibet loquimur, sed de *pia*. Quemadmodum ergo cõsiderationem piam diximus causare lætitiam, sic idem asserimus de lectione diuina: ista namque ad illam iuuat. Frequenter enim animus noster ex fragilitate dispergitur, & nos deserit, etiam inculpabiliter, iuxta illud Dauidicum, *Cor meum dereliquit me*, Ps.39.13 vt sanctus Thomas aduertit. Re- S. Th. in colligitur autem, & frænatur per in 3. par. lectionem piam, teste Bernardo dicente; *De quotidiana lectione*, S. Bern. *aliquid quotidie in ventrem me- ad fratr. moriæ dimittendum est, quod fi- de mont. deliùs digeratur, & rursus reno- Dei. catum, crebriùs ruminetur, quod propositio cõueniat, quod intẽtioni proficiat, quod detineat animum, vt aliena cogitare non libeat.*

Hinc etiam consulunt multi magistri vitæ spiritualis experti, quòd in ipso orationis exercitio, quando mẽs ita sterilis est, quòd discurrere nequeat, lectione iuuetur, vt sic ad materiam lectam ligata, possit meditari faciliùs, & sic impinguari. Est ergo lectio, considerationis frænum, ne dissoluatur; & ministra materiæ, vt nutriatur.

Et cùm sit circa idem obiectũ, scilicet, Deum, & illius mysteria, & verba, parit in anima eosdẽ effectus, quos cogitatio pia. Vnde quemadmodum ista animam incendit, iuxta illud allatum superiùs, *In meditatione mea exar-* Ps.38.4. *descet ignis*; sic lectio sancta inflammat, testibus discipulis illis, qui dixerunt: *Nonne cor nostrũ* Luc.24. *ardens erat in nobis, cùm loque-* 31.

retur

Digitized by Google

retur in via, & aperiret nobis ſcripturas? Quæ verba conſiderans Diuus Hieronymus, infert: *Ergo quærimus, vbi ſit hoc incendium ſalutare? nulli dubiū, quin in ſacris voluminibus*. Loquendo ergo, & exponendo Dominus Deus ſcripturas Diuinas, corda diſcipulorum facit ardère, & ſic pariter eueniet illas legenti. Nam ſic audimus illum loquentem, iuxta Auguſtinū dicentem: *Cùm oramus, ipſi cum Deo loquimur: cùm verò legimus, Deus nobiſcum loquitur*.

S. Hier. epiſ. 142. ad Dam. ant med. tom. 1.

S. P. Aug. ſer. 112. de temp. cir. med. tom. 10.

Eſt autem verbum Dei non ſolùm ignis inflammans, ſed etiam nos fœcundans, vt ipſe per Moyſen teſtatur, dicens: *Fluat vt ros eloquium meum*: quo vtique vas cordis noſtri impletur, & fit fœcundum. Hoc enim vellus illud præfigurauit Gedeonis, de quo ſcribitur in libro Iudicum: *De nocte conſurgens, expreſſo vellere, concham rore impleuit*. De nocte conſurgit, qui in tenebris poſitus ſicci cordis, quęrit remedium roris. Quomodo autē ſe geſſit? vellus expreſſit, id eſt, ſcripturam, legendo intellexit. Et quid inde collegit? rorem diuinum, quo conchā cordis ſui impleuit: ita enim Gloſſa Interlin. interpretatur hæc verba, & Origénis conſonat expoſitio allegorica. Tu ergo legendo, exprimis vellus hoc; ſi intelligis: &, te ignorāte, Euangelicus Doctor hoc gerit, & tibi propinat potum aquæ viuæ, quo ſitim extinguas: & quia potus ſitienti eſt dulcis, iuxta illud, *Aqua frigida animæ ſitienti*, vtique eſt *valde delectabilis*, vt notat Lyranus ſupplendum: ſic cor madidum aqua iſta diuina, mirum in modum dulcoratur. De qua dulcedine ait Bernardus: *Cogitando, legendo, paulatim, ſenſimq. Deus innoteſcit, conſequenter & dulceſcit*, teſtibus etiam illis, qui dixerunt: *Habentes ſolatio ſanctos libros, qui ſunt in manibus noſtris*. Ex quo etiam cordis oritur dilatatio, vt in perſona Dei Kempis dixit: *Expādam coram te prata Scripturarum, vt dilatato corde, currere incipias viam mandatorum meorum*.

Deut. 32. 2.

Iudic. 6. 38.

Interl.

Orig. hom 8. in lib. Iudic.

Prou. 25. 15.

Lyran.

S. Bern ep. 1. poſt med.

1. Mac. 12. 9.

Kemp. lib. 3. ca. 51. nu. 2.

Sed heu non percipitur frequenter hic fructus: quia deficitur in modo legendi, de quo loquens Apoſtolus, dixit: *Quæcūque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, Vt per patientiam, & conſolationem Scripturarum ſpem habeamus*. Quid eſt ad noſtram doctrinā? Reſpondet Theophilactus, *vt eam ſectemur*, id eſt, opere impleamus, quod legimus, & in illis verbis fundatur: *Duplici honore digni habeātur, maxime qui laborāt verbo, & doctrina*. Vbi ſumitur *doctrina* pro bono exemplo dato proximis per bona opera. Hinc ſequuntur effectus alij, *patientia* nimirum, *conſolatio*, & *ſpes*. Nam benè operando, ſtabilitur quis in

Ad Rom. 15. 4.

Theophil.

1. Timot. 5. 17.

Deo, & tolerare mala fit potens.
Ad Rom. 5. 4. & iuxta eundem Apoſt. ad Rom. 5. 4. probatus per patientiam, fidenter ſperat; cum ſpe autem cõſolatio eſt, ſecundùm illud eiuſdem Apoſtoli: *Spe gaudentes.* *Rom. 12. 12.* Qui ergo ad legendum non accedit, animo implendi, quod legit, non bene legit: & ideo non mirum, ſi plus areſcit. Et hoc eſt conſiliũ datum à Patre Auguſtino ſanctæ
S. P. Aug. ep 144. virgini Demetriadi: *Ita Scripturas ſanctas lege, vt sẽper memineris, Dei illa verba eſſe, qui legem ſuam, non ſolum ſciri, ſed etiam impleri iubet.* De qua B. Ioãnes Apoſtolus initio diuinæ ſuæ Apocalypſis admonuit omnes, *Apoc. 1. 3.* dicens: *Beatus qui legit, & audit verba prophetiæ huius.* Ecce lectio, & ſubditur operatio, *& ſeruat ea, quæ in ea ſcripta ſunt*; ſatis inſinuans, beatum non facere ſolam lectionem ſine operatione. Proinde idem Pater Auguſtinus ſermone ſupracitato de tempore, de iſta lectione loquẽs,
S. P. Aug. tom. 2. ait: *Non ſit mora in faciendo, quod intus ſapitis intelligendo*, probans, de ſcripturis Diuinis, quando nõ reducuntur ad opus, non ſolùm conſolationem non capi, ſed maiorem damnationem
Rom. 2. 25. incurri, quia Apoſtolus ait: *Non auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores.* Et ipſe Do.
Luc. 12. 47. minus ait: *Seruus, qui cognouit voluntatem Domini ſui, & non fecit ſecundùm voluntatem eius, vapulabit multis.* Item alibi ſcriptum eſt: *Scienti bonum facere,* *Iacob. 4. 17.* *& non facienti, peccatum eſt illi.* Et hoc eſt, quod etiam admonet Kempis, dicens: *Omnis Scriptura ſacra, eo ſpiritu legi debet, quo facta eſt.* *Kemp lib. 1. c. 5. n. 1* Spiritus autem iſte, ſpiritus ædificationis eſt, explicatus ſupra à Paulo per verbum *doctrinæ*, quo per operationem bonam ſtructura animæ noſtræ conſurgit.

Hinc iam profectò reprobatur illorum intentio, qui pios libros ad legendum accedunt curioſitate ſolùm, ad videndã vtique ſubtilitatem ſermonis, aut eloquentiam, aut ad hanc calumniandam: quos idem illuminatus vir redarguit, dicens: *Veritas in ſcripturis ſanctis eſt quærenda, non eloquentia: quærere poſterius debemus, vtilitatẽ in ſcripturis, quàm ſubtilitatem ſermonis. Amor puræ veritatis te trahat ad legendum*: non vtique curioſitatis, aut propriæ complacentiæ, quòd, ſcilicet, lectio pruriat noſtris auribus, & inordinatis affectibus. Et paulo infra dans modum legendi vtiliter, ait: *Si vis profectum haurire, lege humiliter, ſimpliciter, & fideliter.* In hoc, quod dicit *humiliter*, excludit typhum ſuperbiæ, quo inflatus corde deſpicit lectionem: in hoc, quod ait *ſimpliciter*, puritatem intentionis ſuadet: & in hoc quod ſubiungit, *fideliter*, diligentiam exequutionis. *Idē ibid.*

Hinc intelligitur, Patre Auguſtino

ſtino interprete, cur liber ille, de quo loquitur Ioannes Apoc. 10. erat ſimul dulcis, & amarus : *dulcis* quidem bonis, & morigeratis, quia ſcriptum eſt : *Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper melori meo!* *Amarus* autem malis, & indiſciplinatis, qui concipientes verbo veritatis ſe pungi, non compunguntur : quia, ſcilicet, mouentur ad renitentiam, non ad pœnitentiam, cum qua eſt admixta dulcedo ex ſpe per illam concepta, teſte S. Thoma dicente : *Spiritus, qui ex vna parte contribulatur propter præſentis vitæ defectus, ex alia parte delectatur ex conſideratione diuinæ bonitatis, & ex ſpe diuini auxilij*.

S.P.Aug. quæſt. ex nou. teſt. quæſt. 72. tom. 4.

Pſal. 118 103.

S.Th. 2. 2 q. 82. art. 4. ad 2.

Habes ergo ex omnibus iſtis, quòd lectio pia, ros ſit impinguans, dulcorans, & lætificans animam, quando benè fit. *Attende* igitur *lectioni*, vt conſuluit Paulus Timotheo, ſed modum caue, ne fruſtreris effectu.

1. Timot. 4. 13.

Circa cõmendationem autem lectionis piæ, & ſcripturæ Diuinæ; vide plura volumine 1. initio, Puncto 3.

CONSIDERATIO VIII.

Ex *gratitudine*.

Qvemadmodum ſupra diximus ingratitudinem non recognoſcere gratiam, ideoque reſpondere ei ariditatis anguſtiam, ex qua frèquenter ſequebatur proſtratio;ità conſequenter oſtendimus modo, quod ex gratiarum actione ſequatur eleuatio, vtique ad maiorem gratiam, teſte Domino per Iſaiam dicente de populo ſuo : *Filj non negantes*, ſcilicet, beneficia ſua, quæ gratè confitebantur dicentes : *Laudem Domini ſuper omnibus, quæ reddidit nobis Dominus, & ſuper multitudinem bonorum domui Iſrael, quæ largitus eſt eis ſecundùm indulgentiã ſuam, & ſecundùm multitudinẽ miſericordiarum ſuarum*. Quid autem per gratitudinem talem lucrati fuerunt? ſubditur : *Et factus eſt eis Saluator in omni tribulatione eorum : non eſt tribulatus, & Angelus faciei eius ſaluauit eos in dilectione ſua, & in indulgentia ſua ipſe redemit eos, & portauit eos, & eleuauit eos cunctis diebus ſæculi*. Vbi apparet quòd nulla excipitur tribulatio, à qua non ſubleuaret eos. Similiter ergo alleuiaberis & tu ab iſto ariditatis onere animam deprimente, ſi gratus pariter fueris: nam in filijs iſtis Iſrael, erudiebantur poſteri figurati in illis. Quod illi igitur fuerunt experti, & tu modò expèrieris, ſi gratus, vt illi, fueris.

Iſai. 62. 8

Ibid. n. 7.

num. 9.

Exiſtimabãt autem motiuũ hoc gratitudinis ita efficax ad mouẽda viſcera pietatis Diuinæ, quòd de gratiæ conſequutione ſecuri, illud præ cæteris ob oculos Diui-

nos adducerent ; dicentes nam- *Iſai.64.7* que, *Abſcondiſti faciem tuam à nobis* , vbi exprimitur ariditatis anguſtia ; & addentes , *Et alliſiſti nos in manu iniquitatis noſtræ*, vbi proſtratio deſignatur ; gratitudinem pro ſubleuatione *num. 9.* ſubdebãt,dicentes: *Ecce reſpice, populus tuus oẽs nos*, creationis,& cõſeruationis beneficia agnoſcẽtes : & ita grati , confidenter beneficia poſtulabãt . *Ecce, reſpice*: vbi verbum *Ecce*, indicat tam cito debere eos miſericorditer reſpicere, quàm ipſi fuerunt citi ad recognitionem beneficiorũ ſuorum : *Populus tuus omnes nos* : tu nos creaſti,tu nos conſeruas : tui ergo ſumus ; reſpice igitur nos , miſerans noſtri. Ipſa igitur gratitudo, fuit gratiæ conſequutio .

Qui ergo ariditate laborat, ſic per gratitudinem ſurgat ad rorẽ deuotionis : poſt hũc verò ſuſceptum, rurſus de illo ſit gratus,vt dignus fiat maiori , dicente Sancto Bernardo : *Felix , qui ad ſin- S. Bernar. ſer. cont. iuge circ. fin. gula dona gratiæ redit ad eum,in quo eſt plenitudo omnium gratiarum , cui dum nos pro acceptis nõ ingratos exhibemus, locum in nobis facimus gratiæ , vt maiora adhuc accipere mereamur* . Et *Kemp. lib 2.c.9.n.4* Kempis ait : *Cùm ſpiritualis à Deo conſolatio datur,cum gratiarum actione accipe eam* . & cap. ſeq. de ampliori gratia ſic obtinenda,dicit : *Eſto gratus pro minimo , & eris dignus maiora accipere* .

Ad gratiarum hanc actionem hortatur quoque Pſalmiſta , dicens : *Confitemini Domino, quoniam bonus : quoniam in ſæculum miſericordia eius* : *Pſ.106.1* & ad ſpecialia beneficia deſcendens,enumerat hoc,Diuina guſtandi,cuius prius mortale tædium erat, vt ſupra oſtendimus : vbi P. Auguſtinus (cuius expoſitionem ibi attulimus) ait : *Quædam corruptela mentis eſt,faſtidire,quod dulce eſt*: *S.P.Aug.* & ſubdit,vt quid maximè neceſſarium : *Ergo & de hoc beneficio,ſicut & de cæteris ſuperioribus , confiteantur Domino miſericordiæ eius* . Quæ verba non ſine myſterio pluries in eodem Pſalmo Propheta repetit , quia nihil magis ad noua beneficia miſericordiã Dei prouocat, quàm gratitudo . Proinde notat idem ſanctus Doctor ſtatim hunc effectum ſubiungi : *Sacrificent ſacrificium laudis, & annuntient opera eius in exultatione* : *Pſ. vt ſup num. 22.* non vtique cum tædio, non cum mærore,non cum anxietate,non cum faſtidio ; ſed cum exultatione , nunc guſtent , quod priùs faſtidiebant .

Et ſanè ad propoſitum facit Chryſoſtomi conſideratio, quare, *Chryſoſt. hom. 41. in Geneſ. ant. med. tom. 1.* ſcilicet , poſtquam Dominus apparuit Abraham, vt narratur Geneſ. 17. magna ei promittens, tamen iterum apparet ei in cõualle Mambre,vt ſequenti capite dicitur: & Reſpondet,gratitudinem in cauſa fuiſſe . *Talis enim* , in-

quit,

Digitized by Google

quit, *eſt Dominus noſter, vt ſi quandoque viderit nos in prioribus gratos, accumulet beneficia.*

Oſtendit tibi Dominus faciem ſuam, rorem ſuum Diuinum mittendo, lucem dando, & exultationem : eſto gratus, & eris dignus maioribus. Hoc optimè opere cōpleuit Auguſtinus Pater meus, quando mentis ſuæ pulſa caligine, infuſa luce diuina, fuit pro gratiarum actione ſollicitus, & ſtatim poſtulauit maiorem, quaſi hęc, iure, gratitudini reſponderet. *Ecce* (inquit) *video, gratias ago. Ecce video lumen cœli, interlùcet oculis mentis meæ radius deſuper à facie luminis tui, & lætificat omnia oſſa mea. O ſi perficeretur in me! Auge quæſo luminis autor: auge quæſo, quod interlùcet in me. Dilatatur, obſecro, dilatetur ex te. Quid eſt hoc, quod ſentio? quis eſt ignis, qui calefacit cor meum? quæ eſt lux, quæ irradiat cor meum? O ignis, qui ſemper ardes, & nunquam extingueris, accende me. O lux, quæ ſemper luces, & nunquam obfuſcaris, illumina me. O vtinam arderem ex te! Ignis ſancte, quàm dulciter ardes, quàm ſecretè luces, quàm deſiderãter aduris!*

P. Aug. in ſolil. c. 34 tom. 9.

Ex tanto ergo Patre diſcant filij in ſimilibus gratitudinem, & modum ignitũ pulſandi pro igne maiori. Patet igitur, gratitudinem optimum medium eſſe ad rorem diuinum conſequendum.

CONSIDERATIO IX.

Ex *tranquillitate*.

Quemadmodum ſuprà oſtẽdimus, *amaritudinem* cordis, dona impedire diuini roris, quo ariditas tollitur, ita nunc probamus ad illa *tranquillitatem* diſponere. Et hoc conſequenter: nam ſub nomine *amaritudinis*, ibi quamlibet turbationem internam, & inquietudinem intelleximus: Igitur ſi inquietudo retrahit, quietudo trahit, & hæc eſt tranquillitas mentis, de qua in præſenti eſt ſermo, & de qua loquitur mater Eccleſia, illam cum deuotione coniungens, dum in Collecta orat, *Eccleſia tua, tranquilla deuotione lætetur.*

Dominica 4. poſt Pentec.

Pro qua conſideranda ſunt primò verba Angeli dicta ad Prophetam Eliam 3. Reg. 19. quando à ſpelunca eum egredi iuſſit, & in monte ſtare paratum ad audiendum Domini verbum, vt ibi notat Lyranus; tamen admonet futurum turbinem vehementem conterentem petras, & terræ motum cauſantem; tunc autem non poſſe verbum Dei audire, vt idẽ Doctor aduertit: *Non in ſpiritu Dominus, & poſt ſpiritum commotio: non in commotione Dominus, & poſt commotionem ignis:* Vtique fulgurans cum tonitruis; & ſubditur, *non in igne Dominus*: id eſt, tunc non poteris

Lyran.

3. Reg. 19 11. n. 12.

ris adhuc audire illum, quia vbi est commotio passionũ, & ignis iræ turbatæ, deficit dispositio ad verbi Dei auditum. At quando aderit Dominus loquens voce suâ dulci liquefactiua cordium? Spiritu transacto, seu turbine, cõmotione, & tonitruo fulgurante, & auræ lenis sibilo aduentante, vt subiungitur ibi; & est mentis tranquillitas, de qua loquimur, quæ Dei sapientiam trahit, cuius sermocinatio est cum simplicibus non habentibus cor implicatum, & ideo inquietum, sed tranquillum, & sincerum.

Hoc ipsum significauit Dominus, cùm loquutus fuit ad Adam primum nostrum parentem post peccatum illius: dicit enim scriptura diuina hoc feciſſe deambu-
Genes. 3. 8. lando *in paradiso ad auram post meridiem*: nam paraphrasis Chaldaica habet, *ad quietem diei.* Igitur quies ad loquutionem eligitur, vt sic indicaretur, quatenus internam turbationem deponeret, vt dignus esset colloquutione diuina. Tamen subiungitur ibi,
P. Aug. lib. 11. de Genes ad lit. c. 33. *Abscondit se Adam*: at hoc ex dementia, propter turbationem internam, notat eum Augustinus feciſſe. Nam si sui compos fuisset, mentem reserenasset, & sic cor diuinæ loquelæ aptasset. Et quid recepisset, nisi solamen, & lucem? at quia hoc non gesit, maledictionem recepit.

Considerandæ deinde sunt verba Psalmistæ Pf. 106. Vbi loquens de istis turbatis interius, priuatis vera quiete, ait: *Turbati sũt, & moti sunt, sicut ebrius.* Vide turbationem, & inde motum tranquillitati oppositum. Et quid inde? *Omnis sapientia eorum deuorata est.* Priùs gustando Deũ, sapiebant diuina, modò turbati, illis sunt euacuati. Sed quod remediũ habuerunt? Orando quęsierunt quietem, qua rursus meruerunt Deum, in quo læti quieuerunt. *Et clamauerunt* (inquit) *ad Deum.* Ecce oratio: & sequitur impetratio, *& statuit procellam eius in auram, & siluerunt fluctus eius*, vtique cordis. Et qui huius tranquillitatis effectus? subditur, *& lætati sunt, quia siluerunt.* Et quia cor iam pacatum, consortium diuinum meretur, sequitur: *Et deduxit eos in portum voluntatis eorum.* Theodoretus legit, *suæ*, dicens: *Pro tempestate portus apparuit*, scilicet, præ quiete. & tunc digni fuerunt, quòd deducerentur ad portum voluntatis diuinæ, illuminati luce superna. Subdit namque hic Dominus: *In voluntatis suæ portum nos deduxit, diuinam suam cognitionem largitus.*

Pf. 106. 27. Num. 28. 29. 30. *Theodoret. ibid. tom. 1.*

At non mirum, quĩa oculi Domini sunt columbini, non inspicientes turbatas aquas, sed tranquillas, & claras, vt fatetur de illo in Canticis, quæ hunc intuitũ fuerat experta, dicens: *Oculi eius sicut colũbæ super riuulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, & residente*
Cantic. 5. 12.

Digitized by Google

ſident iuxta fluenta pleniſsima. Caſsiod. Beda. Caſsiodorus, & Beda per oculos iſtos ſponſi, chariſmata, & dona ſpiritus diuini intelligũt;de oculis namque iſtis in Apocalypſi dicitur: Apoc.5.6 *Vidi agnum habentem oculos ſeptem, qui ſunt ſeptem ſpiritus Dei.* Comparantur ergo oculi iſti columbis ſuper riuulos aquarum,quia Spiritus ſanctus puris, ſinceris, & tranquillis mentibus delectatur, non turbatis, & obſcuris. Et ideo ſuper riuulos aquarum, & non ſuper paludes, & ſtagna, aut torrentes, dicitur reſidere.

Tranquillandum igitur eſt cor, & pacandum à variarum paſsionum, & amaritudinum ventis, vt ſic ſerenum,& tranquillum factum, ſit aptum, vt diuino portui coniungatur,& ibi cœleſtibus donis repleatur.

Caueatur ergo turbatio, ne deuotio amittatur. At amiſſa, denuo cor tranquilletur,vt recuperetur.

CONSIDERATIO X.

Ex *aſperitate.*

NOtandum hic imprimis eſt, vitæ *aſperitatem*, & ſpiritualium *auiditatem*, reſpondere impedimento ſeptimo ſuperiùs poſito, *effuſioni*,nimirum,*ad exteriora*; proindeque ſic ariditati obuiari,cùm effuſioni huiuſmodi naſcenti,vel increſcenti per aſperitatem hanc, & auiditatem ſuccurritur. In iſta igitur conſideratione de *aſperitate* dicemus, & de *auiditate* in ſequenti.

Primò ergo vitæ *aſperitati* tunc conſulẽdum eſt, vt ſic redeat cordis lætitia, quam gaudia carnis extinxerant. Quod quidem nos docuit quidam expertus,dicens: *Conſcidiſti ſaccum meum:* Pſ.29.12 Ecce aſperitas: & effectus ſubditur, *Et circumdediſti me lætitia.* Vt enim ibi ad litteram exponit Lyranus, Lyran. de ſeipſo loquitur Dauid, qui vacando carni, commiſerat adulterium,ex quo interius gaudium amiſerat, pro quo in alio Pſalmo clamabat: Pſ.50.14 *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui*: Vbi carnalem non poſtulabat, pro qua fecerat interioris iacturã,ſed Chriſti, quæ eſt permanſura. Miſericordia autem motus Dominus, illum ad pœnitentiam traxit, per ieiunia, nimirum, humi cubationem, & fletum: proindeque dicitur *ſaccum conſcidiſſe*, corpus, ſcilicet, per quod peccauerat, mortificaſſe, & ſic lætitiam recuperaſſe, qui ex indulgentia nimia, inciderat in triſtitiam. *Et circumdediſti me lætitia*,interiùs me conſolando, vt idem ſubiungit Lyranus, & Pater Auguſtinus confirmat, dum ait: *Ceſſando à* P. Auguſt de vtilit. ieiun. c.5. tom.9. *lætitia carnis,acquiritur lætitia mentis.*

Ideo per os Sapientis dicitur in Prouerbijs: Prou.31. 6. *Date ſiceram mærentibus,& vinum his,qui amaro ſunt animo: bibant, & obliuiſcan-*

uiſcantur egeſtatis ſuæ, & doloris non recordentur amplius. Vbi ordinaria Gloſſa per *ſiceram*, & *vinum*, diuinam conſolationem intelligit, debitam tantùm, carnalem renuntiantibus ex adhęſione ad Dominum. *Vinum* (inquit) *& ſicera, diuinæ ſapientiæ conſolatio, quæ illis debetur, qui in infimis conſolari refugiunt, cœleſtibus tota mente inhærentes:* & in confirmationē adducit verba Prophetæ, *renuit conſolari anima mea*; in iſtis, ſcilicet, inferioribus, memoria vtique Dei, qui incomparabiliter eſt ſuauior: & ideo effectus ſubditur, *& delectatus ſum*. Et hoc etiam per Iſaiam Dominus teſtatur, dum ait: *Spiritus Domini ſuper me, vt mederer contritis corde, & cōſolarer omnes lugentes:* ſatis inſinuans, non dandam eſſe conſolationem ſuā admittentibus alienam.

Gloſſ. ord. — Pſ. 76. 4. — Iſai. 61. 1

Quod pariter ſignificauit ſapidiſsimum manna illud cœleſte, quod non pluit Hebræis in exitu de Ægypto, quandiu apud illos durarunt cibaria Ægyptiaca. Non enim poſſunt ſimul conſiſtere cōſolatio carnis, & ſpiritus: quapropter, vt iſta intret, illa eijcienda eſt. Proinde ad propoſitum ait Bernardus; *Eijce ancillam, & filium eius: non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ.* Vide, quomodo hic illuminatur, & expertus vir, vtatur Scriptura diuina, vt ſignificet, quàm inferior ſit delectatio carnis, eam *ſeruam* appellans, & *ancillæ filiam*, ſcilicet, *carnis*, cui iugum rationis debetur; & eijciendam eſſe, vt admittatur cœleſtis, quia nequeunt ſimul ſtare.

Exod. 16. — Bern. ſer. 6. de Aſc. poſt med. — Gen. 21. 10.

De quo etiam nos erudiuit Pſalmiſta, cùm Pſal. 106. de Deo dixit, *Satiauit animam inanem*. Quid eſt inanem? vacuam conſolatione carnali. Quemadmodum enim aliquo liquore vas plenum, alium admittere nequit, ſed euacuandum eſt priùs: ita cor terrenis impletum, cœleſtia capere nequit. Quod conſiderans Auguſtinus, dixit: *Vas es, ſed adhuc plenus es: funde, quod habes, vt accipias, quod non habes.* Et hoc eſt, quod de Moab Dominus dixit: *Fertilis fuit Moab ab adoleſcētia ſua, & requieuit in ſacibus ſuis: nec transfuſus eſt de vaſe in vas, & in tranſmigrationem non abijt: idcirco permanſit guſtus eius in eo, & odor eius non eſt immutatus.* Per Moab namque fertilem requieſcentem in ſęcibus, diuites intęlligūtur carnis vitijs dediti; qui, quia vitia de corde ſuo non fundunt, in carnalibus deſiderijs quieſcētes, quæ perficiunt, apta vaſa cęleſtiū guſtuum non poſſunt fieri, & in tali ſtatu miſerabiliter permanēt. Euacuandi igitur ſunt, vt impleantur.

Pſ. 106. 9 — P. Auguſt. tract. 2. poſt med. in 1 epiſt. Io. tom. 9. — Ier. 48. 11

Dices: Non implebo omnino vas cordis mei delectatione carnali: relinquam locum cœleſti.

Re-

Digitized by Google

Reſpondeo cum Bernardo iam ſupra citato : *Pretioſa res eſt diuina conſolatio, nec datur admittentibus alienam*. Non patitur iſtam mixturam nobilitas guſtus iſtius : ideo omnis euacuanda, vt iſte poſsit ſuccedere. S Bernar

Replicabis : Inerit difficultas? Reſpondeo : Ideo ſcriptum eſt, quòd *Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud* : Erit autem hæc violẽtia benè remunerata, maiori guſtu exuberans.

Et quidem in huius confirmationem faciunt verba Prophetæ interrogantis: *Quẽ docebit ſcientiam, & quem intelligere faciet auditum ?* Vtique vocis diuinæ dulcorantis, & lætificãtis cordis aurem, iuxta illud : *Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo !* Et reſpondet: *Ablactatos à lacte, auulſos ab vberibus* ; vtique conſolationum carnalium. Et notatu quidem eſt dignum ad propoſitum, verbũ *auulſos*, quod denotat violẽtiam, quam facit quis ſibi, vt abſtineat à voluptatibus carnis, ad quas natura inclinat. Nam ſpecialiùs à Deo talis reſpicitur, vberiori infuſa mentis dulcedine. Iſai. 28. 9 Pſal. 118 103.

O ſi quis benè caperet hanc veritatem, & funditùs abijceret omnem carnalitatem ! O quàm grata eſt oculis Dei maceratio tunc adhibita cum violentia, in negatione nimirum viſus circa pulchrum obiectum, quod tunc offertur, & oculum ad ſe trahit vehementer ! O quomodo tunc placet Deo mortificationis actus, quo quis illi cordialiter dicit, Propter te Domine abſtinere volo à viſu hoc corporis, & apertum habere oculum cordis, quo tuam videam admirabilem pulchritudinem. Cæcus volo fieri iſtis tranſitorijs cũ tuo illo Euangelico cæco, quem tu reſpexiſti, aperiendo illius interiorem visũ. Nam, qui miſer iacebat priùs, præ lætitia *exilijt*, te ſuam veram lucem ſequens, non ſollicitus amplius de terrenis, neque coangustatus, quia intùs plenè ex te dilatatus. Marc. 10 50.

O quàm grata eſt tunc oculis Dei fidelis anima, cùm propter ipſam ferculo bene condîto, & potu ſuaui ſe priuat, & dicit corde ad Dominum : Te ſolùm vera dulcedo concupiſcit anima mea; & ideo poculum hoc, & obſoniũ propter te guſtare nolo : fiat miſericordia tua Domine ſuper me, vt conſoletur me.

O quàm gratum eſt tunc oculis Dei, rebellem carnem domare cilicio, vel ferreo cingulo ! O quomodo mouet ad rorem, & ad pluuiam voluntariam à Deo ſegregatam hæreditati ſuæ, quæ eſt anima fidelis, pro amore ſuo ſic infirmatæ ! Non ſanè poteſt flumen Dei repletum miſericordiæ aquis contineri, quin illas abunde effundat in animam ſic afflictam. Vis experiri hanc lætitiam?

Appre-

Digitized by Google

Apprehende *cito* hanc męstitiam. Vera enim sunt verba Bernardi dicentis: *Cuius ad alias consolationes mens inhiat, & penitus in caducis, & transitorijs nõ remit consolari, ipse sibi profectò cœlestis subtrahit gratiam consolationis*: satis insinuans per oppositũ, tunc hanc ad se trahere, cùm se retrahit à carnali. Quo sensu Dominus dixit: *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur*. cui verba Augustini concordant dicẽtis in Soliloquijs: *Qui hic cruciantur, à te consolantur*.

S. Bern. in declam. circ. fin.

Mat. 5. 5

P. Aug. in Soliloq. c. 22. tom. 9

CONSIDERATIO XI.

Ex *auiditate*.

PER *auiditatem* hîc intelligimus sitim, & famem roris diuini animam cõsolantis, impinguantis, & dilatantis: quod communiter contingit, postquã quis virtutis amore, solatijs carnis renuntiat, vt gaudia vera inueniat. Tunc enim ab vberibus illius abstractus, & auulsus incipit sitire, & esurire cœlestia: quod sane maxime prouocat ad pluuiam salutarem. Cùm enim benignissimus Deus dona sua communicare nõ soleat, nisi æstimantibus illa; & sitis hæc, ac famelicum desiderium, huius æstimationis sint signa, huiusmodi solet irrorare donis diuinis, ad sitis, & famis mensuram. Qui namque rore hoc destituitur, neque ad illum aspirat, siccus appellatur, non sitiens, & illo indignus sit, qui tantum sitienti promittitur, vt in Apocalypsi est scriptum: *Ego sitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis*. Vbi signãter dicitur *gratis*, quasi sitis ipsa pretium aquæ sit. Quod pariter dixit per Isaiam: *Omnes sitientes venite ad aquas; & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite*. Vbi notabile est, omnes sitientes inuitari, tamquam solos ipsos inuitatione hac dignos. Et subditur de pretio nõ debere diffidere: nam properatio ipsa, emptionis est pretium, & comestionis adeptio: propterea ordine suo tria illa ponũtur, *properate, emite, & comedite*, quasi emptio ex properatione procedat, & comestio ex emptione. & maioris expressionis gratia veritas eadem sequentibus commẽdatur, dum subditur, *venite*: ecce sitis in aduẽtu signata. Et quasi aliud non sit requisitum, subiungitur: *Emite absque argento, & absque vlla commutatione vinum, & lac*. Et Dominus idem in Euangelio innuit, dum dixit: *Qui sitit, veniat ad me, & bibat.*

Apoc. 21. 6.

Isaĩ. 55. 1

Ibidem.

Ioã. 7. 37

Hoc considerans Propheta Regius, vitijs calcatis, sitiebat, & vt copiosiùs impleretur, sitienti ceruo se comparat, dicens: *Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus*. vbi Pater Augustinus ait: *Curre ad fontem, desidera fontem, sed noli vt-*

Psal. 41. 1.

S. P. Aug. tom. 8.

cun-

Digitized by Google

cunque. Noli, vt qualecunque animal currere: vt ceruus curre. Quid eſt ceruus? non ſit tarditas in currendo: impigrè curre, impigrè deſidera fontem: inuenimus enim inſigne velocitatis in ceruo. Et ad propoſitum notat, quod tunc velocior eſt curſus cerui, cũ, necatis ſerpentibus, ad fontes cõfugit. Sic igitur per mortificationem, & vitæ aſperitatem, carnis vitijs mortificatis, debet quis velociùs per deſiderium ad diuinæ dulcedinis fontem properare, vt ita valeat inebriari, & corde dilatato, celeriùs viã ſalutis percurrere. Ideo ibi ſic ſanctus Doctor concludit: *Serpentes vitia tua ſunt; cõſume ſerpentes iniquitatis, tunc amplius deſiderabis fontem veritatis.*

Hoc eſt, quod in alio pſalmo idem Pſalmiſta teſtatur, dicens: *Poſuit deſertum in ſtagna aquarum, & terram ſine aqua in exitus aquarum.* Quid eſt, poſuit deſertum? niſi, qui Dei amore deſeruit carnalia vitia? tunc quidem dignus fit, quòd ibi aperiantur fontes, & ſtagna fiant aquarũ. Sed, qui illis gaudebunt? ſubditur: *Et collocauit illic eſurientes:* digni non ſunt ibi potari, & cibari, niſi qui facti deſerta, adhuc ſitiunt, & eſuriunt. Tunc, ſpoliato homine veteri, nouus cibatur factus habitaculum per ſpecialiũ donorum ſuorum ſuſceptionem: & hoc eſt, quod ſubiungitur, *Et conſtituerunt ciuitatem habitationis; & ſeminauerunt agros:* illi vtique, qui ſpinas vitiorum germinabant priùs. *Et plantauerunt vineas*, quæ priùs faciebant labruſcas: *Et fecerunt fructum natiuitatis*, ſcilicet, florum, & fructuũ dignorum vita æterna, vt opera bona ſunt, quæ homo facilè, deuotione impinguatus, conſeruat, & auget.

Pſ. 106. 35. num. 36. num. 37.

Non ſolùm autem, qui ita ſitit, mundiali aqua per mortificationem ſiccata, rore hoc diuino impletur, ſed & qui ſitit ex dulcedine Dei guſtata. Nam ſitis hęc duas iſtas cauſas ſortitur. Prima incipientibus conuenit: Secunda proficientibus. Et de iſta dicebat, qui iam profecerat; *Os meum aperui, & attraxi ſpiritũ.* Vbi P. Auguſtinus ſic ait; *Sitiens hauſit ſpiritum bonum. Bibit: ſed quantò ſuauiùs ſenſit, tanto ardentiùs adhuc ſitit.* & ideo notat ſubdi, *Aſpice in me, & miſerere mei*: quia quouſque peregrinatio durat, opus habemus hoc potu, quo tantùm ſatiabimur, *cùm apparuerit, & videbimus Deum ſicuti eſt.*

Pſ. 118. 131. P. Aug. num. 132. 1. Ioan. 3. 2.

Et adeo ſitim hanc Dominus à nobis exquirit, vt potum det ſalutarem, quem ob idquandoque differat, aut ſubtrahat, vt exquiratur auidiùs, & amplius æſtimetur, vt experti Sancti aduertunt. Et Gilibertus Abbas inſinuauit, cùm dixit: *Aquilonis rigore flagella hortum tuum: hoc quaſi verbere excita torpòrem eius, vt auidiùs*

Gilib ſer. 38. in Cãt cir. med. inter oper D. Bern.

Digitized by Google

diùs ad Auſtri ſe lenia ſpiramina conferat.

Hac tradita doctrina fundati, docent ſpiritualis vitæ Magiſtri, optimum eſſe remedium, ad obtinẽdum rorem Diuinum, & pluuiam ſalutarem, orationibus iaculatorijs vti, ſitim hanc exprimentibus, vt anima cœlitùs irrorata, Deo copuletur ardentiùs.

Sunt autem orationes hę, breuia quædam verba, *iaculatoria* quidem dicta, quatenus per ipſa cor Dei quodammodo vulneratur, amoris vtique vulnere, vt ab ipſo ſic vulnerato vulneremur & nos iaculis charitatis, qua à tepòre excitati, ardentiùs curramus poſt ipſum. De qua vulneratione, Dominus ad quandam iaculatricem ſic loquitur: *Vulneraſti cor meum, ſoror mea ſponſa in vno oculorũ tuorum.* Sed quare in *vno*? & non in ambobus? At vtique in vtroque, de quibus per puritatem amoris fecerat vnum, quo ſolum ſponſum intenderet, oblita omnium terrenorum. Duplex namque in nobis conſideratur oculus, iuxta Doctrinam Ambroſij: alter *mentis*, quo vacatur Deo: alter corporis, quo viſibilibus. Puritas ergo amoris, quo iſtis ſpretis, & propria carne per macerationem calcata, ſponſam ſoli Deo intentam, ac ſi vnum ſolum oculum haberet, fecit apparère; & quia hoc eſt Sponſo gratiſsimum, ideo ab illa ſe vulneratum fatetur. Quare non mirum, ſi iacula viciſsim remittat, quibus eam, vulnere amoris inebriet. *Quia* (inquit Ambroſius) *oculus mentis, & oculus carnis, vnus oculus fiunt, & tunc homo conſolatione fulcìtur, cùm caro, & mens, diuerſa non cupiunt, ſed vnum deſiderant, vnum requirunt. Ideò intenti ad eum, qui dicit, Ego & Pater vnum ſumus, iſti quoque oculi, vnum eſſe ſe confitentur, quia vno, & eodem deſiderio, officioque funguntur,* intendendi ſcilicet in Sponſum!

Cãt. 4. 9.

S. Ambr. ſermon. 12. in Pſ. 118 ad illa verb. Defecerunt oculi mei, &c. tom. 2.

Et hinc eſt, quòd Sponſa ipſa ſe vulneratam fatetur, dum dicit, *Amore langueo*, & vt P. Auguſtinus iuxta ſeptuaginta vertit, *Vulnerata caritate ego ſum*. Quod ſponſa ipſa iterum cap. 5. repetit: quia non ſemel Dominus animam ſic ſagittat, ſed quoties ſe comperit ſagittatum.

Cant. 2. 5

P Auguſt. in Pſ. 45. Cãt. 5. 8.

Sunt autem ſagittæ Diuinæ potentiſsimæ, vt pote ab Omnipotente miſſæ, vt fatetur Pſalmiſta, qui expertus fuerat: *Sagittæ*, inquit, *tuæ acutæ*, & P. Auguſtinus addit, *potentiſsimæ*: Et quæ ſint, ſubdit, *verba cor transfigentia, amorem excitantia*. Ipſa namque verba diuina, poſita in corde noſtro, & ad illum miſſa, ipſamet nos acutè transfigunt, Domino dante virtutem. Idem in alio Pſalmo repetitur, *Sagittæ potentis acutæ*: vbi ſic idem ſanctus Doctor ait: *Ecce iaciuntur, & transfigunt corda: ſed cum transfixa fuerint corda, ſagittis verbi Dei, amor*

Pſ. 446. Auguſt.

Pſ. 119.

Digitized by Google

amor excitatur, nō interitus cōparatur: prout in ſe expertus fuerat ipſe, qui ita de ſe ſcribit, in confeſsionibus ſuis: *Sagittaueras tu cor meum charitate tua, & geſtabam verba tua transfixa viſceribus*. Hinc in manu cum corde ardente depingitur, ſagitta transfixo: quo, vt armis ſuis, & inſignijs vtitur ſacra Eremitana Religio, ab ipſo Patriarcha fundata.

P. Aug. lib. 9. cōf. c. 2. nu. 1. tom. 1.

Licèt autem pro his iaculatorijs oratiunculis verba varia in vſu ſint; tamen præcipuè puto illis eſſe vtendum, quæ ex ſacro eloquio deprompta fuerint, propter occultam vim ad mouendū, & illis maximè, quæ ex Canticis Canticorum ſumuntur, & Pſalmis: vtuntur enim frequentiùs ſcripturæ iſtæ verbis ad hoc aptioribus; quorum aliqua ad calcem iſtius tractatus ponemus, vt Lectori pio ſint promptiora. Igitur vigilanter teneatur auiditas, vt tollatur ariditas.

Sed dices: Ipſa ariditas cauſat tædium, cùm quo nō conſiſtit auiditas. Reſpondeo, ita eſt, ſi de auiditate ſit ſermo, quæ eſt cum guſtu ſenſibili: nam hæc iam rorem ſupponit, & ad augmentum inſeruit. Eſt tamen alia ſine hoc ſenſibili guſtu: ipſa, ſcilicet, abſoluta voluntas, Deum volendi, cuius ſigna iam ſupra ſunt poſita, vt puſillanimitate depoſita, inquiſitioni vacetur, cùm ſit ſcriptum, *Inquirentes Dominum, non minui omni bono*. Sane, ſi lancea militis furore miſſa aperuit latus Diuinum, à quo lucem recepit, & vitam; quid faciet ſagitta amoris, cordis afflicti, & contriti, quod non deſpicitur? Profectò incaſſum non ibit, imò inebriatura, non interemptura redibit.

Pſ. 33. 11

CONSIDERATIO XII.

Ex *ſolitudine*.

Conſiderandum hic primùm eſt, per *ſolitudinem* profligari hunc hoſtem, quatenus per effuſionem ad exteriora contra nos pugnat, vt ſupra eſt dictum.

Igitur certiſsima profectò defenſio contra ariditatem eſt, vt conſtat ex ſcripturis diuinis, & Patribus. Et primò notandum, duplicem *ſolitudinem* eſſe: aliam *mentis*, aliam *corporis*. Illa eſt, cùm mens ab affectu creaturarū abſtracta, in ſolo Deo quieſcit. Quapropter de ea loquēs B. Laurentius Iuſtinianus, dicit: *In lumine ſapientiæ, mentis eſt tranquilla poſſeſſio*: iſta, ſcilicet, *corporis*, eſt, cùm etiam corpore, ab hominum conſortio, ſe quiſpiam ſegregat, vt Deo vacet quietiùs: proinde hanc ad illam ordinari, eſt clarum, vt docet idem B. Doctor ibidem.

B. Laur. Iuſtin. de vit. ſolit. cap. 12. poſt med.

De ſolitudine igitur corporali hìc loquimur, quatenus per eam, ad illam *ſpiritus* ſeu *mentis*, quæ nobilior eſt, ducimur. Quo ſenſu,

de

de illa loquens Bernardus dixit: *Secede ergo, ſed mente, nõ corpore, ſed intentione, ſed deuotione, ſed ſpiritu.* Vbi quidem non improbat corporis ſolitudinẽ, quam laudat maximè alibi; imò ibidem eam ſuadet ex verbis Diuinis, vt ſtatim patebit: ſed illam ſpiritus intendit præponere, de qua interpretatur verba ſponſi ad ſuã dilectam dicentis: *Pulchræ ſunt genæ tuæ, ſicut turturis.* Quibus verbis intendit, quàm ſibi grata ſit ſolitudo, ex ſimilitudine turturis, quæ vt idem deuotiſsimus Doctor cõſiderat, *Pudicula auicula eſt, & conuerſatio eius non cum multis, ſed ſolo degere fertur contenta compare, ita vt ſi illum amiſerit, alterum non requirat, ſed ſola deinceps conuerſetur.* Vnde ſic concludit: *Sede itaque ſolitarius ſicut turtur: nihil tibi, & turbis, nihil cum multitudine cæterorum.* Quod præcipuè de ſolitudine mentis, qua quis ab affectu creaturarum ſecernitur, intelligendum, ait. Sed quia perdifficilè talis ſolitudo, inter homines conſeruatur, vel recuperatur amiſſa, ideo ſolitudinem corporis, neceſſariam eſſe, indubitatum eſt, maximè ad effectum, de quo agimus, nimirum, vt anima arida, rore perfũdatur cœleſti, vt viam currat diuinam in latitudine cordis. Quod primò nos exemplo ſuo docuit Dominus, cùm frequenter aſcẽderet *in montem ſolus orare*, vt ſæpe in Euangelio legitur Ioan.6.15. Marc.6.46. Luc.6.12. Vnde ait Bernardus loco ſuprácitato: *Solus in oratione pernoctabat, non modò ſe abſcondens à turbis, ſed nec vllum quidem diſcipulorũ, nec vllum domeſticorum admittens.* Et rationẽ reddit Chryſoſtomus homil.41.in Ioannem ante med. tom.3. his verbis: *Vt oſtendat, qui Deo vult frui, eum ab omni cura, & ſollicitudine vacare, & quietum locum quærere, oportere.* Vbi notanter ponitur Dei fruitio, quæ tunc datur, cùm guſtatur. Ideo cùm ipſe Dominus voluit ſuos dulcedine inebriare mirabili, duxit illos *in montem excelſum ſeorſũ*, vt legitur apud Matthæum. Sed quare *ſeorſum*? quia à conuerſatione hominum ſemotum, & ideo tali dulcedini aptum; de qua Pater Auguſtinus Soliloq.c.22.tom.9.teſtatur: *Hanc verò, vt guſtauit Petrus, omnium inferiorum oblitus, clamauit, quaſi ebrius dicens: Domine bonum eſt nos hìc eſſe: faciamus hìc tria tabernacula: hìc moremur, te contemplemur, quia nullo alio indigemus. Sufficit nobis Domine videre te: ſufficit, inquit, tanta dulcedine ſatiari.*

Et ſanè de bonis diuinis, quibus anima in ſolitudine repletur, loquutus Iſaias, ait: *Lætabitur deſerta, & inuia, & exultabit ſolitudo, & florebit quaſi lilium.* Et poſt pauca ait; *Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum*

Bern. ſer. 40. in Cãt poſt. med.

Cãt. 1.10

Ioannes. Marc. Luc. S. Bernar

Matt. 17.

Iſai. 35.1

num. 5.

Digitized by Google

dorum patebunt; tunc ſaliet quaſi ceruus, claudus, & aperta erit lingua mutorum. Et cauſa ſubditur: *Quia ſciſſæ ſunt in deſerto aquæ, & torrentes in ſolitudine: & quæ erat arida, erit in ſtagnũ, & ſitiens, in fontes aquarum.* Vbi apertè vides ſterilitatem tolli, & triſtitiam: & vbertatem reddi, & lætitiam. Et quæ præ ariditate, cæca putabatur, & ſurda, iam dulciter lucem videt internam, & vox Domini ſuauiter ſonat in auribus eius. Et quæ priùs præ tepóre, vix poterat in via Dei facere greſſum, & ad laudem eius os aperire, iam velut ceruus ſalit; id eſt, promptè quæ Dei ſunt, exequitur, & ſoluta lingua, cum gaudio laudat Deum. Et hoc vnde? *Quia ſciſſæ ſunt in deſerto aquæ, &c.* Quare non in vrbibus? quare non in publicis vijs, & calcatis hominum pedibus? Quia inter hominum tumultus non ſolet Deus communicare ſpecialia dona ſua.

num. 6.

Oſ. 2 14. Hinc eſt, quòd per Oſeam Prophetam ait; *Ducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor eius.* Quæ gratia loqui ad cor? quæ? Loquitur tibi princeps terrenus, & magnum putas; & tamen ad os loquitur, non ad cor. Quare non ad cor? quia gaudium verum illi non valet conferre, niſi ille tantũ, qui ſcrutatur cor, niſi tantùm cordis creator, & ſolus dominator: hic autẽ ſolus eſt Deus tuus. Magnum ergo eſt, quòd loquatur ipſe ad còr tuum, qui ſolus lætificare verè poteſt cor tuum. teſte illa ex amore ardente, & dicente; *Anima mea liqueſacta eſt, vt loquutus eſt*, vtique ſponſus meus, Deus meus: quam dulcedinem, qua anima liquefit, neque Reges terræ poſſident, niſi Deus meus det illis; qui ideo frequentiùs illa priuantur, quia inter turbas difficiliùs tenẽt ſolitudinem cordis, quæ reſpicitur principaliùs à Rege ipſorum. Quapropter vnus eorum concupiſcens requiem, ſolitudinem petijt, dicens: *Quis dabit mihi pennas, ſicut columbæ, & volabo?* vtique ad ſolitudinem: & effectum ſubiungit, *& requieſcam*: & quod concupiuit, obtinuit, ſubiungẽs, *Ecce elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine*. Sed quid faciebas ibi, Rex magne? Reſpondet: *Expectabam eum, qui ſaluum me fecit à puſillanimitate ſpiritus, & tempeſtate*: vtique ab ariditate quæ *tempeſtas* dicitur, & puſillanimitatis eſt cauſa, vt ſupra notauimus. At quare ibi eum, & non alibi expectabas? quia ſola ſolitudo eſt locus, vbi exoptata cordis requies ſolet donari: ibi ergo eam patienter expectaui, quam corde conſideraui.

Luc. 5. 6

Pſ. 54. 7

Quod in alio Pſalmo expreſſiùs ait: *In terra deſerta, & inuia, & inaquoſa, ſic in ſancto apparui tibi*. At quare terram deſertam, vbi ſemita non appareret, hominum temerata veſtigio,

Pſ. 62. 3.

Digitized by Google

ſanctam appellas? Quia ibi Dominus ſolet ſe vberiùs communicare, & ſuper arida corda, dona ſua rorare; ideoque ſitiens ibi appareo; & finem ſubdit, *vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam*: quia virtus Dei magis relucet, & gloria magis fulget, deſolatum hominem conſolando, vt ibi gloſſa moralis Lyrani notauit his verbis: *Ad hoc enim Anachoretæ talia loca quærebant, vt conſolationes diuinas meliùs perciperent.* Et ideo ait ſubiungi, *Quoniam melior eſt miſericordia tua ſuper vitas*; id eſt, *Effectus miſericordiæ, quo conſolaris fugientes mundum, ſuper vitas hominum mundanorum, quæ frequenter appetũtur, licèt ſint plenæ anxietatum.* Videtur quidem exteriùs lætus mundanus: at intus eſt doloribus plenus.

Lyran.

Memini, hanc terram defertã, de qua hìc Pſalmiſta, me ſupra in alio ſenſu ſumpſiſſe: ſed, vt ait Bernardus, non mirum; quia quemadmodum eadem aqua inſeruit varijs vſibus, ita idem ſermo diuinus ſecundùm varios ſenſus in noſtram vtilitatem cedit. Ibi ſumpſimus illam pro cordis deſolatione: hìc pro loco, vbi ſolatium miniſtratur. De quo apud librum Iudith eſt ſcriptum: *Illic*, id eſt, in ſolitudine, *fontes amari obdulcati ſunt ad bibendum*. Illic, qui ariditate erat proſtratus, & ad Deum, mente aſcẽdere non valebat, ſuauiter ad ipſum erigitur, teſte Ieremia dicente: *Sedebit ſolitarius, & tacebit, quia leuabit ſe ſuper ſe.* Quæ verba ſanctus Baſilius conſiderãs in encomijs ſolitudinis, ait: *Habitator enim tuus ſe eleuat ſupra ſe, quia Deum eſuriens anima à terrenarum ſe rerum obtutibus erigit, & in diuinæ contemplationis arce ſuſpendit, à mundi ſe actionibus ſegregat, atque in altum contemplationis cœleſtibus deſiderijs pennas librat; cùmque illum, qui eſt ſuper omnia, conſpicere ſatagit, ſemetipſum quoque homo cum reliqua mundanæ vallis deiectione tranſcendit.*

Bernard. in Cant.

Iudith 5. 23.

Thren. 3. 28.

S. Baſil.

Et epiſt. 1. quæ eſt ad ſanctum Gregorium Theologũ, ait: *Mens nec extrorsùs diſſipata, nec in mundum per ſenſoria diffuſa, ad ſeſe ipſa redit, moxque ſuopte nutu ad Dei notionem euadit.* Sicque intelligitur eleuari, & ſurſum erigitur magis, dum ſibi ſic diſpoſitæ, lux maior ſuperna benignè infunditur.

Hinc à B. Laurentio Iuſtiniano ſolitudo cellæ appellatur, *Spõſi reclinatorium, tranquillitatis portus, additamentum pacis, contemplationis locus, tabernaculum fœderis, nuptialis thalamus, portus irriguus, paradiſus deliciarum.*

Laurent. Iuſtin. loc cit.

Et Diuus Gregorius Nazianzenus orat. 1. circ. init. tom. 1. de ſolitario loquens, illum vocat, *Dei, rerumque diuinarum purũ omnino ſpeculũ.* Vbi vides, quo-

Nazian.

modo

Digitized by Google

modo procul ab eo tenebræ ariditatis pulſentur.

S. Hieron. epiſtol. 1. poſt med. tom. 1.

Et S.Hieronymus ait: *O deſertum Chriſti floribus vernans. O eremus familiariùs Deo gaudẽs!*

Diuus autem Baſilius præclariſsima oratione ſolitariam vitam commendat: ex quibus aliqua ſeligam, quæ magis ad intentum

S. Baſil. inſeruiunt. *O eremus* (inquit) *ſanctarum mentium delectatio, & intimi guſtus inexhauſta dulcedo. O cella, ſpiritualis exercitij mirabilis officina, vbi ſenſus obtuſi ad ſubtilitatẽ ſui acuminis redeunt, & pro vitiata natura, ſynceritatis azima reperitur. Tu das, vt ieiunis videantur ora pallentia, & mens diuinæ gratiæ ſit pinguedine ſaginata. Tu das, vt homo mundo corde Deum conſpiciat, qui ſuis obuolutus tenebris, Deum, & ſeipſum priùs ignorabat. O eremus, laborantium quies, mærentium conſolatio, ab æſtu ſæculi refrigerium. Te Dauid petijt, cùm mundi mala perferret: cùm timidi, & tenebroſi cordis tædium ſubſtineret. Ecce, inquit, elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine. O vita eremitica, vita ſancta, vita angelica, vita beneditta, viuarium animarum, exedra gemmarum cœleſtium, curia cœleſtium ſenatorum! Odor tuus cunctorum aromatum fragrantiam ſuperat: ſapor tuus ſuper diſtillantes, ſuper omnia mella, cordis guttur illinit, & obdulcat: atque ideo quidquid eſt, quod de te dicitur, dignitatis tuæ meritis non adæquatur, quia nulla carnis lingua exprimere ſufficit, quod de te noſter ſpiritus inuiſibiliter ſentit; & quod tu ſapis interiori guſtu, atque medulla cordis, numquam explicat organum vocis.*

Et deuotiſsimus Bernardus fic dicit: *O beata vita ſolitaria, & contemplatiua, quid vltra de te loquar? ipſe Dei filius, Saluator, & magiſter noſter, exẽplum, dedit nobis fugiens in deſertum & manſit in ſolitudine, vbi ſunt roſæ charitatis, quæ ſemper flãmeſcunt, quæ ſemper in ſanctlo odore viuunt.* Et paulo infra cum Baſilio eam *balneum animarum* appellat.

S. Bernar. Homil. in verba illa, Simile eſt regnũ cœlorũ homini negotiatori. Matt. 13.

Hanc denique veritatem Pater meus Auguſtinus meditatus, adeo eremum coluit, vt Fratrum Eremitarum fundator fuerit, & Patriarcha digniſsimus. Ibi fugebat ſuauiſsima vbera deſerti; & mirabili inebriatus dulcedine, inter filium, & virginem matrem conſtitutus, inflammato affectu clamabat: *Hinc paſcor à vulnere, hinc lactor ab vbere.*

Hinc eius alumni, & filij in ſacra Congregatione noſtra, vltra Monaſterij clauſuram, qua ſegregantur à ſæculo, & incolatum cellæ rigoroſum, quo, exceptis determinatis temporibus, ab inuicem ſeparantur, in cella ſolitaria ad hoc deputata, ſingulis annis, *per octo dies ad minus, ſoli*

Digitized by Google

Deo, & animæ ſuæ vacant, ab omnibus feriati. Et cauſam Conſtitutiones aſsignant. *Vt omnes, ſpirituales vires reſumant.* Ibi enim pinguedo cõmunicatur ſpiritus, qua cor reficitur,& dilatatur,vt celeriùs currat viam vitæ. Et vltra hanc ſolitudinem communem omnibus, alia indicitur ſpecialis pro aliquibus,ante, ſcilicèt, exercitium prælaturæ ſuſceptæ, *vt lux obtineatur, qua bene adminiſtretur.* Ante curſum Quadrageſimalium concionum, *vt ibi hauriatur,quod alijs reſundatur.* Ante primam Miſſam, *vt cor purificetur, quo dignè celebretur.* Et ante profeſſionem, *vt præmeditetur, quod corde promittitur, & gratia ſuſcipiatur, qua fideliter exequatur.*

Conſt. noſtræ p. 1. cap. 2.

CONSIDERATIO XIII.

Ex *compunctione cordis.*

QVia ſuperiùs diximus, aridítatem trahere ſecum inſenſibilitatem, ideo *compunctionem* maximè ad deuotionem iuuare, hic conſiderandum proponimus,vt illam ſollicitè inquiramus, & à Deo humilibus precibus impetrare nitamur, Patris noſtri Auguſtini ducti exemplo, ſic pro illa orantis: *Rogo itaque te Domine per omnes miſerationes tuas, quibus de morte æterna liberati ſumus, mollifica cor meũ durum,& lapideum,ſaxeum,& ferreum, tua ſacratiſsima,& potenti vnctione: & fac me per ignem compunctionis coram te omni hora hoſtiam viuam fieri.* & cap. 9 ſic ait: *Saucia interioris hominis arcana, tuo amoris iaculo, & torpentis medullas ieco-ris, flammis ſalutaribus penetrando,ſuccende; ſanctique ſeruoris igne illuſtrando, intima mentis, & corporis vniuerſa depaſce.*

S. Aug. in medit. c. 35. & 9

Igitur conſidera primò, hunc eſſe primum miſericordiæ ſignũ, quo Deus animam miſericorditer reſpicit, quando eam ſpiritu deuotionis impinguare intendit: cõpunctionem nãque tribuit, & ſic ad deuotionẽ perducit: *Qui reſpicit terram, & facit eam tremere.* Quæ eſt terra iſta, niſi homo,ad quem ipſe dixit, *terra es?* Quæ eſt terra iſta, niſi arida anima, de qua rurſus eſt ſcriptum: *Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi?* At quid operatur in ea oculus diuinus,qui reſpicit illã? *Facit eam tremere.* S. Bernardus docet, hunc tremorem eſſe compunctionem: *Tunc*, ait, *terra contremiſcit, cùm peccator ad lacrymas commouetur.*

Pſal. 103. 32.

Geneſ. 3. 19.

Pſ. 142. 6

S. Ber. de mid. hæc vin. ſer. 10.

Et S. Pater Auguſtinus hunc Pſalmum exponens, licèt per hunc tremorem humilitatem intelligat;tamen, quia iuxta ipſum ſerm. 70. ad Eremitas, *Compunctio cordis, eſt humilitas mentis cum lacrymis ex recordatione peccatorum, & timore iudicij.*

S. Auguſt

Quod

Quòd etiam docet Bernardus ſermone cit. Ideo hic per humilitatem, nomine tremoris ſignatā, intelligere cenſendus eſt cordis cōpunctionem, de quia ſic ibi ſubdit: *Aſpiciente Deo tremant corda noſtra*: id eſt, cōpungantur. Et ſubiungit, compunctionis effectum: *Nam tūc ibi requieſcet Deus*. Quod probat ex ipſomet Iſai.66.2 Deo per Iſaiam dicente: *Ad quē reſpiciam, niſi ad pauperculum, & contritum ſpiritu, & trementem ſermones meos?* Nam ipſe Ibid. n.1. legit: *Super quem requieſcet ſpiritus meus?* & eſt iuxta contextum: ante enim præmittitur; *Et quis eſt iſte locus quietis meæ?* & ſubiūguntur verba prędicta indicantia, reſpiciendo, compungere, & compungendo, quieſcere. Igitur ſi compuncta anima, Dei reclinatorium eſt, cum gaudio manebit, & luce.

Hinc de gaudio dixit Bernardus: S. Bern. loc. cit. *Bona compunctio, theſaurus eſt deſiderabilis, & inenarrabile gaudium in mente hominis*. Vbi in eo, quod *inenarrabile* vocat, illius magnitudinem notat. De luce autem ſic idem ſanctus Doctor ait: *Compunctio mentis, illuminatio eſt animæ, quia tunc anima illuminatur, quando ad lacrymas compungitur*. At non mirum, quòd ex conſortio Domini, qui dulcis eſt, & lux, illuminatio ſequatur, & gaudium.

Imò alius effectus ſequatur, nimirum *tranquillatio cordis*, & conturbatio ceſſabit, quam cauſabat ariditas. Cùm enim ſpiritus Domini tranquillus ſit, & pacificus, pacem, & quietem, vbi fuerit, dabit. Hic ergo effectus, etiam ad compunctionem ſequetur. Quod in alio Pſalmo Propheta teſtatur, dicens: *Terra tremuit*: Pſ. 75.9. Ecce compunctio: & quies ſubiungitur, *& quieuit*.

Quid ergo operatur deuotio, & ros diuinus, quem negat ariditas? nonne gaudium? nonne lucem? nonne tranquillitatem? Ita patet ex dictis. Igitur compunctioni vacandum eſt, vt obtineatur deuotio: quod pariter docuit Kempis, dicens: *Da te ad cordis compunctionem, & inuenies deuotionem*. Kemp. lib. 1. cap. 21 nu. 2.

De *loco compunctioni idoneo*.

Sed dices, Vbi, & quomodo ad compunctionem eniti debeo? Reſpondeo. Duo petis, de loco nimirum, & modo te compungendi.

Et quo ad *locum*, dico, quòd in *ſolitario* eſſe debet, procul à turbis, & hominum conturbatione: ibi afficièris compunctione. In huius figuram de Iſmaele legitur in libro Geneſis, quòd in Geneſ. 21 ſolitudine poſitus, ad lacrymas fuit compunctus, & hinc indicatus ei puteus aqua viua abundans, qua reficeretur, & ſitim extingueret. Nam quod Vulgata noſtra ait de Agar eius matre,

Deo, & animæ ſuæ vacant, ab omnibus feriati. Et cauſam Conſtitutiones aſsignant. *Vt omnes, ſpirituales vires reſumant.* Ibi enim pinguedo cõmunicatur ſpiritus, qua cor reficitur,& dilatatur,vt celeriùs currat viam vitæ. Et vltra hanc ſolitudinem communem omnibus, alia indicitur ſpecialis pro aliquibus,ante, ſcilicèt, exercitium prælaturæ ſuſceptæ, *vt lux obtineatur, qua bene adminiſtretur.* Ante curſum Quadrageſimalium concionum, *vt ibi hauriatur,quod alijs reſundatur.* Ante primam Miſſam, *vt cor purificetur, quo dignè celebretur.* Et ante profeſſionem, *vt præmeditetur, quod corde promittitur, & gratia ſuſcipiatur, qua fideliter exequatur.*

Conſt. noſtræ p. 1. cap. 2:

CONSIDERATIO XIII.

Ex *compunctione cordis.*

QVia ſuperiùs diximus, aridítatem trahere ſecum inſenſibilitatem, ideo *compunctionem* maximè ad deuotionem iuuare, hic conſiderandum proponimus,vt illam ſollicitè inquiramus, & à Deo humilibus precibus impetrare nitamur, Patris noſtri Auguſtini ducti exemplo, ſic pro illa orantis: *Rogo itaque te Domine per omnes miſerationes tuas, quibus de morte æterna liberati ſumus, mollifica cor meũ durum, & lapideum, ſaxeum, & ferreum, tua ſacratiſsima, & potenti vnctione: & fac me per ignem compunctionis coram te omni hora hoſtiam viuam fieri.* & cap. 9 ſic ait: *Saucia interioris hominis arcana, tuo amoris iaculo, & torpentis medullas iecoris, flammis ſalutaribus penetrando, ſuccende; ſanctique feruoris igne illuſtrando, intima mentis, & corporis vniuerſa depaſce.*

S. Bern. in medit. c. 35. in. 9

Igitur conſidera primò, hunc eſſe primum miſericordiæ ſignũ, quo Deus animam miſericorditer reſpicit, quando eam ſpiritu deuotionis impinguare intendit: cõpunctionem nãque tribuit, & ſic ad deuotionẽ perducit: *Qui reſpicit terram, & facit eam tremere.* Quæ eſt terra iſta, niſi homo,ad quem ipſe dixit, *terra es?* Quæ eſt terra iſta, niſi arida anima, de qua rurſus eſt ſcriptum: *Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi?* At quid operatur in ea oculus diuinus,qui reſpicit illã? *Facit eam tremere.* S. Bernardus docet, hunc tremorem eſſe compunctionem: *Tunc*, ait, *terra contremiſcit, cùm peccator ad lacrymas commouetur.*

Pſal. 103. 32.

Geneſ. 3. 19.

Pſ. 142. 6

S. Ber. de mod. bene viu. ſer. 10.

Et S. Pater Auguſtinus hunc Pſalmum exponens, licèt per hunc tremorem humilitatem intelligat;tamen, quia iuxta ipſum ſerm. 70. ad Eremitas, *Compunctio cordis, eſt humilitas mentis cum lacrymis ex recordatione peccatorum, & timore iudicij.*

S. Auguſt

Quod

Digitized by Google

Quòd etiam docet Bernardus ſermone cit. Ideo hic per humilitatem, nomine tremoris ſignatâ, intelligere cenſendus eſt cordis cõpunctionem, de quà ſic ibi ſubdit: *Aſpiciente Deo tremant corda noſtra:* id eſt, cõpungantur. Et ſubiungit, compunctionis effectum: *Nam tũc ibi requieſcet Deus*. Quod probat ex ipſomet Iſai. 66. 2 Deo per Iſaiam dicente: *Ad quẽ reſpiciam, niſi ad pauperculum, & contritum ſpiritu, & trementem ſermones meos?* Nam ipſe Ibid. n. 1. legit: *Super quem requieſcet ſpiritus meus?* & eſt iuxta contextum: ante enim præmittitur; *Et quis eſt iſte locus quietis meæ?* & ſubiũguntur verba prędicta indicantia, reſpiciendo, compungere, & compungendo, quieſcere. Igitur ſi compuncta anima, Dei reclinatorium eſt, cum gaudio manebit, & luce.

Hinc de gaudio dixit Bernar- S. Bern. loc. cit. dus: *Bona compunctio, theſaurus eſt deſiderabilis, & inenarrabile gaudium in mente hominis*. Vbi in eo, quod *inenarrabile* vocat, illius magnitudinem notat. De luce autem ſic idem ſanctus Doctor ait: *Compunctio mentis, illuminatio eſt animæ, quia tunc anima illuminatur, quando ad lacrymas compungitur*. At non mirum, quòd ex conſortio Domini, qui dulcis eſt, & lux, illuminatio ſequatur, & gaudium.

Imò alius effectus ſequatur, nimirum *tranquillatio cordis*, & conturbatio ceſſabit, quam cauſabat ariditas. Cùm enim ſpiritus Domini tranquillus ſit, & pacificus, pacem, & quietem, vbi fuerit, dabit. Hic ergo effectus, etiam ad compunctionem ſequetur. Quod in alio Pſalmo Propheta teſtatur, dicens: *Terra* Pſ. 75. 9 *tremuit:* Ecce compunctio: & quies ſubiungitur, *& quieuit*.

Quid ergo operatur deuotio, & ros diuinus, quem negat ariditas? nonne gaudium? nonne lucem? nonne tranquillitatem? Ita patet ex dictis. Igitur compunctioni vacandum eſt, vt obtineatur deuotio: quod pariter docuit Kempis, dicens: *Da te* Kemp. lib. 1. cap. 21 nu. 2. *ad cordis compunctionem, & inuenies deuotionem*.

De loco compunctioni idoneo.

Sed dices, Vbi, & quomodo ad compunctionem eniti debeo? Reſpondeo. Duo petis, de loco nimirum, & modo te compungendi.

Et quo ad *locum*, dico, quòd in *ſolitario* eſſe debet, procul à turbis, & hominum conturbatione: ibi afficièris compunctione. In huius figuram de Iſmaele legitur in libro Geneſis, quòd in Geneſ. 21 ſolitudine poſitus, ad lacrymas fuit compunctus, & hinc indicatus ei puteus aqua viua abundans, qua reficeretur, & ſitim extingueret. Nam quod Vulgata noſtra ait de Agar eius matre,

num. 16. *Et ſedens contra, leuauit vocem ſuam, & fleuit*; vbi fletus matri videtur tribui, Sanctus Ioannes Chryſoſtomus ita legit: *Et ſedit è regione pueri:* & claudit puncto, & ſequitur: *Clamãs autem puer, fleuit:* vbi fletus tribuitur puero, non matri. Et videntur fauere verba ſequentia: num. 17. *Exaudiuit autem Deus vocem pueri*, vtique flentis: & conſonat expoſitio ordinariæ Gloſſæ dicentis, *Puer exclamat plorans, & Deus exaudiuit*. Alij verò dicunt, quòd mater etiam fleuit; & Iſmael, viſo matris fletu, etiam ad ploratum fuit compunctus. Quod etiã propoſito noſtro inſeruit: vterque enim in ſolitudine commoti ad lacrymas, aquam meruerunt, qua ſatiarentur. Ita & nos, ſi ſolitudinem incoluerimus, compungemur, & deuotionem conſequemur.

Chryſoſt. hom. 46. in Geneſ. num. 1.

Gloſſ.

Hoc etiam Propheta docuit, cùm protulit: *In cubilibus veſtris compungimini*. Chryſoſtomus iſta cubilia intelligit corporalia, vbi ſegregati, ſoli ſumus. *Quando*, inquit, *nullo præſente, multa quies, & ſilentium, & nemine interturbante, profunda tranquillitas*: tunc *compungimini*, id eſt, *pungite, ſtimulate*, explicat idem Sanctus, tanquam in loco ad hanc punctionem, & ſtimulum opportuno. Propterea ſolitudo à B. Laurentio Iuſtiniano, *Compunctionis mater* vocatur: & de anima ſic ſolitaria ait

Pſ. 4. 5.

Chryſoſt. ibid. num. 1.

B. Laur. Iuſtin. de ſolit. c. 1.

Kempis lib. 1. cap. 2. *Ibi inuenit fluenta lacrymarum*. & S. Baſilius ſerm. cit. de laudibus Eremi, ſic dicit: *Cella nouit, quemadmodum mens hominis cœleſtis gratiæ rore perfundatur, & compunctionis, fletuum, ac lacrymarũ inundantiũ imbribus irrigetur*: Vbi cum compunctione copulat rorem, quia iſte cum illa ſemper eſt ſociatus. Et hæc quoad primum quæſitum de *loco*. Quo ad ſecundùm verò,

Kemp. Baſil.

De *modo compunctionis*,

Dico enitendũ eſſe primùm, vt cor compungatur, ex quo ad lacrymas corporis cõmoueatur. dicente P. Auguſtino: *O monache punge oculum mentis, vt lacryma prodeat compunctionis*.

P. Auguſt. ſer. 11. ad Erem. circ. med. tom. 10.

Quatuor autem modis mens compungitur iuxta Bernardum, nempe, *Memoria peccatorum*, *recordatione futurarum pœnarum*. *Conſideratione peregrinationis huius vitæ*. *Deſiderio ſuperne patriæ, quatenus ad eam poſsit citò peruenire*. Idem ait Pater Auguſtinus ſerm. 70. ad Eremitas.

S. Bern. ſer. ſup. Cant. circ. init.

Et ſanè de *compunctione* ex peccatorum memoria procedente dixit Propheta: *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei*: Ecce compunctio. Et cauſa ſubditur, *quia non cuſtodierunt legem tuã*.

Pſal. 118. 136.

De recordatione autem futurarum pœnarum dicitur apud Iob. bum:

Digitized by Google

Iob 10. bum: *Dimitte me, vt plangam*
20.& 21 *paululum dolorem meum; antequam vadam,& non reuertar ad terram tenebroſam, & opertam mortis caligine; terram miſeriæ,*
nn.22. *& tenebrarum, vbi vmbra mortis,& nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat*. Vbi clarè apparet, quòd ad compunctionis planctũ cõfugit, vt euadat horribiles pœnas, vt ibi moralis Gloſa Lyrani exponit. *Vt per hoc*, inquit, *euadere valeam horrendam gehennæ pœnam*: Quod de purgatorij torméto ſimiliter dici poteſt, cùm in *vehementia* eadem ſit, & differat *ſola æternitate*. Et de his, ſi Deo placuerit, pleniùs volumine quarto.

Pſ.119.5 De *peregrinatione* autem cõpunctus erat, qui dicebat: *Heu mihi, quia incolatus meus prolon-*
Pſ.41.4. *gatus eſt!* Et alibi: *Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die, ac nocte*. Et vnde lacrymatio talis? *Dum dicitur mihi quotidie, vbi eſt Deus tuus?* quem vtique non potes videre, dum peregrinàris in terris. Et ob id adhuc peregri-
Eccleſiaſ. in orat. nans Eccleſia, orat: *Ad te ſuſpiramus gementes, & flentes in hac lacrymarum valle*. Vitam præſentem *Vallem lacrymarum*, appellat, quaſi fletui applicandam, quouſque non videt dilectum.

Deſiderio autem ſupernæ Patriæ dixerunt exules illi ad ripam fluminis Babylonis ſedentes, per quod deſignatur hic mundus, vbi nihil ſtabile, ſed totum mobile, ac fluidum eſt, *fleuimus, dum recordaremur tui, Sion*; Vtique cœleſtis, quia ibi ſolum facialiter Deus nõſter videbitur, iuxta verba illa, *Videbitur Deus deorum in Sion*. Pſ. 136.1 Pſ. 83.8

Et ego ad compunctionem quintum addo motiuum, iuxta ſuperiùs dicta, nimirum, *paſſionem dominicam*, pro quo tantùm adducam B. Laurentij Iuſtiniani meditationem pijſsimam, qua conſideratione cupit vulnera Chriſti vinidè ita intrare, vt ab illis ſic vulneratus, inſenſibili lãcea ferrea non reputetur durior. *Non ergo* (inquit) *Domine differas me vulnerare, feſtina Domine: veni Domine, & vulnera animam meam. O Domine, ferrum creaturam inſenſibilem, voluiſti tuum corpus ſanctiſsimum, vulnerando, intrare; & me creaturam tuam rationalem per vulnera iam facta non ſinis intrare?* Vide quomodo arguat *à minori ad maius*, vt compunctionem obtineat. Vnde piè querulus ſubdit: *Quid eſt hoc? numquid cor meum, durius, & vilius eſt omni ferro? Audi Domine clamorem meum: quamuis enim intrem per vulnera tua, & comedam carnẽ tuam præ amore, ſemper impaſſibilis permanebis, & meus ſatiabitur appetitus. Sed quid vociferabor ampliùs? tardas, & non venis, & iam laſſatus deſidia, incipio languère. Veni Domine, veni, bone Ieſu, amator meus, gaudium*

B. Laur. Iuſtin. de incendio diuini amoris, 2. ant. med.

meum, corona mea, & tota dele-ctatio animæ meæ. Veni, & noli amplius tardare, ne nimio desiderio sine sensu efficiar. Vide, quàm fidenter ad Christi vulnera pro compunctione recurrat. Et cap. 4. sic ait: *Aperiatur cor meum doloribus tuis, quod apertum fuit nefandissimis vitijs.* Et paulò infra de passione eàdem dominica sic subdit: *Ipsa sola mihi sufficiet, & sola medullitùs reficit: ipsa in hac vita, est vita mea, consolatio mea, deliciæ meæ.* Hæc autem non præstat, nisi compungat.

Ista ergo *in solitudine* considerandæ sunt seriò, vt compunctio fiat ad lacrymas, & dulcedo succedat admirabilis: imo iam in lacrymis ipsis dulcedo experitur ineffabilis; qua inebriatus Augustinus Pater meus, ad Deum dicebat: *Si pro te plangere in hoc exilio adeo dulce est, quæ erit dulcedo in patria, fruendo te?* *P. Augus.*

Sed dices, considerando prædicta: cor meum pungo, tamen in lacrymas non erumpo: ergo deest compunctio, & per consequens gaudium roris diuini, quod datur compunctis, non experior. Respondeo, quòd compunctus es *mente*, licèt non *carne*, hoc est, oculorum mentis lacrymas habes, licèt non erumpant lacrymæ ab oculis carnis. Istæ namque lacrymæ à Basilio distinguuntur pro solatio has corporis non effundentium. *Etsi* (inquit) *ex carnis oculis, lacryma non erumpant, ipsa tamen amaritudo cordis à lacrymarum fluctibus non elongatur; quia, quod ex ramo interioris tristitiæ, seu pœnitentiæ non tollitur, in ipsa humidi cordis virente radice seruatur.* Et pro consolatione subiungit: *Sufficit enim, si mens sit flebilis, etiamsi iugiter flere non possit.* vtique corporaliter. *Basil. de laudib. Eremit. circa med.*

Igitur, licèt ad lacrymas oculorum corporalium non compungaris, compungeris tamen ad lacrymas mentis: & talis compunctio sufficit iuxta Basilium, vt diuina gratia irrorèris intùs: ad hoc enim se Dominus fatetur missum, *Vt mederer* (inquit) *contritis corde.* Vbi *corde* dicit, non *carne*, quia illa sola contritio, siue compunctio, ad diuinæ misericordiæ viscera commouenda est sufficiens: medebitur autem vnctione olei lætitiæ suæ animæ sic compunctã consolantis. Quod magis explicans, subdit, *vt consolarer omnes lugentes*, cordis vtique luctu, qui principalior est: quam præcipuè Pater Augustinus petebat, cùm ad Deum dicebat: *Da mihi, quæso, lacrymas ex toto affecti intimas, quæ meorum peccatorum possint soluere vincula, & cœlesti iucunditate semper repleant animam meam.* Isai. 61. 1. *Isai. 61. 2.* *P. Augus. in med. c. 36. circa med. tit. 9.*

Et sanè, si ipsa rectitudo diuina per Psalmistam, crudelitatis notat ferinæ, *compunctum cor de mortificare*; quomodo animã compunctam non lætificabit ipse, Psal. 108. 17.

Digitized by Google

ſe, qui, eodem teſte Propheta, *Pſ.85.5.* *ſuauis, & mitis, & multæ miſericordiæ eſt?* Imò motiua iſta proponit pro lætitia hac obtinẽda ipſe Pſalmiſta, dicens: *Lætifica animam ſerui tui, quoniam ad te animam meam leuaui*; vtique per compunctiuam orationem: & ſubdit, *Quoniam tu Domine ſuauis, &c.* Igitur lætitia non deerit animę ſic compunctæ, quia longe abeſt à manſuetudine, & multâ miſericordiâ diuinâ, rarbies iſta ferina: ſed, vt monuimus ſupra, longanimitate eſt opus, *Abac.2.3* *quia veniens veniet, & non tardabit*.

Ibid.n.4.

CONSIDERATIO XIV. & vltima.

Ex *compaſsione, & operatione*.

VAlet etiam plurimùm cõpaſsio ad leuamen aridi-tatis, qua, videlicet, compatimur miſeriæ aliorum propter Deum. Cùm enim Deus, ſibi factum accipiat, quod proximo fit propter ipſum, iuxta illud, *Quod vni ex* *Matt.25.* *40.* *his fratribus meis minimis feciſtis, mihi feciſtis:* & alibi dixerit: *Luc.6.38* *Eàdem menſura, qua menſi fueritis, remetietur vobis*, ſequitur, quòd compatiendo ſic proximo in miſeria conſtituto, ipſe compatietur nobis poſitis in aridita-tis miſeria. Sic enim eâdem menſura remetietur nobis. Et hæc eſt cauſa, ob quam Dauid miſericordia motus in Saulem perſequutorem ſuum, & illi compatiens, ſimul & parcens, cùm facilè illum poſſet occidere, dixit ei: *Sicut* *1.Reg.26* *magnificata eſt anima tua hodie* *24.* *in oculis meis, ſic magnificetur anima in oculis Domini, & liberet me de omni angustia*. Ecce liberationem poſtulat ab anguſtia propria, quia compaſſus fuerat alienæ.

Hęc ſimiliter cauſa eſt, propter quam ſenex Tobias filio ſuo hanc compaſsionem iubebat, vt, ſcilicet, ipſe à Deo miſericorditer reſpiceretur. *Noli*, inquit, *auertere* *Tobias 4.* *faciem tuam ab vllo paupere*. Ec- *7.* ce menſura: & remenſuratio ſubditur: *Ita enim fiet, vt nec à te auertatur facies Domini*. Eſt autem facies Dei iucunda, lætificãs cor mœrens, & liqueſaciens præ dulcedine, quando ad illud dignatur ſe vertere: quam exquirebat, qui dicebat: *Exquiſiuit te facies* *Pſ.26.8.* *mea, faciem tuam Domine requiram*.

Facit ſanè maximè ad propoſitum, quod Venerabilis P. Tho- *Thomas à* mas à Ieſu Ordinis noſtri, narrat, *Ieſu in* de homine quodam, qui deſola- *lab.labor* tiſsimum ſe conſiderans, & com- *19.* punctionem deſiderans, neque inueniens, è domo exijt, quò pergeret, neſciens, & quid faceret ad ſe mollificandum, ignorans. Interim ad oſtium ſuum fecit ſe illi obuium miſerabilis quidam mẽdicus

dicus, totus denigratus, & horribilis. Recordatus est verborum Domini supra relatorum: *Quod uni ex his fratribus meis fecistis, mihi fecistis*; & domum reuersus tulit de cibo suo, eique obtulit genibus flexis, & capite denudato, in paupere illo Christum considerans. Et ea humilitate, qua tunc potuit, ita eum in corde suo est alloquutus: *Domine mi* IESV *Christe, tu in isto paupere, præsentas te mihi: si ego possem, cor meum darem tibi: sed adeo durum est, quòd nec valeo, nec scio illud tibi donare: nec tu acceptare dignaberis: pro nũc accipe panem hunc, quem possum donare tibi, & de corde beneplacitum tuum fiat.* Fuit adeo potens compassiua ista humilitas, qua se Christo, homo iste subiecit in paupere illo, quòd statim ante discessum ab illo loco, erumpentibus vbertim lacrymis ab oculis suis, deducebant exitus copiosos, corde suo dulciter liquefacto, nouis deinde gratijs à Deo acceptis. Ita hic venerabilis Doctor, insuper testificans, se hunc hominem cognouisse.

Matt. vt supra.

Dices: Religiosus sum, vnde sic subueniam pauperi, non est mihi. Respondeo: Infirmariam saltẽ habes, vbi in fratribus tuis infirmis, potes optimè hoc officium exercère, *consolando, seruiendo.* Nullus enim est Dei seruus, qui quamuis pauper pecunia, non sit tamen, vel possit esse diues charitate cum gratia Dei, quæ nulli deest, ad miserendum, & adiuuandum maiori ope, quàm diuitijs temporalibus affluens, teste Psalmista dicẽte: *Iustus autem miseretur, & tribuet:* antè autẽ de diuite dixerat, *Mutuatur peccator, & non soluet:* quia vtique magis egens, quàm Christi pauper. Et P. Augustinus sic ibi ad propositum dicit: *Non habet extrinsecus facultatem, sed habet intrinsecus charitatem. De charitate, quanta erogat, & non finitur? etenim, si habet foris facultatem, dat ipsa charitas, sed ex eo, quod habet: si autem non inuenit foris, quod det, dat beneuolentiam, præstat consilium, si potest; præstat auxilium, si potest. Ad extremum, si nec consilio, nec auxilio adiuuare potest, vel voto adiuuat, & orat pro tribulato, & fortè magis ipse exaudietur, quàm, qui porrigit panem.* Igitur miseretur magis illorum, quibus præstat corporale auxilium, si ægri sunt corpore; vel spirituale, si egeni sunt mente: & sic plus ad sibi commiserendum Deum cõmouebit. Et hæc quo ad *compassionem*.

Ps. 36. 21

S. P. Aug.

Quod verò attinet ad *operationem*, per hanc, *exercitia exteriora* hìc intelligimus, de quibus Kempis sic ait: *Tunc*, (scilicet tempore ariditatis) *expedit tibi ad humilia exteriora opera confugere, & in bonis artibus te recrea-*

Kemp. lib. 3. ca. 51. nu. 2.

ereare, aduentum meum, & ſupernam viſitationem, firma confidentia expectare: Et S. Bernardus ſimiliter de anima ſic areſa- *S. Bern. ſer. 51. in cant. aut. med.*
cta loquitur ita: *Quoties corruit à cõtemplatiua, toties in actiuam ſe recipit, inde nimirum, tamquã è vicino familiariùs reditura in idipſum; quoniam ſunt inuicem contubernales hæ duæ, & cohabitant pariter: eſt quippe ſoror Mariæ Martha. Neque enim etſi à contemplationis lumine cadit, patitur tamen incidere ſe in tenebras peccati, ſeu ignauiam ocij, ſanè in luce bonæ operationis ſe retinens.* Vbi vides, quomodo nõ omnino in tenebris ponitur, qui tunc externam operationem ſecundùm ſe bonam, aut ex fine, amplectitur. Quod ibi ex illo Matthæi confirmat, *Luceat lux veſtra coram hominibus. Quod,* inquit, *non eſt dubium de operibus fuiſſe dictum, quæ homines poterant intueri.* Igitur ex iſta vicinitate lucis, ad ſubtractum lumen redibit faciliùs, interim ſic operando, illud patienter expectans. Et hæc ſufficiant pro cognitione hoſtis iſtius, cauſis, & illius effectibus, & armis, quibus à nobis expugnari poſſit.

Matth. 5. 16

Tamen pro complemẽto maioti hic ad calcem aduertendum duximus, aliquando poſſe animæ mærorem iſtum, & anguſtiã prouenire ex humore aliquo melancolico ex complexione naturali hominis, aut inæqualitate aeris procedente, aut ex malitia dæmonis humores conturbantis; vt ex Taulero Bloſius notauit, & nos ſupra ex Suario aduertimus. Tunc autem ad remedia proportionata eſt recurrendum, priùs maturè cauſa iſta diſcuſſa, conſilio adhibito expertorum, ne aliqua cõtingat deceptio. Prædictus autem Taulerus pro remedio tunc aſſignat *humilitatem, patientiam & reſignationem*, de quibus nos ſupra diffusè. Sic enim, ait, magis Deo placère, *quàm ſi magna ſenſibili deuotione afflueret*: & ſignũ eſſe, *ſi tunc nihil velit, aut deſideret, niſi Deum*: quia culpa abeſt; & hinc conſolationis materia adeſt, vt ſupra nos etiam adnotauimus.

Bloſius in conſol. puſill.

Taulerus

Quia autẽ ſupra promiſimus, aliquas orationes iaculatorias ponere, quas tempore ariditatis, corde ſaltem proferre, eſt vtiliſſimum: vel etiam, cùm deuotio adeſt, vt vel feruetur, vel creſcat; ideo illas ita meditati ſumus, vt ſint omnes ferè ex Scriptura diuina deprompte, & quaſi quoddã compendium totius iſtius tractatus, vt conſideranti patebit. Aliæ autem ponẽtur, ex S.P. Auguſtino, & D. Bernardo, quæ maximè ad deuotionem excitant, & ad flammam amoris diuini. Non tamẽ ad iſtas quiſque eſt reſtringendus, ſed alijs poteſt vti, vel quas ſcriptas inuenerit, vel quas intus Deus dederit. Solet enim ipſe, qui, Iobo teſte, *In manibus ab-* *Iob 36. 32.*

Digitized by Google

abſcondit lucem, illas aperire benignè, & animam illuſtrare, vt eũ incipiat ſic inuocare, qui valet, & iam vult, amore ſui, eam inebriare.

ORATIONES Iaculatoriæ

Ex ſacra Scriptura depromtæ, ad tollendam aridita-tem, vel inuandam deuotionem.

MEliora ſunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis. Trahe me poſt te, curram in odorem vnguentorum tuorum. Introduc me in cellaria tua: Exultabo, & lætabor in te, memor vberũ tuorũ ſuper vinũ.

In lectulo meo, per noctem quæſiui, quẽ diligit anima mea; quæſiui, & non inuẽni. Surgam, & circuibo ciuitatem, per vicos, & plateas quæram, quem diligit anima mea. Surge Aquilo, & veni Auſter: perfla hortum meum, & fluant aromata illius. Mitiga ſponſæ tuæ, IESV bone, à diebus malis: niſi enim tu adiuues eam, habitabit in Aquilone anima eius. Quis enim conſurget aduerſus Aquilonem, niſi tu Deus, qui venis ab Auſtro?

Reuertere, reuertere, ſimilis eſto dilecte mi capreæ, hinnuloque ceruorum.

Veniat dilectus meus in hortum ſuum.

Quæſiui, quem diligit anima mea, & non inuẽni.

Adiuro vos filiæ Ieruſalem, ſi inueneritis dilectum meum, vt nuntietis ei, quia amore lãgueo.

Veni dilecte mi, veni.

Quis mihi det te fratrem meũ ſugentem vbera matris meæ, vt inueniam te, & deoſculer te, & iã me nemo deſpiciat?

Apprehendam te, & ducam te in domum cordis mei; ibi me docebis. Læua tua ſub capite meo, & dextera tua amplexabitur me.

Fuge dilecte mi, & aſſimilare capreæ, hinnuloque ceruorum ſuper montes aromatum.

Veni, veni Domine, veni; reuertere, reuertere dilecte mi, vt intuear te.

Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis, vnde veniet auxilium mihi.

Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi. Veni, viſita, & multiplica locupletare eã. Riuos eius inebria, multiplica geniminaeius: in ſtillicidijs tuis lætabitur germinans. Si continueris aquas, ò bone IESV, fons aquæ viuę ſaliẽtis in vitã æternã, ſiccabitur proculdubio arida terra cordis mei.

Sicut oculi ſeruorum in manibus dominorum ſuorum; ſicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ: ita oculi cordis mei, ad te Domine, Deus meus, donec miſerearis mei.

Quid

Quid faciam miſer? vbi fugiã, niſi ad te Deus meus?

Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes, quando conſolaberis me? quia factus sũ ſicut vter in pruina.

Veni Domine, & noli tardare. dilata os cordis mei, & imple illud. Curram lætus viam mandatorum tuorum, cùm dilataueris cor meum.

Nunquid in æternũ proijcies? aut appones, vt non cõplacitior ſis adhuc? aut in finem miſericordiam tuã abſcindes? aut obliuiſcèris miſereri? aut continebis in ira tua miſericordias tuas?

Domine, tuus ſum ego: ſaluũ me fac: oſtende mihi faciem tuam.

Sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, & facies tua decora.

Veni, veni Domine, & emitte cælitùs lucis tuæ radium.

Veni pater pauperum, veni lumen cordium, conſolator optime, dulcis hoſpes animæ, dulce refrigerium, in labore requies: in fletu ſolatium.

O lux beatiſsima, reple cordis intima tuorum fidelium.

Riga, quod eſt aridum, foue, quod eſt frigidum.

Veni, veni Creator ſpiritus, & meam mentem viſita, imple ſuperna gratia, quod tu creaſti pectus.

Qui Paraclitus diceris, donum Dei altiſsimi, fons viuus, ignis, charitas, & ſpiritalis vnctio.

Veni Domine, illuminatio mea, & ſalus mea, illumina tenebras cordis mei.

Viſitaſti me Domine, & ſubitò probaſti me: ſis benedictus Deus meus in ſæcula. Benedicam te in omni tempore.

Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum.

In te Domine ſperabo, & non confundar in æternum.

Poſt tenebras ſpero candidiſſimam lucem tuam. Lux veracordis mei, qui illuminas cæcos, erigis eliſos, pupillos, & viduas ſuſcipis, & vias peccatorum diſperdis. Veni veni, illumina me lux mea vera.

In creaturis perituris, & fugitiuis velut vmbra, in quibus nullum eſt verum gaudium, renuit conſolari anima mea, Deus meus: ſola memoria tui, de luce tua illuminata, delectari volo, Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.

Tibi dixit cor meum, exquiſiuit te facies mea, faciem tuam Domine requiram.

Expectans expectabo te, & intendes mihi, vt mihi proſis Deus meus, quia tua ſunt verba illa, verba fidelia: etenim vniuerſi, qui ſuſtinent te, non confundentur. In verbo igitur tuo ſuſtinebit anima mea, Deus meus, ſpes mea ſecura.

Etiamſi occideris me, in te ſperabo.

Si

Digitized by Google

Si moram feceris, expectabo te, quia veniens venies, & non tardabis.

Auertisti Domine fsciem tuã à me, & factus sum conturbatus. Quare Deus cordis mei pulcherrimam,& dulcisimam faciẽ tuam à me auertis, & obliuiscris inopiæ meæ, & tribulationis meæ?

Ne auertas, quæsó, faciẽ tuã à me,ne declines in ira à seruotuo.

Domine,quãdo respicies? respice in me, & miserere mei.

Petræ tanquã ceræ liquescunt ante faciem tuam, Deus meus: fiat igitur cor meum à facie tua, tanquam cera liquescens in medio ventris mei.

Adiutor meus esto, ne derelinquas me Deus salutaris meus. Lætifica animam serui tui, quoniam ad te Domine animã meam leuaui,non ad creaturas fallaces, & velut vmbra fugaces; quoniã tu Domine suauis, & mitis, & multæ misericordiæ omnibus inuocãtibus te,& præstabilis super malitia multa mea.

Veni Domine, & noli tardare.

Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea,& labijs exultationis laudabit os meum pulchritudinem tuam antiquam, & semper nouam,bonitatem tuam, & potentiam tuã, Creator meus, Redemptor meus, Conseruator meus, vita mea, vnica fælicitas cordis mei, & omne bonũ meũ.

Ad te sunt oculi mei, ne peream.

Veni, veni Domine IESV: reuertere, reuertere dilecte mi.

Flabit spiritus tuus austricus calidus, liquefaciens corda, & fluent dulcisimæ aquæ tuæ, quibus irrigabitur, fœcundabitur, & inebriabitur arida terra cordis mei, & germinabit tibi herbam virentem operum placentiũ tibi: & cantabo tibi, gloria mea, & laus mea,Deus meus,laudes tuas in Ecclesiâ tuâ magnâ hac. Vota mea tibi reddam, in conspectu timentium te.

Veni, veni Domine IESV, Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.

Iaculatoriæ orationes aliæ ex sancto Patre Augustino desumptæ.

OStende te mihi, consolator meus: videam te, lumen oculorum meorum. Ex cap. 1. Sol. c. 9.

Veni gaudium spiritus mei: videam te, lætitia cordis mei.

Appare mihi delectatio mea magna: solatium meum dulce, Domine Deus meus, vita mea, & gloria tota animæ meæ.

Inueniam te desiderium cordis mei: teneã te,amor animæ meæ: amplectar te, spõse cœlestis,exultatio mea summa, intus, & extra.

Possideam te,beatitudo sempiterna: possideam te in medio cordis mei, vita beata, dulcedo summa

Digitized by Google

ma animæ meæ.

Illuſtra oculos meos lux incomprehenſibilis: fulgura coruſcationem, & diſſipa eos, vt non videant vanitatem.

Fulmina multiplica, & conturba eos, vt appareant fontes aquarum.

Tribue viſum lux inuiſibilis, qui te videat.

Crea nouum olfactum odor vitæ, qui poſſit te currat in odorem vnguentorum tuorum.

Guſtum ſana, qui ſapiat, & cognoſcat, & diſcernat, quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti timentibus te.

O vita vitalis, dulcis, & amabilis, ſemper memorialis! Vbi quæſo es? Vbi te inueniam? vt in me deficiam, & in te ſubſiſtam?

Prope eſto in animo, prope in corde, prope in ore, prope in auribus, prope in auxilio, quia amore langueo, quia ſine te morior: quia, te recolens, reſuſcitor.

Odor tuus me recreat: memoria tua me ſanat: ſed ſatiabor, cùm apparuerit gloria tua, vita animæ meæ.

Concupiſcit, & deficit anima mea de memoria tua. Quando veniam, & apparebo tibi, lætitia mea?

Quare faciem tuam auertis, gaudium meum, per quod gaudeo? Vbi eſt abſconditus pulcher, quem deſidero?

Odorem tuum haurio; viuo, & gaudeo: te autem non video. Vocem tuam audio, & reuiuiſco. Sed cur faciem tuam abſcondis? Forſè dicis, non videbit me homo, & viuet. Eia Domine, moriar, vt videam te: videam, vt hìc moriar. Nolo viuere, volo mori: diſſolui cupio, & eſſe cum Chriſto. Mori deſidero, vt videam Chriſtum: viuere renuo, vt viuam cum Chriſto.

O Domine Ieſu, accipe ſpiritum meum: vita mea, ſuſcipe animam meam: gaudium meũ, attrahe cor meum: dulcis cibus meus, comedam te.

Lumen oculorum meorum, illumina me: melos meum tempera me: odor meus, viuifica me. Verbum Dei, recrea me. Laus mea, lætifica animam ſerui tui.

Intra in eam gaudium meum, vt in te gaudeat: intra in eam dulcedo ſumma, vt dulcia ſapiat.

Veni, rogo, in cor meum, & ab vbertate voluptatis tuæ inebria illud. Ex Man. cap. 5.

Adiuua me Dñe Deus meus, & da lætitiam cordi meo: veni ad me, vt videam te.

Anguſta eſt mihi domus animæ meæ, quouſque venias ad eam, & dilatetur à te: ruinoſa eſt, refice eam.

Tu mihi cor tene, mentem rege, amorem erige, animum ſuſpende, & in ſuperna fluenta, os ſitientis te ſpiritus, trahe. Luc. 12.

Iam diuini amor Numinis, Patris omnipotentis, proliſque beatiſſi. Ex med. c. 9.

Digitized by Google

tissimæ sanctæ communicatio; omnipotens paraclite Spiritus, mærentium consolator clementissime, iam cordis mei penetralibus, potenti illabere virtute, & tenebrosa quæque laris neglecti latibula, coruſci luminis fulgòre pius habitator lætifica, tuique roris abundantia, longa ariditatis marcentia squalore, visitãdo fœcunda.

Pota me torrente voluptatis tuæ, vt nihil iam mundanorum degustare libeat venenatæ dulcedinis.

Veni iam, veni benignissime dolentis animæ consolator, in opportunitatibus, & tribulatione adiutor.

Veni mundator scelerum, curator vulnerum.

Veni fortitudo fragilium, releuator labentium.

Veni humilium doctor, superborum destructor.

Veni orphanorum pius Pater: viduarum dulcis Iudex.

Veni spes pauperum, refocillator deficientium.

Veni nauigantium sidus, naufragij portus.

Veni omnium viuentium singulare decus, morientium vnica salus.

Veni sanctissime Spiritus, veni, & miserere mei, apta me tibi, & condescende propitius mihi.

Ex c. 18. *Te desidero dulcissimum, & pulcherrimum Dominum, ò splẽdor paternæ gloriæ, qui sedes super Cherubim, & intuèris abyssos: lumen veridicum, lumen illuminans, lumen indeficiens, in quem desiderant Angeli prospicere.*

Ecce cor meum coram te est: discute tenebras eius, vt amoris charitate pleniùs perfundatur.

Ex c. 38. *Quid dicam, vel quid faciam miserrimus? Ego tanto destitutus solatio, proiectus sum à facie oculorum tuorum Heu me, de quanto bono in quantum malum cecidi! quò tendebam, & quò deueni! vbi sum, & vbi non sum? Ad quem aspiraui, & nunc in quibus suspiro? Quæsiui bona, & ecce turbatio. Ecce iam morior, & Iesus non est mecum. Et certè melius est mihi non esse, quàm sine Iesu esse: melius est non viuere, quàm viuere sine vita.*

Et tu Domine Iesu, vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ? numquid irascèris mihi in finem? Placare obsecro, & miserere mei, & non auertas faciem tuam à me, qui pro me redimendo, non auertisti faciem tuam ab increpantibus, & conspuentibus in te.

Ex man. c. 11. *Ignis, qui semper luces, amor, qui semper ardes, dulcis Christe, bone Iesu, lumen æternum, & indeficiens, panis vitæ, qui nos reficis, & in te non deficis: quotidie comederis, & semper integer manes, resplende mihi, accende me.*

O amor, qui semper ardes, & numquã extingueris, dulcis Christe, bone Iesu, charitas Deus meus,

Digitized by Google

meas, accende me toto igne tuo, amore tuo, dulcedine tua, dilectione tua, deſiderio tuo, charitate tua, iucunditate, & exultatione tua, pietate, & ſuauitate tua, voluptate, & concupiſcentia tua, quæ ſancta eſt, & bona, quæ caſta eſt, & munda; vt totus dulcedine amoris tui plenus, totus flamma tuæ charitatis vaporatus, diligam te Dominum meum dulciſsimũ, & pulcherrimum ex toto corde meo, ex tota anima mea, ex totis viribus meis, & ex omni intentione mea, cum multa cordis contritione, & lacrymarum fonte, cum multa reuerentia, & tremore, habens te in corde, & in ore, & præ oculis meis ſemper, & vbique, ita, vt nullus in me adulterinis amoribus pateat locus.

Aliæ oratiunculæ hymnidicæ ex S. Bernardo.

CVm Maria diluculo
Ieſum quæram in tumulo
clamore cordis querulo,
mente quæram, non oculo.
Tumbam perfundam fletibus,
locum replens gemitibus;
Ieſu prouoluar pedibus,
ſtrictis hærens amplexibus.
Ieſu Rex admirabilis,
& triumphator nobilis,
dulcedo ineffabilis,
totus deſiderabilis
Mane nobiſcum Domine,
& nos illuſtra lumine
pulſa mentis caligine,
mundum replens dulcedine.
Quando cor noſtrum viſitas,
tunc lucet ei veritas,
mundi vileſcit vanitas
& intùs feruet charitas.
Amor Ieſu dulciſsimus,
& vere ſuauiſsimus,
plus millies gratiſsimus,
quàm dicere ſufficimus.
Deſidero te millies,
mi Ieſu, quando venies?
me lætum quando facies?
me de te quando ſaties?
O Ieſu mi dulciſsime,
ſpes ſuſpirantis animæ,
te quærunt piæ lacrymæ,
te clamor mentis intimæ.
Quocumque loco fuero,
Ieſum mecum deſidero:
quàm lætus, cùm inuenero,
quàm felix, cùm tenuero!
Iam, quod quæſiui, video,
quod concupiui, teneo:
amore Ieſu langueo,
& corde totus ardeo.
Hic amor ardet iugiter,
dulceſcit mirabiliter,
ſapit delectabiliter,
delectat & feliciter.
Hic amor miſſus cælitùs
hæret mihi medullitùs,
mentem incendit penitus,
hoc delectatur ſpiritus.
Veni, veni Rex optime,
Pater immenſæ gloriæ,
affulge menti clariùs
iam expectatus ſæpius.
Ieſu ſole ſerenior,
& balſamo ſuauior,

Digitized by Google

omni dulcore dulcior,
cæteris amabilior.
Cuius guſtus ſic afficit,
cuius odor ſic reficit,
in quo mens mea deficit,
ſolus amanti ſufficit.
Tu mentis delectatio,
amoris conſummatio,
tu mea gloriatio,
Ieſu mundi ſaluatio.
Mi dilecte reuertere
conſors paternæ dexteræ:
hoſtem viciſti proſperè,
iam cœli regno fruere.
Sequar te quoquò ieris,
mihi tolli non poteris,
quum meum cor abſtuleris,
Ieſu lãus noſtri generis.
Tu fons miſericordiæ,
tu veræ lumen patriæ,
pelle nubem triſtitiæ
dans nobis lumen gloriæ.

NOTANDVM.

IStæ, & ſimiles orationes, attentè, & cordialiter dicendæ ſunt: aliter non mirum, ſi non proderunt, quia magis erit hoc Deo illudere, quàm ad illum humiliter, & fidenter recurrere. Et licèt ſenſibilis deuotio non experiatur ſtatim, tamen iterandæ ſunt patienter, quia tandem exaudiet Dominus, cùm illi placitum fuerit, qui per illas decreuit dulcedinẽ deuotionis infundere.

Ora pro me frater dilectiſsime, qui iſta legiſti; & Deum ora pro luce, vt pariter per illam Propugnaculo ſequenti ſeruiam mihi, & tibi.

PRO-

Digitized by Google

PROPVGNACVLVM V.

CONTRA AVARITIAM.

SEQVITVR de hoſte iſto valde acri, & vniuerſali tractatus, de quo aliqua volumine primo perſtrinximus, eum comprehendẽdo ſub *mundo*, iuxta verba Ioannis: *Omne, quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ.* Nam ſecũdùm Ægydium noſtrum Romanum, per *oculorum concupiſcentiam*, bonum intelleximus *vtile*, vt aurum, & ſimile, quo tentamur. Hìc ergo peculiariter, & latè de iſto hoſte tractamus, contra ipſum arma ponẽtes. Sed priùs, *quid* ſit, *vnde ſit*, & *qualis* ſit, per doctrinam aperiamus; vt ita, eo cognito, pugna ſecurior ſit, & victoria glorioſior.

Punct. 1. in præãb.

1 Io. 2. 16

Ægid. Rom.

Doctrina contra Auaritiam.

PVNCTVM I.

Quid ſit.

S. Th. 2. 2. q. 118. ar. 1 in corp & ſeq ar.

REſpondeo: iuxta ſanctum Thomam, *Eſt immoderatus amor habendi*, pecunias vtique, ſeu poſſeſsiones, & quoduis vtile bonum pertinens ad hominis vitam.

Amor autem dicitur, quia non in poſſeſsione, ſed in *amore* poſſeſſionis, aut poſſidendi, eius turpitudo conſiſtit. Dico, *poſſeſsionis, aut poſſidendi*, quia iſta, vt patet, diſtincta ſunt. Quia amor poſſidendi, de re nondum poſſeſsâ eſt; & amor poſſeſsionis de iam actu poſſeſsâ.

Igitur *de amore poſſeſsionis*, ex Pſalmiſta eſt manifeſtum, dum dicit: *Diuitiæ ſi affluant:* Ecce poſſeſſio; & effectus ſeu amor prohibetur, dum ſubditur, *nolite cor apponere.* Vbi Gloſſa ex Caſsiodoro ſic ait: *Non dicit, nolite habere: non enim damnat diuitias, vnde mereamur cœlum: ſed cor appoſitum, quod non expendit, ſed recondit.* Quia, ſcilicet, retinet, nec pauperibus elargitur. Et Pater Auguſtinus eadem verba expendens, dicit: *Noli ibi cor figere. Non vides, quia ſi ibi cor poſueris, & tu fluis!* Vtique iniquitatem patrando.

Pſ. 61. 11

Gloſſa.

Auguſt.

Digitized by Google

trando. Et in eodem sensu loquens Basilius homil. 7. in diuites & auar. circa fin. inquit: *Si possidetis, non amate.* Et sanctus Ambrosius tom. 3. in cap. 6. Luc. ad illa verba, *Væ vobis, qui saturati estis*, ait: *Non census, sed affectus in crimine est.*

Basil.

Ambros.

1. ad Tim. 6. 9. De *amore* autem *possidendi* loquens Apostolus, dixit: *Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli.* Vbi Theophilactus sic notat: *Nec diuites dixit effectos, sed volentes diuites fieri.* Et rationem subdit: *Potest namque diuitias quis possidere, & illarum fieri contemptor, eas optimè dispensando, & indigenti pro necessitudine impartiendo.* Ille ergo solùm damnatur, qui se diuitem fieri cupit, vt sibi retineat, & pauperibus non distribuat.

Theophil.

Et vtrumque sanè amorem, possessionis, scilicet, & possidendi, Sapiens comprehendit, cùm dixit: *Beatus, qui post aurum non abijt*; vtique *per concupiscentiam malam*, vt ibi Lyranus exponit, subdens: *Sed magis aurum sequutum est eum, cuius obsequio vsus est in operibus pijs, & honestatis.*

Eccli. 31. 8.

Lyran.

Et quidem doctrinæ traditæ consonat ipsa auaritiæ etymologia, quæ idem est, quod *auri auiditas*, vt Pater Augustinus significat etiam lib. 12. de ciuit. Dei cap. 8. vel *auiditas æris*, vt ex sancto Isidoro ait Doctor Angelicus: & vocabulum græcum concordat *philargiria*, id est, *amor argenti*, iuxta eundem sanctum Doctorem ibidem.

P. Aug.

S. Th. 2. 2. quæst. 118. art. 2.

Tunc autem amor iste est vitiosus, cùm *immoderatus est*, vt particula prima positæ diffinitionis designat. *Immoderatus* verò est iuxta Augustinum, *vbicumque omnino plus vult quisque, quam sat est*. Cui concordat Basilius homil. 6. in dictis contra auaros circa finem. dicens: *Auarus ille est, qui eo, quod satis esse debet, non est contentus*. & doctrina Chrysostomi Homil. 41. circ. fin. in Acta Apost. tom. 3. dicentis: *Hoc est enim auaritia, quam pleonexiam vocant, plus habere, quàm constitutum est*; vtique ex dictamine rationis dictantis, non excedendam mensurã, seu finem externarum diuitiarum, qui pariter secundùm Doctorem Angelicum, *est habere necessaria ad vitam secundùm suam conditionem.* vnde sic ibi concludit: *Et ideo in excessu huius mensuræ consistit peccatum, dum, scilicet, quis supra debitum modum vult eas acquirere, vel retinere.* Et hanc subiungit esse immoderantiam, auaritiæ vitium constituentẽ, & peccatum; quod ibidem ar. 4. asserit esse contra iustitiam, quando scilicet, per furtum, aut rapinam quis accipit, vel retinet rem alienam: & idem dicendum, quando per vsuram, vel quemlibet contractum illicitum, hoc perpetrat.

S. August. lib. 3. de lib. arb. c. 17. in 8.

Basilius.

Chrysost.

S. Th. 2. 2. quæst. 118. art. 2.

Quo

Ezechiel. 22. 27.

Quo ſenſu dicitur Ezechiel. 22. *Principes eius in medio illius, quaſi lupi rapientes prædam ad effundendum ſanguinem, & auarè ad ſectãda lucra:* & in Prouerbijs dicitur, *noli laborare, vt diteris*, vtique vltra modũ debitum: *ſed prudentiæ tuæ*, ideſt, induſtriæ, vel aſtutiæ, *modum pone*, rationis vtique rectæ, vt ibi exponit Lyranus.

Prouerb. 23. 4.

Lyranus.

S. Thom.

Et ſimiliter contra charitatem eſſe affirmat idem Doctor Angelicus, quod docet contingere, *quando propter amorem diuitiarum, aliquis non veretur facere contra amorem Dei, (quod fit, quãdo quodlibet præceptum violat obligans ſub mortali, vel hoc facere eſt paratus) & proximi.* & ſubiungit cenſuram lethalis peccati, dicens: *Sic auaritia erit peccatum mortale*. Quod de charitatis defectu erga proximum intelligendum eſt, non ſolùm in extrema neceſsitate conſtitutum, verum etiam in graui, iuxta ſententiam Vaſquez in tractatu de eleemoſyna, dubio tertio, num. 13. vt infra diffuſius dicetur. Et vtramque neceſsitatem ſentit cõplexum fuiſſe Ioannem, cùm dixit: *Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi, & viderit fratrem ſuum neceſsitatẽ habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?* ſupponit ergo tolli: non tollitur autem, niſi per peccatum mortale. Quæ autem neceſsitas extrema ſit, & quæ grauis, infra intelligendum eſt, vbi iſta exactiùs explicanda ſunt.

Vaſquez.

1. Ioan. 3. 17.

P. Auguſ. lib. 12. de Ciuit. c. 8 tom 5.

Igitur de vitio hoc auaritiæ, quatenus iuſtitiæ, & charitati oppoſito, Auguſtinus loquutus fuit, quando peruerſum appellauit illud. *Neque enim* (inquit) *auri vitium eſt auaritia, ſed hominis peruersè amantis aurum, iuſtitia derelicta, quæ incomparabiliter auro debuit anteponi*. Vbi iuſtitiæ nomine, iuſtitia intelligẽda eſt, vt omnibus virtutibus cõmunis eſt virtus, iuſtitiam etiam particularem amplectens, qua vnicuique, quod ſuum eſt, redditur, & ipſam charitatem, quæ nomine iuſtitiæ frequenter nominatur in ſcripturis diuinis.

S. Thom. 9. 118. ar 3. in corp

Philoſ. 4. Ethic. lib. 4. c. 1. 16. 5.

S. Thom. 9. 117. ar. 2. in corp.

Liberalitati etiam opponitur auaritia; quatènus liberalitas, iuxta doctorem Angelicũ, virtus eſt *moderatiua præcipuè affectus circa pecunias, ne plus debito eas diligat*. Vnde prouenit, quòd erga ſe expendat neceſſaria ſecũdùm conditionem ſuam, & de reliquis ſubueniat proximo. Ob id nomine alio *largitas* dicitur, quatenus non indebite pecunias retinet, ſeu conſeruat: & à Philoſopho *emiſsiua* vocatur, quod etiã nomen ipſum *liberalitas* indicat, vt ſanctus Doctor aduertit. *Cùm enim* (inquit) *à ſe emittit, quodammodo illud à ſua cuſtodia, & dominio liberat, & animum ſuũ ab eius affectu liberum eſſe oſtendit*. Quia autem vitium contin-

git per *exceſſum*, aut defectum à regula rationis, & regula iſta circa pecunias à liberalitate præſcribitur, modo expoſito: ideo liberalitas remanet medium rationis, in quo iuxta Philoſophum, virtus conſiſtit, & illi tamquam medio auaritia opponitur *per exceſſum*, quatenus in affectu excedit; & in *defectu* opponitur pariter, prout ex illo immoderato affectu deficit in expendendo, irrationabiliter expendendo, ſeu conſeruando: & ideo *illiberalitas* etiam à Philoſopho appellata: quod liberalitas quidem non facit, cùm eo ipſo, quod moderatè afficitur ad diuitias, eas non retinet, ſeu conſeruat indebitè, ſed pro ratione neceſsitatis expendit vtiliter.

Philoſ. lo. cit.

Aliud autem extremum eſt *prodigalitas* per *defectum* oppoſitum auaritiæ, vt extremo, quatenus nimirum auaritia excedit in affectu erga diuitias, & prodigalitas deficit in præſcripto medio rationis per liberalitatem ſeruato, *minus debito* (inquit Sanctus Thomas) *earum ſollicitudinem gerens*.

S. Thom. 2.119.ar. 1.in corp.

Itaque quo ad affectum, extremè opponuntur auaritia, & prodigalitas: illa per *exceſſum*: iſta per *defectum*, & remanet media liberalitas, cui ſic conſideratæ, iſta duo extrema vitia, veluti medio opponuntur.

Norandum tamen ex eodem S. Thoma ibidem, quantùm ad *conſeruationem*, vel *dationem*, deficere auaritiam; quia ex affectu nimio, nimis conſeruat, & acquirit: & prodigalitatem excedere, quia ex paruo affectu, in dando excedit, conſeruare non curans. Et ſic in hoc ſenſu per *exceſſum* auaritiæ opponitur prodigalitas.

Sunt ergo vitia iſta extremè oppoſita, diuerſimodè tamen, vt eſt expoſitum. Et ſic, cùm natura vnius contrarij, magis per ſuũ contrarium innoteſcat, vides, quomodo ſatis quidditas auaritiæ maneat explicata.

Aduertendum tamen, aliam eſſe virtutem, quæ perfectiùs, quàm liberalitas, opponitur auaritiæ, *voluntariam* nimirum *paupertatem* religioſam, quæ omnem tollit rerum proprietatem, ita vt non ſolum abdicet quemquam illam profitentem *poſſidendi auiditate*, ſed etiam *actuali omni poſſeſſione, etiam neceſſariorum*: in quo à liberalitate differt, quæ neceſſaria admittit: ac etiam inmotiuo. Nam iſta ſuperfluis ſe abdicat, ſaltem quoad amorem, vt ſe dictamini rationis conformet, & ita eſt virtus ordinis naturalis, quæ etiam in gentili poteſt exiſtere: illa, ſcilicet, paupertas, vt perfectè Chriſtum ſequatur, vt in peculiari propugnaculo pleniùs in ſequenti volumine eſt dicendum. Vbi videnda erunt, quæ pro præſenti tractatu poterunt inſeruire, & illuc reſeruantur, ne nimium hic tractatus excreſceret, & de *paupertatis vo-*

to

Digitized by Google

to expeditiùs ageretur, prout religiosis inseruit.

Patet tamen ex dictis sufficiẽter, paupertatem religiosam, auaritiæ per *defectum* opponi, quatenus se omnibus abdicat, cùm omnia retineat illa. Charitas autem illi per excessum opponitur, quatenus hæc omnia communia facit, quæ auaritia sibi appropriare conatur: defectus tamen iste, & excessus in paupertate, & charitate considerati, *secundùm quantitatem rei, non secundùm rationem* intelligendi sunt, cùm rationis medium ad rationem requiratur virtutis. Exposita igitur auaritiæ quidditate, remanet exponenda eius origo.

PVNCTVM II.

Vnde sit Auaritia?

EX subiectis præcipuè oritur hæc immoderata auiditas, nimirum,

1 *Ex sui amore.*
2 *Superbiæ tumòre.*
3 *Indigentiæ timorè.*
4 *Filiorum ditatione.*

De prima Auaritiæ causa.

Et Primò, de *sui amore* patet ex Paulo ad Timotheum dicente: *Erunt homines seipsos amantes*; & statim subdit, *cupidi*, scilicet, *pecuniarum*, vt ibi Lyranus, & interlinealis exponũt: ideo littera alia legit *auari*. Et P. Augustinus de Genes. ad lit. lib. 11. c. 15. tom. 3. *amatores pecuniæ*. Et Theophilactus ait, cùm malorum explicasset radicem, vtique amorem inordinatum sui, *& ramos sigillatim enumerasset, inter quos prior, & longè potentior, auaritia est.* P. Aug. Theophil.

Quia autem idem Apostolus epist. 1. cap. 6. dixit: *Radix omnium malorum est cupiditas*; vbi alia littera legit, *auaritia*; ideo cum P. Augustino loc. cit. dicendum est, diffiniisse *per speciem genus*, idest, cupiditatem, seu amorem sui per hanc speciem, scilicet, amorem pecuniæ vitiosum: & ideo non mirum, si radicem dixerit. Vel dicendum, *respectiuè* sic nominari ad mala, quæ ex ipsa nascuntur, non *absolutè*, vt ex citatis verbis Apostoli est manifestum. Vna enim scriptura alteri contrariare non potest, benè tamen explicari per aliã. Igitur radicalis causa, & prima auaritiæ origo, amor est sui, vt de ea loquens, sic D. Thomas concludit: *Causatur ex inordinato sui amore, secundùm quem de bonis temporalibus plus sibi aliquis vult, quàm habeat.* Et S. Bonauentura sic ait: *Amor sui est causa omnis mali, & peccati*: ergo auaritiæ peccatum non excluditur, vt nos etiam diffusè, Deo duce, in proprio Propugnaculo ostendemus. 1. Tim. 6. 10. S. Thom. 1. 2. q. 29. a. 4. ad 3. S. Bonau.

2. ad Tim. 3. 2. Lyran.

Digitized by Google

De ſecunda auaritiæ cauſa.

Secundò, de *ſuperbiæ tumòre* pariter conſtat, ex appetitu, quẽ omnes habent ad felicitatem ſequendam: cuius vna conditio, vt S. Thomas docet, eſt, *vt ſit per ſe ſufficiens.* Subiungit autem, *per ſe ſufficientiam*, maximè diuitias repromittere. Primò, quia teſte Philoſopho, *Denario vtimur, quaſi fideiuſſore ad omnia habẽda.* Secundò, quia Eccleſ. 10. dicitur: *Pecuniæ obediunt omnia*: ergo per ſe ſufficientiam tribuũt. Hinc autem cor non fundatum in Deo, allicitur ad ſuperbiam, vt iam dicat, *Nullius egeo, & ſuper omnes ſum.* Et ecce ſuperbia, & excellentia prætenſa, tanquam finis appetitus diuitiarum, conſequens ad felicitatem optatam, quam ſi non intenderent, diuitias non amarent, teſte P. Auguſtino dicente: *Nec enim eſſent homines amatores pecuniæ, niſi eò ſe putarent excellentiores, quò ditiores.* Et concione prima in Pſal. 48. ait: *Nemo vult eſſe diues, niſi, vt inſletur inter eos, inter quos viuit, & eis ſuperior videatur.*

S.Th 2.2. q. 118. a. 7. in corp.

Eccle. 10. 19.

Apoc. 3. 17.

Aug. loc. cit.

Quia autem, iuxta Philoſophũ, *Quod prius eſt in intentione, poſterius eſt in exequutione*: hinc Apoſtolus, poſtquam ſupra 2. ad Tim. 3. dixit: *Erunt homines ſeipſos amantes*; & ſubiunxit, *cupidi*; ſtatim adiecit, tanquam effectum cupiditatis, ſeu auaritiæ ab ipſa intentum, *elati, ſuperbi*; quia, ſcilicet, inde efferuntur mẽte, & alios deprimunt, vt Lyr. exponit, & teſtantur illi apud Pſal. dicentes, *Multùm repleti ſumus deſpectione.* Vbi P. Auguſtinus ſic exponit, ideſt, *contemptu ab his, qui felicitatem quærunt, vel habent in iſto ſæculo.* Qui ſunt autẽ iſti felicitatem quærẽtes, niſi elati, & ſuperbi? ſubiungunt enim ipſi depreſſi: *Multùm repleta eſt anima noſtra, opprobrium abundantibus, & deſpectio ſuperbis.* hoc eſt, facta opprobrium eis, qui abũdant. Vbi idem S. Doctor notat, idem eſſe abundantes, quod ſuperbi; & opprobrium, quòd deſpectio, & repetitionem eſſe ſententiæ, Igitur cum diuitijs ita eſt coniuncta ſuperbia, tanquam earum mater, & nutrix, vt pro eodem accipiantur, diuites, & ſuperbi. Ideo Paulus dicebat Timotheo: *Diuitibus huius ſæculi præcipe non ſublime ſapere* Cohibere intendens effectum, qui connaturaliter ſequitur ad finem intentum, acquiſitionem, ſcilicet, diuitiarum, qui eſt, nullius egère, omnibus ſupereſſe.

Philoſ.

Lyran.

Pſal. 122. 3.

num. 4.

1. Tim. 6. 17.

De tertia auaritiæ cauſa.

Tertiò, de *indigentiæ timore*, ſimiliter eſt manifeſtũ. Cùm enim neceſſaria vitæ humanæ quærere non ſit prohibitum, imò naturale, & licitum, ſicut S. Thomas docet his verbis: *Omnis indigens quærit ſuæ indigentiæ ſupplemẽtum*,

S.Th. 2. 2. q. 118. a. 1. ad 3.

Digitized by Google

tum, vtique licitè, vt ex contextu patet; hinc excusans illos, qui propter naturæ defectũ, auidiùs exteriorum rerum inquirũt subsidia. Vnde testatur dixisse Philosophum, auaritiam, quasi naturaliter, consequi senectutem. Nõ proinde tamen putat à peccato excusari, si quærant immoderatè. Vnde subdit: *Non tamen à peccato excusantur, si debitam rationis mensuram circa diuitias excedant.* & rationem ibi ita assignat: *Quia inclinationes naturales, sunt regulandæ secundũ rationem, quæ principatum tenet in natura humana.*

Igitur ex ista cupidine naturali cauẽdi, scilicet, indigentiam, per rationem non moderata, oritur superflua cura, & sollicitudo auari, inordinatè timentis inopiã, & ex hoc immoderatè quærentis copiam, vt patet ex parabola diuitis illius, quem ad hoc ostẽdendum Dominus apud Lucam proponit. Dicebat enim sollicitè: *Quid faciam, quò congregem fructus meos? & dixit: hoc faciam: destruam horrea mea, & maiora faciam, & illuc congregabo omnia, quæ nata sunt mihi, & bona mea.* Nascitur autem immoderatio ista, non solùm ex parua confidentia in Diuina prouidentia, sed ex inconsiderantia breuitatis vitæ, cui pauca sufficiunt. Proinde ibi tanquam correptio immoderantiæ subiungitur, *Stulte, hac nocte animam tuam repetent à te: quæ autem parasti* (scilicet tanta sollicitudine, ne indigères, quasi semper victurus,) *cuius erunt?* Quod P. Augustinus considerans, exclamat: *O cæcitas auari! vna nox ei supererat, & de multorum annorum vita satagebat!*

Luc. 12. 17.

num. 20.

Aug. to. 2 lib. 50. homiliar. hom. 48.

Sed dices, ista non indigentia est sufficientia: ergo coincidit cũ sufficientia posita paulò suprà, per quam felicitas quæritur, & prætenditur excellentia: superfluè igitur hìc adducitur. Respõdeo negatiuè, quia ibi de per se sufficientia est sermo: hìc de sufficientia solùm: plurimum autem ista differunt, vt patet consideranti. Nam per se sufficientia importat ab alio independentiam, & ideo parit felicitatẽ, & tribuit excellentiam. Sufficientia autem, necessariorum quidem indigentiam tollit; tamen dependentiam non excludit; vt constat in operario dependente à conductore: si enim otiosus esset, necessitosus esset; quoniam teste Paulo, *Si quis non vult operari, non manducet.* Quod sanè probarunt illi, quibus dictum est: *Quid hìc statis tota die otiosi?* at illi responderunt: *Quia nemo nos conduxit.* Et replicatum illis fuit: *Ite & vos in vineam meam.* Sic enim laborabitis, & manducabitis, quia, *quod iustum fuerit, dabo vobis.* Ecce dependentia in mercede ab alio promissa, & data.

2. Thess. 3 10.

Matt. 20. 6.

num. 7.

num. 4.

Et

Et sanè per hanc sufficientiam moderatam, fatetur Paulus, auaritiam superasse, dicens: *Argentũ & aurum, aut vestem nullius cõcupiui, sicut ipsi scitis.* & causam subdit, *Quoniam ad ea, quæ mihi opus erant, ministrauerunt manus istæ.* vt etiam ad Corinthios ait, *Laboramus operantes manibus nostris*: Quod alibi testatur pluries. Igitur ista sufficientia includit dependentiam, quam tollit per se sufficientia. Differunt ergo, & non coincidunt, & auaritiæ varia sunt motiua: Illa, quia immoderata, ex inordinato timore defectus: ista, quia superbiæ incentiuum, intentæ per auaritiam.

Act 10. 34.

1. Cor. 4. 12.

De quarta Auaritiæ causa.

Quartò, de *filiorum ditatione* est certum, imò experientia etiã comprobatum. Et fouetur maximè fallacia ista, & inordinatio. Primò, quia, cùm filius sit aliquid patris, vtpote, de lumbis eius egressus; quod sibi pater cupit, pariter & filio, tanquam sibi naturæ vinculo cõiunctissimo. Hinc enim concludit Angelicus Doctor, magis benefaciendum esse magis coniuncto: *Quia* (inquit) *virtus imitatur naturæ ordinẽ, qui est ex diuina sapientia institutus: est autem talis ordo naturæ, vt vnumquodque agens naturale per prius magis diffundat suam actionem ad ea, quæ sunt sibi magis propinqua, sicut ignis magis calefacit rẽ sibi magis propinquã: exhibitio autem beneficiorum est quædam actio charitatis in alios: & ideo oportet, quòd ad magis propinquos simus magis benefici.* Hæc Sanctus Doctor. Ex quibus videtur bene inferri curæ honestas, qua parentes filijs congregant: & cõfirmant verba Chrysostomi dicẽtis: *Diuinas planè leges violat, et iura naturæ, qui negligit suos.* Cura ergo illis cõgregandi, quæ, si moderata esset, licita foret, & honesta, hinc sumit fomentum ex corruptione naturæ ad aurũ pronæ, vt terminos transiliat rationis, & maneat vitiosa, & deformis.

S. Th. 2. 2. q 31. a. 3. in corp.

Chrys. ho. 14. in ep. 1. ad Tim circ. init. tom. 4.

Deinde, quia cùm Pater veluti in filio remaneat, & perpetuetur per illum, vt patet de illa muliere, 2. Reg. 14. quæ de filio sibi remanente, qui quærebatur ad mortem, ad Regem querula dixit. *Quærunt extinguere scintillam meam, quæ relicta est, vt non superfit viro meo nomen, & & reliquiæ super terram:* ob id etiam sub nomine *radicis*, qua conseruatur germen, filium nuncupauit Propheta, dum iuxta interpretationem Lyrani, dixit Ps. 51. 7. *Euellet radicem tuam*, vtique filium tuum, *de terra viuentium*. Et cùm naturale sit cuique agenti naturali, velle se conseruare, & perpetuare, vt patet in corruptionibus rerum, quæ

2. Reg. 14 7.

Ps. 51. 7.

Digitized by Google

quæ ideo ad generationem ordinantur: corrumpit namque ignis lignum, vt ibi introducat formã ſuam, & ſic cõſeruetur, &, quantum fieri poteſt, perpetuetur: ſic pariter matrimonium à Deo fuit inſtitutum, vt per copulationem maris, & fœminæ, genus conſeruaretur humanum: ideo, cùm in filijs quodãmodo parentes maneant, & perpetuentur in illis, quẽadmodum ſibi auidi ſunt cõgregare, ita & filijs, & proinde etiam in ipſis ditandis auaritiæ inordinatio perſeuerat. Imo, vt notauit Baſilius, ſub hac ſpecie tegitur, vt conſtat ex verbis iſtis, quibus loquitur ad auaros: *Sed dicitis, ob filios neceſſaria eſt*, ſcilicet, pecunia. *Plauſibilis eſt iſta auaritiæ excuſatio: liberos prætexitis, ac interea cordibus veſtris ſatisfacitis.*

Baſil. ho. 7. in dim. & anar. poſt med.

Et hæc pro ſecundo puncto ſufficiant, ex quibus patet, vnde oriatur hoc malum. Sequitur

PVNCTVM III.

Qualis ſit auãritia.

EX illius effectibus, qualis ſit innoteſcet, & horribilis eius facies apparebit, vt qui horribilia, & deformia naturaliter fugimus, monſtrum quoque iſtud totis viribus fugiamus.

Eſt ergo Auaritia

Periculoſa nimis.	*Ferè inſanabilis.*
Pœnalis.	*Vana.*
Laborioſa.	*Inſana.*
Penurioſa.	*Inuida.*
Odioſa.	*Iniuſta.*
Oneroſa	*Dura ſibi.*
Infructuoſa.	*Crudelis alijs:*
Viliſsima ſerua.	*Omnium malorum radix.*
Superba.	

Et ne ſtater chariſsime exaggeratiuè putes me loqui, breuitate poſsibili, ſingula prædicta oſtendam.

Auaritia *periculoſa nimis.*

Vnaquæque ex auaritiæ cauſis præcedenti puncto narratis, periculoſam illam nimis facere per ſe ſufficit, vt patet conſideranti. Nã naturæ humanæ corruptæ quodãmodo ſunt cõgenitæ, ideoque valde ad auaritiam impellentes. Rationem tamen ſpecialẽ S. Thomas aſsignat ex diuitiarum potentia ad cor humanum alliciendum, & ſic diſtrahendum, ex quo nimis periclitatur charitas, quæ eſt vita animæ: quod oſtendit primo ex verbis Domini Matth. 13. 22. *Fallacia diuitiarum ſuffocat verbum.* Quæ verba S. Gregorius expendens, ait: *Quia importunis cogitationibus ſuis gutur mentis ſtrangulant, & dum bonum deſiderium intrare ad cor non ſinunt, quaſi aditum flatus vitalis necant.* Vnde concludit D. Thomas: *Et ideo difficile eſt, charitatem inter diuitias conſeruare.* Quod probat ex verbis

S. Th. 2. 2. qu. 186. ar. 3. ad 4.

Matt. 13. 22.

S. Gregor. hom. 15. in Euang. circ med. tom. 3.

S. Thom.

Do-

Digitized by Google

Matt. 19. 23 & 24. Dominicis Matth. 19. *Diues difficile intrabit in regnum cælorũ :* quod ait intelligendum de eo, *qui actu possidet diuitias :* nam de eo, qui affectum in diuitijs ponit, cum Chrysostomo dicit, hoc esse impossibile, ex eo, quod subditur: *Facilius est camelũ per foramẽ acus transire, quàm diuitẽ intrare in Regnum cælorum.*

Chrysost. ho. 64. in Matt. ante mediũ tem. 2.

Ne autem hinc auari in desperationis ruant profundum, subiungit benignissimus Dominus : *Apud homines hoc impossibile*

num. 26. *est : apud Deum autem, omnia possibilia sunt.* Igitur ponentis affectũ ad diuitias ita periclitatur salus, vt impossibilis dicatur: possidenti autem difficilis dicitur, quia affectus tunc difficulter valde cohibetur. Ad quod ostendendum dicitur Eccli. 31. *Quis*

Eccl. 31. 9. *est hic, & laudabimus eum ? fecit enim mirabilia in vita sua.* *Vt scilicet* (inquit Angelicus Do-

S. Thom. ctor) *inter diuitias positus, diuitias non amaret.* Radix namque, vtique amor proprius, vnde oritur istud pessimum germen, valde est potens, & ideo nõ mirum, si periculum inducat summum.

Quod Apostolus indicauit,

2. Tim. 3. 1. cùm dixit : *In nouissimis diebus, instabunt tempora periculosa* : & rationem periculorum explicans, statim subdit auaritiam, cum radicali causa sua, & effectũ præcipuũ, qui est superbia : *Erũt homines, seipsos amantes* ; ecce amor inordinatus sui: *cupidi*, ecce auaritia: *elati, superbi :* ecce fructus amari radicis istius, quos heu tam frequenter germinat. Et de superbia in executione est sermo, quæ in intentione fuerat prior, vt supra notaui.

Et epistola prima idem periculum indicans, sic protulit de auaris : *Incidunt in tentationem,* 1. Tim. 6. *& in laqueum Diaboli.* Vbi 9. autem tentatio est, periculũ est, & non modicum, cùm laqueus adiungatur, qui occultè insidiatur; & non ab homine tensus, sed à Diabolo absconditus, qui præ sua versutia, decipere per illum nouit, & sibi capere prædam. Proinde de ipso, & Angelis, seu ministris eius, dixit Psalmista, vt volumine priori notaui: *Narra-* Ps. 63. 6. *uerunt, vt absconderent laqueos,* 7. *dixerunt, quis videbit eos ?* quasi nullus posset agnoscere, in illosq. inciderent homines, & miserrimè caperentur. Igitur laquei isti diuitiæ sunt, de quibus loquitur Paulus, & à quibus euaditur difficillimè. Quod magis ex adiectis verbis ostenditur. *Et in de-* 1. Tim. vt *sideria multa inutilia, & nociua,* supra. scilicet, incidunt, *quæ mergunt homines in interitum, & perditionẽ.* vbi sic Chrysostomus notat : *Benè, ait, mergunt, adeo, vt* Chrysost. *emergere, & resipiscere nequeãt.* to. 4. ibid. Ecce casus sine euasione, vnde non modicum, sed periculum nimium reperitur.

Quod sanè ex casus vniuersalitate magis fit manifestum, à pericu-

Digitized by Google

riculo enim paruo multi euadũt: ergo cùm multi cadunt, arguitur maximũ. Quod significare volẽs Diuinus spiritus, offendiculum omnibus commune, auaritiam nominauit, cùm per os Sapientis
Eccli. 31.7 sic dixit: *Lignum offensionis est aurum sacrificantium.* & textus
Barrad. to.4.lib.1 cap. 12. Græcus adiungit, *ei*, vt Barradas notauit. Quæ verba Lyranus exponens
Lyran. sic ait: *Lignum offensionis hic dicitur, lignum vetitum, per cuius cõcupiscentiam humanum genus incurrit mortem, Genes. 3. sic per concupiscentiam auri incurrunt cupidi mortem peccati.* Aduertit autem dici, *sacrificantium aurum*, quia cupidus colit aurum, sicut Deum suum. Propter quod Apostolus
Coloss. 3. 5. ad Coloss. 3. dixit, quòd *auaritia sit simulacrorum seruitus*, vt infra sermo redibit.

Igitur hinc validum deducitur argumentũ, ad probandum auaritiæ periculum maximum. Cùm enim nullus homo euadat mortis censuram ex esu vetiti ligni; sic nullus casum euadit, qui cor apponit ad aurũ. quod probat exẽplum illius, qui ad lignum impegit, cùm pecunijs cor suũ subegit, de illo, laqueo se suspendens, & casum faciens æternum vsque ad abyssum profundam.

Et confirmat quidem propositum amphora Zachariæ ostensa.
Zach. 5. 5. sic enim legitur ibi: *Et egressus est Angelus, qui loquebatur in me; & dixit ad me, Leua oculos tuos, & vide, quid est in homine, quod egreditur. Et dixi, quidnam est? & ait, hæc est amphora egrediens; & dixit, hæc est oculus eorum in vniuersa terra. Et ecce talentum plũbi portabatur. Et ecce mulier vna sedens in medio amphoræ, & dixit, hæc est impietas: & proiecit eam in medio amphoræ, & misit massam plumbeam in os eius.* num. 6. num. 7. num. 8.

S. Gregorius verba ista prophetica referens in suis moralibus, per *amphoram* istam intelligit auaritiam, dicens, Deum sic significare intendisse, quantam ex ea ruinam humanum genus incurreret. *Volens* (inquit) *Deus Prophetæ ostendere humanum genus, ex qua ab eo maxime culpa delebatur, per imaginem amphoræ, quasi patens os auaritiæ designauit.* Et rationẽ subdit iudicij: *Auaritia quippe, velut amphora est, quæ os cordis in amphora apertũ tenet.* Sed quare *oculus* dicitur, & non oculi? quare non in parte terræ, sed in *vniuersa* terra? quia boni habent oculos duos, sinistro quidem respiciunt terrena: dextero verò, qui est recta intentio, cœlestia aspiciunt, & propter ista, illa despiciunt. Mali autem, & auari, monoculi sunt, vnum vtique oculum sinistrũ habentes, & ideo monstruosi, quo intuentur terrena, illis solis intenti, obliti cœlestium, ac si ad ista non essent creati: & ideo *monocula* apparet auaritia. Et
S. Gregor. lib. 14. moral. c. 26. tom. 2.

in

in *vniuerſa* terra, & non in parte: quia rari valde ſunt in tota terra, qui non inficiantur hac lepra, Ieremia teſte dicente: *A minimo vſque ad maximum*, *omnes auaritiã ſequuntur*: quia ferè omnes corruunt malo hoc, quod ſignificat talentum plumbi viſum poſt amphoram, indicans grauitatem peccati, quo auari omnes ad ima trahuntur. *Quid eſt* (inquit Gregorius) *talentum plumbi, niſi ex eàdem auaritia pondus peccati?* Cætera autem, quæ in illa viſione ſequuntur, infra, ſuis locis examinabuntur.

Ierem. 3. 10.

Periculoſa ergo nimis eſt auaritia, quæ ſic connaturalis eſt, quæ diaboli laqueus eſt, & tam vniuerſalis eſt. Sed adhuc hoc periculum, maius ex *inſanabilitate*, & *inſatiabilitate* patebit.

Ferè inſanabilis.

Quòd autem plaga iſta ferè ſit inſanabilis, docet ſanctus Thomas 2.2. & rationé reddit, *Quia, quò aliquis eſt magis deficiens, magis indiget adminiculo exteriorum rerum.* Cùm autẽ natura humana, ſemper in defectum tendat ex ſua conditione, *Ideo* (inquit) *magis in auaritiam labitur.* Et ſic ferè inſanabilis intelligitur. De qua iterum loquens quæſt. ſeq. art. 3. in corp. ita ait: *Auarus non de facili ſanatur.* Quod etiam ſignificauit Dominus per Ieremiam Prophetam, cùm de iniquitate loquens populi ſui, qui auaritia maximè fœdabatur, dixit: *Inſanabilis fractura tua: peſſima plaga tua.* Proinde Pater Auguſtinus ſerm. 48. ad erem. circa med. tom. 10. de ea, exclamans, ait. *O peſtis interminabilis.* Et poſt pauca, *Omnia in homine ſeneſcunt vitia, ſola auaritia iuueneſcit.* Et ſenſus horum verborum ex tradita doctrina eruitur. Quia, cùm quis magis ad ſenectutem appropinquat, eò magis viribus deſtituitur: ad quẽ defectum ſupplẽdum, de pecunia eſt ſolicitus. Proinde, teſte Doctore Angelico, Ethic. 4. Philoſophus dixit, *Senectus, & omnis impotentia auaros facit.* Cum ſenectute ergo naturæ, auaritia iuueneſcit, quia tunc magis creſcit: cùm tamen cætera vitia ſeneſcant, quatenus cum ætate decreſcunt, vt in luxuria, gula, & cæteris facile eſt videre. Vides ergo, quomodo inſanabilis ſit auaritia: ex quo S. Thomas art. 5. cit. ad 3. infert in peccato iſto periculum eſſe maius, ſic dicens, *Per hoc eſt quodammodo periculoſius.*

S. Th. 2. 2. q. 118. ar. 5. ad 3.

Aug. ſer. 48. ad Erem. circ. med. to. 10

S. Th. q. 118. cit. cod. ar & argum.

Quod totum patet in hydropico illo Euangelij, auaritiæ typo, vt infra dicetur: de quo legitur apud Lucam, *Ipſe verò apprehenſum ſanauit eum.* Quare, quæſo, indiguit manu diuina, vt ſanaretur? Non potuit ille, qui verbo ſolo mundum creauit, *Ipſe dixit, & facta ſunt*, ſolo verbo tribuere ſanitatem? Non po-

Luc. 14. 4

Pſ 148 5.

Digitized by Google

potuit ille, cuius ſolo tactu cunctí curabantur, de quo dicitur:
Luc.6.19 *Virtus de illo exibat, & ſanabat omnes*,
Matth.9.21 & rurſus, *Si tetigero tantùm fimbriam veſtimẽti eius, ſalua ero*, ſine ope manus iſtum liberare? Poterat quidem; ſed, vt oſtenderet ægritudinis iſtius inſanabilitatem, & periculum maximum, manu vſus eſt, per quam deſignatur omnipotentia operatiua, vt in Euangelio dicitur, *Fecit potentiam in brachio ſuo*.
Luc.1.51

Inſatiabilis.

Imprimis hìc eſt notandum ex
S.Th.1.2 q.2.ar 1. in corp. Doctore Angelico cum Philoſopho, duplices eſſe diuitias, ſcilicet, *naturales*, & *artificiales*.
Philoſ 1. Polit c.6. poſt med. tom.5. *Naturales* ſunt, quibus homini ſubuenitur ad defectus naturales tollendos, ſicut cibus, & potus, veſtimenta, vehicula, & habitacula, & huiuſmodi alia. Diuitiæ *artificiales* ſunt, quibus ſecundùm ſe non iuuatur natura, ſed eas ars adinuẽnit humana propter facilitatem commutationis, vt rerum venalium quaſi menſura ſint. Hoc poſito,

Dico primò cum eodem ſancto Doctore, appetitum naturalium diuitiarum non eſſe inſatiabilem, ſeu non eſſe infinitum, vt ipſe vocat: & rationẽ reddit, *quia ſecundùm certam menſuram ſufficiunt naturæ*: quę quidẽ paucis contenta eſt. Quo ſenſu dixit Ambroſius, *Plus amat caro moderatam frugalitatem, qua exuitur onere, induitur ſalubritate, qua ſolicitudinem deponit, adſumit tranquillitatem*.
S. Ambr. 3.epiſtol. epiſt. 25. poſt med. tom.5.

Dico ſecundò, appetitum diuitiarum artificialium inſatiabilem eſſe. Quod ipſe ſanctus Doctor probat dupliciter. Primò ratione modificationis, quæ non eſt in auaro: *Appetitus* (inquit) *diuitiarum artificialium eſt infinitus, quia deſeruit concupiſcẽtiæ inordinatæ, quæ non modificatur*. Quod confirmat auctoritate Philoſophi loco ſupra citato.

Secundò ratione cognitionis: *Quia* (inquit) *earum inſufficientia magis cognoſcitur, cùm habẽtur, & ideo contemnuntur, & aliæ appetuntur*. Quod ait ſignificaſſe Dominum Ioan. 4. cùm dixit, *Qui biberit ex hac aqua* (per quam, inquit, temporalia ſignificantur) *ſitiet iterum*: & cõfirmant verba Bernardi dicentis: *Horum omnium, idcirco non eſt finis, quia nihil in eis ſummum ſingulariter reperitur, vel optimum*. Ecce ratio inſatiabilitatis auari, quæ longè diuerſa eſt in homine ſpirituali, comparatione cœleſtium, vt ipſemet S. Doctor notat ibidem, dicens: *Nam ipſum ſummum bonum, quantò perfectiùs poſsidetur, tantò ipſum magis amatur, & alia contemnuntur; quia quantò magis habetur, magis cognoſcitur*. Quod auctoritate Sapientis confirmat, *Qui edunt me, adhuc eſurient*.
Ioan.4.13. Bernard. tract. de diligẽ Deo ant. med. Eccli 24. 29.

Eſt ergo diuitiarum cœleſtium, & terrenarum appetitus inſatiabilis: ſed ille laudabilis,& ſuauis; iſte exprobrabilis, & inſuauis, vt manifeſtabitur infra. Oſtenſa igitur inſatiabilitate ex doctrina Angelica, remanet adhuc oſtendenda ex Scripturis, & Patribus.

Et imprimis hoc protulit diui-
Eccle.5.9 nus Spiritus, cùm dixit: *Auarus non implebitur pecunia.* Quid eſt non impleri, niſi non ſatiari? Ne autem quis putaret,hanc inſatiabilitatem eſſe ad tempus, alibi ait,tota vita durare, & ſola mor-
Eccli.14.9. te terminari, dicens: *Non ſatiabitur, donec conſumat,arefaciens animam ſuam*; vtique vitam ſuã
Lyran. cupiditatis ardòre, vt ibi Lyranus exponit. Imò ex ratione ſupradicta,cum ætate augetur.

Hinc rebus aſsimilatur,quæ inſatiabiles ſunt. Et primò *Hydropico*,de quo legitur apud Lucam:
Luc. 14.3 *Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum*: vtique Ieſum, vt ſanaretur ab illo.Et hanc ægritudinem Pater Auguſtinus con-
Aug. ſer. 83.de diuerſ.circ. fin.to.10. ſiderans, ait: *Quomodo enim hydropicus, quantò plus bibit, tãtò amplius ſitit: ita auarus, vel cupidus, acquirendo, non ſatia-*
S. Bern.de mod.ben vin c.44. *tur*. Et ſanctus Bernardus ex eadem ſimilitudine ſimiliter infert: *Quantò plus acquirit, tantò plus concupiſcit*.

Secundò aſsimilatur *inferno*,
Prou. 27. 10. Prouerb.27. vbi dicitur: *Infernus, & perditio, nunquam replẽtur*: quia vtique dæmones ſemper ſitiunt ſecum trahere plures. Et ſimilitudo ſubiungitur: *Similiter & oculi hominum*; ſcilicet, cupidorum,*inſatiabiles*. Vbi Lyranus ſic ait: *Quia ex acquiſitis non minuitur cupiditas, ſed augetur*. Et ex poeta confirmat: *Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit*. Et ſanctus Bernardus inquit: *Auarus homo ſimilis eſt inferno: ſicut enim infernus, nunquam dicit, ſatis eſt; ita auarus nunquam ſatiatur pecuniis*.

Lyran. Iuuenal. Satyr.14 Bernar. loc. cit.

Tertiò, *ſanguiſugæ* aſſimilatur, de qua ſic ſcribitur Prouerb. 30. *Sanguiſugæ duæ ſunt filiæ*, Prou.30. 15. *dicentes, affer, affer:* quia vtique nunquam ſatiantur: *ex quibus vna eſt auaritia*, vt ibi Gloſſa ordinaria ait. Gloſſ.ord.

Quarto, *igni*. Subditur enim ibidem: *Tria ſunt inſaturabilia*. Et tertio loco ponitur ignis, de quo dicitur:*Ignis verò nunquam dicit, ſufficit:* Quia vtique ſicut ex appoſitione combuſtilium ſupercreſcit virtus eius ad amplius comburendum, ita cum copia creſcit auaritia,iuxta Gregorium ſic dicentem lib. 15. mor. c.12. circa med. to.2. *More ignis,cùm ligna, quæ conſumat, acceperit, accreſcit: & vnde videtur ad momentum flamma comprimi, inde paulo poſt cernitur dilatari*. Vnde etiam B. Laurentius Iuſtinianus ita exclamat: *O ignis inextinguibilis, cupiditas inſatiabilis,quis vnquam primo voto*

prou. 16. S.Greg. B. Laur. Iuſtin in ligno vit. de paup. c. 2. poſt med.

fuit

ſuit contentus, cum adipiſcitur, quod optauerat.

Quintò, *oculo* comparatur, de que apud Eccleſiaſten eſt ſcri-
Eccl. 1.8. ptum: *Non ſatiatur oculus viſu;* Vtique auriviſi, & cõcupiti. Quam cupiditatem S. Ioannes Euangeliſta inter mala, quæ in mundo
1. Ioan. 4. 16: ſunt, commemorat, dicẽs: *Omne, quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum.* Scilicet, *in cupidis, & auaris*, vt ibi Lyranus exponit, &
Lyranus. nos alibi ex Aegidio noſtro Romano docuimus: Ergo de oculo cordis auari eſt ſermo, explicato per oculum corporis. Quemadmodum namque hic viſu non ſatiatur: ita neque ille cupidine.
S. Baſil. hom. 7. in diuit. & auar. poſt med. Quod confirmans Baſilius, dixit: *Non expletur oculus videndo, neque auarus accipiendo ſatiatur.*

S. Greg. Nazian. Iambic. 22. ante med. ſ. 2. Sextò S. Gregorius Nazianzenus inſatiabilitatem hanc cõparat homini læſo *morſu ſerpentis Dipſas*, dictæ à ſiti, quam morſu efficit. Quemadmodum enim, qui ità mordetur, ſitim non extinguit vſque ad mortem: ità auarus, quamdiù, viuit pecunias ſitit. Carmina illius, quibus naturã viperæ huius exponit, ſunt hæc.

Eſt viperarum quodpiam
Dipſas genus,
Quas ſolitudo Libaria plures
alit.
Ac vulnus eius, quale ſit no-
men docet.
Huic namque, morbus, quem
parit, nomen dedit.
Perit, bibendo, quiſquis hac
ictus fuit,
Aquis repertis, totus in eas ir-
ruens,
Quouſque nimio turgidus po-
tu crepet,
Vita cadente, ſæua ſic cadit
ſitis.

De hoc in Iuda habemus exẽplum, quem, velut Dipſas, momordit auaritia; vnde argenti potu turgidus, *crepuit medius, & diffuſa ſunt omnia viſcera eius,* vt Apoſtolica narrat hiſtoria. Act. 1. 18.

Chryſoſt. homil. 31. in Geneſ. circa fin. tom. 1. Septimò Diuus Chryſoſtomus ebrio auarum aſſimilat, qui, quò plus bibit, magis ſitit. *Quæ rabies* (inquit) *cogit quotidie à tam moleſta concupiſcentia infeſtari, & numquam ſatiari, ſed deteriùs haberi, quàm ebrij. Nam ſicut illi, quantò magis mero ſe diſtendunt, tantò magis flagrant ſiti, & caminum ſuccendunt minùs tolerabilem: ità nimirum & iſti, qui ſe tyrannidi auaritiæ ſubiecerũt, nullum cõcupiſcentiæ finẽ ſciunt, ſed quantò plùs affluunt, tantò magis flamma creſcit, & caminus ardet validiùs.* Quod etiam confirmant verba Ambroſij ſic dicentis: *Quò plùs vnuſquiſque acquiſierit, plus ſitit, & quaſi quadam inardeſcit ebrietate cupiditatum ſuarum.* Et S. Baſilius loc. ſup cit. ait: *Velut ebrijs occaſioni eſt vini copia & augmentum: ſic & qui repentè ditatus eſt, plura poſſidens plura concupiſcit, & dum perpetuò cumu-*
S. Ambr. lib. 3. de Noe poſt med. ſ. 5.
S. Baſil.

Digitized by Google

lum auget, morbum perpetuò nutrit.

S. Chryſ. homil. 65 in Matt. poſt med. tom. 2.

Octauò, idem S. Chryſoſtomus *febricitanti* comparat auaritiam. *Quemadmodum*, inquit, *qui acute bilis feruore febricitant, non ſolum extinguunt ardorem potu, verùm etiam incendunt, atque inflammant: Sic, qui auaritia laborant, cum huic cupiditati omni bili acerbiori pecuniam afferunt, maiori ſeipſos flamma incendunt.* & huic comparationi concordant verba Ambroſij dicentis: *febris tua auaritia eſt.*

S. Ambr.

P. Aug. ſer 25 de verb. Domini, ant. med. tom. 10.

Nonò. P. Auguſtinus de iſta etiam inſatiabilitate loquutus, dixit, voraciorem eſſe voracibus beſtijs; & dat rationē; *Tunc enim* (inquit) *rapiunt, quando eſuriunt: parcunt verò prædæ, cùm ſenſerint ſatietatem.* At non ità eſſe auari famem, quia nunquam expletur, & in hoc aſſerit ſingularem, ideò ſubdit: *Inexplebilis eſt ſola auaritia diuitum, ſemper rapit, & nunquam ſatiatur.*

S. Ambr. ſer. in Domin. oct. poſt Pent. circa med. tom. 5

Simile quid de vitio gulæ docuit S. Ambroſius; de quo ait, abundantia ſatiari, & auaritiam, copia augeri. *Interdum* (inquit) *pueris gulæ nimiùm deditis, indulgemus, deſideratos cibos auidiùs ſumere, vt nimietate ipſa ſatiati horreſcant, & auertant ſe de reliquo ab huiuſmodi cupiditate. Auaritia tamen nihil tale patitur, ſed quantò plus inuenerit, tantò amplius quærit.* Eo hoc expreſsè dixit Iob verbis illis: *Nec eſt ſatiatus venter eius.* Vbi Gre-

Iob 20. 20

S. Gregor. tom. 1.

gor. lib. 15. mor. c. 12. ſic ait: *Venter quippe iniqui auaritia eſt, quia in ipſo colligitur quidquid peruerſo deſiderio glutitur. hęret verò, quia auaritia deſideratis rebus non extinguitur, ſed augetur.* Sed hoc etiam experientia probat, & quàm periculoſa ſit, magis manifeſtat. Iſta ergo de illius inſatiabilitate ſufficiant, & ad pœnalitatem oſtendendam procedamus.

Pœnalis.

Ita ſanè eſt, & dicitur, quia cruciatibus plena eſt, præſertim interioribus, qui duriores ſunt, & horribiliores, de quibus nunc ago, cùm voco pœnalem, teſte Apoſtolo dicente: *Quam quidā appetentes, inſeruerunt ſe doloribus multis.* Vbi Theophilactus ſic ait: *Quippe, qui cupiditate tenentur, mœrent, dum viuunt, & dolent, quod explere auidiſſimum animū habendi, nequeant.* Notat autem notanter dici, *inſeruerunt*, quia diuitiarum curæ, veluti ſentes ſunt, mentem cruciantes: *Quæ undequaque*, inquit, *vbi ipſum attigeris, innatis aculeis, manus cruentant, inſtigantq. verbera, & doloribus angunt.* Quod confirmat auctoritate Domini ſpinas vocantis diuitias, quod aliquibus poterat difficile apparere, cùm videantur potiùs delectare, quàm cruenta-

1. Timot. 6. 10.

Theophil.

Matt. 10.

re.

Digitized by Google

re. Tamen veritas ipſa parabolam ſuam dignata eſt explicare, ne hoc incredibile alicui appareret. Cuius rationem etiam Gregorius reddit his verbis: *Quia cogitationum ſuarum punctionibus mentem lacerant, & cum vſque ad peccatum pertrahunt, quaſi, inflicto vulnere, cruentãt.*

Greg. ho. 35. in Euang. circa med tom 3.

Dolores autem illi *multi* dicuntur à Paulo, quia non vno tãtùm modo cruciatur auarus, ſed multis: præcipuè autem amore acquirendi, & timore perdendi; de quibus loquens Beatus Laurentius Iuſtinianus ſic ait: *Si ad terrena concupiſcenda, & ad diuitias cumulandas cor inhiat, tranquillus, & quietus eſſe homo nullatenus poſſet, quia, aut non adepta concupiſcit, vt habeat, aut acquiſita metuit, ne amittat.* Et ſanè de pœna, quæ in acquirendo ſentitur, loquitur expreſsè Diuinus Spiritus, cùm dicit per Sapiẽtem: *Peccatori dedit Deus afflictionem, vt addat, & congreget.* Quod *permiſſiue* intelligendum eſt, iuxta Lyranum, & de pœnalibus affectionibus, vt ſunt *timor, dolor, triſtitia, conſcientiæ remorſus*, ſecundùm Carthuſianum, teſte Lorino.

B. Laur. Iuſt. in lig uire de paup. c. 2.

Eccleſ. 2. 26.

Lyran.

Lorin.

Et habemus de hoc exempla innumera, tam vetera, quàm moderna, ſed duo irrefragabilia proferam ex ſcriptura diuina.

Primum in *Achab Rege Samariæ*, de quo in lib. Reg. narratur, quod vineam Naboth concupiuit; & quia fuit negata, dicitur ibi, quòd venit in domum ſuam: *Indignans, & fremens*, quæ ſunt verba indicantia vehementiam doloris interni: qui adiecit etiã alios, ſcilicet, ſolatium non admittendi; ideoque ſubditur ibi, auertiſſe faciem ſuam ad parietem: deinde cibum non ſumendi, vt oſtendunt verba vxoris iniquæ dicentis: *Quid eſt hoc, vnde anima tua contriſtata eſt, & quare non comedis?* Vide dolorem animi, redundantem etiam ad dolorem corporis per eſuriẽ, vt corpus eſuriens teſtetur mentis eſuriem non ſatiatam. Quod factum Ambroſius conſiderans, ait: *Lugent diuites, ſi non potuerint aliena diripere: ſi ſuis pauper nõ ceſſerit facultatibus; vim mœroris tegere non poſſunt.* Et ſubdit ibi, adeò vehementem fuiſſe dolorem ex vineâ denegatâ, vt propterea non ſumeret panem, vt ſic periret, eligens magis mori, quàm viuere ſine cupitis. vide quantus dolor ſit iſte internus, & quàm deplorãda miſeria. *Certè*, inquit, *non manducauit panem ſuum, volens ſe morte mulctare, quod ei aliquid negaretur.* Subdit autem mundum plenum eſſe Achab: *Noe vnus*, ait, *Achab natus eſt, ſed quod peius eſt, quotidie Achab naſcitur, & nunquam huic ſeculo moritur: ſi vnus occidat, aſſurgunt multi.*

3 Reg. 21 num. 4. num. 5. *Ambroſ. lib de Naboth. to. 1*

Secundũ exemplum ſit in *Antiocho*,

tiocho, qui audiens Ciuitatem Elymaidem, in Perſide nobiliſſimam, & copioſam in argento, & auro, Templumque in ea locuples valde, *quæſiuit capere, & depredari eam*, vt legitur in 1. lib. Machab. At quia non potuit, ſubditur ibi, *Abijt cum triſtitia magna*. Vbi notandum eſt, quãlibet triſtitiam non dici, ſed *maguam*: at non mirum, quia auari pœnæ acerbitas in affectu, exprimitur in effectu. Proinde de illo dixit Baſil. *Cupiditate plura conſequendi, ſe magis excruciat*.

1. Mach. 6. 1. num. 4.

Baſil. ho. 21. in aliquot. loc. Scrip. aut. med.

De pœna autem, quam ſuſtinet in conſeruando, loquitur ſanctus Iobus, *Cum ſatiatus fuerit*, id eſt, acquiſierit, ſiue obtinuerit concupita: nam de abſoluta ſatietate non eſt hoc intelligendũ, iuxta ſuperius dicta. Quid igitur ſequitur poſt acquiſita bona? ſubditur: *arctabitur*, id eſt, anguſtiabitur, iuxta expoſitionem Gregorij ſic dicẽtis: *Priùs quippe anhelat per auaritiam concupita congregare, & cùm quaſi in quodam ventre auaritiæ, multa cõgeſſerit, ſatiatus arctatur; quia dum anxiatur, qualiter acquiſita cuſtodiat, ipſa eum ſua ſatietas anguſtiat.* & in confirmationem adducit parabolam hominis diuitis apud Lucã dicentis: *Quid faciam? quia non habeo quò congregem fructus meos, &c.* Qui ergo, inquit ſanctus Doctor, *ex abundantia coanguſtatus dicebat, quid faciam? quaſi multo cibo preſſus æſtuabat.* Et ideo notat, ſtatim ſubdi, *æſtuauit, & omnis dolor irruet in eum. Priùs namque*, ait, *dolorem habuit in ipſa ſuæ concupiſcentiæ ſatigatione, qualiter concupita raperet, qualiter alia blandimentis, alia terroribus auferret: at poſtquã, acquiſitis rebus, peruenit ad deſiderium, alius hunc dolor fatigat, vt cum ſolicito timore cuſtodiat, quod cum graui dolore memimit acquiſitum*. De qua pœna, & dolore loquens ſanctus Baſilius, plures cauſas, vnde conſurgant, enumerat, dicens: *Eius animam, hæ curæ continuò mordaces abſumunt; canis latrat, auarus putat furem eſſe, mus fortè perſtrepit, & auari cor ſalit, quẽlibet, vel puerũ ſuſpectũ habens: filios iam grandes, vt inſidiatores aſpicit, quòd eorũ iam ætas, ſucceſſionem expetere videtur*. Et ſanctus Bonauentura ad propoſitum ſimilia profert, docens, omnes, quaſi mutuata à mundo habere bona præſentia; magnã tamen vſuram pro eis diuites auaros exſoluere, pœnarũ ſcilicet, & afflictionum, non in quæſtu ſolùm, ſed & in eorum cuſtodia. *Quantam*, inquit, *putas Principes, & Potentes, & diuites huius ſæculi vſuram omni tempore exſoluerunt pro mutuo ſuo, & anxietatis, & occupationis, & afflictionis? & quomodo ambiant aliena? quomodo augeant, & cuſtodiant ſua? qua timent*

Baſil. loc. prox. cit.

Bonau. de proceſſ. religi. c. 7. to. 2. opuſ.

Greg. lib. 15. mor. c. 13. to. 2

Luc. 12. 17.

Job 20. 22.

timent perdere per amicos, & inimicos, per fratres, vxores, & filios auferri? à potentiori, timent violentiam: ab inferiori, furtum: ab æquali, fraudem. De nullo ad plenum confidit auarus, omnes ſuſpectos habet. Et ſubiungit, his omnibus non poſſe carère, & per conſequens neque non dolère; qui ſanè dolor inquietis carentia ſentitur maximè. Hinc ſententiosè dixit Chryſologus, potiùs dici diuitem cruciatu, quàm nummi guſtu. *Auri,* inquit, *cuſtos, ſeruator argenti, ſecuritatem nō habet: neſcit quietem: & cui deeſt ſecuritas, quies perit: pœna diues eſt ille, non cenſu.* Et D. Gregorius ait, tot eſſe dolores, quot ſunt cauſæ timoris. *Quia,* inquit, *timor ipſe, pœna eſt, tanta infelix patitur, quanta pati timet.*

Chryſol. ſerm. 22. ant. med.

S. Gregor. loc. ſup. cit.

Eſt autem pœna iſta, qua timētur perdere acquiſita, acerbior illa, qua acquiruntur. Et P. Auguſtinus rationem adducit, *Quia arctiùs adepta, quàm concupita conſtringunt*, vtique affectum: & ideo amiſsio magis timetur, quia iam diuiti incorporata censētur; & propterea, vt ipſe ſubdit, *velut membra præciduntur*, & conſequēter cum dolore maiori, qui in diuiſione ſentitur. Vnde Ambroſius notat, *diuitias* inde dictas, *quòd mentem diuidant*, & hinc dilacerationem cauſare. Quod probat factum adoleſcētis, qui Dominū adijt hilaris, & abijt triſtis. Dixit enim Domino: *Quid faciens, vitam æternam poſſidebo?* Et reſponſum illi fuit: *Omnia quæcunque habes, vende, & da pauperibus.* Subiungit nanque ibi Euangeliſta: *His auditis, contriſtatus eſt.* Et cauſam ſubdit triſtitiæ, *quia diues erat valde.* Quod ſanctus Chryſoſtomus conſiderans, ait: *Perſpice, quanta huius paſsionis vis eſt, cum magna ille diues Chriſtum letitia adijſſet, ita ſuffoſſus, atque obrutus fuit, quia eijciendam eſſe pecuniam audiuit, vt nec reſpondère quidem potuerit, ſed triſtitia, ac mæſtitia preſſus, deceſſerit.* Et Pater Auguſtinus notat, non dixiſſe Dominum ſolùm, quod ſua venderet, & erogaret pauperibus, ſed protinus addidiſſe: *Et habebis theſaurum in cœlo:* maius lucrum ſignificans, & ſecurius: *Non, vt perdas, iuſsi, ſed vbi ponas, ſuggeſsi: pone ea in cœlo, quia in terra impediunt:* Et tamen ita arctum fuiſſe, & intenſum bonorum temporalium amorem, vt ea bonis cœleſtibus anteponeret. *Vitam æternam* (inquit) *deſiderabat: ſed plus amabat, quod tenebat.* Quia, ſcilicet, illam à longè cernens, iſta iam tenens.

Auguſt. epiſt. 34. ad Paul. poſt med. tom. 2.

S. Ambr. lib. 2. de Abrah. c. 8. circa fin. tom. 1.

Matt. 19

Luc. 18. 18.

num. 22.
num. 23.

S. Chryſoſt homil. 44 in Matt. tom. 2.

Aug. ſer. 233. de temp. c. 2. & 3. tom. 10.

Theophilactus exiſtimat, iuuenem iſtum, non verè æternam vitam quæſiſſe, ſed æternaliter frui diuitijs, quas iam poſsidebat: quia exiſtimat, ita illis inhærere auarum, vt non cogitet aliam vi-

Theophil in Luc.

tam ſupernã, ſed ſe perpetuare in terra deſideret, vt potiatur quæſitis, quibus inſeruit. Quod dicit his verbis: *Vt autem auaro promiſit cæleſtem theſaurum, non attendit ille, ſeruus enim erat pecuniarum. Ideo, vt audiuit, abijt triſtis, eoquod poſſeſſionis priuatio eſſet ei dicta, propter quã ipſe æternam vitam deſiderat, quò poſſit perpetuò diuitijs frui.*

Perſpice quæſo, frater chariſſime, diligenter diuitiarum caducarum vim magnam ad alliciendum, & captiuandum humanum cor, certè non quilibet dolor eſt in abſciſsione earum, ſed *cordis* dolor, vt dici ſolet, ad vehementiam explicandum. Cùm enim auari cor, ſit conglutinatum perituro theſauro, iuxta illud verbũ Dominicum, *Vbi eſt theſaurus tuus, ibi & cor tuum erit*; quoties timetur amiſsio, vel fit pecuniarum abſciſsio, ſit cordis diuiſio. Et dolor contingit, quem explicare nequit, niſi, qui probat.

Matth. 6. 21.

Proſequitur idem propoſitum.

SEd adhuc video turbatum Herodem, & turbam magnam cum illo: audito enim nuncio de Rege nouo quæſito, *turbatus eſt*. Sed quare turbatus? Ex timore poſſeſſionis terrenæ, quam poſsidebat tyrannicè: auarus namque erat, his perituris infixus. Audi Bernardum: *Succeſſorem ſuſpicatus, expauit*: Vide timore correptum, quem poſſederat auaritia. Sed numquid ſolus? *Et omnis Heroſolyma cum illo*. Quia ferè omnes, & præcipuè principes Sacerdotum, & Phariſæi auaritię ſuæ reformationem timebant, cui maximè ſeruiebant, per nouum Regem natum, qui flagello ſuo, ementes eos, & vendentes in templo, eiecturus erat, & menſas nummulariorum euerſurus, & ſeuerè de latrocinio per auaritiam commiſſo, publicè arguiturus; propter quod ſpecialiter legitur apud Marcum, quod infanientes principes Sacerdotum, & ſcribæ, quærebant perdere eum, qui de cœlis perditos eos, miſericorditer lucraturus deſcenderat.

Matt. 2. 3.

Bernar. ſer. 3. de Epiph. ante med.

Matt. 21. 15.

At tunc maximè dolor iſte intenditur, cum, morte adueniente, inuitus cuncta relinquit: quem diuinus Spiritus per Sapientem expreſsit, cùm dixit. *O mors, quàm amara eſt memoria tua homini pacem habenti in ſubſtantijs ſuis!* Vbi ſpecialiter eſt notandum, quòd ſi ſola ipſa mortis memoria ſic fùrit, quid faciet cùm adfuerit? id certè exprimi nequit. Hinc multipliciter torquetur dum viuit, non tantùm ex alijs cauſis, ſed ex iſta præcipuè, quia cogitat ſe moriturum, (cùm, teſte Apoſtolo. *Statutum ſit hominibus ſemel mori.*) Et ſaltem tunc chara omnia, ſe relicturum.

Eccli. 41. 1.

Hebr. 9. 27.

Sed his omnibus alia vehemẽs cru-

Digitized by Google

cruciatio additur, vtique inopia ex acquisitione orta, & custodia. Ex eo enim, quòd sẽper cupit augere: constat eum continuò egére, prout ait Psalmista, Psal. 33. 11. : *Diuites egerunt, & esurierunt*. At quare in abundantia egerunt? Respondet Augustinus: *Quia plura volebant acquirere, quàm tenebant*. P. Augustin. ibid. Et est mentis egestas amarior corporali, quia corporalis hilaritate mulcetur, iuxta illud, Prou. 17. 1. *Melior est buccella sicca cum gaudio, quàm domus plena victimis cum iurgio*. Per quod optimè intelligi potest internum dissidium existẽs in corde auari: Rom. 2. 15. *Testimoniũ reddente illi conscientia sua, & inter se inuicem cogitationibus accusantibus*. Mentis autem inopia augetur copia, & hinc cruciatur sine solatio.

Et de hac egestate interna in libris de Ciuitate Dei est idem P. Augustinus loquutus, sic dicẽs: P. August. lib. 7. c. 12 tom. 5. *Diuites pecuniosi, sed interiùs egeni, si cupidi*. Hinc duo, quæ incompatibilia apparent, simul in auro iunguntur, maior, videlicet, copia, & maior inopia. S. Ambr. lib. de Nabuth. c. 2. tom. 5. *Non vult* (inquit Ambrosius) *esse degener in votis, pauper in desiderijs: ita duo intolerabilia simul iungit, vt ambitiosam spem diuitijs augeat, & non deponat mendicitatis affectum*. Vnde cor premens anxietas oritur, cũ, copia aucta, augeri deberet lætitia, pulsa tristitia. At hic est effectus auaritiæ, vt notat Basilius: *Studium namque* (ait) *habendi, contrarios eorum voluntati parit affectus: non enim eos tantum ob iam parta, non exhilarat, verum ob ea, quæ deesse videntur cupiditati, potiùs angit*. S. Basil.

Ex custodia item prodit inopia, quia, ne custodita minuatur, parcit expensis, & tenuiter viuit, & miserè. Et hinc ex timore torquetur in corde, & ex tenuitate in corpore, de quo inferiùs trahabitur vlteriùs. His ergo pœnis, & doloribus, quibus cor cruciatur auari, bene consideratis, exclamat Augustinus: *O auaritia abyssus insatiabilis, quæ nunquam dicis, sufficit, semper famescis, semper doles, semper tristaris in cunctis*. P. Augustin. serm. 48. ad Eremicire. med. tom. 10.

Laboriosa.

Quia laborat auarus intus, & foris, id est, in corde, & in corpore. De quo labore loquens diuinus Spiritus per os Sapientis, de auaro ait: *Laborare non cessat*, Eccl. 4. 8. vtique *acquirere cum magna, & animi, & corporis afflictione*. vt ibi Lyranus exponit, Lyran. & ideo dicit, concludi ibidem, quòd sit *afflictio pessima*. Et sanè pœna interior supra probata, internum probat laborem. quid enim aliud hic est, quàm animus ipse fatigatus dolore? tamẽ rursus hìc non solum hunc laborem cordis probamus, verùm etiam corporis, vt duplex consideratus,

& multipliciter roboratus, faciliùs abhorreatur, & sic auaritia animosiùs contemnatur.

Est autem notandum, dupliciter dolorem corporis hìc experiri. Primò, per redundantiam ex interno dolore, & mœrore; propter sympatiam, & dependentiã, quæ inter corpus, & animam intercedit. Vnde, animo læso, lædi quoque corpus conspicitur, vt probant verba diuina: *Spiritus tristis exiccat ossa*. Prou. 17. 22. Prouerb. 17. *Et sic* (inquit Lyranus) *abbreuiat vitam*. Lyran. Quod expertus fuit in se pro nobis Dominus Iesus, cum in horto dolenter dixit: *Tristis est anima mea vsque ad mortem*. Marc. 14. 34. Et alter S. Euangelista testatur, corporis laborem tantum fuisse, vt vsque ad sanguineum copiosum perueniret sudorem. Luc. 22. 44.

Secundò, quia corporalis hic labor etiã contingit, ex eo, quod operatio propria corpus ipsum debilitat, quod sic fatigatum lassatur.

Et de vtraque lassitudine reddimur certi ex attestatione illorum, qui dixerunt: *Lassati sumus in via iniquitatis, & ambulauimus vias difficiles*: quia, vt ibidem notauit Lyranus, maiores frequenter labores suscipiunt peccatores pro adimplendis concupiscentijs, quàm pro iustitia electi. illi autem auari erãt, propterea subiungebant: *Quid nobis profuit superbia, & diuitiarum iactantia quid contulit nobis?* Sap. 5. 7. num. 8. Nam, vt posuimus, & infra constabit, superba, & vana est auaritia: cuius labore tam vehementer quædam torta fuit, vt de ea testetur scriptura Diuina, quòd *Defecerit anima eius, & ad mortẽ vsque lassata sit*. Dalila In die. 16. Quod factum Abulensis expendens, sic dicit: *Debilitabantur vires eius, & immutabatur color, & toto corpore deficiebat, ita, vt moritura videretur*. Abulens. ibid. q. 17 tom. 10. Reddens autem rationem tam vehementis passionis, ex duplici causa contigisse, affirmat. Prima, propter amaritudinem animæ, & solicitudinẽ quotidianam, quod se videret à Samsone repelli, nolente ei respondere: passio autẽ animi ex ratione assignata in corpus redũdat. Secunda, quam dicit præcipuam, auaritia erat. Promiserant enim illi Principes Philishynorum singuli mille, & centum argẽteos, vt in textu sacro narratur, si eis traderet Samsonem ligatum: Samsone autem non respondente, exequi hoc non valebat, & quia iam diù ei quidquã respondere renuebat, putauit, quod nunquam lucro exoptato frui posset, & ob id anxiabatur ad mortem. Et rationem subdit prædictus Doctor: *Quia sicut, qui ardenter amant, nisi fruantur amato, desiccabuntur: ita si quis insanè moueatur desiderio alicuius honoris, vel lucri magni, si nõ assequatur illum, tabefactus deficiet:*

Digitized by Google

ciet: & ſic Dalila peribat, quæ iuxta modum fœminarum, tam laudis, quàm pecuniæ cupida valdè erat, & nunc videns vtrũque ſibi ademptũ, inconſolabiliter mœrens, deficiebat toto corpore, & extenuebatur. Hæc iſte Doctor.

Sed audiamus adhuc Prophetam Regium mirabiliter de hoc Pſ. 7. 15. loquentem: *Ecce* (inquit) *parturijt iniuſtitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem.* P. Auguſt ibid. to. 8. Vbi P. Auguſtinus ſic ait: *Quid enim conceperat, vt iniuſtitiam parturiret? Concepit, inquit, laborem.* Notat autem internum hunc eſſe, quo auertitur quis à Deo, conuerſus ad creaturam ex concupiſcentia terrenorũ bonorum, quæ iniuſtè extorquére alteri cupit, num. 16. propterea ſubdit: *Lacum aperuit, & effòdit eum.* Per lacum autem, ait, res terrenas ſignari, in quibus auarus fraudes parat, & tunc aperiri, *cùm conſẽtitur malæ ſuggeſtioni terrenarũ cupiditatum.* Et in conſenſu iſto ponit laborem internum, qui intus concipitur, & inde apoſtatur à Deo: tunc verò *effòdi, cùm poſt conſenſionem, operationi fraudis inſtatur.* Et ecce operatio, in qua eſt etiam corporis fatigatio. Aduertit tamen, maiorem læſionem eſſe, quam ipſe auarus hinc incurrit, quàm illã, quam alteri inferre intendit, quia in crumena læditur iſte: ille, in anima. *Sed vnde*, inquit, *fieri poteſt, vt iniquitas priùs lædat hominem iuſtum, in quem procedit, quàm iniuſtum, vnde procedit? Itaque fraudator pecuniæ v. g. dum cupit alium damno lacerare, ipſe auaritiæ vulnere ſauciatur.* Et inæqualitatem vulneris ſubdit, dicens: *Quis, vel demẽs, non videat, quantũ inter hos diſtet, cùm iſte patiatur damnum pecuniæ, ille, innocentiæ? incidet ergo in foueam, quam fecit.* Et læſionis, & laboris iſtius præcipua portio ſignatur, cùm ſubditur: *Conuertetur dolor eius in caput eius.* num. 17. P. Aug. Pater Auguſtinus legit, *labor*, qui quidem eſt maior; ideo in caput conuerti dicitur, quod eſt membrum præcipuum, & nobilius, ac magis ſenſitiuum, in quo omnes ſenſus vigent.

Sed adhuc notatu quidem dignum videtur verbum illud, *effòdit*, per quod laboris magnitudo ſignatur, ad quem animoſè ſuſcipiendum, pro inquiſitione ſapientiæ inuitat Sapiens, cùm dicit: *Si quæſieris eam quaſi pecuniam, & ſicut theſauros effoderis eam.* Prou. 2. 4. Vbi cum ſolicitudine auari, & labore corporis fit cõparatio, qui in effoſſione terræ inſumitur, dum moles terræ foditur, vertitur, educitur, & eijcitur, vſquequò eius viſcera penetrentur, vbi concupitũ aurum gignitur, & inuenitur. Proinde verba iſta expendens Sanctus Hieronymus, ait: *Si tanta cura quæſieris ſapientiam, quanta cupidi* S. Hieron. ibidem in indice.

quæ-

quærunt pecuniam. Non est autem cura sine mētis labore. Et de illo corporis in effossione signato S. Doctor subiungit: *Qui verò thesauros effodit, eijcit rudera terræ, & facit in altum soueam, sedulus insultat labori, donec ad thesauros, quos quærit, attingat.*

Laborem etiam hunc longa testantur itinera, & nauigationes longinquæ, ac continuæ vigiliæ, quæ non sinunt auarum quiescere, & dormire anhelantem ad lucrum. Vigilia autem, maximè carnis est mortificatiua, teste Sapiente dicente: *Vigilia honestatis tabefaciet carnes*. Vbi vigiliæ attribuitur tabefactio, quæ, si honestatis fuerit, merebitur cœlum: infernum verò, si sit iniustitiæ, qualis est auaritiæ. De cuius labore, & dolore dixit etiam Sapiens: *Cuncti dies eius* (id est auari) *doloribus, & ærumnis pleni sunt*. Et causa vna tanquam præcipua subditur istorum laborum, vigilia, scilicet, *nec per noctem mente* (inquit) *requiescit*. Hùc pertinent carmina Nazianzeni, auarum sic alloquentis.

Eccli. 31. 1.

Eccle. 2. 23.

S. Gregor. Nazian. lib. 22. num. 14. tom. 2.

Longos labores tu quidem forsan capis,
Vigilasque curis anxius noctu, & diù
Sic, vt voluptas sit minor, quàm taedia.

De vtroque denique labore mentionem fecit Psalmista, cum dixit: *Diripiant alieni labores eius*; ideſt, diuitias laboribus acquisitas, vt ibi Lyranus exponit. Et S. Bernardus ait, *Cum labore peruenit homo ad hoc, quod cupit, cum timore possidet, cum dolore amittit.*

Ps. 108. 11.

Lyran. Bern. ser. de vnde. cim. omn.

Videant nunc auari, qui laborem sic abhorrēt pro Deo, quantum tota vita pro nummo suscipiant, & quidē infructuosè, quos ideò Dominus per Isaiam redarguit, dicens: *Quare appenditis laborem vestrum non in saturitate?* Hæc nāque est frustrationis ratio, insaturabilitas: prætendit namque sic saturari pecunijs, & plus inde famescit, vnde magis langueſcit, & ita in vanum laborat, vt magis infra patebit.

Isa. 55. 2.

Videant nunc, quomodo sint Christiani, quorum magis interest laborare pro cœlo, quàm pro sæculo, teste Augustino dicente: *Ideo Christiani facti sumus, vt semper de futuro sæculo, & de æterno præmio cogitemus, & plus pro anima, quàm pro sæculo laboremus.*

P. Aug. serm. 205 de temp. tom. 10.

Penuriosa.

Profectò, non tantùm intus, vt supra ostendimus, sed etiam foris, ideſt, in corpore, vt ibi insinuauimus, & hìc probabimus. Et Primò, ex verbis Sapientis, sic de auaro loquentis: *Non satiabitur pane indigens*. Sed quare in abundantia positus, non abūdat, sed cruciatur penuria? Respondet Lyranus ibidem: *Nam*

Eccli. 14. 10.

Lyran.

ex

ex auaritia nimia non poteſt bonis habitis vti. Et ideo egenus eſt, licèt in diuitijs ſit. Proinde in Prouerb. dicitur: *Eſt quaſi pauper, cum in multis diuitijs ſit.* Cur non abſolutè pauper, ſed additur *quaſi*? quia in ſe diues eſt, cum affluat bonis, quia tamen illis non vtitur, perinde eſt, ac ſi non haberet, & ideo, càm diues ſit, ſicut pauper efficitur, ærumnoſus mendicus. Vnde ibi notat Lyranus, propterea increbuiſſe Prouerbium, teſte Hieronymo: *Auaro deeſt, tam, quod habet, quàm, quod non habet.* quia propter auaritiam ſuam, *bonis habitis non vtitur*.

Prou. 13. 7.

Lyran.

Hinc, ne alijs appareat tenuitas, & vilitas cibi ſui, palam manducare erubeſcit, & ita fugit, Quod, teſte Hugone, ſignificauit diuinus ſpiritus, cum de auaro ſic dixit: *Cūctis diebus vitæ ſuæ comedit in tenebris:* quod ipſe intelligit *in nocte*, ne interdiù videatur ex motiuo allato, quod ex ſequentibus ſufficienter euitur, dum ſubiungitur, *& in curis multis, & in ærumna, atque triſtitia*. Quid eſt enim ærumna, niſi penuria? Igitur ex hac in tenebris comedit. Quod poteſt intelligi, etiam non expectatis tenebris noctis, ſed ſecreto loco quæſito, prout verbū illud in Euangelio intelligitur, iuxta Lyranum: *Quod dico vobis in tenebris*, id eſt, in ſecreto, ſeu priuato, *dicite in lumine*, id eſt, palàm. ſic igitur in tenebris auarus edit, quatenus publicum fugiens, ſecretum petit, ne vilitatis, & tenuitatis cibi ſui appareat turpitudo.

Hug. Car. Eccle. 5. 16. Lyran. Matt. 10 2. 7.

Ex quo etiam augetur labor, & dolor, vnde ſubditur comedere *in triſtitia*. quod verbum ſimiliter additur, apud Eccli. citatum, *in triſtitia erit ſuper menſam ſuam*. quia, nimirum, ſubtrahit ventri, quod theſauro impendit, quæ quidem miſeria magna eſt, & peruerſio, cum bona, quæ dedit Deus, vt illis vtamur, theſaurizamus ex auaritia, nobis ieiunis. quod ſatis inſinuatur verbis ſequentibus: *Hoc itaque mihi viſum eſt bonum, vt comedat quis, & bibat, & fruatur lætitia ex labore ſuo*. Et poſt pauca ſubditur, *hoc eſt donum Dei*. Licèt enim temporalia iſta, inter dona Dei, ſint minima, tamen à Deo ſunt, vt vtamur illis, quod quia cum gaudio fit, ideo illis dicimur frui: non quidem eo ſenſu, quo fruitio dicit adhæſionem voluntatis ad aliquid, *vt ad vltimū finē*; quomodo P. Aug. dixit, peccatum conſiſtere *in frui vtendis*, quæ ſunt creata cuncta, *& vti fruendis*, qui eſt ſolus Deus.

Eccli. 14. 10.

Eccle. 5. 17. num. 18.

Hanc igitur inordinatam famis miſeriam, & auari inopiam Gregorius Nazianzenus teſtatur benè condignam eſſe pœna Midæ puniri, cui omnia in aurum fuerunt verſa, & ſic ille fame mi-

miſerrimè perijt, quia omnia ex auaritia in aurum optabat conuerti, & famelicus pane renuit ſaturari, quod ſequentibus verſibus narrat.

Nazian. lãbic. 22. nu. 2. to. 2

Vt Midæ in aurum, ſic tibi verti omnia
Sanè decebat: par tibi pœna, vt foret.
Iuſtam obtinenti, non probo ex voto famem:

Ita enim iuſta puniretur fame, ex auaritia inordinata eſuries, quæ, vt omnia in aurum vertat, ſibi penuriam parat. Proindè ſic Ambroſius loquitur de auaro: *S. Ambr. ſer. in Domine. 8. poſt Pent. poſt med. tom. 5.* *Vellet, atque optaret, vt omnia ei in aurum conuerterentur.* Et quia hoc obtinere non valet, quantum tamen poteſt, enititur, ob id ſubdit. *Denique, quod poteſt, frumentum in aurum conuertere conatur: vinum in aurũ mutat: lana ei aurum efficitur: omnes fructus eius, omne negotium, omne, quod mouetur, in aurum vertitur. Interdum etiã, vſuræ arte nequiſsima, ex ipſo auro, aurum naſcitur.* Hæc Ambroſius. Iuſtum ergo eſſet, vt Nazianzenus ait, quod omnibus eis verſis in aurum, ſic periret ex fame, qui ex auaritia non ſaturatur pane. nõ tamen deſinit pœna, & dolor, vt ſitienti contingit, qui in media aqua bibere nequit, vt verbis illis Sapiens dixit: *Eccle. 5. 10.* *Quid prodeſt poſſeſſori, niſi, quod cernit diuitias oculis ſuis?* *Interl.* Vbi Interlinialis ſic ait, *quia non plus vtitur eis, quàm Tantalus ſitiens in medijs vndis.* De quo narratur, quod ſic cruciabatur: ita ergo diues auarus in media copia plenus eſt inopia. Et hæc illi pœna.

Sed video ſtatim mihi in contrarium, illum obijci diuitem auarum: *Purpura indutum, & byſſo, & quotidie epulantẽ ſplendidè.* Vbi patet, in veſtitu ſumptuoſum eſſe, pariter & in victu, qui non rarò ab eo ſic ſumebatur, quod rarò (iuxta illud Poeticum dictum: *Semel in anno ridet Apollo*) apparet licère; at iſte *quotidie* hoc faciebat: non ergo omnis diues auarus, penurioſus arguitur verè. At Reſpondeo, non mirum, hunc ita indui, & cibari ſolitum, quia vanus ſimul, & guloſus erat. Non deerat tamen illi mendicitas, & penuria, ſaltem interior, quæ turpior eſt, cui etiam micæ videbantur deficere, quas mendìco Lazaro ſubtrahebat crudeliter. Auaritia ergo communiter, etiam in corpore, penurioſa eſt. Sed adhuc *Luc. 16. 19.*

Odioſa.

Ratio eſt, quia quemadmodũ beneficẽtia charitas fouetur: ita ſubtractione, vel rapina aufertur: auarus autem, vel pauperi ſubtrahit, *colligendo* manũ, vel rapit, *extendendo*, & ſic illis omnibus odioſus fit, quos ita lædit. Et ob id Doctor Angelicus ex Boetio *S. Th. 1. 2. q. 2 ar. 2. in argum. ſed contra*

di-

Digitized by Google

dixit - *diuitiæ, magis effundendo, quàm coaceruando, nitent.* Et rationem subdit, *siquidem auaritia, semper odiosos, charos facit largitas.*

Et ostenditur magis hæc veritas; quia vnusquisque crudelem, & tyrãnum naturaliter odit: talis autem auarus est, vt infra patebit. Deinde, odium habetur ad hostem, & eò maius, quò hostis communior: at huiusmodi auarus est, iuxta Chrysostomum ita dicentem, *Auarus communis omnium hominum hostis.* Sed quare communis? quia omnium opes cupit facere suas, & quas actu non aufert, animo tollit: Igitur tanquam aduersarius respicitur, &, vt sic, abhorretur.

Chrysost. Hom. 81. in Matt. post a ed. tom. 2.

Et quod maximè notandum est, non solùm à malis, qui vicem rependunt, sed etiam à bonis, qui malum oderunt, id est, malitiam in auaro iniquo, qui iuri suo non renuntiarunt in rebus suis, ipsis inuitis, ablatis, proinde in libro sapiẽtiæ dicitur, quòd in die extrema: *Stabunt in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt*, vtique, *inferendo mala in personis, & laedendo in bonis possessis.* Proinde subditur, *& qui abstulerunt labores eorum*, vt ibi exponit Lyranus.

Sap. 5. 1.

Lyran.

Et est hoc malum ita commune, vt non sufficiat cognatio sanguinis, patriæ, aut charitatis, vt tollat odij istius periculum, quod significauit etiam Spiritus diuinus cùm dixit, *Conturbat domum suam, qui sectatur auaritiam.* dicendo namque *domum*, non solùm conciues, seruos, & ancillas includit, sed filios etiam, & vxorem, quos omnes fastidit, & sic cunctis fit odiosus. Vt etiam confirmat Chrysostomus, dicens, *Quis autem posset omnia persequi, aut exponere, quomodo vniuersis fastidio est auarus, seruis, vicinis, rempublicam gerentibus, agricolis, atque inopibus iniuria lasis, vxori præcipuè, atque liberis, quos, non, vt liberos, sed, vt mancipia, miserrimè solet educare?* Et subdit, quod nullus foret, cui odiosus & exprobabilis non redderetur, si cum illo conuersaretur, *sed mille* (inquit) *doloris, molestiæ, iræ, ac denique derisionis aduersus se argumenta præberet, si communiter omnibus exsibilandus proponeretur.*

Prou. 15. 27.

Chrysost. Hom. 54. in Matt. post med tom. 2.

Et confirmat adhuc hoc historia Abram, & Lot inter quos vinculum strictum intercedebat naturæ, & tamen, quia diuites valde, periculum maximũ lasionis erat in rebus ex altera parte, aut inuicem, & sic mutuæ charitatis, ideoque incipiente dissensione inter eorum pastores, vt ibi legitur, veritus sanctissimus Abram, ne ad ipsum peruenirent, & suum nepotem Lot (semper enim timor, charitatis custos fidelis fuit) elegit potius separari, quàm simul commorando, dilectionem

Genes. 13

peri-

Digitized by Google

periclitari. Vnde ad Lot dixit,
num.8. *Ne, quæso, sit iurgium inter me, & te, & inter pastores meos, & pastores tuos, fratres enim sumus*, quasi sufficiens esset, ferre illud copiosa substantia, ignara lædi, experta lædere. Ideo re-
num.6. medium subdit, *Ecce vniuersa terra coram te est, recede à me, obsecro*. Vbi sic Ambrosius in-
Ambros. lib. 1. de Abrahã c.3. to.1. quit, *tolerabilius putauit, vt copia sequestraretur, quàm gratia demeretur*. Valde enim periclitatur charitas cum substantia, multa, etiam inter eos, quos naturæ vinculum iungit, quia ex amore superfluo ad diuitias perituras, læditur proximus, & auarus redditur odiosus. Vnde etiã
Chrysol. ser. 1. de fil. prodig. clamauit Chrysologus, *Facultates vnitatem scindunt, fraternitatem separant, cognationem spargunt, parentem perdunt, & violant charitatem*.

Et de filio prodigo exemplum subdit, quem pecuniæ amor diuisit à patre; nam, vt Scriptura
Luc. 15. 13. testatur, *Congregatis omnibus peregrè profectus est in regionem longinquam*. Ideo sic sanctus Doctor subiungit. *Ecce quemadmodum sine patre, census nudauit filium: non ditauit: census filium tulit è gremio patris, eiecit de domo, exemit patria, spoliauit fama, exuit castitate*.

Et si quidem ad vinculum gratiæ respicio, Christianos primæuos conspicio, quos adhuc Christi sanguis recens effusus reddebat feruidos charitate, ex auaritia inter se scissos, vt significauit Apostolus, cùm de illis dixit: *Vnusquisque enim suam cœnam* 1.Cor.11 *præsumit ad manducandum: & alius quidem esurit: alius autem ebrius est*. Quia, scilicet, diuites manum misericordiæ claudebãt pauperibus, & inde eis odio erãt, scissi præcipuè corde, quã corpore. Ecce ergo auaritia scissa. Quid est scissa? odio habita. Odiosa igitur est. Et tam potenter, vt vincula nesciat gratiæ & naturæ. *Omnis enim auarus*, vt testatur Ambrosius, *impius est, & sibi, & ceteris nocens*. Et ideo est odiosus, non solùm hominibus, qui parcunt, sed & Deo viuenti, quod horribiliùs est, iuxta Scripturam dicentem, *Odio est Deo impius, & impietas eius*. Quantùm autem malum sit, odiosum esse, volumine primo ostendi. Si ergo *odiosa* est auaritia, fugiatur tanta malitia. Sed est adhuc

Ambros. in. cap.6. epist. ad Timot. ad illa verb. est quæst. magnus, &c. Sap.14.9

Onerosa.

Et primò quidem auaro ipsi, Psalmista teste dicente, *Et in-* Ps.7.17. *verticem ipsius iniquitas eius descendet*. Vbi, iuxta Patris Au- *Aug ibid.* gustini interpretationẽ superiùs positam, de auaritia est sermo. Dicitur igitur *descendere in verticem*, quę summitas hominis est, vt in descensu superioritas ostendatur, & inferioritas in summitate. Quantumuis namque auarus

Digitized by Google

rus per diuitias videatur elatus, manet tamen ſemper inferior, quia eius ſuperior ratio, auaritiæ libidini ſeruit, cuius deſcēſu grauatur; vnde ita ibi Auguſtinus concludit. *Ergo ipſe inferior erit, vt eius iniquitas ſit ſuperior, & in illum deſcendat: quia grauat illum, & onerat, & ad requiem ſanctorum releuare non ſinit.* Et ſubiectionis verticis reſpectu auaritiæ veluti oneris in ipſum deſcendentis, rationem ſubdit, *Hoc*, inquit, *fit, cum in homine peruerſo ſeruit ratio, & libido dominatur.*

Hanc quoque grauitatē maſſa plumbea deſignauit miſſa in os auaritiæ per amphoram deſignatæ, *Zach. 5.* Zachar. 5. vt ſupra cum Gregorio diximus.

Onus etiam hoc Abſalonis ſignabat cæſaries, de qua 2. Reg. *2. Reg. 14 26.* eſt ſcriptum, *quia grauabat eū*. Capilli namque iuxta Patris Auguſtini ſententiam, quemadmodum corporis ſuperflua ſunt, ita ſuperflua bona deſignant, quibus abundant auari: ſunt ergo cæſaries grauans. Ideo ſignanter dicitur ibi, quod ponderabuntur capilli raſi de tali cæſario *ducentis ſiclis*, congruè nanque concordat pecuniæ pondus, oneri ponderato.

De iſto pariter onere Ambro- *S. Ambr. Epiſt. 42. circ. med. tom. 5.* ſius dixit: *Hoc aurum, et argentum, onus habet, fructum non habet. Onus quærentis, eſt ſumptus hæredis.* Et ideo non ſimpliciter onus, ſed vanum dicitur, à quo cupiēs Propheta Regius totum genus humanum releuare, clamauit, dicens: *Filij hominum,* *Pſal. 4. 3.* *vſquequo graui corde?* auaritiæ vtique onerati peccato, *quod mētem* *S. Gregor. l. 14. mor. c. 25. to. 2* (inquit Gregorius) *quam infecerit, ita grauem reddit, vt ad petenda ſublimia, attolli nequaquam poſſit.* Et ſubdit Propheta inordinatæ cupidinis cauſam: *Vt quid diligitis vanitatē, & quæritis mendacium,* ſcilicet, ipſas diuitias, quæ vobis requiē promittūt, & onere laſſant, ideoque mendaces, imo ipſum *mendacium*, & *fallacia* etiam à Domino dictæ apud Matth. 13. 22. *Matt. 13 22.*

Non autem auaro ſoli oneroſa auaritia eſt, ſed omnibus etiam, quibus ipſe bona ſubtrahit, vel tollit. Cum enim diuitiæ ipſæ ſecundùm ſe conſideratæ, homini datæ ſint in bonum illius, quibus viuat, vt dicitur Eccle. 5. 17. ideoque *ſubſtātia* à Domino appellatur *Luc. 15. 12.* Luc. 15. 12. abſque dubio onus corruptibilis corporis portant, ac ſubleuant ex parte ſua. Proinde, qui cauſa diſpendij eſt, dicitur aggrauare, vt conſtat ex reſponſione Dauid Regis Abſaloni filio ſuo facta, ipſum, & fratres ad conuiuium inuitantis: *Noli* (inquit) *fili mi, noli rogare,* *2. Reg. 13 25.* *vt veniamus omnes, & grauemus te*; Vtique tot expenſis. Et Apoſtolus quoque ait, nunquam Theſſalonicenſes grauaſſe, pecunias poſtulando. *Neque enim* *1. ad Theſſal. 24.*

(ait) *aliquando fuimus in ſermone adulationis, neque in occaſione auaritiæ.* Et poſt pauca ſubdit, *cum poſſemus, vobis oneri eſſe, vt Chriſti Apoſtoli.* Exigẽdo, ſcilicet, expẽſas debitas prædicationi. Qui ergo tollit diuitias, quæ ſecundùm ſe leuant naturã, cenſetur illam grauare; & ſanè turpius, & oneroſius, qui eam deſtituit *poſitiuè*, aut *negatiuè*, hoc eſt, vel iniuſtè tollendo bona proximi, aut ſua inopi denegando. ſicque cunctis iſtis auarus redditur oneroſus, & hinc etiam odioſus, vt ſupra probauimus. Eſt ergo auaritia non ſolùm odioſa, ſed ſimul oneroſa.

num. 7.

Vnde de homine ita onerato ſic loquitur Auguſtinus: *Vide hominem oneratum ſarcina auaritiæ. Vide illum ſub hac ſarcina ſudantem, anhelãtem, ſitientem, & laborando, ſarcinam addentẽ.* Et inaniter ſubdit hoc fieri, cum per hoc non poterit ſuam cupidinem ſatiare, quod, ita ſe ſarcinando, intendit. *Quid ex peccato* (inquit) *ò auare amplectens onus tuum, & catenis cupiditatis alligans malam ſarcinam ad humeros tuos? quid expectas? quid laboras? quid inhias? quid concupiſcis? nempe ſatiare auaritiam? O vota inania, & facta nequiſſima! Expectas ergo ſatiare auaritiã? illa te poteſt premere: tu illam non potes ſatiare.* Hæc Auguſtinus. Ex quibus vide onus ſine cupito leuamine, & inde grauius, & ob id fugiendum.

P. Auguſt. ſerm. 22. de verb. Apoſt. circa mediũ ſem. 10.

Infructuoſa

Quidem ſibi *multipliciter*. Primò, *temporaliter*. Secundò, *æternaliter*. *Temporaliter* quidem, vt expreſsè Sapiens dixit. *Qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis.* Vbi Lyranus ſic ait, *id eſt, vtilitatem, quia auaritia non permittit eum vti.* Non tantùm autem verificatur hoc, quatenus dum viuit, illis nõ fruitur, quo ſenſu ſupra, auarum penurioſum oſtẽdimus, ſed quia frequenter etiam abbreuiatur vita, & frui acquiſitis non ſinitur. Quod apertè oſtendit parabola diuitis Luc. 12. cui dictum fuit, *Stulte, hac nocte animam tuam repetent à te: quæ autem parauiſti, cuius erunt?* quaſi dicat, fruſtraberis fructu, quem ita auidè collegiſti.

Eccle. 5. 9

Lyran.

Luc. 12. 20.

De æterna autem ſterilitate eſt etiam manifeſtum ex parabola Dominica, *Spinis*, diuitias aſſimilante: At conſtat has ſteriles eſſe. Et vt Chryſoſtomus notat: *Nullum, quemadmodum vepres, fructum producentes.* Licèt enim de delicijs Doctor ſanctus loquatur, tamen de illis loquitur, quatenus ex diuitijs ortum habent, quas ſpinis compararuerat Dominus, ideoque meritò in diuitias refunditur ſterilitas, vtique æterni fructus, qui vita æterna eſt.

Matt. 13. 22.

Chryſoſt. ibid. to. 2.

At

Digitized by Google

At hìc maximè eſt notandum, non tantùm in ſe auaritiam infructuoſam eſſe, vt ex ſpinis patet, quibus aſſimilatur ſed adhuc impedire fructum frugiferi ſeminis, quod eſt verbum Dei, vt ſic ibidem narratur, *fallacia diuitiarũ ſuffocat verbum*. Et ità ſine fructu efficitur. Quid eſt enim ſuffocàre? creſcere, & cumulum facere, & ita impedire, ne germinare poſsit. Et ideo ſuperiùs dicitur, *creuerunt ſpinæ, & ſuffocauerũt.* ſed quando creſcunt, & cumulũ faciunt? quando reconduntur, & pauperibus non diſperguntur. Si enim ſic diſpergerentur, non cumularentur, & ſemen Dei non ſuffocarẽt. *Diuitiæ enim*, vt Theophilatus hìc notat, *quando diſperguntur, non ſuffocant*. Et teſtatur Propheta de quodam, qui nõ cumulabat, *diſperſit, dedit pauperibus*. Et quia ita non poterant ſemen diuinum ſuffocare, fructus ſubditur æternæ vitæ, *iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi*. Cui veritati Gregorij doctrina concordat, ſic de auaro loquentis, *fructus quippe ex illis caperetur, ſi eas benè ſpargere, non amãdo, voluiſſet: qui verò, eas diligendo, retinet, hic vtique ſine fructu delinquet*.

num. 22.

num. 7.

Theophil.

Pſ. 111.9.

Greg. lib. 3. paſt admonit. 21 poſt med. tom. 3.

Sanctus verò Baſilius homil. 6. in ditiſc. auar. poſt med. puteorũ aquis diuitias comparat, quę, quò frequentiùs hauriuntur, eò puriores, & ſalubriores fiunt, ideoque eorum vtilitas experitur: Si verò quieſcant, & non hauriantur, inutiles, imò nociuæ fiunt: Sic diuitiæ, ſi à theſauro non extrahantur, & pauperibus elargiantur; quæ tamen, ſi extractæ diſtribuerẽtur, fructiferæ maxime redderentur. *Nam* (inquit) *& putei continuò exhauſti & copioſiore, & pulchriore admodum fluunt aqua: dimiſſi verò, & quieti, facile putent: ſic & opes conditæ, quieſcentesue, inutiles: motæ verò, & translatæ, publicum commodum, & fructum pariũt quarum gratia ò quanta tibi laus eijs, quæ beneficium acceperunt, perueniet! quam tu caue contempſeris*. Et quod melìùs eſt, ſubiungit. *Quanta verò à iuſto iudice merces? cui tu diffidere nolis*. Auarus autem in hoc delinquit, quia cuncta ſua bona recondit, nec alijs diſtribuit, nec ſibi. ideoque ſterilia fiunt, nullum fructum reddentia. Proinde Angelicus doctor ex Philoſopho dicit, *Auarus nulli vtilis eſt, ſed nec ſibi ipſi*.

S. Th. 2. 2. q 119. ar. 3. in corp.

At ita diuitijs ſuis ebrius eſt, & obcæcatus, vt hanc ſuam ſteritatem modò non capiat, quam tamen ſerò agnoſcet abſque vllo remedio, vt voces illorum teſtantur poſitorum in inferno, *diuitiarum iactantia, quid contulit nobis?* ideſt, quem fructum collegimus, aut experimur nunc ex affluentia diuitiarum, quibus ſuperbiebamus? nullum prorſus, niſi miſeriam ſine miſericordia,

Sap. 5. 8

egestate,& fame steriles cum opprobrio sempiterno. Et sanè benè hoc dicunt, quia de auaro est
Ps. 48. 18 scriptum,*cùm interierit, non sumet omnia.* ideſt,*nihil* vt Lyranus
Lyran. ibi exponit. & subditur, *Neque descendet cum eo gloria eius.* Ecce qualis fructus. O auare! si hoc seriò considerares, non ità sollicitè thesaurizares. Sed audi adhuc,qualis sis ex auaritia tua.

Serua vilissima.

Duo sunt hìc notanda. Primũ, quod *serua* sit auaritia. secundum,*vilissima.*

Primum ex verbis Domini
Matth. 6. 25. apertum est apud Matthæum sic dicentis, *non potestis Deo seruire, & Mammonæ.* Vbi seruitus indicatur cum Dei seruitio non subsistens.

Hanc quoque seruitutẽ agno-
Ps. 76. 6. uit Psalmista, cùm dixit, *nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.* Videbatur dicendum potiùs,*virorum diuitiæ.* quare ergo protulit *viri diuitiarum?* Patet sanè consideranti verborum proprietatem,ad indicandam vtique seruitutem diuitis ad diuitias, à quibus potiùs possidentur, quàm ipsas possideant.

Sapiens pariter hanc seruitu-
Eccl. 31. 6 tem expressit, cùm dixit, *multi dati sunt in auri casus.* vbi Glos-
Gloss interl. sa Interlinealis sic ait, *in casum auri datur, qui eius ambitione capitur.* Dum igitur sit capientis, ibi perdidit libertatem, vbi dominatum quærebat. quia autẽ latissimum est hoc imperium, significantes *multi* in seruitutem istã cecidisse dicuntur, colla sua subdentes dominatui isti vilissimo.

Quam etiam seruitutem Chry- *Chrys. homil. 22. in Matt. ante med. tom. 2.*
sostomus enarrare intendens.hoc facit ex disparitate imperij Christi,& pecuniæ, cui seruit auarus, *Quando enim* (inquit) *te vnus Dominus* (intelligit Christum) *proprijs quoque exui iubet: alter verò* (scilicet Mammona) *etiam bona diripere. quando ille tibi imperat castitatem,iste luxuriã: quando hic tibi castigationem ventris indicit, ille ebrietatem, atque delicias: quando te alter omnia ista iubet despicere, alter verò inhærere,atque inhiare præsentibus. Cum hic quidem præcipit lecta marmorea, parietes pictos, & laquearia deaurata mirari: ille verò inhorrescere huiusmodi omnia, & veræ philosophiæ pulchritudinem,& morum ornamenta suscipere.* Hactenus Sanctus Doctor.

Beatus verò Laurentius Iusti- *B. Laur. Iustin. in ligno vitæ de pauper. c. 2. post med.*
nianus hanc quoque seruitutem considerans, ait, *mens pecuniæ auida, cupiditatis est serua.* & in quo seruitus ista consistat,subdit, *quæ nec abstinere nouit à vetitis, nec gaudere concessis, nec pietati adhibere consensum.* Vide, quæso, libertatem amissam pro misera seruitute.

Sed & secundum, nimirum, quod

Digitized by Google

quod viliſsima ſit, pariter eſt manifeſtum. quia, quò vilius eſt id, cui ſeruitur, eò eſt vilior ſeruitus: at inter omnia bona humana, iſta externa, quorum cupidine auarus capitur, infimum locum tenent, vt S. Thomas oſtendit: ergo viliſsima eſt eius ſeruitus. Et hinc S. Doctor peccatum iſtud cæteris eſſe deformius, his verbis concludit. *turpius eſt enim ſubeſſe inferiori bono, quàm ſuperiori: bonum autem exteriorum rerum, eſt infimum inter bona humana. eſt enim minus, quàm bonum corporis, quod etiam minus eſt, quàm bonum animæ, quod exceditur à bono Diuino. Et ſecundùm hoc, peccatum auaritiæ, quo appetitus humanus ſubijcitur etiam exterioribus rebus, habet quodammodò deformitatem maiorem.* Hæc S. Doctor.

S.Th 2.2. q.18.ar.5 in corp.

Et D. Chryſoſtomus notat, quod, quando Dominus Dominam Mammonam vocauit, illius prærogatiuam non intendiſſe reuerentia dignam, ſed ei ſeruientium miſeriam exprobabilem, quemadmodum Apoſtolus Deũ nominauit ventrem ob vilitatem ſeruitutis, quę ei à guloſis impenditur, quod dicit his verbis, *Dominam hìc autem Mammonam, ideſt, pecuniam nuncupauit, non ob probam ipſius vtique naturã, ſed ob eorum miſeriam, qui ſe ad illius inclinauère ſeruitium; ſicut etiam ventrem Apoſtolus appellat Deum, non vtique à dignitate dominantis, ſed ab infelicitate ſeruientium.*

Chryſ loc. cit. Matt. 6.

Et viliſsima ſeruitutis iſtius excuſsio, effulſit profectò in eo, qui magìs eligens Chriſto ſeruire, dixit fidenter, *Omnia arbitratus ſum, vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam.* Ecce quomodo viliſsimæ rei, vt ſtercus eſt, omnia bona cõparat, quibus ſeruit auarus, vt viliſsima ſeruitus iſta appareat. At non mirum, quia in illius ſchola didicerat, qui ſapienter pronuntiauerat, *diuitias nihil eſſe duxi in comparatione illius, nec comparaui illi lapidem pretioſum: quoniam omne aurum in comparatione illius, arena eſt exigua, & tamquam lutum æſtimabitur argentum in conſpectu illius.*

Philip. 3 8.

Sap. 7. 8

Et Pater meus Auguſtinus, vt hanc ſeruitutem pariter oſtendat viliſsimam, aurum terram eſſe affirmat dicens, *Audi, ò homo! aurum in terra eſt, & ex terra eſt, & pars terræ eſt.* inſinuans, quòd quemadmodum terra, inter cætera elementa infimum locum tenens, ab omnibus, tamquam quid vile, calcatur, ità auro ſeruiendum non eſſe, quod ſi contingerit hoc viliſsimè fieri, quoniam rei viliſsimæ ſeruitùs fuiſſet exhibita. Quod quidem Chriſtiani primitiuæ Eccleſiæ agnoſcebant, de quibus ità hiſtoria Apoſtolica narrat. *quotquot poſſeſſores agrorum, aut domorum erant, vendentes, offerebant pretia eorum, quæ vendebant, & ponebant an-*

P. Auguſ. ſer. 233. de temp. ant. med. tom. 10.

Actor. 4. 34.

te pedes Apoſtolorum . quòd ſanctus Hieronymus conſiderans, ait, *vt oſtenderent diuitias eſſe calcandas* , quòd etiam Arator oſtendit lib. 1. in Act. Apoſt. quibúſdam carminibús, quorum nonnulla recitat Beda Act. 4 & ſunt ſequentia .

Hieron. epiſt. 8. c. 7

Beda.

Arator.

Deſtitui debere probant, quod tangere vitant,
Calcandumque docent, quod ſubdunt greſsibus aurum.
De quo terrenæ veniunt ad pectora curæ,
Conſimili iactatur humo, quo, ſiſtat, auare
Mens tua, diſce, loco, quod tu cuſtodis anhelus,
Quod ſtatione premis, quod cernere ſæpiùs ardes,
Cuius in amplexus per ſomnia cuncta recurris
Horreſcunt tractare pij, &c.

Locus enim proprius terrenorum, non caput eſt, ſed pedes, iuxtà Pſalmiſtam dicentem, *Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius*. Qui ergo diuitijs abiectiſsimis ſubdit cor ſuum, ſeruus probatur viliſsimus, ſubditus ſeruituti viliſsimæ.

Pſal. 8. 8.

Superba .

Et cum hinc habeat, vnde ſibi vileſcat, ſtultè tamen ſuperbit. Licet enim exteriùs glorioſus appareat, intus tamen eſt miſer. De quo proinde Auguſtinus pronũtiat, *in carne crepat, in corde mendicat*. Et ſubiungit, quod licet inflatus ſit, tamen non plenum eſſe, cum per ſuperbiam Deo euacuatus ſit, qui ſolus vas cordis noſtri poteſt implère.

P. Auguſt. ſer. 212. de temp. c. 2. tom. 10.

Eſt ergo ſuperba auaritia, non tantùm, quia generatur ex iſta mala radice, vt ſupra oſtendimus: ſed quia opes ipſæ adeptæ hunc effectum producunt. ideò ab eodem P. Auguſtino ſic dicitur, *nihil eſt, quod ſic generent diuitiæ, quomodo ſuperbiam.* Et ſubiungit hũc eſſe diuitiarum vermem. *Omne pomum* (inquit) *omne granum, omne frumentum, omne lignum habet vermem ſuum. Alius eſt vermis mali, alius pyri, alius fabæ, alius tritici, vermis diuitiarum ſuperbia*. Hæc ille. Et ideò non mirum, ſi auaritiam etiam ſupra, infructuoſam dixerimus, quia vermis natum fructum corrumpit, & reddit inutilem, vel naſciturum non ſinijt ad perfectionem perdùci.

P. Auguſt. ſer. 5. de verb. Domini, c. 9. tom. 10.

Hanc etiam veritatem indicauit Angelus Zachariæ Prophetæ, quando amphoram ei monſtrauit, auaritiam ſignificantem, vt ſuprà docuimus. Dicitur enim ibi delatam eſſe inter cœlum, & terram à mulieribus duabus alatis, per quas D. Gregorius ſuperbiam, & gloriam vanam intelligit, quæ auaritiæ comites ſunt indiuiduæ. verba autem Prophetæ ſunt hæc. *Et leuaui oculos meos, & vidi, & ecce duæ mulieres egredientes, & ſpiritus in alis earum,*

Greg. lib. 14. mor. c. 26. to. 2.

Zach. 5. 9

Digitized by Google

sum,& habebant alas, quasi alas milui, & leuauerunt amphoram inter terram, & cœlum. Vbi sic ait sanctus Doctor, *amphora ergo leuata inter cœlum, & terram dicitur, quia auari quique per superbiam, atque inanem gloriam, & proximos iuxta se despiciunt, & superiora, quæ vltra ipsos sũt, nullatenus apprehendunt*. At nõ mirum, quod Deum non apprehendat, quæ contra ipsum extollitur per superbiam. Proinde Sapiens sapienter Deum orabat,

Prou. 30. 9. *Diuitias, ne dederis mihi*. Et causam subiungit, *ne fortè satiatus alliciar ad negandum, & dicam, quis est Dominus?* vbi sic ait Lyranus, *Dei maiestatem præ superbia*. Vtique negando, quod exemplo firmat diuitis cuiusdam superbi, dicentis ex abundantia.

Exod. 5. 2 *Quis est Dominus, vt audiam vocem eius?* Exod. 5. Vidisti superbam? Vide vanam.

Lyran.

Vana.

Non intelligo hìc, nomine *vanitatis*, ipsam gloriam citò perituram, ideoque vanam, qua de diuitijs suis gloriatur auarus; cùm iam satis veritas hæc ex dictis elùceat. Sed ipsam vanam appello, quatenus vanitas firmitatem negat, vel ex parte diuitiarum, vel ex parte auari, vel ex parte hæredum. Vanum namque est, quod vacuum est: quod autem est tale, consistentiam nescit, facilè monetur, & citò perit.

Quod verò diuitiæ ita vanæ sint, docet Apostolus, quatenus hinc suadet diuitibus, illas contemnere, & respuere; dicit namque ad Timotheũ, *Diuitibus huius sæculi præcipe non sperare in incerto diuitiarum*. Quæ incertitudo potest intelligi, vel in pecunia sperata, de qua Augustinus ait, *Speras pecuniam? incertum est, an prouenias; pauper es? incertum est, an ditescas*. Vel in iam habita, & de incertitudine ista idem sanctus Doctor dicit ita; *Quàm multi heri diuites, hodie pauperes: quàm multi dormiunt diuites, & veniẽtibus latronibus, & cuncta auferentibus euigilant pauperes*. Ideo ex instabilitate exclusis his vanis diuitijs, suadet Apostolus desiderare veras ex stabilitate, subdens, *Sed præcipe thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum*. Quæ verba expendens Chrysostomus, ait, *Vbi nihil incertum est, vbi stabilia, fundamentum sunt, nihil infirmum, sed firma omnia, inconuulsa, perpetua, fixa*.

1. ad Timot. 6. 17

Aug. in Psalm. 38. post med. to. 8.

Idem ser. 5. de verb Dom. cap. 10. to. 10.

num. 19.

Chrysost. tom. 4.

Et hanc veritatem docuerat ipse Dominus, quãdo sic dixit: *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra*. Et incertitudinẽ pro causa assignat, subdens, *vbi erugo, & tinea demolitur*. In quibus sanè verbis includit, vt notauit Lyranus, non tantùm instabilitatem *naturalium* diuitiarum, vini, scilicet, bladi, & vestimentorum

Matth. 6. 19.

Lyran.

Digitized by Google

torum designatam per *tineam*: sed etiam *artificialium* per *æruginem*, auri, scilicet, & argenti, & metallorum cæterorum. At quia poterat auarus quis subtiliter dicere, fossam faciam, & pretiosos lapides ibi recondam, & permanebunt securi, ideo, vt hoc excludat, subiungit, *Et vbi fures effodiunt, & furantur*. Quia vt inquit prædictus Doctor, *licèt non possint rubiginari, nec à vermibus corrodi, tamen possunt à latronibus tolli*.

At dices, habeo stabilia bona, oliuetum, vineam, domum, quæ sic auferri non possunt. Respondeo. Non aufert hæc ærugo, tinea, aut farculum, sed calumnia, aut iniuria. Non enim deerunt Achab, qui sic tollant vineam Naboth. Vt enim superiùs ex Ambrosio diximus, non vnus tantùm Naboth, *Nō vnus tantū Achab, sed quotidie surgunt Achab, qui sic rapiant vineam Naboth*. Ergo adhuc ista stabilia sunt instabilia. Et saltem funditùs interibunt ab igne venturo, teste Petro dicente, *Terra autem, & quæ in ipsa sunt opera, exurentur*. Quæ duratio, comparatione æternitatis, ferè est nulla. Vnde quidam, qui his transitorijs adhæserunt, dixerunt, sed serò. *Transierunt omnia illa, velut vmbra*. Vana ergo fuerunt, quia consistentiam non habuerunt, ideoque *vana* probatur ea ambiens auaritia.

Ambros.

2. *Petr.* 3. 10.

Sap. 5. 9.

Sed adhuc vana ex parte auari cùm non solùm de ipso, verùm etiam de omni homine, Psalmista pronuntiet, *Verumtamen vniuersa vanitas, omnis homo viuens*. vbi sic Basilius ait, *omnis itaque humana natura, tam diuitibus, quàm pauperibus, dissoluto vapori similis est*. Et hinc infert auaritiæ vanitatem, subdēs, *vanèque, & frustra ædificant, & terrenam facultatem colligūt*.

Ps. 38. 6.

Basil. ibid.

Non solùm autem similitudine *vaporis* iuxta sanctum Basilium vanitas hæc exprimitur ex parte auari, verùm etiam *imaginis*; vnde subiungitur apud Psalmistam, *Verumtamen in imagine pertrāsit homo*. Vbi Glossa ordinaria, ex Augustino, imaginem dicit significare speculi: vnde quemadmodum hæc facilè mouetur, sic homo velociter transiens, illam imitatur, *quamuis*, inquit, *ita studeat vanitati, tamen citò trāsit corporaliter, imagine speculi, quæ citò euanescit*.

num. 7. *Glos.*

S. autem Basilius imagini, ait, assimilari depictæ, quæ tandem veteratscit: *nihil* (inquit) *differūt viuentes homines, ab imaginibus eorum, quæ sunt picta: similiter enim, tam istorum, quàm illorum natura, tempore diffluit, & corrumpitur*. Proinde ritè hinc infert Psalmista, vanam esse solicitudinem, qua diuitias congregat, subdens, *Sed & frustra conturbatur*. Vtique vanè, qui finem non est, vt fruatur. Vnde

Basil.

ibid. vt sup.

idem

idem ſanctus Doctor ſubnectit. *Et tamen nihilominus perturbãtur contendentes, & omnis generis turbinibus plena eſt eorum vita, finem habens mortem.*

Et paulò infra id Propheta magis explicans, vt quid momẽti magni, aſſimilat rurſus hominem aranex, quæ nimis mollis eſt, & facile perit, & ſubſiſtentiam
num. 11. neſcit, proinde ait, *Et tabeſcere feciſti, ſicut araneam, animam eius.* Vbi ſic ait Pater Auguſtinus,
Auguſt. *Hæc eſt eruditio? animal ipſum dico, quanquam & ipſis telis aranearum quid tabidius? attende & ipſum animal quam tabidum eſt. Pone ſupra leuiter digitum; ruina eſt. Nihil omninò tabidius. Talem feciſti, inquit, animam meam, erudiendo me.* Et ideo Pſalmiſta replicat vanitatem cordis humani appoſiti ad diuitias, cùm homo ipſe ſit ita inſtabilis,
ibid. n. 12 vt diù illis frui non valeat, *Verũtamen vanè conturbatur omnis homo.* Et Pater Auguſtinus ſubiungit, iuxta expoſitionem adductam, *viuens vtique incerto.* Non ſolùm igitur diuitiæ vanæ ſunt, quia incertæ, ſeu inſtabiles, ſed homo ipſe vanus, qui ſtabilitatem neſcit, & inſtabilia cupit. Vana ergo eſt auaritia, non ſolùm ex parte rei concupitæ, ſed & ex parte ipſiuſmet cupientis.

Sed & adhuc ex parte illius, cui diuitiæ cupiuntur; quod ſignificauit idem Pſalmiſta, cùm increpata vanitate concupiſcentis, *ſed & fruſtra conturbatur*, ſtatim ſubdit rationem vanitatis, quæ ad propoſitum facit, *Theſaurizat, & ignorat, cui congregabit ea*, quia, ſcilicet, neſcit, an diù victurus ſit, cui diuitias ſuas acquirit, quia inſtabilitas eadem in eo datur. Sed quare? Reſpondet Propheta. *Quia* num. 6. *vniuerſa vanitas, omnis homo viuens.* Nemo excipitur. Hinc ſic auarum increpando, Pater Auguſtinus alloquitur, *Cur rapis, qui poſt te, ne ſortè maneat, neſcis, & tibi perpetuam pœnam nutris, & filijs tuis dolorem dimittis?* Vides igitur, quo ſenſu vana ſit auaritia, quia vacua ſolidi- Aug lib. 50. hom il. 48 cap 1. tom. 10.
tate, plena incertitudine.

Vanitas eadem oſtenditur amplius.

SEd adhuc alia eſt ratio vanitatis iſtius, quia, ſcilicet, ſine fructu eſt. Quod enim vacuum eſt, ideoque vanum, non ſolùm inſtabile eſt, ſed & infructuoſum eſt. Vides nucem intùs vacuam, non ſolùm citiùs eam mouebis, quàm plenam, ſed adhuc fruſtra aperies, cogitans intùs inuenire medullam, qua te recrees; ſed laborabis in ventum, quia ibi non inuenies, niſi aërem, quo moto, fit ventus. Vanè ergo, & fruſtra; quid enim eſt fruſtra? ipſum nomen hoc indicat; ſine fructu. Qui eſt ſine fructu? vanè. Pro-

preterea Psalmista Psalmo paulò supra citato, hæc pro eodem accepit. Vnde primo loco posuit,
Ps 38.7. *frustra conturbatur*, & secundo, eandem sententiam volens repe-
num. 12. tere, dixit *vanè conturbatur*. Vana ergo est auaritia, quia frustra laborat, id est, sine fructu. Quia neque auarus ipse fruitur, neque in vita, neque post mortem, vt supra ostendimus. Quod considerans Sapiens, sic de eo locutus
Eccle. 5. 14. est. *Sicut egressus est nudus de vtero matris suæ, sic reuertetur, & nihil auferet secum de labore suo.* Et hanc vocat miseriam, subnum. 15. dens, *miserabilis prorsus infirmitas, quomodo venit, sic reuertetur*. Et vanitatem concludit, subiungens, *quid ergo prodest ei, quod laborauit in ventum?* Vbi
Interlin. Lyran. Interlin. legit, *in vanum*. Et Lyranus exponit, *quasi diceret, nihil, quia labor suus non proficit sibi, nec alijs*. Nihil ergo prodesse seu proficere, est fructu vacare, & hoc est frustra laborare, ideóque vanè, non tantùm respectu sui, sed etiam respectu hæredum, quia ignorat, an sapienter isti sint bonis hæreditatis vsuri: an insipienter, quia frequenter aliter, ac ipse cogitat, accidit. Et sic spe sua frustratus in vanum laborare conuincitur. Et vanitas ira augetur, vt Sapiens dicat, nihil vaniùs inueniri. Et ad auaritiã detestandam sufficiẽs reputat hoc motiuum. Quod his verbis
Eccle. 2. 18. affirmat. *Rursus detestatus sum omnem industriam meam, qua sub sole studiosissimè laboraui, habiturus hæredem post me*. Ecce expectatus fructus; & frustrationis periculum subditur, *quem* num. 19. *ignoro, vtrum Sapiens, an stultus futurus sit, & dominabitur in laboribus meis*; id est, *possessionibus*, secundùm Interlinealem, *in* Interlin. *quibus defudaui, & solicitus fui.* Et vanitatis incremẽtum subnectitur. *Et est quidquam tam vanum?* Indicans nihil vaniùs reperiri posse. Proinde exclusio auritiæ sequitur, *Vnde cessaui, renum. 20. nuntiauitque cor meum vltra laborare sub sole*. Ecce quomodo vana. Sed adhuc

Insana.

De ista insania loquens Dauid Propheta, dixit, *Beatus vir,* Ps. 39. 5. *qui non respexit in vanitates, & insanias falsas*. Pater Augustinus legit, *mendaces*. Et insanias istas appellat diuitias, quibus inordinatè animus auari inhæret. Et de eisdem intelligẽdum videtur, quod ad illas præmittitur, nimirum, *vanitates* iuxta doctrinam traditam. A Psalmista ergo insanę vocãtur, quia vanæ. Insanus namque probatur auarus, qui ita vanis inhæret. Quemadmodum enim Ieremias bene concludit, *Ambulauerunt post vanitatem,* Ier. 2. 5. *& vani facti sunt*, ita pariter, qui post insanias abit, insanus fit. Benè igitur postquam conclusimus

mus auaritiam vanam, simul insanam probamus.

Rationem autem istius insaniæ multipliciter doctores sacri considerant. Sanctus Bernardus eam primò in insatiabilitate, & inquietudine mentis constituit. Quia, nimirum, nunquam satiatur auarus quantumcunque rei copia crescat, & habitis non acquiescens, inhiat semper nouis. Quod simpliciter non vocat insaniam, sed summam insaniam, & stultitiam. *Sed hoc* (inquit) *stultum, & extremæ dementiæ est, ea semper appetere, quæ nunquam non dico satient, sed nec temperent appetitum, dum quidquid talium habueris, nihilominus non habita concupiscas, & ad quæque defuerint, semper inquietus anheles.* S. Bern. de dilig. Deo ante med.

Secundò, in labore frustratorio, seu inani, tristitia, & timore, quibus scatet auarus, ideo subdit: *Ita enim fit, vt per varia, & fallacia mundi oblectamenta vagabundus animus, inani labore discurrens fatigetur, non satietur, dum quidquid famelicus inglutierit, parum reputet ad id, quod supereſt, deuorandum, semperque non minùs anxiè cupiat, quæ desunt, quàm, quæ adsunt, certè possideat. Quis enim obtineat vniuersa? quamquam & modicum id, quod quisque cum labore obtinuerit, cum timori possederit, certus quidē non sit, quando cū labore amittat, certus autem, quòd quandoque amittat.*

Sanctus Ambrosius dementiā hanc, & insaniam ponit primò in eo, quòd auari ita quærāt extendere suos terminos, ac si ipsi soli terram inhabitare deberent. Secundò, quòd anteponant rem non viuentem, rationali homini viuo simili Deo, & capaci illius, vt hunc eijciāt, vt rem illius possideant. In vtraque enim, ratione expertes se ostēdunt, & ob id dementes, atque insanos. *Quousque* (ait) *extenditis diuites insanas cupiditates? nūquid soli habitabilis super terrā? Cur eijcitis consortem naturæ, & vindicatis possessionē?* Et subiūgit, in hoc etiā apparère insaniæ grauitatē, quæ naturā peruertit, quę omnes pauperes generat: *Neque enim* (inquit) *cū vestimentis nascimur, nec cum auro, argētoque generamur. nudos fudit in lucē, egentes cibo, amictu, poculo. nudos recipit terra, quos edidit; nescit fines possessionū sepulchro ineludere.* Hęcille. & alludit ad verba Iobi dicentis: *Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illùc.* S. Ambr. Iob 1. 21.

Pater meus Augustinus loco supracitato, insaniæ rationem ponit in *errore iudicij*, quo auarus bona ista externa, quæ cupit, vera bona putat: *Quæ vides* (inquit) *bona putas, falleris: sanus non es, nimia febre phreneticus factus es, verū non est, quod amas.* P. Augustin. in Ps. 10. 1.

Serm. verò 25. de verbis Domini, insaniam istam in eo constituit, quod per auaritiam appeta- Serm. 10.

tur

tur mors, verâ vitâ amiſſa, & cælum cõmutetur pro auro, quod
Luc. 12. 20. dicit his verbis: *Quæ eſt ergo iſta animarum inſania, amittere vitam, appetere mortem, acquirere aurum, & perdere cælum?*

Dominus autem noſter Ieſus Chriſtus in breuitate etiam, qua bona iſta fruuntur, poſuit hanc ſtultitiam, dicens ad quemdam auarum nimis de iſtis ſolicitum: *Stulte, hac nocte animam tuam repetent à te: quæ autem parasti, cuius erunt?*

Sed heu! nunc diuites huius ſæculi, vſu recto rationis per inſanam auariciam priuati, & obcæcati, hanc veritatem nolunt ponderare, & ſic ad baratrum volunt properare. Tunc enim illâ ſerò agnoſcent, & ſine remedio, & de illorum numero erunt, qui
Cap. 5. *poſiti in inferno*, dixerunt, *Nos inſenſati*. Ecce inſania in ſeipſis priùs ignota, & in alijs cognita,
num. 4. ſubdentes, *vitâ illorum*, vtique, pauperum ſpiritu, contemnentiũ præſentia caduca, propter futura
num. 4. permanſura, *æſtimabamus inſaniam*, & ſortium commutatio ſubditur. *Ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei!* quibus hæreditas ſempiterna verarum diuitiarum redditur, quia
Pſ. 111. 3 teſte Pſalmiſta, *Gloria, & diuitiæ in domo eius*, & ſubiungunt, *& inter ſanctos ſors illorum eſt*, qui non inuidebunt, ſed ſimul gaudebunt pleni in domo plena, & ipſi auari vacui in miſeria ſempiterna. Hinc ergo ſe infenſatos agnoſcent, quod, ſcilicet, cum triſtitia, labore, timore, & angore inhiarunt diuitijs perituris, relictis veris theſauris permanſuris, qui pro contemptu præſentium parabantur. Redite ergo ad cor, ò diuites, vecordem veſtram deponite inſaniam, vt veris diuitijs potiamini.

Inuidia.

Etiam eſt auaritia, quia triſtatur auarus de bonis alterius, *in quantum alter excedit ipſum in bonis*. quod inuidiæ proprium eſt, vt Propugnaculo primo cum Angelico Doctore notauimus, & inferiùs repetemus. Fundatur autem *ob exceſſiuè* inordinatio hæc in bonorum temporalium limitatione, quæ tota à ſingulis nequeunt haberi, vt Abbas Guericus notauit his verbis: *Hac peſte* (vtique inuidia) *nullus moritur, niſi, qui terrena hæc appetit, quæ vota non veniunt pluribus*. Vnde, qui appetitu ducitur horũ bonorum, & auarus eſt, ſemper putat ſibi deeſſe, quod videt in alio, & ab eo in tali bono excedi, cùm abſolutè ita non ſit, cùm in ſe pauperior aliquando ſit, licèt in illo bono particulari deſiderato excedat auarum, qui caret illo, vt contigit in Achab Rege cupiente vineam Naboth ſubditi ſui: in hoc ergo ſenſu in bonis exceditur, & ita inuidet. Propte-

S. Th. 2. 2. q. 36. art. 2. in corp.

Guericus in ſer. de Purificat. Virg. int. oper. Dim. Bern.

preterea de eo ita Ambrosius loquitur: *Pauperiorem se indicat omnis abundans, quia sibi deesse arbitratur, quidquid ab alijs possidetur*. Sanè si non concupisceret, quod est alterius, sibi non putaret deesse. Auaritia igitur facit penuriam, & sic excæditur, & intrat inuidia, quæ semper comitatur auarum, de quo proinde ita loquitur Diuinus Spiritus: *Qui festinat ditari, & alijs inuidet*. Vbi cum auaritia inuidiam copulat, tanquam sociam indiuiduam.

S. Ambr. lib. de Nabolh. c. 12 tom. 1.

Prou 28. 22.

Quod Sapiens quoque diuinitùs illustratus agnouit, dicens, *Rursum cõtemplatus sum omnes labores hominum, & industrias animaduerti patere inuidiæ proximi*. Vbi Lyranus per industrias intelligit: *Quibus ascendunt ad dominij statũ*. Sic patuit vinea Naboth inuidiæ Achab. Sic vinea illius viduæ, de qua narratur in historia Sãcti Chrysostomi, inuidiæ Imperatricis Eudoxiæ. Et, proh dolor! nihil frequentiùs videmus quotidie, ita, vt nullus sit labor, qui non periclitetur hac lue. Vnde signanter Sapiens protulit: *Omnes labores hominum patère inuidiæ*. quare *Omnes?* quia ferè nullus excipitur. tantæ est copia auarorum, qui inuident alienis.

Eccle. 4. 4

Lyran.

Basil. homil. 7. in dimit. anar. post med.

Hinc, vt notat Basilius, tormentum eorum sit continuum, nulla vera lætitia interruptum. Cùm enim ex acquisitis gaudium deberet oriri, tamen etiam tunc conficiuntur mærore ex inuidia, quæ *tristitia* definitur, vt vidimus, *ex bonis alterius concupitis*, quod dicit his verbis: *Studium namque habendi, cõtrarios eorum voluntati agit effectui. Non enim tantùm ob iam parta non exhilarat, verùm ob ea, quæ deesse videntur cupiditati, potiùs angit. Ex quo anima curis continuò premitur, dum alios superare contendunt*. Et notat, quòd licèt lætificari deberent ex opulentia, qua multos superant, tamen potiùs tristãtur ex eo, quòd à paucis superãtur, & inuidia hac corroduntur. *Oportebat* (inquit) *illos gaudere, & gratos esse quòd tam multis sunt opulẽtiores: illi verò mœrent, ac lugent, quòd ab vno, & altero opulẽtioribus vincuntur*. Et cùm omnium horum res non possint facere suas, cùm istæ, ob limitationem suam, iuxta doctrinam Guerrici, *Non totæ veniant pluribus*, hinc vbique omnibus inuident, & consumuntur hac lue. Proinde de omni auaro sic Chrysostomus ait: *Cõmuni felicitate torquetur*. Est ergo omnis auaritia inuida, & hinc amara. Sed &

Guerric.

S. Chrisost. homil 81 in Matt. post med. tom. 2.

Iniusta.

Patet hoc etiam ex superiùs dictis, quando de quidditate eius tractauimus. sed hìc est vberiùs explicandum. Dupliciter igitur iniu-

Digitized by Google

iniuſtitia iſta poteſt contingere, ſcilicet, vel *accipiendo*, vel *retinendo*. Cum enim iuſtitia *vnicuique*, *quod ſuum eſt*, *reddat*, iniuſtitia hoc ipſum negat, vel *tollendo*, vel *retinendo*. tollendo, vtique, per *furtum*, *rapinam*, *vſuram*, & *fraudem*, vt ibi notauimus cum ſcripturis adductis, quibus verba ſancti Iobi addidimus de auaro dicentis, *Confringens nudauit pauperes: domum rapuit.* Vbi ſic ait Gregorius, *domum pauperis confringit, & nudat, qui eum, quem per potentiã conterit, ſpoliare quoque per auaritiam non erubeſcit.* Et ita non ſuum eſt, quod poſſidet, ſed alienum. Propterea notat quoque Ambroſius, de Achab Rege auaro notanter dixiſſe ſcripturam, *non comedit panem ſuum.* 3. Reg. 21. nam ita legit hic S. Doctor addendo *ſuum*, & cauſam reddit, *quoniam quærebat alienum.* Subiungens ad propoſitum, *etenim diuites magis alienum panẽ, quàm ſuum manducant, qui rapta viuunt, & rapinis ſumptum exercent ſuum.*

Iob 20. 19

S. Gregor. 15. Moral. c. 12. in 2.

3. Reg. 21. 4.

S. Ambr. de Nabo th. c. 4. to. 1.

Vbi notandum *abſolutè* dixiſſe *diuites*, infinuans ferè omnes auaros eſſe, & ſic iniuſtos. Vt etiã ſatis demonſtrant verba Prophetæ Regij, ſic dicentis, *vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate.* Certum eſt enim auaritiam iniquitatem eſſe, iuxta illud, *nihil iniquius, quàm amare pecuniam*: & iniquitatem in iuſtitiam. Hoc namque eſt iniquitas, quod æquitatis negatio: in æquitate autem conſiſtit iuſtitia. Videre igitur iniquitatem in ciuitate, idẽ eſt, ac auaritiam intueri, & in eo, quod addit, *contradictionem*, iniuſtitia inſinuatur, quæ ſatis nomine contradictionis innuitur, quatenus rationi rectæ contradicit, & proximo, qui opprimitur. Et vt latitudinem, & effuſionem mali iſtius deſignet, ait, non tantùm intùs in ciuitate vigère, ſed etiam erumpere, vt ſuper muros emineat, & non in aliqua portione eorum, ſed in omnibus per circuitum, & non ſolum die, ſed etiam nocte, ſubiungens, *die, ac nocte circumdabit eam ſuper muros eius iniquitas*. Et graſſationem interiorẽ clarioribus exprimens verbis, ſubnectit, *& labor in medio eius, & iniuſtitia*. Et ſanè benè de labore fit mentio, cum de auaro fit ſermo. Cuius labor in acquirendo, & conſeruando, quantus ſit, ſuprà oſtẽdimus. Et adiungitur *iniuſtitia*, quam in præſenti probamus. Quę, vt meliùs declaretur, ſpecies duas proponit, vſuram nimirum, & fraudem nomine doli ſignatam. Et has quidem non in occulto patratas, ſed palàm, quia in medio platearum, *& non defecit* (inquit) *de plateis eius, vſura, & dolus*. Et tanquam complementum dictorum, ſtatim ſubdit exemplũ de Iuda proditore, qui magiſtrũ ex auaritia vendidit, & dolosè tradidit

Pſ. 54. 10.

num. 11.

Eccli. 10. 10.

num. 12.

didit iniquiſsimæ morti. *Quo-*
nu.13. *niam, ſi inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtique, & abſcondiſſem me forſitan ab*
nu.14. *eo: tu verò homo vnanimis, dux*
nu.15. *meus, & notus meus, qui ſimul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulauimus cum cõſenſu.* Nam ad literam ibi ſermonem eſſe de Chriſto Domino, & Iuda, & de habitatoribus Ieruſalem reſpuentibus doctrinam Chriſti, docet S. Baſilius: ſcimus autem ex Euangelio, præcipuos aduerſarios Chriſti Phariſæos fuiſſe, Scribas, & Sacerdotes, qui auaritiæ vitio deditiſsimi erant, vt ſupra etiam tetigimus, ſed omnium turpiſsimè Iudas, vt ex magiſtro vendito, & pretij vilitate clariſſime conſtat. Igitur hanc iniuſtiſsimam auaritiam, iniquitate plenam, & longè latèque diffusã Propheta prædixit, & in perſona Chriſti in prædicta verba prorupit. Et S. Bernardus teſtatur hunc eſſe præcipuũ huius abominabilis vitij principatum, partes vtique, *rapinæ, & fraudis.* Et hæc de primo modo iniuſtæ auaritiæ *in accipiendo*.

S. Bernar. ſer. 39. in Cant. circ. med.

Sequitur agere de eàdem *in retinendo*, quæ adhuc dupliciter poteſt intelligi. Primò, quatenus non reddit, quod reuera, *inuito Domino*, abſtulit. Et hæc iniuſtitia ſatis liquet. Secundò, quatenus negat, quod alterius eſt, *ex debito, licet non de facto*, vt loquitur Caietanus. Quod contingit, quando aliquis in neceſsitate eſt conſtitutus. Tunc enim diues habens ſuperflua, ea retinendo, iniuſtitiam committit legalem, iuxta Doctorem Angelicum, & prædictum Caietanum, alioſque Doctores. Vt tamen hoc meliùs, & clariùs innoteſcat.

Caietan. 2.2.q.118 ar.3.& 4.

Notandum eſt primò, iniuſtitiam in accipiendo alienum, vel retinendo, inuito Domino, oppoſiti commutatiuæ iuſtitiæ, quæ æqualitatem reſpicit inter datũ, & acceptum, & inæqualitatem contingentem ex acceptione iniuſta, vel retentione alieni dominij particularis, nititur per reſtitutionem ad æqualitatem reducere, reddendo cuique, quod ſuũ eſt, vt ſuppono ex cõmuni Theologorum doctrina. Et iſta iniuſtitia hinc *particularis* à Doctoribus nominatur, quia in ſenſu expoſito, iuſtitiæ particulari opponitur.

Notandum ſecundò, aliam iuſtitiam eſſe, quæ *legalis* vocatur, & dicitur *generalis*, quia primariò reſpicit bonum commune reipublicæ, & quemlibet ciuem, vt quid pertinens ad bonum cõmune.

Notandum tertiò, aliud eſſe dominium vniuerſale, ſeu altum; aliud particulare, ſeu inferius, vel baſſum. Nam primum competit Reipublicæ, vel Regi, quatenus perſona publica eſt, in bona omnia particularia ſubditorum, qui tenentur, quatenus reipublicæ

mem-

Digitized by Google

membra, exhibère illa ad imperium Principis, quando ita illi visum fuerit ad bonum commune expedire. Imò non solùm in ipsa bona habet Princeps ius hoc, sed etiam in personas ipsas, & vitam, vt pro bono communi possit illam iustè, cuique morali periculo exponere. vt notat Suar. in opusculis disp. de iustitia Dei, sect. 4. num. 6.

Suar.

Dominium verò particulare, seu inferius est illud, quod in Republica habet vnaquęque persona in res suas. Et tota ciuitas, quatenus habens vicem personæ vnius, aliquarũm rerum habet dominium speciale. Et similiter Rex speciale dominiũ habet earum rerum, quarum est specialis Dominus. Et in hoc sensu dicitũr illius dominiũ, inferius. Nam illud altùm, competit illi soli, quatenùs persona publica, in quã Respublica iura sua transtulit, vt notat idem Doctor ibidem. Hinc aduertens, iustitiam particularem commutatiuam dominium inferius respicere: Iustitiam autem legalem dominium superius.

S.Th.1.2. q.66.ar.1 in corp.

Notandum quartò ex S. Thoma, & communi Doctorum consensu, iure naturali, omnia bona externa, communia esse, & solùm iure gentium, ius priuatum introductum inisse. Quod probat Angelicus Doctor ex eo, quod, iuxta naturæ ordinem, imperfectiora sunt propter perfectiora: perfectior autem est homo omnibus rebus istis, cum imago sit Dei, secundùm illud Genes. 1. *faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, vt præsit piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestijs, vniuersæque terræ*, vbi ex imagine Dei intulit dominium rerum: de quo etiam loquens Psalmista, dixit, *Omnia subiecisti sub pedibus eius*.

Genes. 1. 26.

Psal. 8. 8.

Hoc ergo dominium, quod commune omnibus erat, intelligi potest ad hanc legalem iustitiam pertinere. Vnde S. Thomas concludit, in casu extremæ necessitatis, posse quemlibet, vt sibi subueniat, manifestè, vel occultè vti illo: neque tunc furtum, vel rapinam patrare, cùm in casu isto rem alienam non tollat, sed suam, cũ de superabundanti tollantur, quia illius non est, sed indigentis. Et tunc ad Iudicem, vt personam publicam habentem ius ad res istas, vt possint membra Reipublicæ conseruari, per quæ conseruatur ipsa Respublica, pertineret cogere diuitem, vt tribueret, vt Caietanus notat. Qua via deficiente, asserit, posse, ipsum sic indigentem, propria auctoritate, tollere licitè, ex tradita ratione, quia scilicet, (inquit) *extrema necessitas facit res alterius, mihi communes, quòd ex debito legali mihi debentur.*

S.Th.ibid. ar. 7.

Caiet. 2. 2. q.118. ar.3. & 4.

Hoc autem legale debitum, est ipsa legalis iustitia, de qua loquimur, quam violat sub mortali, nõ tantùm, qui negat extremè laboranti,

Digitized by Google

ranti, sed alias graues, vel communes necessitates patienti, vt sancti Patres docent communiter, non facientes mentionem, nisi necessitatum, quæ frequentiùs occurrunt, vt istæ sunt. *Neque enim* (vt notat Vasques) *Lazarus in Euãgelio videtur, quòd laboraret extrema necessitate, & tamen Epulo ille, qui superflua habebat, & Lazari miseriam, licèt non extremam, non subleuauit, damnatus fuit.* Deinde aduertit sententiam illam Matt. 25. *Esuriui, & non dedistis mihi manducare: nudus eram, & non operuistis me, &c.* Propter quæ in ignem æternum mittendi sunt diuites, non esse intelligendam de necessitate extrema, quæ *vix occurrit*. Ergo vel de graui, vel de communi.

Vasq. 2.2 tract. de eleemos. c. 1. dub. 3. n. 13.

Matt. 25 42.

Et Caietanus loco citato ex sanctis Patribus rationem adducit, quia diuites non sunt Domini, superfluorum bonorum, sed dispensatores, & ideo iniustè retinent, quæ sunt egenorum. Quomodo locutus est Basilius dicēs, *Non tu peculator, cum ea, quæ ad dispensandum, distribuendúque receperis, tibi propria facis. Num, qui vestem deripuerit spoliator nominabitur: qui autem nudum non texerit, modò possit, alterius cuiusdam nominis appellatione dignus erit?* Et subdit conclusionem, *Esurientis est panis, quem retines: nudi est vestis, quam in arca custodis: discalceati calceus, qui apud te marcescit: indigentis argentum, quod tu terræ infossum possides. Quare tot iniurius es hominibus, in quot poteras opem conferre.* Hæc sanctus Basilius. vbi verbum, *iniustus*, idē est, quod *iniurius*, iustitia vtique legali expositā, iuxta interpretationem Doctoris Angelici dicētis, *Basilius loquitur in illo casu, quo aliquis tenetur ex debito legali bona sua pauperibus erogare.* Et subdit duplicem radicē obligationis istius, alteram ex parte accipientis, quæ est extrema necessitas: alteram ex parte dantis, quæ bonorum est superfluitas, *vel propter* (inquit) *periculum necessitatis, vel etiam propter superfluitatem bonorum*. Nam de extrema necessitate Caietanus interpretatur. Et videtur cōcordare doctrinæ ipsius S. Thomæ q. 66. cit. art. 7. Est tamen.

Caiet.

S. Basil. hom. 6. in diuites insurgentes auaritiæ.

S. Th. 2.2. q. 118. ar. 4. ad. 2.

Notandum quintò pro maiori intelligētia doctrinæ istius angelicę, quod bona dupliciter possunt superflua dici. Primò, *respectu indiuidui*, id est, sui ipsius, quatenus habet supra id, quod necessarium est indiuiduo ad sustentationem illius. Secundò, *respectu personæ*, secundùm quòd persona dignitatem importat, & sic intelligitur superfluum *ratione status*, quia, scilicet, habet supra id, quod ad decentem statum ipsius requiritur. Ita S. Thomas 2.2. q. 32. ar. 5. in corpore. Et licèt in hoc loco asserat, tantùm

S. Thom.

in

in præcepto esse eleemosynam in necessitate *extrema*, & extra illam, *de consilio* esse. Tamen intelligendus est, non teneri alicui *determinatè*: nisi extremè indigenti, vt de necessitatibus communibus Suarius intelligit, licèt *absolutè* loquendo, putet etiã ad has sub *mortali* obligari. Quod tunc contingere ait, *Si habeat propositum formale, vel virtuale nunquam dandi eleemosynam, nisi in grauibus necessitatibus, illud est mortale ex se, nisi fortasse faciat id, quia certus est, graues necessitates occurrere*. Quibus iste doctor putat obligari diuitem ex superfluis subuenire. Et intelligit hìc, & nunc, id est, *determinatè*, ad differentiam positionis obligationis quoad leues necessitates. Et pro exemplo affert determinatum casum Matth. 18. Matth. 18. Vbi damnatur seruus, quia nõ est misertus conserui sui in graui necessitate. *Nam si* (inquit) *vrgere debitorem, mortale fuit, etiam ei, qui videbatur esse in necessitate, quantò magis habenti superflua, graue erit, nõ subuenire grauiter indigenti?*

Suar. de charit. disput. 7. sect. 3. num. 3.

Igitur dum sanctus Thomas distinguit obligationem ex debito *legali* subueniendi in extrema necessitate, quæ tunc oritur necessariò ex parte indigentis, ab illa, quæ oritur ex parte diuitis superflua habentis, dicendum est in priori loco de *communibus* necessitatibus intelligẽdum, in quibus non obligatur *determinatè*, id est, hìc, & nunc. Et in hoc posteriori loco loquutum fuisse de obligatione *sub mortali absolutè*, saltem respectu leuiũ necessitatum, quia etiam tunc iuxta interpretationem Caietani ibidem, lædit iustitia, cuius læsionem ex suo genere, ait esse mortalem.

Neque obstat in leui re esse, quia licèt ita sit respectu huius, vel illius, non tamen respectu boni communis in eo, qui nullã habet volũtatem tales pauperes subleuandi, vt benè Suarius explicat verbis istis. *Quamuis necessitates proximorum videantur leues, tamen aggregatum omnĩu illarum, comparatum ad genus humanum, vel ad Rempublicam, est valdè graue materia: ergo contemnere in genere humano totum illud aggregatũ miseriæ, est læsio charitatis, & misericordiæ in materia graui.* Et exemplo exponit; *sicut velle* (inquit) *furari centũ aureos à multis hominibus, ab vnoquoque assem, est peccatum mortale, quia licèt respectu vniuscuiusque sit materia leuis: totum tamen, est graue.* Hæc ille. Suarius.

Et licèt hìc asserat mortale contra charitatem esse, & non contra iustitiam, tamen iustitiam cõmutatiuam particularem excludit, non autem iustitiam hãc generalem expositam, vt patet ex ipso sect. 6. num. 2. quam lædi etiam

etiam in his neceſsitatibus leuibus pariter Sanctus Gregorius docuit, cùm dixit in Paſtor. lib. 3. cap. 22. *Cum qualibet neceſsaria indigentibus miniſtramus, ſua illis reddimus: non noſtra largimur.* & ideo ſubdit, iuſtitiam tunc impleri: *Iuſtitiæ debitum potiùs ſoluimus, quàm miſericordiæ opus implemus.* Et pro hoc adducit ipſum Dominum Matt. 6. 1. dicentem: *Attendite, ne iuſtitiam veſtram faciatis corã hominibus.* & ſtatim eleemoſynę ſubdit largitionem. *Cum ergo facis eleemoſynam, &c.* Item Prophetã, cum dixit Pſalmo 111 *Diſperſit, dedit pauperibus*, & illicò ſubiungit, *Iuſtitia eius manet in ſæculũ ſæculi.* Cum enim (inquit) *largitatem pauperibus impenſam præmiſiſſet, non hanc vocare miſericordiam, ſed iuſtitiam maluit, quia, quod à communi Domino tribuitur, iuſtum profectò eſt; vt qui accipiunt, eo communiter vtantur.* Et hinc quoque ait, Salomonem dixiſſe, *Qui iuſtus eſt, tribuit, & non ceſſabit.* Prou. 21. Notandum autem eſt dixiſſe sãctum Doctorem, *Quælibet neceſſaria*, vt etiã communia includat, & leuia.

S. Gregor. tom. 3.

Matt. 6. 1

num. 2.

Pſ. 111. 9

Prou. 21. 26.

Reſpectu verò obligationis; quæ tenentur diuites reſpectu grauis neceſsitatis, quæ frequẽtiùs, quàm extrema, occurrit, notat idem Suarius, fortaſsè dictum eſſe Matt. 19. *Difficilius diuitem ingredi in Regnum cælorũ, quàm camelũ per foramen acus.* Quod etiam reſpectu neceſsitatum leuiũ, in ſenſu expoſito, poteſt intelligi, & has omnes videtur incluſiſſe Pater Auguſtinus, cum dixit ad diuitem quemque: *Quære quantum tibi dederit, & ex eo tolle, quod ſufficit: cætera, quæ ſuperflua iacent, aliorum ſunt neceſſaria: ſuperflua diuitũ, neceſſaria ſunt pauperum. res alienæ poſſidentur, cũ ſuperflua poſſidentur.*

Matt. 19. 24.

P. Auguſt. tom. 8. in expoſ. Pſ. 147.

Sed quæres primò, de quo ſuperfluo teneatur diues ſubuenire neceſsitati extremæ. Reſpõdeo, quod de ſuperfluo indiuidui, licèt ſit neceſſarium ſtatui, ſeu perſonæ. Primò, quia, vt inquit Vaſques: *Plus tenemur diligere vitam proximi, quàm noſtrum ſtatum, & dignitatem.* Secundò, quia, vt ait Suarius, in tali caſu ſuperflua iſta ſunt ſic indigentis. Vnde non ſolum poteſt accipere illa iuſtè, verùm neque alter poteſt prohibere ſine iniuria.

Vaſq. loco cit. nu. 11

Suar. diſp cit. ſect. 4 nu. 3.

Quæres ſecundò, quid dicendum de graui neceſsitate, & leui. Reſpondeo cum Caietano, quod de ſuperfluo ſtatus, ſeu perſonæ. & de omnibus his ſuperfluis notat S. Thomas 2. 2. q. 32. ar. 5. in corp. dixiſſe Dominum Luc. 11. *Quod ſupereſt, date eleemoſynam.* Suarius tamen aduertit, poſſe interdum aliquem obligari de neceſſarijs aliquo modo ſtatui, cum videlicet, gra-

Caiet. in ſum. verb eleemoſy.

Luc. 11. 41.

Suar cit. nu. 2.

uiſsima occurrit neceſsitas proximi, licèt extrema non ſit, maximè, ſi hoc fiat ſine magna iactura ſtatus. vt cum adeſt periculum grauis infamiæ, vel ſimilis iniuriæ, aut carceris perpetui, ſeu captiuitatis.

Quæres tertiò, quæ ſit *extrema* neceſsitas, quæ *grauis*, & quę *leuis*.

S.Thom

Caiet. in ſum.verb eleemoſy.

Seraph. à Porrect.

Dico primò, illam eſſe *extremam*, iuxta Doctorem Angelicũ 2.2.q.66.ar.7.in corp. *Cũ imminet perſonæ periculum, & aliter ſubueniri non poteſt*. Quod magis explicans Caietanus, ait, *Intellige extremam neceſsitatem, non quando emiſſurus eſt ſpiritum, ſed quando ob defectum neceſſariorum apparet, quod ille moritur, niſi ei ſuccurratur de neceſſarijs modò, quando poſſunt ipſi prodeſſe ſubuentiones, antequam deſperetur de vita illius*. Et Seraphinus à Porrecta vberiùs ſic exponit 2.2. q.32. ar.5. *Tũc, quando apparent ſigna probabilia extremæ neceſsitatis futuræ in paupere, niſi ei ſubueniatur. v.g. quando aliquis ex vna parte videt alios impotentes, aut pigros ad ſubueniendũ: & ex alia parte videt pauperem indigere cibo, potu, & alijs vita neceſſarijs, nec ſibi ſatisfacere poſſe. Hæc dicitur extrema neceſsitas in tali paupere, nec eſt expectanda maior, puta, vltima neceſsitas naturæ, quia tunc fortè non poſſet pauper iſte iuuari, natura iam fame, vel ſiti conſumpta*: Hæc ille.

Vaſq.l.cit nu.8.

Dico ſecundò cum Vaſquez, illam dici grauem: *Cum aliquod imminet incommodum notabile. Alia verò dicitur cõmunis, quam cõmuniter patiuntur pauperes.*

Suar.diſp 7.cit.ſect. 1. nu.4

Suarius autẽ ſic explicat grauem: *Quando homo ita indiget, vt ſine graui detrimento honoris, aut ſalutis, aut bonorum fortunæ, non poſsit ſubuenire ſibi ſine alterius auxilio.*

Et hæc ſint dicta ſũmariè pro capacitate materiæ, quæ diffuſiùs tractãt Doctores, ex quibus pauca iſta collegimus ad propoſitũ. Igitur patet ſufficienter ex dictis, quomodo auaritia iniuſta ſit. Sed &

Dura ſibi.

Chryſoſt. hom.6. in Ioan.circ. fin.tom 3.

Conſtat ſatis ex dictis, quia *inſatiabilis*, *pœnalis*, *laborioſa*, *penurioſa*, *oneroſa*. Ex omnibus enim iſtis creſcit duritia, qua cruciatur auarus, dum famulatur auro, cuius ſeruitutem, tyrannicam appellat Chryſoſtomus cũ Chriſtiana conferens eam. Nam huius iugum, ſuaue, & leue eſt: illius, graue, & amarũ ex ſolicitudinibus, timoribus, angoribus ſudoribus, inimicitijs, odijs, & inſidijs, quibus ſcatet vita auari, poſtquam ſequitur tormentum æternum. Vide, quæ duritia ſit iſta, de qua ſic Chryſoſtomus fatur: *Non ne ſummæ profectò dementiæ*

mentiæ eſt tam leue, tam gratũ imperium, & tantis redundans bonis, vt ingrato, & fœdiſſimo ſeruias tyranno contemnere?

Pater etiam Auguſtinus prædictam comparationem faciens, duram nominat auaritiam, ſic introducens Chriſtum Dominum ad auarum loquentem. *Quid vis ab auaritia poſſideri? Dura iubet, leuia ego. Onus eius graue: ſarcina mea leuis eſt. Iugum eius aſperum eſt: iugum meum leue eſt. Noli velle ab auaritia poſſideri. Iubet auaritia, vt mare tranſeas, & obtemperas: iubet, vt te ventis, procelliſque cõmittas: Iubeo ego, vt ante oſtium tuum ex eo, quod habes, des pauperi, piger es ad faciendum ante te opus bonum, & ſtrenuus es ad tranſeundum mare? quia auaritia imperat, ſeruis: quia Deus iubet, odiſti.* Hactenus S. Doctor. Ex quibus patet, quod tyrannice auaritia iubet, & obeditur, & Dominus Ieſus iubet ſuauiter, & reſpuitur. Vide qualis iſta ſit ſeruitus, ex eo turpior, quia dura ſibi, reiecto iugo ſuaui.

P. Auguſt. enarr. in Pſal. 118. ant. med. tom. 8.

Sanctus Ambroſius de fœminarum auaritia loquens, ait, multa illas hinc pati, dũmodò fruantur auro. *Delectantur* (inquit) *compedibus mulieres, dummodò auro ligentur: non putant onera eſſe, ſi pretioſa ſint; non putant vincula eſſe, ſi in his theſauri coruſcent. Delectant & vulnera, vt aurum auribus inſeratur, & margaritæ dependeant. Habent & gemmæ pondera ſua: habent & veſtimenta frigora ſua. Sudatur in gemmis: algetur in ſericis: tamen prætia iuuant, & quæ natura auerſatur, commendat auaritia.*

S. Ambroſ. lib. de Nabuth. c. 5. circa fin. tom. 1.

Sanè de dura hac ſeruitute loquutus Sapiens, dixit: *Eſt & alia infirmitas peſſima, quam vidi ſub Sole, diuitiæ conſeruatæ in malum Domini ſui.* quid eſt peſſima? dura nimis. quid eſt in malum? in pœnam, & cruciatum. Proinde de hac infirmitate ſic Chryſoſtomus eſt loquutus: *Quid hoc morbo grauius? omnibus priuatur delicijs, omni voluptate: multum gloriæ, multum honoris amittit: amator pecuniarum, multos formidat: multos habet accuſatores, inuidos, calũniatores, inſidiatores: qui ab eo iniuriam acceperunt, oderunt, vtpote offenſi: qui minus, timore, ne offendatur, & offenſorum miſericordia, illum, vt hoſtem obſeruant, & cauent. maiores, potentioresq. indignantes, & pauperum miſericordiæ, & liuore ſimiliter, vt inimicos odio habent. Et quid homines dico? cum Deũ inimicum habeant. quid ſpei reliquum fuerit? quid conſolationis?* Hæc ille. Vbi autem deeſt conſolatio, adeſt deſolatio animam crucians. Et quid durius? tormenta ipſa carnis, ſolatium animi, dulcia redit. & vbi hoc deficit, ipſa carnis ſolatia amarẽſcunt.

Eccle. 5. 11.

S. Chryſoſt. ho. 86. in Ioan. circ. fin. to. 3.

feunt. Ecce auaritia multum *sibi* dura. sed &

Crudelis alijs.

Quod quidem multis modis exercet, vt appareat turpior, vel cum non subleuat miseriam proximi, cum possit: vel, cum tollit substantiam; vel aufert vitam, vt illius bona possideat. in primo modo, misericordiam ludit; in secundo, & tertio, iustitiam. & in omnibus, charitatem.

Et quantum ad primum, crudelis est, viscera misericordiæ nõ ostendens ijs miseria constitutis, vt sunt egeni. vt enim Pater Augustinus tradidit: *Misericordia est alienæ miseriæ in nostro corde compassio: qua vtique, si possumus subuenire, compellimur.* Et exercitium explicans, subdit: *Cum indigenti tribuitur.* Misericors ergo cor, est compassiuum. Et ideo subleuatiuum, simulque molle, & blandum. Proinde malum proximi, facilè imprimitur sibi, & condolet, atque compatitur, & pro suo posse liberat à miseria, vt sibimet faceret, cui iam proximi malum, hinc fit cõmune. At non mirum, quia partus misericordiæ à charitate procedit, quæ tam bona, quàm mala facit communia. Proinde, qui hac flagrabat, clamabat: *Quis infirmatur, & ego non infirmor?* Hinc namque Angelicus Doctor concludit, eleemosynam, qua miseria inopis subleuatur, licèt *immediatè* à misericordia sit, tamẽ *mediatè* à charitate procedere, *Quia* (inquit) *misericordia est effectus charitatis, & consequenter dare eleemosynam est actus charitatis, misericordia mediante.*

S. Augustin. lib. 9. de Ciu. c. 9. ann. med. tom. 5.

2. Cor. 11. 29.

S. Th. 2. 2. q. 32. ar. 1. in corp.

Vnde, qui eleemosynam negat egeno, charitatem lædere testatur Ioannes, dicens: *Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo.* Ecce misericordiæ denegatio, & cõsequenter concluditur charitatis priuatio, dũ subditur: *Quomodo charitas Dei manet in eo?* Quia, scilicet, vbi charitas est, misericordia est, vt eius individuus partus: destructa ergo misericordia, charitas permanere nõ potest: sed neque iustitia, si de *legali*, sit sermo, iuxta superiùs dicta. 1. Ioan. 3. 17.

Crudelis ergo probatur, cum misericordia denegatur. Namquemadmodum ista mollis est, ita crudelitas dura. Hoc enim est crudum, quod durum. quod namque crudum est, coctum nõ est: concoctio enim calore fit, cuius est rarefacere, & ita mollificare: non ergo mirum, quod deficiente charitatis calore, misericordia defit; & adsit crudelitas. Proinde quædam in miseria constituta, postquam crudelem appellauit tyrannum, subiunxit & durum, dicens: *Impie, crude-*

In Brev. Roman. 5. Febr.

Digitiz Google

delis, & dire tyranne, &c. non minùs autem occidit, qui pauperem in extrema neceſsitate derelinquit, teſte Ambroſ. dicente: *Paſce fame morientem; ſi non paſciſti, occidiſti.* At licèt in cæteris neceſsitatibus leuioribus occiſio non contingat, paſſibilitas tamen nõ deeſt & ſua proportionata crudelitas, vt confirmat Epulonis pœna æterna, contemptoris inopis Lazari, Luc. 16. licèt in extrema neceſsitate non eſſet, vt conſiderat Vaſquez his verbis: *Neque Lazarus in Euãgelio videtur, quòd laboraret ex extrema neceſsitate, & tamen Epulo ille, quia ſuperflua habebat, & Lazari miſeriam, licèt non extremam, non ſubleuauit, damnatus eſt.* De qua crudelitate loquens P. Auguſtinus ait, iuſtè illius crudelitatem puniri, negatione guttæ aquæ, qui etiam negauerat micam: *Deſiderauit*, inquit, *guttam à quo ille micam, & quoniã dilexit opulẽtiam, nõ inuẽit miſericordiam.* Sed quid eſt diligere opulentiam? auarum eſſe: ex hoc ergo crudelitas, & inde pœnæ æternitas.

Ambroſ. relatc. ap. paſce, diſt. 86.

Vaſq. tra. 8. de ele em. dub. 3 nu. 12.

P. Auguſt ſer. 90. de tẽp. ant. med. tem. 10.

Lyrani

Quod etiam factum Lyranus cõſiderans, aliqua ſpecialiter notat, quæ faciunt ad propoſitum. Primum, quod dicit Euangeliſta: *Cupiens ſaturari de micis*, vbi aduertit, *non dici de pretioſis.* Secundum, *Quæ cadebant de menſa diuitis*, in quo, inquit, *apparebat maxima duritia, eo quòd peuire permittebatur, vnde pauper poterat ſubleuari.* Tertium, *Et nemo illi dabat*, quia *tali domino, talis familia, & ideo ſibi conformabatur in mentis duritie.* Quartum, *Sed, & canes veniebant, & lingebant vlcera eius*; ecce, inquit, *brutalis pietas, in lingendo vlcera pauperis, arguit duritiem diuitis.* quia vtique curialiores erant canes pauperi, quàm eorum Dominus. Ecce quanta ſœuitia in auaritiã? At non mirum, quia alijs ſubtrahit, dum ſibi ſoli impendit. Qui proinde ſeruiebat, qui dicebat: *Manducabo de meis bonis ſolus.* Quomodo etiam fuit Nabal, qui panem eſuriẽti Dauid, & comitibus eius durè negauit. at non mirum, quia de eo ſpecialiter Scriptura teſtatur, quòd erat *durus, & peſſimus.*

Luc. 16. 21.

Eccli. 11. 19.

1. Reg. 25 3.

Sed cùm etiam ſubſtantia tollitur, crudelitas exercetur. & ſanè non parùm, cùm ideo ſubſtantia, diuitiæ nominentur, quia hominis ſubſtantia ipſis nutritur, & viuit. in hanc ergo ſæuit manus auara, cum furatur, & rapit, vſuram exercet, & dolum. De qua Cyprianus loquens, adeò excreſcere ait, vt iam non occultè ſæuiat, vt latrones faciunt, qui habitãt ſolitudines, vt rapinas exerceant; ſed palàm, attrita fronte, crudeſcere vſque ad necem.

Cypr. lib. ad Demetrian. ante med.

In latronibus, inquit, *eſt, vtcunque aliqua ſcelerum verecũdia, alias fauces, & deſertas ſoli-*

tudines deligunt, & ſic illic delinquitur, vt tamen delinquentium facinus tenebris, & nocte veletur. Auaritia palam ſæuit, & ipſa audacia ſua tuta, in fori luce, abruptæ cupiditatis arma proſtituit. Inde falſarij, inde venefici, inde in media ciuitate ſicarij, tam ad peccandum præcipites, quàm impunè peccantes.

Sanè eò perducitur iſta ſæuitia, vt ad necé perueniat (qui tertius modus erat) cum aliter non poteſt frui re concupita. quod exemplis probatur.

Quis enim, quæſo, lapidauit Naboth Iſrahelitam, & occiſum reliquit ſanguine fuſo linctо à canibus? auaritia ſæua Achab. 3. Reg. 21.

Quis oculos eruit forti Samſoni? auaræ Dalilæ cupiditas dura, vt frueretur promiſſa pecunia. Iud. 16. ſanè cui ceſſit armatus exercitus, non pepercit manus auara.

Quis magiſtrum proprium tradidit neci, & vitam ipſam occidit? Iudæ ſæuitia, amatrix pecuniæ. Matt. 26. quod factum expendens Baſil. *ſic*, ait, *Iudæ pectus auaritiæ ardore exaruit, vt Dominum largitorem ſibi cunctorũ bonorum, in manus traderet impiorum*, & S. Chryſ. teſtatur adeò exceſsiſſe furòrem, vt omnes ſimul dæmoniacos homines cruore excederet, qui obuium quemque occiſuri inuadant. *quando enim* inquit, *omnes ſimul dæmoniaci tantum facinoris committent, quantum Iudas ſolus commiſit, qui ad extremam iniquitatem, turpi pecuniarũ ardore deuectus eſt.* & ſubdit, ſic eſſe cunctos auaros, *pariterque omnes, qui auaritiam illius imitantur, quaſi feræ beſtiæ, catenis ſolutæ, cunctos homines, nullo reſiſtente, perturbant, ac lacerant.* Vide quibus vtatur verbis hic Doctor illuminatus *feras beſtias* auaros vocãs, & non, vtcumque, ſed *ſolutas*. Et quia adhuc iſtis, poterat aliquis obuius fieri, & reſiſtere, vt illam feritatem declaret, addit, *nullo reſiſtente*. Et quia paruum inferre poterant malum, ſubiungit, maximum eſſe, qualis eſt lacceratio.

Baſil. ad mon. ad ſil. ſpirit. cir. med.

Chryſ. homil. 29. in Matt. poſt med. to. 2.

Notat autem idem Doctor ſapientiſſimus quiddam notatu digniſſimum, nimirum, quod licet nullus exterius illi videatur reſiſtere, intus tamen, etiam ligati catenis, quas, quantum in ſe eſt, auari conſtringũt quæ, ſi omnino tollerentur, furòre excederent dæmones. *Et vincula quidem* (inquit) *etiam his vndique conſecta ſunt.* Et quæ ſint, explicans, ſubiungit: *Iudicij timor, legum terror, multorum odia, cæteraque huiuſmodi: ſed his ruptis, omnia perturbant. Quod ſi quis, hos nexus, omninò ab eis auferret, tunc videres peiores hos dæmone, quàm dæmoniacos, ac furiore, vexari.*

Quod autem commutatiua iuſtitia, in his poſtremis crudelitatis generibus, violetur, meridia-

na

na luce est clarius, cùm substantia, & vita ipsa lædantur, & quandoque penitùs extinguantur. Ecce igitur auaritia, crudelis, bellua sæua. At finient hic eius mala? vide sequentia; *idololatrix, omnium malorum radix*.

Idololatrix.

Hoc expressè pronuntiauit Apostolus, cum ad Ephesios dixit. *Auarus, quod est idolorum seruitus.* Quæ verba expendens Chrysostomus, contendit, *propriè* loquutum Apostolum, & non hyperbolicè tantùm, vt quidam conabantur falsò verba Apostolica explanare, vt præcepti vim imminuerent, hyperbolem esse dicentes. Et inferiùs hoc repetens, ait. *Sunt autem, qui hyperbolem esse dicant, quod auarum dicit idolorum esse cultorem. Verùm non est hyperbolicè dictum, sed verè.* Et ideò tam ipse, quàm Theophilactus notant, subdidisse Apostolum, vt hanc propulsaret fallaciã, *nemo vos seducat inanibus verbis*.

Ad Ephes. 5. 5.

Chrys. ibi homil. 18.

Theophil. ibid. n. 6.

Ostendit autem veritatem loquutionis Apostoli Chrysostomus multis modis. Primò, ex verbis Domini dicentis, *non potestis Deo seruire, & Mammonæ*. Vnde cum Dominus, latriæ seruitio, & huic cultui, cultum auri opponeret, clarum videtur mãsisse, auaritiam esse idololatricem. *qui verò* (inquit) *Dominium ipsius abnegant, & inanimato seruiunt auro, clarum est, eiusmodi idolorum esse cultores.*

Matt. 6. 24.

Secundò, quia licet illi non flectatur genu, tamen curuatur voluntas. *quæ* (inquit) *potior est adoratio*. Quod efficaciter probat ex cultu Deo exhibito, qui magis constat ex voluntate subiecta, quam ex exteriori reuerentia. *Ad Deum* (ait) *animi intuitum conuertere, consideraque, quinam illum, verùs, ac magis adorent; an, qui simpliciter adsũt in precationibus, an, qui ipsius voluntatem faciunt?* quod quidem confirmare videntur verba illa dominica, *populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longè est à me.* Vnde sic S. Doctor concludit. *ita, & qui Mammonam adorant, verùs illam, ac magis adorant, qui voluntati ipsius obsequuntur.*

Matt. 15. 8.

Marci 7. 6.

Tertiò, quia sacrificia isti Idolo oblata, præstant sacrificijs, quæ gentilium sacrificabantur idolis. Quia istis bruta animantia macabantur: illi verò rationabilia corpora, imò animæ ipsæ, quæ longè excellunt. quod dicit his verbis. *Si ad simulacrorum illorum accesseris aram, videbis eam caprinum, & bouinum olentem sanguinem. Ad istam verò auaritiæ aram, si veneris, humanum sanguinem videbis miserè, & crudeliter exhalantem. Hìc, si steteris, non contemplaberis balitum, alas incensas, nec redditum*

Digitized by Google

nidorem, & fumum, ſed perditum humanum corpus.

Et exemplis dicta confirmat ex crudelitate petita huins tyranni. *Hìc*(inquit) *videbis quoſdam quidem, qui ſe ipſos in præcipitia coniecerunt: alios verò, qui laqueum applicauerunt: nonnullos etiam, qui enſem per ipſum guttur tranſegerunt. Vides hoſtias crudeles, & inhumanas? Vis iſtis ſæuiores videre?* Et proſequitur oſtendere adhuc animarũ mactationem, quam dicit perfici morte peccati, & non in illa corporis ſiſtere, ſed auarum ad hanc horribiliorem perduci. *Non ſaturatur*(inquit) *nec ſiſtitur, humano fuſo ſanguine, niſi ipſam etiam animam immolaueris, nec adimpletur auaritiæ ara, niſi vtriuſque, & immolantis, & immolati animas recipiat*. Et ſubdit in hoc ſacrificio, ipſum immolantem priùs offerre ſeipſum, non viuum, ſed mortuum, & deinde viuentem, quem occidit. *Neceſſe eſt enim hìc, vt qui immolat alium, primùm immoletur ipſe, atque ita immolet, vt mortuus immolet intereà viuentem*. Quia vtique ſine peccato lethifero nequit exercere rapinam, & homicidia, ad quæ auaritia ſæua carnificas manus extendit.

Theophil. Theophilactus verò ſubtiliter notat, Apoſtolum, veritatẽ hanc à Propheta Regio didiciſſe, qui ita
Pſ.113.4. in Pſalmo dixit, *ſimulacra gentiũ, argentum, & aurum*, Paulum verò vertiſſe, argentum, & aurum idòla exiſtere, vt quod gentilibus ſimulacra aurea erant, eſſet auaris aurum ipſum. Igitur, ſi gentibus dij erant, & auaris Deus eſt. *Puto*(inquit) *Paulum id à Dauid acceptum, alio quodam modo diſſeruiſſe. Nam, illo dicente, idòla gentium, argentum, & aurum: vel id ipſum, prudenter vt diceret, conuertiſſe, argentum, & aurum, idòla eſſe*. Et ideò ſic concludit. *Eſt ergo, qui auro, & argento inſeruierit, idolorum cultu detentus*.

Quem locum etiam Angelicus Doctor expendens ſuper Epiſtolam ad Epheſios, teſte doctore quodam moderno, ait, benè Apoſtolum auaritiam idololatriã Diez. Minorit. Luſit. inſũm. præd. v. Auaritia.
vocaſſe, quæ tunc contingit, quando ſoli Deo debitus honor, impenditur creaturæ: nunc autem Deo dupliciter honor debetur, nempe, vt conſtituamus in eo noſtrum vltimum finem, & in eo fiduciam noſtram firmiter ponamus: igitur, qui iſta in creaturis collocat, idololatriæ reus eſt: hoc autem facit auarus, qui finem ſuũ, & fiduciam ponit totam in nummis: Ergo idololatra eſt. Ita Doctor iſte ex Doctore Angelico. Et ſanè diſcurſu ſimili ferè probauimus nos Propugnaculo primo, ambitioſum omnem, eſſe idololatram.

Tamen, ſi ad ea reſpiciamus, S.Th.2.2.q.118.ar.5.ad 4.
quæ ipſe Doctor Angelicus iam ſenior factus, docuit in ſumma,

eun-

eundem locum expendens, reperiemus, ipſum dixiſſe *ſimilitudinariè* quidem auaritiam dici idololatriam. *quia ſicut idololatra* (inquit) *ſubijcit ſe creaturæ exteriori, ità etiam auarus.* non tamen *propriè*, *quia idololatra quidem* (ait) *ſubijcit ſe creaturæ exteriori, vt exhibeat ei cultum diuinum: auarus autem ſubijcit ſe creaturæ exteriori, immoderatè eam concupiſcendo ad vſum, non tamen ad cultum.*

Et ſanè videtur S. Doctor de cultu externo loqui, quem D. Chryſoſtomus nõ exhiberi fatetur: cum tamen cultus internus, præcipuus ſit, qui in ſubiectione voluntatis conſiſtit, ideò hic Doctor illuminatus, vt ſupra vidimus, veram idololatriam concludit. In ipſa enim ſubiectione interiori aurum veneratur, vt Deũ, quod, vt vltimus finis, habetur ab eo; vt nos ſimili diſcurſu de ambitioſo, volumine primo probauimus. Et in hoc ſenſu de quolibet guloſo pronunciauit Apoſtolus, *quorum Deus venter eſt.* Philip. 3. 19. Ità ergo auarus, pecuniæ, vt Deo ſubijcitur, & per obedientiam exhibet reuerentiam, ideoque idololatra ritè probatur. Vnde Hieronymus ait. *vt voracium Deus venter eſt, ità cupidorum quoque iuſtiſſimè pecunia dici poteſt: maximè, cum in alio loco Apoſtolus, cupiditatem idololatriam vocet.* S. Hieron. in Epiſt. ad Ephes. c. 5. tom. 3. Vbi ſanè notandum verbum *iuſtiſſimè*, quo Hieronymus vtitur. Locus autem, quo Apoſtolus hanc replicat veritatem, caput tertium ad Coloſſ. eſt, vbi ità dicit, *mortificate auaritiam, quæ eſt ſimulacrorum ſeruitus.* Col. 3. 5. Et S. Chryſoſtomus legit, *cultus.*

Et cultum iſtum interenum, per alium cultum externum auro exhibitum probari ſanè videtur ex Exodo 32. vbi, Moyſe abſente, ab Aarone poſtulauerunt Iſraelitæ Deos. *Surge, fac nobis Deos.* Exod. 32. 1. Hanc autem idololatriam intentam, & attentatam cupiens Aaron ſapienter reprimere, cum eos auaritiæ deditos cognouiſſet, ex auro Idòlum formandum aſſeruit, & non quodlibet, ſed ex inauribus aureis, vt auri, ac cultus propij amor, & dolor in dimittendo expertus, non ſolùm cordis, verùm & carnis, tam ingens crimen præciderent, reputans, vt auro inſeruirent, renuntiaturos Idòlo, *affectum affectu repellens*, ait Theodoretus. Et Abulenſis 9. 10. in cap. 32. Exod. dicit, *vt fortè Iudæi auaritia retinendi auri ab incapto opere reſilirent.* Theodor. in Exod. 9 66. tom. 1 Abulenſ. At non mirum, quòd non deſiterũt, cum in vitulo poſtulato, ipſum aurum erant adoraturi, quod venerabantur, vt Deum, & clarum debebat eſſe hoc opus indicium, aurum, auri ſimulacrum exiſtere, iuxtà Apoſtolicum dictum, Ambroſio teſte, qui hoc factum conſiderans, ſic ait. *Aurum popoſcit, & in ignem miſit, & caput* S. Ambr. Apolog. Dauid. prima tom. 1. c. 4

put vituli figuratum eſt,cui ſunt oblata ſacrificia. Et maximè ad propoſitum ſubdit; *quo indicio claruit, auri cupiditatē materiā eſſe perfidiæ, & auaritiæ ſtudio, ſacrilegia ſolère generari.* At non mirum,quod impiè ità offendant auari, cum Sapiens dicat, Eccli. 31. 7. *lignum offenſionis eſt aurum ſacrificantium ei*. Eccli. 31. vt ſupra ex Lyrano notaui.

Vides ergo etiam cultum externum auro exhibitum,tāquam ſignum cultus interni,quem ſemper auarus in ara cordis ſui exhibet auaritiæ. Eſt igitur auaritia in auaro idololatrix, & in ſe idolum abominabiliter cultū. Quod quidem peccatum omnium maximum eſt, cum Deo tollat honorem? Vnde de illo ad populum dixit Moyſes, Exod. 3. 30. *peccaſtis peccatum maximum*. Vide ergo quale ſit monſtrum hoc. ſed &

Omnium malorum radix.

Hanc vltimò qualitatem adduco pro complemento cognitionis huius monſtri ingentis. Quod cum in ſe malum ſummum ſit, eminenter tamen omne malum eſt,quatenus omnium cauſa malorum. Hinc inter capitalia connumeratur peccata, vt S. Thomas concludit iuxta S Th. 2. 2. q. 118. ar. 7. communem ſententiam. cùm enim,vt ipſe ait, capitale vitium ſit, ex quo alia vitia oriuntur ſecundùm rationem finis, qui cum multum appetibilis ſit, maximè allicit appetitum, vt homo propter illum ad multa facienda procedat, & huiuſmodi pecunia eſt,cui, vt Sapiens dixit, *obediunt omnia*. Eccle. 10. 19. Hinc in cuncta mala prorumpit, vt potiatur ea, licet námque ex ſuperbia originem, ſupra ex eodem S. Doctore, trahere, oſtenderimus, tamen ibidem diximus de elatione *in intentione*, hoc debere intelligi. Nam *in exequutione*, auaritia ipſa illius genitrix eſt,vt ſimul mater,& filia ſit: effectus, & cauſa, ſub conſideratione diuerſa. Et ità non mirum, quòd omnium malorum cauſa ſit, quæ cauſa ſuperbiæ eſt, vt ex Apoſtolo conſtat,dicente, *radix omnium malorum eſt cupiditas*. 1. ad Timot. 6. 10. Et græcus legit, *argenti amor*.

Quæ verba Theophilactus, conſiderans, ſic ait, Theophil. ibid. *quippe quæ nec viuentibus parcit, nec mortuis. quæ vel hos ipſos ſpoliat, prædaturque, & in parentes, vt in parentes, vt inſurgant, liberos cogit: & fratres, vt cum fratribus litigentur, & naturæ ſimul, & humana iura peruertit. Hanc itaque, ſi tollas auiditatem, nec bellum erit, nec odia, nec quiſquam fornicabitur. Nam & fæminæ argenti cupiditate ſe ipſas proſtituunt.*

De hac quoque radice loquutus fuit Eſaias Propheta,cùm dixit, *radix eorum, quaſi fauilla erit: & germen eorum, vt puluis* Iſai. 5. 24.

aſcen-

Digitized by Google

aſcendet. Priùs enim dixerat, *væ, qui iuſtificatis impium pro muneribus, & iuſtitiam iuſti auferetis ab eo.* Ecce auaritia deſtructiua iuſtitiæ. Proinde ſubiungitur de hac radice, iuxta interpretationem Baſilij, combuſtum iri in flammam diſſoluta. Radicem videlicet, vocans cupiditatem pecuniæ, ſiue auaritiam, & ſubdit hic S. Doctor, non mirum, ſi addatur, *& germen eorum, vt puluis aſcendet,* & ipſe legit, *flos eorum,* illum aſſimilans pulueri, quia, vt iſte motus, ſordidat, & officit reſpiraculo, & ità vitæ inſidiatur, ſic mala; quæ ex auaritia oriuntur, animam maculant, & interimunt. *Vt quemadmodum* (inquit) *puluis excitatus ab obuijs, qui & officit organo reſpirationis, vitæque noſtræ molitur inſidias: ad hunc modum ſe habet plus acquirendi cupiditas, à qua erumpunt flores auaritiæ, ceu ſunt violenta extorſio, ſiue rapacitas, iniuſtitiæ mendacium, calumniæ: alia inſuper quæcumque ſunt malignæ radicis germina, vtique exitialia vitæ noſtræ, & ſpiritualium animæ munditiam interpellantia.* Hactenus S. Doctor.

Baſil. libi

Hanc etiam malorum propaginem, viſio Zachariæ Prophetæ indicauit, de qua ſuperiùs diximus, quando ei oſtenſa auaritia fuit ſub imagine amphoræ, & in medio illius, mulier vna ſedens, de qua, ne dubitaretur, quæ eſſet, ſtatim ſubdit; *Et hæc eſt impietas.* Et additur, *& proiecit eam in medio amphoræ.* Sed quare in medio? Reſpondet S. Gregorius, *quia, ſcilicet, auaritia ſemper impietas tenetur.* Et ſubiungitur, *& miſit maſſam plumbeam in os eius.* Nonne poterat maſſa hæc lignea eſſe, & ſufficienter ita os obturare? quare igitur plumbeam oportuit eſſe? quia ad omnia mala trahere, debeat ſignificare. Per grauitatem ergo metalli, auaritiæ malitia deſignatur, quæ vbi poſsèdit cor, ad ima inclinat: & inde ad omnia mala trahit, non contenta in Deum ire, ſed in proximos quoſque varijs modis ſæuire. *Quia ſcilicet* (inquit idem Gregorius) *impietas auaritiæ, peccati ſui pondere grauatur: ſi enim ad ea, quæ deorſum ſunt, non ambiret, erga Deum, & proximos impia nequaquam exiſteret.*

Zachar. 5. 8.

S. Gregor lib. 14. mor. c. 26 tom. 2.

Quam etiam veritatē S. Chryſoſtomus meditatus, in verba iſta prorupit. *Hinc pugnæ, hinc inimicitiæ, hinc bella, hinc contentiones, conuitia, ſuſpiciones, contumeliæ: hinc cædes, furta, ſacrilegia.* Et plura alia in hanc ſententiam ibi luculenter proſequitur.

S. Chryſ. in c. 8. ad Rom. hom 11. poſt med. to. 4.

Ideo non mirum, ſi in vno loco apparet cum maſſa plumbea in ore, per quam grauitas deſignatur, & caſus; & in alio, cum ligno in pedibus, per quod ad mala impactio ex hoc offendicu-

Io

lo pariter indicatur. *Lignũ offen-*
Eccli. 31. 7. *sionis* (inquit Sapiens) *eſt aurum ſacrificantiũ ei.* Quemadmodum namque ij, qui in lignum pedibus impingunt, cadunt; ſic, qui animæ pedibus, id eſt, affectibus, & cupiditatibus in pecuniam impingunt, peccata multa committunt.

Quis, quæſo, ſanctum Oniam ſummum Sacerdotem occidit, niſi Andronici auaritia? 2. Machab. 4. 34.

Quis filiorum ſancti Samuelis peruertit iudicium? auaritia. 1. Reg. 8.

Quis contra Naboth falſos teſtes produxit? auaritia. 3. Reg. 21.

Quis Paulum, & Silam virgis fecit cædi? auaritia, Actor. 16.

Quis mendacium ſuaſit dicere militibus ſepulchri, cuſtodibus? auaritia. Matth. 28.

Quis omnium ſcelerum in Dominũ Ieſum per impios miniſtros commiſſorum cauſa extitit? auaritia; quæ etiam mouit diſcipulum traditorem magiſtri. Matt. 26. 15. Radix ergo omniũ malorum eſt auaritia.

Innumera ſanè ſunt circa hoc exempla, tam vetera, quàm moderna, quæ recenſere longum nimis eſſet. Tu conſule illa.

Igitur ex hactenus dictis patet, vnde oriatur auaritia, quid, & qualis ſit, ex malis effectibus, quos in nobis producit. Remanet modò, cognito hoſte, arma aduersùs illum proponere.

Arma contra auaritiam ponuntur.

DIximus cũ Apoſtolo, auaritiam omnium malorum radicem eſſe. Et radicem huius radicis inueſtigantes, oſtendimus etiã, quatuor ordinariè eſſe; nimirũ, *Sui amorẽ, ſuperbiæ tumorẽ, indigentiæ timorem, filiorum dilationem.* Igitur ponenda ſecuris eſt, non ſolùm ad hanc malam radicem, ſed etiam ad radices ipſius. Imò, vt ſecuriùs viuat iuſtitia, deſtructa auaritia, adhuc præter remedia oppoſita illius radicibus, alia tela parabimus. Sequentibus ergo militabimus contra hunc hoſtem. videlicet,

1 *Ordinatæ charitatis.*
2 *Veræ felicitatis.*
3 *Cordis humilitatis.*
4 *Curæ propriæ veritatis.*
5 *Eleemoſynæ largitatis.*
6 *Vitæ breuitatis.*
7 *Verarum diuitiarum cupiditatis.*
8 *Pœnarum auſteritatis.*

CONSIDERATIO I.

Ex *Ordinata charitate.*

DVAS auaritiæ cauſas per conſiderationem præſẽtem tentabimus expugnare. Primam, videlicet, ex amore ſui, per ordinatũ erga ſe amorem.

Digitized by Google

rem. Secundam ex filiorum ditatione, nata ex eorum amore, per ordinatam erga ipsos dilectionē.

DISCVRSVS I.

Circa *Amorem sui.*

ET quoad expugnationem amoris proprij, ex quo quæruntur diuitiæ, iuuabit doctrina diffusè superiùs tradita, quando cōtra illum pugnauimus. Hic tamen peculiariter hæc addemus.

Luc. 12. 15. Et primò verba Domini apud Luc. dicentis, *Videte, & cauete ab omni auaritia.* Ecce repulsio, & spbdie motiuum, *quia non in abundantia cuiusquam, vita eius est ex bis, qua possidet.* Vbi, quod fortiùs poterat ad hunc amorem alliciens, proposuit; nimirum, propriam vitam, quæ inter temporalia bona tenet primatum, tamen propter hanc docet non esse immoderatè amandas pecunias, quia non vita in illis est, quæ potiùs ex illis periclitatur, abbreuiatur, & tollitur. Lyran. Vnde ibi sic ait Lyranus, *Quia propter abundantiam, & superfluitatem mors plurium accelleratur. Multò enim plures moriuntur ex repletione, quàm ex attenuatione. Vitæ etiam pauperum, nullus insidiatur: diuites autem in nullo loco sunt securi, & in omni cibo, & potu timent intoxicari.* Hæc Lyranus.

Et ad hoc sanè facit Prouerbium illud, *Cantabit vacuus coram latrone viator.* Quia cùm non habeat, quod sibi eripiatur, mortem non timet, quam pauet dives.

Quod autem de corporali vita, quam præcipuè quærunt carnales, intelligatur sermo Dominicus, patet ex subiecto exēplo, de diuite ex amore sui inordinato, sic auidè congregante, vt ex illius verbis mōstratur, *Destruam horrea mea, & maiora faciam, & illuc congregabo omnia, quæ nata sunt mihi.* Ecce in hoc mihi, amor propius viget, quia non alijs reseruabat, & sequitur, *Et bona mea,* quia non communia, quæ ex sui inordinato amore fecerat sibi propria. *Et dicam animæ meæ,* quatenus per illam viuebat etiam corpus ipsius, *anima habes multa bona, posita in annos plurimos.* Ecce corporalis vita, de qua plurimum satagebat, cui multa oblectamēta quærebat, vt sequitur, *requiesce, comede, bibe, epulare.* Sed, quod per bona congregata, hæc vita non protendatur, ac per hoc stultè, ex hoc amore quærantur, ibi subiungitur, *Stultè hac nocte animam tuam* (per quam corpus tuum viuit, cui tot bona quæris) *repetunt à te.* Ecce mors vbi quærebatur vita. Et consequenter non locus quieti est, cæterisque delicijs, quas iste sibi cupiebat cū vita. Frustra igitur ex amore sui, diui-

num. 18.

num. 19.

num. 20.

diuitijs auarus inhiat, qui cum ipsis non subsistit, sed perit.

At dices, eas quæro propter animæ vitam. Sed ad hoc Respondetur, etiam hanc vitam non modicè periclitari, quando sic auidè appetuntur. Vnde diaboli laqueus, interitus, & perditio; 1. *Tim.* 6. 9. Apostolica voce dicuntur. *Qui volunt* (inquit) *diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, in interitum, & perditionem*. Vt supra expendimus. Propterea ex hoc motiuo arma colligit Apostolus contra hunc hostem, vt sobriè bona ista quæramus, paucis contenti, ideo præmittit, *Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, ijs cõtenti sumus*. Et prædictum motiuum perditionis animæ, pro diuitiarum renuntiatione, suggessit. Vbi ad propositum verba illa *(contenti sumus)* consideratione sunt digna. Nam amor proprius ordinatus inuitur, quando in necessarijs tãtùm complacuerimus nobis, omnibus superfluis resecatis, cum quibus tantoperè periclitatur animæ vita prætensa.

His accedit primò, quòd animæ vita, potiùs ab alimento spirituali, quàm corporali dependet. Vnde magis de illo, quàm de isto esse curandum veritas ipsa testatur, dicens, *Non ex solo pane viuit homo, sed ex omni verbo, quod procedit de ore Dei*. Luc. 4. 4 Matt. 4. 4.

Secundò, quòd diuitiæ spinis assimilantur, quibus animus pungitur durè, & secum plura incõmoda afferunt, tam spiritualia, quàm corporalia, quæ supra ostẽdimus ex *penuria, duritia, onere, & labore*. Igitur, si ordinatus amor sui, bona vera quærit, tam animæ, quàm corporis, & mala fugit, auaritiæ renuntiet per verum sui amorem, falso renũtiato.

DISCVRSVS II.

Circa *Amorem filiorum*.

QVò ad expugnationem autem amoris erga natos, qui causa est coaceruãdi diuitias, considerandum est primò, quod cùm malè acquisita, iure non sint filiorum, sed suorũ dominorum, à quibus per vim, aut fraudem fuerunt extorta, restitutioni manent obnoxia; & sic ad filios deuoluuntur, aut frustra, quia necessariò restituenda sunt: aut cum morte animæ, quia retinenda sunt. Et sic potiùs hoc est filijs nocère, quàm eis ex vero amore prouidère, teste Augustino dicẽte. *Quam curam geris filiorum, vt eos obruas lachrymis miserorum?* Quia vtique clamant vindictam. Et subdit, *non est hoc filios amare, sed potiùs necare*. *Aug. lib. 50. homil. hom. 48. aut. med. tom. 10.*

Deinde, vt ait Doctor Angelicus 2.2.q.26.art.4 in corp. *Homo ex charitate debet magis se ipsum diligere, quàm proximum. Et huius signum est, quòd homo* *S. Thom.*

non

non debet ſubire aliquod malum peccati, quod contrariatur participationi beatitudinis, vt proximũ liberet à peccato. Hęc ſanctus Doctor. Ex quibus à fortiori infertur, quod ſi ita congregando, potiùs inuoluit peccato filium ſuum, ipſemet pater multipliciter lædit dilectionem. Primò, erga ſeipſum, quia ſe inquinat peccato. Secundò, erga filium, cui parat dolores, etiam poſt hanc vitam. Et ſic dum prætendit ſe, & filium diligere; illi congregando, potiùs odiſſe conuincitur. Vnde loco citato S. Auguſtinus auaro dicit, *Et tibi perpetuam pœnam nutris, & filijs tuis dolorem dimittis.* Quod ex Salomone confirmat, dicente, *Qui congregat aliena, relinquit filijs dolorem.* Vtique in hac vita, quia ſunt *ſpinæ* pungentes, vt Dominus dixit, & poſt hãc vitam, quia æternaliter cruciabuntur. Non ergo eſt hoc oſtendere erga filios charitatem, ſed potiùs propriam prauitatem declaratam in poſteritate. *Auguſt. loc. cit.* *Neſcis* (inquit idem Auguſtinus) *quia arbor in fruge dignoſcitur, neſcis, quia quod in radice celatur, in ramis declaratur? nolo te talem patrem ſentiant filij tui: nolo ſic prouideat, vt magis inuideas.*

Vlteriùs; Dei eſt ditare, & ad pauperiem quemquam redigere: *idem loc. cit.* Quod probat idem Pater Auguſtinus ex eo, quod multi naſcuntur pauperes, & diuites efficiuntur: & alij, quibus hæreditas magna dimittitur, deinde ad miſeriã rediguntur. Quod etiam confirmat Sapiens dicens, *Generauit filium, qui in ſumma egeſtate erit.* Eccle. 5. 13. *Si ergo* (infert ſanctus Doctor) *Dei eſt pauperem facere, Dei eſt & ditare, cur prouidus filiorum exiſtis?* Vtique cum nequitia, qualis eſt auaritia.

Rurſus, fortè filij morientur, & ſuccedent extranei, qui conſument bona iſta tanto labore quæſita, iuxta illud, *homo extraneus vorabit illud.* Eccle. 6. 2. Ergo tantus labor fruſtra impenditur, vt oſtẽdatur amor circa incertum.

Item tu ignoras, vt Scriptura teſtatur, *Vtrum filius tuus, ſapiens, an ſtultus futurus ſit, qui dominabitur laboribus tuis.* Eccle. 2. 19. Quid igitur te maculas, & tibi officis, vt filio proſis, cui etiã miniſtras, & gladium paras, quo ſe miſerrimè perimat. Propterea ſic ad patrem auarum S. Baſilius fatur, hinc eius cupiditatem coercens. *Quis tibi ſponſor de ipſorum fuerit voluntate, ac ingenio, vt reſtè datis, relictiſque vtantur? Nam multis diuitiæ, luxuriæ sũt cauſæ.* S. Baſil. homil. in diu auar poſt med. Quod Sapientis auctoritate confirmat, dicentis, *Eſt & alia infirmitas peſſima, quam vidi ſub ſole, diuitia conſeruata in malum Domini ſui.* Eccle. 5. 12. Vnde concludit, non verè ſe amare, neque filium, qui ſibi, & illi pœnam conciliat, non quamlibet, ſed æternam. *Conſidera itaque* (ait) *ne*

cum

cum multis drumnis opes cumulas, peccatorum materiam alijs tradas, duplicique plectàris postmodum pœna, & tuorum criminum causa, & aliorum, quibus causam dederis.

Denique ait idem Basilius, charitatem ordinatam patris consistere magis in lucro animæ propriæ, quàm in ditatione natorum, *Nonne* (inquit) *cunctis liberis coniunctior est tibi anima tua? nonne omnium familiarissima? Huic tu primas da partes diuitis hæreditatis. Deinde filijs victum distribue.*

Vltimò concludo, Patris charitatem veram erga filios, potiùs in pia educatione vigère, qua acquiruntur virtutes, in quibus ditatio vera consistit, vt ex dicendis patebit. Si ergo amor inordinatus sui, & filiorum, causæ erant pessimæ istius radicis, patet, quæsiter sit securis ad illam ponenda per ordinatam sui, & natorum dilectionem.

CONSIDERATIO II.

Ex *Vera felicitate*.

CONSIDERA, veram felicitatem illam esse, iuxta Doctorem Angelicum, quæ totaliter *quietat appetitum*. Quod, vt ipse ibidem subdit, non facit, *nisi bonum vniuersale*, qui est solus Deus, de quo proinde dicit Psalmista, *Qui replet in bonis desiderium tuum*. Vnde concludit in solo Deo felicitatem nostram consistere: non ergo in aliqua creatura, cuius bonitas est limitata, & nos satiare non valet.

S.Th.1.2 q.2.ar.8. in corp.

Psal.102.5

Et quidem specialiter de diuitijs hoc probat S. Doctor ibidem art. 1. quia bonũ vniuersale quietans totaliter appetitũ nostrũ, debet esse vltimus finis; hinc enim habet quietare perfectè, & consequenter beare: diuitiæ autem, si sint *naturales*, sunt propter hominem conditæ, iuxta illud, *Omnia subiecisti sub pedibus eius*, si sunt *artificiales*, vt aurum, & argentum, sunt propter *naturales*, vt, scilicet, illis panem, & cætera vitæ humanæ necessaria emamus, & sic viuamus: Ergo neutræ habent rationem vltimi finis pigitur appetitum nostrum quietare non valent, & sic, nec verè felicem facere.

Psal.8.8.

Quod quidem euenire, etiãsi omnes simul cõfoderabiles, possiderentur ab vno semper namque limitatæ perfectionis manerent, & consequenter ad quietãdum inhabiles, quia solum increatum bonum, & infinitum nos quietare est potens, teste etiam Augustino dicente, *Fecisti nos Domine ad te, & inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te.* Igitur in omnibus alijs re quietem inuenire non valet, & sic nec veram felicitatem.

Aug. lib. 1. Confess. cap. 1.

Est autem in hac diuitiarum insatiabilitate imperfectio duplex no-

notandâ. Altera, quæ ſupponit miſeriam, & initium eſt veræ felicitatis, qualis eſt in homine pio inhiante cæleſtibus. Cùm enim experiatur aurum, non poſſe ipſum reddere ſatium, ſed Deum, qui fecit aurum, illi ſponte renũtiat, & Deo ſoli inhæret: adhuc tamen miſer, quia nõdum re hoc bonũtenẽs totaliter: at incipit eſſe felix, quia ſpontè renũtians imperfecto, ſpe habet omnino perfectum. Et huiuſmodi ſunt pauperes *ſpiritu*, ſeu voluntarij, de quibus Dominus in Euangelio
Matt. 5. 3 dixit, *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorũ.* Quid eſt *regnum cælorum?* Deus clarè viſus, iuxta illud, *hæc eſt*
Ioan. 11. 3. *vita æterna, vt cognoſcãt te Deũ verum.* Quomodo ergo iam iſtorum pauperum diuitias contemnentium, & ſolo Deo inhiantium, eſt iſta felicitas? *in ſpe, non*
2. Cor. 5. 3 *in re. quoniam dum ſumus in corpore*, vt Apoſtolus ait, *peregrinamur à Domino.* Igitur non dum re poſsidemus, quem ſpe iam habemus. Et ideo iſti non ſatiati, quia ſolo ſummo bono inebriati, dicuntur *beati*. Quid eſt beati? felices, quia iam tenẽt ſpe, quod verè facit felicem.

Altera inſatiabilitatis imperfectio in bonis iſtis externis, eſt indicatiua præſentis miſeriæ, & conductiua ad miſeriam ſempiternam. Et hæc eſt in auaro. Nam iſte, bono increato contempto, quod ſolum valet ſatiare appetitum illius, perituris inhæret diuitijs, & inhiat ipſis, ſe ſatiaturus in ipſis, tamen fruſtatur ſpe, quia creſcit amor nummi cum nummo, vt ſupra eſt diffuſe monſtratum. & ſic vbi felicitatem exquirit, ibi reperit miſeriam flebilem, quæ poſt vitam hanc conſummabitur, victurus perpetuò omnibus denudatus, quibus in hac vita tam ſtudiosè vacabat, teſte Pſalmiſta dicente, *Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis.* *Pſ. 75. 6.*

Et hinc ſatis probatur, quàm falſa ſit illa *per ſe ſufficientia*, quam ſupra diximus auaritiæ, cauſam, quatenus quæritur ſolicitè ab auaro, numquam enim completur, quia numquam ſatiatur. Vnde quando S. Thomas ex Boetio dixit, *per ſe ſufficientiam maximè repromittunt diuitiæ*, vt ſupra attulimus, non intelligendus eſt de ſufficientia per ſe abſoluta, & omnino perfecta, quia hæc poſſeſſione ſolius Dei habebitur, qui iuxta Apoſtolum 1. Cor. 15. *erit omnia in omnibus*. Et ſanè verbum illud *repromittunt*, quo vtitur Angelicus Doctor, ſatis innuit, quod licet repromittant, tamen abſolutè deficere, quia animum lacerant, qui beandus erat præcipuè. *1. Cor. 15. 28.*

At dices, quomodo lacerant? quia non ſatiant. Hinc enim angitur, & torquetur, & inquietus redditur. Quomodo ergo felici-

Iacob.1.9 *Glorietur humilis in exaltatione ſua.* Sermo enim de paupere eſt. Eſt namque humilitas voluntariæ paupertatis indiuidua comes. Iſte igitur glorietur in exaltatione ſua, quæ in oculis Dei, iam hinc incipit, & conſummabitur in vita futura. & de diuite quid ſubiungitur? *Diues autem in humilitate ſua*; vtique glorietur. Sed ironica locutio eſt, vt ibi Gloſ. & Lyran. notarunt. Senſus ergo eſt, quod licèt pauper ſpiritu, qui ad diuitias non apponit cor ſuũ, & ideo humilis, exaltetur modo prædicto, & hinc verè glorioſus exiſtat, tamen cupidus diues, iam in oculis Dei humiliatus exiſtit, & humiliabitur æternaliter cum opprobrio ſempiterno. Vnde Pater Auguſtinus ſic dicit: in Pſal. 37. ad illa verba: *Et curuatus ſum. ſi fueris humilis, erigèris: ſi fueris elatus, curuaberis, vtique hìc initiatè, & poſtea conſummatè.*

num. 10.
Gloſſ.
Lyran.
P. Auguſt

Igitur, ſi extollentiam quæris ſuper alios, per diuitias tuas peritura es, & ita in oculis Dei cadis, coram quo ſolùm eſt vera excellentia, & magnitudo, vt de quodam verè magno Angelus inſinuauit, cum dixit: *Erit magnus coram Domino*, & teſtatur Kempis, dicens, *Nec maior dici vales, quàm, Deo teſte, ſis*, inſanè agis, dum quærendo exaltationẽ, incurris veram deiectionem. Humilitate ergo cordis, qua diuitiæ contemnuntur, exaltationem veram inuenies perpetuam coram Deo, quam perdis per auaritiam. Igitur renuntiata iſta, ad illam adſpira.

Luc.1.15
Kemp.

CONSIDERATIO IV.

Ex *cura proprie veritate*.

IN hoc conſiſtit vera cura ſui quoad temporalia, quod magis quiſque confidat de Dei prouidentia, quàm de ſua diligentia, id eſt, ſolicitudine, & ita immoderatio illa auiditatis, ceſſabit, qua timore indigentiæ tam auidè quæruntur pecuniæ, & reconduntur cum tanta cuſtodia, quæ tertia cauſa auaritiæ erat. Pro quo faciunt verba D. Petri dicentis: *Omnem ſolicitudinem veſtram proijcientes in eum*, vtique Deum. At, quare, ait, *Omnem?* vt includat ſolicitudinem, non ſolùm animę, ſed etiam corporis, vt ibi Interlin. declarat. Eſt enim hæc confidentia, vt ead. Gloſ. aduertit, veluti ancora quædam in mari. Quemadmodũ namque hæc nauem ſtabilit, & a fluctibus reddit ſecuram, ita confidentia de Dei prouidentia, animam in mari ſæculi huius reddit pacatam, & tranquillam, ne procella auaritiæ demerſa, & abſorpta, intereat.

1.Petr.5.7.
Interl.

At quare in Dei hanc prouidentiam, ſic debemus nos totos proijcere? ſubditur ab Apoſtolo; *Quoniam ipſi eſt cura de vobis.*

Ibid.

Digitized by Google

bis. quid autem poterit tunc timère, cùm curatorẽ habeat infinitè potentem, infinitè ſapientẽ, infinitè bonum. Bonum vtique, vt ſe communicet: ſapientem, vt modum ſciat: potentem, vt executio fiat? & notat Sanctus Bernardus non dixiſſe: *Omnem ſollicitudinem veſtram proijcientes in eum, vt ipſi ſit cura de vobis*, ſed, *quia ipſi eſt cura de vobis. aperte*, inquit, *proinde demõſtrans eccleſiam Sanctorum, non modo, quoniam dilecta, ſed & quod priùs dilecta fuerit.* Et ne dicas, ſanctus nõ ſum: ergo mecũ ſcriptura nõ loquitur, ſcias *ſanctũ* hìc à ſancto Doct. intelligi creaturam rationalem redemptam ſanguine Chriſti, quæ ex gratia illius, & abundantia Sacramentorum, ſanctitatẽ profitetur, & ad illam aſpirare tenetur, iuxta illud: *Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum.* &, *Hæc eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra.* Quid eſt ſanctificatio? ab omni iniquitate mundatio, & cõſequenter ab auaritia; ita, vt ab auiditate nimia pecuniæ quiſque in ſe abdicatus, principaliter vacet Deo, cui eſt cura de ipſo. Quod, ait, ſignificaſſe ſponſam, cum dixit: *Dilectus meus mihi*, id eſt, mihi per mei ſollicitam curam totus intendit: *Et ego illi*, tota vtique intendam. præcipuè quærendo illi placère per obſeruantiam mandatorum, ſuperfluis temporalibus abdicata. Quod ipſe Dominus in Euangelio dixit Matth. 6. *Primùm quærite regnum Dei, & hæc omnia adijcientur vobis.* quid eſt *primùm?* principaliter. quid eſt *regnum Dei?* vita æterna, & quæ conducunt ad ipſa, vt ſunt præcepta Diuina, teſte ipſa veritate dicente: *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mãdata.* Et quid eſt, *hæc omnia adijcientur vobis?* id eſt, temporalia iſta, quibus ducitur corporis vita, vobis ſuppeditabuntur, cùm prius inquiſieritis veram animæ vitam, quæ eſt gratia Dei.

Bernard. ſerm. 66 in Cant. circa init.

Matth. 6. 33.

Matth. 19. 17.

Igitur primariò curandum eſt de regno Dei, quæ eſt æterna vita, quàm de corporis vita corruptibili per acquiſitionem externorum bonorum, quorum cura proijcienda præcipuè in Deum eſt, cũ ipſe priùs dilexerit nos, & ex amore curã prouidã habeat.

Dico *primariò* curandum de regno Dei, & animæ vita ex Apoſtolico motiuo adducto, quia nõ proinde aliqualis cura prohibetur moderata, & ſecũdaria, iuxta Interlin. Gloſſ. ita exponentem verbũ illud, *proijcientes*, ſic enim ait, *ita proijcite, vt & vos collaboretis adiutrici gratiæ.* & Lyran. ita exponit, *Non quod omittant facere, quod in ſe eſt: nam hoc eſſet tentare Deum, ſed quod ipſi credant aſſequi omne bonum per virtutem Dei.*

Interl.

Lyran.

Ergo ordinata cura ſui exigit, vt plus confidamus de Dei confidentia, quàm de noſtra diligen-

Leuit. 19. 2. 1. Theſſal. 4. 3.

Cant. 2. 16.

Digitized by Google

tia, quam adhibere non prohibemur, dummodò sit moderata circa necessaria. & moderatio ista corrigit auaritiam, quæ est immoderata auiditas, vt supra est dictum.

Neque nutare debet cor Christianum circa hanc prouidentiam Dei, vera fide firmatum. nam huiùs defectus facit gẽtilem tam auidè præsentia quærere, vt dixit ipse Saluaror Matth. 6. *Hæc omnia gentes inquirunt*, quia vtique fide carent præbente fiduciam. igitur, quæ differentia erit inter Paganum, & Christianum, si sollicitudo inquieta illos fecerit pares? ergo proijciat fidelis in Deum, præcipuam sui corporis curam, & illi vacet præcipuè, & transitoria ista, perfunctoria solùm cura inquirat. Nam modo isto, magis bonitatem Dei mouebit, vt sibi non desit in tempore opportuno. Lege, quæ circa hanc prouidentiam volumine 1. sunt dicta. Nam faciunt ad propositum. & hic ea repetere videtur superfluum.

Matth.6. 32.

Sed est adhuc motiuum aliud contra hunc indigentiæ vanum timorem iam supra insinuatum, nimirum, vitæ incertitudo. Cum enim quilibet dies possit vltimus esse, superflua probatur tanta cura, vt indicauit Dominus diuiti illi, ex hoc appellans illum stultum, *Stulte, hac nocte morieris, & quæ parasti, cuius erunt?* Sobria ergo cura adhibenda est. Vtide Petrus postquam confidentiã totalem præcipuã docuit proijciendam in Deum, moderatam non vetans, vt exposuimus cum Lyrano, & Glossa, quasi se explicans, subdit, *sobrij estote, & vigilate.* At quare? *Quia aduersarius vester Diabolus, tamquam leo rugiens, circuit, quærens, quem deuoret.* Cur circuit? vt aperturam inueniat, per quam ad animam intret. & in aliquibus hic aditus est per luxuriam: in alijs per gulam, & in alijs per auaritiam. Et ista est apertura magna, quæ, nisi admonitione Apostoli, sobrietate visibilium, breuem transitum cogitando, & exilium, claudatur, facilè inimicus animam intrabit, & deuorabit.

1. Petr. 5. 8.

Hæc est igitur vera sui cura licita, & honesta, curare, scilicet, præcipue cœlestia, & quę temporalia sunt, primariò committere Deo, in ipso absque hæsitatione confidendo, moderata cura adhibita, quasi secundaria, ne videatur, vt diximus, Deum tentare, adminiculo ad sobrietatem adiuncto, ex consideratione incertitudinis vitæ, cuius quælibet hora, vltima esse potest, iuxta verba Dominica, *& vos estote parati, quia, qua hora non putatis, filius hominis veniet.* Vtique posituri rationem cum vobis, cursu huius vitæ finito.

Luc. 12. 40.

Luc. 12. 20.

CON-

Digitized by Google

CONSIDERATIO V.

Ex *eleemoſynæ largitate.*

INter bona alia, quæ eleemoſyna operatur, eſt à penuria etiam temporalium, hominem præſeruare, & bona eadem multiplicare; & à periculis liberare. quæ omnia cum auarus intendat, deſiſtat ab auaritia, & inueniet iſta. Certò enim contingent, fidùciam in Deo habentibus, cum ex Scripturis conſtent, quæ falli non poſſunt.

Et quantum ad primum de *præſeruatione ab indigentia*, non poteſt negari, quod timor iſtius, hominẽ retineat, ne manum aperiat, & inopem leuet. Quod perpendens Apoſtolus eleemoſynã ſuadet Corinthijs, ſecuros eos reddens de hac facultate, ex liberalitate. Vnde ait, *non ex triſtitia, aut ex neceſsitate*, vtique tribuite. Vbi ſic inquit Chryſoſtomus, *rationem, quæ hanc liberalitatem nonnihil impugnat, tollit. Eam inquam, quæ etiam nunc multis obſtaculo eſt. Etenim plerique timent eleemoſynam dare, dicentes, ne forte pauper fiam, ne fortè alijs indigeam: hunc etiam ſoluens metum, opponit, quod ſequitur,* num. 8. *potens eſt autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis, vt in omnibus ſemper omnem ſufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum.* Vbi idem S. Doctor ait, ſufficientiam iſtam intelligi de temporalibus, vt nulla deſinit, quantum ſufficiant; & ſubdit, *vt abundetis in omne opus bonum*, includẽs ſimul cum eleemoſyna, cætera ſpiritualia bona. *Nam in carnalibus* (inquit) *ſufficientiam illis petit, in ſpiritualibus autem, & abundantiam, non in eleemoſyna ſolum, ſed & in alijs omnibus, in omne opus bonũ.*

2. Cor. 9. 7

S. Chryſ. ibid. tom. 4

Et hoc etiam in Prouerbijs Sapiens dixit, *qui dat pauperi, non indigebit.* Vbi Lyranus ſic exponit, *in futuro, nec etiam in præſenti de curſu communi, quia Dominus multiplicat eius bona, vt habeat, vnde tribuat neceſsitatem patienti.* Ecce liberalitas diues. De auaritia autem quid ſubditur ibi? ipſa indigentia, quæ timetur, *qui deſpicit precantem, ſuſtinebit penuriam.* Quam ſupra monſtrauimus, etiam in hac vita pati. At in futura ſaltem non deerit illi, vt idem Doctor exemplo Epulonis oſtẽdit, *qui* (inquit) *Lazaro micas panis denegauit, penuriam aquæ guttæ ſuſtinuit.* Et quæ, quæſo, inſania, fine fine velle ſuſtinere penuriam, quando temporalis, ita cauetur, & horretur?

Prouerb. 28. 27.

Lyran.

ibid.

Quo ad ſecundum verò de *multiplicatione*, patet ex eodem Apoſtolo ibidem. Nam eleemoſynam ſemini comparat. Quemadmodum enim iſtud, quò magis diſpergitur, vberiùs colligitur; ita quò quiſque in pauperes profuſior eſt, eò abundantiùs inde colligit

diuitijs auarus inhiat, qui cum ipſis non ſubſiſtit, ſed perit.

At dices, eas quæro propter animæ vitam. Sed ad hoc Reſpondetur, etiam hanc vitam non modicè periclitari, quando ſic auidè appetuntur. Vnde diaboli laqueus, interitus, & perditio, Apoſtolica voce dicuntur. *Qui volunt* (inquit) *diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, in interitum, & perditionem.* Vt ſupra expendimus. Propterea ex hoc motiuo arma colligit Apoſtolus contra hunc hoſtem, vt ſobriè bona iſta quæramus, paucis contenti, ideo præmittit, *Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, ijs cõtenti ſumus.* Et prædictum motiuum perditionis animæ, pro diuitiarum renuntiatione, ſuggeſſit. Vbi ad propoſitum verba illa *(contenti ſumus)* conſideratione ſunt digna. Nam amor proprius ordinatus innuitur, quando in neceſſarijs tãtùm complacuerimus nobis, omnibus ſuperfluis reſecatis, cum quibus tantoperè periclitatur animæ vita prætenſa.

1. Tim. 6. 9.

His accedit primò, quòd animæ vita, potiùs ab alimento ſpirituali, quàm corporali dependet. Vnde magis de illo, quàm de iſto eſſe curandum veritas ipſa teſtatur, dicens, *Non ex ſolo pane viuit homo, ſed ex omni verbo, quod procedit de ore Dei.*

Luc. 4. 4 Matt 4. 4.

Secundò, quòd diuitiæ ſpinis aſſimilantur, quibus animus pungitur durè, & ſecum plura incõmoda afferunt, tam ſpiritualia, quàm corporalia, quæ ſupra oſtẽdimus ex *penuria, duritia, onere, & labore.* Igitur, ſi ordinatus amor ſui, bona vera quærit, tam animæ, quàm corporis, & mala fugit, auaritiæ renuntiet per verum ſui amorem, falſo renũtiatõ.

DISCVRSVS II.

Circa *Amorem filiorum.*

QVÒ ad expugnationem autem amoris erga natos, qui cauſa eſt coacteruãdi diuitias, conſiderandum eſt primò, quod cùm malè acquiſita, iure non ſint filiorum, ſed ſuorũ dominorum, à quibus per vim, aut fraudem fuerunt extorta, reſtitutioni manent obnoxia; & ſic ad filios deuoluuntur, aut fruſtra, quia neceſſariò reſtituenda ſunt: aut cum morte animæ, quia retinenda ſunt. Et ſic potiùs hoc eſt filijs nocère, quàm eis ex vero amore prouidère, teſte Auguſtino dicẽte. *Quam curam geris filiorum, vt eos obruas lachrymis miſerorum?* Quia vtique clamant vindictam. Et ſubdit, *non eſt hoc filios amare, ſed potiùs necàre.*

Aug. lib. 50. homil. hom. 48. aut. med. tom. 10.

Deinde, vt ait Doctor Angelicus 2.2.q.26.art.4 in corp. *Homo ex charitate debet magis ſe ipſum diligere, quàm proximum. Et huius ſignum eſt, quòd homo*

S. Thom.

non

non debet ſubire aliquod malum peccati, quod contrariatur participationi beatitudinis, vt proximũ liberet à peccato. Hęc ſanctus Doctor. Ex quibus à fortiori infertur, quod ſi ita congregando, potiùs inuoluit peccato filium ſuum, ipſemet pater multipliciter lædit dilectionem. Primò, erga ſeipſum, quia ſe inquinat peccato. Secundò, erga filium, cui parat dolores, etiam poſt hanc vitam. Et ſic dum prætendit ſe, & filium diligere; illi congregando, potiùs odiſſe conuincitur. Vnde loco citato S. Auguſtinus auaro dicit, *Et tibi perpetuam pœnam nutris, & filijs tuis dolorem dimittis.* Quod ex Salomone confirmat, dicente, *Qui congregat aliena, relinquit filijs dolorem.* Vtique in hac vita, quia ſunt *ſpinæ* pungentes, vt Dominus dixit, & poſt hãc vitam, quia æternaliter cruciabuntur. Non ergo eſt hoc oſtendere erga filios charitatem, ſed potiùs propriam prauitatem declaratam in poſteritate. *Neſcis* (inquit idem Auguſtinus) *quia arbor in fruge dignoſcituri neſcis, quia quod in radice celatur, in ramis declaratur? nolo te talem patrem ſentiant filij tui: nolo ſic prouideat, vt magis inuideas.*

Auguſt. loc. cit.

Vlteriùs; Dei eſt ditare, & ad pauperiem quemquam redigere. Quod probat idem Pater Auguſtinus ex eo, quod multi naſcuntur pauperes, & diuites efficiuntur: & alij, quibus hæreditas magna dimittitur, deinde ad miſeriã rediguntur. Quod etiam confirmat Sapiens dicens, *Generauit filium, qui in ſumma egeſtate erit.* Eccle. 5. 13. *Si ergo* (infert ſanctus Doctor) *Dei eſt pauperem facere, Dei eſt & ditare, cur prouidus filiorum exiſtis?* Vtique cum nequitia, qualis eſt auaritia.

idem loc. cit.

Rurſus, fortè filij morientur, & ſuccedent extranei, qui conſument bona iſta tanto labore quæſita, iuxta illud, *homo extraneus vorabit illud.* Eccle. 6. 2. Ergo tantus labor fruſtra impenditur, vt oſtẽdatur amor circa incertum.

Item tu ignoras, vt Scriptura teſtatur, *Vtrum filius tuus, ſapiens, an ſtultus futurus ſit, qui dominabitur laboribus tuis.* Eccle. 2. 19. Quid igitur te maculas, & tibi officis, vt filio proſis, cui etiã miniſtras, & gladium paras, quo ſe miſerrimè perimat. Propterea ſic ad patrem auarum S. Baſilius fatur, hinc eius cupiditatem coercens. *Quis tibi ſponſor de ipſorum fuerit voluntate, ac ingenio, vt rectè datis, relictiſque vtantur? Nam multis diuitiæ, luxuriæ ſũt cauſæ.* Quod Sapientis auctoritate confirmat, dicentis, *Eſt & alia infirmitas peſſima, quam vidi ſub ſole, diuitiæ conſeruatæ in malum Domini ſui.* Eccle. 5. 12. Vnde concludit, non verè ſe amare, neque filium, qui ſibi, & illi pœnam conciliat, non quamlibet, ſed æternam. *Conſidera itaque* (ait) *ne*

S. Baſil. homil. in diu auar poſt med.

Eccle. 5. 12.

cum

cum multis ærumnis opes cumulas, peccatorum materiam alijs tradas, duplicique plectàris postmodum pœna, & tuorum criminum causa, & aliorum, quibus causam dederis.

Denique ait idem Basilius, charitatem ordinatam patris consistere magis in lucro animæ propriæ, quàm in ditatione natorum, *Nonne* (inquit) *cunctis liberis coniunctior est tibi anima tua? nonne omnium familiarissima? Huic tu primas da partes diuitis hæreditatis. Deinde filijs victum distribue.*

Vltimò concludo, Patris charitatem veram erga filios, potiùs in pia educatione vigère, qua acquiruntur virtutes, in quibus ditatio vera consistit, vt ex dicendis patebit. Si ergo amor inordinatus sui, & filiorum, causæ erant pessimæ istius radicis, patet, quæ sit securis ad illam ponenda per ordinatam sui, & natorum dilectionem.

CONSIDERATIO II.

Ex *Vera felicitate*.

CONSIDERA, veram felicitatem illam esse, iuxta Doctorem Angelicum, quæ totaliter *quietat appetitum*. Quod, vt ipse ibidem subdit, non facit, *nisi bonum vniuersale*, qui est solus Deus, de quo proinde dicit Psalmista, *Qui replet in bonis desiderium tuum*. Vnde concludit in solo Deo felicitatem nostram consistere: non ergo in aliqua creatura, cuius bonitas est limitata, & nos satiare non valet.

S.Th.1.2 q.2.ar.8. in corp.

Psal.102.5

Et quidem speciatim de diuitijs hoc probat S. Doctor ibidem art. 1. quia bonũ vniuersale quietans totaliter appetitũ nostrũ, debet esse vltimus finis; hinc enim habet quietare perfectè, & consequenter beare: diuitiæ autem, si sint *naturales*, sunt propter hominem conditæ, iuxta illud, *Omnia subiecisti sub pedibus eius*; si sunt *artificiales*, vt aurum, & argentum, sunt propter *naturales*, vt, scilicet, illis panem, & cætera vitæ humanæ necessaria emamus, & sic viuamus: Ergo neutræ habent rationem vltimi finis: igitur appetitum nostrum quietare non valent, & sic, nec verè felicem facere.

Psal.8.8.

Quod quidem euenire, etiãsi omnes simul cõsiderabiles, possiderentur ab vno semper namque limitatæ perfectionis manerent, & consequenter ad quietãdum inhabiles, quia solum increatum bonum, & infinitum nos quietare est potens, teste etiam Augustino dicente, *Fecisti nos Domine ad te, & inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te.* Agitur igitur omnia alia re quietem inuenire non valet, & sic nec veram felicitatem.

Aug. lib. 1. Confess. cap. 1.

Est autem in hac diuitiarum insatiabilitate imperfectio duplex no-

notanda. Altera, quæ ſupponit miſeriam, & initium eſt veræ felicitatis, qualis eſt in homine pio inhiante cæleſtibus. Cùm enim experiatur aurum, non poſſe ipſum reddere ſatium, ſed Deum, qui fecit aurum, illi ſponte renũtiat, & Deo ſoli inhæret: adhuc tamen miſer, quia nõdum re hoc bonũtenẽs totaliter: at incipit eſſe felix, quia ſpontè renũtians imperfecto, ſpe habet omnino perfectum. Et huiuſmodi ſunt pauperes *ſpiritu*, ſeu voluntarij, de quibus Dominus in Euangelio
Matt. 5. 3 dixit, *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorũ.* Quid eſt *regnum cælorum*? Deus clarè viſus, iuxta illud, *hæc eſt*
Ioan. 11. 3. *vita æterna, vt cognoſcãt te Deũ verum*. Quomodo ergo iam iſtorum pauperum diuitias contemnentium, & ſolo Deo inhiantium, eſt iſta felicitas? *in ſpe, non in re. quoniam dum ſumus in*
2. Cor. 5. 3 *corpore*, vt Apoſtolus ait, *peregrinamur à Domino*. Igitur non dum re poſſidemus, quem ſpe iam habemus. Et ideo iſti non ſatiati, quia ſolo ſummo bono inebriati, dicuntur *beati*. Quid eſt beati? felices, quia iam tenẽt ſpe, quod verè facit felicem.

Altera inſatiabilitatis imperfectio in bonis iſtis externis, eſt indicatiua præſentis miſeriæ, & conducta ad miſeriam ſempiternam. Et hæc eſt in auaro. Nam iſte, bono increato contempto, quod ſolum valet ſatiare appetitum illius, perituris inhæret diuitijs, & inhiat ipſis, ſe ſatiaturus in ipſis, tamen fruſtatur ſpe, quia creſcit amor nummi cum nummo, vt ſupra eſt diffuſe monſtratum. & ſic vbi felicitatem exquirit, ibi reperit miſeriam flebilem, quæ poſt vitam hanc conſummabitur, victurus perpetuò omnibus denudatus, quibus in hac vita tam ſtudioſè vacabat, teſte Pſalmiſta dicente, *Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis*. *Pſ. 75. 6.*

Et hinc ſatis probatur, quàm falſa ſit illa *per ſe ſufficientia*, quam ſupra diximus auaritiæ cauſam, quatenus quæritur ſolicitè ab auaro, numquam enim completur, quia numquam ſatiatur. Vnde quando S. Thomas ex Boetio dixit, *per ſe ſufficientiam maximè repromittunt diuitiæ*, vt ſupra attulimus, non intelligendus eſt de ſufficientia per ſe abſoluta, & omnino perfecta, quia hæc poſſeſſione ſolius Dei habebitur, qui iuxta Apoſtolum 1. Cor. 15. *erit omnia in omni-* *1. Cor. 15. 28.* *bus*. Et ſanè verbum illud *repromittunt*, quo vtitur Angelicus Doctor, ſatis innuit, quod licet repromittant, tamen abſolutè deficere, quia animum lacerant, qui beandus erat præcipuè.

At dices, quomodo lacerant? quia non ſatiant. Hinc enim angitur, & torquetur, & inquietus redditur. Quomodo ergo felici-

tas, vbi quies non eſt? quomodo felicitas, vbi deeſt ſecuritas? timore namque ſemper eor auari impletur non amittendi, quod habet, teſte Auguſtino dicente, *quantò erit ditior, tantò timidior.* Deinde, quomodo felicitas vbi amiſſibilitas? pecuniæ namque, licet non auferantur in vita, tamen relinquuntur poſt mortem, vt experientia patet, & ſapiens docet, *ſicut egreſſus eſt nudus de vtero matris ſuæ, ſic reuertetur, & nihil auferet ſecum de labore ſuo.* Vnde ſubiungit ad tollendam ex amiſſibilitate felicitatem, *miſerabilis prorsùs infirmitas, quomodo venit, ſic reuertetur.* Vbi non ſatis duxit vocare miſeriam, ſed addidit *prorſus*, vt nulla agnoſcatur felicitas.

P. Aug. in Pſ. 136 ad illa verb. ſup flum.

Eccle. 5. 14.

n. 15.

Vlteriùs, poſt mortem auari, ipſo inuito, alieno traditur ipſius aurum, vt Pſalmiſta inquit, *& relinquent alienis diuitias ſuas.* Quomodo ergo cum inuito animo conſiſtit felicitas, vbi libertas? Hæc conſiderans, dixit Auguſtinus, *felices nos, vel filios noſtros, non diuitiæ terrenæ faciunt, aut, nobis viuentibus, amittendæ, aut, nobis mortuis, à quibus neſcimus, vel forte à quibus nolumus, poſſidendæ.* & S. Chryſoſtomus inquit, *cum videris diuitem cunctis rebus omnino circumdatum, noli eum propter illa putare locupletem, propter quæ debes infelicem vocare.*

Pſal. 48. 12.

P. Aug. lib 5. de Ciuit. c. 18. tom. 5.

S. Chryſ. Hom. 14. in Matt. circ. fin. tom. 2.

Quæ omnia ſupradicta confirmant verba Pſalmiſtæ dicentis, reprobos illos eſſe, & vanos, qui felices vocant mundanos, diuitijs perituris infixos, & ſolos beatos eſſe, qui iſtis ſpretis, Deo ſoli, toto corde inhærent, *erue me* (inquit) *de manu filiorum alienorum.* Ecce vocat alienos filios, qui ad hæreditatem æternam non intrabunt, *quorum os loquutum eſt vanitatem.* Ecce eorum vanitas, ſed in quo? quia poſtquam bona plura externa enarrat, quibus homo in hac vita diteſcit, *beatum dixerunt populum, cui hæc ſunt.* ità clamarunt illi, & ideo vani, & reprobi, quia à Deo auerſi, & ad peritura conuerſi. Tu autem quid dicis ò Dauid ſanctè intus illuminate? Reſpondet (inquit Auguſtinus) quaſi ſic interrogatus, & dicit: *illi dicunt diuites beatos: ego dico, beatus populus, cuius Dominus Deus ipſius.* Et S. Chryſoſtomus prædicta verba conſiderans, ſic infert; *Si videris ergo aliquos hìc omnibus affluentes, in ſcelere vitam agere, etſi vniuerſus terrarum orbis, eos beatos iudicet: tu eos eſſe infelices, & miſeros exiſtima: eos autem, qui ſe Deo dedicarunt, felices, & beatos reputa.*

P. Aug. ſer. 35. de verb. Dei. c. 6. tom. 10. ibid. n. 15. S. Chryſ. in hùc Pſ. tom. 1.

Si ergo auaritiæ finis erat felicitas, cum iſta inueniatur falſa, & vera miſeria, ceſſetur ab illa, & ad veram felicitatem ſternetur via.

CON-

CONSIDERATIO III.

Ex *cordis humilitate* .

HAec consideratio ponitur contrà superbiæ tumòrem,ex qua docuimus suprà cupiditatem oriri .

Est ergo considerandum,quod dum alijs superesse contendis, in viliſſimam subiectionem incidis, vt supra manet ostensum , & iam ostenditur ampliùs. Est enim cupiditas seruitus abiectissima, vt constat ex verbis Petri dicentis ,
2. Petr. 2. 19. *à quo,qui superatus est, huius & seruus est.* Si ergo à pecunia tuus animus vincitur,seruus illius efficitur. Considera ergo, quanta sit differentia inter hominis dignitatem ad Imaginem Dei creati , ac gloriæ æternæ capacis , & metalli corruptibilis,& insensibilis vilitatem,& lucidissimè apparebit,quod dum intendis per pecuniam hominibus supereſſe, ipsius pecuniæ abiectissimum seruum te efficis . Si ergo excellentiam quæris , non sit super creaturam similem tibi , cum qua Deus omnia creauit communia, sed super pecuniam insensibilem, & perituram.quod tunc eueniet, cum per cordis contemptum,sub pedibus tuis calcata manebit .

Et ex hoc contemptu , quid acquires ? verè magnificus fies . Qui enim ità contemnit pecuniam , vt non curet illam acquirere,si prętermittendum esset id, quod oportet fieri , verè illam non æstimat , & *magnificus* redditur iuxtà Doctorem Angelicum 3. p. 9. 7. ar. 2. ad 3. Est tamen contemptus alius summus, per quem aliquis deuenit in summo gradu magnificus, quando scilicet , penitus contemnuntur, & abijciuntur propter perfectionis amorem , vt idem S. Doctor docet loco citato . Qui magnificentiæ gradus proinde fuit in Christo, vt nos volumine primo cum eodem S. Doctore notauimus . Quò ergo magis contemnuntur diuitiæ,magis magnificentia crescit . Si igitur excellentiam quæris , quære istam , qua verè , & summè dicaris magnificus cum merito æternorum bonorum . S. Thom.

Deinde considera, quod elatus in corde , coram Deo cadit , vt Psalmista ait : *Deiecisti eos , dum* Psal. 72. *alleuarentur* . Imo ipsa elatio , 18. casus est , vt ibi Pater Augustinus notauit , sic dicens : *Non dixit* , S. August. *deiecisti eos, quia elati sunt: non* ibid. *quasi postquam elati sunt, deiecisti eos: sed in eo ipso , quod elati sunt, deiecti sunt . sic enim efferri , iam cadere est* . Sicut è contra , per humilitatem , in oculis suis cadere,exaltari est. Talis autem pauper spiritu est.sicut enim cupidus se effert , ita diuitiarum contemptor , se humiliat , & ita coram Deo erigitur, sicut ille deprimitur, teste Iacobo dicente :

Digitized by Google

Iacob.1.9 *Glorietur humilis in exaltatione sua.* Sermo enim de paupere est. Est namque humilitas voluntariæ paupertatis indiuidua comes. Iste igitur glorietur in exaltatione sua, quæ in oculis Dei, iam hinc incipit, & consummabitur in vita futura. & de diuite quid subiungitur? *Diues autem in humilitate sua*; vtique glorietur. Sed ironica locutio est, vt ibi Glos. & Lyran. notarunt. Sensus ergo est, quod licèt pauper spiritu, qui ad diuitias non apposuit cor suũ, & ideo humilis, exaltetur modo prædicto, & hinc verè glorioſus exiſtat, tamen cupidus dives, iam in oculis Dei humiliatus exiſtit, & humiliabitur æternaliter cum opprobrio sempiterno. Vnde Pater Augustinus sic dicit: in Psal. 37. ad illa verba:

num. 10.

Gloss. Lyran.

S. Augus. *Et curuatus sum. si fueris humilis, erigèris: si fueris elatus, curuaberis, vtique hìc initiatè, & postea consummatè.*

Igitur, si extollentiam quæris super alios, per diuitias tuas peritura, & ita in oculis Dei cadis, coram quo solùm est vera excellentia, & magnitudo, vt de quodam verè magno Angelus insinuauit, cum dixit: *Erit magnus coram Domino*, & testatur Kempis, dicens, *Nec maior dici vales; quàm, Deo teste, sis*, insanè agis, dum quærendo exaltationẽ, incurris veram deiectionem. Humilitate ergo cordis, qua diuitiæ contemnuntur, exaltationem veram inuenies perpetuam coram Deo, quam perdis per auaritiam. Igitur renuntiata ista, ad illam adspira.

Luc.1.15

Kemp.

CONSIDERATIO IV.

Ex *cura propria veritate*.

IN hoc consistit vera cura sui quoad temporalia, quod magis quisque confidat de Dei prouidentia, quàm de sua diligentia, id est, solicitudine, & ita immoderatio illa auiditatis cessabit, qua timore indigentiæ tam anidè quæruntur pecuniæ, & reconduntur cum tanta custodia, quæ tertia causa auaritiæ erat. Pro quo faciunt verba D. Petri dicentis: *Omnem solicitudinem vestram proijcientes in eum*, vtique Deum. At, quare, ait, *Omnem?* vt includat solicitudinem, non solùm animę, sed etiam corporis, vt ibi Interlin. declarat. Est enim hæc confidentia, vt ead. Glos. aduertit, veluti ancora quædam in mari. Quemadmodũ namque hæc nauem stabilit, & a fluctibus reddit securam, ita confidentia de Dei prouidentia, animam in mari sæculi huius reddit pacatam, & tranquillam, ne procella auaritiæ demersa, & absorpta, intereat.

1.Petr.5. 7.

Interl.

At quare in Dei hanc prouidentiam, sic debemus nos totos proijcere? subditur ab Apostolo; *Quoniam ipsi est cura de vobis.*

Ibid.

Digitized by Google

bis. quid autem poterit tunc timère, cùm curatorẽ habeat infinitè potentem, infinitè ſapientẽ, infinitè bonum. Bonum vtique, vt ſe communicet: ſapientem, vt modum ſciat: potentem, vt executio fiat? & notat Sanctus Bernardus non dixiſſe: *Omnem ſollicitudinem veſtram proïcientes in eum, vt ipſi ſit cura de vobis*, ſed, *quia ipſi eſt cura de vobis. aperte*, inquit, *proinde demõſtrans eccleſiam Sanctorum, non modo, quoniam dilecta, ſed & quod priùs dilecta fuerit*. Et ne dicas, ſanctus nõ ſum: ergo mecũ ſcriptura nõ loquitur, ſcias *ſanctũ* hìc à ſancto Doct. intelligi creaturam rationalem redemptam ſanguine Chriſti, quæ ex gratia illius, & abundantia Sacramentorum, ſanctitatẽ profitetur, & ad illam aſpirare tenetur, iuxta illud: *Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum.* &, *Hæc eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra.* Quid eſt ſanctificatio? ab omni iniquitate mundatio, & cõſequenter ab auaritia, ita, vt ab auiditate nimia pecuniæ quiſque in ſe abdicatus, principaliter vacet Deo, cui eſt cura de ipſo. Quod, ait, ſignificaſſe ſponſam, cum dixit: *Dilectus meus mihi*, id eſt, mihi per mei ſolliciram curam totus intendit: *Et ego illi*, tota vtique intendam. præcipuè quærendo illi placère per obſeruantiam mandatorum, ſuperfluis temporalibus abdicata. Quod ipſe Dominus in Euangelio dixit Matth. 6. *Primùm quærite regnum Dei, & hæc omnia adijcientur vobis*. quid eſt *primùm?* principaliter. quid eſt *regnum Dei?* vita æterna, & quæ conducunt ad ipſa, vt ſunt præcepta Diuina, teſte ipſa veritate dicente: *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mãdata*. Et quid eſt, *hæc omnia adijcientur vobis?* id eſt, temporalia iſta, quibus ducitur corporis vita, vobis ſuppeditabuntur, cùm prius inquiſieritis veram animæ vitam, quæ eſt gratia Dei.

Bernard. ſerm. 66 in Cant. circa init.

Leuit. 19. 2. 1. Theſſal. 4. 3.

Cant. 2. 16.

Matth. 6. 33.

Matth. 19. 17.

Igitur primariò curandum eſt de regno Dei, quæ eſt æterna vita, quàm de corporis vita corruptibili per acquiſitionem externorum bonorum, quorum cura proijcienda præcipuè in Deum eſt, cũ ipſe priùs dilexerit nos, & ex amore curã prouidã habeat.

Dico *primariò* curandum de regno Dei, & animæ vita ex Apoſtolico motiuo adducto, quia nõ proinde aliqualis cura prohibetur moderata, & ſecũdaria, iuxta Interlin. Gloſſ. ita exponentem verbũ illud, *proijcientes*, ſic enim ait, *ita proijcite, vt & vos collaboretis adiutrici gratiæ*. & Lyran. ita exponit, *Non quod omittant facere, quod in ſe eſt: nam hoc eſſet tentare Deum, ſed quod ipſi credant aſſequi omne bonum per virtutem Dei.*

Interl.

Lyran.

Ergo ordinata cura ſui exigit, vt plus confidamus de Dei confidentia, quàm de noſtra diligen-

Digitized by Google

tia, quam adhibere non prohibemur, dummodò sit moderata circa necessaria. & moderatio ista corrigit auaritiam, quæ est immoderata auiditas, vt supra est dictum.

Neque nutare debet cor Christianum circa hanc prouidentiam Dei, vera fide firmatum. nam huius defectus facit gẽtilem tam auidè præsentia quærere, vt dixit ipse Saluaror Matth. 6. *Hæc omnia gentes inquirunt*, quia vtique fide carent præbente fiduciam. igitur, quæ differentia erit inter Paganum, & Christianum, si sollicitudo inquieta illos fecerit pares? ergo proijciat fidelis in Deum, præcipuam sui corporis curam, & illi vacet præcipuè, & transitoria ista, perfunctoria solùm cura inquirat. Nam modo isto, magis bonitatem Dei mouebit, vt sibi non desit in tempore opportuno. Lege, quæ circa hanc prouidentiam volumine 1. sunt dicta. Nam faciunt ad propositum. & hìc ea repetere videtur superfluum.

Matth.6. 32.

Sed est adhuc motiuum aliud contra hunc indigentiæ vanum timorem iam supra insinuatum, nimirum, vitæ incertitudo. Cum enim quilibet dies possit vltimus esse, superflua probatur tanta cura, vt indicauit Dominus diuiti illi, ex hoc appellans illum stultum, *Stulte, hac nocte morieris, & quæ parasti, cuius erunt?* Sobria ergo cura adhibenda est. Vnde Petrus postquam confidentiã totalem præcipuã docuit proijciendam in Deum, moderatam non vetans, vt expositum cum Lyrano, & Glossa, quasi se explicans, subdit, *sobrij estote*, & vigilantiam subiungit, *& vigilate*. At quare? *Quia aduersarius vester Diabolus, tamquam leo rugiens, circuit, quærens, quem deuoret*. Cur circuit? vt aperturam inueniat, per quam ad animam intret. & in aliquibus hic aditus est per luxuriam: in alijs per gulam, & in alijs per auaritiam. Et ista est apertura magna, quæ, nisi admonitione Apostoli, sobrietate visibilium, brenem transitum cogitando, & exilium, claudatur, facilè inimicus animam intrabit, & deuorabit.

Luc. 12. 20.

1. *Petr.* 5. 8.

Hæc est igitur vera sui cura licita, & honesta, curare, scilicet, præcipue cœlestia, & quę temporalia sunt, primariò committere Deo, in ipso absque hæsitatione confidendo, moderata cura adhibita, quasi secundaria, ne videatur, vt diximus, Deum tentare, adminiculo ad sobrietatem adiuncto, ex consideratione incertitudinis vitæ, cuius quælibet hora, vltima esse potest, iuxta verba Dominica, *& vos estote parati, quia, qua hora non putatis, filius hominis veniet*. Vtique posituri rationem cum vobis, cursus huius vitæ finito.

Luc. 12. 40.

CON-

Digitized by Google

CONSIDERATIO V.

Ex *eleemoſyna largitate.*

INter bona alia, quæ eleemoſyna operatur, eſt à penuria etiam temporalium, hominem præſeruare, & bona eadem multiplicare; & à periculis liberare. quæ omnia cum auarus intendat, deſiſtat ab auaritia, & inueniet iſta. Certò enim contingent, fidùciam in Deo habentibus, cum ex Scripturis conſtent, quæ falli non poſſunt.

Et quantum ad primum de *præſeruatione ab indigentia*, non poteſt negari, quod timor iſtius, hominẽ retineat, ne manum aperiat, & inopem leuet. Quod perpendens Apoſtolus eleemoſynã ſuadet Corinthijs, ſecuros eos reddens de hac facultate, ex libe-
2. Cor. 9. 7 ralitate. Vnde ait, *non ex triſtitia, aut ex neceſſitate*, vtique tribui-
S. Chriſ. ibid. to. 4 te. Vbi ſic inquit Chryſoſtomus, *rationem, quæ hanc liberalitatem nonnihil impugnat, tollit. Eam inquam, quæ etiam nunc multis obſtaculo eſt. Etenim plerique timent eleemoſynam dare, dicentes, ne forte pauper fiam, ne fortè alijs indigeam: hunc etiam ſoluens metum, opponit, quod ſequitur,*
num. 8. *potens eſt autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis, vt in omnibus ſemper omnem ſufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum.* Vbi idem S. Doctor ait, ſufficientiam iſtam intelligi de temporalibus, vt nulla deſinit, quantum ſufficiant; & ſubdit, *vt abundetis in omne opus bonum*, includẽs ſimul cum eleemoſyna, cætera ſpiritualia bona. *Nam in carnalibus* (inquit) *ſufficientiam illis petit, in ſpiritualibus autem, & abundantiam, non in eleemoſyna ſolum, ſed & in alijs omnibus, in omne opus bonũ.*

Et hoc etiam in Prouerbijs Sapiens dixit, *qui dat pauperi, non indigebit.* Vbi Lyranus ſic exponit, *in futuro, nec etiam in præſenti de curſu communi, quia Dominus multiplicat eius bona, vt habeat, vnde tribuat neceſſitatem patienti.* Ecce liberalitas diues. De auaritia autem quid ſubditur ibi? ipſa indigentia, quæ timetur, *qui deſpicit precantem, ſuſtinebit penuriam.* Quam ſupra monſtrauimus, etiam in hac vita pati. At in futura ſaltem non deerit illi, vt idem Doctor exemplo Epulonis oſtẽdit, *qui* (inquit) *Lazaro micas panis denegauit, penuriam aquæ guttæ ſuſtinuit.* Et quæ, quæſo, inſania, ſine fine velle ſuſtinere penuriam, quando temporalis, ita cauetur, & horretur?

Prouerb. 28. 27.
Lyran.
Ibid.

Quo ad ſecundum verò de *multiplicatione*, patet ex eodem Apoſtolo ibidem. Nam eleemoſynam ſemini comparat. Quemadmodum enim iſtud, quò magis diſpergitur, vberiùs colligitur; ita quò quiſque in pauperes profuſior eſt, eò abundantiùs inde col-

Ibid. 2. Cor. 9. 6. S. Amb. ibid. co. 3. ligit ſibi propterea ait; *qui parce ſeminat, parcè & metet*. Vbi ſic ait Ambroſius, *per parcum, auarum ſignificat, cui extorquetur, vt inferat.* & de liberali, & miſericordi ſubiungitur, *& qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet*. Vbi per benedictiones, eleemoſynas intelligit. ita enim priùs nominauerat, num. 5. *& præparent repromiſſam benedictionem*. Per hoc intendens ſignificare eleemoſynam cum lætitia faciendam. *Nullus enim* (inquit ibi Chryſoſtomus) Chryſ. ib. num. 4. *benedictionem dat cum triſtitia.* Qui notat eandem, ſemen vocaſſe, vt retributionis vbertatem ſignaret. *ſemen* (ait) *vocauit, vt ſtatim ad retributionem ſpectes, meſſiſque recordèris, & diſcas, quod plura accipis, quàm das. Ideò non dixit, qui dat, ſed, qui ſeminat. & non dixit, vos, ſi ſeminaueritis, ſed generalem ſermonem facit: neque dixit largiter: ſed in benedictionibus, quod illo multo maius eſt.* Ergo non ſolum pro Corinthijs profertur ſententia, ſed pro omnibus, qui pro Chriſto tribuunt.

Clemens Alex. lib. 3. Pædag. c. 6. poſt med. Vnde infert Clemens Alexãdrinus, hanc eſſe viam diuitias comparandi, & ſe ita gerentes verè diuites nuncupari, dicens, *quare non, qui habet, & ſeruat, ſed, qui impertit, eſt diues.* Auarus ergo, qui non ſolum non dat, ſed rapit, vt ſeruet, pauper eſt verè: & liberalis, fit ditior, quò profuſior. Vt etiam teſtatur Sapiens, dum ait, *alij diuidunt propria, & ditiores fiunt.* Vbi Lyranus ſic dicit, *quia Deus, eorum bona multiplicat, vt continuare valeant opera pietatis.* Prou. 11. 24. Lyran.

Et ſanè probat hoc optime factum illius viduæ, ad quam Deus miſit Eliam, vt paſceretur ab ea; quæ tamen in magna egeſtate erat, tantum habẽs farinæ, ex qua poſſet panem vnum ſubcinericiũ facere. Quo manducato, nihil ſibi, & filio remanebat, niſi fame perire. quapropter dixit, *faciam illum mihi, & filio meo, vt comedamus, & moriamur*. Dixit autem illi Elias, vt farinam dimideret, facto ſibi prius vno paruulo pane, *Verumtamen* (inquit) *mihi primùm fac de ipſa farinula ſubcinericium panem paruulum, & affer ad me: tibi autem, & filio tuo facies poſteà*. 3 Reg. 17 12. num. 13.

Sed dubitatur primò, quare Deus miſerit pro prouiſione ad mulierem ita inopem, quæ non habebat ſibi? Secundò, quare Propheta voluit, vt ſibi faceret priùs, quod modeſtiæ repugnare videtur, cum in domo eſſet aliena, & de pane non ſuo poſtularet. Et ſi charitatem ex parte mulieris attendamus, prius ſibi prouidere debebat, quàm alteri. Ordo enim charitatis ſic exigit. Vel ſaltem debebat Propheta, illam, & filium ſibi facere pares, vt ſimul panes fierent, & comederent? Sed ad hæc reſponſum patet ex ſubiecta materia, quam tractamus: ſciebat nam-

uamque Propheta, quòd eleemosyna propter Deum data, multiplicationis est causa: præcedat ergo, vt sequatur copia, ablata inopia, vt rei probauit euentus,
num. 14. subditur enim ibi, *Hæc autem dicit Dominus Israel, hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur*. Volens ergo Deus ditare fœminam pauperem, ad eam inopem misit, vt eleemosyna data, ditaretur, multiplicatis bonis.

At quid de auaris subditur in loco Prouerbiorum citato? *Alij*
Prou. 11. 24. *rapiunt non sua, & semper in egestate sunt*.

Quo ad tertium autem de *liberatione à periculis*, seu de conseruatione secura, patet ex Ecclesiatico dicente, *Eleemosyna*
Eccli. 17. 18. *viri, quasi sacculus cum ipso*. notanter enim dicitur *sacculus*, & non saccùs, quia, quæ parua sũt, faciliùs celari possunt. ideo enim itinerantes per loca, vbi latrones timentur, procurare sibi solent potiùs pecuniam in auro, quàm in viliori metallo, quia illa, cum pretiosior sit, in quantitate minori maius pretium continet, & sic celatur faciliùs, & manet securior. In hoc ergo sensu *sacculus*, & non saccus. Et additur *cum ipso*, quia reposita alibi, periclitantur faciliùs. Igitur bona propter Deũ largita non pereunt, sed tutissima sunt. Quod etiam Dominus ipsemet in Euangelio dixit. *Date*
Luc. 12. 33. *eleemosynam*, &, vt ostenderet, non ideo perire pecuniam, sed conseruari magis, subdit ad maiorem suasum: *Facite vobis sacculos, qui non veteraſcunt*. Sanè, quod non veteraſcit, optimè cõseruatur: hoc ergo eleemosyna præstat. Hinc prudenter quidam diues respondit, interrogatus, quot bona, & possessiones haberet? *Centum* (inquit) *aureos*. tot enim pauperibus distribuerat. Et cùm à circumstantibus illi obijcerentur cætera bona sua; illa respondit, illa, mea non sunt, sed vel Regis, vel Domini mei, qui, cum voluerint, illa sibi vsurpare, vel accipere possunt: at centum aureos pauperibus erogatos, non possunt mihi eripere, qui semper mihi per manus pauperum in loco tuto seruantur.

Et sanè pro hoc adhuc versio græca, notatione est digna, quæ ita legit: *Eleemosyna viri, quasi sigillum cum ipso*, quod in biblijs modernis dicitur, *Quasi signaculum*. Quod enim sigillo munitũ est, tutum est: securitas ergo per verba diuina signatur. sed vnde securitas? ex loco, vbi condun-
Ibid. tur, qui cœlum est. *Quò* (inquit Dominus) *fur non approprias, neque tinea corrumpit*.

At vnum hìc maximè est notandum, non conseruari tantùm, sed multiplicari cum inæstimabili lucro, quod proinde Dominus comparat ibidem *thesauro non deficienti*. In hoc enim, quod dicit *thesaurum*, ostendit affluẽtiam diuitiarum, & quod addit,

non

non deficientem, non solùm securitatem, sed infinitatem ostendit, quia ipse Deus erit, qui nostræ beatitudinis obiectũ futurus est. Matt. 6. 20. ideo apud Matth. ait: *Thesaurizate vobis thesauros in cœlo*. Et apud Lucam, dicit *thesaurum*. Quia vnus cum sit, ita pretij inæstimabilis est, ac si plures essent, 1. Cor. 15. 28. quia *erit Deus omnia in omnibus*. Ibi erit vinea tua, domus tua, pecunia tua, vestis tua, aurũ tuũ, mo nile tuum, lapides pretiosi tui. Cum hac tamen differentia, quia omnia cõmutata in melius, quia in Deo ipso, in quo *eminẽter* sũt, meliori modo cõtinentur, & ibi seruantur, ideo notanter dixit, *Vobis* thesaurizate. Thesaurizas tu modò sollicitè, sed alijs, quia ante mortẽ, fortè eripientur tibi, vel saltem per mortem omnia relinquere debes, sed ibi in cœlo iam securè tibi in æternum seruãtur, quæ modo propter Deum pauperibus erogantur. ficut de S. Leo Papa in Natal S. Laurent. sãctissimo Leuita Laurẽtio S. Leo Papa narrauit, qui ab auaro requisitus tyranno, vbi repositas haberet pecunias, *Cui* (inquit sanctus Doctor) *Leuita cælestissimus, vbi eas repositas haberet, ostendẽs, numerosissimos sanctorum pauperum obtulit greges, in quorum victu, atque vestitu inamissibiles condiderat facultates, quæ tãtò integriùs erant saluæ, quantò sanctiùs probabantur expensæ.* Et Ambr. in Luc. 12. tom. 3. S. Ambrosius hanc veritatem cõsiderans, ita concludit: *bonum itaque, ac salutare præceptum, & idoneum, quod vel auaros possit animare, quò studeant corruptibilia perennibus, terrena mutare diuinis.* Et S. Petrus Chrysologus Chrysolog. ser. 8. de ieiun. & elemosy. infert. *Da ergo pauperi terram, vt accipias cœlum: Da nummũ, vt accipias regnum: Da micam, vt accipias totum: Da pauperi, vt des tibi. quia quidquid pauperi dederis, tu habebis.* Quod etiam P. Augustinus paucis dixit, P. August ser. 35. de verb. Dñ. c. 4. n. 10. totam traditam doctrinam confirmans; *Perde* (inquit) *ne perdas; dona, vt acquiras: semina, vt metas.*

Quid ergo intendis auare? *lucrari? multiplicare? cõseruare?* Ecce omnia hæc habebis multò excellẽtiora, quàm quæris. Christianus es? Crede ergo Scripturis ista promittentibus, & auaritiam calca, & manum laxa.

CONSIDERATIO VI.

Ex *breuitate vitæ*.

VNVM, inter alia, sanè est, quod maximè in auaritiam impellit huius sæculi amatores, mortis nimirum oblinio. Cogitant enim, se semper victuros, & ideò non satiantur periturij. Benè ostendit hoc Parabola diuitis adducta à Domino apud Lucã, cuius iam fecimus mentionem, & hic iterum illã repetimus, cùm ad propositũ satis conducat. Dicebat namq. Luc. 12. 19.

ille

ille auarus: *Anima habes multa bona posita in annos plurimos.* Ecce longam vitam cogitabat, & ideo tam sollicitè congregabat. Quod autem frenũ illi fuit iectum, per quod frenaretur à re-
num. 20. peritura? mors matura. *Stulte* (inquit) *hac nocte animam tuam repetunt à te: quæ autem parasti, cuius erunt?* quasi dicat
P. Augustin. ser. 19. de verb. Apost. c. 2. tom. 10. ait P. Augustinus, *Quid reponis, quod relicturus es?* Putabas tibi parare diù victurus, & en ad portam sepulchri es, iam moriturus. De his namq. pronunciauit Psal-
Ps. 48. 12. mista: *Et relinquent alienis diuitias suas, & sepulchra eorum, domus illorum in æternum.* Vbi idem S. Doctor notauit, *in æternum*, dici in cogitatione eorum. Nam marmorata sepulchra fortia, & benè exculpta quærunt instruere, quasi ibi mansuri perpetuò, relinquentes posteritati memoriã sui. Sed in hoc ait, hũc, & illum diuitem falli: *Quia, si ibi maneret, non arderet apud inferos.* Quod de anima nunc intelligit, & post vniuersale iudicium de corpore etiam, quod reuinetur illi, & in æternum simul comburentur. modò autem cætera sua bona dimittere per mortem incertam cogitur, ita vt domus tanto labore ædificatas, vineas, & cætera viridaria sũptuosè plantata de opibus alienis, relinquat alijs, velociterq. transeat per illa: *Quis transit* (inquit idẽ Augustin.) *per res suas? qui in diuitijs moritur. sicut transiuit Pater, ita & Filius. Pater tuus hic eam dimisit* (intelligit domũ) *transijt per illam, sic & tu transibis.* Vnde sic infert: *Si ergo trãsitum habetis in domo vestra, habulum est itinerantium, non habitatio commanentium.*

Hinc admonnit etiam Apostolus Corinthios, & in ipsis nos omnes, ne in bonis visibilibus, citò transeuntibus figeremus cor nostrum, dicens, *& qui emunt, tamquam non possidentes sint,* & subdit pro ratione. *præterit enim figura huius mundi.* Vbi Theophilactus explicat, *labitur,* & subdit, *quid ergo labenti rei, & fluxæ hærendum?* & quare *figuram* dixerit, subiungit, *quia eius bona solo terminantur aspectu, & apparentia sunt, & nullo fundamento subsistunt.* 1. Cor. 7. 30. num. 31. Theophil. ibid.

Tamen notandum est, nõ tantum bona fluxa sic Apostolum fuisse complexum, sed etiam possessorem illorum, vt etiam complexus est sapiens, dicens, *transeunt vniuersa sub cælo.* Eccle. 3. 2

Consideratio ista, vt idem Apostolus dicit, fecit, quod Abrahã, Isaac, & Iacob habitarẽt in terra promissionis, tamquam in non sua, seu aliena, nolentes solidas, & pulchras domus construere, tabernaculis solis contenti, considerantes se exules, & peregrinos, & vniuersa sub cælo transire, & tantum cælestia per-
Ad Hebr. manere. *fide* (inquit) *demoratus* 11. 9.

est

eſt in terra repromiſſionis, tamquam in aliena, in caſulis habitando cum Iſaac, & Iacob coheredibus promiſſionis eiuſdem. Et ſubditur cauſa, *expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem*. Quid eſt fundamenta habentem? ſunt ne ciuitates terrenæ abſque fundamentis? Non. At diſparitatem inſinuauit, quæ eſt inter iſtas, & illam. Quia ſuperna ciuitas, æterna eſt, & nunquam collapſura, neque habitatores illius vltra morituri, vt in Apocalypſi dicitur, *& mors vltrà non erit*, cui tamen ſubiecti ſunt incolæ terrenarum, Pſalmiſta dicente, *quis eſt homo, qui viuit, & non videbit mortem?* quaſi dicat, nullus. Omnia autem terrena, vt teſtatur Petrus, *diſſoluenda ſunt*. Igitur ſtabilia non ſunt, & in ſenſu iſto, ſine fundamento, ideoque indigna, quod in ipſis deſideria noſtra fundentur. Meritò ergo Apoſtolus ex inſtabilitate diſſuadet auiditatẽ.

Apoc. 21. 4. Pſal. 88. 49. 2. Petr. 3. 11.

Et ſanè, ſi ſanctiſſimi Patriarchæ, in terra ſua, quam Deus illis promiſerat, & ſemini eorum, viuebant, vt in aliena, ne cor creatum ad Deum, viderentur fundare in re tranſeunte, & in vita citò pereunte, quid debet facere auarus de re non ſua per vſuram quæſita, fraudem, & dolum, vel rapinam, quam citò eſt relicturus, & ad egeſtatem migraturus? S. Chryſoſtomus iſta conſiderans, ait, ità contigiſſe ad confuſionem noſtram, *vt nõs* (inquit) *erubeſcamus, quia illi quidem promiſſionibus in terra factis non attendebant, ſed futurã ciuitatem requirebant: nobis autem ſurſum, atque deorſum Deus de ſuperna loquitur ciuitate: nos autem terrenam quærimus*. Quę tamen frequentèr, nec noſtra eſt, quia tranſit ipſa, & nos per ipſam, Vnde ait Apoſtolus, *non habemus hìc ciuitatem manentem: ſed futuram inquirimus*, quæ vtique permanens eſt, quia benè fundata omnipotenti manu artificis ſapientiſſimi: ciuitas autem terrena, velociter tranſit, ideò ad ſupernam creati, illam non curant, neque omnia, quæ in ea ſunt, quia breuitatem etiam, qua tranſeunt ipſi conſiderant, de qua quidam hìc peregrinus, & illic ciuis, dixit, *dies mei velociùs tranſierunt, quàm à texente tela ſuccidatur*. Vide, qua velocitate tela à texente ſuccidatur, ſic vita noſtra finitur, & pereunt ſolicitudines cunctæ auari. Quo ſenſu in prouerbijs dicitur, *expectatio ſolicitorum peribit*. Quid eſt ſolicitorum? auarorum. Et quare peribit? quia vel non obtinebit, vel ſi obtinebit, diù non permanebit.

S. Chryſ. ibid. tom. 4.

Heb. 11. 10.

Heb. 13. 14.

Tob. 7. 6.

Prou. 11. 7.

Ideo loquens Deus per Iſaiã Prophetam de inſtabilitate iſta auari, dixit, *radix eorum, quaſi ſamilla*. & ſubiungit, *& germen eorum, vt puluis aſcendet*. Nam S. Baſilius, cuius expoſitionem

Iſai. 5. 24

ſuprà

S. Basil. ibid. ſuprà hunc locum adduximus, legit, *& flos*, & quare non dicatur *fructus*, conſiderat, & reſpondet, quia auarorum ſpes fruſtratur, nec finitur ad perfectum perdùci. Nam, cum non putant, perit, pereuntibus ipſis *Quis eorum* (inquit) *fuerit fructus, non admodum curauit dicere, ſed quis ipſorum flos. Malitiæ enim germina in ipſa germinatione, imperfecta concidunt; ſiquidem mox vt erumpit primus flos, euaneſcit pullulatio, & intercipitur.* & confirmat auctoritate Prophetæ, *vidi impium ſuperexaltatum, & tranſiui, & ecce non erat.*

Pſal. 36. 33. n. 36.

Igitur defectus conſiderationis breuitatis, qua fruuntur diuitiæ tanto labore quæſitæ, parit auiditatem auari, qui oblitus mortis, cor figit in terra. ideo dixit ſapiens, *ô mors, quàm amara eſt memoria tua homini pacem habenti in ſubſtantijs ſuis.* Quomodo pacem habet, qui pacem non habet? vt alibi dicitur, *non eſt pax impijs dicit Dominus.* quia pacem, quam in ſe non habet auarus, contrahit cum mammona, & eſt pax iniqua habitans in corde à Deo diſcorde. Ideo, quia corde adhæret diuitijs, amarum eſt illi de morte cogitare, qua cognoſcit ſe debere totaliter ab illis ſeparare: quam ſanè, ſi ſeriò cogitaret, non vtique tam ſolicitè congregaret. Nam, vt etiam Hieronymus dixit, *facilè contemnit omnia, qui ſe ſemper cogitat eſſe moriturum.* vt nos etiam volumine primo diffusè oſtendimus, & quæ ibi diximus, hoc confirmant.

Eccl. 41. 1.

Iſai. 5. 7. 21.

S. Hieron. epiſt. 103. in fin. tom. 1.

CONSIDERATIO VII.

Ex *Verarum diuitiarum cupiditate.*

CONSIDERA diuitias veras in eo cõſiſtere, quod, quis non indigeat. Quæ non indigentia tunc reperitur, cum quis nihil concupiſcit. Nam concupiſcentia oritur ex indigentia, teſte Bernardo, dicente ſerm. 11. in Pſal. Qui habitat, *Cupiditas ex cordis inedia, & obliuione procedit.* Et idem Chryſoſtomus docuit. Homil. 8. in Matth. ſic colligens, *Vnde, vbi ſatietas eſt, cupiditas eſſe non poteſt.* Et exẽplo corroborat, dicens, *quippe tunc maximè ſitimus, cùm potu indigemus.* Ergo animus cupidus, indiguus eſt, licèt multis ſit affluens. Quo ſenſu dixit etiam Pater Auguſtinus in Regula, *Melius eſt minus egère, quàm plus habere.* Et in Pſal. 122. circa finem de diuitijs iſtis temporalibus loquens, idem docuit, dum aſſeruit, non attendendas eſſe ex copia, ſed ex indigentia, & hanc ex concupiſcentia. *Attende* (inquit) *ſi nihil deeſt.* Et ſignum ſubdit ad hoc dignoſcendum, *Si*

S. Bern. ibid. ante med. S. Chryſ. ibi. circ. fin. tom. 2.

P. Aug. tom. 1.

nihil

Digitized by Google

nihil cupit, nihil illi deest. Et Chrysostomus loco citato ait, *non potest diues esse, qui animo pauper est*. Quia vtique indiget, quia concupiscit. Igitur tantùm veræ diuitiæ sunt, vbi nulla est indigentia: & hæc sufficiẽtia coniectatur ex nulla concupiscentia. Cùm autem auari animus, semper concupiscat, quia eius cupiditas nõ satiatur cumulo rerum, imò plus crescit, vt supra ostendimus, relinquitur clarum, diuitem non esse, licèt auri copia affluat. Vnde optimè Chrysostomus intulit. *Si ergo, qui plura expetit, inops est: at talis, qui multa possidet, esse inuenitur, hic maxima paupertate deprimitur.* *Chrysost.*

Et aduertit, nihil obesse, quod corpore affluat, si indigeat animo; nam iste, cùm præstantior sit, ac excellentior, *Cuncta corporea* (inquit) *vt vult, trahit, atq; trãsmutat*. Quod explicat duobus exemplis. Primò ipsius animæ, & corporis. Nam, illa patiente, totũ corpus patitur: & illa gaudente, & benè vigente, etiam corporis dolores, facilè subleuantur, & tolerantur, & ferè absorbentur, vt in Martyribus claruit, qui, corde vigente, tormenta corporis cõputabant delicias. *Nam* (inquit) *& quando cor laborat, totũ corpus patitur, & intẽperies sua totũ corpus aggreditur: Sicut è contra, temperies toti corpori prodest. Quod, si quid cæterorum languescat membrorũ, corde incolumi, & virtute vigente, facilè languor etiam illius excutitur.*

Secundò, exemplo arboris, quæ inutilis redditur, arente radice, licèt rami virescant. Et è contra, inutilis non reputatur, si areant rami, & vigeat radix, vt sane tempore hyemali est notum. Quod dicit his verbis. *Dic, quæso, quod emolumentum ex arbore futurum est, si rami virescunt, & radix putrescat? aut, quod detrimẽtum arbor habebit, si foliijs exsiccatis, radix incolumis penitus sit?* Igitur diuitiæ veræ non reputantur ex copia exteriorum, si animus pauper sit, quæ vera pauperies est, iuxta dicta. Ille ergo verè est diues, cui nihil deest, vt ait Augustinus; seu qui non indiget, vt inquit Chrysostomus, quia nihil concupiscit, seu, qui possessis contentus est, licèt in se pauca, & parua sint. Et quò sanè animus ab hac cupiditate est liber, eò minus indigère probatur, & consequenter est ditior, licèt nihil possideat. Vt sunt voluntarij pauperes, qui ideo *spirituales* dicuntur, quia animo propter Christum renuntiarunt omnibus. Est ergo paupertas spiritus, summa vbertas, & abundantia auari, summa egestas.

Quid igitur quæris ò auare per tuam auiditatem? diuitias? vbertatem? Esto necessarijs contentus, quæ ad corpus, & statum decentem, iuxta rei veritatem, pertinẽt, & verè diues eris. Dixi (*iuxta*

Digitized by Google

ta rei veritatẽ) ne proprio amore fallàris, & limites tranſgrediaris, cum paucis ſit natura contẽta, & ſtatus veri Chriſtiani peregrinitatis in terra immodicam pompam reſpuat. Quod dico, attenta fragilitate communi, cui ſeruiunt multi. Nam vocati ad perfectionis ſtatum, prouidentiæ diuinæ totaliter ſe committẽtes, etiam neceſſariorum denudantur affectu, & nudi Ieſum nudum ſequuntur. Qui proinde ad altiorem diuitiarum gradum hac via perueniunt, vt in proprio loco explicabitur ampliùs.

Sed quid adhuc fugis, ò auare per tuam cupiditatem? egeſtatẽ? Ecce in ſummam incidis, dum copia creſcente, creſcit cupiditas, & cum hac egeſtas. Perpende benè iſtam doctrinam à duobus illis Chriſtianæ reipublicæ luminaribus maximis acceptam, Auguſtino, videlicet, & Chryſoſtomo, & ab eiſdem fideliſsimè vſque in finem practicatã, & benè capies hanc veritatem in tuam vtilitatem.

Agitur de diuitijs ſpiritualibus.

COnſidera adhuc, dupliciter quemque diuitem poſſe dici, vel *temporaliter*, vel *ſpiritualiter*. Primo modo, quis verè diues eſt, cui temporalium concupiſcẽtia non dominatur. quod etiam in nihil poſſidente verificatur, vt oſtendimus. Secundo modo diues eſt, qui Deo plenus eſt. Nam, vt inquit Pater Auguſtinus, *Diuitiæ omnes noſtræ, Deus noſter.* Quare *omnes noſtræ* quia ipſe ſolus *replet in bonis deſiderium noſtrum*, vt ait Pſalmiſta, & appetitu ſatiato plenè, indigẽtia omnis recedit, & omnis affluentia venit. *Aug ſer. 3. de ſancto Steph. in fin. to. 10.* *Pſ. 102. 5*

De diuitijs iſtis idem Propheta dixit, *Gloria, & diuitiæ in domo eius*. Quia nihil ibi deerit, cùm *omnia in omnibus Deus erit.* Vt toties ex Apoſtolo diximus. Imò iam hìc diuitiæ iſtę incipiũt, quando quis cor ſuum à creaturis auertit, & in ſolo Deo ſperat, & ipſum ſolum cupit, & quærit, quem cùm tenuerit, omne bonũ poſſidebit. Proinde quædam, quæ ita quærebat, vt ſic fieret diues, dixit, *Tenui eum, nec dimittam*. Sic enim ipſe cuidam ſuo amico promiſit, *oſtendam tibi omne bonum*. Et alibi, *Ego ſum merces tua magna nimis*. Merces terrena, & cuncta temporalia iſta non ſatiant appetitum, qui ſatiabitur ſolũ, cùm poſſederit bonũ iſtud. Vnde dixit Pſalmiſta, *Satiabor, cũ apparuerit gloria tua*. *Pſ. 111. 3* *Cant. 3. 4* *Exod. 33. 19.* *Geneſ. 15 1.* *Pſ. 16. 15*

Hìc ergo dum peregrinantur in terris ciues Hieruſalem ſupernæ, cuncta creata faſtidiunt, & ſolum Deum concupiſcunt. Propterea idẽ Pſalmiſta in alio Pſalmo dixit, *Effudi in me animam meam*. Quare Rex ſancte non effudiſti ad iſtas externas diuitias, *Pſ. 41. 5.*

Digitized by Google

tias, & ad regna tua ditiſsima, ſed intra te, te colligiſti, & cuncta hæc contempſiſti? ſubditur; *Quoniam tranſibo in locum tabernaculi admirabilis, vſque ad domum Dei.* Hæc domus eſt ſola, in qua ſunt diuitiæ veræ, quia æternæ; ideo effudi in me animã meam, vt ita in ſe recollecta, benè hanc veritatem perpenderet, & ſic terrena cuncta contemneret. Vnde etiam ſanctus Bernardus dixit. *Libenter contemnunt terrenas diuitias, qui perfectè ſperant cæleſtes.* Et hoc ideo, quia in Deo ſolo cuncta habebunt. Proinde quidam verus Hieroſolymita, & diues, frequenter in ore ſuo habebat hæc verba. *Deus meus, & omnia.* Et hic fuit Franciſcus Seraphicus, qui his armis armatus, auaritiam debellauit, & alumnos reliquit, qui ſemper ſic decertarent.

ibid.

Bern. ſer. 46. de modo bene viuendi poſt. med.

In hoc ſenſu explicuit Pater meus Auguſtinus relata verba Dauidis, *Diuitiæ in domo eius.* Nam licèt de domo æterna Patriæ cæleſtis interpretentur communiter, tamen ſanctus hic Doctor per *domum*, plus etiam cor intellexit contemptorem terrenorum ex firma ſpe æternorum. *Domus enim* (inquit) *eius, cor eſt* (vtique pij hominis) *Vbi Deo habitãte opulentiùs habitat cum ſpe vitæ æternæ, quàm hominibus habitantibus in marmoratis, laqueatiſque tectis cum timore mortis æternæ.*

Pſ. 111. 3 Aug. ibid. num. 8.

Hanc autem ſpem æternorum bonorum præbent bona opera meritorum. Ideo opera iſta nos hic verè diuites ſpiritualiter faciunt, quia patiunt æternas diuitias. Proinde Apoſtolus Timotheum admonuit, vt diuitibus huius ſæculi præciperet non curare de diuitijs perituris, ſed de perpetuò permanſuris, quæ bonis operibus comparantur. *Diuitibus* (inquit) *huius ſæculi præcipe benè agere, diuites fieri in operibus bonis.* Vbi ſic ait Chryſoſtomus. *Si opes inquiris, illas quære, quæ permanent, quæ firmæ perdurant, quæ ex operibus bonis oriuntur.* Et explicans, quibus præcipuè operibus has poterunt comparare, ſubdit, *Facilè tribuere, communicare, quæ ſunt miſericordiæ opera.* Nam per hæc, & cætera theſaurizabunt ſibi theſaurum perpetuum, quo verè diuites erunt, ideo ſubiungit Apoſtolus, *Theſaurizare ſibi fundamentum bonum, vt apprehendãt veram vitam.* Nam cum propter vitã, diuitias quærant, veram vitam ſic obtinebunt, quæ eſt æterna, plena bonis æternis, ideòque ſtabilibus, & in hoc ſenſu, fundamenta habentibus, vt ſupra expoſuimus verba eiuſdem Apoſtoli ad Hebr. 11. 10. *fundamenta habentem ciuitatem.* Diuitiæ quidem terrenæ, incertæ ſunt, quia, Domino inuito, poſſunt auferri, & relinqui debent per mortem: ibi autem non erit mors,

1. ad Timot. 6. 17

Chryſoſt. tom. 4.

Ad Hebr. 11. 10.

Digitized by Google

mors, quia vera vita, neque violenta prædatio. Quare Dominus in Euangelio ad has parandas diuitias ſuadens, dixit, *facite vobis* Luc. 12. 33. *ſacculos, qui non veteraſcunt, theſaurum non deficientem in cœlis, quò fur non appropiat, neque tinea demolitur*. Quia incorruptibilia ſunt bona illa. Non ſic autem bona iſta. Vnde ad auaros diuites Iacobus dixit, *diuitiæ veſtræ putrefactæ ſunt, & veſtimẽta veſtra à tineis comeſta ſunt: aurum, & argentum veſtrum æruginauit*. Iacob. 5. 2. Et quia Dominus præmiſit ibi, vendenda eſſe, quæ poſsidentur, & eleemoſynam faciendam, vt ſic theſaurizetur in cœlis; S. Chryſologus hæc verba conſiderans, ait: *Homo, tali monitu, Chriſtus te ditare voluit, non nudare: manere tibi tua voluit, non perire: perpetuari, non vacuari ſacculos imperauit, iuſsit te transferre, non perdere*. Chryſolog. ſer. 22. an. ae med.

Et hoc quidem eſt negotium, quod Dominus nobis præcepit, gratiæ talentis collatis, vt negotiaremur in terris, dicens, *negotiamini dum venio*. ideò alibi Regnum cœlorum aſsimilauit *homini negotiatori quærenti bonas margaritas; inuenta autem vna pretioſa margarita, abijt, & vendidit omnia, quæ habuit, & emit eam*. Et notabiliter *vna* dicitur, quia in ſolo Deo conſiſtit. Propterea de quadam vera negotiatrice, ipſa veritas dixit, *vnum eſt neceſſarium: Maria optimã par-*

Luc. 19. 13. Matt. 13. 45. Luc. 10. 42.

tem elegit, quæ non auferetur ab ea in æternum. Et Propheta protulit, *vnam petij à Domino, hanc requiram*. Pſ. 26. 4. Et de qua loquatur, ſubdit, *vt inhabitem in domo Domini, omnibus diebus vitæ meæ*. Abijt ergo negotiator ab amore terrenorum ad amorẽ æternorum, & cuncta illa deſpiciens, pro iſtis commutauit libenter, vt fieret verè diues.

Et ſanè de negotiatore hoc diuite Sapiens fuit loquutus, cùm dixit, *laborauit diues in congregatione ſubſtantiæ, & in requie ſua replebitur bonis ſuis*. Eccli. 31. 3. Nam de diuite in Domino, & congregatione ſpiritualis ſubſtantiæ per bona opera, & de prẽmio æterno illis reſpondẽte Interlinealis Gloſa verba iſta intelligit. Interl.

Iſtæ ergo ſpirituales diuitiæ ſunt veræ, quia perpetuæ: terrenæ verò falſæ, quia incertæ, & relinquendæ. Vnde exclamat Bernardus, *filij hominum, genus auarũ, & ambitioſum, audite, quid vobis cum terrenis diuitijs, & gloria temporali, quæ nec veræ, nec veſtræ ſunt*. S. Bernar. ſer 4. de adu. Dom. circ. init. Et de diuitijs veris ait Gregorius. *Si ergo, fratres charisſimi, eſſe diuites cupitis, veras diuitias amate*. S. Greg. homil. 15. in Euãg. circ. init. to. 3.

CONSIDERATIO VIII.

& vltima.

Ex *pœnarum austeritate.*

TOt, & tam acerbæ sunt pœnæ, quæ manent auaros, vt S. Iacobus Apostolus dicat, meritò iam hic debere auaros pro illis plorare, & vlulare.

S. Iacob. 5. 1. *Agite* (inquit) *nunc diuites, plorate, vlulantes in miserijs vestris, quæ aduenient vobis.* Vbi notat Lyranus non dixisse S. Apostolũ simpliciter *plorate*, sed addidisse *vlulantes*, vt magnitudinem doloris exprimeret. Est enim (inquit) *vlulatus sonus confusus, qui est signum magni doloris.* & adiungit, *in miserijs vestris*, vt idẽ Doctor exponit, non iam pro ruinis, & miserijs aliorum, vt S. Propheta Ieremias plorauit destructionem Ierusalem, sed pro proprijs, *quæ aduenient* (inquit) *vobis*, non alijs, in futuro iudicio. Quod explicant verba paulò post

Lyran.

anno. 3. subdita, *thesaurizastis vobis irã in nouissimis diebus.* dum enim recondistis pecuniam, recondistis iram, non vtique alijs, sed vobis. & ideò est notabile verbum *thesaurizastis*, quia thesaurus est quid pretij grandis absconditum, & sic ira futura promerita, grandis erit, sed pro nunc à tenebrosis oculis auari abscondita, & in hoc sensu thesaurizata. Nam, si apparèret, vtique terrèret; inebriatus autem vino diuitiarum, & somno peccati sui sepultus, non pauet, quia non considerat. Nam, si consideraret, iam vlularet, vt Iacobus ait.

At quando cognoscet? in morte. ita S. Iobus testatur, dicens, *diues, cum dormierit: aperiet oculos suos.* Videbatur potiùs dicendum, *claudet oculos suos.* Vt dormiamus quippe oculos claudimus, & aperìmus, cum euigilamus. Quare ergo aperiet, cum dormierit? Respondet S. Gregorius, claudi quidem oculos corporis per mortẽ, sed aperiri oculos animæ per cognitionem. *quia* (inquit) *homo ex anima constat, & corpore: cum vnius rei somnus dicitur, alterius vigiliæ demonstrantur. quia, cum corpus obdormiscit in morte, tunc anima euigilat in vera cognitione. Et dormit ergo diues, & oculos aperit, quia cum carne moritur, eius anima videre cogitur, quod prouidère contempsit.* Quid est autem hoc prouidendum? quod dixit Propheta Moyses, *vtinam saperent, ac intelligerent, & nouissima prouiderent.* Et ideò, quia benè operando non prouiderũt, sed iniustè diuitias cumularunt, nihil in fauorem, sed in terrorem inuenient. & ideò subditur apud Iobum, *& nihil inueniet.* quia (inquit idem Gregorius) *oculos aperit ad supplicia, quos hic ad misericordiam clausos tenebat: ape-*

Iob. 27. 19.

S. Greg. lib. 18. mor. c. 13. tom. 2.

Deuter. 32. 29.

Ibidem.

aperit oculos ſuos,& pietatis fructum non inuenit, quos hìc clauſos tenuit,cum viueret. Igitur nõ tantùm ſe vacuum reperiet temporalibus bonis,quæ poſsidebat,
Pſ. 75. 6. vt dixit Pſalmiſta etiam ſupra relatus,*dormierunt ſomnum ſuum*, vtique mortis, *& nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis*. Sed etiam paupe-res ſe inuenient ſpiritualium bonorum,quæ poſſent eos protege-re, & ſe addictos ad ſupplicia comperient horribilia.

Inter quæ primũ locũ obtinet pœna damni,qua priuabuntur in æternum Deo ipſo, bono infinito,ad quod fuerunt creati. Quod
Luc. 14. 2. Dominus expreſsit, cum in Euãgelio dixit: *Dico autem vobis, quod nemo virorum illorum, qui vocati ſunt,guſtabit cœnam meã:* erat autem cœna *magna*, vt ibidem dicitur, per quam æterna gloria, iuxta interpretationem communem,deſignatur.Ad quam vocauerat multos, & omnes ſe excuſarunt, terrenis intenti, in-
nn. 18. ter quos fuit primus, qui dixit, *villam emi,& neceſſe habeo exire, & videre illam*. Et eſt notabile, quòd primo loco ponitur, iſte, poſt quem immediatè ſequi-
nn. 19. tur alius dicens, *iuga boum emi quinque, & eo probare illa*. per iſtos namque deſignantur auari,
S. Ambr. in Luc. vt S. Ambroſius ait,& communis ſententia. Et in *villa*, bona immobilia indicantur, & in *bobus*,
Lyran. mobilia,vt notauit Lyranus. Prima ergo eſt auaritia,quæ iſtis cõgregandis intenta, veram vitam fugit, & ideò non mirum,ſi inueniꝫ veram mortem, quæ in illius vitæ priuatione conſiſtit, quæ plena eſt omni bono, & proinde ſub nomine magnæ cænæ ſignata. Vnde iratus Dominus, vt ibi notanter dicitur, horribilem ſententiam protulit, *Dico vobis, quod nemo virorum illorum,&c.* Notabiliter namque dicitur, *Dico*, quia ſi alius dixiſſet,potuiſſet verbum ſuum deficere: At verba Domini non tranſibunt, ſed implebuntur omninò. Deinde ſubditur,*nemo virorum illorum*, ne quis ſe excipiendum exiſtimet: omnes ergo auari non intrabunt in cœlum, ſed excluſi manebunt. Et hæc eſt pœna damni horribilior cunctis, omnibus intimata auaris.

At non deficiet etiam pœna ſenſus, quoniam tam iſta, quàm illa, coram toto orbe erit illata in die illa extrema, cùm Dominus in maieſtate ſumma ad iudicandum venerit, teſte Domino ipſo per Matthæũ dicente: *Tunc dicet his,qui à ſiniſtris erunt: Diſcedite à me maledicti*. Ecce pœna damni. *In ignem æternum.* Ecce pœna ſenſus, nunquam terminanda, quia æterna. Et ſubditur cauſa: *Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare: ſitiui, & non dediſtis mihi potũ: hoſpes eram, & non collegiſtis me: nudus, & non operuiſtis me*. Ecce
Matt. 25. 41.

Digitized by Google

causa reprobationis æternæ, du-
Theophil. ritia auaritiæ. Notat hìc Theophilactus, horroris causã hoc esse, cùm Dominus alia immaniora tacuerit flagitia, & solam immisericordiam, & duritiam auaritiæ adduxisse pro suæ sententiæ horribilis causa. tamen fatetur non esse paruum delictum, & rapinæ nomine dignum, bonis abũdare, & nolle ea communicare egenis. *Profectò* (inquit) *raptor est, qui multa habet, & non miseretur, etiam si neminem manifesta cõtumelia afficiat. quia enim quædam habet, quibus non indiget, rapit omninò ab his, qui egẽt, & non accipiunt ab ipso.* In quo clarè apparebit, quantùm scelus istud iudicij Deo displiceat, cùm alia sileat, & hoc solum dicat.

Agitur de peculiaribus alijs pœnis, quibus punientur auari.

Et sanè, licèt *igne, tenebris, fletu, stridore dentium,* & cæteris tormentis inferni, omnibus communibus debeant cruciari auari, tamen duplici pœna peculiariter affligentur. Quarũ altera à San-
S. Chryso-log ser. 22 &o Chrysologo considerata, in ipsa iudiciaria actione est futura, cùm, scilicet, viderint paupere*s*, quos in vita hac despexerũt, gloriosè ad Regnum vehi cęlestę, & se despicabiliter in infernum detrùdi, cùm possent communione substantiæ, illorum societate gaudere. *Si in hac vita* (inquit) *qua peregrini sumus, viuimus, & modicùm tẽporalem esse pauperem dolet, tristem, inhonorum esse: quale est in perpetua patria inter æternos ciues, de contemptu dolorem, de ignobilitate pœnam, de nuditate opprobriũ sustinere: & nunc addici pœnis, quando alij promouentur ad Regnum: quando pauper ducitur ad consessum Dei, & diues trahitur ad consortium punitorum? Heu! quàm lamentandæ vices, quando desperati penè homines, possidebunt spem diuinã, & humanis bonis præditi, bonis cœlestibus fraudabuntur?* & causã sortis disparis subdit, misericordiam esse ex liberalitate, & charitate: aut duritiam ex auaritia. *Et hoc facit* (inquit) *thesaurus, qui cor hominis, aut per eleemosynam leuat ad cœlum: aut per auaritiam demergit in terram.* Vocat autem perpetuã patriam actionem illam iudiciariam, ex qua perpetuitas incipiet gaudiorum, electorũ animabus, corporibus reunitis: aut dolorũ reproborum per sententiam generalem.

Altera autem pęna specialiter cruciatiua auari, inopia erit, de qua dicitur apud Iobum: *Apprehendet eum quasi aqua inopia.* *Iob 27. 20.* Quæ verba exponens Gregorius *S. Gregor. loc. cit.* ait, iusto, ac subtili Dei iudicio sic fieri, vt, qui tenaci opulentia peccauit, mordaci indigẽtia crucietur. Quod exemplo diuitis

Epu-

Digitized by Google

Epulonis ostendit, dicens, aquæ guttam petiuisse, non quia satis esset sitim tam ardentem extinguere, sed, vt tormentum inopiæ indicaret. Verba sancti Doctoris notatu dignissima, sùt ista;

Luc. 16. 24. *Videamus nunc inopiam ardẽtis diuitis, cuius tanta abundantia fuit epulantis: ait enim, Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremũ digiti sui in aquam, & refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Quibus verbis, nobis, non hoc innotescit, quia illic in tanto ardore, vna tunc ad sufficientiam refrigerij, aquæ stilla requiratur, sed, quod is, qui de abundantia peccauit, illic æstuãti nimis cremetur inopia. videmus namque in verbis diuitis, ex subtilissima Dei iudicio, quàm digna, tali culpæ, pœna responderit: Agente namque inopia, illic vsque ad minima petenda compulsus est, qui hic, agente tenacia, vsque ad minima neganda, peruenit. Quid retribui subtiliùs, quid districtiùs potest? guttam aquæ petijt, qui micas panis negauit.*

Aquæ autem assimilatur inopia, quia sicut aqua, elementum est parui pretij, quia facilè omnibus peruium, ita defectu rei etiã paruæ, auarus torquendus indicatur, dum dicitur: *Apprehendet eum, quasi aqua inopia*, vt insinuat Lyranus, dicens, *Id est, defectus cuiuslibet boni, & sentiet afflictionem summi mali*. Hinc etiam Kempis dixit de anaris in inferno positis: *Ibi auari miserrima egestate arctabuntur.* Kemp. lib. 1. cap. 24. num. 4.

Et hic est fletus, & luctus, vtique summus dolor proueniens ex hac inopia, quando se viderint spoliatos omnibus, qui olim in Babylone magna sæculi huius, auro, & mercibus abundabant, dum post hæc, toto corde, negotiando, ambulabant. De quo loquens Ioãnes in sua Apocalypsi, dixit: *Et negotiatores terræ flebunt, & lugebunt super illam*, vtique Babylonem destructam, Apoc. 18. 11. *Quoniam merces eorum nemo emet amplius: merces auri, & argenti, & lapidis pretiosi, & margaritæ, & byssi, & purpuræ.* num. 12. Sed quare nemo emet amplius? quia nihil habebũt. Omnia enim illa *transierunt tanquam vmbra* Sap. 5. 9. vt ipsemet, teste Sapiente, inconsolabiliter dicturi sunt, positi in inferno.

Sed numquid tantummodo post vitam istam seruantur dolores, & fletus? minimè. Nam licet aliquibus isti reseruentur in posterum, vt puniantur acerbiùs, tamen etiam in hac vita frequenter pœnas sui sceleris luunt, quæ consummabuntur post mortem in perpetuum duraturæ. Quod significauit Baruch Propheta, cum dixit, *vbi sunt, qui argentum fabricant, & soliciti sunt, nec est inuentio operum illorum?* vbi Lyranus sic ait, *quia* Baruch. 3 18. Lyran. num. 19.

Digitized by Google

frequenter prævenientur morte, antequam possint opus intentum perficere, & ideo subditur, exterminati sunt, & ad inferos descenderunt. Igitur cursum vitæ non perfecerunt, qui auaritiæ seruierunt, vt manifestè Iudæ proditoris probauit suspendium, cum effusione omnium viscerum, qui retinuerat nummos, Actorum 1. 18. & Ananiæ, & Saphiræ mors repentina. Actor. 5.

Alij etiam, vita superstite, cruciantur, vt Giezi lepra ostendit cum tota posteritate sua, 4. Reg. 5. 27. vt etiam puniretur in illis. Et quot casus, quæso, in historijs referuntur auarorum, qui priùs bonis multis insatiabili cupiditate affluentes, coacti sunt posteà, omnibus denudati, ostiatim miserabiliter mendicare? enumera tu, si potes.

Et si temporalia ista supplicia satis essent, serió meditata, ab auaritia quemlibet cohibere, quanto magis æterna? quomodo S. P. Augustinus ab hoc pernicioso hoste, suos fratres Eremitas conatur auertere, dicens, *Considerate ergo fratres charissimi vosmetipsos, cogitate vbi sunt Reges, vbi potentes, vbi amici, vbi parētes. Ecce quomodo de tāta potentia, vel lætitia, tanta prouenit miseria, & angustia de tāntis diuitijs, tot inopiæ: de tantis satietatibus, tanta fames: de tam breui delectatione, tam longa tristitia: de tam breui vita, tam longa mors: de tam exigua sanitate, tam longa infirmitas: de tam breui luce, tam longæ tenebræ: de tam parua suauitate odoris, vel luxuriæ, tantos rectipientes dolores, & fœtores damnationis perpetuæ: & de vestimentorum nostrorum abundantia, ex qua largiri debuimus eleemosynam pauperibus, tantam nuditatem habentibus.* Hactenus S. Doctor. Vbi specialiter mentionem facit de luxuria, & gula, quæ vitia sunt frequenter diuitias comitantia, & commiserationi parcitur pauperum, vt his impendatur. At tunc tormentis omnium vitiorum, quorum radix fuit cupiditas, peculiariter torquebuntur auari. Hæc igitur sint iugiter cordi nostro infixa, vt sic, hac debellata nequitia, viuamus iustitiæ, *expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei.* Cui gloria, & honor in sæcula sæculorum. Amen.

P. Augustin. ser. 62. ad Eremit. post med. tom. 10.

Tit. 2. 13.

PRO-

PROPVGNACVLVM VI.

CONTRA BLASPHEMIAM.

PRÆFATIVNCVLA.

ACERRIMVS hoſtis hic eſt, & communiſſimus propter multitudinem cauſarum, ex quibus procedit, vt latiùs infra patebit, diabolo maximè inſtigante, qui oſor eſt Dei, contra quem præcipuè profertur blaſphemias. Qua propter heù res ploratu digniſſima! nihil frequentiùs in ore hominum auditur, quàm hæc contumelia, qua à creatura creatori ſuo infertur iniuria, in ſanctis etiam ſuis ſic læſo plerumque.

Hoc totum Ioanni ab Angelo fuit oſtenſum in meretrice magna ſedente *ſuper aquas multas, & ſuper beſtiam coccineam plenam nominibus blaſphemiæ, habentem capita ſeptem, & cornua decem*. Nam per *meretricem*, vt ibi ab Angelo ipſo exponitur, Babylon magna intelligitur, plena confuſione, & abominatione, vtique Dei, qui abominatur, & blaſphematur opere prauorum, & ore: & per *aquas multas*, populorũ multitudo, & gentium, quibus dominatur iniquitas: per *beſtiam* autem, dæmon ipſe, quæ *coccinea* dicitur, quatenus rubricatur ſanguine hominum, quos ſpiritualiter occìdit in anima, dum veluti fortis equus armatus ad omnem iniquitatem portat illos, maximè ad blaſphemiam. Vnde ſubditur, *plena nominibus blaſphemiæ*, quia totas vires ſuas adhibet, vt ad hanc indùcat, & perdùcat mortales, quò, blaſphemato Creatore, quem ipſe maximè odit, æternaliter pereant. Et ità acriter ad hoc perùrget, vt plerumque triumphet. Quapropter ab ipſo Ioanne, capitibus coronis blaſphemiæ redemitis, pariter fuit viſa hæc beſtia, vt ipſe teſtatur, dicens. *Et vidi de mari beſtiam aſcendentem, habentem capita ſeptem, & cornua decem, & ſuper cornua eius decem diademata, & ſuper capita eius nomina blaſphemiæ*. Coronatur itaque blaſphemia ſuper omnia capita,

Apoc. 17. 2. & 3.

Apoc. 13. 1.

Digitized by Google

vt oſtendatur magnitudo triumphi, & pateat hoſtis huius acerbitas, per hanc iniquitatem; mundum ferè totum conculcans, etiã in ſanctos ſe armans. *Et vidi* (inquit Ioannes) *mulierem ebriam de ſanguine ſanctorum, & de ſanguine martyrum Ieſu*, quos vtique poſt ſanguinem fuſum, blaſphemijs impetit per hominum ora, vt ſitim expleat adauctam cruore.

Apocal. 17.6.

Igitur cum hoſte iſto tam ſæuo, & tam communi, manus nobis ſunt conſerendæ in Propugnaculo hoc, vbi apponenda arma, ad quæ capienda extendantur viriliter. Iuxtà morem tamen per ſequentem doctrinam, blaſphemiæ priùs aperiemus faciem, quidditatem eius indicando, cauſalitatem, quotuplicitatem, & grauitatem. Sit ergo.

Doctrina circa blaſphemiã.

S. Tho. 2. 2. q 13. ar. 1. in corp.

SEcundùm S. Thomam nihil aliud eſt, quàm *derogatio quædam bonitatis diuinæ*. Intelligitur autem in propoſito derogatio, qua maledicitur Deus, iniuriatur, contumeliatur, ſeu inhonoratur *ore*, aut verbis, vt excludatur blaſphemia, quæ *corde* tantùm fit, aut *opere*, vt erant alapæ, & cæteri ludibrioſi geſtus, quibus dignitati, & excellentiæ ſummæ, perſonæ Chriſti Domini noſtri derogabant Iudæi: & actus etiam idololatrandi, quo falſum de Deo ſignatur, tribuendo creaturæ, quod ſoli vero Deo debetur, & ipſi in hoc irrogatur iniuria, ad blaſphemiam tamen non pertinens.

Dicitur autem eſſe *bonitatis diuinæ*, quia Deus tantùm bonus eſt per eſſentiam, ideo eius bonitas ſummè excellens. Cum igitur excellentis bonitatis blaſphemia ſit derogatio, ideo præcipuè de Deo dicitur, vt loco citato ad 2. Angelicus Doctor aduertit. Imò P. Auguſtinus lib. 2. de moribus Manichæorum cap. 11. hinc docet de Deo propriè dici, *Laus* (inquit) *Vulgò blaſphemia non accipitur, niſi mala verba de Deo dicere*. Vbi etiam notandum obiter, de blaſphemia loqui verbali, quæ, ſcilicet, verbo fit, vt notauimus, quia incipit *corde*, & completur *ore*. Quæ tamen per redundantiam, & ex conſequenti, poteſt in Sanctos etiam prolata intelligi, iuxtà S. Thomæ doctrinam ar. cit. ad 2. quatenus, ſcilicet, bonitas ipſa diuina, excellentiori modo participatur ab ipſis. Vnde quemadmodum Deus laudatur in ipſis, dum laudantur opera, quæ per eos, & in eis operatur, ità ſimiliter blaſphematur in ipſis. Blaſphemia ergo in ipſum Deum primò conijcta, *immediata* eſt: & conijcta in Sanctos, *mediata*, quia, mediantibus ipſis, in Deum conijcitur. Licet, vt Leſſius notat loco

P. Aug. tom. 1.

infra

Digitized by Google

infra citato,nu.29. vt iniuria Dei ſit,non requiritur,vt ſit in illis directè intenta, ſed ſufficit, ex verbis redundet, idque ſit animaduerſum. Licet enim blaſphemia opponatur diuino cultui, qui *latria* dicitur,& ad rationem latriæ requiratur, vt directè honor Dei intendatur,non tamen ad rationē blaſphemiæ opus eſt, vt directè intendatur iniuria Dei, & contumelia, quia, vt idem Doctor ibidem notat, *minus requiritur ad rationem peccati,quàm virtutis.* qui autem maledicit creaturæ, quatenus eſt effectus Dei, & hoc animaduertit, ſaltem indirectè, Deo irrogat iniuriam, licet directè hoc non intendat, vt ſi quis (dicit idem Doctor) diceret Regis aulicos, quos ipſe magni facit,& honorari vult, eſſe mendaces,vel parùm dignos illo gradu, &c.iniuriam faceret Regi. Indicaret namque Regem, vel ignorare illorum defectus, vel talibus hominibus delectari:ita,qui maledicit creaturæ,quatenus eſt creatura Dei, ipſi Deo maledicere intelligitur, & grauiter ſic peccare, vt ex Origenis etiam conſtat Doctrina,qui notat, quare Leuit.24. 11. de quodam blaſphemo dicat ſcriptura diuina *cumque blaſphemaſſet nomen, & maledixiſſet ei, &c.* quæ verba dictus Doctor conſiderans, ait. *Vnde, & ego valde admiratus ſum, quod in hoc loco,quem habemus in manibus ſcripturæ non apertè deſignauit,quia iſte, qui ex Aegypto gemus ducit, maledixerit Deum,ſed tantùm poſuit,quia nominãs maledixerit, & reliquit in medio, vel de Deo, vel de homine ſuſpicandum.* Et ſubdens ſuam ſententiam,ait. *Vnde mihi videtur, ideirco noluiſſe de Deo apertè pronuntiare, ne de hominibus videretur dediſſe licentiam, & ideò, vel de Deo,vel de homine ſiluiſſe, vt de vtroque caueretur.*

Origenes homil.14. in Leuit. ant.med. tom.1. Leuit.24. 11.

Si autem non,vt creaturæ Dei, ſed,vt ſibi nociuæ, peccatum non eſt. Sic abſque peccato Iob maledixit diei natiuitatis ſuæ. At quando nocumentum eſt paruũ, & tamen ſic maledicitur, erit veniale,vt de ventis,quibus maledicunt nautæ, & equis, aurigæ, vt Leſsius citatus aduertit. Ex hoc ergo patet,quomodo maledicere ſanctis, ſit blaſphemia. Et quia nobis nunquam poterunt eſſe nociui,ex hoc capite,venialis non erit. *Leſſ.*

Notat autem Viguerius in ſuis Inſtructionibus Theologicis cap.10.de fide,§.6.non quoslibet ſanctos propriè blaſphemari, ſed in cœlo iam exiſtentes, quorum tantùm bonitas poteſt dici excellens, quia firma, ratione ſtatus. Quo quidem ſenſu poſſunt intelligi verba Dominica apud Matth.11.11. *Amen dico vobis, non ſurrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptiſta.* Et ad propoſitum ſubdit, *qui autem minor eſt in Regno cœlorum, maior,* *Viguerius* *Matt.11. 11.*

Digitized by Google

maior eſt illo. Licet enim excellentia iſta contingat ratione viſionis claræ, & intuitiuæ Dei, quæ omnẽ obſcuram excellit, & ænigmaticam, quæ per fidem eſt, & hinc habeat, actu magis voluntatem inflammare charitate diuina, in qua perfectio conſiſtit, & ſanctitas, tamen, quia etiam impeccabilitatem tribuit, ideò firma eſt. Et ita, conſideratis ſtatibus ipſis ſecundùm ſe, viatoris, & cõprehenſoris, nõ eſt dubiũ, ſanctitatẽ, & bonitatẽ cuiuſque cõprehenſoris longè actu excellere bonitatem cuiuſque puri viatoris.

Hieron. tom. 5. Quod etiam confirmat Hieronymus dicta verba expendens, vbi ſic ait, *Omnis ſanctus, qui cum Deo eſt, maior eſt illo, qui adhuc conſiſtit in prælio*. & rationem ſubdit. *Aliud eſt enim coronæ victoriam poſſidere: aliud adhuc in acie pugnare*. Vbi innuit firmitatem, & inſtabilitatem pro inæqualitate ſtatus. Ob id bona videtur Doctrina prædicti Viguerij, hinc aſſerẽtis derogationẽ bonitatis cuiuſq. viatoris, potiùs detractionẽ dici, quàm blaſphemiã.

Et iuxta iſtam ſententiam, notat etiam Leſius, hunc ſenſum habere verbum illud Pauli, *Blaſphemamur*. 1. Cor. 4. 13. hoc eſt, *maledicimur, & conuitiamur*. Et illa ad Tit. 3, *admone illos, neminem blaſphemare*. ideſt, maledicere, & conuitiari, vt ibidem etiã Theophilactus declarat. Hoc patiter inſinuaſſe videtur P. Auguſtinus loc. ſup. cit. cum ideò negauit homines, etiam bonos, blaſphemari, ſubdens, *de hominibus namque dubitari poteſt*. An ſcilicet, boni ſint, vel à bonitate poſſint decidere (quod in viatoris ſtatum ſecundùm ſe conſideratũ, tantùm cadere poteſt.) ideòque non poſſint propriè blaſphemari. Sumitur ergo latè blaſphemia pro omni maledicto, & conuitio. at propriè non accipitur, niſi, cum in Deum conijcitur, vel in eius ſanctos in cœlo iã exiſtẽtes.

Leſſ. de iuſt. & iur. lib. 2. c. 45 nu. 423. *1. Cor. 4. 13.* *Ad Tit. 3.* *Theophil* *P. Auguſt*

Poteſt igitur ex dictis aptè ſic definiri, *eſt iniurioſa, ſeu contumelioſa in Deum, vel ſanctos eius, loquutio*.

Ex quo iam patet illi virtuti formaliter, propriè, & directe opponi, qua colitur Deus, & hęc eſt laus diuina ad Religionem pertinens. Sicut enim laus eſt honor, qui Deo verbis, & ſermone defertur, cum eius excellentia ex cordis affectu prædicatur: ita blaſphemia eſt contumelia, quæ ſermone infertur, cum indignè de Deo quis loquitur. Ita docent prædictus Leſſus loc. cit. num. 24. & ſeq. Toletus in ſum. lib. 4. c. 13. num. 1. & hæc quantum ad quiditatem blaſphemiæ. ſequitur

Leſſius. *Tolet.*

Cauſalitas eius.

De duplici poſſumus loqui cauſalitate, *paſſiua*, ſcilicet, & *actiua*. hoc eſt, vnde proueniat, ſeu oriatur blaſphemia, quę intelligitur *paſſiua* ipſius cauſalitas.

Et

Et quid efficiat, ſeu cauſet in nobis. per quod cauſalitas *actiua* ſignatur. loquendo ergo de cauſalitate paſſiua, ideſt

De cauſis blaſphemiæ.

DIcò, quod ſunt ſequentes, videlicet.

1 *Infidelitas.*
2 *Odium.*
3 *Iracundia.*
4 *Ingratitudo.*
5 *Superbia.*

Quoad *infidelitatem* ergo dico Primò, ex animo infideli frequenter procedere, quod quis Deum blaſphemet, pronuntiando de illo contraria fidei, vt exemplificabitur infrà, quod tunc intelligitur, quando ita corde intelligit, vt ore pronuntiat. In quo caſu opponitur etiam confeſſioni fidei, iuxtà Doctorem Angelicũ.

S. Th. loc. cit. art. 1. in corp.

Quoad *odium*, dico ſecundò, ex illo tunc prouenire blaſphemiam, quando non ſolum error præcedit in intellectu, ſed etiam prauitas in affectu, ex qua contra Deum loquatur, conuitium illi inferre intendens, bonitatem diuinã deteſtando, tollendo, & impediendo pro poſſe honorem diuinũ. *Quod eſt* (inquit) S. Thomas) *perfecta blaſphemia*. De qua loquens Ioannes in ſua Apocalypſi, de hæreticis dixit, *blaſphemauerunt Deum.* Et cauſam ſubiungit, *præ doloribus, & vulneribus ſuis.* Vbi Abbas Rupertus intelligit de odijs eſſe ſermonem, *quæ* (inquit) *profectò vulnera ſunt, non corporis, ſed cordis.* Et licèt de odijs loquatur, priuatis, tamen, cum hæc redundent in Deum, quemadmodum & dilectio proximi, ex odio, in ipſum tandem procedere blaſphemias, non eſt dubium.

Apoc 16. 11.

Rupert. ibi tom. 3.

Quia autem blaſphemia, *formaliter* hæreticalis non eſt, niſi quatenus habet rationem culpæ, & talis non eſt, niſi ſit voluntaria, voluntaria autem eſt, vt S. Thomas aduertit, quando ex odio prouenit veritatis diuinæ, quæ proponit credenda de Deo: ideo concludit, quòd infidelitas culpabilis ex odio Dei procedat. Quemadmodum ergo, teſte eodẽ S. Doctore, dilectio perficit fidẽ; ita odium, infidelitatis malitiam cõplet: blaſphemia ergo omnis formaliter hæreticalis, ex odio Dei eſt. Et ſic quatenus oppoſita veritati credendæ per errorem in intellectu præcedentem, opponitur fidei, vt diximus: quatenus verò oppoſita bonitati diuinæ per fidem propoſitæ. à qua auertitur per affectum, dum non creditur, opponitur charitati.

S. Thom. q. 3. art. 2. ad 2.

Quæſtil 3 art. 1. in corp.

Si autem nullus præcederet error in intellectu circa credenda de Deo, ſed ex ſolo odio cõtra Deũ, quis proferret blaſphemiam, non eſſet huiuſmodi blaſphemia hæreſis iudicanda, cùm mens, vt ſuppono, eſſet coniuncta ad veritatem diuinam, quod ſuſ-

Digitized by Google

ſufficit ad finem proprium fidei, vt S.Thom. q. 3. ad 2. concedit. Quapropter verbalis negatio Petri, qui intùs fidem retinuit, hæreſis non fuit dicenda, licèt quidem mortifera propter deordinationem, cum *debeat eſſe in ore, quod in corde eſt*. Vnde dicit Gloſſa, *Peccatum fuit Petro ore negare, cum crederet corde*, ſic interpretans verba Apoſtoli ad Rom. 10. *Corde creditur ad iuſtitiam; ore autem confeſsio fit ad ſalutem*. Vbi Apoſtolus inter fidem, & eius confeſſionem, facit diſtinctionem, & proprerea Angelicus Doctor q. 13. cit. art. 1. Verbalem blaſphemiam opponit confeſsioni fidei, cum eſt circa credenda de Deo, innuens, quod ſi quis intùs benè de Deo ſentiret, fidem non amitteret, licèt peccaret mortaliter: non ergo eſſet talis blaſphemus hæreticus iudicandus, vt communiter dicũt Doctores, inter quos eſt Toler. in ſum. lib. 4. c. 13. num. 8. Leſſius loc. cit. Lucas Floronus in tract. de caſ. refer. p. 2. cap. 3. num. 8. Conrad. in reſp. caſ. conſc. par 2. quæſit. 108. eſſet tamen in caſu iſto talis blaſphemia hæreticalis *materialiter*, quia ſecundùm ſe contineret in fide errorẽ, & illum ſignificaret prolata, licèt ex eo, quod non procederet ex tali errore, præſertim pertinacia deficiente, quæ hæreſis formalitatem conſtituit, talis non diceretur hæreticus, vt notaui iam ſuperiori Volumine, & repetetur inferiùs ſequenti, in Propugnaculo contra incredulitatem.

Propug. 1. Conſ. 35. nu. 7. & ſeq.

Tripliciter ergo ex odio procedit blaſphemia, vel enim connexa eſt pertinaciter cum errore intellectus, aut dubietate circa credenda, & eſt hæreticalis *formaliter*. Vel ſine tali pertinaci errore, & eſt quidem hæreticalis, ſed *materialiter* tantùm. Aut eſt circa nõ credenda de fide: & dicitur blaſphemia *ſimplex*, quia non eſt admixta cum hæreſi.

Quoad *iracundiam* verò, ſeu impatientiam, dico tertiò. Ex illa frequenter oriri blaſphemiam, vt quotidiana experientia probat, & oſtendũt Scripturæ, & Patres. Nam Apocalyp. 16. 9. legitur: *Aeſtuauerunt homines æſtu magno*, quod de afflictione communiter intelligitur. Et effectus ſubditur, *& blaſphemarunt*. Explicat Interlinealis, *corde, & ore*. Et Lyranus in expoſitione morali addit: *Nam homines ſic afflicti, ex impatientia prorumpũt aliquando in blaſphemiam Dei*. Et Rupertus putat, hunc eſſe partum, de quo loquutus eſt Dauid, cum dixit, *Concepit dolorem*. Ecce conceptus. Videamus partũ. *Et peperit iniquitatẽ*, vtique blaſphemiæ, qua maledicitur Deo. Vnde de blaſphemo exiſtimat idẽ Rupertus loco ſupracit loquutũ etiam fuiſſe eundem Prophetam in alio Pſalm. cũ protulit: *Cuius maledictione os plenum eſt*. Ecce

Apoc. 16. 9.

Lyran.

Rupert. ibi.

Pſal. 9. 7

bla-

Gloſſa

Rom. 10. 10.

Tolet.

Leſſ.

Floron.

Conrad.

blaſphemia, & cauſa ſubiungitur: *Et amaritudine*. Amaritudo ergo impatiens, & iracunda generauit blaſpemiam, teſte etiã Apoſtolo dicente, *Omnis amaritudo, & ira, & indignatio*. Et effectus ſubditur ex his cauſis ſequutus, *Et clamor, & blaſphemia tollatur à vobis*. Quia clamoroſa blaſphemia ex amaro, indignato, & iracũdo corde procedit, vt ibi notauit Hieronymus dicens, *Poſt amaritudinem, furorem, & iram, rectè clamor quoque, & blaſphemia prohibentur in nobis*. & ſubijcit rationem, *quia, qui ſemel fuerit furòre ſuperatus, neceſſe eſt, vt proſiliat in clamorem, & turbidè fremens, hùc, atque illùc in modum folij ventiletur, & dicat, ò rerum iniquitas! ò iniuſta iudicia Dei! & cætera, quæ ſolent loqui, qui per indignationis furòrem, mentis iudicium perdiderunt*.

Ad Eph. 4. 31.

S. Hieron.

Hoc etiã Diabolus eſt teſtatus, malt huius peſſimi inſtigator ex experiẽtia quotidiana, & diuturna, quam de hoc habet, de S. Iob ad Deum dicens: *Mitte manũ tuam, & tange os eius, & carnem.* hoc eſt, permitte me illum affligere, non tantùm exteriùs in carne, ſed interiùs etiam (quod notat Lyranus per tactũ oſſis ſignari,) & pro effectu ſubiũgit blaſphemiam, *Et tunc videbis quòd in faciem benedicat tibi*. id eſt, manifeſtè maledicet, blaſphemãdo; corporis ſanitate ſubtracta, vt idem Doctor exponit. Plaga ergo corporis, cauſa eſt furoris, & hic blaſphemiæ; vt etiã Chryſoſtomus docuit, dicens, hoc malum nobis moliri diabolum, moleſtias corporis inferendo: *Propter hoc enim* (inquit) *Diabolus innumeras impingit moleſtias, vt in illud barathrum te præcipitet. Et ſiquidem viderit te blaſphemias proferentem, protinus auget dolorem, ac maiorem reddit, quò ſtimulatus rurſus indignè feras*.

Iob 2. 8.

Lyran.

Chryſoſt. conc. 3. de Laza. poſt med. to. 2.

Hinc etiam morales Theologi hanc blaſphemiæ cauſam agnouerunt, vt Sanctus Thom. 2. 2. q. 13. art. 2. ad 3. Tolet. in ſumm. lib. 4. cap. 13. num. 7. Leſſ. lib. 2. cit. dubit. 5. nu. 25. & communiter alij.

S. Thom. Tolet. Leſſ.

Quoad *Ingratitudinẽ* verò dico quartò. Vniuerſaliſſimã cauſam hanc eſſe blaſphemiæ, quam ſanctus Propheta Ieremias in perſona Domini vbertimè plorans, dixit: *Extenderunt linguã ſuam, quaſi arcum mendacij, & me non cognouerunt dicit Dominus.* Vbi S. Hieronymus ſic ait: *Catus ſunt prætaricantiũ, & armantium linguam ſuam inſtar extenti arcus in blaſphemiã.* Sed quare ita ſe geſſerunt? quià ingrati fuerunt. Vnde benè ſubiungitur, *& me non cognouerũt*, Vtique benefactorẽ ſuum ratione creationis, conſeruationis, liberationis de manibus inimicorum ſuorum: nõ recognitio autem

Ierem. 9. 3.

S. Hieron. to. 4.

Digitized by Google

tem, & beneficiorum obliuio, abſque dubio ad ingratitudinem pertinet, iuxta doctrinam Angelicam 2. 2. q. 107. art. 2. in corp. vt retulimus Volumine 1. & repetemus ſeq. in proprio Propugnaculo.

Patet etiam hoc in periura blaſphemia Petri, dum negauit Magiſtrum, teſte Euangeliſta dicente: *Et iterum negauit cum iuramento*. At quæ tanti mali origo? ſubditur, *quia non noui hominem*. Vbi ingratitudo exprimitur; quia ſi in corde infixa manſiſſet memoria Apoſtolatus præcipui, cum cæteris ſpecialibus fauoribus, ſibi à Domino collatis gratuitò, ad negationis blaſphemiam non extendiſſet linguam, quæ veluti arcus extentus cor percuſſit Magiſtri.

Matt. 26. 72.

Quoad *Superbiam* verò, Dico quintò, frequenter blaſphemiæ cauſam eſſe. Sic enim incepit in cælo, & tranſiuit in terram. In cælo quidem, nam de Lucifero ſcriptum eſt: *Dicebas in corde tuo*, ſcilicet, *ſuperbiendo*, vt ibi exponit Lyranus: *Aſcendam ſuper altitudinem nubium*, id eſt, *Angelorum*, teſte eodem Doctore, & blaſphemia ſubditur: *Similis ero Altiſſimo*. Volebat enim omnibus præeſſe, & nulli ſubeſſe, quod proprium Dei eſt. *Attribuere autem id, quod eſt Dei proprium, alicui creaturæ, eſt ipſum Deum dicere idem creaturæ*, vt S. Thomas affirmat, & per conſequens, blaſphemare. Ecce quomodo blaſphemia incepit in cœlo.

Is. 14. 14.

Lyran.

S. Th. 2. 2. q. 13. ar. 1 ad 3.

In terram autem tranſiuit, inſtigãte ipſo Lucifero, qui propterea inde cecidit, vt ſub nomine Principis Tyri, ſub quo omnes Principes terreni ſuperbi cõprehenduntur, dicitur apud Ezechielem. *Eo quòd eleuatum eſt cor tuum*, per nimiæ *ſuperbiæ* exceſſum, vt idem Lyranus exponit. Et quid inde ſequutum? blaſphemia. Subiungitur enim: *Et dixiſti: Deus ego ſum, cùm ſis homo, & non Deus.*

Ezech. 28. 2.

Lyran.

Hoc etiam malũ ex animi elatione originatũ attribuebat Eliphaz Themanites ſancto Iobo, cum illi ſic exprobrauit. *Quid tumet cõtra Deum ſpiritus tuus?* Ecce cordis ſuperbia, & ſubiũgitur, vt partus illius, *vt proferas de ore tuo huiuſmodi ſermones?* De quibus dixerat paulò ſupra, *docuit iniquitas tua*, ſcilicet, ſuperbia, *os tuum, & imitàris linguam blaſphemantium*. Cauſatur ergo blaſphemia ab *infidelitate*, *odio*, *iracundia*, *ingratitudine*, & *ſuperbia*. Et ecce cauſalitas *paſſiua* probata.

Iob 15. 12.

num. 5.

De *Blaſphemiæ effectibus*.

POſtquam diximus de cauſalitate *paſſiua* blaſphemię, de *actiua* reſtat dicendum, ſcilicet, de illius effectibus, qui ſunt cauſati ab illa, *moraliter* quidem,

id

Digitized by Google

id est, demeritorie. Quorum aliqui temporales sunt: alij æterni. Ex quibus aliqui ei sunt communes cum cæteris peccatis mortalibus: alij autem speciales.

Temporalis quidem pœna in lege veteri, erat mors corporis, speciali tamen modo illata, scilicet, lapidibus. *Qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur: lapidibus opprimet eum omnis multitudo populi.* In lege autem ciuili similiter plectebatur Authentic. *vt non luxurientur*, in fine. Hæc autem pœna defectu religionis, & iustitiæ his temporibus non seruatur, vt aduertit Lessius loco sup.cit. n. 34. ex Luc. de Penna. l. Omnes C. de later.bus,& ex Iulio Claro §. blasphemia num. 3. In quibusdam tamen locis punitur triremibus: in alijs, exilio: in alijs pœna quadam speciali in membro illo per quod peccatur, nēpe linguæ abscisione, vel pertusione, vt refert Clarus. Et de sancto Ludouico Francorum Rege legitur, vt etiā refert Viguerius, quòd blasphemam linguam faciebat cauterizare. Et Nabuchodónosor paganus pariter agnouit puniendam esse linguam blasphemantem, cùm dixit, *Et lingua, quæcunque loquuta fuerit blasphemiam, dispereat, & domus eius vastetur.* Vbi verbum *quæcunque* notandum. Nullam enim excipiebat, etiam Principis, & Potentis.

In lege etiam Canonica erat olim constituta solemnis pœnitentia, vt patet cap. 2. *de maledicis*. Et Concil. Lateran. sub Leone X. sess. 9. §. *ad abolendam*, iubet, vt non absoluantur in foro conscientiæ absque grauissima pœnitentia. Fumus verbo *Blasphemia* in fine, dicit, hoc non esse vsu probatum. Vnde totum relinquit prudentiæ Confessarij, sicut de cæteris pœnitentijs in criminibus alijs, siue quoad *quantitatem*, siue quoad *qualitatem* cap. *Censuram* & cap. *Deus de pœnit. & remiss.* & cap. *Tempora* 26. q. 7. vt refert Lucas Floronus loc. sup. cit.

Vltra has etiam corporales pœnas, sunt aliæ impositæ spirituales, vt cū blasphemia prolata est hæreticalis *formaliter*, est illi inflicta excōmunicatio Papalis, reseruata in Bulla cœnæ Domini, à qua non potest quis absolui, nisi speciali facultate Pontificis summi, vt colligitur ex Toleto lib. 4. cap. 13. num. 8. & Luca Florono de casibus reseruatis p. 2. cas. 3. num. 16. qui aduertit, nec etiam vigore priuilegiorum, posse Cōfessarium absoluere, vt sacra Congregatio declarauit. Quàm meruendus autem sit gladius iste spiritualis excommunicationis, facilè capiet, qui benè illius ponderauerit acerbitatem.

Quod sanè figuratum fuit in blasphemo illo, de quo Leuit. 24. 10. dicitur, *Egressus filius mulieris Israelitidis*, &c. *Cūque blas-*

phemas-

Leuit. 24. 16.

Less.

Daniel 3 96.

Fumus.

Floron.

Tolet.

Floron.

Leuit. 24. 10.

num. 11.

Digitized by Google

num. 14. *ſphemaſſet*, &c. Et paulò poſt ſubditur ſententia Domini. *Educ blaſphemũ extra caſtra*, &c. Vbi Origen. Origenes ſubtiliter dubitat, dicens, *Si ergo de caſtris educitur, neceſſariò in caſtris erat. Quid ergo eſt, quod, cùm nondũ exiſſet de caſtris, dicit de eo Scriptura diuina, & exijt filius mulieris Iſraelitidis?* Et reſpondet, primum exitum, ſeu egreſſum, fuiſſe per peccatũ mortale, in quod incidit per blaſphemiam. Secundum verò egreſſum, per excommunicationis ſententiam, poſt crimen agnitum, & conuictum. *Ego*, inquit, *puto, quia docère nos vult ſermo diuinus, quòd, qui peccat, dupliciter exire dicitur. Primò enim exit à propoſito bono, & recta ſententia exit à via iuſtitiæ, exit etiam de cætu, & congregatione Sanctorum.* Et hoc exemplificans, ſubiungit, *vt ſi v.g. dicamus peccauit aliquis fidelium, iſte, etiamſi nondum abijciatur per Epiſcopi ſententiam, tamen eiectus eſt, & foris eſt, ſegregatus à cõſortio, & vnanimitate fidelium.* Blaſphemans ergo hæreticaliter, vltra priuationẽ gratiæ in quam incurrit, incidit in pœnam excommunicationis, & dupliciter exit. Primò à Deo. Secundò, à cætu fidelium.

Si autem blaſphemia ſit hæreticalis *Tantùm materialiter*, & *ex conſuetudine*, conſueuerunt Ordinarij locorum, illam ſibi facere reſeruatam. Et alij etiam ſibi reſeruarunt, quæ materialiter hæreticalis non eſt, ſed *ſimplex*, tamen ex conſuetudine, & deliberatione *prolata*. Quæ quidem reſeruatio, etiam pœna quædam ſpiritualis eſt, denotans huius ſceleris grauitatem.

Dixi autem *prolata*, quia ſi tãtùm ſit *corde concepta*, non intelligitur reſeruata. Nam licèt apud Deum, qui ſcrutator eſt cordis, ſit mortale peccatum; ſub reſeruatione tamen non cadit, quia de exterioribus actibus tãtùm Eccleſia iudicat cap. *Erubeſcant*, diſt. 32. quod nõ contingit, ſi lingua ſileat, licèt cor dicat. Ita Floronus cit. num. 14. Floron.

Agitur de effectu alio, qui eſt pœna æterna:

DE pœna etiam æterna omnibus peccatis communi, pariter patet. Nam hæc duplex eſt. Alia, quæ conſiſtit in excluſione à Regno. Et dicitur *pœna damni*. Alia, quæ conſiſtit in deſtinatione ad ignem. Et dicitur *pœna ſenſus*. De prima Apoſtolus loquitur 1. Cor. 6. cùm inter ſcelera alia, propter quæ incurritur, blaſphemiam ponit, dicens, *Maledici regnum Dei non poſſidebunt.* Et Pſalmiſta ait, *Maledicentes autem ei, diſperibunt.* Sed quomodo diſperibunt? amiſſione terræ viuẽtium, quam poſſidebunt benedicentes, vt ibi præmittitur. *Quia benedicentes ei,* 1. Cor. 6. 10. Pſ. 36. 22.

hære-

Digitized by Google

hæreditabunt terram. Vtique *viuentium*, vt ibi Pater Auguſtinus exponit, & de qua dicitur in alio Pſalmo, *Portio mea in terra viuentium*. Igitur excluſio à vera vita, ab æterna vita, eſt pœna blaſphemantis, Apoſtolo teſte, & Propheta.

Auguſt. *Pſ.141.6*

De ſecunda autem pœna æterna, quæ eſt *ſenſus* putat Origenes, ſermone eſſe, cum in Leuitico dicitur, *Homo, qui maledixerit Deo ſuo, portabit peccatũ ſuum*. Et ſubiungitur, *& qui blaſphemauerit nomẽ Domini, morte moriatur*. Ipſe autem cum ſeptuaginta legit, *qui autem nominat nomen Domini, morte moriatur*. Et quærit, quare, qui *maledixerit* Deum, non habet pœnam mortis, quæ tamen aſsignatur *nominanti*, licèt in vanũ nominet. Nam hoc videtur veniadignius, & tamen acerbiori pœna mortis mulctatur: maledicenti autem, tantùm ſuſceptio aſsignatur peccati? Et reſpondet, iuſtè ita fieri. Leuius namque punitur nominatio vana Dei per mortem temporalem, quoniam per illam purgatur, neque vltra remanet, quod poſt mortem ſuſtineat, cùm Deus bis non ſumat de eodem vindictam: at verò, quòd maledictum hìc non mulctetur, ſed pœna illius, ſit portare ſecũ peccatum, ſignum eſt, quòd æterno igne ſit poſt hanc vitam luẽdum. Verba autẽ Doctoris huius, ſunt hæc. *Reſtat, vt oſtendamus, multò eſſe grauìus accipere peccatum, & habere ſecũ, quàm mortem mulctari: mors, quæ pœnæ cauſa infertur pro peccato, purgatio eſt peccati ipſius, pro quo iubetur inferri: abſoluitur ergo peccatum per pœnam mortis, nec ſupereſt aliquid, quod pro hoc crimine iudicij dies, & pœna æterni ignis inueniat. Vbi verò quis accipit peccatum, habet illud ſecum, ac permanet cum ipſo, nec aliquo ſupplicio pœna, quæ diluitur, trãſit. Cum ipſo eſt etiam poſt mortem. Et quia temporalia hìc non perſoluit, ibi expendit æterna ſupplicia.* Et deinde ſic concludit. *Vides ergo, quantò grauius ſit accipere peccatũ, quàm morte mulctari: hìc enim mors pro vindicta datur, & apud iuſtum Iudicem Dominum, non vindicatur bis in idipſum, ſicut Propheta dixit. Vbi autem non eſt ſoluta vindicta, peccatum manet illis æternis ignibus exigendum.*

Leuit.24.15. *num.16.*

Teſtatur quoque hanc veritatem Ioannes in ſua Apocalypſi c. 19.20. vbi de duobus maximis blaſphematoribus, de quibus cap. 13. fecerat mentionem, dicitur: *Viui miſsi ſunt hi duo in ſtagnum ignis ardentis ſulphure*. Ignis ergo ſulphureus erit illorum pœna æterna.

Apoc.19.20.

Sed eſt, & alia pœna blaſphemi cum cæteris damnatis communis, ſcilicet, in inferno Deum perpetuò blaſphemare. Vt patet, ex eodem Ioannę ibidem, vbi de-

Apoc.16. 11. damnatis sic dicitur, *Et blasphemauerunt Deum cœli præ doloribus, & vulneribus suis, & non egerunt pœnitentiam ex operibus suis*. Vtique peccaminosis, licèt enim de illis doleant, non tamen amore iustitiæ, à quo cor habent auersum, sed ratione pœnæ, quam pro eis experiuntur, vt S.Th.2.2 q.13.art.4.in corp. S. Thomas aduertit, simul docēs, dupliciter æternaliter blasphematuros damnatos, nimirum, *corde*, & *ore*. Corde quidem, iam nunc, ex auersione voluntatis à diuina iustitia, à qua puniuntur, & ideo detestātur illam: detestatio autē ista interior, blasphemia cordis est, quæ durabit in æternum: illa autem oris, incipiet à die extrema iudicij, quando corpora sua resument, quod, vt probabile, dicit Angelicus Doctor his verbis, *Credibile est, quòd post resurrectionem, erit in eis etiam vocalis blasphemia, sicut in Sanctis vocalis laus Dei*. Vnde primam blasphemiam cordis, vt certam ponit, secundam oris, vt quid credibile, & à paritate de laude vocali Beatorum confirmat. De qua loquēs Psalmista, dixit, Ps.149.6. *Exultationes Dei in gutture eorum*, alia litera legit *in faucibus*. Sed de hoc diffusè alibi dicēdum est.

Specialiter autem blasphemia ista erit contra Dei potentiam exequutricem iustitiæ suæ, quo sensu refert S. Thomas declarasse glossam verba illa de damnatis, Apoc.16.6. & *blasphemauerunt nomen Dei habentis potestatem super has plagas*.

Si ergo in omnibus damnatis erit ista blasphemia, à fortiori in illis, qui dum in hac vita vixerunt, linguam suam blasphemare assueuerunt, & ideò secū in infernum hoc malum portauerunt. Quem etiam sensum, ait quidam Doctor modernus, possunt habere verba illa supra cit. Leuit. 24. *qui maledixerit Deum, portabit peccatum suum*, non tantum in pœna ignis perpetui, sed in ipsa vocali blasphemia, cuius exercitium non dimittet, ad differentiam scelerum aliorum, nimirum, gulæ, luxuriæ, & similium, quibus succedit mulctatio, vsu sublato. Tamen in hoc, supplicium non tollet exercitium: Portabit ergo peccatum suū blasphemus, quia corde, & ore cum cæteris damnatis Deum blasphemabit perpetuò. Leuit 24 15. Centurel. tract. de blasph. c.37.

De peculiaribus pœnis blasphemorum.

LIcet autem supplicia dicta, & alia omnibus damnatis communia, æternaliter sint luituri blasphemi, duo tamen specialia illis remanent sustinenda. *Conculcatio*, videlicet, & *manducatio linguæ*. teste namque Spiritu diuino, *per quæ peccat quis, per hæc, & torquetur*. Delictis ergo enormibus, peculiaria reseruantur tormenta: cum ergo Sap.11.

ex

Digitized by Google

ex animi ſuperbia, & elatione impius, blaſphemiæ venenum euomat, iuſtè humiliatio tam profunda illis in inferno manet, vt abiectior locus pro illis non ſit, & à dæmonibus ipſis conculcentur, tamquam inferni totius abiectiſſima ſex. Quapropter
Iſai. 18. 2 *gentem conculcatam* eos nominat Iſaias Propheta cap. 18. 2.
Hier. tom. 3. iuxta interpretationem Hieronymi, ità, vt tanquam abiectiſſimum pauimentum dæmonibus ſit, ſupra quod ignominiosè deambulent, quorum vox, teſte eodem S. Doctore, eſt illa per eundem prophetam cap. 51. 23.
Iſai. 51. 23. *incuruare, vt tranſeamus,* quod
S. Vin. Ferr. quidem confirmans S. Vincentius Ferrerius in ſer. Feriæ ſextæ poſt Pentec. ait, quod quemadmodum in cælo nouem diſtinguntur Angelorum Chori, & ſupremum obtinent Seraphim, qui amore ardent in Deum, ità in inferno nouem damnatorum ordines ſunt diſtinguendi, in quorum infimo ardent blaſphemi, *includuntur* (inquit) *in nono carcere inferni cum illis, qui de nono ordine, ſcilicet, Seraphim ceciderunt, & credo, quod tales ſepeliantur in vltimo loco cum Lucifero.*

De *manducatione* autem *linguæ* loquitur expreſsè Ioannes in ſua
Apoc. 16. 10. Apoc. dicens, *commanducauerunt linguas ſuas, præ dolore.*
Lyran. De damnatis enim ibi eſt ſermo, vt exponit Lyranus in gloſſa moralí, & ex contextu patet, ſequitur enim, *& blaſphemarunt Deũ cæli,* vt ſcilicet, in vita fecerunt. Ità autem tunc facient ex furore. *Modus enim hominis irati, eſt linguam, & labia mordère,* iuxta eundem Doctorem. *n.* 15.

Non tantùm autem ipſimet blaſphemi damnati, ſic à ſeipſis erunt cruciati, ſed etiam à dæmonibus in membro illo vexati, vt conſtat ex lingua Nicanòris blaſphemi, de qua dicitur 2. Machab. 15. 33. *Lingua etiam impij Nicanòris præciſam iuſſit particulatim auibus dari,* Nam per *aues*, vt Lyranus ibi interpretatur in gloſſa morali, dæmones intelliguntur, qui ità Matt. 13. 4. vocantur. Dabitur ergo etiam lingua blaſphemi torquenda dæmonibus, vt ſic multipliciter cruciata, luat debitas pœnas blaſphemiæ in vita iſta prolatæ. 2. Mach. 15. 33. *Lyr.*

Vide ergo, chariſſime frater, ad quas confuſiones, anguſtias, & dolores ſpecialiter deſtinabuntur blaſphemi, æternaliter ſic puniendi, & caue, ne in hoc malum labaris, ne ſocius illis efficiaris. Explicata igitur quidditate, & cauſalitate blaſphemiæ, ſequitur de illius quotuplicitate tractare.

Quotuplicitas eius.

TRiplex imprimis poteſt diſtingui blaſphemia. Prima, *imprecatiua*, cum quis optat, ſiue imprecatur Deo malum, vt

Digitized by Google

faciunt homines peſſimi ; & in inferno , damnati .

Secunda, *de honeſtatiua*, cum mẽbra Domini noſtri Ieſu Chriſti, vel Sanctorum, indecorè , & inhoneſtè nominantur .

Tertia, *enuntiatiua* , cum aliquid negatur vel affirmatur, de Deo , quod ei in contumeliam cedit . Quod tripliciter , iuxtà S. Thomã, contingere poteſt. Primò , cum negatur id , quod ipſi competit, ſcilicet, miſericordia, omnipotentia, prouidentia,& ſimilia attributa diuina. Sic contra Deum blaſphemauit,infinitatem miſericordiæ eius negando , Cain , cum dixit : *maior eſt iniquitas mea , quàm, vt veniam merear.* Et omnis,qui ſic profert, deſperando . Similiter blaſphemat contra Dei potentiam , qui dicit, *Deus non poteſt hoc facere*, vt dixerunt Iſraelitæ , *numquid poterit parare menſam in deſerto ?* quæ eſt expreſſa blaſphemia contra hoc attributum. Et poterit quoque eſſe *virtualis* , ſeu *implicita* , vt notauit Toletus lib. 4. c. 13 nu. 6. vt cum quis dicit , *ad deſpectum Dei* , quia facit Deum impotentem , dicit enim ſe aliquid facturum , velit , nolit Deus , quia ſi hoc poſſet verificari, eſſet in ijs tantum,quæ implicant contradictionem : hæc autem non ſunt factibilia . Vnde cum hoc non fit propter defectũ potentiæ Dei , ſed propter defectum potentiæ paſsiuæ rei, non eſt dicendum , Deus non poteſt hoc facere,ſed, quod hoc ex ſe habet,quod non poſſit fieri. Ita Viguerius cap. 10. de fide , §. 6. Similiter eſſet blaſphemia contra prouidentiam Dei , ſi ab aliquo diceretur de illo , *noſtra non curat*,vt dixerunt illi, *& circa cardines cæli perambulat, nec noſtra conſiderat* . Vtique ad prouidendum,quia ſcientia , ſeu cognitio ad prouidentiam omnino eſt requiſita .

D. Tho. q. 13. ar. 1. in corp. & ad 3.

Gen. 4. 13.

Pſ. 76. 20

Toler.

Viguer.

Secundo modo enũtiatur blaſphemia , cum aliquid tribuitur Deo;quod eius non congruit excellentiæ,vt ſi dicatur, Autor malorum,crudelis,iniuſtus. Et denique , ſi probroſo nomine appelletur .

Tertiò,cum id , quod eſt proprium Dei,tribuitur creaturæ, vt cum Phariſæi dicebant , *In Beelzebub principe dæmoniorum , eijcit dæmonia* . In quibus verbis duplex erat blaſphemia , vt Leſſius notat . Prima , quia diabolo tribuebant id,quod manifeſtè diuina fiebat virtute. Secunda,quia Chriſto,qui verus Deus erat,cum diabolo commercium tribuebãt.

Luc. 11. 15.

Leſſ. lib. cit. nu. 27

Hinc etiam patet,blaſphemiã eſſe idòlo dicere , vel alteri creaturæ , *tu es Deus meus . tu me ab hoſtibus meis liberaſti* . Sic enim blaſphemarunt Hebræi,cum de vitulo conflatili dicebant . *Iſti ſunt dij tui Iſrael , qui te eduxerunt de terra Aegypti* . *Exodi 32.*

Exod. 32. 4. & 8.

No-

Digitized by Google

S. Tho. 2 2. ar. 1. ad 3.

Notat autem S. Thomas, & cum illo Doctores communiter, hos tres blaſphemiæ modos, ſpecie non diſtingui. Attribuere namque Deo, quod ei non conuenit, & ei negare, quod conuenit, non differunt, niſi ſecundùm affirmationem, & negationem, quę non variant rationem iniuriæ, & contumeliæ, ſicut nec rationem notitiæ, vel erroris. Ea autem, quæ Deo ſunt propria, tribuere creaturę, nihil videtur aliud, quàm tribuere Deo, quod ipſi nõ conuenit, & ſignificare, ipſum non diſtingui à creatura.

Secundò. Alia eſt blaſphemia hæreticalis, quæ ſubdiuiditur in *formaliter* hæreticalem, & in *materialiter* tantùm. Et alia non hæreticalis, quæ dicitur ſimplex, de quibus ſufficienter iam ſupra eſt dictum.

Tertiò. Alia eſt blaſphemia *indeliberata*, & alia *deliberata*. *Indeliberata* poteſt eſſe talis omninò, & perfectè, vt cùm prorſus deficit rationis vſus, & aduertentia, vt ſi dormiens blaſphemet. Vel ſi furioſus, vel amens, aut ebrius in furore, amentia, vel ebrietate, talia verba proferat; vt *Floronus.* notat Floronus loc. cit. n. 13. Vel poteſt indeliberatio eſſe imperfecta, quatenus aliqualis aduertentia adeſt, ſed non ſufficiens ad deliberationem perfectam, quæ aduertentiam perfectam requirit. *S. Th. ar 2 ad 3.* Quam S. Thomas blaſphemiam *ex ſubreptione* appellat. Quod explicans, ſubiungit exemplum, *cum aliquis ſubitò ex aliqua paſſione in verba imaginata prorũpit, quorum ſignificationem non conſiderat.* Et de hac docet, non habere propriè rationẽ blaſphemiæ, quia vtique formaliter talis non eſt, licet materialiter ſit, vt Viguerius explicat, quod à fortiori de blaſphemia perfectè *indeliberata* procedit. *Viguer.*

Deliberata autem blaſphemia, vt notat Toletus, tunc datur, cum quis perfectè cognoſcit, & aduertit eſſe blaſphemiam, & tamen eam profert. *Tolet. loc. cit. nn. 7.*

Quartò. Alia eſt blaſphemia *cordis*, ſeu *mentalis*: Alia *oris*, ſeu *verbalis*. vt ex dictis ſatis liquet.

Quintò. Blaſphemia eſſe poteſt *Conſuetudinaria*: vel *non Conſuetudinaria*.

Secundùm Graffium in ſua Praxi lib. 1. de Blaſphemia, c. 10. nu. 14. Conſuetudinaria blaſphemia eſt, quando quis tribus vicibus blaſphemauit: non autem, ſi ſemel, aut bis. Quia tunc dicitur rarò fieri, iuxtà Bartol. in l. Iura, nu. 1. ff. de leg. *Graffius.*

Floronus, qui ſequitur Graſſium, id explicat, quando tribus vicibus blaſphematur, ſed in diuerſis actibus: non tamen, ſi eodem impetu, & in eodem actu; vt ſi in eodem ludo pluriès blaſphemauerit. & rationem ſubiungit, quia non ſunt diuerſæ blaſphemiæ, ſed vna, etiamſi fuerint prolatæ, ex interuallo, & interpola- *Floren.*

Digitized by Google

tis diuersis vicibus: cum solius temporis interuallum non inducat diuersitatem, vel pluralitatem delicti, sed diuersi impetus id efficiunt: & ob id, si eodem impetu diuersis temporibus continuatis cum temporis interuallo fuerint prolatæ plures blasphemiæ, vna tantùm censetur. arg. l. quod lex, §. fin. ff. de adult. vbi dicitur incontinenti patrem interficere filiam, etiamsi, occiso adultero, filia effugerit, & interpositis horis, eam apprehensam occiderit. Vnde sic prædictus Doctor concludit. *Quia ergo militat eadem ratio, videtur esse dicendum, esse vnicam tantùm blasphemiam, quoad hoc, vt blasphemus non sit consuetudinarius.* In quibus vltimis verbis videtur innuere, quòd licèt sint distincta peccata, non tamen cum pluralitate sufficiente ad consuetudinem, de qua agitur, inducendam, quod est benè notandum, quia licet sint peccata grauia, non tamen reseruatione mulctata.

Cui sententiæ adhærere videtur Eminentissimus Dominus Cardinalis Magalottus Episcopus Ferrarien sis, quatenus in sua Diœcesi, sibi *consuetudinariam* blasphemiam reseruauit. Explicans autem, quis consuetudinarius blasphemus dicendus sit, ait: *non, qui semel vno impetu iræ, plures blasphemias effundit, sed, qui diuersis occasionibus, & temporibus blasphemat.*

In quibus verbis, plures impetus videtur requirere, & eos colligi insinuat ex eo, quòd diuersis temporibus, & occasionibus blasphemia proferatur. Vnde, qui in vna, & eàdem occasione ludi, qui, exempli gratia, horis tribus perdùret, blasphemias plures protulerit cum interuallis distinctis, prima, scilicet, hora, & vltima, videtur iuxta mentem dicti Eminentissimi Domini, non pluribus motibus protulisse, sufficientibus ad consuetudinem istam, & sic in consuetudinariam blasphemiam non incurrisse, in quam tamen incideret, si in ludo facto, diuersò alio tempore, blasphemias iteraret.

Quæ quidem iteratio, si duas vices non excederet, consuetudinem non esset censenda indùcere iuxtà supraadductam Bartoli doctrinam, allatam à Grassio. Dictus ergo Eminentissimus Dominus plures motus requirens, de triplici saltem intelligi debet, maximè in pœnalibus, quæ sunt accipienda strictiùs, & quàtùm minùs fieri potest, intelligenda. Blasphemia igitur prolata, vel vna vice, vel bis, sed vnico motu, seu tempore, & occasione, consuetudinaria non est dicenda, & consequenter, nec reseruata.

Sextò. Alia est blasphemia *publica*. Alia *occulta*. *Publica* est, quando coràm pluribus personis blasphematur, ita, vt licèt notoria non sit, satis tamen corà

ludi-

Iudice probari poteſt. Et hæc iuxta Leſſium, tantùm intelligitur reſeruata ſecundùm communem Doctorum ſententiam, inter quos eſt Silueſter, qui adhuc cum Angelo, hoc limitat, vt intelligatur, non de blaſphemia ſimpliciter publica, ſed de delata propter publicitatem ad Epiſcopũ. Vnde colligit, ritè ab ea abſoluere ſimplicem ſacerdotem, antequam ſit per accuſationẽ ad Epiſcopum delata. Vnde, ſi contingat, quòd poſt abſolutionem à ſimplici Sacerdote, fiat accuſatio coràm Epiſcopo: *Agit*, (inquit) *Epiſcopus ad pœnam, ſed non abſoluet denuò*.

Leſſ. loc. cit. nu. 34

Silueſter verb. blaſph. 7. Angelus.

Et de iſta blaſphemia publica docet idem Silueſter ibidem q. 8. intelligi pœnas inflictas à iure Canonico in capit. *Statuimus, de maledict.* quod etiam confirmat Tolet. loc. ſup. cit. nu. 8.

Tolet.

Ex quibus iam patet, quæ ſit *occulta* blaſphemia. Ea enim eſt, quæ iuridicè probari non poteſt. Vndè, ſi coràm vno tantùm fuerit prolata, occulta dicenda eſt. Cum duo, ad minùs, requirantur ad probationem iuridicã. Quarè iuxta horum Doctorum doctrinam, à ſecreta blaſphemia ſimplici, quilibet Sacerdos ſimplex approbatus ab Ordinario, ritè abſoluere poteſt, licèt pro reſeruatis non acceperit facultatem. Vt ſi in ludo, tantũ adfuerit vnus ſocius, & pluribus motibus ſupra explicatis, & ad conſuetudinem requiſitis, quis blaſphemauerit, ſecreta dicenda eſt, & per conſequens, nõ reſeruata. Quia tantùm cõſuetudinaria publica, modo explicato, reſeruata eſt. Et hæc quoad multiplicitatem blaſphemiæ. ſequitur de eius grauitate dicendum.

Grauitas blaſphemiæ.

DE grauitate culpæ iſtius, cõſtat primò ex eo, quòd charitatem tollat, quæ primum principium eſt vitæ animæ. Tollit autem, quia derogatio eſt bonitatis diuinæ, vt initio diximus, quæ obiectum eſt charitatis. Vnde S. Thomas concludit, quòd ex *genere ſuo*, culpa mortifera ſit.

S. Th. 2. 2 q. 13. art. 2. in corp.

Secundò ex grauitate pœnæ, mortis ſcilicet corporalis, illi impoſitæ, Leuit. 24. *Quæ* (inquit idẽ ſanctus Doctor) *non infertur, niſi pro peccato mortali*.

Ibidem in arg. ſed contra.

Tertiò, quia hoc ſignificatum fuit in exitu illo primo à gratia Dei, blaſphemi illius, de quo ibidem narratur; vt cùm Origene conſideraiumus, cùm de blaſphemiæ effectibus ageremus.

Si autem reſpiciamus ad cauſas, ex quibus blaſphemia oritur, illarum omniũ vendicat ſibi turpitudinem. Igitur non tantùm *Superbiæ, Iracundiæ, & Ingratitudinis* continet grauitatẽ, quando ex iſtis procedit, verùm etiã infidelitatis, & odij erga Deum. Vnde quemadmodum infidelitas

eſt maximum peccatorum ſecundùm genus ſuum, vt S. Thomas 2.2. q.13. art. 3. Conſequenter de blaſphemia idem eſt affirmandũ, ſi ſermo ſit de hæreticali blaſphemia, vt ipſemet ſanctus Doctor concludit q.13.ar.3.in corp.

Similiter de blaſphemia, quæ ex odio Dei procedit, licèt hæreticalis non ſit, aſſerendum, grauiſsimum peccatorum eſſe, cùm grauitatem participet odij Dei, quod eſt omnium peccatorum grauiſſimum, ex ſententia eiuſdẽ ſancti Doctoris q.34. ar.2.

Propterea, licèt blaſphemia nullum poſſit Deo nocumentum inferre, quia tamen *in grauitate culpæ* (vt idem S. Doctor ait q.13. art. 3. ad 1.) *magis attenditur intẽtio voluntatis peruerſæ, quàm effectus operis*, & per blaſphemiã directè malum Deo intendatur, vt ibidem notat, *ideò maximum malum eſt*. In hoc ſenſu loquẽs S. Bernardinus tom.4. ſerm. 33. cap. vlt. dixit: *Nullum eſt peccatum, quod habeat in ſe tantã iniquitatem, ſicut blaſphemia*. Et diſcurrẽdo per alia peccata, quibus offendi Deus poteſt, ſubdit de blaſphemia: *Quintò offendendo Deum in propria perſona, & in ſuo eſſe proprio*. Et hinc ſic concludit, *Et iſtud eſt maius peccatum, quod eſſe poſſit*.

S. Bernardinus.

Et Pater Auguſtinus lib. contra mendacium cap. 19. circa finem ſic ait: *Peius eſt blaſphemare, quàm peierare*.

P. Auguſt tom.4.

Et Leſſius inquit de hoc peccato, eſt grauius idololatria, periurio, violatione voti, & ſacrilegio. Et de Idololatria ſpecialiter rationẽ reddens Gabriel Barletta Ordinis Prædicatorum, Feria 3. Dominic.2. Quadrag. ſerm. 21. punct. 1. dicit. *Nam idololatria honorem Deo aufert: blaſphemia verò vituperium infert.*

Leſſ. loco cit.

P. Gabr. Barletta.

Et S. Chryſoſtomus homil. in Pſalm. 95. ait: *Nihil ſceleſtius blaſphemia*.

Chryſoſt.

Et Sanctus Vincentius Ferrerius ſerm. vnic. Feria 6. poſt Pentecoſt. loquens de blaſphemia ex odio Dei proueniente, concepto ex aduerſitate, qua quis ſe videt percuſſum, Deum ipſum lingua impetere conatur, quem ſcit impoſſibile eſſe percutere, ſic ait: *Qui contra Deum in aduerſitate indignãtur intãtum, quod ſi poſſent, pugno eum percuterent*.

S. Vincen. Fer.

Sãctus quoque Theodoretus de blaſphemo loquẽs, aſſeruit, iure blaſphemo mortis pœnam aptari, cùm mortem, quantùm in ſe eſt, Deo inferre intendat. *Meritò* (inquit) *blaſphemo homicidij legem aptauit, quia blaſphemator, cùm Deum interficere nõ poſſit, lingua ferit*. In ſimilitudinem nãque gladij eſt blaſphemãtis lingua, vt sãctus Bernardinus dicit: *Lingua blaſphemantis efficitur, quaſi gladius, cor Dei penetrans, & tenſus vndique Deũ ſcindens. Nam, ſi Deus ſcindi poſſet, tot vicibus gladiaretur quot*

S. Theodor. q.31 in Leuit.

S. Bernardinus to. 1. ſer. 41. art. 2. c. 4

Digitized by Google

quot vicibus blaſphematur: & quamquam Deus ſit immortalis nihilominus ex parte malitiæ eorum, non deeſt cauſa, & conatus ad occidendum Deum. Et verba ſanè ſubiungit, Sancto plena zelo. *O rabidi canes! ò diabolici homines! ò incarnati dæmones! ò animæ maledictæ! ò proditores! ò occiſores Maieſtatis diuinæ, & Virginis Matris Dei!*

Hanc etiam veritatem, teſte ſancto Hieronymo, docuit diuinus Spiritus per os Iſaiæ Prophetæ, cùm blaſphemos, horribiles appellauit, & omnium ſceleſtiſsimos, dicens: *Ite Angeli veloces ad gentem conuulſam, & dilaceratam, ad populum horribilem, poſt quem non eſt alius.* Vbi prædictus sãctus Doctor ait de blaſphemo populo eſſe ſermonem, & meritò dici horribilem, *nihil enim* (inquit) *horribilius blaſphemia, quæ ponit in cœlum os ſuum.* & verbis ſequentibus aſſerit, omnium ſcelerum grauiſſimum aſſeuerari, *poſt quem non eſt alius*, vtique populus alter ſceleratior. Et rationem ſubdit, *Omne quippe peccatum comparatum blaſphemiæ, leuius eſt.*

Iſai. 18. 2

S. Hieron. ibid. to. 4.

Hinc etiam ori Archangeli Sancti fuit horrori teſte Apoſtolo Iuda in ſua Canonica, nu. 9. vbi ſic inquit, *cum Michael Archangelus cum diabolo diſputans, altercaretur de Moyſi corpore, non eſt auſus iudicium inferre blaſphemiæ.* Quæ verba idem S. Hieronymus conſiderans in cap. 3. epiſt. ad Tit. ſic dicit, *merebatur, diabolus maledictum, ſed per Archangeli os, blaſphemia exire non debuit.*

Iud. Apoſt. num. 9.

Imò etiam ipſi diabolo fuit horrori, non ſolùm inferendo, quomodo tantùm eſt culpa, ſed neque adhuc referendo, cum Deo de S. Iobo dixit, *tange cuncta, quæ poſſidet, niſi in faciem benedixerit tibi.* In quem locum Didymus à catena græca citatus, inquit, *verbum adhibuit ſpecioſius, ne Deum verbo aſperiore figere videretur.* Adeò ergo horribilis eſt blaſphemia, vt etiam ipſius ſpecies horrori fuerit dæmoni.

Iob 1. 11

Didymus.

Exceſſus autem grauitatis ipſius ſuper cætera crimina, ſignificatur apud Eccleſiaſticũ cap. 22. vbi ſic dicitur: *eſt concordatio cum amico; excepto conuitio, & improperio.* Vbi Interlinealis ait, *quibus penitus fugatur amicus.* & præmiſſum erat; non tollit amicitiam verbum amarũ correctoriſi ex charitate procedens, etiamſi velut gladius vulneraret. tamen, quando conuitiatur, inimicatur, ſine reconciliationis ſpe. Quod Lyranus mitiùs interpretatus, ait, ita dictum eſſe, *quatenus difficile* ad priſtinam reditur amicitiam.

Eccli. 22. 27.

Interl.

Hoc pariter ſignificauit Dominus apud Matth. 12. 31. vbi blaſphemia irremiſſibilis dicitur. Quod Toletus explicans, ait, *non*

quòd

Digitized by Google

quòd non remittatur, ſed quia vix, aut nimis eſt indignum, vt remittatur. Et S. Bernardinus tom. 4. ſer. 33. explicans cauſã difficultatis remiſſionis iſtius, dicit eſſe ob maiorem culpam, quæ in hoc cernitur peccato. Et hoc probat ex communi Theologorum doctrina; *quia* ſcilicet, *eò leuior culpa eſt, quò cauſa inducliua peccati, vehementior eſt: & è contra, grauior, quò cauſa eſt leuior*. Vt, qui eſſet pauper, & propter multitudinem filiorum, & familiæ, quam alere tenetur, vſuram committeret, leuiùs quidem peccaret, quàm diues, qui ſine tali onere eſſet, & peccatum illud committeret. Similiter vxor fœda, tamen à viro ſuo dilecta, & in honore habita, maiori quidem pœna fieret rea, ſi adulterio ſe macularet, quàm alia, quæ pulchra eſſet, à viro tamen percuſſa, & iniurijs affecta. Ita ſimiliter blaſphemator, non habens vehementem cauſam aliquam, lucri videlicet, aut delectationis, ipſum ad blaſphemandum trahentem, maiorem committit culpam, & per conſequens, magis indignam venia, & in hoc ſenſu *irremiſſibilem*. Et ad hoc confirmandum affert prædictus S. authoritatem Vgonis Victorini, de blaſphemia ſic dicentis. *Eò quèd hoc malum, nihil habet in ſe excuſationis, non meretur habere exequutionem remiſſionis*. Quod expreſſiùs dixit ad propoſitum Vincentius Belluacenſis in ſuo ſpeculo, par. 5. diſt. 9. lib. 3. *in alijs* (inquit) *peccatis mouet hominem lucrum temporale, vel aliqua delectatio: in hoc nihil lucratur: ſed os ſuum inquinat, & Deum contra ſe prouocat*.

S. Bernardinus.

Vgo de S. Victore.

Vinc. Bel.

Ideò ergo ſpiritus blaſphemiæ *irremiſſibilis* dicitur, ſcilicet, *de facili*. Quia tamen ibidem præmittitur, *omne peccatum, & blaſphemia remittitur*. Ideò Silueſter quæſit. 5. explicat de illa, quæ *ex vehementi paſſione* profertur. In qua ex hoc, tanta turpitudo malitiæ non apparet. Si namque iræ paſsio tanta eſſet, vt *omninò indeliberata* exiſteret, nulla culpa adeſſet, & ſi imperfectè deliberata eſſet, venialis eſſet, ideſt, non mortifera, vt D. Thomas affirmat.

Siluest.

S. Thom. q. 13. ar. 2. ad 3.

Si autem paſſio, ad deliberationem, aduertentiam ſufficientem non tollat, vt quia aduertit *plenè*, vel ità aduertere potuit (non enim longum tempus requiritur, quia in momento temporis poteſt eſſe ſufficiens iudicium rationis, & deliberationis, quæ requiritur, ad meritum, vel demeritum, vt benè aduertit Floronus) tunc à peccato mortali non excuſaret, vt etiam S. Thomas affirmat proximo loc. cit. Vt enim etiam notat Vigueſius, *tunc, cùm aduertenter facit, non eſt motus primò primus, neque ſecundò primus, imò eſt ſufficienter deliberatus, & paſsio vide-*

Floronus loc. cit. n. 13. init. S. Thom. Viguer.

Digitized by Google

videtur imperata.

Si tamen non proferretur animo conuitiandi Deo, ſeu intendendi illi malum, ſed tantùm ex ira in hominem, vel impatientia, ideó, vt ſic, non haberet tantam grauitatem, vt ſuperaret infidelitatem, & crimina alia ſupradicta; vt etiam notat Leſſius, aſſerens nihilominus peccatum eſſe mortiferum: *valde* (inquit) *graue, quia grauiter ledit honorem diuinum*. Quod exemplo confirmat. *Sicut, qui proximo detrahit, vel contumeliam facit, aduertens quid agat, grauiter peccat, etiamſi directè non intendat illum ledere, ſed ex quadam loquacitate, vel nimia libertate id faciat.* Leſſ. loc. cit.

Licèt autem blaſphemia iſta deliberata, procedens ex iracundia, ſit mortalis, ſed non ità grauis in ratione culpæ: ſi tamen publicè fiat, pœna in cit. cap. *ſtatuimus*, ſit digna, vt cum Panormitano docet Silueſter quæſt. 9. *quia* (inquit) *contra peccatores, Deum, vel Chriſtum blaſphemantes, hæc pœna ſpecialiter inducta eſt, nec aliquis de facili Deum blaſphemat, niſi iratus.* Silueſt.

Et aduertit, non officere huic reſolutioni verbũ, *præſumpſerit*, poſitum in dicto cap. *ſtatuimus*, quod indicat deliberationem perfectam, quia hæc poteſt dari, etiam in irato, vt notauimus. Et ſic eſt præſumptio magna, quòd in irato detur. Excepto, quòd ſi furor eſſet tantus, quòd dementiæ æquipararetur.

Vnum autem eſt hìc ſummoperè aduertendum in blaſphemia veniali ex defectu aduertẽtiæ ſufficientis ad peccatum mortale, quando, ſcilicet, contingit ex prana conſuetudine, lingua mentem præuertente, vt, ſcilicet, priùs loquatur, quàm aduertat, quid verbis proferat; de qua Nauarrus in man. cap. 12. num. 84. Et de illa Leſsius docet, quòd ſi nullo modo aduertat, vacabit omni culpa, etiam veniali, teneri tamen *ſub mortali illam conſuetudinem corrigere, & operam dare, ne in huiuſmodi actus, etiam inculpatos, prorumpat, quia ſunt honori diuino iniurioſi. Vnde id omittendo, cenſetur honorem Dei parùipendere, & parũ curare, quòd ipſi faciat contumeliam. Itaque, etſi in confeſſione non teneatur illos actus explicare, cùm non ſint voluntarij, vt actus, ſed vt effectus, & ſolùm cõſiſtẽ in illa omiſſione, & negligentia, tamen tenetur explicare, ſe habere talem conſuetudinem, eamque neglexiſſe emendare.* Hactenus iſte Doctor, qui in ſic blaſphemante agnoſcit peccatum mortiferum, non quidem in ipſo actu ſecundùm ſe conſiderato, ſed quatenus à tali conſuetudine procedit, quam non corrigere curat, ideoque obligat ad explicãdam illam *conſuetudinem* in confeſsione, in qua, quæ venialia ſunt, non neceſſariò exprimenda ſunt: eſt er- Nauar. Leſſ. loc. cit. n. 31.

go illa consuetudo mortifera.

Origen. Quod etiam Origenes docuit hom. 14. in Leuit. circ. med. to. 1. Vbi de blasphemia loquens, sic ait. *Veruntamen, eò magis, si quis in cæteris perfectus sit, cauere debet, ne ei subrepens praua consuetudinis vitium, dum emẽdare negligit, à beatitudinis Regno penitùs excludatur.*

Tolet. lib. 4. cap. 13. num. 7. Toletus tamen, etiam ipsum actum sic blasphemãdi, tenet esse mortiferum, quia licèt in se non sit deliberatus perfectè, propter inaduertentiam, vt supponimus, est tamen in culpa præcedente, scilicet, consuetudine voluntaria, ex qua ita profert, quam non vult emendare. Cuius signum est, negligentia correctionis, seu parua cura adhibita. Et videtur mihi eius sententia satis clara, si attẽtè legatur. Addit tamen, quòd si emendare se curat, & desiderat, non peccare mortaliter, sed venialiter, si ex ipsa assuetudine in verba blasphema prorumpat. Et idem dicit de eo, qui non ex assuetudine blasphemãdi inaduertẽter blasphemat ex casu aliquo, etiamsi non ex ira. Quod quidem patet etiam ex doctrina sancti Thomæ supra adducta. Et ex cap. *Homines*, 2. 2. q. 2. Vbi dicitur, *ream linguam non facit, nisi rea mens*. Non est autem mens rea, vbi aduertentia deest.

Grauitas ergo blasphemiæ nõ est sine deliberato animo. Et crescit, quando quis ex odio intendit conuitiari Deo, & magis exorbitat, cùm id præstat, aliquid de Deo negando, quod ei conuenit, vel affirmando de eo, quod, ei nõ conuenit. Quæ blasphemiæ hæreticales sunt. Et hæc sufficiant pro doctrina blasphemiæ, in qua satis pro ratione præsentis tractatus, eius *Quidditas*, *causalitas*, *quotuplicitas*, & *grauitas* sũt explicatæ. Remanet contra illam iam agnitam arma apponere.

Arma contra blasphemiam.

SEquentibus armis poteris expugnare hunc hostem. Videlicet.

1 *Pœnitudine.*
2 *Gratitudine.*
3 *Reuerentia.*
4 *Sustinentia.*
5 *Laude.*
6 *Dilectione.*
7 *Submissione.*
8 *Mortificatione.*
9 *Punitione.*
10 *Correctione.*

CONSIDERATIO I.

Contra blasphemiam. Ex *Pœnitudine*.

ICTVS primus, & vulnus mortiferum à diabolo concitatore blasphemiæ inflictum, est ipsum cor blasphemantis sauciare, cum Deo nullũ possit malum

Digitized by Google

ſum inferri, cuius tamen blaſphemator eſt capax. Armatur ergo in Deum lingua blaſphemi tanquam gladius per blaſphemiam, vt fuerunt armati illi, de quibus
*Pſ.*63.4. Pſalmiſta dixit, *Exacuerunt, vt gladium, linguas ſuas*. At quomodo acuerunt? niſi, cùm dixerunt contra Dei filium, *Reus eſt*
*Matt.*26. 66. *mortis*. Et, *ſi non eſſet hic malefactor, nõ tibi tradidiſſemus eum*,
Ioan. 18. 30. eius innocentiæ derogando? vulnus tamen, quod intenderunt illi inferre, prius ipſi in ſe tulerũt,
*Pſ.*36.15. teſte ipſo Pſalmiſta dicente, *Gladius eorum intret in corda ipſorum*. Id eſt, priùs traijciat corda propria, quàm feriat aliena. His enim nocère non poterit, totus in gladiatore infixus.

Ideo etiam *tenſo arcui* aſsimilatur blaſphemia, vt patet in Pſalmis citatis, præmittitur enim
*Pſ.*36.14 Pſalm 36.14. *Gladium euaginauerunt peccatores*, & ſubiungitur, *intenderunt arcum ſuum*. Vt oſtendat, quod omnibus modis blaſphemando, intendunt nocere è vicino, ſcilicet, gladio, & à longe, arcu. Pſalmo autem 63. ſimiliter poſt gladium ſubditur,
*Pſ.*63.4. num.5. *Intenderunt arcum, rem amarã, vt ſagittent in occultis immaculatum*. Quid eſt *in occultis?* niſi, quia zelo iuſtitiæ, & amicitiæ Cæſaris, necem filio Dei quærebant. At gladius in ipſos retortus, & arcus conuerſus fuerunt, quia ipſe, quem gladio, & arcu intenderunt perimere, teſte etiam ipſomet per Ierem. *Poſuerunt me quaſi ſignum ad ſagittam*, Thren. 3.12. glorioſus ſurrexit. *Et mentita eſt iniquitas ſibi*, Et ipſi iniqui intùs in corde occiſi. Ideo *arcus mendacij* alibi appellatur, cùm dicitur. *Extenderunt linguam ſuam, quaſi arcum mendacij*. Quod ſupra de arcu blaſphemiæ intelleximus cum Hieronymo. Benè ergo appellatus *arcus mendacij*, quia ſignum, ad quod colimarunt, & transfigere intenderunt, non peremerunt, veluti, qui cæcus factus, dum arcum ſoluit, ſignum non cognoſcit, & ideo non ferit. Propterea ſubiungitur, *Et me non cognouerunt*. Ob id ergo illi non nouerũt, & arcus appellatur *mẽdacij*, quia mentitus eſt, dum ſolutus, peremit potiùs ipsũmet ſagittantem. *Infirmatæ* igitur *ſũt* *Pſ.*63.9. *contra eos linguæ eorum*, vt ſubdit Pſalmiſta, & defecerunt. Et in alio Pſalmo dixerat, *Arcus eorum* *Pſ.*36.15. *confringatur*. Confractus quidem reſpectu Chriſti, cui non nocuerunt, eius memoriam de terra tollendo, & *conuerſus*, reſpectu ipſorum, in quorum corda ſagitta ipſorum intrauit, & transfixa manſerunt per gladium, & ſagittam.

*Thren.*3. 12. *Pſ.*26. 12

Ierem. 9. 3.

Primum ergo, quod lethaliter blaſphemia ferit, eſt ipſum cor blaſphemãtis; & ideo de ipſo medendo prima adhibenda eſt cura. At quomodo medetur, niſi, cum dolore conteritur? vt ipſe medi-

cus

Digitized by Google

Isai.61.1 cus dixit, *Spiritus Domini misit me, vt mederer contritis corde.* Cordis igitur contritio, peccati est remissio. Quid est remissio, nisi vulneris istius sanatio? Patet hoc apertè in blasphematoribus ipsis Iesu. Blasphemabant namque ipsum duo illi latrones, qui erant cum eo confixi, licèt enim de vno tantùm Lucas fecerit mē-
Luc.23. 39. tionem, dum dixit, *Vnus autem de his, qui pendebant latronibus,*
Marc.15 33. *blasphemabat eum.* Marcus tamen vtrumque latronē blasphemasse affirmat, dicens, *& conuitiabantur.* Quæ dicta Theodoretus his verbis, teste sancto Tho-
Theodor. adductus à S. Thoma in cat. aur. ma, concordat, *Duo à principio conuitiabantur ei: deinde vnus cognoscens ipsum innocentem, increpat alterum blasphemantem.* Vterque ergo blasphemauerat: quare igitur vni blasphemię peccatum dimittitur cum cæteris sceleribus suis, dum illi statim
Luc.23. 43. promittitur Regnum, *Hodie mecum eris in paradiso*, qui tamen tollitur peccato blasphemię?
1. Cor.6. 10. vt Apostolus ait, *Maledici, regnum Dei non possidebunt.* Respondet Ambrosius, pœnitētiam
S.Ambr. in Luc. causam fuisse, *Citò* (inquit) *Ignoscit Dominus, quia citò ille conuertitur.* Sed quò conuertitur, nisi ad prauum cor vulneratum, & transfixum gladio, & sagitta blasphemiæ? illuc enim iubet Pro
Isai.46.8 pheta redire, *Redite* (inquit) *præuaricatores ad cor.* Ad se ergo conuersus alter latro per cognitionem turpitudinis cōmissi sceleris, & à se per detestationem peccati auersus, ad Deum verè intelligitur conuersus, quatenus, quem paulò antea exprobauerat verbis, iam inter opprobria crucis agnoscit gloriæ Regem, & cōfessione laudis, indicat cordis dolorem. Meritò ergo sic per pœnitentiā cor illius sanatur, quod priùs, blasphemando, fuerat sauciatum.

De populo etiam, qui simul cum Principibus Sacerdotum, Dominum pendentem in Cruce affligebat blasphemijs, apud eūdem Lucam Euangelica narrat historia, quod *percutientes pectora sua reuertebantur.* At quare
Luc. 23. 48. pectora percutiunt, & nō caput, vultum, aut linguam saltem, quæ tanti fuerat mali ministra? quia ad cor (cuius sedes est pectus) priùs gladio linguæ transuerberatum, & sagitta transfixum, recurrebant, vt ibi priùs medela adhiberetur, quod tam grauiter fuerat vulneratum. Quod Glossa ordinaria indicat, dum dicit: *Per-*
Gloss. *cutiunt pectora in signum pœnitentiæ, & luctus:* Et Lyranus
Lyran. ait: *Pœnitentes, & dolentes Christi persequutione, & isti fuerunt, qui à peritis decepti fuerunt.* Sed quomodo persequuti fuerūt Dominū gloriæ, nisi gladio linguæ? eius innocentiæ insultando, & deinde clamando: *Crucifige, crucifigeeum?* Pœnitudo ergo & dolor, primum est remedium,

quod

quod blaſphemiæ vulneri incun-
ctanter eſt adhibendum.

Neque eſt cur à medicamine hoc retardet inſanabilitas plagę, quam ſupra cum Sapiente irremediabilem diximus, & cum Domino inſanabilem, quia irremiſſibilem. Nam, vt ibi ſimul ex Doctoribus expoſuimus, non abſoluta eſt ſententia plagam indicans deſperatam, ſed difficultas tantùm curationis expoſita.

Eccli. 22. *Matt.* 12. 31.

Ex quo, duo in fideli corde naſcuntur. Primum, timor à lapſu, à quo tam difficulter leuatur. Secundum, ſollicita cura poſt lapſum, ne prætarditate, curatio nõ ſequatur. Nam Deus frequenter punit vulneris tumòrem neglectum, cui mederetur benignè, ſi ad ipſum citò recurreretur, qui ad medendum corde contritis ſe veniſſe, teſtatur.

Neque aliqua eſſe poteſt ſagitta, aut gladius ita cordi infixus, qui manu Omnipotentis, & ſapientiſsimi medici, ſalubriter non poſsit auelli, vt Eccleſiæ collecta teſtatur, cum ait, *Deus, qui omnipotentiam tuam parcendo maximè, & miſerando manifeſtas, &c.* Huic ergo omnipotentiæ, & miſericordiæ infinitæ potiùs probatur infeſtus, qui ſummum vulneris languorem conſiderans, in deſperationis incidit crimen, nouo blaſphemiæ gladio ſe perimens cum Caino. Et cõuincitur ſanè Latronis ſancti exẽplo, qui in ipſo conuerſionis momento ab iſta plaga meruit benignè ſanari, audiens incunctanter ſe introductũ ad Regnum, quod, teſte Ioanne, nihil vlceroſum intrabit. Et ſanè verba etiam Ambroſij iam ſupra adducta hoc ſatis cõfirmant: *Citò ignoſcit Deus, quia citò ille conuertitur.* Vbi verbum *citò*, ad propoſitum conſideratione eſt dignum. Non differt ergo Omnipotens medicus, & ſummè bonus, ac ſapiens, ſanitatis bonum tribuere, ſi non diſtuleris ad illum fidenter per compunctionem confugere, vt pleniùs in Propugnaculo contra deſperationem à nobis eſt oſtendendum.

Apoc. 21. 27.

Sed & eſt in hoc cõfugio, aliud ſanè contra hunc hoſtẽ refugiũ. Nam per dolorem, animus in blaſphemiæ venit horrorem, & ſic frænatur ab illa. Et per conſequens habitum nõ acquirit, dum exercitium fugit. Et à conſuetudine blaſphemandi redditur ſic immunis, quæ, iuxtà ſuperius tradita, mortiferum peccatum inducit.

Vltimò, ita pœnitendo, fugit aſsimilari damnatis, qui impœnitẽtes in inferno perpetuò perſeuerant, vt etiam cum S. Thom. docuimus.

Per pœnitentiam ergo ſanàris: conſuetudinem fugis, & cum damnatis non ſociàris.

CON-

Digitized by Google

CONSIDERATIO II.

Ex *gratitudine*.

DIXIMVS ſupra, cum de cauſis blaſphemiæ agere-mus ex *ingratitudine* frequenter oriri. Nunc contrarium remedium apponimus, vt tanto vulneri obuiemus. Si enim fuerimus grati, os aperiemus ad laudem, & timore correpti offendendi benefactorem, blaſphemiam fugiemus.

Ob oculos ergo cordis noſtri ſerió oportet apponere beneficia à Deo accepta, ad quem blaſphemandum concitamur. Et imprimis, quod ſit *Pater noſter*, non beneficio creationis tantum, ſed ratione redemptionis gratuitæ. De qua S. Iacobus Apoſtolus loquens, ſic dicit, *voluntariè genuit nos verbo veritatis, vt ſimus initiũ aliquod creaturæ.* Ideſt, inter cęteras creaturas principatũ obtinentes, cum etiam paſſione ſua nobis meruerit Chriſtus, vt ſanctos Angelos meritis poſſimus tranſcendere. Et S. Petrus ait, *regenerauit nos in ſpem viuam.* Quia filij adoptiui per gratiam facti, *hæredes ſumus Dei, cohæredes autem Chriſti*, vt etiam Paũlus dixit. Patri autem honor debetur ingratitudinis ſignum pro generatione accepta. Vnde reuerentiam ex filiatione Deus ipſe meritò infert, dicens per Malachiam Prophetam, *ſi ergo Pater ſum, vbi eſt honor meus?* vbi Lyranus inquit, *non defertis mihi honorem, vt debetis.* Quapropter ipſe Deus incarnatus, cum ſuos, Dominum docuiſſet orare, dicendo, *Pater noſter, qui es in cælis*: Matth. 6. 9. illicò reuerentiam ſubdidit, dicens, *ſanctificetur nomen tuum*. Vbi quidem non petimus, quod aliqua ſanctitas ei de nouo accreſcat, cũ hoc impoſſibile ſit: ſed, vt ſanctitas, quæ in ipſo eſt æternaliter, reuerenter laudetur ab omnibus.

Iacob. 1. 18.

S. Petr. 1. 3.

Rom. 8. 17.

Malach. 1. 6.

Lyranus.

Matth. 6. 9.

Et meritò quidem poſt agnitam filiationem, ſtatim pro *reuerentia exhibenda* ponitur poſtulatio, vt debitum oſtendatur gratitudinis filiorum, impellentis prius ad Patris laudes, poſtpoſitis cæteris omnibus, vt his verbis optimè Chryſoſtomus notat. *Digna prorſus pro eo, qui eum Patrem appellauit oratio, nihil omninò prius, quàm pro illius gloria ſupplicare: omnia verò reliqua, ſecundo loco ducere, infraque laudes eius numerare. Hoc* namque ait, verbum *ſanctificetur*, ſignificare, ideſt, *glorificetur*. Glorificatur ergo *verbo*, cum laudatur, & *facto*, cum benè quis operatur, vt apud eumdem Euangeliſtam Matth. idem Dominus dixerat, *luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt.*

S. Chryſoſt. Homil. 20 in Matth. circ. init. tom. 2.

Matth. 5. 16.

Digitized by Google

Si autem conſideretur adhuc beneficium Protectionis diuinæ, qua nos protegit, defendit, & conſeruat, prouidendo de neceſſarijs victui, & veſtitui, cor etiam noſtrum alliciet maximè, vt moueat linguam ad laudes, vt Patriarchæ Iacob votum oſtendit, de quo ſcriptura diuina ſic narrat, *vouit etiam votum, dicens, ſi fuerit Dominus mecum, & cuſtodierit me in via, per quam* Geneſ. 28 20. *ambulo, & dederit mihi panem ad veſcendum, & veſtimentum* n. 21. *ad induendum, reuerſuſque fuero proſpere in domum Patris mei, erit mihi Dominus in Deum*. At quomodo vouet recognoſcere Dominum, vt Deum, cum hoc ſit neceſſarium ad ſalutem: votũ autem de his tantùm ſit, quæ ſupererogationis ſunt? Reſpondet Lyranus. Lyranus, non eſſe promiſſionem, qua cognoſcatur, vt Deus, ſed qua ſpeciali cultu colatur in ſignum gratitudinis propter enarrata beneficia ab eo ſuſcepta. *Dicendum* (inquit) *quod non vouit, quod Dominus eſſet ſibi Deus, quia hoc non cadit ſub voto, ſed vouit, quod recognoſceret eum Deum, exhibendo ei ſpecialem cultum, & colendi modum, quod erat ſupererogationis*, & exemplo oſtendit, dum ſubdit, *ſicut religioſus aſtringit ſe ſeruire Deo in obedientia ſine proprio, & in caſtita e, ad quæ non tenetur de neceſſitate ſalutis*. Et ad fidelitatem ſeruandi promiſſa, ædificationem templi ſubiungit, vbi non tantùm ipſi offerret ſacrificia vitulorum, ſed laudis potiſſimum perpetuò. Ad hoc enim templum inſeruit. *Et lapis* (inquit) *iſte, quem erexi in titulum, vocabitur domus Dei, cunctorumque, quæ dederis mihi, decimas offeram tibi.* Vbi lapis erectus in titulum, & domus Dei vocatus, ad laudem præcipuè illius, intelligebatur erectus. Nam ibi Deus honoratur, vt Pſalmiſta dixit, *te decet hymnus Deus in Sion.* templum autem illud, quod appellauit *Bethel*, vt Lyranus notauit, eſt ipſa ciuitas Hieruſalem; Sion autem erat templum illius, quod Iacob *erexit in titulum*, in ſignum, ſcilicet, rei futuræ, *nimirum fundationis templi*, vt idem Auctor exponit. Voluit ergo, quod pro beneficijs acceptis, templum eſſet ſtabile, in quo laudes Dei decantarentur in gratitudinis ſignum. Geneſ. vt ſup. n. 22. Pſal. 64. 2.

Si autem pro cuſtodia Dei à corporis hoſte, & pro corporali veſtitu, & victu, tantæ gratitudini ſe obſtrictum agnouit Propheta, vt templum ædificaret, in quo laudes Dei, non ſolum ipſe, verùm, & ſui poſteri perpetuò decantarent, quid, quæſo, faciendum erit pro cuſtodia animæ ab hoſte maligno? pro eſu, ſeu victu viuifici panis dantis vitam æternam? pro nuptiali veſte gratiæ, qua quis ad nuptias agni ſit dignus vocari, & in hæreditatem

Digitized by Google

perpetuam tanquam filius intrare ? non poteſt ſanè lingua, aut calamus hoc ſatis explicare. Veniat Deus noſter in cor noſtrum, & tenebras noſtras illuminet, vt gratitudinis iſtius debitum inſpiciamus, & horrorem blaſphemiæ, qua ad iracundiam potiùs prouocamus noſtrum benefactorem, quem deberemus ſummè laudare.

S. Ephrem Paraneſi. 43.

Hæc S. Ephræm, mediatus, dixit. *Quouſque tandem exacerbamus eum, qui nobis tanta bona donauit, qui puluerem è terra capiens, formauit hominem, & inſpirauit in eum ſpiritum vitæ, qui cuncta ſubiecit ſub pedibus eius, & nos dormientes cuſtodit, & excitatos protegit, & eſurientes nutrit, & puſillanimes conſolatur, corripit, & miſeretur. Qui etiam filium ſuum vnigenitum pro omnium vita tradidit: nos autem pro beneficijs eius, ſpinas, & tribulos proferimus.* Et de hoc ipſe cõqueſtus, dixit per Iſaiam, *expectaui, vt faceret vuas, & fecit labruſcas*, vtique acerbas, quibus opere, & ore blaſphemantes, me potiùs exacerbant ex ingratitudine, quàm ad noua beneficia prouocant.

Iſai. 5. 2.

Sanè, etiam maledici homines beneficijs redduntur benefici, vt Manutius de Nicanore narrat, quem obloquutorem patiebatur Philippus Macedoniæ Rex, qui tamen pro ſupplicijs, obloquutionibus debitis, reddidit beneficia, ſicque ſuum obloquutorem mutauit in laudatorem, quod ſciens ipſe Philippus, celebrem illam pronuntiauit ſententiam, *in nobis eſt ſitum, vt benè, vel malè audiamus.* Significans, beneficijs flecti hominem, vt de maledico benefi-

Manut. in Apoph. lib. 4.

cus fiat.

Simile quid narrat idem Autor de Flauio Veſpeſiano Imperatore, qui audiens Metium Pomponianum ſibi moliri inſidias, non ſolùm non ſumpſit de eo vindictam, ſed ſummo beneficio cumulauit, ſupremam ei dignitatem donando. De qua re admirati ſunt multi, quibus tamen ipſe prudenter reſpondit, *Erit memor tanti beneficij.* Ideſt, beneficium ipſum recogitatum, mitigabit cor prauum.

Ecce homines ſceleſti, ſic ob terrena conuerſi, & nos ob cæleſtia, ſic à Deo auerſi! At quid mirum, ſi hominibus rationalibus ſumus facti peiores, qui brutis animantibus ſumus deteriores, vt Deus ipſe dixit, *cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui, Iſrael autem me non cognouit.* in quo ingratitudo ſignatur, quæ benefactorem ignorat, vnde pullulauit blaſphemia, ſubiungitur enim, *blaſphemauerũt ſanctum Iſrael.* Quod de Chriſto Domino ſancto ſanctorum interpretatur Hieronymus, & Interlinialis Gloſſa, & Lyranus de Deo, qui propter ſpe-

Iſai. 1. 3.

n. 4.

Hieron. Interl. Lyr.

Digitized by Google

ſpecialia beneficia collata populo illi, Deus Iſrael vocabatur, & à fortiori *cuiuſque noſtri*, qui ſpiritualiter Iſraelitæ ſumus, vtique Deum videntes per veram fidem, licet nunc obſcurè, & poſteà clarè, & filij regenerati per Chriſtũ Dominum, & carne eius ſanctiſſima nutriti, & exaltati inter cæteros, vt ibidem Propheta præmittit, *filios enutriui, & exaltaui*, non enim taliter omni nationi fecit, quos in incredulitate ſua manere permittit: & tamen ab illis, eò ſceleſtiùs blaſphematur, quò ingratiùs. Bruta igitur animantia rudiora Chriſtianos blaſphemantes excellunt, dum, quo poſſunt modo, Deum colunt, & leuiùs quidem ſe in Deum armãt pagani, quàm multi ſceleſti Chriſtiani, qui maiora dona recipientes, reddunt hinc turpiora mala, ponendo in excelſum os ſuum.

num. 2.

Tribulationem, beneficium eſſe, oſtenditur, pro quo etiam ex gratitudine, Deum eſſe benedicendũ.

AT dices, validus eſt factus diſcurſus, quando bona recipiuntur, & reddũtur blaſphemiæ, cum euidens ſit deberi pro illis gratias reddi, laudes, non vituperia, vt etiam Pſalmiſta teſtatur, cum dicit ad Deum, *confitebitur tibi, cum bene feceris ei*; at ego modò mala à Deo recipio, quia perſecutionem patior, bonorum iacturam, ægritudine vexor, & omnibus charis priuor. Quid ergo mirum, ſi blaſphemando, os in Deum aperio, quem ſic vltorem experior? Sed heù! dilecte frater, deciperis, dum tali diſcurſu veteris. Nam potiùs, cum ſic flagellaris, amaris ab illo, qui ait, *quos amo, corrigo, & caſtigo*, & Paulus ait, *quẽ diligit Dominus, caſtigat: flagellat autem omnem filium, quem recipit*. Vtique in gratiam ſuam, hic initiatam, & in cœlo conſummatam. Si ergo, cum proſperàris, Dominum benedicis, quem benefactorem experiris, quare, cum tribulàris, blaſphemas, cum ſic etiam diligàris? Vnde ad ſic tribulatũ exclamat Chryſoſt. *quid facis ô homo in beneficum, in prouiſorem, in tui curam agentem, in ſeruatorem conuitia iaciens?* & P. Auguſt. prædicta verba Pſalmiſtæ expendens, ſic ait, *quàm multi Chriſtiani, fratres, qui tunc Deo gratias agunt, quando illis accidit lucrum. hoc eſt, confitebitur tibi, cum beneſeceris ei, laudabit te, & dicet, verè, quia tu es Deus meus, liberabis me de carcere, & confitebor illi. venit illi lucrum, & confitetur: venit hæreditas, confitetur: patitur damnum, blaſphemat.* Et hoc irrationabiliter, & turpiter fieri docet, ſubiungens, *qualis filius es, quia, quando te pater emendat, tunc tibi diſplicet? non emendaret, niſi diſplicères. Aut, ſi ſic*

Pſ. 48. 19

Apoc. 3. 19. Ad Hebr. 12. 6.

S. Chryſ. Conc. 3. de Lazaro poſt med. tom. 2.

P. Auguſ. ibid.

Digitized by Google

displiceret, vt odisset, non ille te emendaret: gratias age ergo emẽdatori, vt accipias hæreditatem à Deo, qui te emendat. Eruditis enim, cum emendàris. Sed multum emendat, quia magnum est, quod habes accipere. Nam si appendas, quod emendàris, cum eo, quod accepturus es, inuenies, quia nihil est, quod emendaris. Et ex
2. ad Cor. 4. 17. Apostolo probat, *etenim quod ad præsens, est temporale, leue tribulationis nostræ, iuxta incredibilem modum, æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Sed quando? non respicientibus, inquit, quæ videntur, sed quæ non videntur: non quæ temporalia, sed quæ æterna: quæ enim videntur, temporalia sunt; quæ autem non videntur,*
Rom. 8, 18 *æterna. Et iterum, non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.*

Igitur non solùm, cum prospe-raris, donis cumularis: sed etiam cum tribularis, beneficiaris. Si ergo debitum est, benefactorem laudare, lauda etiam in aduersis, quem in prosperis agnoscis laudandum. Nam sic probaberis gratus, & imitator illius, qui malis tot impetitus, & ad blasphemandum prouocatus, dixit inter pref-
Iob. 1. 21. turas, *sit nomen Domini benedictum.* Similis quoque illi efficiè-ris, qui religiosè intonuit, *bene-*
Psal. 33. 1 *dicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo.*
S. Basil. Vbi sic exponit Basilius, *siue sugiam, siue persequar, siue prospere, siue adflicte agam, Dominum meum celebrabo.* Et Pater Augustinus eadem verba expendens,
P. Aug. ait, *quando benedicam Dominũ? quando tibi benefacit? quando abundant sæcularia? quãdo multum abundat frumenti, olei, vini, auri, argenti, mancipiorum, pecorum, salusque ista mortalis inuulnerata, & incorrupta persistit: ea, quæ nascuntur, crescunt omnia, nihil immatura morte subtrahitur, fælicitas tota abundat in domo, circumfluunt omnia, tunc benedices dominum? non; sed in omni tempore. Ergo & tunc, quando ista secundùm tempus, & secundùm flagella Domini nostri turbantur, auferuntur, minus nascuntur, iam nata dilabũtur. Fugiunt enim hæc, & inde sequitur penuria, egestas, labor, dolor, & tentatio. Sed tu, qui cantas tibi, benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo? & quando ista dat, benedic: & quando ista tollit, benedic.* Hactenus Augustinus. Sed quare etiam sic? quia etiam tunc benefactorem se præbet, communicando se ipsum, nunc *in spe*, postea *in re*. Vnde subditur à sancto Doctore, *quia ille dat, ille tollit. Sed seipsum à benedicente se, non tollit.* Igitur tunc blasphemando, Deum repellis, quẽ intus ex gratitudine, bene dicendo, haberes. Et hæc quoad istam considerationem. Sequitur

CON-

CONSIDERATIO III.

Ex *reuerentia*.

EX conſideratione celſitudinis nominis Dei oritur reuerentia quædam cordialis, quæ erumpit in benedictionem illius. Et ità fecit Propheta, cum dixit, *Ps. 44. 1.* *Eructauit cor meum verbum bonum*. De conceptu namque mentis eſt ſermo, qui dicitur verbum mentale, & *bonum*, quia excellentiæ Chriſti expreſsiuum, & Eccleſiæ fundatæ per ipſum. Et quia intus non potuit præ gaudio contineri, foras erùpit, ideòque laudator ſubiungit, *dico ego opera mea regi*, ideſt, vt expendit Lyranus, *verbo vocis exprimo conceptus bonos ad laudem Regis omnium*. Conſiderauit ergo in corde regiam maieſtatem illius, ſuper vniuerſos Reges terræ, qui *habet in femore ſuo ſcriptum, Rex Regum, & dominus dominantiũ.* *Apoc. 19. 16.* At non mirum, quod in femore, tantæ excellentiæ ſit nomen ſcriptum, qui reges regenerauit, quibus, & dedit dominium cum dixit, *dominamini piſcibus maris,* *Geneſ. 1. 28.* *& volatilibus cæli, &c.* & regenerauit per ſanguinem, vt agnouerunt, qui dixerunt, *feciſti nos* *Apocal. 5. 10.* *Deo noſtro regnum, & regnabimus ſuper terram*. Viuentium vtique de qua eſt ſcriptum, *portio mea in terra viuentium*. *Pſ. 145. 6.* Mira ergo excellentia Regis, qui Reges æternos generat. Et ideo vigintiquatuor ſeniores, in quibus, iuxta Rupertum, vniuerſa multitudo exaltata ſignatur, videntur coram agno proſtrati. At quomodo proſtrati? *habentes ſinguli citharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes ſanctorum*, quibus ſcilicet, gratias Deo agentes, eum, vt benefactorem, & cunctorum redẽptorem, & Regem agnoſcebant, & Dominum, & ideo trementes, & ex reuerentia in facies ſuas cadentes, proſtrati eructabant laudes æternas, *& cantabant canticum nouum*, vt ibi dicitur, quod nunquam, ſcilicet, veteraſcet, vel in tædium duratione vertetur. Ex abundantia igitur cordis conſiderantis dignitatem admirabilẽ Chriſti Domini vndique fulgentem, os Pſalmiſtæ cecinit, eructãs ore, quod conceperat corde. Laudẽ vtique Domini calamo linguæ, mirè in eo Pſalmo deſcribens, pulchritudinem illius, fortitudinem, iuſtitiam, & miſericordiam decantando.

Rupert. *Apoc. 5. 8.* *Apoc. vt ſup nu. 9.* *Pſ. 32. 3. 95. 1. 97. 1. 143. 9. 149. 1.* *Iſai. 42. 10.*

Hoc eſt, quod Apoſtolus etiã celebrauit, de eodem Domino ſic teſtificans: *Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen*, (vtique Saluatoris) *quod eſt ſuper omne nomen*. Quod quidem poſt reſurrectionem donatum dicitur, quatenus tunc primò manifeſtatum fuit per mira virtutis opera. Ad cuius exaltationis conſiderationem, ſequi-

Ad Phil. 2. 9.

Lyran. in Gloſſ. ordin.

Digitized by Google

tur reuerentia. proinde ſubditur: *Vt in nomine IESV, omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum.* Vt, nimirum, non ſolum Angeli ſancti in cœlo, verùm etiam homines omnes electi, tam viui, quàm mortui, qui ſuper terram adhuc ſunt, & qui ſub terra iacẽt ſepulti, illi exhibeant reuerentiã, ex qua in laudes erumpant illius.

num. 11. Ideo ſubditur: *Et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris.* Quod pariter Ioãnes in ſua Apocalypſi teſtatur vidiſſe, cum dixit:

Apoc. 5. 13. *Et omnem creaturã, quæ in cœlo eſt, & ſuper terram, & ſub terra, omnes audiui dicentes, ſedenti in throno, & agno, benedictio, & honor, & gloria, & poteſtas in ſæcula ſæculorum.* Vbi S. Ambroſius notat, per creaturam, quæ eſt in terra, nõ poſſe intelligi omnes homines viuentes in carne mortali, cùm multi eorum ſcelerati ſint: *Ideoque* (inquit) *blaſphematores potiùs Dei dicendi ſint, quàm laudatores.* Similiter per creaturam, quæ ſub terra eſt, damnatos, ait, non debere intelligi, qui Deum ſemper blaſphemãt. Concludit ergo, ſolos electos intelligi à Ioanne, & illos dici ſub terra laudes Deo dare, qui in gratia deceſſerunt, licèt adhuc ſint infra terram, in Purgatorio, ſcilicet, qui etiam Infernus dicitur, non damnatorum tamen, qui *inferior* nominatur

S. Ambr. in Apoc.

à Dauide, cum dixit, *eruiſti animam meam ab inferno inferiori*, ad differentiam purgatorij, qui ſuperior hinc intelligitur, igitur ex expoſitione iſta, intellecta etiã verba Apoſtoli manent, & clarũ, quod ex conſideratione Altiſsimæ Maieſtatis diuinæ in corde oritur reuerentia, & ex ipſa, ex ore prodit benedicentia. Hoc eſt ergo contra blaſphemiam, acuta ſagitta, & ſcutum validum, Dei excellentiam, ſcilicet, ponderare, & hinc reuerentiam in corde generare, ex qua os, & lingua ſciãt foris partum laudis mandare, & non blaſphemare. Pſ. 85. 13.

Sanè, ſi ita reueretur homo putredo, & eſca vermium, vt ex reuerentia illius, etiam ſolo nomine prolato, vel audito, caput ſuum quis aperiat, & inclinet, & loquatur os digna, quid dicendũ de Domino ipſo, cui ſeruit vniuerſa creatura, & genuflectit iam ſubdita, vt proinde ſolus ipſe exaltatus dicatur, teſte Propheta, dicente: *Exaltatum eſt nomen eius ſolius*, quia ſcilicet, reſpectu illius, cætera intelliguntur proſtrata, proindeque cuncta ad laudes eius inuitet, & incipiat à cæleſtibus, dicens: *Laudate Dominum de cælis*, Angeli, ſcilicet, omnes Sancti cum omnibus Hierarchijs. Deinde planetas ipſos, & cęleſtes orbes ad laudes inuitat, & cætera percurrens, & ad terram deueniens, Reges ipſos vocat ad laudem Regis ipſorum, & de-

Pſ. 148. 13.

Pſ. 148. 1.

& demùm nullum conditionis cuiuſque excipit, quem à Domini eximat laude. *Reges* (inquit) *terræ, & omnes populi, Principes, & omnes Iudices terræ, iuuenes, & virgines, ſenes, cum iunioribus laudent nomen Domini*. At quare nemo excipitur, qui non debeat tributum laudis? ſubditur: *Quia exaltatum eſt nomen eius ſolius*. Et Lyranus ait: *Quia omnis creatura nihil eſt in comparatione ipſius*. Et Interlinealis: *Quia nemo exaltatur, niſi ſub ipſo*. Reges namque terræ per ipſum ſunt, teſte ipſo dicente, *Per me reges regnant*. Et eatenus creatura eſt, quatenus ſub ipſo eſt; vt Apoſtolus ait: *In ipſo viuimus, mouemur, & ſumus*. Ergo ſi reuereretur creatura, & ſimul laudatur, extincta blaſphemia, reuereatur creator, & in laudem ipſius os cum exultatione frequenter aperiatur.

num. 11. 12. 13. Lyran. Interl. Prouer. 8. 15. Act. 17 28.

CONSIDERATIO IV.
Ex *ſuſtinentia*,

HOC quoque ſcutũ inexpugnabile patientiæ contra iracundiam, ſeu impatientiã, quam ſupra, blaſphemiæ cauſam eſſe, docuimus, prouidè nunc apponimus, & opponimus. Per ſuſtinentiam namque pœnæ, à malo culpæ miles Chriſti ſe abſtinet. Hinc Sapiens quidam in his duobus ſapientiam vniuerſam aſſeuerauit conſiſtere, dicens: *Suſtine, & abſtine*. Suſtine ergo cruciatum, & abſtinebis à reatu, in quẽ ſanè diabolus toto ſuo conatu, tunc, quaſi opportuniùs, ſatagit te pertrahere. Vnde poſtquam hoc fine ſanctum Iobum, omnibus bonis ſuis, ſanitate, & filijs denudauit, ſola fœmina non ſpoliauit, quæ tunc tot malis grauatum, ad blaſphemiam poſſet per impatientiam concitare, vt concitauit de facto, dicens illi: *Benedic Deo, & morere*. Vbi Lyranus docet ſuaſiſſe blaſphemiã. Et Gloſſa ait. *Vide ordinem: poſt vulnera, verba hoſtis intulit, quia, cũ vis doloris ingraueſcit, facilius praua perſuaſio aliquem capit. Propter quod, qui cætera abſtulit vxorem reſeruauit*. Et ita egiſſe Diabolum notat etiam Sanctus Gaudentius: *Vt palmã* (inquit) *patientiæ auferat fortiſſimo bellatori*. Et ad ſimilem triumphum nos inuitans, ſubdit: *Imitemur Igitur patientiam triumphalem*, vbi notanter patientiã triumphalem appellat, quia per eã gloriosũ reportamus de hoſte iſto triumphum, vt ipſe Iob reportauit, per eam fortiter ictum infligtum repellens, dum ſubdit: *Si bona ſuſcepimus de manu Dei, mala autem quare non ſuſtineamus?* Ecce ſuſtinentia, vt inexpugnabile ſcutum, oppoſita. Sed quo pacto repellẽs? Vtique conſiderando, manum Dei eſſe, quæ donat proſpera, (quæ vocat bona, quatenus

Iob 2. 10. Lyran. Gloſſa. S. Gaudẽt. in præf. in Exod. to. 2. Veter. Patr. Ibid.

carni iucunda) &, quæ mittit aduersa (quæ appellat mala, quatenus sensui repugnant) quæ tamen secundùm se bona sunt, cum certum sit, à Deo *propriè*, & non solùm *permissiuè*, venire. Non potest autem Deus auctor esse malorum: si ergo, inquit sanctus Iob, lætanter prospera acceptamus, quæ à Deo nobis donantur, cur aduersa patienter non toleramus, quæ ab ipsomet misericordioſè mittuntur, ideoquè vera nobis bona; licèt sensui appareant mala? Et istam quidem doctrinam confirmant, quæ attulimus Consideratione secunda.

Vidimus modum bellandi per sustinentiã, pariter videamus victoriam promulgatam ore diuino verbis sequentibus: *In omnibus his non peccauit Iob labijs suis.* Et notat Lyranus in laudem dicta ipsius, cum difficiliùs à peccatis oris abstineamus, quàm à peccatis operis, maximè, cùm affligimur. Vnde eadem verba, quæ supra erant iam posita, cum post amissionem bonorum, & liberorum, toleratam constanter, protulit patienter: *Sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum.* Additur tamen ibi: *Neque stultum quid contra Deum loquutus est*; scilicèt *blasphemando, aut murmurando*, vt ibidē idem Doctor exponit, quæ quidem hìc pariter subintelligenda sunt, licèt integrè repetita non fuerint.

Ibid. *Lyran.* *Iob cap. 1. 21.*

Est tamen diligenter notandum, dupliciter nos posse per sustinentiam vincere. Primò, *negatiuè*, à blasphemia, cùm tribulamur, abstinendo. Secundò, *positiuè*, adhuc gratias Deo agendo, & ipsum benedicendo.

De primò ait Chrysostomus, procliuem esse naturã, & ex hoc assuetam prauè, vt erumpat tunc in blasphemiam. Et remedium esse, ita linguam tunc cohibere, vt sit dentibus potiùs præscindēda, quàm blasphemia euomēda. Et ad hoc esse cogendam, consideratione cruciatus æterni, quo est ex reatu illo æternaliter affligenda. *Verùm* (inquit) *ex consuetudine frequenter rapitur lingua, vt peruersum verbum illud sonet. Verùm, cùm hùc rapietur, priusquam verbum effuderit, commorde illam vndique dentibus acriter.* Et motiuũ subiungit ad sic faciendum, dicens: *Præstat illam, nunc fluere sanguinem, quàm tunc cõcupiscere guttam, nec impetrare posse refrigerium: præstat illam temporariũ ferre dolorem, quàm tunc perenniter, & immortalibus malis cruciari; quemadmodũ diuitis illius lingua ardore æstuans, nullum impetrauit refrigeriũ.* Hæc sanctus Doctor. *Chrysost. conc. 3. de Laz. post med. to. 2.*

Deinde, ita oportet nos gerere, vt dæmonem sic fugemus cõcitantem nos ad blasphemiam, quemadmodum abigimus canem pro pane nos molestantem ad

men-

menſam, ad quem, ſi aliquid ſemel proijciamus, moleſtum iterum experimur: at ſi nihil proijcimus, & ita conſtanter nos gerimus, ampliùs non moleſtaturus diſcedit. Quod ſi adhuc ligno percutimus, iam non ſolùm vincimus, nos *negatiuè* gerendo, ſed *poſitiuè* triumphamus. Hoc autẽ fit totum, vel cùm patienter tribulationem ſuſtinemus, nullum emittendo verbum blaſphemiæ; vel agendo perfectiùs, Deum benedicendo, & ex corde laudando. Quòd nos pariter docuit idem ſanctus Chryſoſtomus, ibidem ſic dicens. *Quemadmodum canis aſsiſtens menſæ, ſi viderit hominem veſcentem, ſubinde aliquid eorum, quæ in menſa ſunt ipſi proijcientem, manet aſsiduè: quòd ſi ſemel, atque iterum, ſic aſtitit, vt diſceſſerit, nihil adeptus, protinus, abſtinet, veluti, qui iam fruſtra, & in caſſum aſsiſtat. Itidem & diabolus iugiter nobis inbiat, ſi quod blaſphemum verbum ipſi, ceu cani, proijciamus. Hoc accepto, rurſus aggreditur. Quod, ſi perſeueraueris gratias agere, iugulaueris illum ſame, celeriterque abegeris, & aufugere coegeris.* Hactenus Chryſoſtomus. Ex quibus habes potius foueri blaſphemia dæmonem, & vna in Deum conicẽta, ad nouam allici concitandam. E contra verò, ſi, modo prædicto, abigatur, terga vertit cõfuſus, in id ipſum non reuerſurus.

At quia lingua noſtra difficulter nimis cohibetur in cruciatu, proinde idem ſanctus Doctor docet modum ſecundum, cùm ſcilicet, quis tunc ad laudandum, & benedicendum conuertitur illuſtriori triumpho hoſte proſtrato. *Verùm* (inquit) *non poteſt tacere cruciatu ſtimulatus, nec ego prohibeo loqui, ſed volo te pro blaſphemia loqui gratiarum actionem, pro verbis indignationis, verba boni ominis.*

Et non tantũ hoc modo Beatus Iob decertauit, & victoriam glorioſam obtinuit. ſed etiam ſãctus ſenex Tobias, qui cæcitate percuſſus, ait Scriptura diuina, *Non eſt contriſtatus contra Deũ, quòd plaga cæcitatis euenerit ei.* Quid eſt, *non eſt contriſtatus in Deum?* Deum non blaſphemauit, iniuſtum eum dicendo quòd reddiderit pro bono malum, pro operibus vtique miſericordiæ, quæ exercebat in pauperes, intulerit cæcitatem. Et fuit primus modus vincendi adductus ſuperiùs, ſed & ſecũdum addidit meliorem, gratias pro tribulatione agendo, vt ſubditur ibi, *Sed immobilis in Dei timore permanſit, agens gratias Deo omnibus diebus vitæ ſuæ.* Tob. 2. 14. num. 14.

Et deinde per vxorem ſuam (quemadmodum & Iob) durius impetitus, non ſolùm ſe à male dicto continuit, ſed ad laudem Dei os ſuum promptus aperuit, dicens, *Iuſtus es Domine, & om-* Tob. 32.

nia

Digitized by Google

via iudicia tua, iusta sunt, & omnes viæ tuæ, misericordia, & veritas, & iudicium. Vbi non tantùm in sua percussione agnouit Dei iustitiam, verùm, & misericordiam simul in eo, quod dixit, *Omnes viæ tuæ, misericordia.* Nam dicēdo *omnes* nullam prorsus excluſit quia etiam, cùm punit, *citra condignum* hoc facit. Tamen frequenter ad maiorem coronam, & præmium auctum per patientiam.

In exemplum autem positus est nobis, non solùm hic sanctus vir, sed & Beatus Iob, vt ibi his
Tob.2.12 verbis dicitur, *Vt posteris daretur exemplum patientiæ eius, sicut, & Beati Iob.* Ne, scilicet, cum fuerimus cruciati, furore, & impatiētia concitati, os nostrum ad blasphemādum aperiamus, sed potiùs in gratiarum actionem linguam soluamus, vt fecit etiam Sara filia Raguelis, de qua ibidem
Tob.3.13 sic legitur, *Benedicēs Dominum, dixit, benedictum est nomen tuum, Deus Patrum nostrorum, qui cum iratus fueris, misericordiam facies.* Videtur quidem Deus noster plagam inferens, sed verè est placatus, coronam parans. O si quis oculis fidei hanc veritatem inspiceret, & manum Dei misericordem intueretur, absconditam quidem ab oculis carnis, sed patefactam puræ mentis obtutui, nam absque dubio pro pressura laxaret os suum in laudem. Hinc dixit S. Gaudentius, *Verus Dei cultor ille est, cuius fides inter aduersa non deficit, cuius lingua benedicere nomen Dei sui in omni angustiarum tempore in omni tribulationum plaga non desinit.* S. Gaud. loc sup. cit.

Pergit autem idem S. Chrysostomus motiua efficacia plura adducere ad victoriam.

Primò, quia blasphemando, diabolo ad blasphemiam concitanti nouas adiungimus vires, & actiorem facimus insultatorem.

Secundò, nos priuamus auxilio Dei, quod efficaciùs communicat pugnanti pro ipso.

Tertiò, auditoribus exosos nos facimus.

Quartò, nos præmio æterno priuamus.

Quintò, blasphemiæ resistendo, faciliùs vincimus, amabiles deinde reddimur, & glorioſiùs coronamur. *Confitere* (inquit) *Domino: clama vehementer obsecrando, clama vehementer, glorificando: sic tibi, & morbus redditur leuior, discedente quidem diabolo propter tuam gratiarum actionem, Dei verò auxilio accedente.* Ecce causa facilitatis maioris ad vincendum, discessus, videlicet, diaboli, & accessus Dei. Et subditur difficultas, cùm illi cedimus. *Nam si blasphemias* (inquit) *effuderis, pariter & Dei auxilium submouisti, & diabolum aduersus temetipsum reddidisti feueriorem, & te ipsum magis inuoluisti doloribus: sin gratias ege-*

egeris, & inſidias propuleris mali dæmonis, & Dei pro te ſolicita medelam tibi conciliaueris. Et poſt pauca ſic ait, *dic mihi vtra res eſt facilior, blaſphemia, an gratiarum actio? nonne illa eos, qui audiunt, hoſtes, & inimicos tibi reddidit, & in deſperationem poſtea conijcit: hæc verò innumeras adfert Philoſophiæ coronas, incredibilem ab omnibus admirationem: denique ingentia à Deo præmia.* Et hinc efficaciter ſic concludit. *Cur igitur, quod vtile eſt, quod facile, quod iucundum omittens, id, quod ledit, quod conteriſtat, quod tabeſacit, illius loco ſectaris?*

Et denique, vt omne nobis excuſationis vanæ effugium falſum præripiat, docet, non eſſe tribulationem cauſam blaſphemiæ, ſed noſtram malitiam, *Non* (inquit) *propter afflictionis naturam penis, ſed propter tuam ſocordiam.* Quod euidenter probat, quia ſi ipſa paupertatis preſſura, aut ſimilis, eſſet huiuſmodi cauſa, omnes, qui ſic premerentur in blaſphemiam ora ſua laxarent: at contrarium experitur: igitur non natura ipſa afflictionis lapſus tui eſt cauſa, ſed tua nequitia, *Quin & alioquin* (ait) *ſi tentationis, aut paupertatis afflictio, cauſa eſſet blaſphemiarũ oporteret omnes, qui in paupertate viuunt blaſphemos eſſe: nunc autem inter eos, qui in extrema degunt paupertate, multi iugiter agunt gratias: alij contra, qui opibus, ac diuitijs affluunt, non ceſſant euomere blaſphemias.* Hæc ille. Vnde ſic concludit. *Itaque non ipſa rerum natura: ſed noſtra voluntas, & hoc, & illud efficit.*

Vnde etiam deducitur, neque culpam tribuendam diabolo, qui licèt accedat, prouocans ad blaſphemiam, tamen, ſi modis traditis reſtiterimus, abſque dubio, nobis illæſis recedet, teſte etiam Iacobo dicente, *Reſiſtite diabolo, & fugiet à vobis.* Iacob. 4.7

Frænata ergo iracũdia per ſuſtinentiam ſeu patientiã, abſtinebimus facilè à blaſphemia, & glorioſè coronabimur, parta victoria.

CONSIDERATIO V.

Ex *Laude diuina*.

DIXIMVS ſuperiùs in doctrina, virtutem blaſphemiæ oppoſitam, eſſe Religionem ad quam pertinet, Deũ laudare. Per hanc ergo optimè poſſumus, & debemus aduerſus blaſphemiam decertare.

Quadrupliciter autem, vt Toletus notauit, poſſumus Deum noſtrum laudare. Tol. lib. 4 cap. 13.

Primò, *enuntiatiuè*, vt cum dicimus, *magnus Dominus, & laudabilis nimis.* Pſal. 43. 1. Pſ. 43. 1.

Secundò, *deprecatiuè*, cum orationes fundimus, vt cum dicimus, *retribue ſeruo tuo, viuifica me*. Pſ. 118. 17.

Ter-

Ieb 1. 11. Tertiò, *imperatiuè*, cum dici-
Luc. 2. 14 mus, *sit nomen Domini benedi-*
ctum. Gloria in excelsis Deo.

Quarto, *admiratiuè*, cum-
Psal. 8. 2. pronuntiamus, *Domine Domi-*
nus noster, quàm admirabile
est nomen tuum in vniuersa
terra!

Sunt autem hæ veræ laudatio-
nes, cum à cordis affectu proce-
1. Cor. 14 dunt. Vnde Paulus dicebat, *orabo*
5. *spiritu, orabo & mente: spallam*
spiritu, spallam & mente: ideſt
ore, & corde. Vt Gloſſa ibi ex-
ponit. Nam *spiritu*. Sumitur pro
voce dearticulata. Aer enim mo-
tus, *spiritus* dicitur in ſcriptura,
vt notauimus alibi, & ad propo-
Psal. 32. 6 ſitum facit illud Pſalmiſtæ, *ſpiri-*
tu oris eius, omnis virtus eorum.
Et P. Auguſt. ad hanc veram lau-
dem, filios ſuos exhortans, dicit
P. Aug. in in Regula, *Pſalmis, & Hymnis,*
Regula. *cum oratis Deum, hoc verſetur*
in corde, quod profertur ore. Et
de falſa laude, quæ non procedit
ex corde, Dominus protulit,
Matt. 15. *populus hic labijs me honorat:*
8. *cor autem eorum, longè eſt à me.*
Igitur, laus Dei vera, à cordis af-
fectu debet prouenire.

Licet autem à motiuis ſupra
poſitis procedat frequenter, ex
gratitudine ſcilicet, *reuerentia*,
& *patientia*: tamen ſpecialiter
etiam ad hoc inſeruit, vt ſcilicet,
conſuetudo blaſphemiæ, *conſue-*
tudine laudis tollatur. Nam vt
Kempis. dixit kempis, & experientia con-
ſtat, *conſuetudo conſuetudine*
vincitur. Et in hoc ſenſu de vi-
ctoria iſta Auguſtinus dixerat, P. Aug.
oret lingua, vt dometur lingua. lib. de mor.
Vnde paulatim redditur diffici- & grat.
lis ad blaſphemiam, & tandem, contr. Pe-
habitu bono acquiſito laudandi, lag. tom. 7
& benedicendi, libenter bene-
dicit, & laudat.

Et ſane dum hęc ſcribo, venit,
mihi in mëtem, quod ante duos
annos circiter, defunctus eſt bo-
næ memoriæ quidam frater no-
ſter laicus Prouinciæ Romanæ,
vocatus Fulgentius, qui ità de-
ditus erat laudi Dei vocali, reci-
tando Coronam, & Roſarium
Beatiſſimæ Virginis, vt ex conti-
nuo vſu, etiam colloquendo cum
fratribus, aut ſecularibus inter
clauſulas ipſas loquendi, non
ceſſaret à labiorum motu, qui-
bus ſolitus erat Deum ſuum
laudare. Et huius ego fratris
ſimplicis quidem, & boni, diù
conſuetudinem habui, & mirum
in modum delectabar, admiran-
do aſſiduitatem illius in precibus
iſtis vocalibus ad Deum funden-
dis, pro quibus, licet eſſet va-
letudine infirmâ, ante ſanctiſſi-
mum Sacramentum Altaris, ho-
ris nocturnis, genuflexus mane-
bat, tempore etiam hyemali, con-
trario infirmitati ipſius, vt ego
frequenter meis oculis vidi cum
gaudio cordis mei.

Alium etiam noui iuuenem
clericum noſtrum profeſſum,
qui vocabatur Anſelmus, natio-
ne Genuenſem de nobiliſſima
familia

familia de *negro*, hic infirmatus ad mortem in Conuentu noſtro generali Romano, peruenit ad horam extremam, in qua poſitus inter duas Imagines, Chriſti ſcilicet, & Matris ipſius ſanctiſsimæ, rogatu illius appoſitas, ita os ſuum laxauit in orationes vocales, quas vocant *Iaculatorias*, quia veluti iacula amoris, in Deum iacta, ipſum prouocant ad amorem, vt omnes, qui tunc ei aſſiſtebamus, non potuerimus lachrymas cohibere, mirum in modum conſolati interiùs de vehementi cordis affectu, & deuotione, qua hic deuotus iuuenis tunc, quando ad blaſphemiam diabolus cor ſolet ex moleſtijs ægritudinis concitare, ipſe ſic benè nouerit Deum ſuum laudare. At non mirum, quia ſemper ſe ab ingreſſu religionis in illis orationibus exercuerat, vt quidam ſuus ſocius, & iam Sacerdos, qui aderat, dixit ad me conuerſus. *Ecce fructus bonæ conſuetudinis, quam ſemper obſeruaui in iſto pio religioſo quamdiù cum illo fui in profeſſorio, & à tempore nouitiatus, eam duxiſſe non dubito.*

Proinde paruuli à teneris annis aſſueſcere debent laudibus Dei, & hoc debent pij illorum parentes procurare ſollicitè, vt faciebat ſanctus Rex Dauid cum filijs ſuis paruulis, vt notauit venerabilis Pater noſter Ioannes à S. Guilelmo in quibuſdam ſuis annotationibus ſuper Pſalmos manuſcriptis, dicens, quod cum pius Rex, adhuc eſſet in lectulo, tempore matutino, filij ſui paruuli tranſibant per eius lectulum, quibus deuotiſſimus Rex dicebat, inuitans eos ad laudes Dei, *laudate pùeri Dominum*, Pſal. 112. & ipſi viciſſim reſpondebant, 1. *ſit nomen Domini benedictum* 2. *ex hoc nunc, & vſque in ſæculum* &c. ſicque viciſſitudine mutua Pater ipſe, & filij, totum illum Pſalmum complebant. Et ita filios ſuos, pius parens à teneris annis laudibus diuinis aſſuefaciebat, vt grandiores facti, Deum ſuum non blaſphemarent.

Venerab. P. N. Ioã. à S. Guil.

Ipſe etiam Propheta in hoc ſe aſsidue exercebat, ipſomet teſte dicente, *ſepties in die laudem dixi tibi*. Vbi Pater Auguſtinus ait, *ſepties* idem valere, ac *ſemper*. Semper ergo Deum laudabat, ne in blaſphemiam os ſuum laxaret. Pſal. 118. 164. *P. Aug.*

Iuuabit autem, cum aliquis ad blaſphemandum tentatur, laudem illam tunc pronuntiare blaſphemiæ oppoſitam, ad quam quis ſe ſentit concitare, vt ſi ad deſperationem, qua miſericordia Dei blaſphematur, dicat; *miſerationes eius ſuper omnia opera eius*, & ſimiles. Si ad deſpectum prouidentiæ diuinæ, dicat, *quis ſicut Dominus Deus noſter, qui in altis habitat, & humilia reſpicit in cælo, & in terra?* Pſal. 144. 9. Pſal. 112. 5.

Si

Digitized by Google

Si ad contemptum omnipotentiæ, dicat, *tu terribilis es, & quis resistet tibi?* Ps. 7. 8. & sic de similibus excogitandum, & præparandum ad victoriam. *Psal.* 7. 8.

CONSIDERATIO VI.

Ex *Dilectione*.

DVpliciter milites Christi per dilectionem Dei pugnant cõtra blasphemiã. Primò, odiendo illam, & sic fugiendo. Secundò, prorumpendo in laudes dilecti, quomodo etiam longè fiunt à maledictione illius.

Et sanè, quo ad primum modum vincendi, certum est, odium ex dilectione oriri. Quia, qui diligit, odit quæ aduersantur dilecto, aut, quæ odit dilectus, per vnitatem affectus. Deo autem maximè aduersatur blasphemia, & odio habetur ab illo: igitur, qui diligit Deum, maximè oportet, vt odio habeat blasphemiam. Qua propter Propheta pronuntiat, *qui diligitis Dominum, odite malum*, efficaciter ex dilectione, odium mali concludens. Si ergo omne malum odisse necesse est, à fortiori istud blasphemiæ, quod inter omnia mala, summum est, vt supra ostensum est. *Psal.* 96. 10

Cum autem ex odio oriatur fuga, & horror, fugimus enim seu horremus, quod odio habemus, hinc ex dilectione Dei, non tantùm odium blasphemiæ oritur, sed etiam fuga illius. Si ergo ex Dei odio, & amore inordinato sui, nascitur blasphemia, ex Dei amore, pereat.

Operarur autem dilectio hæc, vt non solùm in nobis malum hoc fugiamus, & horreamus, sed etiam in alijs, proindeque doleamus, quando illud audimus, ac si nobis ipsis esset illatum. Hoc enim etiam ad veram amicitiam pertinet, amici mala, vt propria æstimare, vt docuimus alibi.

Hinc S. Iob clamauit, *percusserunt maxillam meam*. Quis te vnquam ò sancte homo, & amice Dei in maxilla percussit? Nusquam sanè in historia eius hoc legitur. Quare ergo se dolet in maxilla percussum? Quia blasphematum Deum suum audiuit ab onerosis consolatoribus, dum eius prouidentiam denegabant: Hæc igitur fuit plaga, maxillæ eius illata, blasphemia contra Deum prolata. *Iob.* 16. 11.

Docet hoc quoque alius Dei amicus, dicens, *Exprobauerunt mihi, qui tribulant me inimici mei*. At quando ò sancte Rex, & Propheta te tribulant, exprobando? subdit. *Dum dicunt mihi per singulos dies, vbi est Deus tuus?* In hoc enim dupliciter Deum blasphemabant, vel eius existentiam denegando, vel potentiam ad adiuuandum. Expro- *Psal.* 41. 11. n. 12.

ba-

Digitized by Google

batum ergo ſe reputat in iniuria, ſeu blaſphemia Deo ſuo illata, quem diligebat ſummè. Et in hoc tribulatum ſe pariter confitetur, imò ita contritum, vt in omnibus oſſibus, ſe dicat confractum, *confringuntur omnia oſſa mea*. Vide quomodo in alijs etiam horrebat blaſphemiam, quam ex dilectione, vt propriam, ſentiebat. Hinc etiam Auguſtinus dixit, *horremus Iudæos, qui dixerunt Domino Ieſu Chriſto, dæmonium habes*.

n. 11.

P. Aug in Pſal 48. Conc. 2. ant. med.

Et eſt hìc notandum, quod, cum dilectio iſta, qua diligimus Deum, ſit eadem, qua diligimus proximum, ſicut charitas facit habere, vt propriam, blaſphemiam Deo illatam, ità pariter ipſam, vt procedit ab homine, qui diligitur rectè, & eſt malum ſùmum, cui pœna æterna reſpondet, facit, vt proprium malum æſtimare, pro quo ad Deum provenia clamat. Vnde ſubiungit P. Auguſtinus ibidem, *& cum audimus Euangelium recitari, tundimus pectora noſtra*. Vtique in ſignum doloris, quē de ſcelere tanto in Deum cōmiſſo, concipimus, tanquam, ſi proprium eſſet, culpa ſcilicet, noſtra commiſſum.

Et quidem ex dilectione eàdē vocat Chriſtus blaſphemias noſtras, delicta ſua, & pro eis non tantùm pectoris tunſionem, ſed torius delicatiſſimæ carnis ſuæ conciſionem ſuſtinuit, vt ſic illis apud Patrem veniam mereretur, *longè*, inquit, *à ſalute mea verba delictorum meorum*. Quid eſt, *longe à ſalute mea?* vtique corporali, quia à corporali morte non fuit præſeruatus. Quid eſt, *verba delictorum meorum?* fuerunt ne in te, ò bone Ieſu, delicta, quæ punirentur? Abſit hoc ab innocentia tua, qui iure inimicis tuis dixiſti, *quis ex vobis arguet me de peccato?* Quomodo ergo delicta non tua, dicis tua? Video te reſpondere, quia ſic ex charitate pro eis ſum paſſus, ac ſi eſſent à me commiſſa, vt ſic eſſent dimiſſa. *Noſtra delicta* (inquit P. Auguſtinus) *ſua fecit, vt ſuā iuſtitiam faceret noſtrā*. Notāter autē *verba delictorum* dicuntur, quia pro verbis blaſphemis, quæ frequētiùs audiebat à perſequutoribus ſuis, præcipuè precabatur. Charitas ergo non tantùm facit blaſphemiā ſentire, vt propriam, quatenus Deo illatam, ſed etiā, vt prolatam à proximo, qui eàdem charitate diligitur. Oſtendamus ergo omnes ſigna doloris, quando ſic proferri audimus.

Pſal. 21. 2

Ioan. 8. 46.

P. Aug. in hunc Pſal. ex poſ. 2.

Secundus autem modus de blaſphemia triumphandi, efficaciſſimus eſt. Cum enim proprium ſit amoris, perfectiones contemplari dilecti, & ſibi complacère in illis, à laudatione non poteſt ſe continère. Quapropter contemplans Propheta Regius Dei ſui perfectiones, *bonitatem*, nimirū, *immenſitatem, fidelitatem, æternitatem, omnipotentiam, fortitudinem*,

dinem, misericordiam, prouidentiam, & iustitiam, captus amore, prorùpit in laudem illius, dicens, *laudationem Domini loquetur os meum*. & non contentus ipse solus laudare, vniuersos homines ad benedicendum inuitat, subiungens, *Et benedicat omnis caro nomini sancto eius in sæculum, & in sæculum sæculi.* Et quia pulchritudo narrata, immutabilis erat, & æterna, laudem æternam volebat. Procul ergo ab ore suo semper cupiebat blasphemiam, & cunctorum hominum Deum cũ ipso laudantium, cuius pulchritudinis captus amore, non cessabat laudibus exaltare. ita enim Psalmum illum incæpit, & compleuit. Et nihil frequentiùs in Psalterio.

Ps. 144. 21.

Canticum etiam Canticorum, vbi introducitur anima Iusti diligens cordialiter Deum, & dilecta ab ipso, totum ex mutua laudatione componitur, ex dilectione consimili. Dilectus meus (inquit anima diligens) *candidus, & rubicundus, electus ex millibus: caput eius aurum optimum.* Et cætera, quę sequuntur. O quàm longè erat cor à blasphemia illius, quem sic diligebat!

Cãt. 5. 10

Sanè vsus psallendi die, ac nocte, qui in Ecclesia catholica viget, pugnat contra blasphemiam, quæ regnat in ore prauorum, vt quemadmodum per istos in Deũ armatur infernus, sic per sanctos suos, & seruos fideles, confundantur blasphemi iniqui, diaboli ministri.

Dilectio ergo à blasphemia abstinet, & ad laudem mouet: diligamus ergo ex corde, & malum hoc expugnabimus.

CONSIDERATIO VII.

Ex *submissione*.

DIximus supra, ex superbia frequenter prodire blasphemiam, nunc asserimus ex humilitate perire. Hoc testificatus est Sapiens, cum dixit, *magna potentia Dei solius, & ab humilibus honoratur*. Quemadmodum enim per blasphemiam vilificatur, ita per humilitatem magnificatur, cum laudatur. Ex consideratione namque celsitudinis Dei, & propriæ nihilitatis, humiliat se humilis in oculis suis, admirans magnitudinem Dei, quem laudabilem prædicat, vt fecit ille, qui dixit, *Magnus Dominus, & laudabilis nimis*. Superbia autem, bona, vt sua, considerat, & non, vt Dei dona, cui proinde subdi debet. Et huius cognitionis defectu, se eleuauit Luciferus, & blasphemauit, cum dixit, *similis ero Altissimo*, vt supra notauimus. Insurrexit ergo in Deum suum, sed à S. Michaele Principe militiæ Dei, fuit viriliter impugnatus, superatus, & in abyssum proiectus, vt in Apocalypsi sua narrat Ioannes. c. 12. 7. At quomodo Archan-

Eccl. 3. 21

Ps. 47. 2

Isai. 14. 14.

Apoc. 12. 7.

Digitized by Google

Archangelus Dei ſupplãtauit blaſphemum ? humilitate oppoſita vanitati, qua ille, blaſphemando, inſultauerat Deo. Dixit namque *quis, vt Deus?* Sic enim eius nomen eſt interpretatus Gregorius: ab officio namque nomen obtinuit. Qui ergo ex ſuperbia, Deo eſſe æqualis ambierat, per humilitatẽ, qua hoc agnoſcitur impoſſibile, ſuperatur. Et ſic humilitas Deum exaltando, proſtrauit blaſphemiam.

Greg. ho mil. 34. in Euang.

Similem victoriã optauit Pſalmiſta, cum dixit, *Omnia oſſa mea dicant, Domine, quis ſimilis tibi?* Perluſtro terram, & quæ in ea sũt vniuerſa, & nihil inuenio Domine, ſimile tibi. Et ad cœlos aſcendo, & firmamentum, & inuenio enarrare gloriam tuam, & laudem annuntiare potentiæ tuæ. Et ad aſtra, & planetas me conuerto, & omnes reperio dicentes, *ipſe fecit nos, & non ipſi nos.* Creatura igitur creatorem agnouit, & ideò ſe clamauit inferiorem: benè ergo cecinit, cui hoc innotuit, *Domine, quis ſimilis tibi?* à te factum eſt, quidquid factum eſt, quia à ſe nihil factum eſt. tu es, qui feciſti omnia: ergo omnia infra te ſunt: quid ergo ſimile tibi? non ſufficit lingua mea, quam dediſti mihi, hanc tuam excellentiam enuntiare, ideò omnia oſſa mea, & ipſa adhuc interiora, & minutiora, nullo excepto, cupio linguas fieri, vt annuntient laudem tuam. *Omnia oſſa mea, dicent, Domine, quis ſimilis tibi?* ſi vtique linguæ fierent, hanc veritatẽ narrarent. Vbi ergo maneret lingua ad proferendam blaſphemiã? cum nulla eſſet, quæ non caneret excellentiam? At, quæ canit Dei excellentiam, niſi, quæ agnoſcit propriam deficientiam? quæ autem agnoſcit propriam deficientiam, niſi veri humilis linguæ, quæ miniſtra eſt cordis, à quo exeunt affectus, partus intellectus, Dei excellentiam agnoſcentis, & cuiũſque rei creatæ propriam vilitatem? Honoratur igitur Deus per humilitatem. Victrix ergo blaſphemiæ, eſt cordis humilitas. Hanc ergo amemus, & victores erimus.

Pſ. 34. 10.

Pſ. 99. 3.

CONSIDERATIO VIII.

Ex *mortificatione*.

LICET, cum ſupra de cauſis blaſphemiæ tractaremus, non meminerimus ebrietatis, & ludi, hæc nõ proinde excluſimus, quibus nihilominus per mortificationem ſui, opus eſt obuiare, vt reportetur victoria.

Nam quod ad ebrietatem attinet, ex ſacro eloquio eſt manifeſtum, blaſphemiam generare, teſte Iſaia dicẽte: *Væ, qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem.* Et paulò poſt pro effectu ſubditur: *Eloquium ſanctũ Iſrael blaſphemauerunt.*

Iſai. 5. 22.

Digitized by Google

Habemus autem de hoc exẽpla plura in ſcriptura Diuina.

Et primò, de primo illo blaſphematore de quo legitur Leuit.24. uit.24. 11. *Cumque blaſphemaſſet nomen Domini,& maledixiſſet ei.* Narratur namque hoc crimen poſt feſta, quæ ab Hebręis, dum erant in deſerto,fiebãt:quia autem tunc homines ſolẽt ſe ingurgitare, faciliùs ſolẽt inde blaſphemare. *Lyr. ibid.* Sic enim Lyranus colligit ex ebrietate, primam hanc ortam blaſphemiam, dicẽs: *Deſcribitur iſte caſus poſt deſcriptionem dictarum ſolemnitatium, quia in ſolemnitatibus ſolent homines comedere,& bibere,& per conſequens iurgari de facili, & inter iurgia prorumpere ad blaſphemias.*

Secundò, in populo Hebræo, Exod. 32. 6. de quo Exod. 32. dicitur: *Sedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere.* Vbi notat Lyranus in hebraico legi, *Lyran.* *illudere*. Chorizabant enim, & cantabant in veneratione Idoli, quod eſt illudere Deo. Cantaſſe autem,conſtat ex ipſo textu, verba illa. *Hi ſunt dij tui Iſrael, qui te eduxerũt de terra Aegypti.* Quod erat ſumma blaſphemia, creaturæ ſcilicet, inſenſibili tribuentes, quod Creatoris erat.

Tertiò, in Balthaſſare Babyloniæ Rege, de quo ſic Daniel. 5. Daniel.5 2. ſcribitur: *Præcepit ergo iam temulentus,vt afferrẽtur vaſa aurea, & argentea, quæ aſportauerat Nabuchodonoſor Pater eius de templo, quod fuit in Hieruſalem. Bibebant vinum, & laudabant Deos ſuos aureos, & argenteos, &c.* In quo maximè blaſphemabant,dãdo inſenſatæ creaturæ, quod ſoli Deo debetur. num. 4.

Blaſphemia ergo ex ebrietate frequentiſsimè naſcitur: cum autem caro ad vinum inclinet,inclinationem hanc naturalẽ mortificare oportet, vt anima de hoc hoſte victoriam glorioſam reportet. Et in hoc ſenſu dixit ſanctus, & venerabilis Presbyter Iſaac: *Sint tibi arma,ieiunium.* Loquebatur namque de modo debellãdi hunc hoſtẽ, & pro fortiſsimis armis, gulæ mortificationem aſſignat, ex qua tam frequenter, & potenter nos validus hic hoſtis impugnat. Hoc igitur cordi tibi ſit documentũ, ſi illius cupis tormentum. *S. Iſaac de contẽpt mund. c. 21 tom. 5 Bibl. vet. Pat.*

Eſt etiã frequenter homo pronus ad ludum, & hunc affectum oportet etiam per ſui mortificationem reſecare, vt ſecurè poſſit de hoſte hoc triumphare.

Sanctus Antoninus Archiepiſcopus Florentinus de luſoribus ait, Deum per Pſalmiſtam loqui, cum dixit: *Audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu.* Circuitus namque luſorum eſt, in quo Deus vituperatur aſſiduè, cui licet omnia, nuda ſint,& aperta,tamen hìc luſorum blaſphemias, ſe audire teſtatur, quaſi cætera non audiat *S. Antoninus tract. de Iuda.* *Pſ.30. 14*

ſce-

Digitized by Google

ſcelera, ſed per relationem alterius, eorum conſcius ſit, cum tamen ęquè omnia videat: At huic crimini, ſe inclinare, ait, auditum, quia turpiùs in illo offenditur, imò & frequentiùs, vt ipſe ſanctus Doctor teſtatur, dicens: *In nullo exercitio ita frequenter blaſphematur Deus, & tota Curia cœleſtis, quàm in ludo.* Et hoc aſſerit, teſtari Deum per Iſaiam Prophetam, cum dicit: *Iugiter tota die nomen meum blaſphematur in gentibus*, quæ vtique me non nouerunt, cum tam aſſiduè in luſorijs circulis blaſphemarunt, ac ſi non eſſem eorum Deus.

Iſ.52.5.

Sanctus etiam Bernardinus de hac materia loquens, ludum blaſphemiæ fontem appellat. *Quid eſt* (inquit) *ludus, niſi fons diuinæ negationis?* Et iterũ blaſphemiæ Patrem nominat: *Pater crudelis blaſphemiæ.* Sed quare crudelis? quia ad pęnas ducit æternas. Et rurſus macellum, ſeu carnificium vocat, in quo membra Chriſti ſcinduntur, & Sanctorum eius. *Quid eſt* (inquit) *barataria, niſi beccaria? in qua fruſtatim illius cæduntur membra, qui proprio ſanguine nos redemit, ac dulciſſimæ Matris eius, omniũque Sanctorum.*

S. Bernardin. ſerm. 42. ca. 1. tom. 1.

Iul. Tert. Hinc eſt, quod Iulius Tertius Pontifex Maximus poſt prohibitionem blaſphemiæ per Bullam ſpecialem ſub grauiſsimis pęnis, quæ incipit: *In multis depraua-tis moribus*, reſecare ſtudens, imo conuellere tanti mali radicem, ludum prohibuit, & eſt mortificatio, quam tibi, vt fortiſsimam tutelam contra tantum malum aſsigno, vt qui ſponte, non ſe illa munirent, ſaltem ſe continerent ſuperioris præcepto. *Quia verò* (inquit) *compertum habemus, ludos, quos baratarias vulgus appellat, præter multas iniquitates, quibus cauſam præbent, blaſphemiam maximè enutrire, gignere, & euomere, ideò auctoritate noſtra, in ſpiritu Domini, præſenti Decreto noſtro amouemus, damnamus, & prohibemus huiuſmodi baratarias, tanquam ſemina pluriũ impietatum.* Licèt autem de hoc ſolo ludo mentionem faciat Summus Pontifex per prohibitionem illius, quia, ſcilicet, vberior cauſa mali huius exiſtit, tamen à cæteris etiam, quos experientia didicimus, in hoc barathrũ nos proijcere, tenemur nos abſtinere, ſi cupimus victoriam obtinere.

At non debet mortificatio iſta eſſe tantùm præſeruatiua, ſed etiã punitiua, ideſt, non debet tantùm adhiberi, ne committatur malũ, ſed etiam, vt corrigatur commiſſum. Hinc varios huius mortificationis modos tradidère milites Chriſti. Nam aliqui dixerùnt, toties linguam mordendam, quoties compertum fuit rotuliſſe blaſphemiam. Vnde Chr ſoſtomus ait: *Refrena igitur linguã,*

Chryſoſt. hom. ad bapt.

Digitized by Google

et si non patitur reticère, dentiũ morsu quiescat, & tamquam carnifici, dentibus tradatur.

Alij docent, tot vicibus esse terram lingua lambendam, quoties in hæc conuitia prodijr.

Alij similiter, à cibo aliquo delicato, ad quem natura inclinat, abstinendum. Et ad hoc propositum, teste Patre Centurello Clerico Regulari in suo tract. de blasph. cap. 24. Narrat Ioannes Nider in suo Formicolario exẽpla tria, ex quibus facilè constat efficacia mortificationis istius ad corrigendam blasphemiam.

Centurel.

Et primò, de quodam sui temporis milite, robusto, nominato *Boaro*, qui in cuiusdam Comitis curia educatus, eum habitum acquisiuit blasphemiæ, vt nullum sermonẽ proferret, qui blasphemia nõ esset admixtus. Post multum verò temporis, propria conscientia contra ipsum clamante, se emendare omni conatu quæsiuit. Tamen laborabat frustra: Nã lingua ex diuturna consuetudine iam assueta blasphemiæ, effrænis prorumpebat in illam. A suo tamen Confessario, facultate accepta, proposuit toties abstinere à carnibus, quoties in blasphemiam incurrisset, suisq. seruis rigorosè imposuit, vt numerum notarent blasphemiæ, sibique referrent fideliter. Cumque per aliquod spatium temporis in curia cuiusdam Germaniæ Principis, sacri Imperij Electoris moraretur, ibique assiduè blasphemasset nomen Diuinum, postquã redijt domũ, relatus illi fuit numerus blasphemiarum, abstinuitque à carnibus per sex cõtinuos menses, vt sic sibimet assignatæ mortificationi, fideliter satisfaceret. Fuitque hoc tam potens remedium, vt, diuina gratia adiutrice, totaliter ab hoc vitiò fuerit liberatus.

Secundò, de alio blasphematore in ciuitate Augusta, qui proposuit efficaciter, lanceola ferrea, statim, prolata blasphemia, vel saltem antequam dies ipsa transiret, carne propria scissa, sanguinis tot guttas effundere, quot vicibus blasphemasset. Quod seruans fideliter, breui fuit ab hoc malo immunis.

Tertiò, de alio, qui considerãs quàm difficulter se à blasphemia refrænaret, vouit die illa à vino abstinere, quo in blasphemiam lingua laxaret, quod exequens rigorosè, à consuetudine tali se penitùs liberauit, sicque triumphauit. Hos igitur imitemur, & plures alios, qui ita vicerunt, & nos pariter victores erimus.

CONSIDERATIO IX.

Ex *Punitione*.

MAXIME efficax est hoc remedium ad coercendam blasphemiam, cũ, scilicet, quis considerat, acriter eam

eam puniri, teſte etiam S.Thoma
S.Th.2.2 dicente, *Homines deterrentur in*
q.13.ar.4 ad 1. *præſenti à blaſphemia propter timorem pœnarum, quas ſe putant euadere*. Ita puniuit Apoſtolus Alexandrum, & Hymæneum, de
1.ad Tim 1.20. quibus ad Timot.ait, *quos tradidi Satanæ*. Ecce punitio. Sic enim
Lyran. dicit ibi Lyranus, *Eos excommunicando, & etiam vexationi dæmonis ſubdẽdo: dæmones enim in inferno executores ſunt diuinæ iuſtitiæ, & etiam aliquando in hoc mundo*. Quod confirmat
Pſ.77.49 ex verbis illis Prophetæ, *Miſit iram indignationis ſuæ, indignationem, & iram, & tribulationem, immiſſiones per angelos malos*: finis autem talis punitionis ſubiungitur ad propoſitum, *vt diſcant non blaſphemare*. Vbi idẽ Lyranus ait, *Correcti per experientiam pœnæ*. Quod Hiſpanicè idem valet, ac dicere, *paraque aprendan à ſu coſta*. Et Italicè, *acciòche imparino à ſpeſe ſue*. Punitio ergo in ſe ipſo experta, linguam blaſphemia facit expertem.

Sed & in alijs viſa, multùm ad abſtinentiam confert. Dicitur nãque
Leuit.24 14. Leuit. 24.14. *Educ blaſphemum extra caſtra, & ponãt omnes, qui audierunt, manus ſuas ſuper caput eius, & lapidet eum populus vniuerſus*. Cur, quæſo, multitudo tota in vnum reum lapidibus incurrit, cùm multò pauciores carnifices ſatis fuiſſe viderentur? optima quidem ratione. Volebat namque Deus, vt peccatum illud blaſphemiæ, de quo reus ille accuſabatur, lõgiſsimè ab eo populo exulàret: ſtatuit igitur, vt totus populus eſſet illius criminis reprehenſor, & vltor, quia credebat, neminem adeo fore inſanum, vt peccatum, quod in alio puniret acriter, ipſe impudenter perpetraret. Ita ingeniosè Saluianus reſpõdet lib.3 de prouidentia. *Punitus* (inquit) Saluian. *ſub teſtimonio eſt, vt damnare, ſcilicet, videretur reum iuſtitia, non poteſtas: exemplo, ſcilicet, ad cunctorum emendationem proficiente, vt, ne quis poſtea admitteret, quòd omnis in vno populus vindicaſſet*. Eſt ergo fortiſsimũ ſcutum contra iſtud conuitium, illius ſupplicium in alio viſum: vnde dixit etiam Iſidorus, *Reſpice in alio exitio, quod paueſcas, euita foueam, in quam alium videris cecidiſſe coram te*. Et ſanctus Gaudentius Epiſcopus Breſcianus ait, *In hoc autem ſæculo idcirco interdum blaſphemi tormentis inenarrabilibus conſumũtur, vt cæteri eorum ſupplicijs terreantur*.

Iſidor. in ſent ſo lut.lib.1. c.10.

S. Gaud. præf. in Exod.

Præmatura mors apponitur blaſphemorum cum exemplis.

ET licèt pœnam mortis lapidibus conſũmandæ, Deus in Leuitico aſsignauerit illi, qui de blaſphemia eſſet conuictus,

Digitized by Google

& deinde leges aliæ acerbæ latæ ſuper hoc fuerint, vt ſupra eſt viſum, non finit tamen Deus hoc malum, *etiam ad forum contentioſum non deductum*, impunitũ, etiam in hac vita. Nam frequenter illud morte immatura mulctat. Hoc enim intendebat diabolus humani generis hoſtis, cũ per fœminam, blaſphemiam militi Chriſti ſuggeſsit, cùm illi dixit, *Dic aliquod verbum contra Dominum, & morere*. Quæ verba S. Gaudentius, loco ſupra citato conſiderans, ait, *Mortem blaſphemanti debitam, ſuggeſsit acquirendam callidus ſerpens*. Et aptiùs quidem Apollinarius in eundem locum, dixit, *Blaſphemiam ſolam ſtatuebat, quæ ſubitam necem afferret*. Vide, quomodo mortem ſubitaneam prætẽdebat, qui eam blaſphemo debitam ſciebat. Hoc enim apud eundem Iobum ſcribitur, cùm de eo dicitur, *Antequã dies eius impleantur, peribit*. Et in Proverbijs habetur, *Os ſtulti, contritio eius, & labia ipſius, ruina animæ eius*. Non tantùm enim dè animæ caſu intelligitur per peccatum in æternum barathrum, ſed etiam in corporis interitum. Ruina namque animæ dicitur, quatenus ſic ſeparatur à corpore, cui eſt naturaliter copulata, habens naturalem propẽſionem ad illud. Quod etiam conſtat ex lectione S. Cyrilli Alexandrini, ita legentis verſiculum præcedẽtem,

Iob. 2. 10.

S. Gaud.

Apollin.

Iob 15. 32

Prou. 17. 7.

Labia inſipientis impellunt eum ad mala: os autem eius audax, mortem inuocat. Bene autem dicitur *audax*, quod in cœlum ponitur, & *mortem inuocare*, quaſi certò, & quàm citò, niſi reſipiſcat, eſt puniendũ. Si enim mors fugientem ſequitur, & nemo euadit, quò ſecuriùs, & citiùs comprehendetur ab illa, qui non fugit? imò inuocat, cùm blaſphemat? Certiſsimè veloces, violentaſque manus illius experietur, vt fuerũt experti blaſphematores ſequentes.

Cyr. Alex. lib. 6. de ador. in ſpirit. & ver. cir.

Et primò, vt breuitatis cauſa, plures alios prætermittam, Pharao blaſphemator diuinæ omnipotentiæ, cùm dixit, *Quis eſt Dominus, vt audiam vocem eius, & dimittam Iſrael? neſcio Dominum, & Iſrael non dimittam*. Quaſi *ad deſpectum Dei*, diceret, libertatem populo huic, Domino inuito, negabo. Fuit tamen ipſe in pœnam huius blaſphemiæ, cum toto exercitu ſuo in aquis maris ſubmerſus, nemine euadente, qui rediens in Ægyptum, poſſet infauſtus nuntius eſſe mortis Regis blaſphemi cum comitatu ſuo. Ve ibidem narratur cap. 15.

Exod. 5. 2

Secundò, in Gigante Goliath, & Holoferne ſimiliter blaſphematoribus omnipotentiæ Dei. Quorum alter, manu adoleſcentis fuit cum dedecore interfectus; alter fœminæ manu, vt magis eluceret blaſphemata virtus diuina, quæ per inſtrumẽta debilia profterne-

1. Reg. 17

Iudith. 6. 2. & 6. 13

Digitized by Google

ſterneret conuitiatricem ſuperbiam.

Tertiò, in duce illo Regis Ioſaphat, prouidentiæ, & potentiæ Dei blaſphematore, qui conculcatus à populo, miſerabiliter perijt. 4. Reg. 7. Simili modo blaſphemantes Iſraelitæ, cum in deſerto dixerunt, *Numquid & panem poterit dare, aut parare mẽſam populo ſuo?* Fuerunt repente occiſi.

4. *Reg.* 7.

Pſ. 77. 19 *Numer.* 11. 33.

Quartò in Nicanore ſuperbo, qui potentiæ diuinæ derogans, & ſtatuens ſuam, impiè blaſphemauit, tulit tamen pœnitentiã acerbã criminis ſui, abſciſsione, & diuiſione membrorũ. 2. Mach. 15. Quintò in Sennacherib Rege Aſsyriorũ, cui, Angeli Dei manu, centum octoginta quinque millia hominum fuerunt occiſi, & ipſe à filijs ſuis gladio percuſſus, & interemptus.

2. *Mach.* 15. 3. & *ſeq.*

4. *Reg.* 19

Sextò in ſeruis Benadad Regis Aſsyriorum, qui ſimiliter potentiam Dei blaſphemantes, qui poſſet in montibus ſaluare, & nõ in campeſtribus, fuerunt vna die occiſi vigintiſeptem millia hominum, & ipſe Rex captus, & humiliatus cum remanentibus paucis. Cauſa enim aſsignatur ibi. *Quia dixerunt Syri Deus montium eſt Dominus, & non Deus vallium, dabo omnem multitudinem hanc grandem in manu tua, & ſcietis, quia ego ſum Dominus.* Vt rei probauit euentus & ibi narratur.

3. *Reg.* 20 28.

Septimò in puero quodam annorum quinque, de quo narrat ſanctus Gregorius in Dialogis, quòd aſſuetus blaſphemijs de ſinu patris raptus fuit viſibiliter à dæmonibus, & deductus ad inferos, perpetuò cruciandus. Vt etiam ad aliud propoſitum mẽminimus Volumine primo.

S. Gregor. 4. Dial. c. 18.

Octauò, in illo, qui cum amico in Germaniæ partibus, in quadam taberna vino ingurgitatus, incaleſcens iam mero, Deum inuitauit ad potum, dicens, aperi ò Deus, iam aures tuas, ſi tu vis, ego te inuito, hoc pacto, vt vicẽ rependas, aliter me grauiter iniuriatum putabo. Et ſi tu melius iſto produxiſſes vinum, biberes certè. Vix, his prolatis, manus, qua poculum tenebat, repentè aruit, loquela defecit, vt appareret mutus, & abſque dolore magno, reſpirare nequibat. Qui aſſiſtebant, eum domum perducere ſunt conati: at ne ad vnum quidẽ paſſum, eum mouere potuerunt; & multitudine magna hominum robuſtorum conuocata, qui eum ligatum funibus ad tres equos, ne hoc quidem modo, eum dimouere poterãt, ipſo ſemper, velut columna immobili, permanẽte. Magiſtratus ciuitatis conſiderans ex voluntate diuina ita accidere, criminoſum blaſphemũ comburere ſtatuit ſimulcũ domo in qua conuitiatus fuerat Deo. Sic Gabriel Bateolus tom. 2. ſuæ Chronologiæ anno 1580. 24. die Iulij

Gabriel. Bateol.

Digitized by Google

Ioan. Ci-
turelli. Iulij & refertur à Ioanne Centurelli Clerico Regulari in ſuo tractatu de blaſphemia c. 39. circa finem.

Nonò in quodam natatore Syracuſano blaſphematore magno, qui cum ſemel de nauicula in mare tranquillum, cauſa natandi, ſe proieciſſet, ſtatim ſubmerſus eſt. Poſt modum amici piſcantes, & educentes de mari mortuum, inuenerunt cadauer eius totum integrum præter linguam, quam non inuenerunt. Vt in illo membro maximè oſtenderet Deus vindictam, in quo
Gabr. Barlet. peccauerat. ità Gabriel Barletta Ordinis Prædicatorum. in ſuo Quadrageſimali Feria 3. Dominicæ 2.

Decimò, in eo, qui habitans Florentiæ, cum blaſphemijs delectaretur, dum eſſet in ſocietate quorundam, Deum cæpit grauiſsimè blaſphemare: Sed mox diaboli rapuerunt eum in aëra, & ſotulares eius cecideruntin vno loco, & caligæ in alio, donec totaliter fuit ſpoliatus, & non fuit ampliùs viſus. Ità idem ſupradictus Auctor ibidem. Ferè ſimile narratur à Diuo Bernardino Senenſi tom. 4. ſerm. 33. vt refert Centurellus ſupra citatus.

Ponuntur alia exempla Blaſphemorum in Sanctos.

CVm idem Deus optimus maximus blaſphemetur in ſanctis ſuis, vt ſupra docuimus, proinde non tantùm blaſphemiam in ſe immediatè conjectam, acerrimè punit, verum & eam, quæ in ſanctos ſuos conijcitur. Ob id nos ſeriò de exitio iſto admonuit Sapiens, dicens, *Ruina eſt homini deuorare ſanctos.* *Prou. 20. 25.* Vbi alia littera habet *deglutire, vel blaſphemare, ſeu cõtumelijs afficere ſanctificatum,* vt ſic diſceremus, ſaltem timore correpti, ab hoc malo eſſe illæſi, cum tam acerbè reperiantur puniti, qui illo ſunt inuoluti, maximè, qui in Virginem Mariam, Deiparam, omnium Sanctorum Reginam, & omni laude digniſſimam, os ſuum maledicum, irreuerenter, & impiè aperuerunt, vt etiam ex ſequentibus exemplis facilè eſt videre.

Et Primò in eo, de quo idem Barletta paulò ſupra citatus, ſic narrat ibidem. Alius quoque (inquit) Virginem glorioſam blaſphemans membratim, & mẽbra illa, quæ in Virgine blaſphemabat, amittens in corpore ſuo, demùm deſperatus, venter crepuit eius, & ſic infelicem animam in manibus diaboli reddidit. lege S. Bernardinum tom. 1. ſer. 41. *Barletta.* *S. Bernardinus.*

Se-

Digitized by Google

Secundò, in iuuene quodam, qui in Prouincia Mediolanenſi manus conſerens cum inimico ſuo, tuncque ſacratiſſimam Virginem blaſphemans, dum os ad blaſphemiam apertum haberet, inimici gladius intrauit in ipſum, & blaſphemam linguam à radice ſcidit, ſicque miſerrimè perijt. Ita Baldeſanus cap. 21. lib. 3. *Stimuli ad virtutes*, vt refert Centurellus ſupra citatus cap. 40.

Baldeſanus.

Tertiò, in eo, qui ad taxillos ludens, cumque ſe vinci conſpiceret, & pecuniæ iacturam facere, cæpit blaſphemiam in Deũ iacere, cumque à ſocio carperetur, non ſolùm ſe non cohibuit, verùm, & in Beatiſſimam Virginem cæpit blaſphemum os aperire, tunc repente audita fuit vox de cœlo, dicens. *Meam quoque iniuriam vſquemodo ſuſtinui: matris autem meæ contumeliam nequaquam potero tolerare*. Et ad vocem iſtam, ſtatim effectus fuit ſequutus. Nam miſerrimus ille ab inuiſibili manu, viſibiliter percuſſus, ſpumam copioſam emittens per os blaſphemum, ceſſit è vita. ità Cæſarius lib. 7. c. 44. relatus à Centurello prædicto loc. cit.

Cæſarius

Quartò, in eo adoleſcente, qui ludo inſiſtens, ſic in ſanctum Hieronymum irreuerenter prorùpit, *ſi quid ille poteſt Hieronymus, qui ludos probibet, iam exerceat, nam, ipſo inuito, hinc non niſi victor exurgam*. Quibus prolatis, ſtatim dæmon illum rapuit viſibiliter, & detulit in infernum. Ità magnum Speculum Exemplorum diſt. 7. Exemplo 85.

Magnum ſpeculum exempl.

Quintò, in eo, qui in conuiuio quodam coram multis, ſanctum Dalmatium blaſphemauit Epiſcopum, ciuitatis Rutonenſis, & è manu pincernæ volens paterram accipere, vt biberet, ita repentè cæpit totus contremere validè, vt ſupra ſocium vicinum procumbens, animam blaſphemam efflauerit, miſerrimè torquendam perpetuò in inferno. Ità Greg. Turon. lib. 4. cap. 46. qui ibidem cap. 16. narrat de alio nominato Leone, qui Diuũ Martinum blaſphemans, ſtatim mutus deuenit, ſurdus, & ſtultus, & ita obijt cum ſtupore omnium. Sic refert ſupracitatus Centurellus.

Greg. Turon.

Quod Principes, & Iudices Chriſtiani debent acriter punire blaſphemiam.

Primò, *propter damnum ſpirituale, quod fugiunt.*
Secundò, *propter lucrum ſpirituale, quod acquirunt.*
Tertiò, *propter emolumentum temporale, quo fruuntur.*
Quartò, *propter detrimentum temporale, quod incurrunt.*
Et primo de damno ſpiritua-

Digitized by Google

tuali patet, quia graue peccatum incurrunt, quo occiditur anima, quod bonum pretiosissimum est, omnes thesauros terræ longè excedens, pro quo Altissimi filius dedit totum sanguinem suum infiniti valoris. Ità expressè asserit S. Antoninus Archiepiscopus Florētinus his verbis, *officiales in omnibus locis, qui omittunt ex negligentia blasphemantes punire, grauiter peccant.* par. 2. sum. tit. 7. c. 5. S. Antoninus.

Secundò, S. Bernardinus Senensis ita ait, *in hoc eodem scelere participes sunt Domini, & Regimina ciuitatū habentes, de correctione huius vitij non curantes.* Rursùs idem sic dicit, *quilibet Principes omnium blasphemiarum, quæ fiunt sub eorum dominio propter negligentiam puniendi, seu corrigendi, indubiè participes fiunt.* tom. 2. ser. 16. c. 2. Quemadmodum ergo anima blasphemi moritur Deo, & rea fit pœnæ æternæ: ità anima Principis, seu Iudicis negligentis punire blasphemum. S. Bernardinus to. 1 ser. 41. c. vlt.

Et patet hoc primò à simili de Saule cōtemnente occidere Agag dignum morte. 1. Reg. 15. amisit namque gratiam Dei, quæ vita est animæ, vt ibi narratur. Secundò de Achab Rege Israelis parui pendente necem inferre Benadad Regi Syriæ, quare à Propheta audiuit, *quia dimisisti virum dignum morte, anima tua erit pro anima eius.* 3. Reg. 20. 42.

Tertiò idem probant verba S. Vincentij Ferrerij de blasphemia sic loquentis, *quia istud peccatum non corrigitur, reuertitur in caput illorum, qui* habent *corrigere.* S. Vincen. Ferr. ser. 1 Domin. 3. post Pasch.

Quartò sacrum Lateranense Concilium, sess. 9. §. *ad Abolendam*, ita ait, *statuimus, vt seculares Iudices, qui contra tales blasphemiæ conuictos non animaduerterint, eosque iustis pœnis minimè affecerint, quantum in eis fuerint, quasi eidem sceleri obnoxij, eisdemque pœnis subijciuntur.* Vbi apertè, ad propositum asserit, eos eidem crimini subijci, eoquod condignè punire contemnant. Lateran. Concil.

Quintò, Iustinianus etiã Imperator in Authen. tit. 5. Nouell. 77. post prohibitionem blasphemiæ sub grauissima pœna mortis, ita pro Præsidibus subiungit, *si Præfectus inuenerit quosdã tale quid delinquentes, & vindictam in eos non intulerit secundùm nostras leges, primùm quidem obligatus erit Dei Iudicio: post hæc autem, & nostram indignationem sustinebit.* Hæc Imperator. At quomodo, quæso, erit Iudicio Dei obnoxius, nisi ex conscientia rea, contempta blasphemia? Iustinian. Imper.

Iuris etiam Consulti sęculares hoc docent apertè, inter quos sic dicit Iulius Clarus, *Iudicio meo, grauiter peccant Principes Christiani, & eorum Magistratus, qui hoc crimen seueriſsimè non pu-* Iul. Clar.

puniunt. lib. 5. recep. ſent. §. blaſphemia.

Comes etiam Ioannes Baptiſta Ploto in ſuo tractatu de *blaſphemia*, num. 54. ſic ait, *Debent autem Principes, & Iudices ſeuerè punire blaſphemos, alioquin ipſi peccant mortaliter*. Et rationem ſubdit, *quia facilitas veniæ, vel pœnæ parua, & contemptibilis, præbet incentiuum delinquenti.*

Plato.

Secundò, *de lucro ſpirituali, quod acquirunt*, etiam eſt manifeſtum. Nam ſpiritus Dei loquēs per Sapientem, ſic dicit ad omnes Iudices, *diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram*. in Prouerbijs autem ita ait, *Iuſtitia autem liberabit à morte*. Vtique æterna, & per conſequens dabit vitam æternam, vt ſequenti capite dicitur, *in ſemita iuſtitiæ, vita*. Signanter autem ſemita nuncupatur, quia compendioſa eſt via, qua peruenitur ad vitam. Si ergo à morte liberat animæ, ipſamque viuificat, magnum lucrum ſpirituale afferre, eſt clarum.

Sap. 1. 1.

Prou. 1. 14

Prouer. 12 28.

Huic adiunguntur Indulgentiæ decem annorum conceſſæ Iudicibus crimen hoc puniētibus, vt in citato Lateranenſi Concilio dicitur, vbi hæc verba habentur, *Quos omnes* (ſcilicet, Principes, & Iudices Ciuitatis) *in virtute ſanctæ obedientiæ hortamur, & monemus in Domino, vt pro diuini nominis honore, ac reuerentia in ſuis domibus, ac cæteris præmiſſa omnia ſeruari exactiſſimè exequi mandent, ac faciant*. Et ſupradicta ſubiunguntur ſpiritualia lucra, *vberrimam ab ipſo Domino Deo tam boni operis, ac pij mercedem habituri, ſimilemque annorum decem Indulgētiam ab Apoſtolica ſede conſequuturi*.

Tertiò, *etiam de emolumento temporali, quo ſunguntur*, patet; ſubiungitur namque ibi *cum tertia parte multæ, qua dictus blaſphemus plectitur, quoties tale ſcelus puniendum curauerint*.

Et S. Bernardinus to. 1. ſer. 41. 3. ita de hoc lucro loquitur. *O quot denarios lucrari poſſunt Principes puniendo blaſphemos, cum Dei, & ſui magno honore, & lucro Sanctiſſimo, & benedicto: teneo namque certiſſima fide, quod nullum temporale lucrum in eorum manus obuenit gratius, quàm ex ſolicita, & iuſta punitione huius ſceleris. O ſanctiſſimi denarij ex huius ſceleris punitione acquiſiti; ò ſtabile lucrum à tota cœleſti curia benedictum. O denarij iuſti, per quos tota iniuſtitia, & iniquitas refrænatur*.

Bernar. diuus.

Quartò demùm *de detrimento temporali, quod incurrunt* ex incuria puniēdi hoc crimen, patet ſimiliter ex ſcripturis, Patribus, & experientia. Dicitur namque Iſai. 1. 4. *blaſphemauerunt ſanctum Iſrael*. Et blaſphemiæ effectus ſubiungitur, *terra veſtra deſerta: ciuitates veſtræ ſuccenſæ igne. Regionem veſtram coram vobis alieni deuorant, & deſola-*

Iſai. 1. 4.

bitur

bitur ſicut in vaſtitate hoſtili.

Quapropter de hoc crimine loquens S. Vincentius Ferrerius, ſic ait. *Dico, quod ſi non eſſent alia peccata in mundo, iſtud eſſet ſufficiens ad deſtruendum villas, communitates, & totum mundum, niſi corrigatur.*

S. Vincen Ferrer. ſer. Dom. 3. poſt Pa. ſcha.

In huius etiam confirmationem faciunt ſatis verba diuina per Sophoniam Prophetam dicta, *Moab, vt Sodoma erit, & filij Ammon, quaſi Gomorha, ſiccitas ſpinarum, & acerui ſalis, & deſertum vſque in ſempiternum.* Ecce ſterilitas denotata per ſiccitatem ſpinarum, & ſalis acerũum, ſed quæ tanti mali cauſa? blaſphemia. Subditur namque. *Hoc eis eueniet pro ſuperbia ſua, quia blaſphemauerunt.*

Soph. 2. 9.

num. 10.

Hinc exitium imminens ciuitati Antiochenæ tribuit Chryſoſtomus contemptui puniẽdi blaſphemiam. Sic enim dicit Homilia 2. ad populum Vrbis illius, *Mercedem laborum meorũ exegi: quæ vero erat merces? ciuitatis blaſphematores punire, & caſtigare: Deum contumelia afficientes, & impios cohibere. Si enim talia auſos puniſſemus, non talia nunc accidiſſent, quæ acciderunt. Quantò melius erat, ſi periclitari oportebat, ipſos caſtigãtes, & corrigentes aliquid pertuliſſe, quod & coronam martyrij nobis attuliſſet, quàm nunc formidare, & tremere, & ex illorum petulantia mortem expectare? Ecce paruum crimen commiſſum eſt, & culpa communis efficitur. Si autem præuenientes, ipſos ex Vrbe expuliſſemus, & correxiſſemus, & ægrotum curaſſemus membrum, non præſentem timeremus pauorem. Propterea clamare, & conteſtari non deſiti, blaſphemantium furorem puniamus, ipſorum mentẽ caſtigemus, ipſorum ſaluti prouideamus. Et ſi hoc facientes mori oporteat, magnum nobis hoc afferet lucrum, ne communẽ Dominum contumelijs affici, negligamus. Magnum ciuitatis malum pariet, talia deſpicere. Hæc dicebam, hæc nunc acciderunt, corporis illius pœnas pendimus. Deum contumelia affectum deſpexiſtis? Ecce permiſit Regem contumelia affici, & de extremis periculum omnibus impendere, vt in hoc timore, illius negligentiæ pœnas demus. Nunc è præſenti calamitate caſtigati, inordinatum illorum furorem cohibeamus: obſtruamus ipſorum ora, tanquam fontes mortiferos concludamus.* Hactenus hic S. Doctor

S. Chryſoſt.

Eſt tamen ſciendum, Antiochenos iniuria affeciſſe ſtatuas Theodoſij Imperatoris, & Pulcheriæ vxoris ſuæ, & ex hoc nimis indignatum, vltimũ exterminiũ ciuitati illi fuiſſe comminatum. S. autem Chryſoſtomus illius Ciuitatis Epiſcopus tanquam Pater deplorat imminentia mala populo ſuo, & aſſeuerat blaſphemias impunitas, eſſe cauſam potiùs illius exitij,

Digitized by Google

exitij, quàm ſolam ſtatuarum iniuriam, quam Deus permiſit, vt ſic puniret etiam iudices contemptores iuſtitiæ exercendæ in blaſphemos, docetque, remedium tot malorum eſſe, obſtruere blaſphemorum ora, quæ vocat fontes mortiferos, quatenus & ipſis, & cæteris mortem afferunt mentis, & corporis.

Vnde dixit etiam pijſſimus quidem, & iuſtiſſimus Iuſtinianus Imperator in Authent. tit. 5. Nouell. 77. *Docemur à diuinis ſcripturis, quia huiuſmodi impijs actibus, & ciuitates cum hominibus pariter perierunt.* Et ibidem, cauſam puniendæ in Deum blaſphemiæ, hanc aſſignat. *Si enim contrà homines ſacræ blaſphemiæ, impunitæ non relinquuntur, multò magis, qui ipſum Deum blaſphemant, digni ſunt ſupplicia ſuſtinere.* Quando ergo non puniuntur à Iudicibus terræ, punit ipſe Deus ſimul cum blaſphemis Iudices contemptores iuſtitiæ, populum etiam involuens.

Ad hoc propoſitum facit, quod narrat Boerus deciſ. 301. n. 4. de Roberto Galliarum Rege, quo regnante, totum regnum grauiſſimè laborabat. Quapropter Rex pius ad Deum per orationem confùgit, vt tot amotis periculis, redderet tranquillitatem, & pacem. Cui Deus in oratione reſpondit, non habiturum Regnum pacem, neque fore à malis tot liberandum, niſi ipſe omni ſuo conatu à toto regno ſuo eradicaſſet blaſphemiam, manifeſte tot calamitates huic ſoli malo attribuens.

Oſtenſum ergo eſt, Iudices punientes hoc crimen, multa bona acquirere, & plùra mala vitare.

Hac conſideratione armati multi Iudices pij, acriter puniunt blaſphemiam. Inter quos Ludouicus fuit, pijſſimus Francorum Rex, qui à ſe legem ſancitam, quod ſanctum nomen Dei blaſphemans, aut glorioſiſsimæ Matris ſuæ, ignito ferro ſignatur in fronte, inuiolabiliter obſeruari voluit in quodem nobili regni ſui, de crimine iſto conuicto, multorum preces renuens exaudire, quibus proponebatur delinquentis nobilitas, vt quod ob id, confuſibilis pœna illa eſſet meritò commutanda in aliam mitiorem. Nam reſponſum hoc dedit, dignũ ſanè Rege pio, Ego me felicem haberẽ, ſi poſſem hãc ipſam in perſona mea pœnam ſubeundo, à Regno diabolicam, & prauam blaſphemandi conſuetudinem eradicare. Ita Paulus Æmilius lib. 6. hiſt. Francor. & S. Anton. 3. p. tit. 9. c. 4.

Scribit etiam de ſeipſo Pariſ. de Puteo, tract. de Synd. verbo *condemnatio*, quod gerenti ſibi officium commiſſarij in Regno Neapolitano, obuius fuit factus ruſticus quidam in agro, per quem iter faciebat, qui coram ipſo

ipſo Deum blaſphemauit, cuius linguam ſtatim fecit præſcindi, & ad arborem quandam affigi, vt idem membrum pœnam ſolueret, quod commiſerat culpam. Nam ſic in Regno illo inuiolabiliter mulctabatur huiuſmodi crimen ſecundùm conſtitutiones Catholici Regis Ferdinandi confirmatas à Corolo Quinto, & Philippo Secundo Hiſpaniarum Regibus.

Eſt tamen adhuc ſciendum, quod nõ tantùm Principes Chriſtiani, verùm etiam Machometus in Alchorano ſuo blaſphemiam prohibet ſub grauiſſima pœna, ſic dicens, *Quicunque Deum, vel Chriſtum, vel B. Virginem blaſphemauerit, medius diuidatur*. Vt refert P. Barletta Ordinis Prædicatorum ſupra citatus, & meminit etiam D. Bernardinus tom. 1. ſer. 41. cap. 3. qui ſeq. cap. narrat blaſphemiam punitã acriter à quodam Iudice Turca in obſequium legis ſuæ. Verba S. Bernardini ſunt hæc. *Detulit mihi, quidam frater de ordine, & ſocius noſter, vnum Saracenum in terra ſancta grauiter fuiſſe punitum ab officiali pagano, eo quod verbum inhoneſtum contra Virginem protuliſſet*, & ſubiungit, *ad barbam officialium Chriſtianorum*, vt oſtenderet, peiores eſſe Iudices chriſtianos paganis, quando negligunt punire blaſphemiam.

S. Bernardinus.

Ex tota ergo conſideratione præſenti habetur, quomodo debeamus contra hoſtem iſtum pugnare, vt per pœnas inflictas, eum quàm longiſſimè propellamus, non quidem à nobis tantùm, verùm & à proximis noſtris, quos dum corripimus ità, verè ſanè diligimus, vti credi debet de Apoſtoli charitate, quæ Alexandrùm, & Hymeneum, ad tempus tradidit torquendos à Satana, vt ſupra retulimus. Et hæc pro conſideratione iſta. Sequitur

CONSIDERATIO X. & vltima.

Ex *Correctione*.

POſtquam præcedenti conſideratione tradidimus, quomodo Iudices, & Prælati debeant per inflictionem pœnarum punire blaſphemos, hìc peculiariter agimus, quomodo debeant quoque ſubditi in malum hoc inſilire, & ſaltem verbis obiurgare blaſphemum, qui non veretur Deum impiè iniuriare. De qua correctione loquens ſanctum Concilium Lateranenſe ſupra citatum, ita decernit, *Quicunque blaſphemantem audierit, eum acriter verbis obiurgare teneatur, ſi citra periculum ſui, id fieri poſſe, conſtinget*. Vbi in eo quod dicit, *quicunque*, neminem excipit, qui non corrigat. Et ſic

Concil. Later. ſer.

omnes

omnes ſunt correctores criminis iſtius, quicumque illi ſint. Modus autem traditur, quod, ſcilicet, *verbis acriter* fiat, modo abſit periculum correctoris. Aduertit autem Leſsius, hìc opus eſſe prudentia. Nam quandoque ſufficiet, inquit, *rei grauitatem abſque alia verborum aſperitate, ob oculos ponere.* Secundùm ergo circumſtantias occurrentes expediet acrimonia. Et tunc locum habebit decretum ſancti Concilij, iuxtà ipſum Doctorem. Aliquando verò ſufficiet ipſa propoſitio grauitatis criminis, ſine aſperitate.

Leſſius de iuſt. & iur. lib. 2. c. 45. n. 34

Licet autem emendatio probabiliter non expectetur, ab hac correctione ceſſandum non eſt, vt idem Leſsius docet ibidem. Qui tamē limitat ſic, *modò aliud malum non timeatur, v. g. ne amplius blaſphemet.*

Leſſius

Quando ergo hoc non timetur, omnino eſt corrigendum. In hoc enim differt correctio iſta, à correctione, qua cætera corriguntur peccata, vt cap. 52. notat Cērurellus ex communi Doctorum ſententia, quia finis correctionis iſtius, nō tam eſt emendatio, quàm blaſphematoris punitio. Eſt namque ità crimen blaſphemiæ deteſtabile, quòd ab omnibus mereatur puniri. A principibus quidem, & Iudicibus, temporalibus pœnis, & à ſubditis, reprehenſionibus acribus. Quod quidem ſignificare voluit Deus in punitione primi blaſphemi, volens, vt à toto populo puniretur Leuitic. 24. 14. vt ſupra eſt dictum. Quare licet emendatio non expectetur, non erit vana correctio, quia finis hic principalis habebitur.

Oritur autem neceſsitas correctionis iſtius, *proximè* quidē, ex præcepto Concilij adducto: *remotè* autem, ſeù radicaliter, ex ſubiectione, quam habemus ad Deum, tanquam Dominum noſtrū, titulis pluribus, ſcilicet, creationis, cōſeruationis, redemptionis, & quemadmodum ſubditus tenetur defēdere Domini ſui honorem: ita quilibet homo tenetur increpare blaſphemiam, vt Leſſius citatus docet. *Quia* (inquit) *tenetur honorem Diuinum tueri.* Sic autē tuetur: ergo quiſque blaſphemum corrigere tenetur. Quia nemo ab hac obligatione excipitur. Habent etiam hìc locùm motiua alia ſuprapoſita, ſcilicet, quod ſit Pater noſter, & amicus noſter. Filius namque, & amicus tenentur defendere patris, & amici honorem.

Vnde ex motiuo dilectionis intulit benè Carthuſianus neceſſitatem huius increpationis, dicēs: *Et ſi pium ſit, propriam æquanimiter ferre iniuriam: impium tamen eſt, Dei iniuriam, præſertim blaſphemiam, diſſimulare, aut ſuſtinere, cùm homo debeat incomparabiliter Deum pluſquā ſe ipſum, & cætera cuncta, diligere,*

Dionyſ. Carth. in cap. 24. Leuit.

gere, zelum ſuum debet pro Deo in tali caſu demonſtrare. Vbi eſt notãdus dilectionis modus, quo tenemur Deum noſtrum diligere, ſcilicet, ſuper nos, & ſuper omnia: ex dilectione autem oritur zelus: & ex zelo iſto, correctio, omni timore vano poſtpoſito.

Hinc Sãctus Propheta Eliſeus non timuit duriter increpare ſeruum Regis perſecutoris ſui, qui verbis iſtis blaſphemauerat Deũ: 4.Reg.7.2 *Si Dominus fecerit, etiam cataractas in cœlo, numquid poterit eſſe, quod loqueris?* Quid fecit autem Propheta, audita iſta blaſphemia? ita eum acriter increpauit, vt cõminatus fuerit mortem, dicens: *Videbis oculis tuis,* Ibid. *& inde non comedes.* Vtique morte præuentus.

Ad hoc propoſitum facit maximè Sãcti Thomæ doctrina 2.2. S.Thom. q.136. art. 4. ad 3. dicentis pertinere ad patientiam, ad iniurias proprias ſilère: nõ tamen ad eas, quæ contra Deum fiunt. Quod probat ex verbis Chryſoſtomi ſic dicentis, *In iniurijs proprijs, patientem eſſe, laudabile eſt: iniurias autem Dei, patienter ſuſtinere, nimis eſt impiũ.* Ideo ergo Propheta non ſiluit, quia iniuriã Dei audiuit. Idem ex S. Hieronymo dixit D. Bernardinus ita. S.Hieron. apud D. Bernard. to. 1. ſer. 41. c. vlt *Sicut ad proprias iniurias, patientes eſſe debemus: ita ſi aliquem viderimus erga Deum, ore ſacrilego, blaſphemantem, illic tenère patientiam, non debemus, ſed reſiſtere ſacrilego, & os blaſphemũ veritatis reſponſione, damnare.*

Hinc etiam alibi ad propoſitum Chryſoſtomus docuit iſtam correctionem duram his notabilibus verbis: *Si quempiam in biuio, & foro Deum blaſphemãtem audieris, accede, increpa: et ſi verbera infligere oporteat, ne recuſes: ipſius faciem alapa percute: contere os ipſius, percuſſione manum tuam ſanctifica. Et ſi vlli accuſauerint, et ſi in carcerẽ traxerint, ſequere: et ſi pœnas Iudex pro tribunali repoſcerit, dic cum libertate, quod Angelorum Regem blaſphemauerit. Si enim Regem terræ blaſphemantes, punire oportet, multò magis illum cõtumelia afficientes, commune crimen eſt, publica iniuria, cuique licèt accuſare volenti.* Vnde ſic concludit: *Et ſi mori opus ſit, martyrium tibi hoc eſt.* Chryſoſt. ho. 1. ad pop. Antioch.

Vbi notandum, Doctorem hũc ſanctum, etiam ad carcerem, & mortem inuitare, cauſa correctionis iſtius, licèt illius præceptum ſuprapoſitum ex Concilio, non obliget cum tanto diſpendio: ſi tamen fieret, benè fieret ex tanto Doctore, & ex abundantiori dilectione procederet.

Et quidem probat primò cuiuſdam militis factum, quem maximè mouerant verba prædicta Chryſoſtomi. Narrat namque Vincentius Belluacenſis in ſpeculo ſuo morali, quod, cum hic intraret Pariſios, audiretq. inue- Vinc. Bellu. lib. 3. p. 5. diſtin. 9.

nem

nem quendam diuitem ſacroſanctum nomen Diuinum blaſphemare, in faciem ei alapam vi magna impegit, quod ſcientes, & ignorantes cauſam, eum veluti reum duxerunt ad Philippum Galliarum Regem, pro punitione inſtantes, eo maximè, quia ſub feneſtris Regalis Palatij caſus ille contigit. Et interroganti Regi de veritate accuſationis reſpõdit miles, ita ſe rem habere, quia honorem Regis cælorum defendere voluit, quem maximè iniuenis ille læſerat per atrocem blaſphemiam, ſubiungens, quod ſi honor Regis terreni à ſubditis ſuis defendi debet, quantò magis honor Regis cęleſtis? Tunc Rex conſcius factus veri, militi gratias egit, quod ſic ſe geſſerit erga Regem cœleſtem, imponens ei, quod ſeuerè puniret quemcũque in Regno ſuo blaſphemantem audiret.

Secundò, idem confirmat euẽtus cuiuſdam mulieris piæ de qua narrat Baronius, quod Dunaan Arabiæ Regem audiens cõtra Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum blaſphemare, ſe non potuit cohibere, quominùs verbis iſtis eum corrigeret: *Cur ingrato animo contemptum Dei filium audaci lingua iniuria afficis? non times, ne fulmen deiectũ te comburat?* Quibus furore accenſus Rex, ad multa tormenta mulierem fortem damnauit, & tandem ad morte. Propter quod ab omnibus, vt martyr ſancta habita fuit, & venerata. Et adimpleta optimè fuit doctrina Sancti Chryſoſtomi ſupra narrata: *Et ſi mori opus ſit, martyrium tibi hoc eſt.*

Baron. to. 7. an. 522.

Ad hanc etiam correctionem faciendam duo maximè iuuabũt conſiderare: primò lucrum æternum, vt probat factum boni Latronis pendentis in Cruce iuxtà Dominum, à quo meruit audire, *Hodie mecum eris in Paradiſo.* *Luc. 23. 43.* Ecce Regni æterni lucrum. Sed quomodo ad tãtum bonum perducitur? quæ merita præceſſerunt? ſcimus quidem hominem tota vita ſua criminoſum: quomodo ergo in Cruce cruciatrice meruit conſortiũ gloriæ Chriſti? Quia obiurgauerat ſocium, qui exprobauerat Chriſto. *Vnus autem de his, qui pendebant latronibus blaſphemabat eum, dicens, Si tu es Chriſtus, ſaluum fac temetipſum & nos.* *Luc. 23. 39.* Ecce blaſphemia ſocij, qui implicitè Chriſtum negabat, innuens crucifixionem negare Dei filiationem. Audiſti blaſphemiam? Audi correctionẽ. *Reſpondens autem alter increpabat eum, dicens, neque tu times Deum, qui in eadem damnatione es? & nos quidem iuſtè, nam digna factis recipimus, hic verò nihil malè geſſit.* *num. 40.* *num. 41.* In quo directè carpit blaſphemiã ſocij, inſinuãs *ſpontaneam* oblationem ad Crucem, crucifixionis libertatem arguere, & Dei filiationem aſtruere,

re, qui in carne assumpta voluit mortẽ destruere. Hoc ergo fuit meritum tanti præmij. Vnde post factam correctionem, memoriale veluti facit ad Regem, dicens, num. 41. *Domine memento mei, cum veneris in Regnum tuum*. Vbi notanter initio posuit, *Domine*, in quo verbo, causa correctionis signatur. Nam, vt defenderet, exprobatum à socio, gloriæ Dominum esse, ad increpationem processit. Exauditum ergo fuit memoriale particeps tanti meriti, & consortium obtinuit Regni cælestis. Ecce lucrum æternum.

Sed audi secundò lucrum terrenum in Dauide cortipiente Gigantẽ. *Quis est hic* (inquit) *Philistheus incircuncisus, qui exprobauit acies Dei viuentis?* Vbi clarè cõstat correctio, & blasphemia insinuatur correcta. Quid autem inde obtinuit? filiam Regis, & deinde Regni coronam. 1. Reg. 17. 16.

Igitur correctio ista validum telum est contra hostem istum, quod assumere plura suadent, vt sic; debellato omnino, victores simus, glorificato Deo, cui honor, & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

PRO-

Digitized by Google

PROPVGNACVLVM VII.

CONTRA CVRIOSITATEM.

PRÆFATIVNCVLA.

ANTIQVVS eſt hoſtis hic, *ferox*, & *late ſæuiens*, proindeque formidabilis. Contra quẽ ſolicitè oportet armari. *Antiquus* quidem, quia incœpit in cœlo, & proſtrauit Luciferum. Et inde tranſiuit in terram, & viuentium matrem primã deiecit turpiter, vt affirmat Bernardus. *Ferox*, quia crebrò, & quotidie ſæuit in hominem, nemini parcens, etiam robuſtos conculcãs, vt infra patebit. *Latè ſæuiens*, multipliciter. Primò, quia non ſolùm in magnis, verũ & in paruis vnũquemque impugnat, teſte Auguſtino dicente, *Veruntamen in quammultis minutiſsimis, & cõtemptibilibus rebus, curioſitas quotidie noſtra tentatur*, Secundò, ex appetitu cognoſcendi omnibus inſito à natura, vt propterea Philoſophus dixerit, *Omnis homo naturaliter ſcire deſiderat*. Hinc ergo dulciter trahitur ad appetitum cognitionis, inutilium frequenter ſibi, & quæ ſupra ſe-

Bernard. de grad. humil.

Aug. lib. 10. Conf. c. 35. to. 1.

ſũt, vt propterea de luce iſta corporea, qua mediante, ſenſibilis contingit cognitio, Auguſtinus dicat, *Illecebroſa, ac periculoſa dulcedine condit vitam, ſæculi cæcis amatoribus*. Dulciter ergo ſæuit, ideoque multos occidit, longè latèque brachium ſuum extendens. Proindeque ab hac manu potenti, atque protenſa cupiens excipi idem Auguſtinus, ſuppliciter ad Deũ dixit, *Rector mei, auerte à me curioſitatis pruriginem*. Quaſi diceret, auertè tu, quia non valeo ego: in te debeo effugere hoſtis iſtius nimis protenſam manum. Quod etiã Propheta poſtulauerat priùs, cùm cecinit, *Auerte oculos meos, ne videant vanitatem*. Notanter autem Auguſtinus curioſitatem appellauit *pruriginem*, vt quàm dulciter trahat, indicaret. Ideoque potenter, & latè impugnaret. Tertiò, quia oſtium aperit hoſtibus cæteris, qui diripiũt animam, de quibus Ioel. 2. dicitur. *Vrbem ingredientur, in muro*

lib. 10 cõfeſſ. c. 34.

Pſ. 118. 37.

Ioel. 2. 9.

Digitized by Google

current: domos conſcendent, per feneſtras intrabunt quaſi fur.

9 Hieron. ibid. Vbi ſic dicit Hieronymus, *Per omnes ſenſus noſtros ingredi hoſtes deſiderant, & capere vrbem bonæ conſcientiæ, & per noſtra munimina diſcurrere, domoſque, quas nobis bonis operibus ædificauimus deſtruere.* Vbi apertè de omnibus vitijs ſermo eſt, quę per feneſtras ſenſuum ex curioſitate intrantia, necem afferunt animarum. Vnde etiam eſt in Ieremia

Ieremię 21. ſcriptum, *Mors intrabit per feneſtras.* Vtique ſenſuum, vt ibi Patres exponunt. Et ideo deprædatio, quæ per alia vitia contingit, etiam curioſitati tribuitur,

Threnor. 3. 51. cùm in Threnis dicitur, *Oculus meus deprædatus eſt animam meam.* Dicuntur autem *quaſi fur* intrare, vt pariter quarta inſinuetur ratio, ob quam hoſtis hic in hominem tam latè deſęuiat: quia, ſcilicet, occultè tentat, vt ſecurè ſupplantet, vt ibidem Hierony-

Hieron. mus notat, dicens, *Liberè enim non ingrediuntur, vt ſagittent in obſcura rectos corde.* Quapropter

Aug. vbi ſupra. tentatio iſta ab Auguſtino *multiplicius periculoſa* vocatur. Et iterum, *immenſa ſilua, plena inſidiarum, & periculorum.*

Hinc quoque pronũtiauit Pſal-

Pſal. 13. 1. miſta, *Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in ſtudijs ſuis.* Nam inter ſtudia hæc, per quæ

Bernard. ſerm. 27. in parvulis. corruptio, & abominatio iſta cõtingit, curioſitatem ponit Bernardus, dicens, *Has quatuor partes corrumpit illa quadripartita peſtis, oculos ſcilicet, curioſitas.* Et quàm latè deſæuiat, exponitur, dum ſubiũgitur, *Non eſt, qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum.* Vbi iuxta Bedam, *per comparationem* eſt ſermo, reſpectiuè nimirum ad paucos, qui corruptionem hanc, & abominationem euadunt. Bedæ.

Hanc pariter latitudinem conflictus iſtius, eſt Ioãnes teſtatus, cùm dixit, *Omne quod eſt in mũdo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ.* Vbi per concupiſcentiam oculorum, curioſitatem Pater Auguſtinus intelligit, dicẽs, *Hæc autem tria genera vitiorũ, id eſt, voluptas carnis, & ſuperbia, & curioſitas omnia peccata concludunt.* Et tam ibi, quàm in confeſsionibus ſup. cit. ait, ideo de oculorum curioſitate ſpecialiter fieri mentionem, quia per illos, *Maximè curioſitas prævalet.* Ob idque curioſam cognitionem ſenſuum cæterorum amplecti, quorum actus nomine viſionis ſignantur. *Dicimus enim* (inquit S. Doctor) *non ſolùm, vide, quid luceat, quod ſoli oculi ſentire poſſunt, ſed, vidè etiam quid ſonet, vide quid doleat, vidè quid ſapiat, vidè quam durũ ſit.* Vnde concludit, *Ideoque generalis experientia ſenſuum concupiſcẽtia oculorum vocatur, quia videndi officium in quo primatum oculi tenent, etiam cæteri*

1. Ioan. 2. 16.

S. Aug. in Pſ. 8. ad illa verb. Piſces maris.

ſenſus

Digitized by Google

ſenſus ſibi de ſimilitudine vſurpant, cum aliquid cognitionis explorant.

Vide igitur, quàm *antiquus* ſit hoſtis hic, quàm *ferox*, & *latè ſæuiens*. Rationabiliter ergo, & prouidè Propugnaculũ iſtud cum armis ponimus contra illum, vt expugnetur. Quod, vt ſecuriùs fiat, & faciliùs, iuxta morem, curabimus exactiùs, illius faciem magis agnoſcere per doctrinam, in qua de eius *quidditate, multiplicitate, origine*, & *effectibus*, eſt agendum. Sit ergo

Doctrina *Circa curioſitatem.*

Quid ſit.

Aug lib. 10. cõfeſſ. c. 35. n. 1. tom. 1

DE quidditate vitij iſtius loquens P. Auguſtinus, ait, *in appetitu noſcendi eſt*. Et de inordinato intelligit. Nam cùm ipſa obiecti cognitio, ſecundùm ſe, mala non ſit; cùm potentiæ à natura inſitæ ſint propter actũ, & per illum perficiantur, vt viſus per viſionem, & intellectus per intellectionem, vt ex Caiet. conſtat 2.2.q.167.art.2. ſ. igitur conſequenter, & appetitus noſcendi, ſi fuerit ordinatus, per ſe malus non erit, quod tunc continget, cùm ad finem honeſtum ordinatur, vt ad Deum ad laudãdum, ſic meliùs cognitum. Quo caſu non tantùm non erit malus, ſed bonus. Vel cum ad obiectum indifferẽs ordinatur, vt v.g. ad pratum videndum, vel pomum tangendum, quæ obiecta, ex ſe mala non ſunt, & per conſequens, nec appetitus iſte malus erit. Et hoc breuiter ex Patre Auguſtino, quò ad quidditatem curioſitatis. ſequitur

Caiet.

Quotuplex ſit.

Quia igitur cognitio duplex eſt. Alia, ſcilicet, *intellectua-lis*, & alia *ſenſitiua*, quæ per omnes corporis ſenſus exercetur. Ideo, ad quæſtionem iſtam, reſpondeo, triplicem eſſe curioſitatem. Aliam, nimirum *intellectualem*, quia pertinet ad intellectũ: aliam *ſenſitiuam*, quæ ſpectat ad ſenſum, de quibus ſeparatim, maioris claritatis gratia, agendũ eſt.

De Curioſitate *intellectus*.

CVrioſitas iſta eſt *inordinatus appetitus, vel ſtudium ſcientiæ, ſeu cognoſcendæ veritatis*. Quæ inordinatio, iuxta ſanctum Thomam *quatrupliciter* poteſt contingere.

S.Th. 2.2 qu.167. ar.1.

Primò, *Inquantùm* (inquit) *per ſtudium minùs vtile retrahuntur à ſtudio, quod eis ex neceſſitate incumbit*. Et ex ſancto Hieronymo confirmat, dicente, *Sacerdotes, dimiſſis Euãgelijs, & Prophetis, videmus comedias legere, & amatoria buccolicorum verſuum verba cantare*. Quod docuit etiam S. Bonauentura in Speculo diſciplinæ, cap. 5. cùm dixit,

Hier. ad Damaſ. de fil. pro. dig. ant. mod. to. 4.

S. Bonau.

Digitized by Google

dixit, *curiosus non curanda curat, necessaria negligit*.

Secundò, *in quantum studet aliquis addiscere ab eo, à quo non licet. Sicut patet de his, qui aliqua futura, à dæmonibus perquirunt.* Quam curiositatem ideò superstitiosam appellat. De qua, ait, loqui P. Augustinum in libro de vera Religione, cum dixit, *Nescio, an Philosophi impedirentur à fide, vitio curiositatis in percontandis dæmonibus*.

S. P. Aug. c. 4 in fin. tom. 1.

Tertiò, *quoniam homo appetit cognoscere veritatem circa creaturas, non referendo ad debitum finem, scilicet, ad cognitionẽ Dei*. Quod auctoritate P. Augustini confirmat vocantis scientiam aliter acquisitam, *vanam, & curiosam*, libr. de Doctrin. Christ. c. 29. circa initium, *In quorum* (inquit) *consideratione, non vana, & peritura curiositas, exercenda est, sed gradus ad immortalia, & semper manẽtia faciendus*. Quod etiam D. Bernardus confirmat, dũ ait, *Sunt namque, qui scire volunt, eo fine tantùm, vt sciant: & turpis curiositas est*.

S. Bernar. serm. 36. in Cant.

Suarez tamen Bernardi hoc dictum explicat, non de appetitu scientiæ secundùm se, sed prout in Religioso viro est. Primum sic ostendit. *Cum enim scientia* (inquit) *naturaliter appetatur ex suprema hominis inclinatione, per se bona est, & honesta, quia si per se spectat ad animi ornamentum, & perfectionem, illam propter se appetere, non est per se malum, etiamsi per eam, nihil aliud intendatur, nisi cognitio naturalis veritatis*. Et ex Quotlibeto 4. D. Thomæ asserit, facilè ita constare

Suar. to. 4. de Relig. lib. 5. c. 3. nu. 7.

Secundum, quod scilicet, prout in viro Religioso est, reprehensibilis fit, probat sic duplici ratione. *Primò, quia ratione sui status tenetur in his præcipuè versari, quæ ad perfectionem conferant: scientia autem per se spectata nihil confert. Secundò, quia, qui hac solum intentione in studijs versatur, regulariter nõ quærit ea, quæ vtiliora sunt, sed quæ delectabiliora*. Et ideò sic concludit. *Meritò tale studium in viro religioso dici potest, turpis curiositas*. Et pro maiori explicatione, addit, licet enim in particulari fortasse non semper sit propria culpa, ac peccatum, semper tamen est valdè imperfectũ, & expositum multis periculis, sæpius in eo peccandi propter rationes dictas.

Idem docet Lessius, nimirum non esse hunc appetitùm secundùm se malum, *Modo* (inquit) *æstimetur in suo gradu, seu non pluris, quàm oportet: secus verò, si ita appetatur, & quæratur, quasi in ea magna felicitatis portio consistat. Sicut fit à varijs hominibus, & Philosophis ethnicis. Item, si sic quæratur, vt Dei, vel rerum ad salutem pertinentium cognitio, vel cura negligatur*.

Less. 2. 2. lib. 4. c. 4. dubit. 11. num. 81.

Quod

Digitized by Google

Quod ad primam conditionem pertinet, ad huius appetitus honeſtatem requiſitam à S. Thoma.

Et addit, quòd licet ità ſcientia appetatur, vt in gradu ſuo æſtimetur, nec ità quæratur, quòd neceſſaria ad ſalutem prætermittantur, tamen appetitum hunc propter nudum ſcire, laude non eſſe dignum, & conſequenter neque eſſet opus virtutis. Nec referre, quod ſcientiæ dicantur virtutes. *Quia*, inquit, *non ſunt virtutes ſimpliciter, quæ hominem reddant probum, ſicut iuſtitia, temperantia, fortitudo, ſed ſecundùm quid, quia perficiunt intellectum ad ſuas operationes, & in ordine ad proprium obiectum. Alioquin inter bona naturalia, & adiaphora cenſendæ ſunt, ſicut viuere, ſentire, intelligere, propter quæ nemo laude, vel vituperio dignus eſt, etſi hæc per ſe ſint expetenda.*

Et tandem concludit, ex hoc ſaltem ad curioſitatis vitium pertinere, hunc appetitum, *ſi quis*, inquit, *maiorem partem cogitationum, & curarum ſuarum in hac tanta vitæ breuitate, & incertitudine, in illas expẽdere vellet, niſi ad meliorem vſum referantur.* Et rationem ſubdit, *quia re vera tanta temporis, & induſtriæ iactura, non ſunt per ſe dignæ*, & ſubiungit, hanc videri Auguſtini mentem, loco ſupra citato, vocantis ſcientiam vanam; & curioſam, quę nõ refertur ad Deũ.

Quartò, ait S. Thomas, inordinatum appetitum hunc eſſe, *In quantum*, inquit, *aliquis ſtudet ad cognoſcendam veritatem ſupra proprij ingenij facultatem.* Et rationem ſubdit, *quia per hoc homines de facili in errores labuntur.* Quod auctoritate Sapientis confirmat dicentis, *Altiora te, ne quæſieris, &c. & in pluribus operibus, ne ſueris curioſus.* Et deinde ſubiungit, *multos enim ſupplantauit ſuſpicio eorum, & inuanitate detinuit ſenſus eorum.* De hac inordinatione loquens P. Auguſtinus, lib. 10. Conf. c. 35. ait. *Hinc ad perſcrutanda naturæ (quæ præter nos eſt) operta, proceditur: quæ ſcire nihil prodeſt. Et nihil aliud, quàm ſcire homines cupiunt.*

Eccli. 3. 22.

Ad. 26.

P. Aug.

Ad hanc pariter inordinationem pertinet miracula petere, vt idem Pater dicit ibidem. *Hinc etiam* (inquit) *in ipſa religione Deus tentatur, cum ſigna, & prodigia flagitãtur.* Et ſubdit in quo ſit vitium, *non ad aliquam ſalutem, ſed ad ſolam experientiam deſiderata.*

Licet ergo appetitus ſciendi, bonus ſecundùm ſe ſit, defectu tamen ordinationis debitæ, vitiatur, quia, vt Angelicus Doctor ait art. cit. ad 2. *etiam oportet appetitum boni, debito modo, regulatum eſſe.*

Hinc iam perpendat Regularis ſtudioſus, curioſum ſe eſſe, qui, vt ſtudeat, mentalem orationem poſt-

Digitized by Google

poſtponit, Canonicas horas, ſacrum, conſcientiæ ſuæ ſeriũ examen, confeſsionem ſacramentalem, ac cætera exercitia ſpiritualia ſecundùm inſtitutum præſcripta, minùs, ob id, diligenter exequitur, vel, quod peius eſt, prætermittit. Minùs virtutum moralium acquiſitioni incumbit, vt vanitati incumbat, quam per ſtudia quærit.

Qui vtiliora addiſcere negligit, vt delectabiliora addiſcat.

Qui per media vetita ſcientiã quærit, vel vetita ſcire; & quæ ſuã capacitatem excedunt. Nam hæc omnia, ex dictis, ad vitium curioſitatis ſpectant.

Examen idem *reſpectiuè* circa ſuam ſcientiam faciant Clerici ſęculares, & qui Eccleſiaſtici non ſunt: Chriſtiani enim ſunt, & ſeriò cogitent, an, vt ethnici, diſcãt, & pagani, an, vt Deo dicati, & veri Chriſtiani. Et ſe corrigant, ſi defecerint, manus fugientes ferocis hoſtis iſtius, conſiderationibus infrà ponendis inſtructi adhuc, & armati.

De *curioſitate ſenſus*.

Hæc, iuxta Doctorem Angelicum, ita poterit definiri, *eſt ſenſibilium cognitionis appetitus inordinatus*. dicitur *ſenſibilium*, vt diſtinguamus hanc curioſitatem ab illâ, quâ intelligibilia ſcrutantur; & in plurali, vt obiecta omnium externorum sẽſuum includantur. Dicitur *cognitionis*, vt ſignificetur vitium iſtud, non circa operationem, aut delectationem eſſe, ſecundùm ſuam formalitatem conſideratum, ſed circa nudam cognitionem, qua, ſcilicet, quis quærit tantùm cognoſcere, & iudicare, ſeu diſcernere inter ſenſibilia obiecta, quæ nimirum ad viſum, auditum, olfactum, guſtum, & tactum ſpectant. Cuius ſignum eſt, vt Leſsius notat, quod ex curioſitate, non minùs ea, quæ offendunt, quàm, quæ delectant, ſentire velimus. Et eſt Doctrina S. Patris Auguſtini ſic de hac curioſitate dicentis. *Et hoc auctẽ euidentiùs diſcernitur, quid voluptatis, quid curioſitatis agatur per ſenſus, quod voluptas pulchra canora, ſuauia, ſapida, lenia ſectatur*. Vide, quomodo ponit ordinatim delectabilia obiecta ſenſuum omnium. Nam *pulchra* pertinent ad viſum: *canora* ad auditum: *ſuauia* ad olfactum: *ſapida* ad guſtum: *lenia* ad tactum. Et deinde de curioſitate circa omnia iſta obiecta, docet, quod hæc non quærat, quà talia, cum etiam in moleſta tendat, *non ad ſubeundam* (inquit) *moleſtiam, ſed experiendi, noſcendique libidinem*. Et exemplum de cadauere ſubdit. Quod videre quandoque curioſitas quærit, licet ex hoc exhorreat, contriſtetur, & palleat. Igitur non in delectatione conſiſtit hæc curioſitas, ſed in nuda notitia cognoſcendi, diſcernendique ſenſibilia.

D.Th.2.2. q.167. ar. 2. in corp.

Leſſ. loc. ſup. cit. num. 82.

D. Aug. lib.10. cõf. c.35.

Alius

Digitized by Google

Alius igitur eſt appetitus cognitionis iſtius experimentalis, & diſcretiuæ, vt ita loquar: alius delectationis. Nam primus ad curioſitatem pertinet. Secundus ad illud vitium, quod diligitur. De primo afferri poteſt exemplũ in Alipio, de quo ita loquitur Pater Auguſtinus in confeſsionibus ſuis. *Cæperat, & ipſe deſiderare coniugium, nequaquam victus libidine talis voluptatis, ſed curioſitatis.* De ſecundo exemplum affert Caietanus loco ſupra citato in virgine, *Quæ* (inquit) *ſi tanta curioſitate tentaretur ad ſciẽdum, quid venereum opus eſſet, & propterea illud appeteret, dupliciter peccaret, ſcilicet, ſtrupro & curioſitate, ſicut, qui appetit mæchari, vt furetur.*

Aug. lib. 6 c. 12.

Caiet.

Notandum tamen, duplicem delectationem poſſe diſtingui. Aliam, quæ capitur ex obiecto ſenſibili delectabili. Et hæc pertinebit ad vitium, quod circa illud verſatur, vt ad guſtum circa ſapidum, & tactũ circa lene, &c. Aliã, quæ eſt in ipsãmet cognitione, quæ appetitur. Nam expletio appetitus ſine aliqua delectatione non contingit, ad quam expri. mendam, curioſitatem ſuperiùs Auguſtinus vocauit, *Experiendi, noſcendique libidinem.* Et in hoc ſenſu loquitur ſanctus Thomas, quando art. 2. citato ad 1. ait, *Circa delectationem cognitionis omnium ſenſuum eſt curioſitas.* Agnoſcit igitur in tali cognitione delectationẽ propriam ipſi correſpondentem, licèt aliquando admiſceatur triſtitia ex obiecto triſti, ſed hanc non intẽdit, vt ſuperiùs dixit Auguſtinus *Non ad ſubeundam moleſtiam.* Voluptas ergo ſeu delectatio, quæ capitur ex obiecto ipſo ſenſibili ad curioſitatem non pertinet, neque immediatè per eam intenditur, ſed quæ ex cognitione ipſa habetur. Et ita etiam Caietanus docuit cit. art. circa reſponſionem ad primum.

Dicitur, *inordinatus*, dupliciter iuxta D. Thomam. Primò, *inquãtùm* (inquit) *cognitio ſenſitiua non ordinatur ad aliquid vtile, ſed potiùs auertit hominẽ ab vtili conſideratione.* Quod confirmat authoritate, & exemplo adducto à ſancto Patre Auguſtino in confeſſ. loc. ſup. cit. Vbi ſic de ſe ipſo fatetur, *Canem currẽtem poſt leporem, iam non ſpectaculùm in circo ſit; at verò in agro, ſi caſu tranſeam, auertit me fortaſsis, & ab aliqua magna cogitatione, atque ad ſe conuertit illa venatio, non deuiare cogens corpore iumenti, ſed cordis inclinatione. Et niſi iam mihi, demonſtrata infirmitate mea, citò admoneas, aut ex ipſa viſione per aliquam conſiderationem in te aſſurgere, aut totum contemnere, atque tranſire, vanus hebeſco.* Ecce iam in vtilitate impedita, vel non quæſita, vanitatem viſionis agnoſcit. Ideoque curioſitatem

Auguſt.

vitio-

vitiosam appellat.

Secundò est hic appetitus inordinatus, *Inquantum* (inquit sanctus Thomas) *cognitio sensitiua ordinatur ad aliquod noxiũ. Et subdit exemplum. Sicut inspectio mulieris ordinatur ad cõcupiscendum: & diligens inquisitio eorum, quæ ab alijs fiunt, ordinatur ad detrahendum.* Inordinatio autem hæc formaliter, & in se considerata, non constituit curiositatem: sed illud vitium, prout est obiectum in quod tendit, vt inspectio mulieris ad concupiscendum, pertinebit ad luxuriæ vitium sub hac ratione cõsiderata, vt etiam Scriptura testatur, *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam, in corde suo.* Et ita, qui quærit audire, vt detrahat, detractor constituitur. Vt etiam docet Lessius loc.cit.n.82. Igitur per inordinationem primam, propriè, & formaliter curiositatis vitium dicitur, non per secundam, licèt frequentissimè inter se sint connexæ, vt ex dicendis constabit.

Matth.5. 28.

Hæc igitur curiositas, vt in præfatiuncula notatum manet ex Augustino, vocatur à Ioanne. *Concupiscentia oculorum*, quod in libro de vera religione repetens, dicit, *Concupiscentia oculorum significat curiosos.* Et specialiùs in confessionibus loquẽs, ait, *Ex hoc morbo cupiditatis, in spectaculis exhibentur quæcunque miracula.*

S. Aug. Cap. 38. circ. med to. 1.

De eàdem loquens Beda, Dino Thoma teste, dixit, *Concupiscentia oculorum est, non solùm in discendis magicis artibus, sed etiam in contemplandis spectaculis, & in dignoscendis, & carpendis vitijs proximorum.* *Beda. S. Th. ar. cit. arg. sed cõtr.*

Est tamen hìc notandũ pro maiori explicatione doctrinæ istius, quòd non tantùm potentiæ sensitiuæ ordinantur ad vitam hominis sustentandam, & ad intellectum, vt infrà cum D. Thoma notabimus, sed etiam ad actus suos immediatos, vt v. g. visus ad videndum, auditus ad audiendum, vt cit. art. 2. docet Caiet. *Cuius* (inquit) *infallibile signum est, quod naturaliter homo delectatur in ipso videre*, &c. Et hinc infert, *quòd non sit curiositatis videre propter videre, & audire, vt audiat. Sicut non est curiositatis videre, & audire propter intellectum, aut vitæ commoda. Quoniam ad naturalem finem actus ordinatur, sine aliqua mala circunstantia.* Vtique, quantum est ex se, & ideo sic consideratus præcisè, malus non est, vt supra constat, cùm definitionem curiositatis in communi tradidimus, & confirmauimus auctoritate Doctoris istius loco citato. Et patet à simili ex doctrina Suarij allata superiùs pro appetitu puro scientiæ, ideſt, scientiæ, vt scientia est: ergo similiter appetere videre, vt videre est, malum non est.

Caiet.

Et

Digitized by Google

Et idem dicendum eſt de delectatione actus iſtius, ſeu ſenſationis vt talis eſt, eodem Caietano Authore. Vnaquæque enim potentia naturaliter delectatur, cum in ſuum fertur obiectum: ergo ſi in illud ferri, ſecundùm ſe non eſt malum, cùm per ſuum actum perficiatur potentia, neque in tali actu, vt ſic, delectari. *Sed illud* (inquit idem Doctor) *eſt vacare perfectioni: hoc, recreationi naturæ*. Et ſubiungit, *ſed per accidens eſt ibi peccatum, ſi ſcilicet, impeditur homo à debitis cogitationibus, vt Auguſtinus dicit de viſu canis poſt leporem*, vt iam ex Diuo Thoma tradidimus. Et ſubdit notabilia verba ad propoſitum. *Et vniuerſaliter contingit peccatum in applicando ſenſum ad ſentiendum propter ſentire: aut ſenſationis delectationem, ſi circumſtantia aliqua debita deſit, aut diſconuenienter apponatur ex perſona, loco, tempore, quantitate*, &c.

Exemplum ſit in ſpectaculis, in quibus idem Doctor diſtinguit ibidem ad 2. repræſentationem ipſam, ac delectationem ipſi correſpondentem, à re repręſentata, & delectatione pariter, quæ de ipſa ſumitur. Nam ſi repræſentatio ſecundùm ſe ſumatur, vitioſa non eſt illius viſio, quia naturaliter animum delectat iuxta Philoſophum à D. Thoma allatum arg. 2. Si autem res repręſentata conſideretur, ſi illa fuerit pia, & honeſta, ſine dubio, pia, & honeſta pariter inſpectio erit. At verò, ſi laſciua, & turpis, vitioſa conſequenter erit, licèt ſolũ quis quæreret in ſola repręſentatione delectari. Et dat rationem Caietanus his notabilibus verbis, *Quia ſaltem dant exteriori actu operam rei illicitæ, ſcilicet, delectabili præſentiæ de indecentibus. Præſentia ſiquidem illa exterior ſuaptè natura, cõmuniter fit ad delectandum animum, non de ſola repræſentatione, ſed de repræſentatis, vt patet*: & ſubdit pro perſonis grauibus, & pro Eccleſiaſticis, ac Religioſis. *Præterea autem grauiùs peccant viri graues ratione ſcandali, & mali exempli: grauiſsimè autem Clerici, Religioſi, Sacerdotes, aut Pontifices in hoc delinquentes*: & pro inuitatis ſubiungit, *Et licèt ad indecentia ſpectacula præcognita, nullus deberet, etiam inuitatus ire: ſi tamen futuræ indecẽtiæ neſcius ſe ibi inuenerit, nec exire poteſt, imitetur Alipium, claudendo oculos, vt ſic, & ſeipſum ſeruet, & quantum in ſe eſt, alios hoc facto moneat*. Caiet.

Vbi notabile eſt, quod ait, debere quærere exitum, qui ſi poſſibilis non extiterit, oculos debere claudere.

Idem docuit ſanctus Thomas ibidem etiã de inſpectione crudelium, *Inquantum* (inquit) *per hoc homo fit pronus ad vitia, vel laſciuiæ, vel crudelitatis per ea*, S. Thom.

quæ

quæ ibi repræsentantur. Et confirmat authoritate Chrysostomi dicentis, quod *Adulteros, inuerecundos constituunt tales inspectiones*.

Chrysost. hom.6. in Matth. circ. fin. tom.2.

Videant modò, & seriò trutinent, qui sensibus suis laxant habenas, quorum sensationibus à sanctis, & honestis cogitationibus retrahuntur, & turpibus, & inhonestis implentur, quomodo hosti isti viliter manus dederint.

Videant quomodo sub illius redacti sint potestate, qui ad aliquod vtile, & honestum, operationes sensuum suorum, negligũt ordinare.

Videant, quomodo adhuc miserrimè dominentur ab illo, quãdo obiecta sensibilia, turpia, & lasciua, sentire gestiunt, vt delectentur in illis, & miserè cadant ruina mortifera.

De *Origine eius*.

POstquàm diximus de quiditate, & multiplicitate hostis istius, de eius natiuitate, seu origine restat dicendum, idest, vnde originem ducat, seu causetur. Et vt absolutiùs hoc dicamus, potest addi, quando incœperit. Quoad originem ergo, seu causas, dico ex sequentibus oriri præcipuè, Videlicet

1 *Ex connaturalitate non regulata*.
2 *Ex vanitate superba*.
3 *Ex otiositate, & accidia*.
4 *Ex parua cordis custodia*.
5 *Ex inordinato sui amore*.

Notandum tamen, quod licèt omnes causæ istæ attribui facilè possint curiositati vtrique tam intellectus, quàm sensus, tamen duæ priores, propriùs curiositati accomodantur priori: cæteræ posteriori. Et claritatis gratia de singulis seorsim dicemus.

De *Prima causa curiositatis intellectus*.

Ex *connaturalitate non regulata*.

Kempis.

DE hac loquitur Kẽpis lib. 1 de Imitatione Christi c. 2. vbi tractans de inordinata scientia, incipit ab illa sentẽtia, *Omnis homo naturaliter scire desiderat.*

S. Thom.

Et S. Thomas 2.2. 9. 166. ar. 2. in corp. ait, *Sicut naturaliter homo concupiscit delectationes ciborum, & venereorum secundùm naturam corporalem: ità secundùm animam naturaliter desiderat cognoscere aliquid.* Et ideò asserit, prædicta verba dixisse Philosophum, quorum meminit Kempis, & inde curiositatem ortum duxisse, eò quod immoderatè tendat cognoscitiua potentia in cognoscibile, se nescians refrenare. Quod pariter P. Augustinus agnoscens, concludit, *& nihil aliud, quàm scire homines cupiunt*. Huic naturali desiderio pessimum hunc partum ascribens.

P. Aug. lib. 10. conf. c 35. n. 2.

Et

Et ſanè non mirum, quod ex naturali deſiderio, hoc monſtrum procedat, quando regulatum non eſt, teſte eodem S. Thoma, dicente, *ſi cognitio veritatis ſecundum ſe bona ſit, non tamen per hoc excluditur, quin poſſit aliquis cognitione veritatis abuti ad malum, vel etiam inordinatè cognitionem veritatis appetere.* Et rationem ſubdit ſuperiùs iam adductam, *quia etiam oportet appetitum boni, debito modo regulatum eſſe.* Regula ergo deficiente, frænum deficit, quo appetitus iſte frænatur, & tanquam indomitus equus hominem per abrupta diſrumpit.

S. Thom. 22. q. 167 ar. 1. ad 2.

De ſecunda cauſa.

Ex *vanitate ſuperba.*

DE cauſa iſta loquēs S. Bernardus, dixit. *Sunt, qui ſcire volunt, vt ſciantur ipſi, & turpis vanitas eſt.* Et hinc alibi curioſitatem vocauit ſuperbam, dicens. *Primus itaque curioſitatis gradus, ſuperbia eſt.* Qua quidem ſuperbia, & vanitate tumebant antiqui Philoſophi, qui ad hoc diſcebant, vt magni apparerent, & homines deciperent. Vnde eorum ſcientiam recto fine euacuatam interiùs, vanam appellauit Apoſtolus, dicens, *Videte, ne quis vos decipiat per philoſophiam, & inanem ſcientiam.* Tradit autem P. Auguſtinus ità fuiſſe deditos vanitati, vt non ſolùm non reſiſterent, verùm hoc perſuadendum putarent. *Huic ergo vitio* (inquit) *non ſolùm non reſiſtebant, verùm etiam id excitandum, & accendendum eſſe, cenſebant.* Et ex illo ad philoſophiæ ſtudia inflammari, teſte Tullio dicente, *nonos alit artes, omneſque accenduntur ad ſtudia gloria.* Ex vanitate igitur oriebantur, eâdemque alebantur.

S. Bernar. ſer. 36. in cant. cir. med.

De gradibus humilitatis.

Ad Coll. 2. 8.

P. Aug. de Ciuit. tom. 5.

Tullius.

Ex vanitate hac ſtudentem Dioſcorum acriter idem S. Doctor reprehendit his verbis. *Non mihi videris aliunde dies, noctesque cogitare, niſi, vt in ſtudijs tuis, atque doctrina æque lauderis ab hominibus.* Et poſt pauca, peruerſitatem originis, ſeu cauſæ iſtius oſtendens, ſubiungit, *quàm enim peruersè tu ipſe, non ob aliud ad ea diſcenda, quæ interrogas, raperis, niſi, vt lauderis, aut non vitupereris ab hominibus?* vbi non ſolùm vanitatem hanc ponit in laudis amore, ſed in vituperij fugâ, quatenus ex illo emanat. Ideò namque quis non vult vituperari, quia amat laudari.

P. Auguſt. Epiſt. 56. paulo poſt init. to. 2.

Ex vanitate eâdem, vt Hugo Victorinus exiſtimat, quęſiuit Salomon ſcrutari ſecreta naturæ, cum dixit, *Propoſui in animo meo quærere, & inueſtigare ſapienter de omnibus, quæ fiunt ſub Sole.* Quem ſcientiæ appetitum Doctor ipſe appellat *ſcientiæ*

Hugo de S. Victore Eccle. 1. 12.

tiæ inflationem, inanem præsumptionem, tumorem supra humanas vires, superbiam magnam, ingentem curiositatem. Quam vanitatem idem Salomon statim
n. 14. fatetur, subdens, *& ecce vniuersa vanitas.*

De origine curiositatis sensus.

POstquam diximus de origine, seu causis curiositatis intellectus, restat originem, & causas curiositatis *sensitiuæ* ostendere, ordine Superiori seruato

De tertia causa.

Ex *ociositate, & accidia.*

HAs ponimus tanquam vnam propter connexionem, sed reuera plures sunt, vt patet. Et ex accidia quidem nascitur ociositas, vt suo loco dicetur. Et ex hac tanquam ex proximiori causa oritur curiositas. Vnde de Sobole peruersa accidiæ seriem texens Abbas Serapion apud Cassianum, inter vitia alia, ociositatem ponit, & tandem ex illa curiositatem progenitam. *De accidia* (inquit) *ociositas, somnolentia, importunitas,*
Cassianus collat. 5. c. 16. *inquietudo, peruagatio, instabilitas mentis, & corporis, verbositas, curiositas.* Ex quibus importunitas, & quæ sequuntur, causæ etiam curiositatis probantur. Est namque curiosus verbosus, quia verbis inquirit, & perquirit, vt curiositatem exerceat. Proinde de quibusdam fœminis Paulus dixit, *& ociosæ discunt* 1. ad Tim. *discurrere domos, non solùm ociosæ, sed & verbosæ,* & effectus subiungitur, *& curiosæ.* 5. 13.

Igitur iam vides, non solum ex ociositate prodire curiositatem, sed etiam ex verbositate, vt etiam Theodoretus testatur, dicens, *ociosorũ propriæ sunt nugæ,* Theodor. *futilisque loquacitas, & curiositas.* Imo etiam ex instabilitate corporis, ibi, *discunt discurrere domos.* Ex qua instabilitate, mentis quoque colligitur instabilitas. Huius namque illa indicium est. Vbi etiam inquietudo, & importunitas locum habent. Nam Curiosus, interrogando, importunus est; & ex desiderio vano sciendi, inquietus. Vides igitur, quot sunt causæ fœdæ monstri istius. Sed accidiam tantùm, & ociositatem præcipuè nominauimus, quatenus principaliùs ad hunc pessimum partum concurrunt.

Et quò ad ociositatem, etiam alibi hoc Paulus expressit, cum dixit, *Audiuimus inter vos, quosdam ambulare inquietè, nihil* 2. ad Thes. 3. 11. *operantes.* Ecce ociositas Et partus subiungitur, *sed curiosè agentes.* Vbi obiter nota, quomodo volens Apostolus progeniem huius vitij enarrare, inquietudinis etiam fecerit mẽtionem. Qui enim inquietus est, curiosus est.

Et

Digitized by Google

Et inquietudinem ſanè ex ocioſitate conſtat oriri. Quem ordinem ſeruauit Serapion. Et Apoſtolum in hoc loco puto *anticipatiuè* propoſuiſſe effectum: cum ad Timotheum, illum poſtpoſuiſſet, dicens, *Ocioſæ diſcunt diſcurrere domos*. Nam diſcurſum ex ocio didicerunt. Et licet, non de inquietudine corporis, ſed mentis, in poſteriori hoc loco poſſit interpretari Apoſtolus, tamen iſtam quoque ab ocioſitate, tanquam à ſua radice procedere, facile conſideranti patebit, vt Caſſianus quoque lib. 10. inſt. c. 13. fatetur, referens verba prædicta.

Caſſian.

Igitur ſatis conſtat ex Paulo, ocioſitatem, curioſitatis cauſam exiſtere. Propterea, vt hanc non incurrant, & ab illa caueant, notat Chryſoſtomus, ſtatim, admonere, dum in hæc verba prorumpit. *Vos autem fratres, nolite deficere benefacientes.* Quibus idem Doctor ſic addit pro maiore explicatione illorum, *Planè enim neceſſe eſt, vt qui eſt ocioſus, & poteſt operari, ſit curioſus*. Vbi dicens *plane*, infallibilitatem partus iſtius ex tali matre concludit.

2. Theſſ. 3 13.

Chryſoſt. ibid. tom. 4.

Quam etiam veritatem vocabulum ipſum oſtendit. Nihil enim aliud videtur curioſitas eſſe, quàm *cura ocioſa*. Ex ocioſitate ergo, & cura componitur hoc vocabulum, vt ex ipſo etiam benè conſiderato, vitij iſtius percipiatur origo. Quod etiam de ocioſa Dina Geneſ. 34. indicauit Bernardus, ocioſitati illius, curioſitatem attribuens, cum alienigenas fœminas curauit videre, ſic loquens ad illam. *O Dina quids. neceſſe eſt, vt videas mulieres alienigenas? Qua neceſſitate? qua vtilitate? an ſola curioſitate?* & cauſam ſubiungens, ait, *& ſi tu ocioſe vides, ſed non ocioſe videris. Tu curiosè ſpectas, ſed curioſiùs ſpectaris.*

Bern. tract. de grad. humil.

De quarta cauſa

Ex *parua cordis cuſtodia*.

DE curioſitate, quam anima ex cauſa iſta incurrit loquens prædictus Bernardus ait. *Dum à ſui circumſpectione torpeſcit, incuria ſua, curioſam in alios facit.* Et hoc inſinuat ſignificaſſe ſponſum, cum in Cant. dixit, *Si ignoras te, paſce hædos tuos*. Ecce ex ſui ignorantia, quæ prouenit ex parua cordis cuſtocia, ſenſuum intulit vagationem, qui appellantur hædi, & paſcuntur: cum euagantur, *quia enim* (inquit deuotiſſimus doctor) *Se ipſam ignorat, foras mittitur, vt hædos paſcat: hædos quippe, qui peccatum ſignificant, rectè oculos, aureſque appellauerim. Quoniam, ſicut mors per peccatum in orbem, ſic per has feneſtras intrat ad mentem*. Et originem hanc concludit, ſubiungens: *In his er-*

S. Bern. loc. cit.

Cant. 1. 8

Digitized by Google

go pascendis se occupat curiosus, dum scire non curat, qualem se reliquerit intùs. Et specialiter de oculis P. Augustinus loquutus, dixit, *foras sequentes, quod faciunt: intus relinquentes à quo facti sunt.*

P. August. lib. 10. cõf. c. 34. nu. 3.

De quinta causa

Ex *inordinato sui amore.*

AMorem hunc, radicem esse malorum omnium docuimus in Propugnaculo proprio, ideòque non mirum, si huius etiam inueniatur origo. Quod etiam docuit Angelicus Doctor, cum dixit, *Ex affectu hominis trahitur mens eius ad intendendum his, ad quæ afficitur, secundùm illud Matt. 6. Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Et quia circa ea, quibus caro fouetur, maximè homo afficitur, consequens est, quod cognitio hominis versetur circa ea, quibus caro fouetur, vt scilicet, homo inquirat qualiter homo optimè possit carni suæ subuenire: & circa hoc curiositas ponitur circa ea, quæ ad carnem pertinent ratione eorum, quæ pertinent ad cognitionem.* Hactenus S. Doctor.

S. Th. 2. 2. q. 166. ar 2. ad 2.

Et sanè quis adinuenit cibos condiẽdi tot modos, quibus gulæ seruitur? Curiositas ex carnis orta amore. Imo librum cõposuit, quem posteritati relinqueret.

Quis tot modos inuenit, quibus suadetur libido? Curiositas, vt testantur tot amatorij libri, & missiuæ literæ, quibus vtuntur amasij.

Quis tot genera odorum, & mixtorum, quibus seruitur olfactui? Curiositas ferè semper carnis amore ductore, vt proinde teste eodem sancto Doctore, clamârit Apostolus, hanc curiositatem detestans: *Carnis curam, ne feceritis in desiderijs.* Curiositatẽ enim ait, dici *à cura*, à cura inquam *superflua*. Et talis frequẽter est circa carnem, impellentibus desiderijs varijs carnalibus, id est, vitijs carnem fouentibus. Quo sensu etiam ab ipsis originẽ trahit curiositas ista, & ad ipsa etiam ob id pertinere, meritò intelligitur.

D. Thom. loc cit. Rom. 13. 14.

De *Curiositatis antiquitate.*

Hoc superiùs promisimus enodare, vt perfectiùs hostis istius perciperetur origo. Nõ satis enim ad hoc est originem scire nisi etiã *tempus originis*, quando, scilicet, *incœperit*, cognoscatur.

Dico ergo, ab origine mundi fuisse originatum hoc malum. Et tàm esse antiquũ, quàm mundum ipsum, non vtcunque consideratum, sed pro *vniuersitate creaturarũ*. Quo pacto appellatur *magnus*, ab *elementari*, & *paruo* distinguitur. Et ita illũ accipimus, vt Angelum primum, & primum ho-

Digitized by Google

hominem includamus, quorum alter poſt creationē ſuam in cœlo ex curioſitate peccauit: & alter in terra, ex eàdem interijt, teſte
S. Bern. Bernardo, de primo Angelo dicente, ideò ex ſuperbia corruiſſe, quia curiosè ad Aquilonem intendit, ex quo curioſo aſpectu proſilijt in ſuperbiam. Quod ſanctus Doctor exprobrans, ſic fatur ad eū. *Sed quid interim ex obliquo intendis ad Aquilonem? iam te video, iam te perſpicio, neſcio, quæ ſupra te curioſiùs alta rimãtem. Ponam, inquis, ſedem meã ad Aquilonem. Cæteris aſtantibus cœlicolis, dum tu ſolus ſedère affectas, fratrũ concordiã, totius cæleſtis curiæ pacẽ, ipſius (quantum in te eſt) quietem Trinitatis infeſtas.* Et, curioſitatem tot malorum cauſam extitiſſe, ſubiungit: *Quò te tua miſer curioſitas ducit, vt præſumptione ſingulari non dubites, ciuibus ſcandalum, iniuriam facere Regi?*

Vide ergo, quàm antiqua ſit curioſitas, vt in cœlo incœperit ſtatim poſt conditionem ipſius, paruâ morâ tranſactâ, & inde in terram tranſiens, mulierem primam proſtrauerit, vt initio tibi dixi. Ideò idem Bernardus illius aſpectum ad paradiſi lignum, cõſiderans, ſic eã alloquitur. *Quid tuam mortem tam intenè intueris? quod illò tam crebrò vagantia lumina iacis?* Et paruæ mentis cuſtodiæ tribuens curioſitatis intuitum, ſubdit, *Niſi enim mens minùs ſe curioſè ſeruaret, tua curioſitas tempus vacuum non haberet.* Igitur tam antiquus eſt hoſtis iſte, quàm vniuerſus mundus. Viſis ergo cauſis illius, & origine, quid in nobis efficiat, aperiamus.

De *Curioſitatis effectibus.*

DIcendum priùs de effectibus ad *intellectus* curioſitatem pertinentibus. Deinde de illis, qui pertinent ad curioſitatem *ſenſus*.

De *effectibus curioſæ ſcientiæ.*

Hi tres ſunt, nimirum.

1. *Mentis elatio.*
2. *Vana oſtentatio.*
3. *Veritatis aberratio.*

De quibus ſingillatim dicemus.

De Primo effectu, qui eſt *Mentis elatio.*

DE iſta eſt manifeſtũ. Cum enim *in intentione* curioſi ſit prior, vt ſuperiùs eſt oſtẽſum, poſterior quoque *in exequutione* probatur, & conſequenter effectus. Non enim repugnat, rem eandem, modo diuerſo conceptã, effectum ſimul eſſe, & cauſam. Cauſa igitur fuit in *intentione*, & in *exequutione*, effectus. Curioſus namque per ſcientiã actu effertur, qui ex ſuperbia cordis acquiſitam ſcientiam exequitur.

Digitized by Google

Quod ſignificauit Apoſtolus, cũ
1.*Cor.*8.1 ita pronuntiauit: *Scientia inflat.* Et de curioſa eſt ſermo, quæ vtique euacuata eſt charitate; ſubdit enim, *Charitas verò ædificat.*
Ibid. Vnde ſic Chryſoſtomus infert,
Chryſoſt. hom.4. *Quare, quando fuerit ſine charitate, extollit ad inſolentiam.* Tũc autem ſine charitate addiſcitur, quando nõ ordinatur ad Deum, ſed propria gloria quæritur. Sic enim nõ mirum, ſi elationem pariat, & ſuperbiã, quæ erat priùs concepta.

Hinc ex hac inordinata ſcientia, in dæmonibus quoque Auguſtinus colligit hanc extollentiam, ſic inferens. *Eſt ergo in dæ-*
P. Auguſ. lib. 9. de Ciuit. Dei c.20.10.5 *monibus ſcientia ſine charitate, & ideo tam inflati, ideſt, tam ſuperbi ſunt.* Et lib. contra Creſconium, cap.25. tom.7. notat, etiam curioſam ſcientiam de diuinis, inflare, ſic dicens. *Proinde & iſta ſcientia, quamuis ad legem Dei pertineat, ſi in aliquo ſine charitate fuerit, inflat, & nocet.* Non ergo ſolùm humanarum ſcientiarum elatio eſt effectus, ſed diuinarum quoque, quando curioſa probatur, vtique ſine charitate. De qua proinde etiam Sapiens
*Eccl.*1.13 prædicauit, *hanc occupationem peſsimam dedit Deus filijs hominum, vt occuparentur in ea.* Quare *peſsimam?* quia permulti, qui ex curioſitate addiſcunt, elationẽ incurrunt, & ideo permitti labi à Deo, dicuntur, dum additur, *dedit Deus*, quod *permiſsiuè* tantùm intelligendum eſt, quemadmodũ ad Romanus Paulus loquutus eſt, *Tradidit Deus in reprobum ſen-* Rom.1.24
ſum. Vt communiter exponitur ibi.

Quod etiam ex Euangelio nobis eſt manifeſtum, in ſcientia nimirũ legali, quam Dominus permiſit cum elatione in Scribis, & Phariſæis dari. De quibus veritas ipſa teſtatur, *Amant primos accu-* Matt. 23
bitus in cœnis, & primas cathe- 6.& 7.
dras in ſynagogis, & vocari ab hominibus Rabbi. Quod ſanè non ſolum in *intentione*, verùm, & in *exequutione* intelligendum eſt, quatenus corde tumidi, delectabiliter acceptant, ex vanitate, honores, quos in Magiſterio, per legis ſcientiam ſolicitè exquirebant. Quam ſanè vanam elationem diſcipulis ſuis Dominus interdixit, quos humilitatis ſcientia imbuebat, dum ſubiunxit, *vos*
autem nolite vocari Rabbi. Vbi nu. 8.
non abſolute honorem prohibuit magiſterij, quo, ſine vllo defectu, Paulus ſe inſignitum fatetur, dicens, *In quo poſitus ſum Ego præ-* 2.ad Tim.
dicator, & Apoſtolus, & Magi- 1.11.
ſter gentium, ſed mentis elationem, vt S. Thomas prædicta verba
S. Thom. opuſc. 19. c. 2. circa med.
exponit. Erat ergo in Scribis, & Phariſæis inordinata ſcientia legis, non ſolum in intentione, verum & in exequutione cum mentis elatione, quæ in diſcipulis Chriſti cum vera humilitate, & charitate fulgebat.

At, quia, licet licita ſint magiſteria,

Digitized by Google

ſteria, periculoſum tamen eſt, non in illis extolli propter honorem, & præcedentiam, quæ illis reſpõdent, vt notauit Chryſoſtomus, dicens: *Hæc enim, & ſi minima eſſe videantur, magnorum tamen cauſa ſunt malorum*, ideò ex hac parte periculoſam ſcientiam, vtique cum magiſterio, & præcedẽtia coniunctam ſacrę noſtræ Conſtitutiones prohibent. p. 2. c. 8. num. 1. vt ſecuriùs, qui inter nos famulatum præſtant Altiſſimo, oſtentationem periculoſam in gradu fugiant, qui ex eodem fine contra ambitionem, quarto ſe ſolemni voto ligarũt, ne ſe efferrent, prælati: non, quod prælaturę ſtatus, ſecundùm ſe malus ſit, qui in ſcripturis præcipitur, ſed quia periculoſus valdè, vt fusè in propugnaculo primo oſtẽdimus; & probauimus ſpecialiter ex illo Iacobi: *Nolite plures magiſtri fieri fratres mei*. Cauſam prohibitionis ſubiũgens, *Scientes, quia maius iudicium ſumitis*. Vtique propter maius periculum. Qui ergo licitè, & laudabiliter vouent prælaturę fugam, cui coniunctum eſt magiſterium, benè etiam vouent non vocari magiſtri, neque præcedẽtiam ſumere ſcientiæ reſpondentem. Quam appellationem etiam, propter periculum vanitatis, Dominus diſcipulis vetuit in citato loco Matthæi, vt Chryſoſtomus ibi notauit.

S. Chryſoſ. homil. 73.

Cõſt. noſt.

Iacob. 3. 1

De ſecundo effectu, qui eſt *Vana oſtentatio*.

DE hac pariter certum eſt, & conſtat ex propria confeſsione elati illius, qui ſe ab hac oſtentatione continère non valens, protulit: *Reſpondebo, & ego partem meam, & oſtendam ſcientiam meam*. Vbi Gloſſa ex Gregorio ita dicit: *Hanc partem ſuã omnis arrogans æſtimat; ſi ſcientiam non tam habeat, quàm oſtẽdat, quia nimirum omnes elati, ſcientiam habere non appetunt, ſed oſtendere*. Quatenus ſcilicet, ad hoc addiſcunt, vt poſteà oſtentandò, gloriam perituram acquirant: oſtentant ergo, & oſtentando ſuperbiunt, & eſt partus elatæ intentionis, vt manet dictum ſuperiùs.

Iob. 32. 17

S. Gregor.

Et oſtentationis iſtius còncupiſcentia, ita eſt valida in corde ſuperbo, vt qui huiuſmodi eſt, ſubiungat: *Plenus ſum enim ſermonibus, & coarctat me ſpiritus vteri mei*. ideſt, mentis meæ, in qua concipiuntur prius ea, quæ ſunt exteriùs proponenda, ſicut fœtus in vtero, vt ibi Lyranus exponit. Et comparationem ſubdens, qua feruorem vehementem ſuæ oſtentationis ſignificet, ait, *En venter meus, quaſi muſtum abſque ſpiraculo, quod lagunculas nouas diſrumpit*. Et ſilentium ſuſtinere non valens, addit, *loquar, & reſpirabo paululùm*. Vbi ità in-

vu. 18.

Lyran.

vu. 19.

vu. 20.

Digitized by Google

S. Greg. inquit Gregorius, *Benè ait respirabo, quia sicut labor iustorum est videre praua, nec corrigere, ità grauis labor est arrogantium, si id, quod sapiunt, non ostendunt.*

De istis quoque loquens Bernardus, dixit, *sunt, qui scire volunt, vt sciantur ipsi, & turpis vanitas est.* S. Bernar. ser. 36. in Cant. Et hos redarguere testatur Satyricum, cum cecinit.

Scire tuum nihil est, nisi, te scire hoc, sciat alter?

Kempis lib. 1. c. 2. n. 2. Et Kempis etiam inquit, *scientes libenter volunt videri, & sapientes dici.*

Notandum est tamen, quod licet turpis sit scientiæ ostentatio, cum ad gloriam propriam quærendam ordinatur, vt in superbo corde contingit, quando tamen ad vtilitatem intenditur proximi, Deo grata est, & honesta, vt Sapiens insinuauit, cum dixit: *Sapientia abscondita, & thesaurus inuisus* (ideſt, occultus) *quæ vtilitas in eis?* Eccli. 20. 32. Et Rabanus circa Parabolam de talentis Matt. 21. Rabanus reprehensione dignos dicit, qui ex quadam *immoderata* humilitate doctrinam abscondunt, neque illa in vtilitatem proximorum vtuntur. Vnde Suarez to. 4. de Relig. lib. 5. c. 3. num. 10. ità Suarez. concludit: *In hunc ergo finem perfectionem doctrinæ publicis actionibus ostendere, & eius insignia, et honores admittere, malum non est, nec prædicto ordini, seu intentioni contrarium.* S. Thom. Et ex S. Thoma confirmat, qui 2. 2. q. 132. art. 1. ad 1. ait, laudabiliter posse hominem ad aliorum vtilitatem, gloriam suam appetere, iuxtà illud Matt. 5. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videãt opera vestra bona.* Matth. 5. 16. Et in opusculis in hanc rem adducit idem S. Doctor verba Petri dicentis, *Vnusquisque, sicut accepit gratiã, in alterutrum illam administrãtes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei.* Vnde sic concludit. *Qui igitur dicit, quod Religiosi, & sæculares in alterutrum, donum scientiæ non communicent, manifestè auctoritati Apostolicæ contradicit.* Quod corroborat ex Sapiente dicente, *Respicite, quod non mihi soli laboraui, sed omnibus exquirentibus disciplinam.* Eccl. 33. 18. Igitur ostensio publica, vel priuata doctrinæ, quando à Doctore ad vtilitatem fit proximorum, se tanquam fine vltimo non quæsito, honesta est, & laudabilis, sicut è contra conuincitur exprobrabilis, in qua laus propria à curioso Sciolo solicitè quæritatur. Opusc. 19. c. 3. ante med. 1. Petr. 4. 10.

De tertio effectu, qui est *Veritatis aberratio.*

HIc tertius est effectus curiosæ scientiæ, quo quis ab eo, à quo non est discendum, ex curiositate discit. Qui secundus modus vitij huius est, superiùs positus, iuxta doctrinam Angelicam.

Sup-

Digitized by Google

Supplantantur autem curioſi ſtulti, plerumque in errorem, & hæreſim incidentes, quia ſubdolum magiſtrum non fugiunt.

De hac pernicioſa doctrina loquens Diuinus ſpiritus ſub figura clamoſæ,& illecebroſæ mulieris ſedentis in cathedra peſtilentiæ, vnde errores doceat curioſos vecordes, ita ait: *Mulier ſtulta, & clamoſa, plenaque illecebris, & nihil omninò ſciens, ſedet in foribus domus ſuæ ſuper ſellam, in excelſo vrbis loco, vt vocaret tranſeuntes per viam, & pergentes in itinere ſuo. Qui eſt paruulus declinet ad me, & vecordi loquuta eſt.* Quæ verba Pater Auguſtinus conſiderans, inquit, *Hæc mulier vanitas eſt impiorũ, cum ſint inſipientiſsimi, aliquid ſe ſcire opinantium, ſicut de iſta muliere dictum eſt, inops panis efficitur, quæ, cum ſit inops panis, promittit panes: ideſt, cùm ſit ignara veritatis, promittit ſcientiam veritatis.*

Prouer. 9. 13.
nu. 14.
nu. 15.
nu. 16.
P. Auguſt tract. 97. in Ioann. tom. 9.

Interlin. Notat tamen Interlinealis ibi, ideò vecordi loquutum (qualis omnis curioſus eſt) *quia ſapienti non audet*. At quæ illius lectio fuit è ſella elationis prolata?

nu. 17. *Aquæ furtiuæ dulciores ſunt: & panis abſconditus, ſuauior.* Vbi aſtutia callida, & ſtultitia inſipientis, & peruerſi Doctoris à fide naufragantis, oſtenditur, & ſimul ſtultitia curioſi diſcipuli, qui prohibitione, & ſecreto inefcatus doctrinæ, eò auidiùs audit, quo ita tradi conſiderat: *Ipſa quippe* (inquit Auguſtinus) *occultatione condiunt quodãmodo nefarij Doctores ſua venena curioſis, vt ideò ſe exiſtiment aliquid diſcere magnũ, quia meruit habere ſecretum, & ſuauius hauriant inſipientiam, cuius prohibitam quodammodo ſurantur audientiam.*

P. Auguſt.

Et quod hoc furtum ſit, & doctrinæ ſecretum, quo animas curioſas inſipientium auditorum, alliciunt hæretici, & decipiunt, ac corrumpũt notat ſanctiſsimus Doctor, ſub nomine *prurìtus*, ſignificaſſe Apoſtolum, quo quemadmodũ integritas corporis quãdoquẽ deperit: ita auditu peruerſæ doctrinæ, puritas mentis. *Hos* (inquit) *Apoſtolus in Spiritu ſancto præuidens, ait, erit enim tempus, cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ſecundùm deſideria ſua, magiſtros ſibi coaceruabunt prurientes auribus, & à veritate quidem auditũ auertent, ad fabulas autem cõuertentur. Illa enim ſecreti, furtique commemoratio, qua dicitur, panes occultos attingite, & aquæ furtiuæ dulcedinem, pruritum facit audientibus, ſicut pruritu quodam libidinis, etiam in carne corrumpitur integritas caſtitatis.* Hæc ſanctus Doctor, & addit, quodtalia præuidens Apoſtolus, dixit omnibus poſteris, eos ab hac curioſa ſcientia compeſcendo in perſona Timothei: *Prophã-*

2. ad Tim 4. 3.

2 ad Tim 2. 16.

na autem, & vaniloquia deuita, multum enim proficiũt ad impietatem, & sermo eorum, sicus cãcer serpit. Et rursus 1. epist. c. 6. 20. *O Timothee, depositum custodi, deuitans prophanas vocum nouitates, & appositiones falsi nominis scientiæ, quam quidã promittentes, circa fidem exciderũt.* Ecce veritatis aberratio, quam appetitus curiosus incurrit.

1. Tim. 6. 20.

ann. 21.

Et quia plerumq. simpliciores ad hanc peruersam conuocantur scholam, qui possunt faciliùs decipi, vt vox illa testatur: *Qui est paruulus*, scilicet sensu, *declinet ad me*, ideo Dominus quoque in persona discipulorum suorum, tunc adhuc rudium, curiositatem posterorum quorumque amouit, cum protulit, *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modò.* Licèt enim, vt idẽ Pater Augustinus notat ibidem: *Omnes insipientissimi Hæretici, qui se Christianos vocari volũt, audacias figmentorum suorum, quas maximè exhorret ipse sensus humanus, hac occasione Euangelicæ sententiæ colorare conantur, quasi hæc ipsa sint, quæ tunc discipuli portare non poterant, & ea docuerit Spiritus sanctus, quæ palàm docere, atque prædicare, quantalibet feratur audacia, spiritus eruheſcit immundus.* Et aduertit curiositatem tantùm damnasse eorum, qui adhuc, cum lacte sint indigentes, solidiore pane pasci desiderant, & idem fuisse, ac dicere, *Cauete maximè, qui paruuli estis, & adhuc alimẽtis lacteis indigentes, ne hominibus sub hac occasione deceptis, ac deceptoribus, aurem curiosam præbeatis ad incognita scienda, cùm mentes inualidas habeatis ad vera, & falsa dijudicanda.* Et hunc etiam effectum considerauit Bernardus, cum dixit: *Curiositas damnosa peritia est, ad hæresim prouocat.* Explicatis igitur effectibus curiositatis, quæ pertinet ad intellectum, remanet dicendum

sup. Prcm. 9. 16.

Ioan. 16 12.

P. Aug.

S. Bernar. ser. 54. de mod. bene viu. circa fin.

De effectibus curiositatis *Sensibilis.*

SEquẽtes possunt inter alios præcipuè numerari. Videlicet.

1 *Animæ captio.*
2 *Cordis vagatio.*
3 *Aliorum detractio.*
4 *Discordiarum seminatio.*

De primo effectu, qui est *Animæ captio.*

MVltiplex captura est distinguenda, vt apertiùs constet, quanta sit hostis istius crudelitas fugienda. Sex namque modis, quantum ad rem attinet, contingere potest, videlicèt, *laqueo, visco, hamo, sagena, rete, vinculis*, ac denique *armis*; ita enim res capta sub potestate capientis potest redigi, & ita miser-

Digitized by Google

ſertimè perimi. Quæ omnia in captura iſta contingere, iam oſtendo.

Et primò quantum ad *laqueũ*, euidenter ex ſanctæ Iudith proloquio eſt manifeſtum, quæ curioſitatem oculorum conſiderãs

Iudith. 9 13. Holofernis, dixit: *Capiatur laqueo oculorum ſuorũ in me.* Quod quidem probauit euentus, vt ſe-

Ibid. 10. 17. quenti Capite dicitur: *Cumque intraſſet ante faciẽ eius, ſtatim captus eſt in ſuis oculis Holofernes.* Eſtigitur curioſitas oculorum laqueus, quo anima capitur. vt pariter Sapientis verba confirmant,

Eccli. 9 3. dum ait, *Ne reſpicias mulierem multiuolam, ne fortè incidas in laqueos illius.* Oculus ergo proprius, laqueus dicitur, & pariter mulier viſa. Hæc *obiectiuè*: ille *ſubiectiuè*. Eſt namque res viſa obiectum, quod viſum, allicit appetitum. Viſio verò ab oculo fit, & in ipſo manet, ideo *actio immanens* à Philoſophis appellata. Laqueus ergo vtraque dicuntur; obiectum quidem, *extrinſecè*: oculus, *effectiuè*, & *ſubiectiuè*. Quis autẽ cauſa cadendi? vtrumque, obiectum ſcilicet, & oculus, modis iam dictis. At ſi internũ inſidiatorem inſpicimus, reperiemus libidinem. Quæ omnia compendiosè P. Auguſtinus nos docuit, Prophetæ caſum conſide-

P. Auguſt. in Pſ. 50. init. rans, dicẽs: *De longè vidit Dauid illam, in qua captus eſt. Mulier longè: libido propè. Alibi erat, quod videret: in illo, vnde caderet.* Vbi tria commemorat, videlicet, *viſionem, mulierem, & libidinem.* Niſi enim videret, non appeteret. Viſio ergo à ſe facta, & in ſe manẽs, actiuè, & ſubiectiuè concurrit, & ideo ſic laqueus extitit: mulier autẽ, quatenus obiecta extrinſecè, ſic etiam illaqueauit: libido verò intus manens, inſidiatrix extitit, quæ adamando ſubegit, & profligauit. At quis ad hæc inſtigauit, & ſic laqueos iſtos parauit? Diabolus; teſte ſcriptura, dicente: *Narrauit, vt abſconderet laqueos, & dixit, quis videbit eos?* Vbi D. Bernar. dus ſic ait. *Laqueum poſuit in auro, & argento.* Et complectẽs ſenſibilia omnia obiecta, quibus in Deum peccamus, ſubiungit: *Et in omnibus, quibus abutimur, cum illis malè delectamur, & illaqueamur.* Sapiens quoque mulierem laqueũ eſſe inquit *venatorum*, vbi ita dicit Lyranus, *id eſt, dæmonum, qui venãtur animas, & muliere, quaſi laqueo vtuntur ad capiendas animas.*

Pſ. 63. 6. S. Bern. in med. c. 14 Eccle. 7. 27. Lyran.

S. Gregorius lib. 21. mor. c. 2. conſiderans verba illa prophetica, *Qui ſunt iſti, qui quaſi columbæ volant ad feneſtras ſuas?* ait per *feneſtras*, ſenſus corporis indicari, & per *columbas*, ſtos quoſque, qui ſi indè incautè reſpiciant, laqueo illigatos manere. *Quiſquis verò* (inquit) *per has corporis feneſtras incautè exteriùs reſpicit, plerumque in delectationem, etiam nolens, ra-*

S. Greg. Iſai. 60. 8.

pitur, atque obligatus deſiderijs, incipit velle, quod noluit. Ecce captus manet, quia ligatus. Et
Prou. 7. 23. vt Sapiens ait, *Velut ſi auis feſtinet ad laqueum.* Quem admodum enim hæc manet miſerè capta, ſic anima hac curioſitate illecta.

Secundò, quantum ad *viſcum* ſimiliter patet. Non enim tantùm laqueo capiuntur aues, verùm & viſco. Vnde de diabolo laqueorum tenſore Bernardus
S. Bernar. loc. prox. cit. dixit. *Nec ſolum laqueum poſuit, ſed & viſcum.* Sic Sichem filium Hemor illaqueauit, qui curioſus aſpectator Dinæ, amori illius, tamquam viſco quodam retētus inhæſit. Quam retētionem viſcoſam, diuinæ ſcripturæ verba indicant ſatis, dum ità capturam
Geneſ. 34. 3. iſtam enarrant, *Et conglutinata eſt anima eius cum ea.*

Tertiò, de *hamo, ſagena, & rete*, ex Abacuc Propheta conſtat, qui ad Deum loquēs, ità ait,
Abacuc. 1. 14. *Facies homines, quaſi piſces maris.* Vbi verbum *facies*, permiſſiuè tantùm intelligendum eſt, quatenus permittit Deus homines, velut piſces, à diabolo capi,
Interl. Lyran. vt Interlinealis, & Lyranus ibi exponunt. Subiungitur autem magnitudo capturæ, & modus illius, *totum*, ſcilicet, genus humanum, *in hamo ſubleuauit, &*
n. 15. *traxit illud in ſagena ſua, & congregauit in rete ſuum.* Vbi totū cępiſſe dicitur, & eſt figurata loquutio, quia pars maior, velut ſtulta decipitur, ſicque miſerrimè capitur, quia *ſtultorum infinitus eſt numerus*. Et conſequenter multiplex ponitur modus, vt exprimatur, quomodo tanta turba trahatur ex omnium ſtatu, ab hoſte iſto decepta. Per
piſces namque, iuxta Auguſtinum, intelligendi ſunt curioſi. Sic namq; interpretatur verba Pſalmiſtæ dicentis. *Omnia ſubieciſti ad pedibus eius*, nimirum Chriſti, Paulo etiam teſte ad Hebræos 2, vbi ait, requiſitam fuiſſe Chriſti gloriam, & potentiam, vt deſtrueret eum, *Qui mortis habebat imperium, ideſt, diabolum, & liberaret eos, qui timore mortis, per totam vitam obnoxij erant ſeruituti*: Ecce homines capti, & virtute Chriſti liberati, & inter hos, nomine piſcium, curioſi appellati, de quibus S. Doctor ſubiungit, *Intuere etiam piſces maris, hoc eſt, curioſos, qui perambulant ſemitas maris, ideſt, inquirunt in profundo huius ſæculi temporalia.* Inquirunt autem per ſenſus, ità profusè, vt Sapiens dicat, *Non ſatiatur oculus viſu, nec auris auditu.* Et ſic miſerrimè capiuntur tot modis, *hamo*, ſcilicet, *ſagena, & rete*.

Eccle. 1. 15. *Pſal. 8. 8.* *Hebr. 2. 14.* *P. Aug. in pſal. 8.* *Eccle. 1. 8*

Et de *hamo* quidem mentio quoque apud Iob fit, dum dicitur, *In oculis eius, quaſi hamo capiet eum*. Et ſermo eſt de diabolo, qui in oculis homini parat hamum, & multos ſic capit *per aſpectum impudicum*, vt in Gloſ-
Iob 40. 19. *Lyran.*

ſa

ſa morali ibi Liranus notauit.

Et ſagenam quoque in fœmina tendit, de qua Sapiens, *Et ſagena cor eius*, quia ſicut ſagena capiũtur piſces magni, parui, & mediocres, ſic mulier de quolibet ſtatu hominum decipit plures. Per oculos namque ſuos, impudicum cor prodit, *Quia impudicus oculus, impudici cordis eſt nuntius*, vt P. Auguſtinus in ſua Regula tradit, & ſic hominem trahit, & capit.

Eccle. 7. 27.

P. Aug.

De *rete* quoque dicitur in prouerbijs, *Irretiuit eum multis ſermonibus*. Et de adultera fœmina loquitur, quæ ſermone blando, & dulci incautum iuuenem capit, & curioſitate aurium cadit, qui talia audit.

Prou. 7. 21.

De *vinculis* etiam, & *armis* patet ex ſcripturis ſacris. De incontinente namque muliere pronuntiauit Sapiens, *Vincula ſunt manus illius*. Vbi Lyranus inquit, *Quia ligat hominem mente, & corpore, ſuis amplexibus*. Vbi curioſitate ad tactus ſenſum ſpectante vinculatur miſerrime homo. Tale quidem fuit gremium Dalilæ forti Samſoni. Nam ſic ab hoſtibus ſuis vinculatus interijt, *Et duxerunt Gazam vinctum catenis*. In quo quiſque iuſtus figuratus fuit, qui licet robuſtus ex gratia, tamen, ſi cautus non fuerit in cuſtodia ſenſuum, & curioſitate ducatur, tandem vinculis capietur ab hoſtibus, ideſt, dæmonibus, & detrudetur in carcerem infernalem, ibi ſemper manſurus.

Eccl. 7. 27. *Lyran.*

Iudic. 16 21.

Capitur quoque curioſus incautus curioſitate ſua, velut armis. Sagittæ namque aſſimilatur amor ex procacis mulieris aſpectu, & auditu conceptus. Proindeque de ſic ſagittato dicitur, *Donec transfigat ſagitta iecur eius*. Vbi Hugo aduertit, notanter iecoris fieri mentionem, quia in illo ſedes amoris eſt. Qui ergo aſpectum impudicum non cauet, & obſcænum auditum, amore impuro capitur, ſagittatur, ac vulneratur. De qua captura loquens Bernardus, dixit, *Per oculos intrat ad mentem ſagitta amoris. Viſio oculorum mittit ſagittas fornicationis in mentem: oculus eſt prima ſagitta fornicationis*. Sic ſagittatus Dauid Barſabee aſpectu, vulneratus, captuſque eſt. De quo Chryſoſtomus ait, *aperuit in vano oculos, & ſuſcepit ſagittæ ictum*.

Prou. 7. 23. *Hugo.*

S. Bern. de mod. ben. viu. ſer. 23.

S. Chryſ. in pſ. 50.

Prædicta autem verba prouerbiorum ita Septuaginta legũt, *Et tanquam ceruus vulneratus in iecore*. In quo inſinuatur, capturam hanc talem eſſe, quod licet aliquando, captus non videatur, qui ſic vulneratur, quia fugam videtur arripere, eſt tamen reuera captus, quia tandem occumbit. Reſpexiſti incautè turpe obiectum, vel aurem tuam ad turpia præbuiſti, tunc quidem non

pitur, atque obligatus deſiderijs, incipit velle, quod noluit. Ecce captus manet, quia ligatus. Et
Prou. 7. 23. vt Sapiens ait, *Velut ſi auis feſtinet ad laqueum*. Quem admodum enim hæc manet miſerè capta, ſic anima hac curioſitate illecta.

Secundò, quantum ad *viſcum* ſimiliter patet. Non enim tantùm laqueo capiuntur aues, verùm & viſco. Vnde de diabolo laqueorum tenſore Bernardus
S. Bernar. loc. prox. cit. dixit. *Nec ſolum laqueum poſuit, ſed & viſcum.* Sic Sichem filium Hemor illaqueauit, qui curioſus aſpectator Dinæ, amori illius, tamquam viſco quodam retētus inhæſit. Quam retētionem viſcoſam, diuinæ ſcripturæ verba indicant ſatis, dum ità capturam
Geneſ. 34. 3. iſtam enarrant, *Et conglutinata eſt anima eius cum ea*.

Tertiò, de *hamo, ſagena, & rete*, ex Abacuc Propheta conſtat, qui ad Deum loquēs, ità ait,
Abacuc. 1. 14. *Facies homines, quaſi piſces maris*. Vbi verbum *facies*, permiſſiuè tantùm intelligendum eſt, quatenus permittit Deus homines, velut piſces, à diabolo capi,
Interl. Lyran. vt Interlinealis, & Lyranus ibi exponunt. Subiungitur autem magnitudo capturæ, & modus illius, *totum*, ſcilicet, genus humanum, *in hamo ſubleuauit, &*
v. 15. *traxit illud in ſagena ſua, & congregauit in rete ſuum*. Vbi totū cępiſſe dicitur, & eſt figurata loquutio, quia pars maior, velut ſtulta decipitur, ſicque miſerrimè capitur, quia *ſtultorum infinitus eſt numerus*. Et conſequenter multiplex ponitur modus, vt exprimatur, quomodo tanta turba trahatur ex omnium ſtatu, ab hoſte iſto decepta. Per
piſces namque, iuxta Auguſtinum, intelligendi ſunt curioſi. Sic namq; interpretatur verba Pſalmiſtæ dicentis. *Omnia ſubieciſti ad pedibus eius*, nimirum Chriſti, Paulo etiam teſte ad Hebræos 2. vbi ait, requiſitam fuiſſe Chriſti gloriam, & potentiam, vt deſtrueret eum. *Qui mortis habebat imperium, ideſt, diabolum, & liberaret eos, qui timore mortis, per totam vitam obnoxij erant ſeruituti*: Ecce homines capti, & virtute Chriſti liberati, & inter hos, nomine piſcium, curioſi appellati, de quibus S. Doctor ſubiungit, *Intuere etiam piſces maris, hoc eſt, curioſos, qui perambulant ſemitas maris, ideſt, inquirunt in profundo huius ſæculi temporalia*. Inquirunt autem per ſenſus, ità profusè, vt Sapiens dicat, *Non ſatiatur oculus viſu, nec auris auditu*. Et ſic miſerrimè capiuntur tot modis, *hamo*, ſcilicet, *ſagena, & rete*.

S. Aug. in pſal. 8. *Pſal. 8. 8.* *Hebr. 2. 14.* *Eccle. 1. 8*

Et de *hamo* quidem mentio quoque apud Iob fit, dum dicitur, *In oculis eius, quaſi hamo capiet eum*. Et ſermo eſt de diabolo, qui in oculis homini parat hamum, & multos ſic capit *per aſpectum impudicum*, vt in Gloſ-
Iob 40. 19. *Lyran.*

ſa

ſa morali ibi Liranus notauit.

Et ſagenam quoque in fœmina tendit, de qua Sapiens, *Et ſagena cor eius*, quia ſicut ſagena capiũtur piſces magni, parui, & mediocres, ſic mulier de quolibet ſtatu hominum decipit plures. Per oculos namque ſuos, impudicum cor prodit, *Quia impudicus oculus, impudici cordis eſt nuntius*, vt P. Auguſtinus in ſua Regula tradit, & ſic hominem trahit, & capit.

Eccle. 7. 27.

P. Aug.

De *rete* quoque dicitur in prouerbijs, *Irretiuit eum multis ſermonibus*. Et de adultera fœmina loquitur, quæ ſermone blando, & dulci incautum iuuenem capit, & curioſitate aurium cadit, qui talia audit.

Prou. 7. 21.

De *vinculis* etiam, & *armis* patet ex ſcripturis ſacris. De incontinente namque muliere pronuntiauit Sapiens, *Vincula ſunt manus illius*. Vbi Lyranus inquit, *Quia ligat hominem mente, & corpore, ſuis amplexibus*. Vbi curioſitate ad tactus ſenſum ſpectante vinculatur miſerrime homo. Tale quidem fuit gremium Dalilæ forti Samſoni. Nam ſic ab hoſtibus ſuis vinculatus interijt, *Et duxerunt Gazam vinctum catenis*. In quo quiſque iuſtus figuratus fuit, qui licet robuſtus ex gratia, tamen, ſi cautus non fuerit in cuſtodia ſenſuum, & curioſitate ducatur, tandem vinculis capietur ab hoſtibus, ideſt, dæmonibus, & detrudetur in carcerem infernalem, ibi ſemper manſurus.

Eccl. 7. 27. *Lyran.*

Iudic. 16 21.

Capitur quoque curioſus incautus curioſitate ſua, velut armis. Sagittæ namque aſſimilatur amor ex procacis mulieris aſpectu, & auditu conceptus. Proindeque de ſic ſagittato dicitur, *Donec transfigat ſagitta iecur eius*. Vbi Hugo aduertit, notanter iecoris fieri mentionem, quia in illo ſedes amoris eſt. Qui ergo aſpectum impudicum non cauet, & obſcænum auditum, amore impuro capitur, ſagittatur, ac vulneratur. De qua captura loquens Bernardus, dixit, *Per oculos intrat ad mentem ſagitta amoris. Viſio oculorum mittit ſagittas fornicationis in mentem: oculus eſt prima ſagitta fornicationis*. Sic ſagittatus Dauid Barſabee aſpectu, vulneratus, captuſque eſt. De quo Chryſoſtomus ait, *aperuit in vano oculos, & ſuſcepit ſagittæ ictum*.

Prou. 7. 23. *Hugo.*

S. Bern. de mod. ben. viu. ſer. 23.

S. Chryſ. in Pſ. 50.

Prædicta autem verba prouerbiorum ita Septuaginta legũt, *Et tanquam ceruus vulneratus in iecore*. In quo inſinuatur, capturam hanc talem eſſe, quod licet aliquando, captus non videatur, qui ſic vulneratur, quia fugam videtur arripere, eſt tamen reuera captus, quia tandem occumbit. Reſpexiſti incautè turpe obiectum, vel aurem tuam ad turpia præbuiſti, tunc quidem non

non conſenſiſti, & per hoc euaſiſti, tamen iaculum immiſſum non penitus abſtuliſti, dum enim ad cor imaginibus illis infectum rediſti, tandem occubuiſti, veluti cerua, quæ ſagittata, abire videtur, venatorias manus effugiens, ſed fuga non completa, cadens, capitur, vt alibi teſtatur idem Chryſoſtomus dicens, *Quemadmodum cerua confixa iaculo in vitali corporis parte, etiamſi venatorum effugiat manus, nihil inde ſert lucri: ſic & animus, accepto concupiſcentiæ iaculo, è laſciuo curioſoque aſpectu, etiamſi cum iaculo permittatur abire, tamen ipſe per ſe corrumpitur, ac perit.* Sicque ad manus hoſtis tandem venit.

S. Chryſ. Homil. 3. de verb. Iſai.

Hoſtem hunc, armis his curioſum quemque infeſtantem, & capientem ſignificauit Propheta, cum dixit, *Oculus meus depræda-*
Threnor. 3. 51. *tus eſt animam meam in cunctis filiabus vrbis meæ.* Quaſi, quod tot ſint peruerſi animorum depredatores, quot ſunt immodeſti oculorũ intuitus. Quẽadmodum namque hoſtes armati, aduerſarios armis captos deprædantur: ità ſenſus noſtri, velut curioſitate armati in animã, illam miſerrimè capiunt, & illius bona diripiunt. Proinde ibi inquit Hieronymus, *Per oculum*
S. Hieronymus. *corporis, pertulit prædam cordis.* Hic igitur eſt curioſitatis effectus, quem primò conſideramus. Ad alios procedamus.

De ſecundo effectu, qui eſt *Cordis vagatio.*

DE cordis iſta vagatione Deus lamentatur, cùm dicit per Ieremiam, *Grex perditus factus eſt populus meus: Paſtores eorum ſeduxerunt eos, feceruntque vagari in montibus, de monte in collem tranſierunt.* Vbi per gregem perditum, perditorum hominum intelligendæ ſunt animæ in ſenſibilibus iſtis paſtæ per quinque ſenſus, ductæ quidem à paſtoribus prauis, qui earum potiùs interitum, quàm verum paſtum quærunt. Et hi, diabolus, caro, & mundus ſunt, qui falſas conſolationes, & peritura bona exhibent, vt euacuent permanſuris. De quibus idem Dominus per eundem Prophetam conqueritur, dicens, *Paſtores multi demoliti ſunt vineam meam, conculcauerunt partem meam dederũt portionem meam deſiderabilem in deſerto ſolitudinis.* Et iſti quidem ſunt Paſtores, qui veris paſtoribus aduerſantur, qui de Deo animam cibant, & aqua potant ipſius, vt cum eo collecta, cor non apponat ad alienam aquam, & figurati in Geraræ paſtoribus aduerſus paſtores Iſaac dicens, *Noſtra eſt aqua.* Quaſi dicant, oblectamenta, quæ exhibemus ſenſibus gregis noſtri, vera ſunt, ad ipſa declicli-

Ieremi. 50. 6.

Ieremi. 12. 10.

Geneſ. 26. 18.

Digitized by Google

clinare debent, obliti eorum, quę in corde ſolet Deus exhibere.

Et ſanè iſti ſunt hædi, de quibus in Canticis dicitur, *Paſce hædos tuos*. Et ſtatim mentio fit paſtorum, à quibus paſci dicuntur, dum ſubiungitur, *iuxta tabernacula paſtorum*. Vbi ſanctus Bernardus per *hædos*, quinque ſenſus intelligit, & per *paſtores*, ſenſibilia bona, quæ quidem mũdus, caro, & diabolus, vt diximus, ſtudiosè, & inſidiosè ſubminiſtrant, vt ſupplantent. Ideoque notat, non dici, *Supra tabernacula paſtorum*, ſed *iuxta*, quia paſtores iſti non cęleſtia cogitãt, quæ propinent, & ſatient, ſed terrena, quæ irritent. Verba ſancti Doctoris, hæc ſunt. *Hædos quippe dicit vagos, & petulantes corporis ſenſus, per quos peccatum, tanquam mors per feneſtras, intrauit ad animam: benè autem congruit, quod ſequitur, iuxta tabernacula paſtorum, non enim ſupra ſunt agni: ſed iuxta tabernacula paſtorum hædi paſcũtur: paſtores ſiquidem, qui veri paſtores ſunt, licèt tabernacula habeant de terra, & in terra, corpora, ſcilicet, ſua his diebus, quibus nunc militant: non tamen de terra, ſed de cœleſtibus paſcuis, dominicos greges paſcere conſueuerunt: at hædi, qui ſunt corporis ſenſus, cœleſtia non requirũt: ſed iuxta tabernacula paſtorum, ex omnibus, ſcilicet, bonis ſenſibilibus huius mũdi, quæ eſt regio corporum, ſumunt, vnde ſua deſideria, non tam ſatient, quàm irritent.* Hæc Bernardus.

Cant. 1. 8

S. Bernar. ſer. 35. in Cant.

Grex igitur, de quo per Ieremiam Dominus loquitur, animæ ſunt, curioſitate viſibilium paſtæ, per feneſtras quinque ſenſuum extra ſe ductæ à paſtoribus ſeductoribus, qui ex eo ſeduxerunt, quia in montibus vagari fecerũt, & de monte in collem tranſire. Quid eſt vagari in montibus? niſi in iſtis viſibilibus paſci, quæ terrena quidem ſapientibus, alta videntur, & magna. Et quid eſt de monte in collem tranſire, niſi de oculo ad aurem ire? Iſti enim ſẽſus in eminẽtiori corporis parte ſunt ſituati. Et quemadmodum mons colle altior dicitur, ita auris ſitus, ab oculo paululũ exceditur. De monte ergo, & colle, ideſt, de oculo, & aure, ſpecialiter lamentatur, quia per ſenſus iſtos anima vagatur latiùs, teſte Bernardo dicente, *Curioſitas in his duobus ſenſibus, viſus videlicet, & auditu, maximè viget, quia per ipſos, vtpotè principaliores corporis feneſtras, mors crebriùs, & leuiùs intrare conſueuit.*

S. Bernar. ſerm. de verb. Sapcire. init.

Quæ ergo ruina ſequuta fuit ex curioſitate prędicta? ſubditur. *Obliti ſunt cubilis ſui*. Quid eſt obliti ſunt cubilis ſui? deſeruerunt cor ſuum. Eſt namque cor noſtrum cubile, de quo Pſalmiſta loquens, dicit, *In cubilibus veſtris compungimini*, ideſt, *in cor-*

Ierem. ut ſup.

Pſal. 4. 5.

Digitized by Google

Interlin. Auguſt. *dibus veſtris*, vt ibi Interlinealis Gloſſa, & Auguſtinus exponunt. De hoc etiam locutus Dominus, vt mentis recollectionem in oratione ſignaret, dixit apud Matth. 6. 6 Matthæum, *Intra in cubiculum tuum.* Templum namque Dei eſt cor noſtrum, vt Paulus teſtatur, 1. Cor. 3. 16. dicens, *Neſcitis, quia templum Dei eſtis?* Et in cubiculo iſto lectulus eſt Salomonis, id eſt, Chriſti, vt in Canticis dicitur, & exponitur à Carpathio verbis huiuſmodi, Phil. Carpat. *Quæcumque ſponſa cor ſuum ſolicitudinibus mundi purgat, ac vacuat, diuinoque amore replet, cubiculum ſponſo ſuo parat Chriſto Ieſu.* Obliuio ergo cubilis iſtius, quæ eſt vagari ab illo, ex vagatione oritur ſenſuum, qui curioſitate illecti, à corde animam auocant, & ibi eam ponunt, vbi ponitur amor, quæ, iuxta dicta ſuperiùs ex Auguſtino, magis vbi amat, quã vbi animat, eſt. Et, cubili iſto deſerto, abſque dubio, corde deſerit creatorem, qui lectulum in corde habebat, & conſequenter, meritò ab ipſo relinquitur.

Hinc ad iſtos adulteros, qui lectulum maculant maritalem per extraneorum coniugium, ab Ierem. 3 8. ipſo Domino dicitur, *Pro eo, quod mœchata eſt auerſatrix Iſrael, dimiſi eam, & dedi ei libellũ repudij.* Conſortium enim aliorum fugit, & ſolus vult amari, qui amator eſt puritatis. Quod indicauit Apoſtolus, cum multis ſpõſam miſceri, prohibens, dicens, *Deſpondi vos vni viro, virginem caſtam exhibere Chriſto.* Quaſi illius toro reddatur indigna, quæ ſe communicat alteri, & ideo libello repudij mereatur mulctari. 2. Cor. 11. 2.

Hinc caſta ſponſa, & in iſtis viſibilibus ſobria, ſimilem timens cenſuram, & vagationem cupiens fugere, & ſola cohabitare ſponſo, ab ipſo ſuum petit amorẽ, quem coniugalis cubilis agnoſcit fidum cuſtodem, ne curioſitate vagata, cordis oſtium aperiat creaturis, creatore deſerto, & deſerta ab ipſo, quare affectuosè ait ad illũ, *Indica mihi, vbi paſcas, vbi cubes in meridie.* Meridies namque, iuxta Lyranum, fides formata eſt charitate. Hac ergo luce ducta, & hoc amoris feruore accenſa, in quo cubare ſolet ſpõſus, cupit ipſa foueri, vt ſic cubiculum, & lectulus floridus facta ſponſi, ſecurè vagationem fugiat ſenſuum ſuorum per viſibilia iſta; hoc enim, iuxta notata, verba indicãt ſubſequentia, *ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum.* Vbi ſeductores paſtores memorati ſuperiùs, ſodales Chriſti vocantur, qui *Principes Paſtorum* dicitur, quatenus, vt notauimus, promittunt etiam ipſi vera paſcua, vtique oblectamenta, quę ſolus verus paſtor miniſtrat. Cant. 1. 7. Lyran. ibid.

Hinc ipſius illa eſt querimonia, *Vſquequo delicijs diſſolueris filia vaga?* Vbi per *delicias* ſunt intelligendæ ſenſibiles, quæ ſenſibus Ierem. 31 22.

Digitized by Google

fibus præcipuè hauriuntur, quorum gaudia Auguſtinus recensẽs, ſignificat, non ſatis poſſe omnia enarrari, dicens, *Et quis omnes delicias ſenſuũ enumerare queat, quæ tam multiplices ſunt in ſingulis, vt ſi quis quemlibet propter ſe conſideret, quemlibet per ſe ſingulariter ditatum putet?*

Aug. lib. de dilig. Deo c. 11. num. 9.

Dicit igitur Dominus, vſquequò tu ſenſuum tuorum paſta delicijs, per creata vagaris, à me euagata? & notabile eſt verbũ *diſſolueris*, quo vtitur. Solutionem namque indicat: ſolutio autem ligaturam ſupponit, quæ per ſponſalitium fit, quod ſecum ſolùm factum teſtatur, *Sponſabo te mihi in ſempiternum*. Vbi non, ad tempus, factum exprimit. Et ideo diſſolutum dolet, & conqueritur piè, ac ſi diceret, vſquequò aperis feneſtras, & oſtia ſenſuum tuorum, & cubile meũ, quod eſt cor tuũ, cùm creaturis cõmaculas? & me vnicum ſponſum tuũ cogis exire, te ſine me manente, & ideo ſolitaria? Et hoc ſanè eſt, de quo ſupra per Ieremiam doluerat, dicens, *Dederunt portionem meam deſiderabilem in deſerto ſolitudinis*. Deſertum namque verè anima manet, quæ Deo euacuatur.

Oſe. 2. 19

Ierem. 12. 10.

Eadem materia proſequitur.

HAnc quoque cordis vagationem ſignificauit receſſus filij prodigi *in regionem longinquam*. Quid eſt in regionem longinquam? niſi in viſibilia iſta ire, cum eis corda infigimus, à quibus diſcedere, & ad Deum tendere nos P. Auguſtinus admonuit, cùm in Regula poſuit, *Sursùm cor habeant, & terrena vana non quærant*. Et conformiter locutus eſt ad Apoſtolicam normã. *Quæ ſurſum ſunt: quærite, nõ quæ ſuper terrã*. Quia vtiq. à Deo auertunt, & deorſum cor ferunt præ grauitate ſua. Quod pariter agnoſcens Propheta, dixit, *Vſquequò graui corde?* Id eſt, relinquitis Deum corde, & ad ima trahimini, ipſorum illecti amore? vt indicant ſequẽtia verba, *Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* At quãdo diliguntur, & quæruntur viſibilia iſta, niſi, cùm poſt ea, per noſtros currimus ſenſus? cùm oculus figitur: cùm auris porrigitur, & cæteri ſenſus ſine fræno poſt obiecta ſua eunt? Tunc heu! à Deo homo recedit, & deſerit corde. Quod agnoſcens quidam, qui oculum fixum tulerat in alienam, vagationem ſuam à ſummo bono deplorans, dixit, *Erraui ſicut ouis, quæ perijt*. Errauit ergo corde, quia ſicut ouis errauit, quæ Deo ſoli, & ab ipſo paſcenda erat, & à ſeductoribus paſtoribus ex curioſitate victa, tradidit ſe paſcendam viſibilibus iſtis.

Luc. 15. 13.

Aug. Pſal. 118. 176.

Hic igitur eſt receſſus *in regionem longinquam*, in qua cõſtitutus corde, vagatur à Deo. Ideo Interlinealis, filij prodigi iſtius receſſum, qui bonis iſtis

Interl.

na-

naturalibus ſenſuum abutendo, profectus eſt in regionem *longinquam*, explicans, ait, *Vſque ad obliuiuionem Dei*. Et hæc eſt obliuio memorata ſuperiùs, *Obliti ſunt cubilis ſui*. Cordis vtique ſui, Dei ſui. Quod contemplans, & deplorans Bernardus, dixit, *Reſpicit oculus, & mentis ſenſum auertit: audit auris, & intentionem cordis inflectit*.

Ierem. 50. 6.

S. Bernar. in med. c. 14.

Vagatio iſta pariter figurata venit in illo cæco mendico, de quo legitur apud Lucam. *Cæcus quidam ſedebat ſecùs viam, mendicans*. At non mirum, qui cæcus fiat, qui iuxtà viam mendicat. Quid eſt via? vita iſta, qua omnes peregrinamur à Domino, & dicimur viatores. Et quid, iuxtà illam, eſt mendicare? niſi quæ in ipſa ſunt curiosè indagare? Sanè verbum *mendicans*, incontinentiam ſenſuum optime indicat. Quemadmodum namque mendicans, continere ſe nequit, quin clamet, & pro eleemoſyna inſtet, & manus tranſeuntium aſpiciat, an ad ſubueniendum parentur: ſic curioſus homo, curioſitate inſtigante, non valet ſe cohibere, quin ſenſibus dimittat habenas, quibus hauriat ſenſibilia. Igitur non mirum, ſi cæcus dicatur, qui ita in via mendicat, quia viſibiliũ ſenſus abſtulit ſupernorum aſpectum. Et iſti quidem ſunt, de quibus eſt ſcriptum: *Quia videntes non vident, & intelligentes non intelligunt*. Et de quibus quoque Pſalmiſta intonuit: *Nolite fieri ſicut equus, & mulus, quibus non eſt intellectus*. In eo enim, quod poſt concupiſcentias ſenſuũ ſuorum effrænè ducitur, curioſitate ductrice, corde elongatur à Deo, & fit ſine intellectu, licet habeat intellectum, quia non aduertit per ipſum: Qui ergo inordinatè per ſenſus in viſibilia rapitur, à Deo corde vagatur.

Luc. 18. 35.

Matt. 13. 13.

Pſ. 31. 9.

Hinc non tantùm carnales, qui iam hoſti huic manus ſuas dederunt, & voluptantur in carne, & ſanguine, Dei ſui obliti, vagationem hanc patiuntur, verùm etiam milites Chriſti, niſi nimis ſint vigiles, ſic pariter impetiti, ità corde vani fiunt. Quod de ſe confeſſus eſt Auguſtinus, iam mente ſanatus, vt ſupra meminimus. *Canẽ* (inquit) *currentem poſſi leporem, iam non ſpectio, cum in circo fit: at vero in agro, ſi caſu tranſeam, auertit me fortaſsis, & ab aliqua magna cogitatione, atque ad ſe conuertit illa venatio, non deuiare cogens corpore iumenti, ſed cordis inclinatione. Et niſi iam mihi, demonſtrata infirmitate mea, citò admoneas, aut ex ipſa viſione per aliquam conſiderationem in te aſſurgere, aut totum contemnere, vanus hebeſco.*

P. Auguſt. lib. 10. conf.

De effectu tertio, qui eſt *Aliorum detractio*.

Hic alius eſt effectus, quem parit hic hoſtis iniquus.

De

De quo vltra frequentem experientiam, plura habemus in ſacra ſcriptura exempla.

Et imprimis in Danielis perſona, quem Deum ſuum orantem inquiſierunt inuidi curioſi, vt ibi narratur his verbis, *Viri ergo illi curioſiùs inquirentes, inuenerunt Danielem orantem, & obſecrantem Deum ſuum.* Ecce curioſus ſæuiens. Et quis ictus illius? Detractio apud Regem. *Subditur enim. Et accedentes locuti ſunt Regi. Daniel de filijs captiuitatis Iuda, non curauit de lege tua, & de edicto, quod conſtituiſti: ſed tribus temporibus per diem orat obſecratione.*

Daniel. 6. 11.

Dan. 12. & 13.

Secundò, in perſona caſtæ Suſannæ. De qua apud eundem legitur Danielem, quod curiosè à perfidis ſenibus obſeruata, ab eiſdem fuit delata, vltimo ſupplicio à populo perimenda. Dicitur nãque ibi; *Et obſeruabant quotidie ſolicitiùs videre eam.* Ecce curioſitas oculorum. Et poſt pauca, detractatio ponitur, imò accuſatio publica, vt morte plecteretur innocentiſſima caſtitas, diuinitùs tamen à tanto malo erepta.

Daniel. 13. 12.

Tertiò, in Domino noſtro IESV Chriſto, exemplari vnico omnium paſſionum. Curioſitas ergo Iudæorum cordibus dominata, oculos aperiebat eorum, vt inquo ipſi detraherent, inuenirent. Sic enim legitur apud Lucam. *Obſeruabant autem eum Scribæ & Phariſæi, ſi in ſabbato curaret.*

Luc. 6. 7.

Et curioſæ obſeruationis iſtius effectus ſubditur: *Vt inuenirent, vnde accuſarent eum.* Et ita frequentiſſimè proh dolor, curioſitas ſæuit in bonos! vt etiam notauit Bernardus, cum dixit, nunquã deeſſe, *qui acta ſponſæ* (ideſt, animę iuſtæ) *curiosè obſeruent, derogandi, non imitandi cauſa.*

S. Bernar. ſerm. 14. in Cant. ant. med.

Et hæ quidem ſunt aues, de quibus Sapiens dixit. *Et aues cæli portabunt vocem tuam, & qui habet pennas, annuntiabit ſententiam.* Vbi Lyranus ait, has aues, curioſos eſſe, qui aliorum dicta auidè perſcrutantes, velociter ea deferunt, detrahendo. Et ideo notanter habere pennas dicuntur, vt velocitas denotetur, qua detractio iſta contingit.

Eccle. 10. 20.

Lyranus.

De effectu quarto, qui eſt *Diſcordiarum ſeminatio.*

EFfectus hic benè ex præcedenti infertur. Cum enim, vt eſt iam ſatis oſtenſum, detractio ex curioſitate ſequatur, & ad iram detractio prouocet, & iram diſcordias pariat, iuxtà illud, *Qui prouocat iras, producit diſcordias*, benè hæc ſeminatio, ex hoſte iſto, probatur.

Prou. 30. 33.

Optimè etiam confirmat propoſitum, illud Sapientis, dictum, *cum defecerint ligna, extinguetur ignis: & ſuſurrone ſubtracto, iurgia conquieſcunt.* Ergo, illo dato, iurgia creſcunt: ſi igitur detractionis curioſitas probatur origo.

Prou. 26. 20.

Digitized by Google

go diſcordiarum pariter cognoſcitur ſeminarium.

Non tantùm autem ex curioſitate auditus, ſed ex viſu quoque, & tactu, diſcordiæ hæ ſeminantur, vt ex pluribus ſcripturæ locis, facilè eſt videre. Et ſufficit pro nunc, primò curioſitatem Dinæ proferre, & incontinentis Sichem. Ex quibus tantum fuit ortum diſſidium, vt tota vrbs Salem per fratres Dinæ fuerit deuaſtata.

Geneſ.34.

Secundò adduci poteſt Euæ curioſus aſpectus, quo vetitum pomum aſpexit. Ex quo interna diſcordia ſequuta fuit in ipſa, & tota poſteritate ſua, vt Apoſtolus dixit. Ex qua etiam externa cætera iurgia originem ſuam ducũt, vt S. Iacobus teſtatur, dicens. *Vnde bella, & lites inter vos?* & reſpondet, *nonne ex concupiſcentijs veſtrĩs, quæ militant in mẽbris veſtris?* Vide, quæſo, frater. quàm durum, & propagatum bellum, ortum ex vno curioſo aſpectu.

Iacob.4.1

Tertiò pro curioſitate tactus, adduci poteſt cõcupiſcentia Amnon, qui pro concubitu Thamar ſororis ſuę, exarſit, cui dixit, *Veni cuba mecum ſoror mea*. Vnde tanta diſcordia nata eſt inter ipſum, & violatam ſororem, vt dicat ibi ſcriptura diuina, *Exoſam eam habuit Amnon odio magno nimis, ita vt maius eſſet odium, quo oderat eam, amore, quo ante dilexerat*. Sed & inter fratrem vterinum violatæ puellæ, & ipsũ violatorem fuit talis orta diſcordia, vt morte terminaretur Amnonis ipſius, occiſi per Abſolonem. Et profectò innumeri penè ſunt caſus, & diſcordiarũ ſucceſſus, tam antiqui, quàm moderni ab hoſte hoc concitati. Quod contemplatus Bernardus, ità de curioſitate concludit, *inuenta eſt initium omnis peccati*. Ergo & diſcordiarum, quod, ſapiente teſte, maximum eſt peccatum, quod Dominus deteſtatur.

2.Reg.13. 11.

anm. 15.

Bernard. de grad. hũ. grad. 1. in fine Prou. 6.

Arma contra curioſitatem ponuntur.

POſt ſufficientem cognitionem hoſtis iſtius, habitam per Doctrinam, remanet ſequentibus conſiderationibus aduersùs illum pugnare. videlicet,

1 *Studioſitate*.
2 *Bonitate*.
3 *Humilitate*.
4 *Simplicitate*.
5 *Oratione*.
6 *Ordinatione*.
7 *Fatigatione*.
8 *Operatione*.
9 *Mortificatione*.
10 *Periclitatione*.
11 *Præmiatione*.
12 *Punitione*.

Notandum, aliqua ex armis appoſitis contra curioſitatem intellectus, & contra curioſitatem ſenſus ſpecialiter facere. Et alia denique aduerſus vtramque militare

Digitized by Google

ſitare, vt lectorem in ſingulis cõmodiùs admonebimus. Sit ergo

CONSIDERATIO I.

Ex *ſtudioſitate*.

PER virtutem iſtam ſpecialiter contra curioſitatem intellectus pugnatur, & deſtruitur prima cauſa, ex qua hic hoſtis conſurgit, ex connaturalitate, ſcilicet, non regulata, vt expoſuimus in doctrina, cum de origine eius ſuprà tractauimus. Quia ergo valdè ſpecioſa eſt veritas, nullus eſt, qui eam non diligat. Vnde de illa loquens Auguſtinus, nullum excipit ab amore illius. Et rationem reddit: *Cum ametur beata vita, quæ nõ eſt, niſi gaudium de veritate*. Quia ergo hominis beatitudo, ſeu felicitas in veritatis contemplatione conſiſtit, & vnuſquiſque ad ſuam beatitudinem propenſus eſt naturaliter, hinc omnes poſt illam abeunt, quia ſpecioſa eſt valdè. Vnde ſubdit: *Amant eam lucentem*. Et Sapiens dixit, *Veritatẽ meditabitur guttur meũ*. Vbi hebraica verſio habet, *Palatum meum*, quod organum eſt, in quo reſidet guſtus, & dulcedinis magnitudo ſignatur, quæ in cognitione eſt veritatis. Quod etiam verbum indicat, *meditabitur*, in quo deſignatur prædulcis quædã ſuauiſsimæ rei repetitio, vt Pater Auguſtinus aduertit ad illa verba Pſalmiſtæ: *Os iuſti meditabitur ſapientiam, & lingua eius loquetur iudicium*. Idem ergo eſt dicere: *Veritatem meditabitur palatum meum*, ac cõfiteri, ita cordis palato, veritatis cognitionem eſſe prædulcem, vt iterata repetione guſtet, & reguſtet eandem.

P. Auguſt lib. 10. cõf. c. 23.

P. Auguſt in Pſ. 36.

Pſ. 36. 30.

Quam dulcedinem alibi agnoſcens Propheta, eã mellis ſuauitati aſſimilat, dicẽs Deo: *Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo.* Imò aſſeuerat excedere. Et certè non tantùm de cognitione ſupernaturalium poteſt intelligi, ſed etiam de indagatione naturaliũ veritatum, quæ, in modum linguarum, enarrant gloriã Dei, vt de cœlis ſpecialiter idem teſtatur Propheta, qui etiam alibi dixit, *Omnis ſpiritus laudet Dominum*. Vbi de re omni, habente vitæ ſpiritum, ſermo eſt, quæ linguæ poſſunt dici diuinæ, quibus nobis ipſa prima veritas loquitur, & manifeſtat gloriam ſuam, vt Apoſtolus indicauit, cum dixit: *Inuiſibilia Dei, per ea, quæ facta ſunt, intellecta, conſpiciuntur*. Non tantùm ergo ſupernaturalia, ſed naturalia ipſa ſcrutata, dici poſſunt eloquia Dei, ſuper mel dulcia ori noſtro, id eſt, intellectui, vt dixit Dauid, & palato, vt pronunciauit Salomon.

Pſal. 118 103.

Pſ. 150. 6

Rom. 1. 20

Quemadmodum igitur mel, licèt dulce ſit, tamen intemperanter ſumptum, nocet: ita ve-

Prou. 8. 7

ritatis cognitio, ſi ſobria ſit, & tẽperata, prodeſt; ſi immoderata, nocet. quod idẽ Sapiens teſtatus eſt, dicens: *Mel inueniſti? comede, quod ſufficit tibi, ne fortè ſatiatus, euomas illud.* Quæ verba expẽdens Gregorius, ait, *Mel quippe inuenire, eſt ſancti intellectus dulcedinem deguſtare* (ſcilicet, in Scripturis ſanctis) *quod tunc ſufficienter comeditur, quando noſtra intelligentia, iuxta mẽſuram ſenſus, ſub moderamine tenetur. Nam ſatiatus, mel euomit, qui plus appetens penetrare, quàm capit, illud perdidit, vnde potuit nutriri.*

Prou. 25. 16.

Greg. lib. 15. mor. c. 3.

Eſt ergo veritas cognita, dulciſſima ad inſtar mellis, & guſtui ſuauiſsima, cum vnaquæque potentia gaudeat, ſuo obiecto vnita, ideoque allicit vehementer. Ne ergo poſt illam immoderatè curramus, quod fit, curioſitate ductrice, à Sapiente monemur: *Comede, quod ſufficit tibi*; quaſi dicat, licèt in ſe veritas ſit nimis iucunda, & vtilis, tibi tamen non erit, quando illam ſupra captum tuum volueris apprehendere: Igitur comede, ſeu de illa cognoſce, quantum ſufficit tibi, ne ſic potiùs infeſtèris, quàm iuuèris.

Hæc autẽ moderatio per virtutem *ſtudioſitatis* fit, cui curioſitas opponitur *per exceſſum*, vt his verbis aſſerit Angelicus Doctor, *Quia ex parte animæ inclinatur homo ad hoc, quod cognitionem rerũ deſideret, & ſic oportet, vt laudabiliter homo huiuſmodi appetitum refrænet, ne immoderatè rerum cognitioni intendat.* Intentio ergo immoderata à curioſitate; & moderamen à ſtudioſitate procedit. Hoc igitur fræno cohibendus eſt hoſtis iſte, vt Sapiens dixit: *Comede, quod ſufficit tibi*, id eſt, moderatè, ne incidas in curioſitatem, & deuaſtèris ab illâ.

S. Th. 2. 2. q. 166. ar. 2. ad 3.

Quod etiam, vt quid magni momenti, omnibus imperauit Apoſtolus, dicens, *Non plus ſapere, quàm oportet ſapere.* Ecce curioſitas damnata, qua in cognoſcendo, menſura captus noſtri exceditur. Et virtus contraria ſubditur, *Sed ſapere ad ſobrietatem.* Quæ verba idem Sanctus Thomas conſiderans, ſcientiam moderatam, ait, ab Apoſtolo commendari, in qua menſura ſeruatur. *Dicitur enim* (inquit) *Aliquis ſobrius, quaſi briam, id eſt, menſuram ſeruans.* Et quia in vino modicus exceſſus, multùm lædit, ideò ait, ſpecialiter ſobrietatem circa potum attẽdi. Et in reſponſione ad primũ, hanc doctrinam ad Apoſtolicũ dictum accomodans, notat metaphoricè de Sapientia dici, quæ maximè in modum vini delectat, & allicit, ſecundùm illud Pſalmiſtæ: *Et calix meus inebrians, quàm præclarus eſt*, & ideo circa illã, Apoſtolum menſuram præcipere, quam ſtudioſitas ſeruat.

Ad Rom. 12. 3.

S. Tho. q. 149. ar. 1

Pſ. 22. 5.

Vn-

Digitized by Google

Vndè quemadmodum, qui nimio vino repletur, opprimitur & non reficitur: ità qui nimiùm vacat ſtudijs; vt etiam teſtatus eſt Sapiens, cum dixit, *Qui ſcrutator eſt maieſtatis*, vtique diuinæ, modum excedens in ſpeculatione illius, vt plures Doctores expendunt, *Opprimetur à gloria*, ideſt, ab ipſa ſpeculata gloria. Et hoc, non tam rimando cæleſtia, quàm terrena, quæ etiam ducunt ad Deum. At opprefſio ſequitur, quando ſpeculatio immoderatè habetur, quod tunc contingit, cum ſupra captum fit.

Prou. 25. 27.

Et hanc ſanè intelligendi modeſtiam, ac temperantiam, vt mihi videtur, illi duo Seraphim ſignificarunt, quos ante ſolium excelſum Dei, vidit Iſaias Propheta, *Qui duabus alis velabant faciem ſuam*, iuxta lectionem hebraicam, vt notat ibi Lyranus. Per quas quidem alas, teſte Gregorio, diuinorum contemplatio deſignatur. Velant ergo facies ſuas, vt modeſtiam indicent, qua quiſque, quæ ſunt Dei, debeat contemplari. Et eſt menſura, ſeu temperantia, quam ſtudioſitas ſeruat.

Iſai. 6. 2. *Lyran.* *S. Greg. in Ezech.*

Eſt autem hìc maximè aduertendum, ne dum quis mediocritatem iſtam nititur adhibere, in negligentiam incidat, quæ vitium eſt ſtudioſitati oppoſitum *per defectum*, quemadmodum curioſitas *per exceſſum*. Ex vna namque parte pronitas ad ſciendum, ad curioſitatem adducit: ex altera verò corporalis labor, qui in addiſcendo experitur, animum à ſtudijs retrahit, & ad negligẽtiam pertrahit, vt S. Thomas aduertit, dicens, *Ex parte verò naturæ corporalis, homo inclinatur ad hoc, vt laborem acquirendi ſcientiam, vitet.* Vnde negligentia ſurgit. Proinde notat ex hoc ſecundo reſpectu, potiſſimùm ſtudioſitatem hoc nomen ſortiri, quatènus hunc defectum emendare ſtudet, & laudem illius in vehementia applicationis conſiſtere ad ſtudia. *Laus* (inquit) *virtutis huiuſmodi conſiſtit in quadam vehementia intentionis ad ſcientiam rerum percipiendam, & ex hoc nominatur.* Proinde S. Ignatius Societatis Ieſu Fundator, ſuæ Religionis ſtudioſos, à negligentiæ vitio, cupiens abſtinere, hanc animi applicationem, illis nititur ſuadère, ſic ſuis in conſtitutionibus dicens, *Seriò, & conſtanter, animum ſtudijs applicare deliberent.* Conſtantia namque verè requiritur, & applicatio cordis ad laborem ſtudiorum vincendum, ne quis decidat in ignauiam.

S. Thom. 2. 166. ar. 2. ad 3. *S. Ignatius Soc. Fund. in Conſt. 4. p. c. 6. §.*

Ad quam etiam depellendam, pœnam priuationis ab ſtudijs ſacræ Conſtitutiones noſtræ imponunt, vt hoc veluti calcari, ad ſtudia veloces ſint ſtudentes, dum dicunt, quod Vicarius, Ge-

Digitized by Google

Conſt. no. ſtr. 3. 1. p. c. 6. neralis in viſitatione, *Negligentes, qui locum in vanum occupant, à ſtudijs arcebit*. Et part. 2. c. 5. n. 11. ordinant, quod ſingulis annis, *Sub initium, vel finem curſus ſtudiorum, de ijs, quæ illo anno didicerunt, examinentur*, vt ſcilicet, negligentes *à ſtudijs remoueantur*. Et vt ex alia parte, ſtudentes à nimietate ſtudij, ex curioſitate orta, arceant, ibidem ſtatuunt, quod *in nullo occupentur, excepto choro*. Vbi licet immunes eos ab alijs operibus faciant, quibus poſſent ab ſtudijs impediri, tamen nolunt, quod à chori frequentatione ſint liberi, vt frænum curioſitati ponatur, & relicto ſtudio, ad chorum pergant, cum campana pulſatur. Quod à fortiori intelligunt de mentali oratione, quæ eſt vocali præſtantior, ideoque non expreſſerunt, licet conſuetudo ipſa hanc mẽtem interpretetur. Cum nũquam in hoc ſanctiſſimo exercitio conſueuerit inter nos cum talibus diſpenſari, neque cum quopiam alio.

Igitur *ſtudioſitate* ab iſtis extremis eſt declinandum, ab *exceſſu* nimirum, & *defectu*, ne à curioſitate vincamur. Ab *exceſſu* quidem verbis Apoſtoli, *Non plus ſapere, &c.* & Sapientis, *Comede, quod tibi ſufficit, &c.* & pariter à *defectu* per laboris timorem. Vnde ab eodem dicitur Sapiente, *Si quæſieris eam*, ſcilicet, ſapientiam, *quaſi pecuniam*, & *ſicut theſauros effoderis illam*, *tunc intelliges timorem Domini, & ſcientiã Dei inuenies.* Quẽadmodum namque auari, nullum effugiunt laborem, qui præcipuè in pecuniæ acquiſitione, & theſauri effoſſione impenditur, vt queant ditari, ſic nullus debet vitari, vt ſapientia longè omnibus diuitijs prætioſior, comparetur. Ex illa enim oritur Dei timor, & reuerentia, per conſiderationem mirabilium eius, teſte Propheta dicente, *Conſideraui opera tua, & expaui.* Et Dei cognitio maior obtinetur, quia *inuiſibilia Dei*, vt ex Paulo notaui, *per ea, quæ facta ſunt, intellecta, conſpiciuntur*. Rom. 11. 3. Prou. 25. 16. Prou. 24.

Igitur ò frater, amplectere hanc ſtudioſitatem, vt effugias curioſitatem. Signum, quod ei ſuccumbas, eſt, quando, vt ſtudeas, omittis obſeruantias regulares, à quibus non es immunis. Et è contra, tunc viriliter aduersùs hunc hoſtem decertas, quando ſpiritualia exercitia in Regula, aut Conſtitutionibus præſcripta, ſtudio litterarum præponis. tunc guſtas de melle hoc, quantùm ſufficit tibi: tũc de vino iſto ſobriè bibis, & proſtrata curioſitate, in Deo ſolidaris, & creſcis. Ità decertarunt tot heroes, qui licet ſtudijs eſſent dicati, ſtatutis tamen horis, hoc faciebant, & temporibus alijs, animum, & corpus orationibus impendebant. Sic ſtuduit Pater noſter

Augu-

Digitized by Google

Augustinus: sic Thomas Aquinas: sic Bonauentura, & cæteræ columnæ Ecclesiæ, quorum vestigijs inhærentes, studiositate muniti,& gratia Dei suffulti, hostem hunc prosternemus.

CONSIDERATIO II.

Ex *Bonitate*.

IMmoderata solicitudo, qua curiosa sciendi cupiditas nulli parcit labori, & cum suo maximo dispendio, frequenter optato fine frustratur, manens coram oculis Dei etiam tenebrosa, quæ lucidæ sapientiæ anhelabat,vitæ bonitate est moderanda, qua quidem per viam compendij, velociùs, & securiùs ad lucem optatam, poterit peruenire, sobriè illuminata ab illo, qui menti puræ ebrietatem sobriam solitus est impertire.

Sic Sapiens filio suo scientiæ cupido consuluit, dicens, *Fili concupiscens sapientiam, conserua iustitiam, & Deus præbebit illam tibi*. Quæ verba ad propositum P. Augustinus considerans, ait, *Prior est in recta hominis eruditione labor operandi, quæ recta sunt, quàm voluptas intelligendi, quæ vera sunt*. Et hoc significatum asserit in Iacob,cui prius data est Lia, quàm Rachel, & cui à Laban dictum fuit, *Non est in loco nostro consuetudinis, vt minores ante tradamus ad nuptias*. Et maiorem hanc affirmat appellari, quæ prior in ordine est, quia non ad amplexus peruenitur Rachelis,nisi prius cum Lia,habita copula; quia sapientiæ non meretur gustare dulcedinem,qui priùs iustitiæ laborem renuit amplexari. Vnde sic S. Doctor subdit. *Proinde in his, qui flagrant ingenti amore perspicuæ veritatis, non est improbandum studium, sed ad ordinem reuocandum, vt à fide incipiat, & bonis moribus nitatur peruenire, quò tendit*. Et post pauca, ità studiosum alloquitur, *pulchrum est quidem quod desideras, & amari dignissimum, sed priùs nubit Lia, & postea Rachel*. Et concludens, ait, *Ardor ergo iste ad id valeat, vt ordo non recusetur, sed potiùs toleretur, sine quo non potest ad id perueniri,quod tanto ardore diligitur*.Et benè quidem loquitur S. Doctor, cum similiter à sapiente sit dictum, *Non erubescatur, qui non est sapiens in bono*. Qui igitur cupit ad scientiam peruenire, priùs debet bonitatem sitire.

Eccli. 1. 33. — *P. Aug. lib. 22. ciuit. Faust. c. 53. tom. 6.* — *Genes.* 29. 26. — *Eccli.* 21. 14.

Hunc etiam ordinem seruandum significauit, qui dixit,*Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me*. Vbi Lyranus per *disciplinam*,ait, *moralem doctrinam*, & per *scientiam*, speculabilium cognitionem, esse intelligendam. Notanter autem ad hæc, bonitatem Propheta præ-

Psal. 118. 66. — *Lyran.*

Digitized by Google

miſit, quia ſine bonitate vitæ, ad veram ſcientiam nō poterit quis peruenire, quam ipſe, ſe teſtatur obtinuiſſe, bonitate ductrice, *ibid. n.* cum dixit, *Super ſenes intellexi.* 100. Et cauſam ſubdit, *quia mandata tua quæſiui.* Vtique adimplere, in quorum obſeruantia bonitas vitæ conſiſtit.

Quia autem bonitas iſta haberi non poteſt, niſi priùs recedatur à malo, eodem teſte Pro- *Pſal.* 36. pheta dicente, *Declina à malo,* 27. *& fac bonum.* Ideò oportet etiã quempiam à malo recedere, vt 2. *Cor.* 6. poſſit illuminari. *Quæ enim ſo-* 14. *cietas lucis ad tenebras?* vt Apoſtolus dixit, peccatum autem tenebræ ſunt, iuxtà quod ſcriptum *Sapien.* 1. eſt, *Ambulabunt, vt cæci, quia* 17. *Domino peccauerunt:* dicitur autem alibi, *Sapient.* 1. 4. *in maleuolam animam non introibit ſapientia, neque habitabit in corpore ſubdito peccatis.* Quò etiam ſpectat Apoſtoli dictum, 1. *Cor.* 2. 14. *Animalis homo,* qui vtique vita viuit brutorum, abiens poſt carnem, & ſenſum, *Non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus.* Quod non tantùm de perceptione ſupernaturalium, ſed etiam naturalium, congruè poteſt intelligi, Quia vtique iſta etiam ad intellectum pertinent, & rationem, quæ ſpiritus eſt.

Et licet hæc ab aliquibus fuerint percepta Philoſophis, qui infidelitatis tenebris erant obuoluti, non tamen ſine offuſcatione errorum, qua aberrarunt à vero. Quia lucida veritas, vt teſtatus eſt Sapiens, *Auferet ſe* *Sapien.* 1. *à cogitationibus, quæ ſunt ſine* 5. *intellectu, & corripietur à ſuper-ueniente iniquitate.* Bonitas ergo requiritur ad ſapientiam acquirendam, ideſt, rectitudo vitæ, qua expellatur, vel repellatur nequitia, & amplectatur iuſtitia, vt etiam Auguſtinus dixit. *Errat* *P. Aug.* *autem quiſquis putat, veritatem* *lib. de* *ſe poſſe cognoſcere, cum adhuc* *Agon.* *Chriſt.* *nequiter viuat.* Et à fortiori *c.* 13. ſanè de perceptione ſpiritualium hoc intelligendum eſt, quæ per doctrinam ſacram diſcuntur, vt etiam teſtatur Bernardus ſerm. 1. in Cant. dicens, *Ante carnem,* *S. Bern.* *diſciplinæ ſtudijs edomitam, emancipatam ſpiritui: ante ſpretam, & abiectam ſæculi pompam, & ſarcinam, indignè ab impuris lectio ſancta præſumitur.* Vbi per *edomitam carnem*, receſſus à malo ſignatur: & per *emancipatam ſpiritui*, acceſſus ad bonum. Et ſpecialiter replicans de adhuc implicatis animi paſſionibus, dixit, *Indignè ab impuris* &c. quia vtique hi omnino inepti ſunt ad ſtudia,

Propterea rurſus Sapiens ſic filio dilecto conſuluit, *Cogita-* *Eccli.* 6. *tum tuum habe in præceptis Dei,* 37. *& in mandatis illius, maximè aſſiduus eſto.* Ecce bonitas ex mandatorum obſeruatione reſultans. Et ſubditur fructus. *Et ipſe dabit tibi cor, & concupiſcentia ſapientiæ dabitur tibi.* Vbi

Lyra-

Lyran. Lyranus ait, aſsiduum in mandatis Dei eſſe, qui ea opere adimplere conatur, & huic cor ad intelligendum datut, & vera concupiſcentia ſapientiæ, qua vtique ordinatè, & non curiosè, efficaciter, & non ignauiter ſapientiã concupiuit. Et ſanè notabiliter præmiſit: *Cogitatum tuũ habe in præceptis Dei*, quia omnes aliæ cogitationes, quibus quiſque induſtriosè ſtudet, ſcientiæ lumen acquirere inſufficientes ſunt, niſi de præceptis Dei adimplendis, priùs incipiat quis ſeriò, & ſedulò cogitare. Inde enim ſolet ſuperna lux emanare.

Quod pariter confirmãs Athanaſius, ita dixit: *Ad ſcripturarũ indaginem, verumq. intellectum, opus eſt vita proba, animo puro, & virtute, quæ ſecundùm Chriſtum eſt, vt mens per eius tramitem decurrens, eam, quæ expedit, adipiſci poſsit, quatenus fas eſt, humanã naturam, diuinam intelligere. Nam ſine pura mente, & Sanctorum imitatione, nemo comprehenderit Sanctorum verba.* Vtique Prophetarum, de quibus loquutus Petrus, dixit, *Spiritu ſancto inſpirati, loquuti ſunt ſancti Dei homines*. Et à fortiori de ſcriptoribus noui Teſtamenti eſt hoc intelligendum, qui acceperunt magis de plenitudine Chriſti, qui fons eſt ſapientiæ. Ad percipienda igitur, quæ nobis iſti omnes reliquerũt ſcripta, opus eſt probata vita, quæ eſt bonitas hìc propoſita, *& animo puro*, vtique à mixtione malorum. Et ſignanter deſcientia ordinata contra vitium curioſitatis intexuit ſanctus hic Doctor ſermonem, dum dixit: *Vt mens eã, quæ expedit, adipiſci poſſit, quatenus fas eſt, naturã diuinam intelligere*. Vt ſcrutationem ſupra captum reijciat, ne oppreſſi à gloria, per curioſitatem ruamus.

S. Ath. lib de Incar. Verb. circ fin.

Sanctus quoque Ignatius ſanctiſsimæ Societatis Fũdator, virtuoſa ſcientia cupiens alumnos ſuos inſtructos, illis, inter cætera, hanc bonitatem commendat, dicens: *Vt Scholaſtici plurimùm in his facultatibus proficiant, imprimis animæ puritatem cuſtodire conentur*. *S. Ignat. conſt. p. 4. cap. 6.*

Noſtræ etiam ſacræ Conſtitutiones, ad ſtudia admittere non permittunt, niſi, qui *omnibus virtutibus præſtent*, vt dicitur p. 2. cap. 5. nu. 2. Et ideo ſingulis annis ordinant, quod præcipuè circa mores examinentur, & explorentur: *qua perfectione illucuſque proceſſerint*. In quo, ſi quempiam defeciſſe examinatores inueniunt, eum remouent ab ſtudijs. Nolunt enim, quod cum indiſpoſitione iſta Studentes in ſtudijs noſtris commorentur, ne vana curioſitate poſſeſsi, & ſupplantati ab illa, optato fine fruſtrentur. *Conſt. noſt.*

Ad ſtudia igitur litterarũ animentur, qui bonitate hac ſunt inſtru-

2. Petr. 1. 21.

ſtructi. Et qui eam adhuc non poſsident, eam conentur totis viribus comparare, vt à curioſitate immunes, luminoſam ſapiẽtiam valeant amplexari.

CONSIDERATIO III.

Ex *Humilitate*.

CAVSA ſecunda, ex qua ſuperiùs diximus, curioſitatem oriri, ſuperbia fuit. Quare meritò erit humilitate oppoſita expugnãda. Quod namque curioſus ex inflatione, tanto quærit labore, humilis eruditus à Deo, accipit cumulatiùs, ad ſcientiam ſic vocatus ab ipſo.

Prou 9.4. *Si quis eſt paruulus veniat ad me*. Vbi per *paruulum*, iuxta

Lyran. Lyranum, & interpretationem communem, humilis deſignatur: *Quia talis* (inquit iſte auctor) *diſpoſitus eſt ad ſcientiam diuinam*. Quod confirmant verba Domini dicentis apud Matthẽũ:

Matt. 11. 25. *Confiteor tibi Pater, Domine cœli, & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis*, id eſt, humilibus, vt etiam Pſalmiſta dixit:

Pſal. 118. 130. *Et intellectum dat paruulis*. Iſti nãque ſunt conualles, id eſt, humilia loca, vbi aperit Dominus fontes ſapientiæ ſuæ, vt idem dicit Propheta: *Qui emittis fontes in conuallibus*, De qua abundanti potatione loquens Sapiens, ait: *Aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illum*. Vbi iſta ſapientia dicitur ſalutaris, quæ humilibus datur, ad diſtinctionem illius, qua abundant inflati, quæ mortifera eſt, erroribus multis admixta.

Pſal. 103 10.

Eccli. 15. 3.

Hinc modum iſtum contra curioſitatem pugnandi, nos Apoſtolus docuit, cum dixit: *Si quis videtur inter vos ſapiens eſſe in hoc ſæculo, ſtultus fiat, vt ſit ſapiens*. Nam iſtis, qui ſtulti ſunt, & inſipientes in oculis ſuis, loquitur Deus, & lumen ſuum cõmunicat. Sic namque ſcriptum eſt de ſapiẽtia Diuina: *Et inſipientibus loquuta eſt; Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miſcui vobis*. Vbi per inſipientes, iuxta Interlinealem, humiles intelligendi ſunt: *Nihil* (inquit) *habentibus de faſtu humanæ ſapientiæ*. Tales igitur aduocat, vt eos ſua doctrina ſapientes reddat, & aptos. Hunc enim aſſerit panem eſſe miniſtratum, & vinum admixtum. Ad curioſos ergo Apoſtolus loquitur, cum ait: *Si quis videtur inter vos ſapiens eſſe in hoc ſæculo*, quia ſæculari ſcientia turgidus, quam curioſè quæ fuit. Nam ſic ſtudẽdo, vera ſcientia ſe priuauit, quia non per humilitatem contra curioſitatem pugnauit: *Stultus ergo fiat*, id eſt, humiliet ſe, nihil de ſe præſumendo, *Vt ſit ſapiens*, quia ſapientia Diuina *Obuiabit illi, quaſi mater honorificata, & c. & cibabit illum pane vitæ, &*

1. Cor. 3. 18.

Prou. 9.4 num. 5.

Interl.

Eccli. 15. 3 num. 3.

intel-

intellectus. O quàm diues erit intellectus obuius tãto lumini! ſtultus ergo, & inſipiens fiat in oculis ſuis, vt verè ſapiens fiat.

Quod etiam Auguſtinus conſuluit, ad Deum dicens: *Et amet, non inueniendo, inuenire potiùs, quàm inueniendo, nõ inuenire te.* Et eſt, mutatis verbis, eadem ſententia Pauli. Nam *inueniendo, non inuenire*, eſt *ſapiẽtem videri in hoc ſæculo*, & inueniẽdo ſcientiam, qua inflatur, à vera ſapientia aberrare, quæ *Aufert ſe à cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu*, quia cum ſuperbiæ typho: *Non inueniendo autem, inuenire*, eſt *ſtultum fieri, vt ſit ſapiens*, quia humili ſe *obuiam* facit ſapientia, vt Sapiens dixit, & in illo *requieſcit*, vt ait Propheta. Ergo fruſtra nititur ſuperbus curioſus acquirere tanto diſpendio, quod via compendij multò cumulatiùs obtinet humilis.

P. Auguſt lib. 1. cõf c. 6. in fin.

Sap. 1. 5.

Eccli. 15. 2.

Iſai. vlt.

Sic ad veram ſapientiam ſuos amicos cupiebat S. Iob peruenire, cùm illis dixit. *Igitur omnes vos conuertimini, & venite, & non inueniã in vobis vllum ſapientem.* Vbi ordinaria Gloſſa ſic ait, *Conuerſionem eorum deſiderans, exoptat, ne vllum ſapiẽtem in eis inueniat, ac ſi dicat, Stulti eſſe apud vos diſcite, vt in Deo verè eſſe ſapientes valeatis.* Conuerſionem autem deſideratã notat Lyranus ibi eſſe, *Recedendo ab errore, & veniendo ad veritatem*. Quia non niſi à vero humili comprehenditur veritas.

Iob 17. 10.

Gloſſ. ord.

Lyran.

Hinc noſtræ ſacræ Conſtitutiones ordinant, ne vllus ad ſtudia admittatur, *Niſi præſtet humilitate*, ſpeciatim de hac virtute mentionem facientes. Quia ſicut ſuperbia lumen fugat, ita humilitas trahit, vt etiam Sapiens dicit, *Vbi humilitas, ibi ſapientia*.

Prou. 11. 2.

Ob id etiam pennas, per quas contemplationis, & cognitionis celeritas deſignatur, iubebat lex, vt in locum reijcerentur, vbi cineres effundi ſolebant, vt Rupertus notauit lib. 1. in Leuit. c. 7. *Iuſtam* (inquit) *ſignificat hominis humilitatem, qui ne de accepto munere, vel reuelationum magnitudine ſe extollat, meminit, quia cinis eſt, & reuertetur in cinerem, quantòque magis ſui contemplationem fuerit aſſequutus, tantò plus de diuina contẽplatione conſequetur*. Solet enim Deus modeſtæ, & humili animæ ſapiẽtiam deſurſum cõmunicare, ſicut elatis, & ſuperbis ſe occultare. Quod etiam dixit S. Gregorius his verbis, *Legem daturus Dominus, in igne, fumoque deſcendit, quia & humiles per claritatem ſuæ oſtenſionis illuminat, & ſuperborũ oculos per caliginem erroris obſcurat.* Quatenus vtique lucem negat, & erroẽ permittit. Et Kempis in perſona etiam Dei dixit, *Ego ſum, qui humilem in puncto eleuo mentem, vt plures æternæ veritatis capiat rationes, quàm ſi quis*

Rupertus

S. Gregor. 6. moral. cap. 18.

Kẽpis lib. 3. cap. 43. num. 3.

quis decem annis ſtuduiſſet in ſcholis.

Hæc eſt igitur ars aduerſus turgidam curioſitatem pugnandi, videlicet, ſe coram Deo, toto corde humiliare, ſuam cæcitatem agnoſcendo, vt ſic luce interiori donetur à Deo, qua faciliter percipiat cuncta. Vt faciebat ille, qui dicebat, *Reuela oculos meos.* Ecco humiliatio, & propriæ cæcitatis confeſsio, & ſequitur lucis ſuſceptio, *Et conſiderabo mirabilia de lege tua.* Vbi per legē, non tantùm lex *ſupernaturalis* intelligenda eſt, qua ducimur ad vitam æternam, & *moralis*, qua ad rectam rationem conformiter viuimus, ſed etiam rerum ipſæ naturæ, quibus Deus peculiares inclinationes indidit, & curſus, motus, & ſitus deſtinauit, quæ præterire non poſſunt, quibus quaſi manent ligatæ, & ideo lex eis impoſita meritò intelligitur. Vnde de diuina ſapientia dicitur, *Quādo circumdabat mari terminum ſuum, & legem ponebat aquis, ne tranſirent fines ſuos.* Iſta ergo omnia tam naturalia, quàm ſupernaturalia humilis cæcus perfectè cognouit, quādo ſe cæcum agnouit. O ſapientia Altiſsimi, quæ arrogantiam, & ſuperbiam deteſtāris, fac me inſipientem & ſtultum, ac paruulum in oculis meis, vt creſcam in lumine tuo, & verè ſapiens fiam!

Pſ. 118. 18.

Prou. 8. 29.

CONSIDERATIO IV.

Ex *Simplicitate.*

SIMPLICITATE quoque curioſitas iſta deſtruitur, quæ anxia quærit ſcientiam. Eſt nāque virtus hæc maximè humilitati affinis, & cum illa ſemper coniuncta. Qui enim *humilis corde* eſt, *ſimplex* quoque eſt. Non ſcilicet, implicatus, & admixtus ſæcularibus rebus, quibus, ex ſui cognitione, ſe putat indignum, & earum admixtionrm non admittit. Quemadmodum ergo, teſte Sancto Iacobo, *Humilibus Deus donat gratiam*, & ſuo lumine replet, ita ſimiliter cum ſimplicibus facit, iuxta Scripturam dicentem, *Et cum ſimplicibus ſermocinatio eius.*

Iacob. 4. 6.

Prou. 3. 32.

O quàm eruditus euadet, qui audiuerit hunc magiſtrum! quàm acutè penetrabit arcana, quæ ſapientibus ſæculi, & rebus implicatis terrenis abſcondita ſunt! Sanctus Chryſoſtomus ait, paruulos illos, de quibus Dominus ait Matth. 11. *Confiteor tibi Pater Domine cœli, & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus & reuelaſti ea paruulis*, ſimplices eſſe intelligēdos, ferè nullam, inter humilē, & ſimplicem, diſtinctionem agnoſcens. Simplicibus igitur reuelantur abſcondita, quæ penetrare non valent ſæculi ſapientes, inflati ven-

Chryſoſt. in Matt.

Matt. 11 25.

to

to ſuperbiæ, viſibilibus obuoluti, & ſpiritus ſinceritate priuati.

Veritatem hanc conſiderans ſimplex quidam, & intus illuminatus, dixit. *Quantò aliquis magis ſibi vnitus, & interiùs ſimplificatus fuerit, tantò plura, & altiora, ſine labore intelligit, quia deſuper lumen intelligentiæ recipit.* Quid eſt ſibi vnitus? quod portio inferior ſenſus, portioni ſuperiori rationis ſubdatur, vt quæ in homine carnali, & implicato concupiſcentijs viſibilium, ſunt diuiſæ, in homine ſint ſpirituali vnitæ, vt, ſcilicet, ſenſus rationem ſequatur, eique perfectè obediat. Tunc enim admixtionē carnalium non admittit, & intus ſimplificatus probatur. Huiuſmodi ergo ſimplex, quò magis in iſta ſimplicitate creſcit, tantò plura, & altiora ſine labore intelligit, iuxta hunc expertum Doctorem. Quare? quia *Deſuper lumen intelligentiæ recipit.*

Kempis lib. 1 c. 3. num. 3.

Et hoc quidē etiam ſignificauit Pſalmiſta, cùm dixit, *Quis dabit mihi pennas, ſicut columbæ.* Ecce ſimplicitas columbina. Et effectum ſubiungit, *& volabo.* In quo contemplatio deſignatur. Poſtulat ergo pennas columbæ, & non alterius auis, quia intendebat altiora faciliùs penetrare, ſimplicitate mentis, cui comparatur columba, vt in Euangelio dicitur, *Et ſimplices ſicut columbæ.* Et in Canticis de ſponſo dicit ſponſa, *Oculi eius ſicut columbæ, deſuper riuos aquarum, quæ lacte ſunt lotæ, & reſident iuxta fluenta pleniſſima.* Vbi interpretatio communis Doctorum eſt, quod laudet ſponſa, ideſt Eccleſia ſancta, ſponſi vnici ſui, ſcilicet, Chriſti Domini, oculos, qui ſunt ſancti Doctores, quos ait, eſſe in modum columbæ propter ſimplicitatem, ideòq. aptos ad percipienda diuina. Proindeque addit reſidere *Iuxta fluenta pleniſſima*, Quæ ſunt ſapientiæ aquæ, quibus abundè potantur. Quod verba probant Ambroſij ſerm. 15. in Pſalm. 118. ita verba iſta expendens: *Iſti* (inquit) *oculi, ſunt viri ſpiritualibus ornati ſenſibus, qui ad videnda myſteria ſunt acuti, & parati ad penetrãda Scripturæ ſecreta diuinæ, rationabili lacte fulgentes, in quibus non ſit aliqua doli maculoſa confuſio, ſed ſimplicis affectus pura, & immaculata ſinceritas, ideo in aquarum abundantia loti.* Hæc ſanctus Doctor.

Pſ. 54. 7.

Matt. 10. 16.

Cãt 5. 12

Ambr.

Ex quibus patet perſpicuè, quantùm ad veram ſapientiam ſimplicitas iſta cõducat, & valeat ad curioſitatis expugnationem ſecuram. Si igitur, frater, ſitis ſcientiam, & immodicè laboras pro illa, ſimplicitatem amplectere, & eam cumulatè accipies, omni inordinatione ablata quam ſecum tua immoderata ferebat cupiditas.

CON-

CONSIDERATIO V.

Ex *Oratione*.

6a.7.7. *INuocaui, & venit in me ſpiritus ſapientiæ.* Dixit quidam expertus, qui intus in corde vocauerat per orationem
Lyran. deuotam, vt ibi notat Lyranus. Et non mirum, quia filia eſt humilitatis, oratio, cui, Iacobo teſte, Deus donat gratiam, & cõmunicat dona ſua. Se namque omnium indignum humilis verus agnoſcit, quia à ſe nihil habere agnoſcit, & ideo libenter poſtulat, à quo ſcit, ſe accipere poſſe. Se igitur inſipientem conſiderat, & Deum ſolùm poſſe illuminare tenebras ignorantiæ ſuæ, ideo
Iacob.1. 17. namque *Pater luminum* dicitur, quia omne lumen ab ipſo. Quare ad ipſum eſt accedendum, vt illuminemur, vt Propheta aſſeruit,
Pſ.33.6. cùm dixit, *Accedite ad Deum* (quod fit per orationem) & effectus ſubditur, *& illuminamini*: quod confitetur Auguſtinus, di-
Aug.lib. 4. confeſſ. 16. n.3. tom.1. cens in confeſſionibus ſuis, *Scis tu Domine Deus meus, quia & celeritas intelligendi, & diſputandi acumen, donum tuum eſt.* Igitur & agnoſcere oportet ſolũ Deum luminis donatorẽ, & ſeipſum caligine plenum. Ex qua cognitione ſe moueat ad orandum, & exaudietur à Deo, vt S. Iaco-
Iacob.1.5 bus teſtatur, cùm ait, *Si quis veſtrum indiget ſapientia, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluẽter.*

Vbi ſanè conſideratione ſunt digna verba illa, *indiget ſapiẽtia*, quia cognitio propriæ indigentiæ, eſt neceſſaria, vt accipiat quis ſapientiam. Nam apud ſemetipſos ſapientibus potiùs væ comminatur, quam ſapientiæ cumulatio, vt dicitur per Prophetam, *Væ, qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobiſmet ipſis prudentes.* Iſai.5 21 Et Apoſtolus ait, *nolite prudentes eſſe apud voſmetipſos.* Rom.12. 16. Iſti ergo, vt turgidi ſuperbiæ vento, repelluntur à ſapientia vera, & veri humiles, in oculis ſuis pauperes, & indigni, ex hac ſui cognitione ad orationem mouentur, & ſic exauditi, abundè replentur. Vnde animantur ad poſtulandum à Deo, qui poteſt hãc ſolus donare, *poſtulet à Deo*, & liberalitas ipſius ſubditur erga humilem oratorem, ne vereatur accedere, *Qui dat omnibus affluenter*, non vtique vni, vel alteri, ſed omnibus. Et non modicè, ſed *affluenter*. O diuitiæ bonitatis diuinæ! O ſapientia luminoſa, ſcientiæ totius origo! O ſi quis ſuam indigentiam penetraret, & affluentiam tuam inuocaret, quàm facilè te inueniret, ſi ita ad te clamaret! Teſte illo, qui ait, *Clara eſt, & quæ nunquam marceſcit ſapientia, & facile videtur ab his, qui diligunt eam, & inuenitur ab his, qui quærunt illam: præoccupat, qui ſe concupiſcunt, vt illis ſe prior oſtendat. Qui de luce vigilauerit ad illam, non laborabit, aſſidentem* Sap.6.13 num.14. num.15.

dentem enim illam foribus ſuis inueniet. Verba ſunt iſta notatu digniſsima, & quæ pro ſcientia cor alliciunt ad orandum. Vnde alibi de ſapientiæ cupido eſt ſcriptum, *Cor ſuum tradet ad vigilandum diluculo: Si enim Dominus magnus voluerit, ſpiritu intelligentiæ replebit illum.* Vbi Lyranus notat, particulam illam, *ſi*, poni pro *quia*. *Nam oratio* (inquit) *ſemper exauditur, quando eſt pia, pro ſe, & perſeuerans.* Sic autem eſt in præſenti, quia *à bono* procedit, propterea à priùs pro delictis ſuis precatur, vt idem Doctor aduertit, *Quia in maleuolã animam non intrabit ſapientia*, vt ſupra manet notatum. *Et ad cognoſcendum Deum, vt ametur*, & *perſeueranter*, vt ſupponitur. Et ideò effectus ſequitur, *Et ipſe tamquam imbres emittet eloquia ſapientiæ ſuæ*. Quod intelligitur de oraute, qui ſapientia repletus, ſe vbertim communicat alijs.

Ecclí. 39. 6.
num. 8. Lyran.
Sap. 1. 4.
Eccli. 39. 9

Ideò hanc Dauid poſtulauit obnixè, eum dixit, *Intellectum da mihi*. Et ſæpè in Pſalmis orat pro iſta. Filius etiam ſuus Salomon eam petebat, cum proferebat, *Da mihi ſedium tuarum aſsiſtricem ſapientiam*. Et ſubdit orationis motiuum, *Quia homo infirmus ſum ego, & exigui temporis, & minor ad intellectum*. Et hæc eſt cognitio indigentiæ propriæ, quam, vt diſpoſitionem aptam, requirebat Iacobus. Quia igitur, vt communiter dicitur, *Ars longa, vita breuis*, cur artem ò curioſe tam ſolicitè quæris, relicta via compendij? Humilia te, & ora, & breuiori mora, affluentiùs obtinebis, quod quæris.

Pſal. 118. 144.
Sap. 9. 4.
num. 5.

Ita quidem tam Sapiens factus eſt Thomas Aquinas, vt ipſe confeſſus eſt, dicens, ſe ſuam ſapientiam, magis oratione infuſam, quàm ſtudio acquiſitam, cælitùs accepiſſe. Et quod fuerat in ſe expertus, amico cuidam conſuluit, vt ibi inter alia ad ſapientiam media, hoc orationis ſpecialiter poſuit, dicens, *Orationi vacare non deſinas*.

S. Tho. in quod. epiſ.

Ità Sapiens factus fuit Bernardus, qui de ſe ipſo fatetur, inter nemora, orãdo potiùs, quàm ſtudendo, didiciſſe diuina.

Ita Albertus Magnus factus eſt Philoſophus magnus, & excelſens Theologus, cum antea rudis eſſet, & ignarus.

Sanctus etiam Antonius Abbas, pro ſapientia iſta orauit, & obtinuit, ita vt de eo Athanaſius dicat, *Erat valdè ſapiens, & hoc in ſe mirabile habebat, quia cum litteras non didiciſſet, ingenioſiſsimus, & prudentiſsimus erat.*

S. Athan. in vita illius.

Ita S. Equitius, qui Sapienter, & ardenter prædicans, rogatus. Vnde haberet? Reſpondit, *Quadam nocte, ſpecioſus mihi per viſionem iuuenis aſtitit, atque in lingua mea medicinale ferramentum, ideſt, phlebotomum poſuit, dicens: Ecce poſui verba mea in ore tuo, egredere ad prædicandum*

dum, atque ex illo die, etiam, cum voluero, de Deo tacere non pos-
S. Gregor. *sum*. Ita refert S. Gregorius Papa 2. Dialog. cap. 4. nocte autem accepit, quia nocte orabat.

S. etiam Ignatius Societatis Iesu Fundator, Minoressæ orans, ità in Deum abreptus est, vt Trinitatis ipsius numen augustissimum cerneret, distinctum personis, vnum in essentia, adeò, vt licet litterarum ignarus, non dubitaret librum de Trinitate conscribere. Indeque miro cœlestium sensu afficiebatur, quoties Sanctæ Trinitati Sacra perageret. Oblatus quoque est eius menti modus ipse, quem in huius vniuersitatis molimine summus ille rerum Opifex tenuit. Ita his verbis narrat Cor-
Cornelius à Lapide. nelius à Lapide Societatis alumnus in caput primum Iacobi, testans in eius vita, ita narrare Masseium.

Illustre pariter de hac est te-
S. Iustin. Martyr. stimonium, quod S. Iustinus Philosophus, & Martyr de seipso scribit, Dialogo cum Triphone paulò post initium, nimirum, cum sapientiæ studiosus, peruagatus esset omnes Philosophorum scholas, & sectas, frustràque, eam apud Pythagoricos, Platonicos, & Peripateticos requisisset, à sene quodam ignoto audisse, illam, nō nisi in Schola Christi reperiri. *Tu ergo* (inquit) *votis, & precibus tibi ante, lucis portas aperiri optæ: neque enim ab aliquibus perspiciuntur, aut intelliguntur, præterquàm, si Deus, & Christus eis concesserint intelligentiam.*

Narrat etiam P. meus Augu- P. Augus.
stinus in primo lib. de Doctrina Christiana circa initium, de quodam barbaro Christiano, qui ordo triduanis precibus, impetrauit à Deo plenam notitiam litterarum, nullo homine docente. Cui, cum oblatus esset codex, legit in eo, percurrendo, stupentibus cunctis, qui viderunt.

De Fratre etiam Hermano de Allis, Ordinis nostri, narrat etiam
B. Iordanus de Saxonia in tract. B. Iordanus.
vit. Patrum, lib. 2. c. 23. quod surgens de nocte ad studendū, priùs chorum intrabat ad orandum, & postea studio intendebat. Vnde verisimile putat, oratione plus, quàm studio, scientiam acquisiuisse, quia breuiter (inquit) studuit, & optimè fecit actus suos, vtique litterarios. Quod etiam dicit coniectari posse ex quadam visione, quàm hic Hermanus sibi, tanquam suo familiari discipulo, secretò pro sua ædificatione narrauit. Quadam enim nocte, cum adhuc iuuenis esset, totus deuotus erat in oratione positus, & somno arreptus, vidit B. Virginē cum multitudine Virginū ad Ecclesiam properantium. Habebat autem B. Virgo in manu sua calicem, de quo omnibus Virginibus bibere dedit, quod cum stupens, & gaudens aspiceret, & in corde suo valde desideraret, vt ipse de eodem calice bibere mereretur:

Voca-

Digitized by Google

vocatus ergo acceſſit, & de ipſo calice bibit, & videbatur ſibi, ac ſi eſſet aqua pura. Et ſtatim euigilans, intra ſe cogitare cœpit, quid ſibi aquę ſignificatio importaret, & occurrit ſibi, quia ſcriptũ
Eccli. 15. 3. eſt: *Aqua ſapientiæ ſalutaris potauit eos.* Hęc B. Iordanus loc. cit.

Non poſſem ſanè ſcribendo recenſère, tam vetera, quàm moderna exempla, quibus oratione potiùs, quàm labore conſtat lumen acquiri, quo quis efficitur doctus, imò & Doctor. Hinc cũcti homines ſancti ſtudijs dediti, ſtatutas ſemper habuerũt horas, quibus cõtemplationi vacarent, vt inde haurirent ſalutarẽ ſapientiæ aquam ſibi, quam ex charitate etiam refunderẽt alijs, quia certò ſciebant, ſine aqua iſta ibi hauſta, areſcere cuncta, & ſine Deo illuminatore, omnia verſari in tenebris.

Proinde etiã Eccleſiæ lumen, & lux Doctorum melliſluus Auguſtinus, etiam pro hac luce ad lucis fontem, & luminis Patrem
P. Auguſt in ſolil. c. 3. ſa. 9. recurrit, dicens. *O Verbum, per quod facta ſunt omnia, & ſine quo factum eſt nihil! Verbum, quod eſt ante omnia, & ante quod nihil: Verbum regens omnia, ſine quo nihil ſunt omnia. Verbũ, quod dixiſti in principio, fiat lux, & facta ſit lux, dic etiã mihi, fiat lux, et facta ſit lux, & videã lumen, & cognoſcam quidquid non eſt lumen, quia ſine te, mihi tenebræ lumen, & lumen tenebræ ponuntur. Et ſic ſine tua luce nõ eſt veritas, adeſt error, adeſt vanitas: non eſt diſcretio, adeſt confuſio. Adeſt ignorantia, non eſt ſcientia: Adeſt cœcitas, non viſio: Adeſt inuium, non via: Adeſt mors, non vita.*

Videant nunc Auguſtini alũni, & filij, quomodo contra curioſitatem pugnent, qui vano labore conſumuntur, inflati vento ſuperbię, nõ recurrentes per orationem ad lumen, cum Auguſtinus ipſorũ Pater, tanto dotatus naturali ingenio, ſe fateatur in tenebris ſine illuminatore Deo, ſine ipſo duce, abſque errore nõ poſſe in cognitione procedere, & comparare ſcientiam. Moderetur ergo curioſitas per orationem humilem fuſam ad Deum, qui ſolus intellectus noſtri tenebras poteſt illuminare. Neque quis putet tempus fruſtrà conſũptum, quod orationi impenditur, in qua lux infunditur, qua cuncta valeant penetrari. Et ſic certò ſe ſciat contra hanc curioſitatem pugnare, & triumphare.

CONSIDERATIO VI.

Ex *Ordinatione*.

CVm ex inordinato appetitu ſciẽdi hoſti huic ſuccumbamus, ideo contra illum ex ordinatione ſtrenuè militamus. Ordinatio autem præſens præcipuè in hoc conſiſtit, quod

Digitized by Google

quod litterarum ſtudium ad Dei cognitionem, & cognitionem ad ipſius amorem dirigamus.

Et quidem de ordinatione prima, & immediata, qua ad Dei cognitionem ſtudia omnia, tam naturalium, quàm ſupernaturalium ſunt dirigenda, loquitur Sapiens in Prouerbijs, dicens: *Miſit ancillas ſuas, vt vocarent ad arcem, & ad mania Ciuitatis.* Vbi per *ancillas* intelligit s. Thomas inferiores ſcientias, quas in modum ancillarũ, Theologiæ diuinæ aſſerit deſeruire, quatenus per eas ad cognitionem altiorẽ, quam ipſa tradit, faciliùs manuducimur. Et *ad arcem* vocant, id eſt, *ad cœlum*, vt ibi Interlinealis exponit, quia tantùm per cognitionem ita ordinatam, cœlum intramus, & curioſitatis manus effugimus, qui eſt hoſtis peſsimus, ad infernale barathrũ nos perducens.

Prou. 9.3

S.Th 1.p. q.1. ar 5. in arg. ſed contr. & ad 3.

Interl.

Introducimur ergo ſic in cælũm, ſi tamen ordinatio iſta cum ſecunda fuerit copulata, nempe cum Dei amore. Non enim ſufficit Deum cognoſcere, niſi per amorẽ, ipſum glorificemus. Propterea, Apoſtolo teſte, illi non meruerunt intrare: *Qui cum Deum cognouiſſent, non ſicut Deũ glorificauerunt.* Quid eſt *non glorificauerunt?* non coluerunt. Quid eſt non coluerunt? non dilexerunt. Verus enim Dei cultus ex dilectione procedit, vt Doctor Angelicus docuit.

Ad Rom. 21.

S.Th. 1.2. q.102. ar. 5. ad 1.

Ad hoc propoſitum facit doctrina Bernardi, qui notat, duos illos Seraphim, quos Iſaias memorat ſuper templum ſtare. *Seraphim ſtabant ſuper illud*, ſtare quidẽ, quia *Seraphim* erat vterque, quia non tantùm cognoſcebant, ſed etiam amando ardebãt. Has namque ait, eſſe alas duas, quibus volabant, ſcilicet, cognitionem, & amorem. Et ideò ſtetiſſe, & non cecidiſſe: Luciferum autem miſerrimè corruiſſe, quia Dei Lucifer fuit, & nõ Seraphim, id eſt, cognouit, ſed non arſit amore. De Seraphim namque, ita dicit (non obſtante expoſitione ſupra, Conſid. 1. allata, iuxta aliam verſionem) *Licet enim velent caput Domini, velent etiã pedes, ſed ſibi non ita velant, magis autem ſeduló volant, & volitant inter iſta, & alta potentiæ eius, & profunda ſapientiæ inueſtigantes.* Et eos à curioſitate defendẽs, ſubdit: *Nec ſanè ſcrutatores ſunt Maieſtatis, vt proinde opprimantur à gloria.* Et rationem ad punctũ præſens ſubiungit: *Quod non minus diligãt, quàm intelligant.* Quia vtique perit anima, vbi cognitio ſine dilectione exiſtit, à curioſitate occiſa. Et hinc contra Luciferi caſũ ſic inſurgit: *Superbus ille Lucifer, lucem præferens, non ignẽ habẽs, alteri tantùm innixus alæ, caſum facere potuit, non volatũ.* Et addit, curioſitatem in cauſa fuiſſe: *Exultauit enim* (inquit) *luci-*

Iſai. 6. 2.

S. Bernar. ſerm. 5. de verb. Iſa. circumcid.

lucidus eſſe, non feruidus : non incertus, quod Seraphim ſonat: non ergo ſtetit, quia contempſit, ſed nec volare potuit, quod præſumpſit. Igitur ad Deum non volat (quod eſt intrare in arcem, ad quam vocabant ancillæ, à Sapientia miſſæ) quia caruit amore, licet cognitionẽ habuerit, à qua Lucifer diceretur.

Proinde Sapientia memoratas ancillas, ad Dei cognitionem inuitans, ſubiungit : *Comedite panem meum*, per quem, iuxta Interlinealem, eloquia intelligũtur Diuina, quibus Dei ſcientia comparatur. Et quia ſine amore cognitio iſta non iuuat, niſi ad pœnam maiorem, ſubdit : *Et bibite vinum, quod miſcui vobis.* Vinũ namque ſymbolum eſt amoris, vt in Canticis teſtatur ſponſa, dicẽs: *Introduxit me Rex in cellam vinariam.* Et effectum huius potationis ſubiungit : *Ordinauit in me charitatem.* Ad ordinatam ergo cognitionem Sapientia paruulos inuitauit, quæ eſt cum amore coniuncta. Quam lectionem optimè P. Auguſtinus addiſcebat, qui de ſe ipſo teſtatur, *Legebam, & ardebam.* Qui meritò proinde, *Seraphicus*, dici poteſt.

Et quia ex Dei timore, odio habetur nequitia, & concupiſcẽtia carnis, & amplectitur via iuſtitiæ, ideo adhuc per ſapientiam diſcipuli admonentur : *Relinquite infantiam, & viuite, & ambulate per vias prudentiæ.*

Prou. 9. 3. Interl. Cantic. 2. 4. S. Aug. lib. 9. cõf. c. 4. Prou. 9. 6

Quid eſt *Relinquite infantiam?* Vtique inutilia, & vana, vt ibi inquit Lyranus. Et congruè quidẽ per infantiam, brutalis quoque vita poteſt intelligi, quia ſine rationis vſu, quo ſunt expertes infantes, brutorum more, quaſi ſine intellectu, poſt carnem, & ſenſum abeunt. Vos igitur (ait Sapientia) qui ad ſcientiam ordinatam, ſcilicet, cum amore coniũctam, deſuper eſtis vocati, vitam carnalem relinquite, in qua participatis cum brutis, & nõ, vt homines, viuitis, & rationali viuite vita, quæ vos diſcernit ab illis, ideoq. ſtatim ſubiungit : *Et viuite*, ſcilicet, vt homines, ad rationem conformiter, *& ambulate per vias prudentiæ*, mandatorum nimirum, & conſiliorum, vt idem exponit Lyranus, quia dilectio, quam habetis, cum cognitione vnita, vos ad hanc obſeruantiam vocat, teſte veritate dicente : *Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit*, quia vtique, vt ait Gregorius : *Probatio amoris, operis eſt èxhibitio.*

Lyran. Ioann. 14. 23. S. Greg.

Sanè verſio Aquilæ, & Symachi maximè ad propoſitum facit. Nam verba prædicta : *Et ambulate per vias prudentiæ*, legunt, *rectè ite in via intelligentiæ.* Rectitudo namque iſta, ordinatio eſt, quam aſtruimus. Tunc enim in via *intelligentiæ*, intelligitur quis rectè ire, quando ſcientiam ſuam ad ſe non curat curuare,

Digitized by Google

ſed ad Deum,quem vnicè amat, ſatagit ordinare : ſe, & ſua propter ipſum relinquens, qui ſunt abuſus ſcientiæ à Bernardo narrati, *Vt ſciant, vt ſciantur, vt lucrentur*, vtique temporalia, qui turpis eſt quæſtus Et ſubdit alios eſſe,qui ſcire volunt,vt ædificent, *Et charitas* (inquit) *eſt, & item, qui ſcire volunt, vt ædificentur ipſi,& prudentia eſt*. Et ſubiungit, *Horum omnium ſoli vltimi duo,non inueniuntur in abuſione ſcientiæ. Quippe qui ad hoc volunt intelligere, vt benefaciant*.

S. Bern. ſerm. 36. in cant.

Hi igitur ſunt, qui diſcunt ex charitate. Cum autem charitas, quæ tẽdit in Deum,faciat etiam ſe ipſum amare, & proximum propter Deum,& tunc quis verè ſe amet, quando facit voluntatem diuinam, hinc oritur mandatorum ipſius obſeruantia, & conſiliorum pariter, licet neceſſitate non pari, qua conſulit ſuæ ſaluti, & non definit etiam per ſcientiam ſuam, ſaluti incumbere proximi, eum dirigendo per ipſam,vt verus teſtatur Sapiens, de ſua ſcientia dicens, *Quam ſine fictione didici, & ſine inuidia communico, & honeſtatem illius non abſcondo*.

Sapient. 7. 13.

Hinc præcones Verbi diuini, prodierunt eximij. Hinc Lectores. Hinc ſcriptores, qui mentes hominum illuminarunt in ſęculo ſuo, & poſteris reliquerunt lucem diuinam,infatigabiliter omnes operando die,& lucubrando nocte, charitate vrgente, vt ſpecialiter de luce Doctorum mellifluo Auguſtino narrat Poſſidius Calamenſis Epiſcopus in vita ſua.

Poſſidius

Ex iſta pariter ſapientia ſapida, amore diuino condìta,atque formata,ortus fuit in poſſidentibus illam, omnium terrenorum cõtemptus,vt ipſe Sapiens dicit, *Præpoſui illam Regnis, & ſedibus, & diuitias, nihil eſſe duxi in comparatione illius*.

Sapient. 7. 8.

Hinc omnes huius ſcholæ alũni, magnanimi ſunt, & infra ſe ponunt iſta, exiſtimantes ſe ſola ſapientia magnos. Vnde Eccleſiaſticus dicit, *Sapientia filijs ſuis vitam inſpirat*. Quæ verba ità Clemens Alexandrinus Stromatum 7. vertit, *Sapientia inflauit filios ſuos*. Sed occurrit hic ſtatim dubium,ſi ſapientia inflat, quare de ipſa ſubditur, *Et præibit in via iuſtitiæ* : iuſtitiæ ſemita ſanè anguſta eſt,teſte ipſa ſcriptura dicente, *Arcta eſt via,quæ ducit ad vitam*. Pugnantia ſane iſta videntur, & additur difficultas, quia dicit præire, qui autem inflati ſunt, tardiùs eunt. Tamen ex verbis tanti Doctoris ità legentis, dubij reſponſio patet. Subdit enim, *Non enim ijs, qui ſunt in doctrina ſingulari,faſtum, & arrogantiam ingenerauit Dominus, ſed in veritate habere fiduciam, & eſſe magnificum in cognitione, quæ traditur per ſcripturas*,

Eccli. 4. 12.

Clemens Alexan.

Matth. 7 14.

Digitized by Google

pturas, efficit contemptorem eorum, quæ trahunt ad peccatum, quod ſignificat dictio, inflauit, quæ docet magnificentiam ſapientiæ. Hæc ille. Inflatus ergo dicitur hìc Sapiens, quia magnificus, & præire, quia tardus ad malum, fit velox ad bonum. Non igitur inflatio ſuperbiæ eſt, cui anguſta eſt via, quæ ducit ad cælum. Et ſic neque illa inflatio, de qua Apoſtolus dixit, *Scientia inflat*, quia de vento ſuperbiæ eſt ſermo, quæ in ſcientia inordinata exiſtit: hîc autem eſt ordinata, & ideò magnifica, & in hoc ſenſu inflata, quia inflatio cum magnitudine eſt, & cum vacuitate. Hìc à priori nomen accepit, non à poſteriori: quia plena eſt charitate, & ideò terrena contemnit, quæ abducũt à Deo. Licet etiam in hoc ſenſu vacuitas ibi appareat, qua vtique verus Sapiens amore viſibilium eſt vacuus, quia repletus diuino. Sapiens autem ſuperbus, Dei amore eſt vacuus, quia plenus terreno.

1. Cor. 8. 1.

Ex quo ſatis colligitur, quantam curioſitas turgida ruinam cauſet in anima, quæ inordinatè diſcit ſine dilectione. Vnde Ægidius Romanus Religionis noſtræ ſplẽdor, & Orbis, in doctiſſimis Commentarijs, quæ in Magiſtrum ſentẽtiarum ſcripſit, miſerrimum eſſe eum Theologum dixit, *Qui diſcit, vt ſciat, non vt diligat.*

Ægidius Roman. diſt. 21. q. 1. dub. 2. circ. init.

Hinc è contrario, tantò plus conſtat, quemlibet in dilectione proficere, quantò plus in cognitione prouehitur, quando ad ſtudendum ducitur ex amore. quod apertè in ſanctis Doctoribus claruit, inter quos maxime Auguſtinus effulſit, cuius ſcripta hominum corda ſuccendunt.

Et hunc modum diſcendi, puerum Adeodatum, quem carne genuerat, docuit, vt etiam gigneret Chriſto, vt apertè conſtat ex libro de *Magiſtro*, vbi Adeodatus ipſe introducitur, vt diſcipulus. Et ità reſpondet interrogatus, *quem* (intelligit Deum) *Iam, fauente ipſo, tantò ardentiùs diligam, quantò ero in diſcendo prouectior.*

Adeodatus filius Aug. in lib. de Magiſtro cir. fin. tom. 1.

Vide, quomodo hanc ordinationem agnouerit, licet non prouectus ætate. Fatetur autem P. Auguſtinus lib. 9. confeſſ. cap. 6. illum librum *de Magiſtro*, ſe texuiſſe ex ipſiuſmet Adeodati reſponſionibus, cum ſexdecim eſſet annorum, & ſecum gereret colloquutoris perſonam. Et teſtatur, omnia verba eiuſdem pueri eſſe, quem, ait, habuiſſe ingenium admirabile. At fuit in teneris annis raptus, fortè, ne malitia mutaret intellectum illius.

O ſi omnes Auguſtini alumni, & ſpirituales filij, hanc doctrinam colerent, quæ vigebat in puero Adeodato omnium noſtrum ſpirituali fratre! quàm verè Sapientes eſſent, & filij tanti Patris!

Digitized by Google

Hac etiam ordinatione, ſenſuũ curioſitas poterit expugnari, cum ad Dei gloriam, obiecta per eos cognita, ſtuduerit quis ordinare. Omnia enim ſapientiam diuinam, bonitatem, & perfectionem commendant; ex illiſque mens illicò valet aſſurgere, vt perfectiùs in creatore agnoſcat, quod videt in creatura. Et ſi iſtius perfectio, & pulchritudo cognita ſenſibiliter, ſenſum poteſt validè per ſe trahere, quantò fortiùs mentem trahet, ſi in prima cauſa, eadem contemplatus fuerit. Vnde ſic P. Auguſtinus contra iſtam curioſitatem pugnabat, cum carnis oculo, pulchra in hoc mundo videbat; ſtatim enim mentem eleuabat ad Deum, & dicebat, *Quanto pulchrior, qui iſta creauit*. Perfectiùs enim effectus in ſua cauſa exiſtit, & aqua ſuauiùs in ſuo fonte potatur. O ſi quis perfectè hanc ordinationem teneret, quàm fructuosè, & ſecurè contra hunc hoſtem pugnaret! *Augſt.*

CONSIDERATIO VII.

Ex *Fatigatione*.

HOc aliud telum eſt, quo aduersùs hunc hoſtem, armari poſſumus fortiter, ſcilicet, ex labore, qui in ſciẽdi curioſitate ſentitur, vt propterea occupatio *peſsima* animũ affligens, à quodã dicatur expertо, qui ad ſe non pertinentia, & inutilia, curioſo auſus eſt ſtudio inueſtigare. Dicit namque. *Propoſui in animo meo quærere, & inueſtigare ſapiẽter de omnibus, quæ fiunt ſub Sole.* Vbi verbum *quærere* Interlinealis explicat, *varia curioſitate*. Et Hieronymus exponit, *Vltra licitum ſe extendens*. Et in idem recidit. Nam hoc curioſum eſt eſſe, iuxta ſuperiùs dicta, quod cupidum immoderatæ ſcientiæ. De qua cupidine ſubditur, *Hanc occupationem peſsimam dedit Deus filijs hominum, vt occupẽtur in ea*. Quæ, iuxta interpretationem cõmunem, *peſsima* appellatur, quia maximè afflictiua. Et quia ex vitioſo curioſitatis affectu, ſeu appetitu labor iſte procedit, ideo S. Hieronymus *permiſsiuè* verba iſta intelligit; quemadmodum dicitur ad Romanos, *Tradidit eos Deus in paſsiones ignominiæ*. *Eccle. 1. 13.* *Interlin.* *Hieron.* *Eccle. 1. 13.* *ad Rom. 1 28.*

Et, vt intelligeremus, non tantùm in prima inuentione ſciẽtiæ, laborem hunc experiri, ſed etiam in ea, quę aliqua iam inuenta ſupponit, addidit ipſe Sapiens; *Et qui addit ſcientiam, addit laborẽ*. S. Thomas 1.2.q.38.art.4. legit, *addit dolorem*. Cui Hieronymi expoſitio conformatur dicentis, quod Sapiens doleat, *Tam in abdito, quàm in profundo latère ſapientiam, nec ita ſe præbere mẽtibus, vt lumen viſui, ſed per tormenta quædam, & intollerãdum laborem, iugi meditatione,* *Eccle. 1. 18.* *S. Thom.* *Hieron.*

& ſtu-

Digitized by Google

& studio prouenire. Quæ sanè verba, maxima ad propositum consideratione sunt digna. *Intolerandus* namque appellatur hic labor,& iugis, quia sine requie vlla.

Neque commune proloquium illud, *Facilè est inuentis addere*, absolutè intelligendum est, quasi facilitas laborem minuat, quem ipsa etiam experientia nostra, vltra illam per Sapiẽtem testatam, ostendit maximum esse, sed *respectiuè* ad laborem illum, qui in prima inuentione sentitur, vbi maiori vigilia,& contemplatione est opus.

Est autem hìc sedulò aduertendum, non solùm animum cruciari in acquisitione scientiæ, sed corpus quoque maxima fatigatione vexari, ex connexione naturali, quam cum corpore anima habet in ista vita mortali. Quare, patiente ipsa,corpus quoque pati oportet.

Deinde, quia, cùm in acquisitione à sensibilibus pendeat,iuxta Philosophi dictum, *Nihil in intellectu, quin priùs fuerit in sensu*, corpus etiam ipsum ad sẽsibilia ista, se applicare est opus, & per consequens fatigari. Vnde quandoque tantus est iste labor, vt corporalis sanitas amittatur, & colore vegeto amisso,pallidus quis deueniat, turpis corporaliter factus. Quod vltra experientiam co[illegible]cm, Sapiens indicauit, cu[illegible]amore loquens, quo ad intelligentiam trahimur, dixit, *Super salutem, & speciem dilexì illam*. Testificans sanitati corporis, & decòri, sapientiæ præposuisse amorem. Quia optimè nouerat, ad hanc peruenìri non posse, frequenter sine istorum iactura. Cùm enim limitata sit virtus animæ,contemplationi addicta, humores ad caput auocat, deserto stomacho, vbi erat, ipsis mediantibus, digestio facienda, ex defectu cuiusi,actuam facit nutritio, & phlegmata varia generantur,& cruditas,quibus sanitas deficit, & pallor vultus incurritur. Sap. 7. 10

Et sanè laborem istum alibi etiam Scriptura testatur, dicens, *Vigilia honestatis tabefaciet carnes*. Vbi de studio litteratum est sermo, vt S. Thomas exponit,dicens, *Carnem macerat propter studij laborem*. Et Poeta quoque hãc fatigationem concessit, cùm cecinit. Eccli. 31. 1. S. Th. 2. 2. qu. 188. art. 5. in corp.

Qui cupit optatam,cursu contingere metam.
Multa tulit, fecitque puer, sudauit, & alsit.

Licèt autem scientiæ amor propter delectationem intellectus, quæ omnem excedit sensibilem, faciat libenter hanc fatigationem subire, tamen in ijs meritò viris, qui ordinatè hoc quærunt, de quibus proxima consideratione est dictum. Hi namque sincerè hac delectatione fruuntur, pro qua fructuosè laborem suum im-

Philos.

pendunt. Licèt namque faciliùs ad illã perueniãt ex cordis quiete propter paſsiones ſedatas, & luce interiori, qua perfunduntur deſurſum, ſecundùm tamen prouidentiam ordinariã, ipſa increata ſapientia vult, quod per quotidianas vigilias, & labores magnos, perueniatur ad ipſam, diuino ſpiritu teſte, dicente, *Si quæſieris eam, quaſi pecuniam, & ſicut theſauros effoderis illam, tunc ſcientiam Dei inuenies*. Curioſi verò, quia paſsionibus turbati interiùs, redduntur ad contemplandum inepti, luci etiam diuinæ hinc ponunt obſtaculum: & cùm aliunde ventoſitas ſit finis eorum, ſemper ſunt inquieti, & inde euacuati ſincera delectatione, quæ datur per ſapientiam.

Prou.2.4.

Quia autem labor hic cum magno corporis dolore, & animi, cùm ex typho ſuperbiæ impẽditur, fruſtra impenditur, hoc eſt, ſine fructu vero æternæ vitæ, meritò quemcumque ſenſatum ab illo ſic impenſo auertere debet, vt fecit, qui ex illa præmiſſa, *Qui addit ſcientiam, addit laborem*, intulit, *dixi ergo in corde meo: vadam*. Id eſt, ab hoc appetitu inordinato ſciendi, diſcedam, in quo in caſſum, tantum laborem experior.

Eccle.1.

O ſi curioſi cuncti, hanc concluſionem inferrent, & à modo ſic addiſcendi, diſcederent, ordinationemque ſupra memoratam tenerent, quot fructus, & quàm dulces colligerent ex ſuo labore? Ea enim eſt vox Sapientiæ, *Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris, & flores mei, fructus honoris, & honeſtatis*. Et alibi ait, *melior eſt fructus meus auro, & lapide pretioſo*. Hinc filium ſuum ad laborem hunc Sapiens animat, dicẽs, *Quaſi is, qui arat, & ſeminat, accede ad eam, & ſuſtine bonos fructus illius*. Igitur, ſi operam nauare opus eſt cũ tanto labore, hoc fiat cum ordinatione, vt vera ſapientia comparetur, quæ dulcis eſt poſſidenti. Aliter conſultum potiùs erit, abſtinere à curioſa ſcientia quæ, euacuata dulcedine, ſcatet ſummo dolore.

Eccli.24. 32. Prou.8. 19. Eccli.6. 19.

At hìc erit bene notandum, conſideratione præſenti, non tãtùm contra curioſitatem intellectus, verùm etiam contra ſenſus, poſſe nos armare viriliter, quatenus etiam in acquiſitione iſtius, maximus labor impẽditur, vt patet in guſtu eſcarum, quæ ad gulam pertinẽt, & in tactilibus, quæ ad luxuriam, & in ſimilibus, quæ ad cæteros ſenſus ſpectant; per quot enim moleſtias, pericula, & cruciatus peruenitur ad fruitionem obiectorum iſtorum, & quot amaritudinibus reſpergun. tur eorum gaudia? non poteſt verbis exponi. Ad quid ergo tãtus labor impenſus, tanto dolore reſperſus?

CON-

Digitized by Google

CONSIDERATIO VIII.

Ex *Operatione*.

DIXIMVS superiùs in doctrina, ex ociositate, curiositatem oriri, & de sensibili præcipuè intelleximus. Exinde enim prouenit circũcursare, & curiosè de aliorum factis inquirere, ac pariter circunspectio obiectorum vanorum, post quæ concupiscẽtia abit, & ab hoste isto miserè supplantatur, qui ita ociosè vagatur. Proinde contra hanc causam, vt euellamus radicem, hanc considerationem apponimus, tanquam fortissimum telum, quo expugnatur hic hostis.

Hinc Apostolus illud porrexit discipulis suis, ab hoste hoc impugnatis, ex ista mala radice, vt memorauimus supra, *Audiuimus enim* (inquit) *inter vos, quosdam ambulare inquiete, nihil operantes, sed curiosè agentes*. Vbi ex ocio benè intulit hostis istius negotium, animum, scilicet, reddere curiosum, vt in sensibilia infructuosè prosiliat. Vnde, vt fortia arma, contra impugnationem prædictam, operationem subiungit, dicens, *Iis autem, qui eiusmodi sunt, denuntiamus, & obsecramus in Domino Iesu Christo, vt cum silentio operantes, suum panem manducent*. Quæ verba Cassianus considerans lib. 10. de instit. Monach. c. 7. circa medium, ita ait, *Nullus enim potest, vel inquietus esse, vel aliena curare negotia, nisi, qui operi manuum suarum, non acquieuit insistere*. Et S. Chrysostomus specialiter agẽs de curioso aspectu, quo primò quis capitur, asserit, hoc ex defectu necessariæ, vel vtilis operationis procedere. Nam cùm operationi sit anima assueta, quãdo non operatur vtilia, necesse est inutilia operari, & sic se inutiliter tradere operationibus sẽ. suum, & ab isto hoste transfigi, vt solet facilè capi puer vagans incautè. *Hinc quoque* (inquit) *in causa est corporis desidia, aut, quod ea, quæ opus sunt, non cures, nec in necessarijs negotijs versèris. Nam, qui talis est, instar erroris cuiuspiam, quouis malo transfigitur, atque huiusmodi animam, non secùs, ac puerum licenter vagantem, quisque vult, in seruitem trahit. Quoniã enim ipsa, hoc in more positum habet, vt aliquid operetur, si quidem ipsius in rebus honestis actionem comprimas, quandoquidem nihil agere non potest, alia parere necesse est.*

Cassian.

S. Chrys. 2 ad. Cor. 3. hom. 7. in mor. post med. to. 4.

2. ad Thes. al. 3. 11.

num. 12.

Et exemplis hoc etiam ostendere nititur, subiungens. *Quemadmodum enim terra, cum nec seritur, nec plantatur, herbam dumtaxat profert, eodem quoque modo anima, cum necessariarum rerum nihil habet, quod agat, atque animo aliquid agere*

Digitized by Google

cupiat, prauis rebus se tradit. Et quemadmodum oculus, quando cernere non cessat, praua cernere necesse est, cum bonis obiectis caret: sic etiam animus, cum se à necessarijs abduxerit, iam circa inutilia versatur. Et ad propositum subnectit occupationem, seu operationem, etiam primum ictum hostis istius acriter repellere, dicens, *Alioquin enim, quod occupatio, & cura primum quoque impetum propellere queat, multis argumentis liquet.* Vbi *occupatio*, refertur ad operationem externam, & *cura*, ad solicitudinem animi, quæ etiam operatio interior est, qua hic hostis propellitur, vt paulò supra narrauit; & directe illi opponitur. Quemadmodum enim in cura circa cognitionem superflua, & inutili, quidditas eius ponitur, sic à cura vtili, & fructuosa, qua animus intendit vtilibus exequendis, facilè expugnatur.

militia, præliando Domini prælia, ei non insultauit luxuria per curiosum aspectum.

Tertiò in Samsone, qui dum cũ Philisthæis pugnauit non potuit capi ab hostibus, sed postquam in fœminæ sinu dormiuit, & cum ea ociosè remansit, mox capitur, & obcæcatur ab illis. Et sanè isti figura erant cuiusque militis Christi contra vitia militantis, à quibus facilè vincitur per cessationem ab opere. Igitur operari oportet, vt custodiatur ab illis.

Et hanc sanè doctrinam plura cõfirmant exempla. Et primò vox illa diuina, quæ S. Athanasio teste, Abbati Antonio dixit. *Antoni, quæris Deo placere? ora, & cum orare non poteris, manibus labora, & semper aliquid facito.* Quo vtique vitiorum fugias laqueos, quibus miserè capereris, & inde Deo inciperes displicere.

S. Athanasius in vita illius.

Secundò idem patet in Dauide, qui quandiù se exercuit in

Quod quidem nobis significauit Deus noster, cum primum plasmatum hominem, *Tulit, & posuit in Paradiso voluptatis,* & subditur, *vt operaretur, & custodiret illum.* Non vtique ab inuasoribus corporalibus, sed à vitijs, quibus accepta iustitia minimè seruaretur, vt ex Lyrano ibidem, & S. Gregorio 19. Mor. cap. 17. facilè est videre. Per operationem ergo custodia hæc commendatur. Quia anima, quæ ociatur, non custoditur à malo, & ab hoste facilè capitur. Præuiderat enim Deus, quòd de curiositate essent primi parentes tentandi, quibus erat à callido serpente dicendum, *Eritis scientes bonum, & malum,* vt Rabanus obseruauit in cap. 26. Eccli. vbi ait, *Concupiscentia oculorum, est omnis curiositas.* Et per concupiscentiam istam, asserit primos Parentes tentatos, cum

Genes. 2. 15.

Genes. 3. 5.

Rabanus

Digitized by Google

cum verba audierunt prædicta.

Et operationem hanc ad talem fuiſſe ordinatam cuſtodiam intelligit quoque Bernardus, Euæ caſum ex curioſitate, conſiderans. Vnde ſic eam alloquitur, *Tu quoque à Eua in Paradiſo poſita es, vt cum viro tuo operaris, & cuſtodias illum, ſi iniunctum perfeceris, quandoque tranſitura ad melius, vbi nec opus ſit, te in aliquo opere occupari, nec de cuſtodia ſolicitari.* Vbi verba, *ſi iniunctum perfeceris*, ad operationem, & cuſtodiam referuntur, & inſinuatur ſatis, quantùm operatio ad cuſtodiam iſtã conducat. Subditur enim fructus ex obſeruantia illa, *Quandoque tranſitura*, &c. quia ſic facilè, hoſte propulſo, requie frueretur perpetua. Et proſequitur Doctor ſanctus turpitudinem lapſus narrare ex operationis defectu, & curioſitatis ingreſſu, dicens, *Omne lignum Paradiſi tibi conceditur ad veſcendum præter illud, quod dicitur ſcientiæ boni, & mali. Si enim cætera bona ſunt, & ſapiunt bonum, quid eſt opus edere de ligno, quod ſapit etiam malum? non plus ſape, quàm oportet ſapere: ſapere enim malum, ſapere non eſt, ſed deſipere.* Vbi non tantùm inſinuat, operationem contra ſenſuum curioſitatem iuuare, ſed etiam contra ſcientiam vanam. Qui enim occupatus eſt corporaliter, tempus non habet, vt vana, & inutilia diſcat. Vnde concludit, quod ad operationem, & hinc ad cuſtodiam debuiſſet attendere, vt ſic illæſa, bona conſequeretur æterna. *Serua* (inquit) *ergo commiſſum, expecta promiſſum, caue prohibitum, ne perdas conceſſum. Quid tuam mortem tam intentè intuèris, quid illo tam crebrò vagantia lumina iacis?* Vbi eam tam intentam morti, vacuam deſignat ab operatione præcepta: quam, ſi exequeretur, aditum huic hoſti non daret.

S. Bern. de grad. humil.

Operatio igitur optimum telum eſt, quo ſubiugatur hic hoſtis, malorum tantorum radix. Propterea in ſacris conſtitutionibus noſtris tantopere ſuperioribus commendatur, vt inuigilent, ne ſubditi ſint ocioſi, ſed operibus bonis intenti. *Prioribus* (inquiunt) *etiam inter alia, hoc ſummoperè commendamus, vt ſolicitè curent, ocioſos per domum vagantes, inanes miſcentes ſermones, & tempore abutentes, cohibere, eiſque præcipere, vt tempus rebus vtilibus impendant, & ſemper vtilibus occupatos eſſe, peruigilent.* Vbi verbum *ſummoperè*, quod in commendatione ponitur, & illud *ſolicitè*, & illud *inuigilent*, bene debent conſiderare Priores, vt ocium tollant à ſubditis, & curioſitatem euertant.

Conſt. noſtr. 1. p. c. 10. n. 21

Et ſanè de ſanctis Patribus narrat Caſſianus, quod poſt ora-

tionem

tionem, manuum operibus intẽdebant, ciſtulas faciendo, ſportulas, ac ſimilia, vt ocium ſic euitantes, aditum non darent huic hoſti, & cæteris deprædatoribus animæ, quæ per oſtium ocij intrant; & eam deuaſtant. Hinc alij Sancti libros compoſuerunt, & ſcribendo, ac legendo, tempus, quo ab oratione vacabant, vtiliter conſumpſerunt ſibi, & nobis, qui fruimur operatione illorum, & ſic decertarunt viriliter, & gloriosè vicerunt. Hos ergo imitemur, & cum illis vincemus, & coronabimur corona perpetua.

CONSIDERATIO IX.

Ex *Mortificatione*.

QVia duplicẽ ſuperùs curioſitatem diſtinximus, intellectus ſcilicet, & ſenſus. Ideò non tantùm cognitionem ſenſitiuam, ſed etiam intellectiuam mortificare oportet, vt expugnetur hic hoſtis.

Et quantum ad intellectum, patet ex verbis ſponſæ, oculos laudantis ſponſi, quos Doctores eſſe Eccleſiæ, fideles dilectores illius, memorauimus ſupra. De

Cantic. 5 12. iſtis igitur canit ità ſponſa, *Oculi eius, ſicut columbæ ſuper riuulos aquarum, quæ lacte ſunt lotæ.* Vbi quidem inſurgit meritò dubitatio, quod ſi aquarum riuuli aderant, ſuapte natura aptiores ad lotionem, quorſum lactis lauacrum requirebat? Reſpondeó, quia ad hos pertinet purè quærere veritatem, omnibus inutilibus, & vanis abſciſſis, quibus veluti imaginibus, eorum pia mens deturpetur. Quod ſanè venit in lacte, & aqua ſignatum. Nam hęc omnium imagines reddit, quæ ſub illa tenentur, ſiue pulchra, ſiue turpia ſint: non ſic autem lac, quod nullam reddit imaginem. Lacte igitur lauanda eſt columbina ſimplicitas, veritate contenta, omnibus ſuperfluis, & inutilibus reſecatis, à curioſitate propoſitis. Et hæc intellectus cognitio, mortificatio eſt, quam aſtruimus. Ita prædicta verba, mirificè ad propoſitum explicat Nyſſenus Gregorius, dicens, *In lacte obſeruatum eſt, ſolùm inter humida, proprietatem hanc habere, quod in eo nullius rei ſimulacrum, ac ſimilitudo conſpiciatur, quò fit, vt hæc oculorum Eccleſiæ ſit laus perfectiſſima, quod nihil, quod non ſubſtat in rerum natura, nihil erroneum, nihil vanum, præter ipſam rerum veritatem, velut vmbratili quodam ſimulacro, fraudulenter repræſentent, ſed ipſiſſimam veritatem intueantur, erroneis huius vitæ ſpectris, & imaginationibus nequaquam admiſsis.* Hæc S. Doctor. Greg. Nyſſ. orat. 13. in Cant. ad fin.

Non eſt autem mortificatio iſta, qua quoadmodo quis mentaliter cæcus ſponte fit, circa viſibilia tantùm, quæ videntur, ſed

circa

Digitized by Google

circa inuiſibilia etiam, quæ noſtrum ſuperant captum, exercenda. Hoc enim totum verba prædicta oſtendunt.

Et imprimis, vt incipiamus ab Angelis, hoc ſignificabant duo illi Seraphim, de quibus Iſaias narrat, vt memorauimus ſuprà, quod ſuper templum ſtabant ad Domini ſolium excelſum, & eleuatum. Per quod, ſignatur, quod eleuati etiam ipſi erant. Et dicitur, quod volabant, ſed velata facie, vt denotetur ad præſens, quod licet per contemplationem volarent, tamen cum mortificatione, quia oculis clauſis, vt ſcilicet, non ſupra captum, ſedentis ſcrutarentur maieſtatem diuinam, & opprimerentur à gloria.

De viſibilibus etiam habemus plura exempla, vt de Paulo, qui à Domino prohibitus Romam ire, ait: *Propoſui ire ad vos, & prohibitus ſum vſque adhuc.* Vbi ſic Chryſoſtomus notat. *Quod fuerit prohibitus, dicit, quam ob rem autem, nõ item. Neque enim examinat Domini mandatum, ſed paret tantùm.* Non poterant ſanè rationes dubitandi deeſſe Apoſtolo, ob quas quæreret curiosè, cur Romam venire prohiberetur, ad illam totius Orbis arcem expugnandam, qua ſemel ſubacta, ad totum orbem conuertendum via pãderetur facillima. Sed quare hoc non quæſiuit? Vt per mortificationem intellectus, hoſtem hunc expugnaret. Vnde addit Chryſoſtomus, *Nihil horum Paulus curiosè indàgat, quin potius incomprehenſibili prouidentiæ cedit: partim animi ſui moderationem ſpectatam faciens: partim nos omnes erudiens, à Deo nunquam exigendam eſſe eorum, quæ facit, rationem.* Vbi notandum verbum *moderationem*, quo S. hic Doctor vtitur, quæ mortificatio eſt, de qua loquimur. Deinde verba illa *curiosè indàgat*, vt indicet circa quid mortificatio iſta verſetur. Vltimò, *erudiens nos*, ad noſtram vtique inſtructionem, exẽplum eius inſeruire, vt ſic diſceremus nos humilia iſta reptantes, cum timore, Altiſsimi rimare ſecreta, quando ſecretarius eius, ſe ità modeſtè gerebat.

Rom. 1. 13

S. Chryſ. homil. 2.

Hoc etiam modo contra hunc hoſtem Abraham Patriarcha glorioſe certauit, cum pugnantia inter ſe oracula diuina videretur accipere; Alterum ſcilicet, de propagatione ſeminis ſui, Geneſ. 17. 6. Alterum, de vnigeniti filij ſui immolatione, Geneſ. 22. 2. Si enim propagatio per filium erat facienda, quomodo filium ſacrificare iubebatur? rationem tamen iſtius difficultatis non curiosè quæſiuit, ſed mortificato intellectu, exequitur mandatum diuinum, & glorificauit Deum, vt ſcriptura teſtatur, dicens, *dans gloriam Deo.* ad Rom 4. 20. Vbi idẽ Chryſoſtomus Homilia octaua quærit, quam gloriam dederit Abraham, cum nullam ibi hoſtiã immo-

Rom. 4. 20

S. Chryſ.

Digitized by Google

immolaſſet, nullum carmen ingratiarum actionem ceciniſſe referatur? & Reſpondet, *Hoc ipſum non curiosè indàgare, eſt Deum glorificare: ſicut curiosè indàgare, eſt peccare.* Vnde homilia 2. in Epiſt. ad Rom. hoc exemplo nos monet, curioſitate deuicta, per hanc voluntariam obcęcationem intellectus, diuinis mandatis ad nutũ obtemperare, dicens, *Quid enim, quæſo, abſurdius fuerit, quàm parentem iugulare vnigenitum filium ſuum? Sed tamen iuſſus ille id facere iuſſus, non curiosè de mandato ſciſcitatus eſt, ſed iubentis dignitate perpenſa, mandatum dumtaxat admiſit.*

O ſi in cœnobijs, & clauſtris mortificatio hæc curioſitatem repelleret, quàm iucundè, & pulchre obſeruantia ſancta vigèret, ſed quia vnuſquiſque frequenter in ſuo ſenſu abundat, & per hoc hoſti iſti ſuccumbit, decor Religionis tam miſerabiliter perit.

Si illi, qui appellantur videntes, vt Prophetæ, & Angeli, quia iuxta Deum ſtantes, ipſum contemplantur acutiùs, velant oculos ſuos, & cæci ſponte reddantur, quid facient, qui tenebris obfuſcati volutantur adhuc in carne, & ſanguine? cur præſumũt quærere ſe altiora, curioſitate deuicti? quibus per Spiritum ſanctũ eſt dictum, *altiora te ne quæſieris, & fortiora te, ne ſcrutatus fueris, ſed quæ præcipit tibi Deus, illa cogita ſemper, & in pluribus operibus eius, ne fueris curioſus.* Vbi, reſecata curioſitate, nobis præceptis iubemur tantùm intendere. *Eccl.* 3. 22

Certè, cum Dominus martyrium prædiceret Petro. Ioan. 21. 18. & curiosè vellet Petrus idem de Ioanne cognoſcere, dicens, *Domine, hic autem quid?* acriter ab ipſo Domino de curioſitate hac reprehenditur. Illi enim reſpondit, *Sic eum volo manere, donec veniam, quid ad te?* Vbi ſic inquit Chryſoſtomus, *His verbis nos erudiens, neque dolendum: neque curioſiùs præter diuinam voluntatem inueſtigandum. Nam cum Petrus ſemper in huiuſmodi interrogationes feruentiùs proſiliret, iterum eius feruorem retundens, quod non ſit vlteriùs inquirendum, in hunc modum reſpondit.* Ioan. 21. 21. num. 22. S. Chryſ. hom. 87. in Ioan. circa med.

Maneant ergo ex verbis Dominicis, illa in noſtra mente impreſſa, *quid ad te?* cum de curioſitate tentamur, circa dicta, vel facta aliorum. Nam ſanè magnum erit frænum, & à multis abſtinebimus, quorum cognitio inquietudinem in nobis parit, quæ impedit multa bona, & generat plura mala. Et hęc de mortificatione *intellectus*.

Sed quid dicam de illa *ſenſus*, qua de hoſte iſto poſſumus triũphare frequenter? certè de iſta Dominus loquens, dixit: *Si oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum, & proĳce abs te.* Vbi Matth. 5. 29.

in

Digitized by Google

in eo, quod ait, *erue, & proijce*, mortificatio hæc deſignatur, non quod carnaliter oporteat eruere, & ſe tali membro priuare. Per hoc enim, vt notauit Lyranus: *Non ſanatur concupiſcentia, quæ interius viget*, quã Dominus conabatur deſtruere, ſed ab actu videndi per voluntatis imperium, præcipit abſtinere, cum oculus apertus, & reſpiciens, facillimè queat in concupiſcentiæ mortiferas manus incidere. Quemadmodum ergo erutus oculus inactum videndi non valet exire: ita cum per voluntatem quærit quis illum ab actu videndi auertere, eruere intelligitur: *Et per conſequens* (addit dictus Doctor) *ille benè ſibi oculum eruit, qui ipſum ab actu videndi impudico, per voluntatem reprimit*. Hæc igitur repreſſio, ſeu mortificatio à Domino nobis præcipitur, vt ſic curioſitate deuicta, non incidamus in mala, vt ibi etiã Interlinealis aduertit: *Ne aſpicias: quo malè pereas*.

Lyran.

Interlin.

De hac mortificatione dixit etiam B. Nilus: *Frænum oculis adhibe, ne proterui vagentur*. Nam ſicut equus effrænis equitẽ præcipitat, ita oculus vagus totum hominem perdit, niſi cautè frænetur. Imò, vt in eodem equi perſiſtamus exemplo, ſicut ipſi furenti, & laſciuienti, iniectis operculis, teguntur oculi, ne videãt, vnde ferociant, & igneſcant, ita hominibus ad voluptatem prohibendam, velandus eſt oculus, ne laſciuiat appetitus. Ob id S. Baſilius ait: *Non oculorum acies ad omnia paſſim viſibilia pandenda eſt, ne omnem quoque figurarum, atque formarum ſpeciem ſine examine hauriens, ad earum poſtea turbetur imagines*. Et Clemens Alexandrinus etiam inquit, frænari oculos pueri à pædagogo diuino, melius eſſe dicens: *Labi pedibus, quàm oculis*, nam oculo vidẽte, anima concupiſcit, & perit: at labente pede ſolum corpus ruit.

S. Baſilius lib. de ver. Virg.

Clẽ. Alex. lib. 2. pædag. c. 6.

Et quia ſenſibilia obiecta, maximè ad ſui cognitionem alliciũt, ideo efficaciter per rationem sũt cohibendi, quæ eſt mortificatio præſens, vt lapſus hic euitetur. Vnde dicit Gregorius: *Quantalibet virtute mens polleat, quantalibet grauitate vigeat, carnales tamen ſenſus puerile quiddam exteriùs perſtrepunt, & niſi interioris grauitatis pondere, & quaſi iuuenili quodam vigore refrænentur, ad fluxa queque, & leuia, mentem enerũ trahunt.* Et ideo ſub nomine pacti aſſerit S. Iobum hanc mortificationem deſignaſſe. Quemadmodum enim pactum rem ſtabilit, & firmat, ita mortificatio efficaciter amplexata, animam reddit ſecuram, ne curioſitate decepta, miſerabiliter cadat, cum dixit: *Pepigi fœdus cũ oculis meis, vt ne cogitarem quidem de Virgine*.

Greg. lib. 21. mor. c. 2.

Iob 31. 1.

Hinc etiam ſacræ noſtræ Conſtitu-

Digitized by Google

Const. nostræ p. 1. c. 6. nu. 1. & c. 11. nu. 14.

stitutiones hãc mortificationem præcipiunt, cum dicunt: *Imprimis sensuum exteriorum custodiæ inuigilandum, ne imaginibus animam deturpãtibus aditus pateat*, & alibi ita aiunt: *Per vias, oculis dimissis, incedant*. Et propterea etiã inter nos, tam in Nouitiatu, quàm in Professorio, huic mortificationi assuefiunt maximè nostri iuuenes, & exercentur in illa, vt habitum bonũ istius mortificationis acquirant, quò faciliùs possint postea contra curiositatem certare.

CONSIDERATIO X,

Ex *Periclitatione*.

PERICVLVM animæ, quod ex curiositate incurritur, maximum sanè est ex duobus, facilitate nimirum, qua anima cadit, & difficultate, qua surgit.

Et quò ad facilem casum, constat ex verbis sponsæ, quæ solicitè quærens, vbi sponsus dilectus suus cubaret, per quod inquisitio spiritualium consolationum signatur, ne illis priuata, incideret in carnales, & inordinatas, quæ ex laxitate sensuum solent per curiositatẽ desumi, subdit: *Ne vagari incipiã post greges sodalium tuorum.* Per *sodales* namque istos, tres præcipuè spõsi inimicos, scilicet, Diabolum, Mundum, & Carnem, superiùs intelleximus: petit igitur consolari ab illo interius, ne exterius consolari quærens in mũdi huius obiectis, haustis per sensus, ruat, carnaliter viuens, ea curiosè cognoscens. Sed quare nõ ait: *Ne curram post greges, &c.* Sed, *Ne incipiã vagari?* quia certò sciebat, post initium sequi cursum, per *consensum* signatum, quem timebat.

Cant. 1. 7

Incœpit quidem vagari iuuenis curiosus ille, de quo dicitur in Prouerbijs: *Considero vecordẽ iuuenem, qui transit per plateam:* & post pauca subditur aspectus mulieris, & cum ea loquutio. Et cursus post eam subiungitur. *Statim eam sequitur*. Vbi ait Lyranus: *Credens ad bonum suum, cum tamẽ vadat ad malũ maximum*, & periculũ magis exprimitur, dũ subditur: *Et nescit, quia de periculo animæ eius agitur*.

Prou. 7. 8. num. 22. Lyran. num. 23.

Incępit etiã oculis vagari Eua post pomum, vt Genes. 3. dicitur: *Vidit igitur mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile*. Ecce curiositas visus, & gustus, & sequitur cursus: *Et tulit de fructu illius, & comedit:* docetque Bernardus, vt certiùs ad gulam callidus hostis pertraheret, curiositatem mouisse: *Auget curam, dum incitat gulam*. quia cursura erat indubitanter ad esum, si per visum inciperet.

Genes. 3. 6. S. Bernar. de gradib. humil.

Incœperunt etiam filij Dei, de quibus Genes. 6. dicitur: *Videntes*

Genes. 6. 2.

Digitized by Google

teſ filij, Dei filias hominum, quod eſſent pulchræ. Ecce per curioſum aſpectum vagari incipiunt, & faciũt curſum. Subditur enim, *Acceperunt ſibi vxores ex omnibus, quas elegerant*. Non enim propter prolem coniuncti ſunt illis, ſed propter luxum ex pulchro viſu, vt verbis illis exprimitur, vt principale motiuum, *Quod eſſent pulchræ*, &, *ex omnibus, quas elegerant*, vtique ex pulchritudine viſa, & cõcupita. Viderũt, & ſic vagari cęperũt, & inde cucurrerunt præcipites per cõſenſum; vt etiam Chryſoſt. docet, dicens: *Oculi eſt videre, male autẽ videre à mente eſt. poſtquam autem hæc negiexerit, & habenas laxare cęperit, quemadmodum auriga neſciens indomitorum equorum ferociã compeſcere, & equos currum trahẽtes, & ſeipſum in præceps ire facit, ſic & voluntas noſtra*. Hæc S. Doctor. In quibus nota, quomodo curſum ponat in conſenſu, vt tibi dicebam ſuperiùs, & quomodo velocitatem nimiam indicet per ruinam præcipitem.

S. Chryſ. homil. 22 in Geneſ.

Hæc cauſa eſt, ob quam S. Iob timens iſtud principium, & inde præcipitium, dixit, *Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem de Virgine*. At quare cum vitijs alijs bellum gerit, & cum oculis fœdus init? Reſpondet S. Hieronymus, *Nè priùs incautè aſpiceret, quod poſtmodũ inuitus amaret*. Et rationem ſubdit. *Nam ſemel ſpecies formæ cordi per oculos alligata, vix magni luctaminis manu ſoluitur. Intueri non debet, quod non debet concupiſci. vt munda mens in cogitatione ſeruetur, deprimendi ſunt oculi, quaſi quidam raptores ad culpã*. Hæc Hieronymus. Vbi vides, quomodo ad propoſitum oculos vocat, quaſi ad culpam raptores, propter vehementiam, qua rapido curſu ad crimen trahunt, poſt quam aperiri cœperunt. De quo meritò lamentabatur Propheta, cùm dixit, *Oculus meus depredatus eſt animam meam*. Nam in præda rapina contingit. Et S. Ephrem fęminam laqueo compto aſſimilat. Quemadmodum namque laqueus comptus, maximè trahit, quia vtique aliqua eſca linitur, cuius auicula auida, ad illum velociter currit, & pedem figens, ibi ligata manet, ita miſera anima in pulchritudine fęminæ, in quam curiosè oculos ſuos figit.

Iob 31. 1.

S. Hieron.

Thren. 3. 51.

S. Ephrem

Hinc omnes filij Auguſtini diſcemus, cur in Regula hanc oculorum mortificationẽ nobis præcipiat, dicens, *Oculi veſtri, etſi iaciantur in aliquam fœminarũ, in nullam figantur*. Vbi prohibet fixum aſpectum, ex quo putat ad conſenſum, curſum incipere. Proinde ſubdit, *Nec ſolo tacito affectu, ſed aſpectu quoque appetitur, & appetit concupiſcentia fœminarum*. Ecce conſenſus ex tali aſpectu ſequutus. Et

Auguſt.

quia

quia iſte curſus ad malum, Deo diſplicet valde, ipſius initium abominatur Deus, vt ipſe Pater teſtatur, poſt pauca ſubiungens, *Illius namque, & hac cauſa commendatus eſt timor, vbi ſcriptū eſt, abominatio eſt Domino defigens oculum.*

S. Chryſ. homil. 3. de verb. Iſai.

S. Chryſoſtomus ad deſignandum criminoſum hunc curſum, qui ſequitur ex fixo aſpectu, ipſum comparauit velocitati, qua ignis fœnum comburit, dicens, *Vt ignis, vbi fœnum arripuerit, nihil moratur, ſed ſimul, vt attigit materiã, accendit flammã: itidem, & ignis concupiſcentiæ ſimulatque per oculorum intuitū, elegantem attigerit formam, protinus exurit animum.* Imò velocior eſt carnalis flamma elemẽtari. Hæc enim non niſi in tempore: illa etiam in momento incendium excitat.

Verum tamen eſt, quod in timoratis viris, qui incautè oculos figunt, non ſtatim flamma iſta in corde accenditur, retardata timore, paulatim tamen frequenter molitur ruinam. Quod Saluianus ſignauit, cùm oculos appellauit, *Naturales quoſdã animæ cuniculos.* Vt enim ignis cuniculo ſubterraneo applicitus, non ſtatim incendium excitat, ſed paulatim ſerpit, exiguo pabulo nutritus, donec perlatus ad ſubiectam turribus partem, & in amplam materiam infuſus, miſcet omnia incendio, & conuulſas à fundamentis arces in ſublime eiaculatur: ita planè obſcæna aliqua forma obtutui noſtro obiecta, primo ſtatim appulſu, non ſemper vrit, ſed per internos ſẽſus, ſpecierum vehiculo deducta, paulatim meat, donec mentis arcem ingreſſa, aliaſque ex alijs cogitationes excitans, facit incendium, quo totus animus miſerabiliter inflammatur. Benè ergo dixit Sponſa, *Ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum*, vtique carnis, & mundi. Licèt enim eſſet aſſueta ſpõſi caſtis amplexibus, in illius tamen abſentia caſum timebat, & ideo initium fugiebat per vagationem ſenſuum, ex qua curſum ad malum proſpiciebat.

Saluian. lib. 3. de proniden.

Quod etiam indicat alia lectio, quæ verba illa, *Ne vagari incipiam*, ita legit, *ne quando fiam veluti circumducta* quaſi ad modum rotæ, quæ ex rotunditate figuræ mouetur celeriùs, veloci motu moueretur ad malum.

Sic cucurrit Alipius ad immanitatem, quando incautus fuit ad oculorum laxitatem, teſte Auguſtino dicente, *Aperuit oculos, & percuſſus eſt grauiore vulnere in anima, quàm ille in corpore, quem cernere concupiuit, ceciditque miſerabiliùs, quàm ille, quo cadente, factus eſt clamor, vt enim vidit illum ſanguinem, immanitatem ſimul ebibit.* Nota, chariſsime lector, ex oculi ictu (quod eſt incipere vagari)

Aug. lib. 6 cõfeſſ. c. 8.

caſum

Digitized by Google

caſum animę per cursũ ad crimẽ. Et proſequitur S. Doctor magis hunc curſum narrare ſic, *Et non ſe auertit, ſed fixit aſpectum, & hauriebat furias, & neſciebat, & delectabatur ſcelere certaminis, & cruenta voluptate inebriabatur*. Vidiſti ergò periculum maximum ex *facilitate* caſus.

Sed & creſcit ex *difficultate*, qua quis ſubleuatur. Quod conſiderãs Sapiens, curioſitatis mortificationem indixit, ex difficultate propoſita, cum dixit, *Ne intuearis vinum quando flaueſcit, cum ſplenduerit in vitro color eius: ingreditur blandè, ſed in nouiſſimo mordebit, vt coluber, & ſicut regulus venena diffundet.* Vbi verbum, *flaueſcit*, legitur in hebræo, *rubeſcit*, quia ad ſui hauſtum maximè attrahit. Vnde occurrit primò notare verba, *ingreditur blandè*, in quo facilitas cadendi iam probata, ampliùs confirmatur. Secundò ad propoſitum, notanda ſunt ſequentia verba, nam in hebræo legitur, *mordebit, vt ſerpens*, vbi tam in ſerpente, quàm in regulo, qui eſt baſiliſcus, denotatur caſus mortiferus ex viſu curioſo cauſatus. Quemadmodum enim ex morſu ſerpentis, & intuitu baſiliſci, venenum diffunditur, à quo nemo viuus euadit: ità ad ſignandam difficultatem, quæ ex curioſo aſpectu talis, aut ſimilis obiecti incurritur, hæc ſimilitudo apponitur. Nam vinum benè coloratum, aſpectum maximè ad hauſtum allicit, & hic ad alium trahit, & ſic deinceps, donec ebrius quis euadit, non valens ab ebrietate euadere, & animã crepat, & quandoque corpus non minùs, quàm venenato frequenter contingit, miſerabiliterque moritur, vt in Propugnaculo contra ebrietatem fuſiùs erit dicẽdum. Propterea dixit Chryſoſtomus, *Hinc vel maximè ſtupeſcat quis amentiam eorum, qui vino dediti ſunt, quòd nec ſibiipſis tantùm parcere volunt, quantùm alij vtribus. Nam hos quidem, vini venditores, non patiuntur plùs æquo implere, ne rumpantur: ipſi verò miſerum ventrem, ne hac quidem prouidentia dignantur, ſed vſque ad crepitum, & ruptionem implent, & infarciũt.* Hęc Chryſoſtomus.

Prouerb. 23. 31. n. 32.

S. Chryſ. Homil. de Ebrieta.

Sed proſequitur idem Sapiens difficultatem ſe erigendi à caſu iſto lethali, dicens, *Et eris ſicut dormiens in medio mari, & quaſi ſopitus gubernator, amiſſo clauo.* Quæ verba ità Septuaginta vertunt, *Iacebis tanquam dormiens in corde maris, & tanquam gubernator in magna tempeſtate*. Quemadmodum ergo quis, quando in profundo maris eſt, admodum difficulter ſaluatur, quod contingit pariter, quando in magna eſt conſtitutus procella: ità, qui ex curioſitate lapſus eſt ſemel.

Hoc quidem ſignificauit idem

Sapiens, de curioſitate tactus ſpecialiter loquens, aſſimilans adulteram, & meretricem, quam quis impudicè tangere curat, foueæ, & puteo, & vt magnitudinem difficultatis, qua à caſu quis ſurgit, ſignificet, non foueæ ſimpliciter aſſimilat, ſed *profundæ*, & non puteo vt cũque, ſed *anguſto*. Nam profunditas, & anguſtia exitui maximè contradicunt.

Prou. 23. 26. *Oculi tui*, inquit, *vias meas cuſtodiant.* Ecce curioſitatis prohibitio, quatenus oculos iubet ad obiecta tantùm ſalutaria dirigi. Et ratio prohibitionis ſubditur

num. 27. ex difficultate propoſita, *Fouea enim profunda eſt meretrix, & puteus anguſtus aliena.* A qua profunditate, & anguſtia poſtulauit ille liberari, qui dicebat,

Pſal. 68. 16. *Neque abſorbeat me profundũ, neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum.* Nam in *abſorbère*, & in *vrgère*, maxima difficultas ſignatur, in quam, qui ſemel inciderit, ſola Omnipotentis manu poterit liberari.

O ſi facilitas iſta cadẽdi, & difficultas ſurgendi, ſeriò conſiderarentur à nobis, quàm mortificati, modeſti, & continentes eſſemus, & victores euaderemus curioſitate calcata! Trãſimus per viam, videmus lutum profundum, ſolicitè curamus non figere pedem, ſed fugere. Quare? quia facilè infigetur, & corpus trahet, & ſordidabitur veſtis, & manebit inutilis, ac turpis. Si igitur ita curamus fugere caſum corporis, & turpitudinem veſtis, quare non magis caſum animæ, quo non tantùm inutilis redditur, & turpis, ſed mortua, itàque difficilis ad ſurgendum, vt non valeat quis, neque alius ſolus ſine Dei ſpeciali auxilio illam leuare? quod quidem iuſtè quandòque negatur im pœnam ingratitudinis noſtræ, qui non curamus ipſius mandatis obedire, & conſilia ſalubria ſequi, & bonis inſpirationibus reſpondere, quibus nobis in corde miſericorditer dicitur, *Non aſpicias, non tangas, non audias*, Quia ſic morieris in corde. O ſtultitia noſtra, & cæca inclinatio prona ad malũ! quare iſtis auditis, & lectis nõ reſipiſcimus? non corrigimur?

CONSIDERATIO XI.

Ex *Præmiatione*.

COntra vtramque curioſitatem, intellectus ſcilicet, & ſenſus, hac conſideratione prẽmuniendũ eſt cor.

Et quoad curioſitatem ſciendi, ſeu intelligendi, conſideratione cognitionis perfectæ, quæ in cælis habebitur, vbi futuri ſumus perpetuò; ſicque non curabimus multùm ſcire, dum peregrinamur in terris. Solo namque Deo viſo, perfectè ſatiabitur ibi appetitus ſciendi, vt Angelicus Doctor his verbis aſſeruit. *Si ſolus Deus vide-*

S. Thom. 1. p. q. 12. ar. 8. ad 4.

videretur, qui eſt fons, & principium totius eſſe, & veritatis, ita repleret naturale deſiderium ſciendi, quòd nihil aliud quæreretur. Vbi ſupponit, præter Deũ plura in cælo cognoſci. Et docet, quòd ſi ſolus videretur, ſufficiens eſſet, ſciendi appetitum replère. Vnde inquietudo omnis, quam deſiderium ſciendi ingenerat, penitus tolleretur, & beatus quis diceretur, cognito tantùm Deo. Cum tamen ignorato eo, infelix curioſus diceretur, qui cuncta ſciret creata; vt Pater Auguſtinus teſtatur, ſic in confeſſionibus ſuis loquens ad Deum, *Infelix homo, qui ſcit omnia illa,* (ſcilicet, creaturas) *te autem neſcit! beatus autem, qui te ſcit, etiamſi illa neſciat!* Vnde etiam carmina illa orta fuerunt.

P. Aug. lib. 5. c. 4.

Tu, ſi Chriſtum ſcis, nihil eſt, ſi cætera neſcis:
Si Chriſtum neſcis, nihil eſt, ſi cætera diſcis.

Et conſtat etiam veritas iſta ex verbis Apoſtoli, dicentis de Beatis in cælo, *Erit Deus omnia in omnibus.* Vbi ſic ordinaria Gloſſa exponit, quòd erit *Omnia, quæ deſiderari poſſunt,* & *in omnibus,* ideſt *membris ſuis,* quia Deus erit vnde ſatientur. Igitur etiam appetitus ſciendi, ibi perfectè ſatiandus erit ex ſancti Pauli ſententia.

1. Cor. 15. 28.

Gloſſa.

S. Thom. hic cit.

Ad propoſitum tamen Doctor Angelicus docet, quòd viſtra viſionem Dei, quæ ſola hunc appetitum ſufficeret ſatiare, adhuc tamen videbuntur in ipſo ab vnoquoque beato omnia, ad quæ ſcienda naturaliter homo inclinat. *Naturale* (inquit) *deſiderium rationalis creaturæ, eſt ad ſciendum omnia illa, quæ pertinent ad perfectionem intellectus, & hæc ſunt ſpecies, & genera rerum, & rationes earum, quæ in Deo videbit quilibet videns eſſentiam diuinam.* Hæc S. Doctor. De hac autem cognitione beatifica plura dicenda ſunt, Deo dante, in tractatu de quatuor nouiſſimis, qui erit volumine quarto. Et pro nunc iſta ſufficiant, quibus munitus quiſquis, facilè ab immoderato appetitu ſciendi poterit ſe cohibere, ſi ſedulò apud ſe perpẽderit aduenã hìc eſſe, & peregrinũ, & in patria, ideſt in cęlo, perpetuò habitare debere, & conſultius eſſe, ibi ſine vllo diſpendio, & labore cum indicibili gaudio perfectiſſimè Sapientem manere cum ignorantia hìc, vel neſcientia, quàm per ſapientiam terrenam, pati ſupernæ regionis exilium ſempiternum cum inſipientia æterna. Hac ſanè conſideratione armati, vana curioſitate calcata, tranſierunt ſæculum hoc permulti in ſancta ſimplicitate, qui modò ex viſione diuina, ſapientia ditati altiſſima, mira delectatione intellectuali fruuntur, ſuperantes incomparabiliter ſcientiam, quam

in iſta vita Philoſophi omnes gẽtiles,& doctiſſimi quique habuerunt, vel habituri ſunt,qui ſæculis futuris ſuccedent.

Eodem pariter modo contra Curioſitatem ſenſuum viriliter eſt militandum, Conſideratione nimirum admirabilis oblectationis, qua ſenſus omnes in cœlis replendi ſunt: vt enim S. Thomas affirmat, ibi omnes ſenſus *in actu perfecto* erunt. Quia potentia coniuncta actui,perfectior eſt, ſed natura humana erit in beatis, in maxima perfectione: Igitur erunt ibi omnes ſenſus in actu perfectiſsimo. De qua perfectione B. Laurentius Iuſtinianus loquens,ſic ait, *Caro per omnes ſenſus ſuos multimodis exuberabit delicijs. Delectabitur oculus in amabili redemptoris aſpectu,& cum cœlum, ſolis, & ſtellarum ſplendore rutilans, intuebitur. Auditum harmonia cœlorum, melodica cantica ciuium ſupernorum,non mediocriter demulcebũt. Fragrans ſuauitas cœleſtium odoramentorum, mirà liquefactione reſpergetodoratum. Indicibilis dulcedo omnium delectabilium,melliflua quadam, & iucunda ſatietate, oris ſaginabit palatum. Nam exultatio Dei in gutture eorum erit. Ipſe demùm tactus ſibi congruis abundabit delicijs, quas experti norunt.* Et rationem ſubdit. *Fas enim non eſt, vt in illa cœlorum gloria quidquam vacet à Dei laude, quin potiùs iuſtum, vt cuncta corporis membra, ſuum proprio modo efferant Conditorem, quatenus, ſicut ab ipſo ſumpſerunt principium, ità & in illo deducant ſuæ beatitudinis finem, vt ſit Deus omnia in omnibus.* Quæ ſunt verba Pauli ſupra allata, ex quibus omnis ſatietas cõprobatur, & conſequenter iſta,de qua, Deo duce,multa ſunt dicenda in tractatu proprio, vt ſupra dixi.

S. Thom. in Addit. q 82. ar. 4.

B. Laur. Iuſt. lib. de diſcipl. ſpirit. c. 23.

Si quis ergo propter oblectationem ſenſuum ſuorum, quærit nunc curiosè obiecta eorum,abſtineat ſine vitio à delectatione fucata, cum illa cœleſti comparata,quæ erit perfecta,& æterna, & inenarrabilis (vt affirmat Petrus)& propter illam,iſtam nõ amittat, quia maxima eſt ſtultitia. Et ſic iſta conſideratione armatus, cohibeat viſum nunc ab obſcęno obiecto,& cęteros ſenſus ſimiliter, triumphans de hoſte iſto, qui tyrannicè nos vult priuare gaudijs ſempiternis.

CONSIDERATIO XII. & vltima. Ex *punitione*.

PONDERATIO I. *Circa punitionem Curioſitatis intellectus.*

COntra iſtam curioſitatem occurrit ſe primò armare ex verbis Sponſi in Can-

Cãt. 6. 4. Canticis, ſic ad dilectam ſuam dicentis, *Auerte oculos tuos à me*. At cur quæſo, ſponſe bone, ſic intueri refugis à tua ſponſa, cum ſponſo gratiſsimus eſſe ſoleat aſpectus ſuæ ſponſæ? ſed non mirum, quia curiosè aſpiciebat ſpõſum, ſupra captum ſuum, eum contemplando. Ne ergo eius mulctaretur abſentia, quę punitio eſſet grauiſsima, illam cupiẽs per iſtam conſiderationem, à tali aſpectu abſtrahere, cauſam increpationis ſuæ, benignè reddit, ſubiungens, *Quia ipſi me auolare fecerunt*. Quare non dicit recedere? quia per hoc non exponeret ſatis, quàm ipſi ingratus ſit iſte curioſus aſpectus, & quàm ſit ad ipſum puniendum celerrimus, ideo velocem ſui abſentiam exprimit per volatum.

Igitur, cum omne bonum noſtrum, Deus ſit, & infinitum bonũ ſit, illius priuatio, iactura maxima, meritò eſt credenda, & per conſequens aſpectui curioſo pœna ſumma inflicta. Vt quid ergo intellectum noſtrum non captiuamus, ne amittamus ſponſum vnicum bonum noſtrum? Vt quid curiosè de eo inquirimus, quæ ſunt ſupra captum noſtrum? Quare contenti non ſumus ſimplici cognitione illius, omni curioſa inueſtigatione poſtpoſita?

Qũot hinc, gloria contempla. ta oppreſſi, per abſentiam lucis manſerunt in tenebris, & in inferno iam ardent, ibi manſuri perpetuo? Hinc ſanè dixit Chryſologus de verbo Dei curioſiùs ſcrutato, *Quod eſt vita animæ, ſit perditionis occaſio*. Contenti ergo ſimus ſobrietate ſciendi, hac conſideratione muniti. *Chryſolog. ſerm. 156. de Epiph. initio.*

Sed dices. Deum non curiosè ſcrutor, ſed creaturas illius. Sed Reſpondeo, quod nec per hoc à pœna eris immunis, quia etiam ſic inflàris: inflatos autem non capit *anguſta* via ſalutis, & per conſequens, incurres damnationem perpetuam.

Tentauit olim Rex Dauid ſcire numerum populi ſui, & quia hoc curiosè quæſiuit, incurrit iactantiam; & recognoſcens peccatum ſuum, per quod meruerat iram, dixit dolens ad Dominum, *Peccaui valdè in hoc facto, ſed precor Domine, vt transferas iniquitatem ſerui tui, quia ſtultè egi nimis*. Vide, quomodo non ait, *ſimpliciter*, peccaſſe, ſed addit *valdè*. Et rurſus peccatum ſuum ſtultitiam vocat, adiungens, *nimis*, vt curioſitatis vanæ ſuæ ſignificet turpitudinem. Et recognoſcẽs, æternaliter pro hoc meruiſſe puniri, commutationem ſuppliciter poſtulat in temporalem pœnam, & nullam determinatè proponit, quamcumque, licet magnam, reputans paruam, comparatione æternæ, quam incurrerat. Et optione ei ex miſericordia facta, peſtilentiam elegit, qua per triduũ ſeptuaginta millia ex populo perierũt. Sed nũm- *2. Reg. 24 10.*

Digitized by Google

quid euaſit Rex ipſe pœnam, puniṭo populo ſuo? minimè, quia ſuorum vulnera reputabat, vt propria, vt ipſe in Pſalmis fatetur, ſic
Pſ 37. 3. loquens ad Deum. *Sagittæ tuæ infixæ ſunt mihi, & confirmaſti*
num. 4. *ſuper me manum tuam. Non eſt ſanitas in carne mea à facie iræ tuæ.* Et poſt pauca, quæ acerbitatem doloris ſui declarant, addit,
num. 6. *Putruerunt, & corruptæ ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ.* Vbi ſuæ curioſæ muneratio-
Lyranus. ni, vt ibi notat Lyranus, attribuit ſagittas infixas, quæ non *materialiter* accipiendæ ſunt, ſed *ſpiritualiter* pro cordis dolore. Et in eodem ſenſu, meritò accipi poſſunt putredo, & corruptio cicatricum, quas ex infixione ſagittarum iſtarum fatetur à curioſitate cauſatas, & quaſi inſanabiles factas, niſi ipſius Dei miſericordi manu fuiſſent ſanatæ.

Tamen notat etiam idem Doctor, in corpore adhuc ſe plagatum, Regem fuiſſe cõfeſſum, cum dixit, *Non eſt ſanitas in carne mea*, & ſummum indicaſſe dolorem, cum ſubiunxit, *Non eſt pax oſſibus meis*, quæ vtique fortiora ſunt carne, ideoque magis poſſunt liuori reſiſtere, & tamen pacem non habuiſſe dicuntur, quia fuerunt percuſſa.

Et certè de acerbiſsimis pœnis, quas poſt hanc breuiſsimam vitam, luituri ſunt ſcientifici curioſi, loquens Diuinus ſpiritus,
Sap. 6. 7 dixit per Sapientem, *Potentes potenter tormenta patientur*. Vbi per *potentes* Lyranus intelligit non tantùm dignitate fulgentes, Lyranus.
ſed Doctrina præſtantes, *Status*, inquit, *Dignitate, & ſcientiæ magnitudine*. Et rationem reddit, *Quia, quantò ſtatus altior, tantò caſus grauior*. Idem ibidem ex Anaſtaſio, Gloſſa ordinaria, pro Gloſſa.
rigoroſo iudicio, cõfirmat ex ver. bis Domini, *Cui parum fuerit datum, parum ab eo exigitur: cui autem multum, multum quoque quæretur ab eo*. Luc. 12. 48.

Igitur ex ſcientia habita curioſè, & vanè, qua plura quis nouit, quibus duci poſſet ad vitam, diſtrictiùs quis iudicabitur, & cruciabitur fortiùs, non tantùm ex ipſis tormentis illatis, propter abuſum ſcientiæ, ſed etiam ex ipſa ſciẽtia. Quia tunc, licet ſerò, cognoſcet, quãtò cõmodiùs, & faciliùs ex ſcientiæ lumine potuiſſet per viam ſalutis incedere, & peruenire ad vitam, & ex ſui defectu, videbit ſe, hinc cum indicibili mœrore ad perpetuas pœnas damnatum. Et hoc teſtatur confeſsio omnium curioſorum, qui, Sapiente teſte, tunc dicent, *Sol intelligentiæ non eſt ortus nobis*. Non Sap. 5. 6.
quia ortus illis non fuerit, ſed quia non cooperati ſunt illi in bonum, ſed in vanitatem, & ſuperbiam. Propterea quidam illuminatus vir conſiderans confuſionem perpetuam, qua in die iudicij puniendi ſunt curioſi, ait. Kemp. lib. 1. c. 4. n. 6 & 5.

Tunc plus lætificabit pura, & bo-

na

Digitized by Google

na conſcientia, quàm docta Philoſophia. & iterum. *Tunc videbitur Sapiens in hoc mundo fuiſſe, qui pro Chriſto didicit ſtultus, & deſpectus eſſe.* Quia vtique Sapiens turgidus ex ſua curioſitate, videbitur adiudicatus flammis perpetuis, cum confuſione æterna: & humilis ſimplex, videbitur deſtinatus ad gloriam, vbi, viſo Deo, Sapiens in æternũ manebit.

Hęc igitur benè perpende, frater chariſsime. Vt quid vis parare tibi cruciatum perpetuum per vanam ſcientiã, labore tãto quæſitam, vt ſupra eſt demonſtratum, & experientia patet, & per tot temporales labores peruenire ad labores æternos? certè vna remanet tibi, & mihi ſapientia vtiliter addiſcenda, quam docuit verè Sapiens, cum protulit, *Vtinam ſaperent, & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent!* quaſi dicat, curioſos omnes, inſipientes eſſe, & vnam hanc ſapientiam ſedulò debere addiſcere, ſcilicet, prouidere nouiſsima, bene viuendo, & ſcientia rectè vtendo, non ad luxum non ad faſtum, & elationem, ſed ad timorem Dei, vt benè moriantur, vt ſecuri ſtent ante Tribunal Chriſti, vt fugiant pœnas horribiles perpetuas, & obtineãt gaudia ſempiterna, quæ nemo tollet ab eis. *Deut. 32. 29.*

PONDERATIO II.

Circa punitionem curioſitatis ſenſus.

MVltipliciter curioſitas iſta punitur. Primò, in hac vita non ſolùm in corpore, ſed & in anima. Secundò, in Purgatorio. Tertiò, in inferno.

Et imprimis de pœna corporis in hac vita, conſtat primò in ſenibus illis, qui curioſè reſpiciẽtes caſtam Suſannam, fuerunt inde miſerè necati, & lapidibus obruti, vt apud Daniel. 13. narratur.

Secundò in Sichem, qui, curioſo aſpectu, Dinam aſpiciens, occiditur cum Patre, & populo ſuo, imò & ipſa Dina, quæ curioſè exiit, vi fuit oppreſſa, pretioſo Virginitatis flore amiſſo: & fratres ſuos poſuit in vitæ diſcrimine. *Geneſ. 34*

Vide ſic eam S. Bernardus alloquitur; *Tu curioſè ſpectas, ſed curioſius ſpectaris. Quis crederet tunc, illam tuam curioſam ocioſitatem fore poſt ſic non ocioſam, ſed tibi, tuis, hoſtibuſque tam perniciosam?* Vbi ſolerter curioſitatem ocioſam, non ocioſam dicit, quatenus tantum malum operata fuit. *S. Bern. de grad. humil.*

Tertiò, in Eua, quæ curioſè pomum aſpiciens, & accipiens, mortem incurrit cum tota poſteritate ſua. Et ſimul in anima fuit punita, quia donis gratuitis illi infuſis à Deo, fuit ſpoliata, & *Geneſ. 3.*

multis manſit ſubiecta doloribus interioribus, & nos cum ipſa, vt experimur quotidie cum diſpendio tanto. Et innumera ſanè exẽpla vetera, & moderna de iſta punitione corporali poſſent adduci, & ſimul de dolore in anima, in qua miſeri curioſi indicibiles dolores patiuntur, & per tot amaritudines, cupiditates explent ſuas, curioſitate illecti. Vnde in particulari de meretrice loquens Sapiens in Prouerbijs, dixit, *Multos vulneratos deiecit*. Vbi Lyranus ait, *vulnere concupiſcentiæ*. Quia interiùs feriuntur, concupiſcentes, quod curioſè aſpiciunt. Proinde de ſenibus illis impudicis, & curioſis paulò ſupra adductis, poſtquam ſcriptura Diuina eorum memorat curioſum aſpectum, dicens, *Et videbant eam ſenes quotidie*, ſubdit paulò infra, tamquam curioſitatis effectum, hunc cruciatum internum. *Erant ergo* (inquit) *Ambo vulnerati amore illius, nec indicauerunt ſibi vicißim dolorem ſuum*. Naſcitur autem dolor hic, (vt in iſtis væcordibus) ex eo, quòd, vel concupiſcentia à curioſitate excitata, non poſsit expleri, vel ex *remorſu conſcientiæ*, qui ſequitur ex peccato. Et ità tam ante, quàm poſteà, in corde, ſeu anima curioſi torquentur.

Prou. 7. 26

Dan. 13. 8

num. 10.

Hinc pulchram, & dulcem ſponſi ſui faciem concupiuit ſpõſa in Canticis, ne ſolatio deſtituta interiùs, poſt carnis ſenſus curioſè abiret, & inde fieret luctuoſa. Nam verba illa, *Ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum*, quæ ad aliud propoſitum, iam ſupra adduximus, legit alia littera, *Ne quando fiam veluti cooperta ſuper greges ſodalium tuorum*. Vbi quidam Doctor modernus conſiderat, quod quemadmodum luctuoſa ſponſa, cum ſponſum amittit, vultum præ dolore cooperit, ità hoc modo loquendi indicari dolorem internum, qui incurritur, cum Deus per peccatum amittitur, non quidem tantùm in bonis Chriſtianis, qui hoc faciunt fructuosè, iuxta Apoſtoli verba, dicentis, *Quæ ſecundùm Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur*; ſed etiam in carnalibus, qui ducti curioſitate, & perſeuerantes in malo, poſt ſenſus ſuos abeunt, & inde miſerrimè cruciantur interiùs, & ſic luctuoſi effecti, fiunt veluti cooperti.

Cant. 1. 7

Kistlerius.

2. Cor. 7. 10.

Hunc igitur dolorem, & luctum timebat caſta ſponſa, nè à dilecto ſuo ſponſo ſeparata, ſe traderet delectationibus ſenſuum, illecta curioſitate. Et ſic amaritudinibus varijs reſpergeretur interiùs, deſtituta ſolatio vero, quod amor ſui ſponſi, ſolet animæ communicare vberiùs.

Et etiam eſt notabile, quod augeatur adhùc hic dolor in curioſo ex rubòre, quem frequenter incurrit, cum in malo eſt deprehenſus; quod ſignificat verbum,

Digitized by Google

bum, *cooperta*, quo eſt vſa ſponſa, qui enim rubóre afficitur, vultum tegit, ne appareat: ita, qui lapſus eſt in concupiſcentia ſenſuum, ſi comprehendatur, confunditur, & conſequenter etiam inde torquetur. Et legenda ſunt, quæ de iſto dolore, etiam in Propugnaculo contra amorem proprium ſuperiùs iam ſunt dicta.

Sed & poſt hanc vitam, ſi pœnitentes deceſſerint, & non perfectè hìc pro malis his ſatisfecerint, omninò in Purgatorio luêt, ad quæ eos curioſitas ſua perduxit. Dixit namque Dominus ad vnũquemque iſtorum, & ad cæteros, qui mala egerunt: *Nũ exies inde, donec reddas nouiſſimum quadrantem*. Et iuramentum præmittit, vt infallibilem punitionem ſignificet. *Matth. 5. 16.*

In Apocalypſi etiam dicitur, quod nihil coinquinatum, & immundum ſupernam illam Ciuitatem intrabit, ideoque foris priùs in ſubterraneo loco, per ignem erit purgandum. Si ergo ita fugis, frater chariſſime, flammam parum vrentem, quare non fugis ignem illum tam acerbè torquẽtem? de quo Pater Auguſtinus teſtatur, quod iſte, quo, modò vrimur, eſt velut depictus comparatione illius. Abſtine igitur à curioſitate, quæ animam maculat, & illius reum te facit.

Sed adhuc, cum quis impœnitens moritur, ad Infernũ detruditur inferiorem, vbi comburetur perpetuò, de qua punitione Dominus loquens, per Sophoniam Prophetam, dixit: *Vox clamoris à porta piſcium, & vlulatus à ſecunda, & contritio magna à collibus*. Superiùs ex Patre Auguſtino oſtẽdimus, per *piſces*, curioſos intelligi. Per vocem igitur clamoris à portà primà piſcium, congruè *oculi* accipiũtur, qui piſcinæ benè aſsimilantur, ob humorẽ aqueum, & cryſtallinum, quo pollent. Vnde in Cãticis dicitur: *Oculi tui, ſicut piſcinæ in Heſebon, quæ ſunt in porta filiæ multitudinis*. Et bene quidem portæ ſunt piſcium, per quas, ſcilicet, rerum caducarum, & voluptatum, in mari huius ſæculi volutantur, quaſi inſeruiant ad capiendos piſces, vtique curioſos, qui in hora mortis, & in die iudicij extremi, irremediabiliter plangent, cum viderint ſe per hãc portam, ad pœnas perpetuas deſtinatos; & ideo meritò ſcriptura intonat: *Vox clamoris à porta piſcium*, & ſubiungit, *& vlulatus à ſecunda*; per quam, ſenſus auditus, pariter poteſt intelligi: per hos enim duos sẽſus, tanquam per feneſtras, præcipuè mors aſcendit, & animam deprædatur: ſicque meritò poſt clamorem à porta prima, ſcilicet, viſus, audietur vlulatus à porta ſecunda, nimirum, auditus, quia vlulabunt tunc curioſi, cùm in hac vita per auditum peccarunt, aliorũ facta curioſè inquirendo, ad cauil- *Sophon. 1. 10. Cant. 7. 4.*

uillandum, & inutilia, & peruerſa audiendo, ad ſe delectandum.

Et ſanè cõfirmat dicta, Hieronymi doctrina interpretãtis hæc verba, de, ex curioſitate, damnato: *Torquebit igitur*, inquit, *eum conſcientia, & poſtquam compunctus clamauerit à prima oculorũ porta, vlulabit etiam à ſecunda, quam & aures intelligere poſſumus. Per hos enim, vel maximè ſenſus, quibus vitia illapſa fuerant, eorum pœna ſentietur.* *Hieronym.*

Tunc etiam torquebuntur ibi obſceni aſpectus occulti, & improuiſi, in quos ex conſuetudine incidimus, & cæterorum ſenſuũ actus, quos ignorabamus, ex cæcitate incurſa, qui, *colles*, iuxta mentem eiuſdem Hieronymi, cõgruè poſſunt intelligi. Quemadmodum enim, quod excelſum eſt, aciem oculi fugit, ita, quia iſta, ex cęcitate, & ſurditate ad inſpirationes diuinas, contra ſenſuũ curioſitatẽ clamantes, ignorauimus, colles dicuntur, *Et cõtritio magna à collibus. Et conteretur*, inquit S. Doctor, *Quidquid fuerit excelſum, & propter cæcitatem, & ſurdas aures ignorabatur in nobis.*

Poteſt etiam non ineptè mens humana intelligi, vt notat Doctor quidam modernus, quæ ob ſuam celſitudinem reſpectu partis inferioris ſenſibilis, non immeritò collis poterit nuncupari. Et quia ſenſuum concupiſcentiæ conſenſit, ideò pariter punietur cum ipſis, proindeq. iure ſubnectitur, *Cõtritio magna à collibus.* *Cornel. à Lapide.*

De pœnis infernalibus iſtis dicunt SS. Doctores, quod ſenſus omnes, per quos iniqua patrauimus, peculiaribus pœnis, delictis congruis, acerrimè punientur, & & nos volumine 4. Deo dante, copioſè tractabimus. Interim ſufficiant verba Kempis dicentis: *Nullum vitium eri, quod ſuum proprium cruciatum nõ habebit*, & rurſus, *in quibus homo peccauit, in illis grauiùs punietur*. Ibi auditus ſtridore, & clamoribus cõfuſibilibus cruciabitur, & oculus horribilium monſtrorum viſione, & tactus igne ſulphureo torquebuntur, & ſimiliter ſiti, & fame guſtus vexabitur æternaliter, & fœtore intolerabili nares curioſæ odorum. *Kemp. lib. 1. c. 24.*

O frater chariſsime in Chriſto Iesv, qui modò effrænis vagaris poſt ſenſus tuos, poſt paſtores peſsimos, qui te ducũt ad regionem mortis perpetuæ, & ad pabula ſulphurea ſempiterna, quare ſeria conſideratione iſtorum nõ corrigis vias tuas? quare Iesvm mortificatum, & paſtorem vnicũ noſtrum nõ ſequeris, ſic te ducẽtem ad vitalia paſcua ſẽpiterna? modò, quãdo minus cogitas, abſcindetur tela vitę tuę, & ceſſabũt cõcupiſcẽtiæ fallaces tuæ, quæ te ducũt ad interitum ſempiternũ, & perpetuas amaritudines. Igitur tibi nũc cõſule, hæc ſapi, hæc intelige, & nouiſſima tua ſic prouide.

PRO-

PROPVGNACVLVM VIII.

CONTRA DESPERATIONEM.

PRÆFATIVNCVLA.

PER hoc execrabile malum dæmon contra nos ſæuit, & acuit ſuum gladium, quem iſto modo acutum, *Terribilem, atque violentum* Chryſoſtomus nominauit. Quo vtique, vt ipſe ait, *Mortalibus ſpem reſurrectionis abſcindit*. Hinc etiam à ſanctis Patribus variè appellatur hoc crimen. A quibuſdam, *vorago altiſſima*: ab alijs, *barathrum profundum*, & *infernus* à pluribus. Non tãtùm, vtputo, propter difficultatem, qua vulnerati euadũt, ſed etiam propter multitudinẽ, quos latiſsimus hic hiatus abſorbet. Quod, teſte Bernardo, ſignificauit Propheta, cùm manum requiſiuit diuinam, ne ita abſorberetur, dicens, *Neque abſorbeat me profundum, neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum*. Contra hunc ergo ſeuiſsimum *gladiũ*, *voraginem*, & profundum *infernum*, ſolicitè, & cautè armandus eſt miles Chriſti, vt viuus victor euadat; lethales ictus, & apertũ, ac nimis latum eius hiatum feſtinanter declinans. Quod per cõſiderationes ſubiectas, Deo duce, habebit. Sed, vt efficaciùs hoc poſsit præſtare, priùs per doctrinam ſequentem, exactiùs cognoſcendus eſt hoſtis iſte.

Chryſoſt. epiſt. 6. ad Theod. Monach. circa fin. tom. 5.

Bernard. epiſt. 32. circ. med.

Pſ. 68. 16.

Doctrina

Contra deſperationem.

TRia breuitate poſsibili expendenda ſunt. Primum, *quid ſit*. Secundùm, *vnde ſit*. Tertium, *quid operetur*. Id eſt, quæ ſit eius *quidditas*, ſeu *eſſẽtia*. Quę *cauſæ*. Et qui *effectus*. Exquibus omnibus perfectè cognitus hoſtis is, faciliùs expugnabitur.

PVNCTVM I.

Quid ſit diſperatio.

SEcundùm nominis ethymologiam, idem videtur eſſe, quod *ſpei diſſipatio*, vel *à ſpe ſeparatio*

paratio. Ita tamen, iuxta doctrinam angelicam, poterit definiri,

S. Th. 2. 2. quæst. 20. *Est fuga voluntatis, qua refugit quis salutem, tanquam impossibilem obtineri.* Pertinet namque desperatio ad potentiam appe-

art. 2. in corp. titiuam, iuxta eundem S. Doctorem. Et ideo formalitas illius in tali volũtatis actu consistit. Quia autem salutem illam, vt impossibilem, iudicare, ad intellectum, spectat, ideo prædictam fugam hoc falsum iudicium præcedit,

art. 1. in corp. quod, scilicet, Deus, peccatori pœnitenti veniam neget, vel gratiam, qua pœnitere possit, & veniam, & iustitiam obtinere.

Ostenditur hoc vlteriùs, quia,

Philos. teste Philosopho, *Contrariorum eadem est disciplina:* cum igitur virtus desperationi opposita, sit spes, quæ in prosecutione boni consistit, ideoque eius actus voluntatis est, licèt supponat iudicium verum de misericordia

Ezech. 18 Dei, *Nolentis mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat*, vt per Prophetam testatur: ita similiter *in fuga boni* consistet formaliter desperatio, licèt falsum iudicium supponat de eàdem misericordia diuina, veniam pœnitẽti negante. Ex quo pariter idem Angelicus Doctor eius turpitudinem cõligit, concludens, quod

S. Th. ar. 1. in corp. peccatum sit. *Quia omnis*, inquit, *motus appetitiuus, conformiter se habens intellectui falso, est secundùm se malus, & peccatum.* Est ergo desperatio formaliter *fuga salutis*. Cuius malitia consistit in eo, quod *falso iudicio se cõformet.*

Hinc deducitur primò, vt notat quidam Doctor modernus, quod licèt præcedat tale iudicium in intellectu, non necessariò in voluntate sequitur desperatio: quia ad tale iudicium non necessitatur voluntas. Manet ergo libera: non igitur necessariò desperat. *Vnde licèt aliquis* (inquit prædictus Doctor) *iudicaret, se non saluandum à Deo, posset nihilominus dicere, nolo desperare, sed faciam, quod possum.*

Becan. in isto Tract.

Deducitur secundò, esse grauius peccatum *ex suo genere*, quàm cætera peccata, quæ contra virtutes morales sunt. Patet, quia, quemadmodũ virtutes theologicæ, ex genere suo, perfectiores sunt moralibus virtutibus, ita peccata virtutibus theologicis opposita, *ex suo genere*, grauiora sunt: atqui dictum est, desperationem opponi spei, quæ virtus theologica est: igitur, *ex genere suo*, grauius peccatum est, quàm *furtum, homicidium, adulterium*, & similia, quia per ista peccata, peccatur directè in creaturam, & tantùm ex consequenti, in Deum: per peccatum verò desperationis, peccatur directè in Deum, quia per eam existimat quis, Deum non habere tantam potentiam, vt possit peccata dimittere, vel non habere tantam bonitatem, vt hoc velit, vt Abulensis docet ad c. 4. Genes. hinc

Abulen.

con-

concludens, maius crimen patraſſe Cainum, quando ex deſperatione dixit, *Maior eſt iniquitas mea, quàm, vt veniam merear,* quàm cùm fratrem occidit. *Gen.4.13*

Quod ampliùs explicatur ex S. Thoma qu.cit.ar.1.& 3. quia in quolibet peccato mortali, principalis ratio mali, & grauitas, *in auerſione à Deo* conſiſtit. Si enim poſſet eſſe conuerſio ad bonũ cõmutabile ſine auerſione à Deo, quamuis eſſet inordinata, non eſſet peccatum mortale: ſed peccata, quæ opponuntur virtutibus theologicis, primò, & per ſe, dicunt auerſionem à Deo, & tantũ ex conſequenti, conuerſionem ad creaturam: alia verò peccata, quæ contra morales virtutes sũt. primò, & per ſe, conuerſionem hanc dicunt, & tantùm ex conſequenti, auerſionem à Deo. Non enim, qui fornicatur, intendit à Deo recedere, ſed carnali delectatione frui, ex quo ſequitur, quod à Deo recedit. Et ſimiliter de cæteris peccatis philoſophandum: ergo, *ex ſuo genere*, peccata cõtra virtutes theologales, grauiora ſunt, & per conſequens deſperatio *ex genere ſuo*, grauius peccatũ erit omnibus peccatis, patratis contra virtutes morales. *S. Thom.*

Dixi *ex genere ſuo*, quia *per accidens* fieri poteſt, vt, ſit minus graue, quàm reliqua peccata, vt ſi committatur ſine plena deliberatione, aut ex ſubreptione.

Deducitur tertiò, eſſe minus peccatũ, quàm odium Dei. Quia teſte Apoſtolo 1. ad Cor. 13. 3. perfectior eſt charitas, quã ſpes: ergo peccatum oppoſitum charitati, vt eſt odium, maius erit, & deſperatio minus, quia ſpei oppoſita, vt magis quæſt.cit. art.3. explicat idem S. Doctor, quia *Odium eſt contra Deum, ſecundùm quod in ſe eſt, & deſperatio, ſecundùm quod eius bonum participatur à nobis*. Ex quo *1.Cor.13.*

Deducitur quartò, minus peccatum pariter eſſe, quàm ſit infidelitas, vt ipſe D. Thomas concludit, quia etiam infidelitas eſt contra Deum, ſecundùm quod in ſe eſt, quatenus homo ipſam Dei veritatem non credit: deſperatio autem contra Deum non eſt, vt in ſe eſt, vt explicatum eſt: ergo minus peccatum eſt.

Ratione tamen periculi maximi, in quo animam ponit, vt oſtẽdemus inferiùs, concludit Angelicus Doctor eſſe omnium peccatorum maximum. In hoc ſenſu dixit Hieron. in cap.24. Prouerb. num.10. *Nihil eſſe execrabilius deſperatione*. Et S. Bernard. de modo benè viuendi cap.27. circa fin. ait, *Deſperatio maior eſt omnibus peccatis; deſperatio peior eſt omni peccato*. Et Chryſoſt. tom.2. inc c.27. Matth. hom.87. poſt med. inquit, *Non adeo peccatum, vt deſperatio perdit*. Et S. Antiochus admirãs dixit, *Quod enim peccati genus vſquam inueniatur atrocius deſperatione?* *Hieron.* *Bernard.* *Chryſoſt.* *S. Antiot. to.7. Bibl SS. PP. Homil. 27. ante med*

Et

Et hæc quoad quidditatem.

PVNCTVM II.

Vnde sit desperatio, seu de causis illius.

POstquam illius quidditatem inuestigauimus, originem quoque eius, seu causas, ex quibus procedat, sumus scrutaturi, vt naturam eius perfectiùs agnoscamus. Igitur ex sequentibus præcipuè ortum habere ex sanctis Doctoribus, & Scripturis est clarum. Videlicet.

1 *Ex dæmonis instigatione.*
2 *Tristitiæ liuore.*
3 *Pusillanimitatis inordinatione.*
4 *Nimia ad præsentia affectione.*
5 *Errore.*
6 *Ociositatis languore.*
7 *Torpore.*
8 *Dei ignoratione.*
9 *Inordinato timore.*
10 *Minimorum commissione.*
11 *Maiorum patratione.*

Et singula breuiter pōderabimus.

PONDERATIO I.

Circa primam causam desperationis.

Ex *Dæmonis instigatione.*

INter immissiones, quæ teste Psalmista, per *angelos malos* solent fieri nobis, est ista præcipuè. Ita namque ad desperationem perduxisse Iudam S. Chrysostomus docet, vt laqueo se suspenderet, diffidens de venia. Imò notat, tanta solicitudine, astutia, & vigilantia huic malo incumbere, vt non solùm in peccata aperta nos inducat, vt per illa ad hoc malum perducat, sed etiã ipso dolore, & tristitia de malo, quę secundùm se bona est, vtatur, immodicam suadendo, vt absorbeamur per eam à desperationis profũdo: & propterea Corinthios admonuisse Apostolum, vt fornicario à se correpto culpam condonarent, & solarentur, *donetis* (inquit) *& consolemini*. Causam subdit nè desperaret, dicens, *Ne fortè abundantiori tristitia absorbeatur, qui eiusmodi est*. Vbi ita ait, *quid est autem absorbeatur? nempè, vel hoc faciens, quod à Iuda factum est: vel etiamsi vitæ vsura fruatur, deterior effectus, etiam resiliet, inquit, quòd contractum, ex longiore obiurgatione, dolorem, non ampliùs ferre queat, ac desperata salute, aut in laqueum, aut in maiorẽ deinceps improbitatem ruet*. Vtique desperans de venia. *Chrysost.* 2. *Cor.* 2. *num.* 7. *tom.* 4.

Et originẽ desperationis istius, subiungit à diabolo esse, *Vt non circumueniamur* (inquit) *à Satana. Non enim ignoramus cogitationes eius*. Nempè (inquit Chrysost.) *Quod pietatis præextu nobis exitium afferat. Non enim* *num.* 11.

Digitized by Google

enim hinc ſolùm, quòd aliquem ad ſtuprum induxerit, ſed à contrario quoque, exitium afferre poteſt, nimirum, ab immodico mœrore, & pœnitẽtia cõtracto. Et hoc ait, eſſe circũueniri ab illo. *Neque enim* (inquit) *ſua iã capit, ſed noſtra eripit.* Et loquitur cõformiter ad lectionem græcam, quæ pro, *circumueniamus*, legit, *vſurpemur*, ſeu *occupemur*, veluti à poſſeſſore iniuſto, qui non quærit tantùm ſua, ſed noſtra, quæ, ſcilicet, ditionis noſtrę ſunt, vtique triſtitię, & pœnitẽtię actus, propter peccata commiſſa, immodicum ſuadens mœrorem, vt ab illo abſorpti, pereamus per illud, per quod poteramus ſaluari, ſi ordinatè fieret, in quo nimis callidè agit, & aſtutè. Propterea Apoſtolus ſubdit, *Nõ enim ignoramus cogitationes eius.* Quia etiam noſtra, procurat facere ſua, cum noſtra magna iactura. Quod S. Doctor proſequitur, dicens. *Cùm igitur vnà cum ſuis, noſtros quoque arripiat, cùm & peccare iubens, perdat, & nobis pœnitentiam indicentibus rapiat, an non iſtud, eſt alienæ rei vſurpatio? Non enim ſatis habet per peccatum nos deijcere, ſed per pœnitentiam quoque, niſi vigilantem animum præſtemus, idem efficit atque ideo, vſurpemur, meritò appellauit. Cùm per ea etiam, quæ noſtra ſunt, victoriam adipiſcitur. Etenim per peccatum capere, proprium ipſius eſt: at per pœnitentiam, non item. Noſtrum enim, non autem illius eſt hoc armorum genus. Quamobrem, cùm hinc quoque capere poteſt, animaduerte, quàm turpis, & fœda ſit hæc clades: quantumque ille, vt imbecilles, & miſeros irriſurus, atque exagitaturus eſt; ſiquidem nos noſtriſmet armis ſubegerit. Perquàm enim ridiculum, ac ſummè pudendum illud eſt, quod per medicamenta noſtra, ipſe vulnera efficiat, ob idque Paulus dicebat: non enim ipſius cogitationes ignoramus, hoc eſt, quàm multiplex, quàm vafer, quàm veterator, ac verſutus ſit. Quàm denique ſub pietatis obtentu, inſeſtum nobis hoſtem præbeat.* Hactenus S. Chryſoſt.

Ex quibus abundè patet, diabolum deſperationis cauſam eſſe multipliciter, non tantùm peccatis vtendo, ſed etiam actionibus ſecundùm ſe bonis, vt ſunt triſtitia, vt dolor de peccatis ipſis, eas ad immoderantiã perducẽdo, vt ſic tandem ad barathrum iſtud pertrahat, & detrùdat. Quod iterum de Iuda loquendo Hom. 87. *tom. 2.* in Matth. replicat, dicens, *Quod diabolico artificio fieri, Iudas patefecit, qui ex dolore nimio ſe ſuſpẽdit.* Et de fornicario Corinthio memorato ibidẽ patiter repetit.

Et deſperationem etiam Caini conſiderans Homil. 18. in Geneſ. eam diaboli opera concitatam *tom. 1.* affirmat, verbis illis, *Ne te ipſum maligno dæmoni captiuũ tradas.*

Vbi

Vbi impugnane ſupponit Diabolũ, hoc nobis ſuggerentẽ, vt animã ſic per deſperationẽ captiuet.

PONDERATIO II.

Circa cauſam ſecundam Deſperationis.

Ex *Triſtitia*.

S. Thom. HANC cauſam S. Thomas aſſignat 2.2.q.20. art. 4. & dat rationem, quia ſpes, circa bonum arduum poſsibile obtineri, conſiſtit: triſtitia verò animum deijcit, ne cor erigatur ad cogitandum de medijs, quæ ad hoc conducunt. *Cum homo* (inquit) *affectus aliqua paſſione, præcipuè illà cogitet, quæ ad illam pertinent paſsionem. Vnde homo in triſtitijs conſtitutus, non de facili aliqua magna, & iucunda cogitat, quæ poſſunt ſubleuare ſpem, niſi per magnum conatum ſe auertat à triſtibus: Cum autem pauci ſint, qui hunc conatum habeant, ideo in deſperationem labeant.* Et hoc ait ſignificaſſe Apoſtolum, cum de fornicario dixit: *Ne forte abundantiori triſtitia abſorbeatur, qui eiuſmodi eſt.* Vbi in eo, quod dicit, *fortè*, indicat, quod poteſt triſtitiæ huic reſiſti, & in eo, quod addit, *abundantiori*, ſignificat doctrinam præſentem, quòd ſcilicet, ex nimia triſtitia, qua animus deijcitur, à deſperatione quis abſorbetur, quatenus ex perturbatione animi, ſalutaria recogitare non ſinitur. Vnde S. Bernardus, hanc perturbationem, deſperationis etiã cauſam agnouit, cum dixit, *Dãnandis, & reprobis perturbatio parit deſperationem.* S. Bernar. epiſt. 321

Et notandum, quod ſiue triſtitia ſit ſecundùm ſe bona, quia triſtatur quis de peccato, vt de Dei offenſa, vt fuit illa Iudæ teſte Chryſoſtomo, & conſtat ex Euangelio Matth. ex verbis ipſius Iudæ dicẽtis: *Peccaui tradens ſanguinem iuſtum.* cap. 27. 4. Igitur doloris motiuũ fuit malitię agnitio, quę erat in tradẽdo ſanguine iuſto. Quod quidem in ſe bonum erat: tamen, quia nimis exceſsit, & animũ deiecit, ſpem amiſit ſalutis, & deſperationi occubuit. Chryſoſt. ho. 87. in Matt. circ. fin. tom. 2.

Et hinc conſtat, quod à fortiori plus officit immoderata triſtitia, quæ ſecundùm ſe mala eſt, quatenus ex inuidia orta, vel ex paſsione alia praua, quam adimplere nõ poteſt, vt patet in Caini triſtitia: de quo dicit Scriptura, *Et concidit vultus eius.* Vbi inquit Lyranus: *Quia triſtitia mẽtis apparet ex deiectione vultus.* Et propterea fuit de hoc reprehenſus à Deo, *Cur concidit facies tua?* Vbi Chryſoſt. legit: *quare triſtis factus es?* Sciebat enim Dominus, quàm frequens cauſa deſperationis eſt mæror, & animam, quam ad ſe creauerat, cupiebat præſeruare à malo. Gen. 4. 5. Lyran. num. 6. Chryſoſt. ho. 18. in Geneſ. 19. 1.

Vtraque ergo triſtitia memorata, ad barathrum deſperationis per-

2. Cor. 2. 7.

Digitized by Google

perducit, & eius est causa; quod etiam docuit Cassianus his verbis: *Est etiam aliud detestabilius tristitiæ genus, quod non correctionem vitæ, nec emendationẽ vitiorum, sed perniciosissimam desperationem animæ injiciat delinquenti.* Et narratis confirmat exẽplis, subdens, *Quod nec Cain fecit post fratricidium pœnitere, nec Iudam post traditionem, ad satisfactionis remedia festinare, sed ad suspendium laquei, sua desperatione pertraxit.*

Cass. lib. 9. c. 9.

PONDERATIO III.

Circa causam tertiam Desperationis.

Ex *Pusillanimitate*.

EX ista enim oritur malum hoc, vt D. Thomas affirmat, quia vitam æternã, quam spes, vt possibilem, apprehendit, consequi cum gratia Dei, iuxtà dictum Apostoli: *Ipse autẽ Dominus noster* IESVS *Christus dedit spem bonam in gratia*, pusillanimis considerando propriã virtutem, & non gratiam, cùm qua omnia poteſt, vt idem Apostolus ait ad Philip. 4. 13. vt impossibilem sibi cõsiderat, & hinc deijcitur à spe, & in desperationẽ prolabitur, *Quia*, inquit S. Doctor, *Non reputat eã, vt possibilẽ adipisci, vel per se, vel per aliũ*. vtique cum gratia Dei, cum qua virtutem habet beatitudini commensuratam. Et hoc est pusillanimem esse, iuxta definitionem eiusdem Doctoris Angelici alibi traditam verbis istis, *Pusillanimis deficit à proportione suæ potentiæ, dum recusat in id tendere, quod est suæ virtuti commensuratũ*. Pusillanimitas ergo causa desperationis existit.

2. Thessal 2. 15.

D. Th. 2. 2. q. 20. ar. 4. in corp.

2. 2. qu. 132. ar. 1.

Quod etiam Episcopus Abulensis asseruit verbis his, *Alio modo fit desperatio, quando putatur, quod sunt bona post mortem, & tamen illa dabuntur solis viuentibus secundùm virtutẽ, & quia credit quis, difficile esse viuere semper secũdùm virtutem, desperat se habiturum illa bona futura*. Et hinc concludit, hoc peccatum esse contra Spiritum sanctum, quia repugnat gratiæ, quæ est donum Spiritus sancti, cum qua omnia possibilia fiunt, & facilia, vt infra magis patebit.

Abulens. Matt. 12. q. 70. ant. med. tom. 10.

Hoc ipsum etiam S. Bernardus docuit, dicens: *Sunt & alij, qui desperant, hi scilicet, qui considerantes imbecillitatem propriam, deficiunt, & obruuntur a pusillanimitate spiritus*.

S. Bern. in Ps. 90. ir. init.

PONDERATIO IV.

Circa quartam causam.

Ex *nimia ad præsentia affectione*.

SANCTVS Thom. loc. cit. hanc etiã desperationis causam assignat. *Quia* (inquit) *non reputat eam, vt bonum arduum*.

S. Tho. q. 20 art. 4. in corp.

Digitized by Google

Intelligit autem per bonum *arduum*, bonum *magnum*, vt ibidem se explicat. Nam reddens rationem, quare beatitudo arduũ bonum non appareat nobis, subdit, : *Ad hoc autem, quod bona spiritualia nõ sapiant nobis, quasi bona, vel non videantur nobis, quasi magna bona, præcipuè perducimur per hoc, quod affectus noster est instans amori delectationum corporalium*. Igirur per *arduum* bonum, intelligit magnum bonum, & huiusmodi asserit spiritualia esse, per quæ ad beatitudinem tendimus, & ista nobis desipere, quia amore, corporalibus inhæremus, & hinc desperationem oriri, subiungens: *Nam ex affectu harum delectationum contingit, quod homo fastidit bona spiritualia, & non sperat ea, quasi quædam bona ardua*, id est, magna, ideoque illa istis præponit.

Hinc concludit, desperationẽ maximè ex luxuria oriri, cum ista inter delectationes corporales, præcipuum locum obtineat. *Et secundùm hoc* (inquit) *desperatio causatur ex luxuria*. Quod significauit ille, qui vocatus ad *cœnã magnam*, Luc. 14 20. pe quam æterna beatitudo signatur, respõdit: *Vxorem duxi, & ideo non possum venire*. Carnali enim amore inhærebat vxori, & ideo tanto bono renuntiauit oblato.

Luc. 14. 20.

Abulens. loc. supr. cit.

Episcopus Abulensis eandem met causam assignat, in hac ratione fundatus, quia, cum sciat quis, non posse se simul frui temporalibus, & æternis, (iuxta illud, *Nemo potest duobus dominis seruire*, Vnde Dominus intulit, *Nõ potestis Deo seruire, & mammonæ*. (per quam temporalia cuncta intelligenda sunt) & nimis afficiatur ad ista, propter hæc, illa contẽnit, vt sibi ita affecto impossibilia reputata; & quia desperatio est circa *bonum arduum*, vt *impossibile iudicatum*, hinc illorum spem abijcit, & in desperationem incidit. Verba autem, prędicti Doctoris sunt ista: *Quia afficitur quis valdè ad bona præsentia, ita, quod in omni casu, eligit illis frui, & quia si rectè credit, scit, esse impossibile frui istis, & illis: desperat de illis, quia sunt bona ardua, ad quæ sibi impossibile est peruenire, in casu dato*. Vtique fruendo simul præsentibus.

Matth. 6. 24. Luc. 16. 13.

Hoc etiam præfigurarunt cæteri, in memorata parabola, quĩ inuitati *ad cœnam magnam*, omnes se excusarunt. Alius namque dixit, *Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam*. Nota verba illa, *Necesse habeo exire*, vtique à Deo, quia adhæserat villæ. Non enim potest quis Deo frui, & istis. Ideò contemnitur Deus, & affigitur cor istis. Et alius dixit, *Iuga boum emi, & eo probare illa*. Verè ait, quod it illa probare, quia recessit à Deo, cum cuius iugo non possunt stare iu-

Luc. 14. 18.

Digitized by Google

ga boum istorum,id est,leges sensuum, nimirum,carnales actus, in quos caro,per omnes sensus prorumpit. Per iugum namque, legem signari satis constat. Hoc enim Dominus indicauit, cum protulit, *Matt.11. 30.* *Iugum meum suaue est.* Iuga ergo boum, quæ animalia rudia sunt, & stolida,sensus quinque intelligendi sunt,qui à luce rationis recedentes, brùtaliter operantur,& mentem ligant peccatis. De quo iugo Apostolus loquens,dixit, *Ad Rom. 7. 23.* *Sentio aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati,quæ est in mẽbris meis.* Igitur,cum lex sensuum, mentis legi repugnet, & per sensus,boum iuga intelligantur, meritò, qui ad istos est ligatus affectu (quod est emere illa) à lege Christi recedit, per quam itur ad cœnam,& non curat de illa,idest, de vita æterna. Non mirum igitur,si desperationis causa,affectus iste ponatur. Et cum iste ex amore inordinato sui nascatur, vt docuimus in Propugnaculo proprio, ex pessima etiam ista radice,horribile hoc malum pullùlare apparet.

PONDERATIO V.

Circa causam quintam desperationis.

Ex *intellectus errore*.

EX triplici potissimùm errore circa spem, ab inimico isto impetimur. Videlicet, ex *Certitudine prædestinationis*, & *reprobationis diuinæ*. Ex *gubernatione Dei*. Et *ex immortalitate animæ*.

Quoad primum, oritur proh dolor! in multis desperationis pessima labes ex falso discursu in certitudine prædestinationis, & reprobationis fundato, quo quis sic apud se discurrit. *Vel sum prædestinatus, vel non sum prædestinatus. Si sum prædestinatus, quidquid fecero, tandem certissimè saluabor. Igitur consultum erit, iam perfrui quibuscumque potero voluptatibus. Si autem non sum prædestinatus: igitur reprobatus sum,& similiter etiã,quidquid iam fecerim,certissimè tandem condemnabor; cum reprobatio infallibilis sit: fruar ergo, quibus potero voluptatibus, quandoquidem illis perpetuò postea carituras sum.*

Notandum proinde est, quod in isto, qui sic discurrit,vel non est spes, quia inordinatè de Dei misericordia præsumit sine pœnitentia, & bonis operibus, & est vitium spei oppositum *per excessum*,quemadmodum illi opponitur desperatio *per defectum*, vt infra cum S. Thoma dicemus. Vel est desperatio,qua dicit,se certissimè condemnandum, &c.

Radix autem istius falsi discursus ex infallibilitate oritur præscientiæ diuinæ,applicata peruersè, vt P. Augustinus testatur in *P. Aug.*

lib.de bono perſeuerantiæ, c.15. tom.7. de quodam fratre monaſterij ſui his verbis, *fuit quidam in noſtro Monaſterio, qui, corripientibus fratribus, cur quædam non facienda faceret, & facienda non faceret, reſpondebat, qualiſcumque nunc ſim, talis ero, qualem me Deus futurum eſſe præſciuit.* Et ſubdit S. Doctor de illo. *Qui profectò, & verum dicebat, & hoc vero non proficiebat in bonum: ſed vſque adeò profecit in malum, vt, deſerta Monaſterij ſocietate, fieret canis reuerſus ad vomitum ſuum.*

Quoad ſecũdum verò errorem circa *Dei gubernationem*, cum Deum non videant in præſenti, ſua mulctare facinora, putant de iſtis inferioribus non gerere curam. Et ſic quaſi non ſit, neque puniturus poſt vitam, neque præmiaturus. Et ita ſpem vitæ æternæ amittunt, & fine fræno in crimina ruunt. De iſtorum numero
Iob 22. 14. ſunt, qui dixerunt, *Nubes, latibulum eius, circa cardines cæli perambulat, neque noſtra conſiderat.*

Quoad tertiũ verò, circa *Immortalitatem animæ*, obruuntur pariter, exiſtimantes, animam noſtram ſimul extingui cum corpore. Et conſequenter poſt vitam hanc, negantes pœnam manere, aut præmium, hoc non ſperant, & ita licet non naufragentur circa ſpem, *poſitiuè*, deſperando: naufragantur tamen *priuatiuè*, non ſperando. Cernitur enim differentia circa iſta. Nam *non ſperare*, eſt nõ habere actum ſpei; licet non faciant deſperationis actum poſitiuum, qui cum fit, deſperatio contingit formaliter. Attamen vtrumque malum eſt; cum vitam teneamur ſperare æternam. Licet quidem poſitiuus deſperationis actus, maiorem turpitudinem addat. Et de huiuſmodi numero sũt, qui apud Sapientem dixerunt. *Ex nihilo* Sap. 2. 2. *nati ſumus, & poſt hoc erimus quaſi non fuerimus.* Quod intelligunt non ſolùm de corpore, verùm & de anima, ideo ſubdunt, *Cinis erit corpus noſtrum,* num. 3. *& ſpiritus diffundetur, tamquam mollis aer.* Et cætera, quæ ſequuntur. Ex quibus apertè conſtat, animam ſimul putare cum carne extingui. Vnde vitam futuram iam non ſperantes, nihil aliud inferunt, quàm frui præſentibus, dicentes, *Venite ergo, &* num. 6. *fruamur bonis, quæ ſunt,* & cætera, quæ proſequuntur cap. 2.

Et de iſta quidem cauſa loquutus fuit Apoſtolus, cum dixit ad Epheſios 4. 18. *Tenebris* Ad eph. *obſcuratum habẽtes intellectum,* 4. 18. *alienati à vita Dei per ignorantiam, quæ eſt in illis propter cæcitatem cordis ipſorum.* Ecce cauſa iſta. Et deſperario, vt effectus ſubditur; *Qui deſperantes, ſemetip-* num. 19. *ſos tradiderunt impudicitiæ, &c. in auaritiam.* Vide obiter effectus prauos ex deſperatione ſequutos, vt in ſtulto illo diſcurſu

su posuimus, sed *veritate* expugnanda erit hæc causa, seu conuellenda hæc radix pessima, vt infrà exprofesso ponemus.

PONDERATIO VI.

Circa sextam causam, & septimam.

Ex *Ociositatis languore, & toròpre.*

Istæ duæ desperationis causæ asseruntur à S. Antiocho his verbis. *Ocium suo velut semine gignit concupiscentiam, atque animi lentòrem: magis vero desperationem.* Vbi per *lentòrem animi*, torpòrem, accidiam, siue ignauiam, tædium, & fastidium spiritualium rerum, quæ ducunt ad Deum, intelligimus. Ex ocio igitur torpor hic, seu ignauia oritur, vt etiam sub nomine *fastidij* dixit Bernardus, *Si quidem* (inquit) *otium parit fastidium.* Et ex hoc, seu torpòre, desperatio. Et S. Chrysostomus epistola 1. ad Theodorum lapsum circa finem, tom. 5. idem. affirmat, dicens. *At quæ tandem est radix, & mater desperationis?* Et respondet: *Ignauia.*

S. Antioc. Hom. 14. circ. init. Bibl. SS. PP. tom. 7

S. Bern. Epist. 1. ad Rob. suum Ne-pot. post med.

S. Chrys.

Patet autem doctrina ista ex eo, quia mente ociosus, qui nihil, scilicet, cogitat salutare, oportet, vt spe aberret. Nõ enim considerat, quæ ad eam cor possunt leuare, & facile intrant, quæ diabolo ipsum possunt subingare. Qui & tunc maximè eum ab omni bono opere studet retardare (& est ocium externum ab interno procedens) Et sic ad desperationem instat concitare. Cum autem etiam tunc, spiritualia desinat gustare, *illa* incipit paulatim nauseare, & tardum ad illa (saltem in Dei conspectu) se propalare: & ignauia est seu torpor: quo deijcitur infeliciter à spe, quæ promptum facit, & alacrem, & in desperationem inducitur. Quam etiam operatur tristitia memorata superiùs. Nam ab illa quoque torporem istum procedere, docuit Abbas Serapion apud Cassianum, Collatione quinta. cap. 10. dicens, *De tristitia, acediam necesse est pullulare.* Acedia autem torpor est, de quo loquimur.

Cassian.

Et etiam S. Thomas refert, ita à Damasceno acediam definiri. *Est quædam tristitia aggrauans.* Et explicationem subiungit. *Quæ scilicet, ità deprimit animum hominis, vt nihil agere libeat, sicut ea, quæ sunt acida, frigida sunt.* Vbi tristitia *causatiuè* intelligi potest poni, cõcorditer ad Serapion. Vnde ipsa acedia oritur, tanquam ex causa sua. Et est mentis torpor ad operandum bona, vt ipsemet S. Thomas notat ibidem, ab alijs definiri, *Torpor mentis, bona negligentis inchoare.* Quemadmodum ergo bona opera mentem eri-

S. Thom. 2. 2. q. 35. art. 1.

Digitized by Google

gunt ad ſpem: ita illorum carentia ab ipſa eijciunt, & ad deſperationem trahunt. Et quemadmodum de triſtitia diximus, hinc malum inducere, quia nequit vacare cogitationibus ſalutaribus: ità iſta acedia, ſeu pigritia, quæ eſt partus illius, ex hoc pariter generabit hoc malum. Nam, vt Prou. 19. 15. Sapiens dixit: *Pigredo immittit ſoporem*. Quia vtique ſopita fit anima in ijs, quæ ad Deum pertinent, & per conſequens pijs meditationibus expers, deiecta manens, in deſperationem prolabitur, vt inter alios Antiochus, & Chryſoſtomus memorati dixerunt. Vel poſſunt etiam verba Sapiẽtis de ſopore corporali intelligi, qui vtique ex ocio immoderatè ſuſceptus, corpus enervat, & ad opera bona externa, quibus diuina adimplentur præcepta, ineptum reddit, vnde homo deijcitur etiam, & deſperat. Patet ergo, quomodo ex ocio, & torpòre hoſtis hic horribilis ortum ducat.

PONDERATIO VII.

Circa octauam, & nonam cauſam.

Ex *Dei ignoratione, & inordinato timore.*

HAs duas cauſas S. Bernardus aſſignat. De prima ità inquit ſerm. 37. in Cant. *Quemadmodum ex notitia tui, venit in te timor Dei, atque ex Dei notitia, Dei itidem amor: ſic è contra, de ignorantia tui, ſuperbia, ac de Dei ignorantia, venit deſperatio.* S. Bernar. Vbi ſatis inſinuat rationem. Quia quemadmodum amor dat confidentiam, & in cognitione fundatur perfectionum amati: ità ignorantia diffidentiam parit, quia amore caret, cum ignoret perfectiones amati. Quod ſeq. ferm. magis explicans, ait, *Fortè aliquis reuerſus in ſe, & diſciplicens ſibi in omnibus malis, quæ fecit, cogitanſque reſipiſcere, & redire ab omni via mala, & carnali conuerſatione ſua, ſi ignorat, quã ſit bonus Deus, quàm ſuauis, & mitis, quã multus ad ignoſcendũ.* ſerm. 38. circ. init. Ecce ignorantia perfectionis diuinæ, & conſequenter amoris carentia, ex qua oritur diffidentia. Proinde ſequitur, *Non ne ſua carnalis cogitatio arguet eum, & dicet, quid facis? & vitam iſtam vis perdere, & futuram? peccata tua maxima ſunt, & nimium multa, nequaquam pro tot, & tantis, nec ſi te excories, ſuffies ſatisfacere. Complexio tenera eſt, vita extitit delicata, conſuetudinem difficilè vinces. Pro his, & ſimilibus deſperans, reſilit miſer, ignorans, quàm facilè omnipotens, qui neminem vult perire, cuncta iſta diſſolueret.* Hæc Bernardus. Ignorãtia ergo bonitatis, clementiæ, & diuinæ omniporen-

tiæ

tia, amorem erga Deum infrigidant, & generant diffidentiam.

Hinc huius desperationis, immoderatus timor etiam conuincitur causa, qui ex ignorantia pullulat enarrata. Ignorata namque misericordia, solam Dei iustitiam peccator incipit cogitare. Quia nouit de Deo Psalmi-
Psal. 44. 8. stam protulisse, *Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem*. Et
Abacuc. 1. 13. Abacuc intonasse, *Mundi sunt oculi tui, ne videant malum*. Vtique approbando. Et hinc incipit desperare, teste etiam eo-
S. Bern. ser. 6. in Cant. circ. fin. dem Bernardo dicente, *Recordatio solius iudicij, in barathrum desperationis præcipitat*.

Hoc etiam timore, spem, nutasse adulteræ Ioan. 8. P. Augu-
P. Aug. tract. 33. in Ioan. tom. 9. stinus testatur, dicens; *Plus credo, territa erat illa, cum audisset à Domino dictum, qui sine peccato est vestrum, prior in illam mittat lapidem: illi ergo attendentes se, & abscessu ipso confessi de se, relinquerunt mulierem cum grandi peccato. Et quia illa hoc*
Ioan. 8. 7 *audierat, qui sinè peccato est, prior in illam, lapidem mittat, ab illo se sperabat puniendam, in quo peccatum inueniri non poterat. Ille autem, qui aduersarios repulerat lingua iustitiæ, leuans in eam oculos mansuetudinis, inter-*
num. 10. *rogauit eam, nemo te condemnauit? Respondit illa, Domine, ne-*
num. 11. *mo. Et ille, nec ego te condemnabo, à quo te fortè damnari timuisti, quia in me peccatum non inuenisti.*

Timor ergo damnationis, qui est ferè de veniâ desperatio, oritur ex inordinato timore, considerante iustitiam solam diuinam ex puritate diuina. Licet enim timor conceptus ex iustitia, & puritate diuina, secundùm se bonus sit, & laudabilis, inordinatus est tamen, quando sola iustitia, & puritas considerantur sine misericordia, & suauitate ipsius; quia tunc, licet timeatur Deus, qui debet timeri, tamen periclitatur spes, quæ debet haberi. Vnde loco citato notat S. Bernardus, *meritò* dixisse Psalmistam, *bene-*
Psal. 146 11. *placitum est Deo super timentes eum, & in eis, qui sperant super misericordia eius*. Simul misericordiam cum timore cõiungens, quod pluribus alijs locis facit, quasi vnum sine altero, illi placere non possit. Proinde duos in Deo pedes considerat, alterum timoris, misericordiæ alterum. De quibus ità concludit. *Alterum sine altero osculari non expedit*.

Et in hoc quoque sensu intelligendus est S. Thomas, cum docuit ex timore Dei, qui priori modo acceptus, secundùm se bonus est, *Occasionaliter desperationem contingere*. Quatenus,
S. Thom. 2. 20. cit. ar. 1. ad 2. scilicet, quis illo abutitur, sine misericordia illum considerando. Et ideo non mirum (inquit) si ex radice, quæ secundùm se bona erat, malus hic fructus pro-

Digitized by Google

procedat, cum prædicto modo sit vitiata.

PONDERATIO VIII.

Circa decimam, & vndecimam desperationis causam.

Ex *Minimorum commissione, & maiorum patratione.*

SAnctus Pater Augustinus sapientissime causas istas assignat, quas notat, ordine quodam, malum istud causare. Nam ex commissione minorum, venitur ad patrationem maiorum. Et ex istis ad desperationem peruenitur. *De multitudine* (inquit) *peccatorum sequitur desperatio*. Et quia prius à leuibus incipit,& deinde ad grauia tendit,subdit, *Dum homines negligentes imprimis despiciunt peccata sua,quia parua sunt,crescentibus minutis peccatis, adduntur etiam crimina,& cumulum faciunt, & demergunt*. Vtique in desperationem. At quomodo? quia iam quis in tantis sceleribus constitutus, diuinam misericordiam putat obtinere non posse, & ideò de salute desperat, vt etiam S. Thomas asseruit, dicens, *Ex horrore proprio-rum peccatorum contingit desperatio*. Quod explicans sequẽti articulo,ait, ex falso iudicio oriri,quando,scilicet, iudicat, *Sibi in tali statu existenti non sit sperandum de venia*. Vt accidit quidem Caino, qui fratricidio perpetrato,dixit. *Maior est iniquitas mea, quàm, vt veniam merear*. In quo, vt infra ex Bernardo patebit, blasphemia irremissibilis contra Deum profertur, vt etiam Propugnaculo sexto notauimus.

P. Aug. ser. 88. de temp. circumcis. tom. 10.

Genes. 4. 13.

Ecce ergo desperatio ex peccatorum multitudine causata,initio facto à minimis, vt ibidem P. Augustinus ex sapiente confirmat, dicente, *Filius remissus euadit præceps*. Remissus vtique à disciplina, euadit præceps in vitia,vt ibi etiam Lyranus exponit. Quia per parua neglecta,decidit in maiora,& ità demergitur in desperationis profundum, vt etiam Chrysostomus dixit, *A minimis ad maxima paulatim diabolus ducit,& inde in desperationem detrùdit*. Et hæc de origine, & causis huius pessimi hostis,dicta sufficiant. sequitur dicendũ

Eccli. 30. 8.

Lyranus.

Chrysost. Hom. 87. in Matt. post. med. tom. 2.

De Desperationis *effectibus*.

POstquam quidditatem, & originem teterrimi monstri huius,qua potuimus breuitate, rimati sumus, inquirendi nobis remanent pessimi effectus ipsius, vt ex ijs cognitis,magis eius horribilitas innotescat,qui sequẽtes

S. Thom. loc. cit.

Digitized by Google

tes potissimum numerantur. videlicet

1 *Ad malum libertas.*
2 *Ad bonum difficultas.*
3 *In malo obduratio.*
4 *Illius mulctatio.*

Circa quos, per singulos discurrendum erit.

DISCVRSVS I.

Circa libertatem ad malum.

LIcèt de peccato qũolibet graui certũ sit, quod pariat libertatẽ peccãdi, iuxta illud Gregorij, *Peccatũ, quod per pœnitẽtiã non deletur, mox suo pondere ad aliud trahit.* Quod etiam S. Thomas asseruit, dicens, *Anima deserens Deum, consequenter necesse est, quod ad alia conuertatur.* Et in hoc etiã sensu multi interpretantur verba illa Psalmistæ, *Abyssus abyssum inuocat*; tamen desperationi, libertas ista peccandi, specialiùs attribuitur, iuxta eundem Doctorem Angelicum, hinc concludentem, omni alio peccato periculosiorem esse, his verbis, *Desperatio est periculosior.* Et rationem subdit, *quia per spẽ reuocamur à malis, & inducimur ad bona prosequenda. Et ideo, sublata spe, irrefrænatè homines labuntur in vitia, & à bonis laboribus retrahuntur.*

S. Gregor.
S Th. 1. 2 q. 20. ar. 1 ad 3.
q. cit. ar. 3 in corp.

In quibus verbis ad propositum, duo faciunt. Primum, per spem nos reuocari à malis. Secundùm, illa ablata, (quod per desperationem contingit) labi in plura crimina, vt Apostolus quoque ad Ephes. 4. testatur, dicens, *Qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immũditiæ omnis, in auaritiam.* Vbi omnia verba consideratione sunt digna. Et primò illa, *Semetipsos tradiderunt*, vtique totos, quasi per omnes sensus, & potentias suas, tam internas, quàm externas, manus diabolo dederint, qui ad desperandum induxerat; & hæc liberè. Ideo non ab alio dicuntur traditi, sed tradidisse *seipsos*: quia vtique liberè, & sponte ruerunt.

ad Ephes. 4. 19.

Secundò, *immunditiæ omnis.* Quarè non alicuius particulariter? vt summa in mala omnia præcipitatio signaretur,

Tertiò, *in auaritiam.* Vbi quidam Doctor modernus aduertit Vatablum, & Erasmum vertisse, *auiditatem*, Theophilactum, *immoderatam concupiscentiam.* Ex quo notat, non sumi hìc pro *auaritiæ* speciali peccato, quod vnũ est ex capitalibus septem, sed pro omni concupiscẽtia, quæ ad omne trahit peccatum. Quo etiam sensu, illam Pater Augustinus accepit, vt in Propugnaculo contra amorem proprium ex ipso notauimus. Vt ergo Apostolus libertatem summam peccandi vno verbo exprimeret, addidit *auaritiam*, id est, intemperantiam

Cornel. à Lapide.

ad

ad malum quoduis. Vt etiam teſtatur Ieremias Propheta de illis, qui dixerunt, *deſperauimus*. Et ſubditur effectus. *Poſt cogitationes noſtras ibimus, & vnuſquiſque prauitatẽ cordis ſui mali faciemus*. Vbi poſt cogitationes cordis ire, eſt omne malum cogitatum præcipitanter inire.

Ieremias 18.12.

Et notandum, quod ex tradita ratione Angelica, oritur aliata ad propoſitum: nimirum, ex ablatione timoris. Cùm enim, cum ſpe coniũctus ſit timor, nã contra id quod ſperamus, aliquid patrare timemus, ita quod ſpei, timor ſit cuſtos, & viciſsim illa: iſtius, ergo, ablata ſpe, neceſſe eſt tolli timorem. Cùm igitur timor, frænum ſit, quo abſtinemus à malis, illo amiſſo, laxatis habenis, in illa proruimus, teſte Sapiente, dicente, *Impius, cùm in profundum venerit peccatorũ, contemnit*. Id eſt, non veretur quæque mala cõmittere, cùm in deſperationem inciderit, quæ eſt iſtud profundũ, iuxta interpretationem Cæſarij Arelatenſis Epiſcopi, ita dicẽtis, *Ex deſperatione verò, abſque vlla reuerentia, peccatorum frena laxantur*: Et in confirmationem, prædicta verba ſubiungens, ait, *Et impletum eſt illud, quod ſcriptum eſt, impius, &c.* Vbi apertè conſtat, hunc S. Doctorem, per *profundum*, deſperationem intelexiſſe. Cui conſonat Imperfecti doctrina, explicantis hoc, ægroti ſimilitudine, qui dum ſperat ſalutem, noxia ſumere timet: vbi autem de illa deſperat, non veretur quæque accipere. Illius verba ſunt iſta. *Homo, qui aliquod graue fecit peccatum, quaſi ampliùs non habeat, quod iam ſperet in Deum, alia committit, dicente Salomone, cùm venerit impius in profundum malorum, contemnit. Sicut enim infirmus donec mediocriter habet aliquam paſsionem, & ſperat, ſe poſſe curari, ſeruat ſe à nociuis eſcis: ſi autem intellexerit inſanabilem ſe eſſe, iam non ſibi parcit: ſic & homo, donec mediocriter peccat, & ſperat ſalutem, quantumcũque poteſt, obſeruat ſe à malo: ſi autem grauiter peccando, cœperit deſperare, iam nihil dubitat facere*. Vbi clarè cum ſalutis ſpe coniungit nociuorum timorem, ibi, *obſeruat ſe à malo*. Et, illa ſublata, aſſerit hunc expelli, & nihil mali vereri. Ibi, *iam nihil dubitat facere*. Et ſignificatio eſt verbi, *contemnit*, allati à Sapiẽte.

Prou. 18. 3.

D. Cæſar. Hom. 13. in Bibl. SS. PP. to. 5. p. 3.

Auth. Imperf. Homil. 40. in Matt.

S. Athanaſius legit, *Verecundiam exuit*. Quod aptè etiam dicitur ad propoſitum. Nam quẽadmodum lux externa, frænum eſt peccatori: vnde ignominioſa peccata, vt luxuriæ, furti, & ſimilia, noctem & caliginẽ ſolent captare, ſic, vt externæ tenebræ adimant verecundiam, quæ voluntatem frænabat, & liberè iam proruat quiſque in mala iſta, à quibus eam lux auocabat: ita tenebræ mentis, in quas per deſperationẽ incur-

Athanaſ. ſer. 4. contra Arrian.

incurritur, vt ostendit nomẽ *profundum*, quo Sapiens eam compellat, & nomen *putei*, vt addit Psaimista, *neque vrgeat super me puteus os suum*, vt iuxta mentem Bernardi superiùs iã adduximus, & inferiùs repetemus. Nam vrgére hunc puteum super aliquem os suũ, claudi in illo est. At quot tenebræ erũt in angusto profundo puteo clauso? maximę. Et non mirum, quia de tenebris hoc malum nascitur, teste Apostolo, qui ante verba illa, sùpracitata, *qui desperantes*, &c. posuit ista, *propter cæcitatem cordis ipsorum*. Et ideo illis nutritur. Et ipsismet, omni exuto pudore, & verecundia, non veretur crimina quæque patrare. Et videntur sanè hoc etiã indicare narrata verba Cæsarij, *absque vlla reuerentia, peccatorũ frena laxantur*. Nam reuerentia verecundiam comitatur, qua amissa, irreuerentia intrat. Igitur quemadmodum spes, timor, & verecundia, à peccatis animum frænant: ita spei ablatio, timoris, & verecundię, quæ in desperatione sunt simul, in omne malum, illam præcipitem laxant. Ideo S. Bernardus ad libertatem hanc designandam, puteum desperationis, *inexplebilem* dicit, ita ad quendam Abbatem scribens, *neue vrgeat super te tam inexplebilis puteus os suum*. Si igitur tanta est vor..o istius profundi, vt nulla illam valeant mala explere, quanta in hoc insinuatur peccandi in desperato libertas, quę nullis satiatur malis patratis? Hæc ergo satis sint pro hoc ostẽdendo desperationis effectu.

Psal. 68. 16.

S. Bernar. epist. 32.

DISCVRSVS II.

Circa difficultatẽ ad bonum.

CAusæ ferè omnes superiùs memoratæ, quæ sufficientes fuerunt, vt animam in desperationem detruderẽt, & ad libertatem maximam peccãdi perducerent, eæ validiùs ligant ipsam, nè mittat manum ad bonum: vnde diabolus instantiùs vrget, & difficultas ista, crescit tristitia. Nã licèt in impio exteriùs lætitia aliquando appareat, tamen intùs non est, Domino teste dicente: *Non est pax impijs*. At quæ pax, nisi, quam interiùs parit obseruãtia mandatorum? Est ergo pace euacuatus, & consequenter illius comite gaudio, de quo testatur Apostolus, omnes carnales delectationes excedere, *Et pax*, inquit, *Dei, quæ exsuperat omnem sensum*. Lætitia ergo, quæ animam solet erigere, procul abest à desperato, & adest tristitia vigorosior, ex maiori data materia, & consequenter deiectio maior, iuxta illud, *In mœrore animæ, deijcitur spiritus*. Ex quo surgẽdi difficultas augetur.

Isai. 57. 21.

Philip. 4. 7.

Prou. 15. 13.

Crescit etiam tunc otiositas interior mentis, & cum illa, ignauia seu tædium diuinorum. Nã, iuxta Chry-

Digitized by Google

Chryſoſtomum; ex illa naſcitur deſperatio, & illa nutritur, ita, vt filia ſit ſimul illius, & mater. *Quẽadmodùm* (inquit) *in cadauere tabes gignit vermiculos, quæ ab ijs iterum augetur: ita eſt propemodum hoc loci, nam ignauia deſperationem parit, vt ab ea mutuò & illa nutriatur.* Et hinc infert, magis deſperationem augeri, & ignauiam ipſam. Subiungit enim: *Adeoque dum ſeruant inter ſe execrabiles vices, dandi, accipiendique, confirmantur in potentiam haud mediocrem.* Igitur ex deſperatione quid ſequitur, niſi difficultas ad bonum, quam torpor ipſe deſignat?

Chryſ. ep. 2. ad Thelaſ. circ. fin. to. 5.

Hinc etiam eſt, quod non cœleſtia guſtet, terrena auidiùs appetat, à quibus, quò conſuetudine magis afficitur, abſtrahitur difficiliùs. Quod ſub nomine *lactis*, ait S. Greg. dixiſſe beatum Iobum, perſonam peccatoris gerentem, illis verbis. *Cur lactatus vberibus?* ideſt, (inquit S. Doctor) *Poſtquam in culpæ conſuetudinem veni, cur me ad atrociorem nequitiam, lacte miſeræ deſperationis enutriui?* quaſi ibi lactetur, & à bono, quod non guſtatur, auocetur. A quo, cum non alatur, vires interiores amittit, & malo non valens reſiſtere, miſerabiliter cedit. *Cum enim* (ſubiungit) *culpa in vſum venerit, etiam animus debiliùs reſiſtit, quia quot vicibus prauæ frequentationis aſtringitur, quaſi tot vinculis ad mentẽ ligatur.* Vberibus igitur lactatũ ſe dolet, quibus diuinorum guſtum amiſit, & alimento mẽtis deſtitutus, eneruis factus, omni malo ſuccumbit, vt etiam teſtatur Sapiens, dicens, *Si deſperaueris lapſus in die angu-* Prou. 24. *ſtiæ, minuetur fortitudo tua.* Supra quæ verba, ita dicit ordinaria Gloſſa ex Hieronymo: *Nihil eſt* Gloſſa. *execrabilius deſperatione, quam, qui habet, & in generalibus huius vitæ laboribus, & quod peius eſt, in fidei certamine conſtantiam amittit.* Vbi per *certamen fidei*, poteſt aptè intelligi pugna, quæ in obſeruantia eorum ſentitur, quæ fides docet, & colit, vt ſunt myſteria, & mandata diuina, & omnia ſpectantia ad ſalutem.

Iob 3. 12.

Greg. lib. 4. Mor. c. 25. tom. 2

Duo autem notat S. Thomas, quemlibet morbum facere incurabilem. Primum, *Cum morbus tollit virtutem naturæ.* Secundũ, *Cum inducit faſtidium cibi, & medicinæ.* Ex proximis autem citãtis verbis Sapientis, cõſtat, in deſperato diminui primum, nimirum animi fortitudinem, & virtutem, & ex doctrina Chryſoſtomi, dari ſecundum, faſtidium, ſcilicet, ſeu tædium diuinorũ, quod nomine intelligit ignauiæ, & torporis. Igitur inſanabilis redditur. Quo etiam ſenſu ipſe Angelicus Doctor teſtatur, Hieremiam dixiſſe: *Plaga mea deſperabilis renuit curari.* Et eſt ergo in eo maxima difficultas ad bonũ, dum inſanabilis dicitur.

S. Th. 2. 2. q. 14. art 3. in corp.

2. 2. q. 20 art. 3.

Ierem. 15 18.

Hoc

Digitized by Google

Hoc sensu asserit quoque Bernardus, desperationem impœnitentiam gignere, dicens: *Sequitur que impenitentia, quæ est delictum maximum, & blasphemia irremissibilis.*

Bern. ser. 38. in Cãt cire. init.

Et sanè nomina *profundi*, & *putei clausi*, quibus ex dictis, appellatur hoc malũ, satis quoque hanc difficultatem ostẽdunt. Difficulter enim nimis à puteo profundo exit, qui cadit in illũ. Imò, vt notauit Gregorius, nomine inferni alibi à Psalmista signatur,

Psal. 6.6. cum dicit: *In inferno autem quis confitebitur tibi?* Considerat nãque, cætera peccata, mortem animæ esse, hoc autem, ipsum infernũ. *Quisquis autẽ* (inquit) *impietati succumbit, vitam profectò iustitiæ, moriẽdo derelinquit: qui vero, etiam post peccatum mole desperationis obruitur, quid aliud, quàm post mortem in inferni supplicio sepelitur?* Quemadmodum ergo in inferno impossibile est, Deum, benè operando, laudare: ita, vt signetur maxima difficultas bene operandi, quæ ex desperatione incurritur, dicitur: *Quis cõfitebitur tibi*, in ea, velut in inferno immersus miserabiliter?

Greg. lib. 8. Mor. c. 10.

Hoc quoque docet ibidẽidem sanctissimus Doctor, sanctum Iobum signasse, cum protulit: *Qui descendit ad inferos, non ascendet*, quia (inquit) *Plerumq. cum perpetratione nequitiæ, etiam desperatio sociatur, & via iam reuersionis abscinditur.* Quod pariter Seraphicus Doctor S. Bonauentura confirmans, dixit: *Desperatio post lapsũ, nõ permittit exurgere.* Et S. Bernardus adhuc de tali loquens, sic ait: *Reuocat se irreuocabiliter in sæculũ ad perfruendũ, & deliciandum in omnibus bonis eius, quoad licuerit.* Per vitam vtique ad mortem vsque, quæ talem potentiam violenta disrumpat. Et hæc de isto effectu, ex quo, & præterito satis innotescit, quàm periculosus sit cum hoste isto conflictus. Nam, qui plagatur ab illo, facile ruit, & difficillimè surgit, vt magis etiam patebit ex sequenti Discursu.

Job 7. 9.

S. Bonau. lib. 3. Pharet. c. 14.

DISCVRSVS III.

Circa obdurationem in malo, quæ ex desperatione incurritur.

QVEMADMODVM ex duobus in aqua glaciata, verbi gratia potest obduratio contingere, ex frigore, scilicet, illam constipante, & ex Sole calorem negante: ita in nobis ex peccatis nostris, primò prouenit obduratio, quæ instar frigoris sunt, animam cõstringentis, & sic obdurantis. Ex parte vero Dei, quatenus negat specialem gratiam suam, qua veluti calore, glacies illa, & obduratio soluitur: ita, quod ex parte hominis consistat in patratione delicti,

Digitized by Google

licti, & ex parte Dei, in ſubtra-
S.Th.1.2. ctione auxilij. ita S. Thomas aſſe-
q.79.ar.3 ruit, & ſumpſit ex Auguſtino, qui
Exod.14.4 explicans Scripturam illam: *Ego indurabo cor Pharaonis*. Exod. 14. in hoc ſenſu dixit verificari:
S.Aug.ſer 78.de tẽp tom.10. *Cũ abfuerit* (inquit) *gratia mea, obduret illum nequitia ſua.* Quod propoſito exemplo oſtendit, ſic ſubdens: *Sicut enim quoties nimio frigore aqua cõſtringitur, Solis calore ſuperueniẽte, reſoluitur, & diſcedẽte eodẽ Sole, iterum obduratur: ita nimirum peccatorũ frigore frigeſcit charitas multorum, & velut glacies obdurãtur: & cum eis iterum calor Diuinæ miſericordiæ ſuperuenerit, reſoluuntur: ille vtique calor, de quo*
Pſ. 18. 7. *ſcriptũ eſt, Nec eſt, qui ſe abſcondat à calore eius*. Vtique Diuinæ gratiæ, quæ dupliciter poteſt cõſiderari. Primò, *vt ſufficiens* ad bonum faciendum. Et hoc modo, neminem, etiam maximum peccatorem, Deus dicitur obdurare, quia nemini illam ſubtrahit, de quo veritas ipſa teſtatur
Matth.5. 45. Matth. 5. *Quod Solem ſuum facit oriri ſuper bonos, & malos.* Et in hoc pariter ſenſu dixit Prothomartyr Stephanus obdura-
Act.7. 51. tis quibuſdã: *Dura ceruice, & incircumciſis cordibus, & auribus, vos ſemper Spiritui ſancto reſiſtitis*. Nam niſi à gratia mouerentur, & excitarentur, illi reſiſtere non dicerentur.

Secundò, vt *efficax*, qua, ſcilicet, infallibiliter, licet liberè quidem, quis operabitur. Et hæc ſpecialis miſecricordia eſt, & illã Deus miſericorditer impertit cui vult, & iſtã negãdo, dicitur obdurare, vt cõmuniter docent Theologi. Quo ſenſu dixit Apoſtolus:
Ro.9. 18. *Cuius vult, miſeretur, & quem vult, indurat*, quia *poſitiuè* non indurat, ſed *negatiuè* tantùm, ſubtrahendo gratiam hanc efficacem, quam nulli debet, & non ſufficientem, quam omnibus cõmunicat, vt docuimus. Igitur efficacem dando, emollire corda dicitur,, quomodo per Ezechielem dixit:
Ezechiel. 11. 19. *Auferam cor lapideũ, & dabo cor carneum*.

Quia autem ſol iſte diuinus illuminans, & calefaciens corda noſtra, nos illuminare non deſinit, & calefacere intùs, niſi illum nos excludamus, & oſtium cordis noſtri claudamus, iuxta celebrem illam P. Auguſtini ſententiã, citato loco dicentis:
P.Auguſt ſer 88 de temp. *Nunquã priùs deſerit hominem, niſi priùs ab homine deſeratur*, & per deſperationis peccatũ, contemnamus donũ ſpei, quæ, vt S. Thom. inquit:
S.Th. 2.2 q.14 art. 2.in corp. *Conſurgit ex cõſideratione miſericordiæ remittentis peccata, & præmiantis bona*, cui conſentiendo ad nos intraret, & ita illuminaremur, & calore ſuo inflãmaremur, & liquefieremus: ita igitur illum deſerentes, meritò ab illo deſerimur, & tenebræ noſtræ augentur, & peccatorum frigora, quibus inducta deſperatio fuerat, magis rigent, & animam conſtringen-

gen-

Digitized by Google

gendo, eam *effectiuè* obdurare dicuntur, & Deus *negatiuè*, ex demeritis, ſcilicet, noſtris, ſe ſubtrahendo, per negationem ſpecialis gratiæ ſuæ.

Vnde P. Auguſtinus poſtquam docuit, ex multitudine peccatorum, naſci deſperationem, ſubiungit: *Ex deſperatione obduratio generatur*. Et in hoc sẽſu verba Sapientis exponit iam ſupra citata: *Peccator, cum venerit in profundum peccatorum, contemnit*. Vbi cum S. Cæſario per *profundum*, deſperationem intellexerimus, & hìc per verbum *contemnit*, hunc obdurationis effectum ex mente Auguſtini habemus, & ex doctrina tradita patet. Cũ enim obduratio ſequatur ex eo, quod peccatis intenti, contemnamus dona diuina, quibus illuminaremur, & emolliremur, iure in profundum deſperationis peccator prolapſus, dicitur obdurari, quatenus iam peccatis inhęrens, & de miſericordia infinita Dei deſperans, illam contemnere meritò dicitur, & reſpuere, & veluti feneſtram cordis ſui, radio huic ſolis diuini, quo calefieret, & liquefieret amore diuino, negligit aperire, & ſic obdnratur in malo.

P. Auguſt loc ſupra cit.

Prou 18. 3.

Hinc cõcludit idem P. Auguſtinus lib. de fide ad Petrum, deſperationem, peccatum eſſe in Spiritum ſanctum, & irremiſſibile. Poſtquam enim fuit de obduratis loquutus, ita ſubiungit: *Ij ſunt, qui peccãtes in Spiritum ſanctum, neque in hoc ſæculo, neque in futuro remiſsionem accipient peccatorum*. Sanctus autem Thom. q. 14. cit. art. 1 explicans, quo ſenſu intelligitur quis in Spiritum ſanctum peccare, tunc hoc contingere ait: *Quando per contemptum abijcitur, & remouetur id, quod electionem peccati poterat impedire*. Et ſubdit exẽplum: *Sicut ſpes per deſperationẽ*. quia vtique contempſit quis ſperare, cum deſperat, & hoc docet, eſſe peccare in Spiritum ſanctum ſcilicet, *ex certa malitia*, quia bonitati hoc repugnat, quæ Spiritui ſancto ſpecialiter attribuitur, vt ſupra etiã manet ex Abulenſi notatum. Tunc autem ex certa malitia, quis peccare aduertit, cum contemnit dona diuina, quibus impedirentur peccata; quod in propoſito eſſet ſpei cõtemptus per diſperationis amplexum. Hoc ergo ſignificare, ait, verbum *Contemnit* à Sapiente poſitũ poſt deſperationis profundum.

P. Auguſt cap. 3. poſt med. to 3.

S. Thom.

Articulo autẽ tertio quæſtionis eiuſdem explicans idem Angelicus Doctor, quo ſenſu peccatum hoc dicatur *Irremiſſibile*, inquit, *in quantũ excludit ea, per quæ fit remiſſio peccatorum*. Vtique non tantùm *formaliter*. vt eſt iuſtitia ipſa infuſa: ſed etiam *diſpoſitiuè*, vt actus ſpei, & ſimiles, ad quos faciendos miſericorditer nos excitat Deus, & mouet,

quos

quos, cùm contemnimus, obduramur. Proinde monet Propheta,
Ps.94. 8. *Hodie, si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra*. Illi vtique renuendo. Sic enim peribitis. Cùm Deus ipse alibi
Prouer.1. 24. &c. dicat. *Vocaui, & renuistis: ego quoque in interitu vestro ridebo*. Quia gratiam specialem vobis subtraham, quia communem
Io.8.21. respuitis, & sic obdurati facti, *In peccato vestro moriemini*. vt apud Ioannem dicitur.

Ista igitur irremissibilitas est cũ obdurationc coniũcta. Cùm iuxta Doctorem Angelicum, vtraque in exclusione donorum consistat, per quę contingit iustitia. Ad quã meritò sequitur iustitię ipsius negatio, & specialium donorum, quæ disponunt ad illam. In hoc
S. Bernar ser. 38. in Cant. sensũ S. Bernardus, postquam fuit de desperatione locutus, subiunxit, *Sequiturque impœnitentia, quæ est delictum maximum, & & blasphemia irremissibilis*. Impœnitentia nãque dupliciter ac-
S. Thom. cipi potest iuxta Doctorem Angelicum quæst. 14. cit. art 2. Primò, pro permanentia in peccato vsque ad mortem. Secundò, pro proposito non pœnitendi. Primo modo, ait, reperiri in omni peccato. Secundo modo, speciale esse peccatum, & in Spiritum sãctum blasphemiam. Igitur cùm hìc S. Bernardus irremissibilem blasphemiam appellet, hoc secũdo modo, illam accipere, patet. Et licèt, in rigore loquendo, impœnitentia ab obdurationc, vt peculiaris est desperationis effectus, distinguatur, quatenus nimirũ illa dicit adhæsionẽ peccatis, &hęc exclusionem donorum: tamẽ quia ista excludimus, dum inhæremus illis, illa firmitas voluntatis in peccatis, quam importat impœnitẽtia, obduratio meritò appellatur. Et primus modus est, quo potest obduratio accipi, iuxta Doctorem Angelicum quæst. 79. ar. 3. initio discursus istius citata, vbi ait, duo obdurationem importare, & vnum esse inhæsionem in malo: igitur hoc propositum non pœnitendi, quod impœnitentia dicit, obduratio est, & appellatur à D. Bernardo blasphemia, ex desperatione sequuta. Patet ergo sufficienter ex dictis, quomodo pessimus iste effectus ex desperatione sequatur.

DISCVRSVS IV.

Circa desperationis mulctationem.

DEsperatio in inferno perpetua, desperationis in mundo hoc temporalis, pœna erit acerba. Quæ quidem respondet cuilibet peccato mortifero, quod pœna æterna punitur. Rationẽ autem, ob quam in damnatis sit desperatio ista, S. Thomas assignat, *S. Thom.* quia spes circa possibile est: sciẽt autem certò damnati, se nũquam liberandos fore à malis, quæ in loco

loco illo horribili patientur, neque faciem diuinam, in qua beatitudo nostra consistit, ampliùs esse visuros, & per consequens, ablata omni spe, miserrima desperatione cruciabuntur perpetuò, vt ipse Dominus dixit per Isaiam Prophetã, *Serui mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ cõtritione spiritus vlulabitis.* De desperatione namque hic sermo est, iuxta Doctorem Angelicum 2.2.q.18.art.3. Quẽadmodum namque (inquit) spes gaudij causa est, secundùm illud Rom.12. *spe gaudentes*, ita desparatio, mœroris, & doloris. Exultabunt ergo Beati, non spe, quæ est circa futurum, aut possibile, sed fruitione sperati boni possessi iam: & damnati inconsolabiliter flebunt ex desperatione euadendi à pœnis, & bonis non assequendis æternis.

Isai. 65. 14.

S. Thom.

Rom. 12. 12.

Cùm autem desperatio ista in certitudine fundetur æternitatis pœnarum, videndum adhuc remanet, quare certitudinem talem habebunt. Ad quod Sanctus Thomas respondet, vt talis perpetuitas, pœnæ habeat rationem. *Nam de ratione* (inquit) *pœnæ est, vt quod pro pœna infligitur, voluntati repugnet: non autem potest ei repugnare, quod ignoratur.* Vnde sic infert, *Igitur, cùm perpetuitas damnationis, ad pœnam pertineat damnatorũ, oportet, quod sua damnationis perpetuitatem non ignorent, aliter verè pœna eis nõ esset.* Quod exemplo beatitudinis firmat, ad quam, voluntatem pertinet quietare, quod non faceret, nisi quis certus de suę beatitudinis perpetuitate redderetur. Vnde notat, Patrem Augustinum dixisse, non potuisse Angelos sanctos, perfectè beari in primo statu, ante cõfirmationẽ, vel lapsum, cùm non essent pręscij sui euentus: quemadmodum ergo ad beandum requiritur cognitio certa fęlicitatis perpetuæ: ita ad cruciandum exigitur indubia notitia miseriæ sẽpiternæ: cùm hac ergo perpetuitate nõ est possibilitas boni, quæ requiritur ad spem, & ita, spe amota, desperatio succedit perpetua, indicibiliter torquens.

Vnde patet, quod hæc pœna cõmunis est omni peccato, quod æternitate punitur, & desperationis iniquitas, quæ in hac vita patratur, inferni inferioris illius, quoddam iam sit simulacrum, vt S. Isidorus testatur, allatus à Diuo Thoma, verbis istis, *Perpetrare flagitium aliquod, mors est animæ, sed desperare, est descendere in infernum.*

S. Isidor. *S. Th. 2.2. q.20. art. 3. in fin.*

Specialiter tamẽ ibi huius criminis reus puniendus erit, consideratione commoditatis, quam in hac vita habuit, misericordiam consequendi, si ad Deum supplex confugisset, renuntiatis peccatis, in quibus perseuerando, ad tantum malum deuènit. Et sic pro

Digitized by Google

quos, cùm cõtemnimus, obduramur. Proinde monet Propheta,
Ps.94. 8. *Hodie, si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra.* Illi vtique renuendo. Sic enim peribitis. Cùm Deus ipse alibi
Prouer.1. 24. &c. dicat. *Vocaui, & renuistis: ego quoque in interitu vestro ridebo.* Quia gratiam specialem vobis subtraham, quia communem
Io.8.21. respuitis, & sic obdurati facti, *In peccato vestro moriemini.* vt apud Ioannem dicitur.

Ista igitur irremissibilitas est cũ obduratione coniũcta. Cùm iuxta Doctorem Angelicum, vtraque in exclusione donorum consistat, per quę contingit iustitia. Ad quã meritò sequitur iustitię ipsius negatio, & specialium donorum, quæ disponunt ad illam. In hoc
S. Bernar ser.38. in Cant. sensũ S. Bernardus, postquam fuit de desperatione locutus, subiunxit, *Sequiturque impœnitentia, quæ est delictum maximum, & & blasphemia irremissibilis.* Impœnitentia nãque dupliciter ac-
S. Thom. cipi potest iuxta Doctorem Angelicum quæst.14. cit.art 2. Primò, pro permanentia in peccato vsque ad mortem. Secundò, pro proposito non pœnitendi. Primo modo, ait, reperiri in omni peccato. Secundo modo, speciale esse peccatum, & in Spiritum sãctum blasphemiam. Igitur cùm hìc S. Bernardus irremissibilem blasphemiam appellet, hoc secũdo modo, illam accipere, patet. Et licèt, in rigore loquendo, impœnitentia ab obduratione, vt peculiaris est desperationis effectus, distinguatur, quatenus nimirũ illa dicit adhæsionẽ peccatis, & hęc exclusionem donorum: tamẽ quia ista excludimus, dum inhæremus illis, illa firmitas voluntatis in peccatis, quam importat impœnitẽtia, obduratio meritò appellatur. Et primus modus est, quo potest obduratio accipi, iuxta Doctorem Angelicum quæst.79. ar.3. initio discursus istius citata, vbi ait, duo obdurationem importare, & vnum esse inhæsionem in malo: igitur hoc propositum non pœnitendi, quod impœnitentia dicit, obduratio est, & appellatur à D Bernardo blasphemia, ex desperatione sequuta. Patet ergo sufficienter ex dictis, quomodo pessimus iste effectus ex desperatione sequatur.

DISCVRSVS IV.

Circa desperationis mulctationem.

DEsperatio in inferno perpetua, desperationis in mundo hoc temporalis, pœna erit acerba. Quæ quidem respondet cuilibet peccato mortifero, quod pœna ęterna punitur. Rationẽ autem, ob quam in damnatis sit desperatio ista, S. Thomas assignat, *S. Thom.* quia spes circa possibile est: sciẽt autem certò damnati, se nũquam liberandos fore à malis, quæ in loco

Digitized by Google

loco illo horribili patientur, neque faciem diuinam, in qua beatitudo nostra consistit, amplius esse visuros, & per consequens, ablata omni spe, miserrima desperatione cruciabuntur perpetuò, vt ipse Dominus dixit per Isaiam Prophetã, *Serui mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ cõtritione spiritus vlulabitis.* De desperatione namque hic sermo est, iuxta Doctorem Angelicum 2.2.q.18.art.3. Quẽadmodum namque (inquit) spes gaudij causa est, secundùm illud Rom.12. *spe gaudentes*, ita desparatio, mœroris, & doloris. Exultabunt ergo Beati, non spe, quæ est circa futurum, aut possibile, sed fruitione sperati boni possessi iam: & damnati inconsolabiliter flebunt ex desperatione euadendi à pœnis, & bonis non assequendis æternis.

Isai. 65. 14.

S. Thom.

Rom. 12. 12.

Cùm autem desperatio ista in certitudine fundetur æternitatis pœnarum, videndum adhuc remanet, quare certitudinem talem habebunt. Ad quod Sanctus Thomas respondet, vt talis perpetuitas, pœnæ habeat rationem. *Nam de ratione* (inquit) *pœnæ est, vt quod pro pœna infligitur, voluntati repugnet: non autem potest ei repugnare, quod ignoratur.* Vnde sic infert, *Igitur, cùm perpetuitas damnationis, ad pœnam pertineat damnatorũ, oportet, quod sua damnationis perpetuitatem non ignorent, aliter verè pœna eis nõ esset.* Quod exemplo beatitudinis firmat, ad quam, voluntatem pertinet quietare, quod non faceret, nisi quis certus de suę beatitudinis perpetuitate redderetur. Vnde notat, Patrem Augustinum dixisse, non potuisse Angelos sanctos, perfectè beari in primo statu, ante cõfirmationẽ, vel lapsum, cùm non essent pręscij sui euentus: quemadmodum ergo ad beandum requiritur cognitio certa fęlicitatis perpetuæ: ita ad cruciandum exigitur indubia notitia miseriæ sẽpiternæ: cùm hac ergo perpetuitate nõ est possibilitas boni, quæ requiritur ad spem, & ita, spe amota, desperatio succedit perpetua, indicibiliter torquens.

Vnde patet, quod hæc pœna cõmunis est omni peccato, quod æternitate punitur, & desperationis iniquitas, quæ in hac vita patratur, inferni inferioris illius, quoddam iam sit simulacrum, vt S. Isidorus testatur, allatus à Diuo Thoma, verbis istis, *Perpetrare flagitium aliquod, mors est animæ, sed desperare, est descendere in infernum.*

S. Isidor. S. Th. 2.2 q.20. art. 3. in fin.

Specialiter tamẽ ibi huius criminis reus puniendus erit, consideratione commoditatis, quam in hac vita habuit, misericordiam consequendi, si ad Deum supplex confugisset, renuntiatis peccatis, in quibus perseuerando, ad tantum malum deuènit. Et sic pro

Digitized by Google

hoc inconsolabiliter flebit, dicēs, *Quare factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea desperabilis renuit curari?* quasi diceret, vt quid, dum viuerem in carne mortali, adhibere medicinam contēpsi desperationi pessimæ plagæ meæ, per spem in Deo patre misericordi, quem nunc iudicem seuerum sustineo, punientem me perpetuò? & ideo prosequitur de hac plaga sermonem, *Facta est mihi, quasi mēdacium aquarum infidelium*. In quo illius innuit causam, adhæsionem vtique ad carnalia quæque, sub quorum fruitione, acerbitas operiebatur æternitatis pœnarum paratarum desperato iniquo, veluti, qui præ glacie fluxas aquas fluminis non considerans; & fiducialiter transiens, absorbetur ab illis. Tunc enim infideles apparēt, quæ priùs præ glacie videbantur stabiles, & securæ: *Ita mentita est iniquitas sibi*. Nam desperatus, & bonis tēporalibus inebriatus, non valuit considerare pœnas æternas acerbissimas post breuem hanc vitam luendas, quas facillimè potuisset euadere, si desperatione amota, vitæ quoque renuntiasset illecebris, quæ aquæ illi infideles fuerunt, dum pœnas has absconderunt, & in medio absorbuerunt stadij, iam absorptūræ perpetuò. Hoc ergo irremediabiliter flebit, & dicet, *Quare factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea desperabilis renuit curari?* Ecce æternum tormentum; quod parit hoc malum pessimum. Contra quod iam arma ponuntur.

Jerem. 15 18.

Ibid.

Ps. 26. 12

Considerationes contra desperationem.

POstquam tria puncta proposita expediuimus, quibus quidditatem, originem, seu causas, & effectus præcipuos desperationis cognouimus, ex quibus satis cuiq. patet horribilitas hostis istius, sequitur arma contra illum porrigere. Quod considerationibus sequentibus fiet. Videlicet

1 *Spe*.
2 *Pœnitudine*.
3 *Sollicitudine*.
4 *Fortitudine*.
5 *Oratione*.
6 *Miseratione*.
7 *Bonorum operatione*.
8 *Veritatis speculatione*.
9 *Conuersorum meditatione*.

CONSIDERATIO I.

Contra desperationem. Ex *Spe*.

ESt hìc initio considerandū, quod potest primò desperatio contingere circa peccatorum remissionem, quibus impeditur ad vitam æternā ingressus iuxta illud, *Non intrabit in eam aliquid coinquinatum*. Secundò, circa difficultatem, quę est in perseueran-

Apoc. 21. 27.

Digitized by Google

seuerantia, qua bona opera fiunt, per quam ad illam intratur, *Si vis ad vitam ingredi serua mandata*, vtique perseueranter. Propterea alibi dicitur, *Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit*. Ideo non solùm circa peccatorum remissionem potest esse in Deum spes, quatenus remittit peccata, quæ cœlum claudunt, sed etiam circa speciale auxiliũ, quo bona perseueranter fiunt, quæ ipsum aperiunt.

Matt. 19. 17.

Matt. 10. 22.

Licèt namque desperatio præcipuè circa vitam æternam contingat, & ita etiam similiter spes hanc respiciat, tameu secundariò, circa illa etiam est, quę ipsam impediunt, vel aperiunt. Et ideo omnia ista debet quis sperare, scilicet, primò vitam æternam: secundò, quòd sibi peccata remittãtur, quæ ipsam impediunt: tertiò, quòd gratia conferatur, qua benè, & perseueranter operetur, & illam sic assequatur.

Cùm ergo spes directè sit desperationi opposita, prima defẽsio, qua contra illã intrepidè pugnandum est, ab spe desumenda est. Quando enim hæc adest, instar muri fortissimi est, quo anima vallata vndique, illæsa ab hoste isto seruatur, vt Psalmista fatetur, dum dicit, *Sperantem autem in Domino, misericordia circundabit*. Vbi Cassiodorus ait, *vndique, ne sit locus hosti*. Et quis hostis noster, nisi diabolus, qui subdolè, & nequiter, cogitationes desperationis immittit, vt supra est demõstratum? Igitur hoc primum scutum contra illum sumẽdum est, scilicet, in Domino sperare, à quo spei est promissa victoria, cùm dixit, *Quoniam in me sperauit, liberabo eum*. Vbi particula *quoniam*, causalis est. & significat, quòd spes liberationis sit causa. Quæ, eo ipso, quòd speranti est promissa à Domino, infallibiliter erit, cùm de eo pariter scriptum sit, *Fidelis Dominus in omnibus verbis suis*. Si in *omnibus*: etiam in hoc, quod, scilicet, liberabitur, qui in ipso sperauerit. *Nam cœlum, & terra transibunt, verba autem mea* (inquit ipse alibi) *non præteribunt*. Spera ergo, & liberaberis, quia *fidelis est Dominus*. Ob cuius fidelitatem inquit S. Bernardus, *dulcissimam liberationem, in se sperantibus non deesse*. Sed à quo liberabitur? *A pusillanimitate spiritus, & tempestate*. Ab illo vtique vano timore ex pusillanimitate orto, ex quo diximus supra desperationem oriri, & quæ *tẽpestas maxima* dicitur ab eodem Bernardo. Et à peccatis etiã, quibus quis cõpeditus tenetur, ne in spem erigatur, pariter liberabitur, dicente eodem Prophetа, *Dominus soluit compeditos*. Igitur ab omni malo liberabit sperantem, quia est absoluta locutio Domini *boni*, Domini *dulcis*, Domini *Omnipotentis*, qui nihil aliud, nisi communicare se-

Psal. 31. 10

Cassiod.

Psal. 144. 13.

Matt. 24. 35.

S. Bernar serm. 15. *post med. in Ps. Qui habitat.*

Psal. 54. 9.

Psal. 145. 8.

Digitized by Google

quærit, & ideo *Deus ſpei* ab Apoſtolo appellatur. Non tantũ, quia illam miſericorditer tribuit, ſed quia etiam ſperantibus ſperata concedit, quia ità illis promiſit.

Ad Dom. 15. 13.

Propterea alibi ait Pſalmiſta, *Adiuuabit eos Dominus*. Ecce adiutoriun ad adimplenda mandata quibus itur ad vitam. *Et liberabit eos*. Ecce liberatio à peccatis, quibus impedimur ab illa. Et hoc vnde? ſubditur, *Quia ſperauerunt in eo*. Igitur ſpes cauſa ſalutis certa eſt. Ideo in ſermone alio S. Bernardus verba iſta expendens, dicit, *Dulcis cauſa, attamen certa, attamen irrefragabilis*.

Pſal. 36. 40.

S. Bern. ſer. 9. in Pſal. Qui habit.

Et hoc ſanè idem Pſalmiſta confirmans, dixit Pſal. 30. *In te Domine ſperaui*. Et quid inde? ſubditur, *Non confundar in æternum*. Nam quemadmodum, quãdo quis orat, & non exauditur, confunditur, quia repellitur: ità è contra, quando verè ſperat, non confunditur, quia exauditur, & ſic acceptus habetur. Vt etiam Apoſtolus dixit, *Spes autem non confundit*, quia *infundit certitudinem* inquit Bernardus.

Pſal. 30. 1.

Ad Rom. 5. 5.

S. Bern. ſer. 37. in Cant.

Hinc Sapiens maxime ſpem hanc commendat ad expugnandum hunc hoſtem, dum ait, *Reſpicite filij nationes hominum, & ſcitote, reſpicere* eſt mẽte perpendere; & *ſcire*, eſt inde veritatem indubitanter tenere. Quid ergo debent filij hominum, iuxtà Sapientis ſententiam, conſiderare, & ſcire? ſubditur, *Quia nullus ſperauit in Domino, & confuſus eſt*. Ideſt repulſam paſſus eſt, quia exauditus eſt. Et non hic, aut ille tantùm, ſed omnes, vt exprimit verbum *nullus*, ne vllus excipiatur, qui non exaudiatur. Proinde alibi omnes ad gaudium inuitantur, cum dicitur, *Lætentur omnes, qui ſperant in te*. Et ſubnectit ibi Pſalmiſta, *In iuſtitia tua libera me*. Quod licet de iuſtitia infuſa, qua quis liberatur à culpa optimè intelligi poſſit: tamẽ etiam de fidelitate, qua Deus ſperata concedit, etiam poteſt exponi, quatenus virtus omnis, vt S. Thomas notauit, *iuſtitia* appellatur. Et tunc ſenſus eſſet, in fidelitate tua, libera me ſperantem in te, quia ſperanti promiſiſti ſalutẽ. Symmachus, Euſebio teſte, pro iuſtitia miſericordiam legit, quod benè etiam ità poſſe intelligi, Lorinus notat ibi. Idem. Qui omnes ſenſus animum prouocãt ad ſpem, vt omnis peccator, & puſillus poſsit contra hũc hoſtem ſic armatus pugnare.

Ecclí 2. 11.

Pſal. 5. 11.

Pſal. 30. 1.

S. Thom.

Lorin.

Cum autem hic modus pugnandi, ità à Patribus, & diuinis ſcripturis commendetur, vt deſperatio profligetur, operæpretium iudicaui, motiua plura hìc ponere, quæ ad ſpem, animum poſsint allicere, & per ſingula diſcurrere, vt ità efficaciùs contra hunc hoſtem pugnetur. Quòd optimè fiet, ſequentia conſiderando de Deo. nimirum quòd ſit

Digitized by Google

1 *Misericors.*
2 *Redemptor.*
3 *Pastor.*
4 *Conditor.*
5 *Pater.*
6 *Omnipotens.*
7 *Patiens.*
8 *Lux.*
9 *Fons.*
10 *Aduocatus.*
11 *Mansuetus.*
12 *Bonus.*
13 *Medicus.*
14 *Amicus.*
15 *Sponsus.*
16 *Dominus.*

PONDERATIO I.

Ad erigendam spem circa Deum,

vt *Misericordem.*

VTi diximus, ad misericordiam maximè mouet, Deum, nostra spes, quæ etiam donum ipsius est. Qui enim in ipso sperat, eius bonitatem, & potentiam, quæ maximè in misericordia elucent, videtur confiteri. Vt etiam nomen ipsum misericordiæ indicat, sic enim dicitur, vt S. Thomas notauit, ex eo, quod aliquis habet, *miserum cor super miseriam alterius*. Et licet cõpassionis passio in Deũ non cadat, effectus tamen, qui oriuntur inde, attribuuntur illi, vt idem S. Doctor ar. 4. affirmat,

S. Thom. 2. 2. q. 30 ar. 1.

scilicet, *alijs se effundere*, quod pertinet ad bonitatem, *Et defectus aliorum subleuare*. Quod pertinet ad Supetiorem. *Vnde* (inquit) *misereri ponitur proprijũ Deo, & in hoc maximè dicitur eius omnipotentia manifestari.* Vt etiã *Collecta* habet Dominica 10. post Pentec. Qui ergo misericordiam sperat, maximè Deum videtur honorare, & veluti ipsum obligare, vt adiuuetur, & protegatur ab ipso. Proinde motiuum istud adduxit Psalmista ad ipsius cor ad misericordiam commouendum, cum dixit, *Miserere mei Deus, miserere mei.* Et causa subditur, *Quoniam in te confidit anima mea.* Vbi signãter precatio miserationis replicatur, vt quãtæ sit fiduciæ meritum, ad tantam mercedem promerendam, ostendatur. Quod alibi pariter affirmatur, cum proclamatur. *Protector omnium sperantium in se.* *Psal. 50. 1.* *Psal. 17. 31.*

Tamen ex alia parte, spes nostra maximè, cum Deus *misericos* põderatur, vt ipsemet Psalmista in alio Psalmo testatur, dicens, *In Domino sperans, non infirmabor*, ideſt, non deijciar, quãtumcumqne mea mala magna sint, & hostis impugnet. Quare? subdit. *Quoniam misericordia tua ante oculos meos est.* Hoc vnum satis erit ad meam spem erigendam, & solidandam. Considerare, nimirum, infinitam misericordiam, quam promisit ne- *Psal. 25. 1.* *num. 3.*

Digitized by Google

mini denegare, qui conuertere-
Ezech.18 tur ad ipsum, cum dixit, *Si impius*
25. *egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iustitiam, & iudicium, vita viuet, & non morietur*. Et
Isai.1.18 alibi, *si fuerint peccata vestra, vt coccinum, quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra, quasi vermiculus, sicut lana alba erũt.* Quod fassus Propheta Regius,
Psal. 144 dixit, *Miserationes eius super*
9. *omnia opera eius*. Vbi Interlinialis ait, *Quia facit Solem suum*
Psal. 18. *oriri super bonos, & malos*. Ne-
7. mo ergo est, *Qui se abscondat à calore eius*, licet maximus sit peccator. Huic enim promittitur cõdonatio, & cum aliunde Deus fidelis sit, vt notauimus supra, promissis indubitãter stabit. Vnde maximè *misericordiæ* ipsius consideratio, à consideratione *fidelitatis* fouetur; vt animus in spem erigatur. Propterea protinus additur, *& complacui in ve-*
Psal. 25. *ritate tua*, qua vtique promis-
3. sam misericordiam præstas. Vnde in alio Psalmo considerat misericordiam, & veritatem, vultum Dei præcedere, & maximè cor allicere ad confidendum in ipso.
Psal. 88. *Misericordia*, (inquit) *& ve-*
16. *ritas præcedent faciem tuam*. Quæ verta P. Augustinus consi-
P. Aug. derans, ait, *Venturum timerem,*
ibi tom. 8 *nisi antecederet te misericordia, & veritas tua. Quid timeam in fine iudicia tua? quando præce-dente misericordia, Tu deles peccata mea, & exhibendo veritatem, imples promissa tua?* Vnde subiũgit ab eodem Propheta alibi dictum, *Vniuersæ viæ Domi-* Psal. 24.
ni, misericordia, & veritas. Et 10.
quia hæc consideratio, mirum gaudium causat in corde, notat S. Doctor, statim subdit, *Beatus* Ps.88.16
Populus, qui scit iubilationem. Et respõdẽt verbis alterius Psalmi citati, *& complacui in veri-* Psal. 25.
tate tua. vt sup.

Hoc ergo optimum remediũ est ad omnem deiectionem, & pusillanimitatem tollendam, & ad spem erigendam, misericordias, videlicet, Domini contemplari fideles. Vnde contra totum infernum tentantem ad desperandum, nos valet armare. Proinde ait Propheta, *Multi dicunt* Psal. 3.3.
animæ meæ, non est salus ipsi in Deo eius. Ecce desperationis tẽtatio, quam ipse ità armatus, repellit viriliter, subiungens: *Tu au-* num. 4.
tem Domine susceptor meus es. Vtique misericorditer ad veniã, & gloriam omni deiectione ablata, me amplectens. Propterea addit, *Gloria mea, & exaltans caput meum*.

PONDERATIO II.

Circa Deum, *vt Redemptorem*.

QVOD Põderatio ista Dei, *vt Redemptoris*, maximè ad spem nos prouocet, & alli-

Digitized by Google

& alliciat, Regius Propheta ex-
Ps. 129. 6 pressit, cum dixit: *A custodia matutina vsque ad noctem, speret Israel in Domino.* Vbi aliqui exponunt à custodia prima matutina, vsque ad vltimam noctis, à qua rursus incipit matutina, vt indicent, nullum tempus esse, quo sperare in Domino non debeamus. Vel per *matutinum* tempus, potest intelligi vitæ nostræ initiũ, aut tempus illud, quo lumine incipimus vti rationis: & per *noctem*, mortem. Quo sensu
Ioan. 9. 4. à Domino dicitur: *Venit nox, quando nemo poterit operari.* Ergo non vna die, sed ex quo cœpimus lumine vti rationis (quod est vigilia matutina) vsque ad mortẽ sperare iubemur, cum dicitur *vsque ad noctem.* Et hoc quare?
Ps. nu. 7. subditur, *Quia apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio.* Vbi in eo, quod dicitur, apud eum misericordiam esse, quod illi connaturalis maximè sit, & in promptu habeat ad communicandum, indicatur, & subiungitur redemptio, non quęlibet, sed *copiosa.* Quod expẽdens Beatus Bernardus ait:
Ber. se. 22 *in Cant.* *Benè, inquit, copiosa, siquidem non gutta, sed vnda sanguinis, quinque per partes corporis emanauit.* Quod etiam significauit
Apoc. 1. 5 Ioan. cum dixit: *Lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.* Vbi verbum, *lauit*, magnam vim denotat sanguinis, quæ non solum ad aspergendos, sed etiam ad lauandos omnes homines sufficeret, in quo largitas amoris, & bonitatis, à quibus processit redemptio, maximè fulget. Cum enim pro omnibus redimẽdis vna sanguinis Christi sufficeret guttula, tamen totum effundere voluit, vt ob id multò ante à Propheta, *copiosa*, appellaretur.

Et, vt magis animaret peccatorem ad veniam, quibuscunque peccatis grauatum, & maculatũ, subdidit, *Et ipse redimet Israel ab omnibus iniquitatibus eius*: ne
Ps. vt sup. nu. 8. vereatur ad ipsum, sperando, accedere, quasi timeat aliquod maximum scelus suum, vel multitudinem criminum, quæ desperet remitti. Vnde P. Augustꝰ. sic infert,
P. Aug. *Non ergo timeat accessurus ad Deum aliquas iniquitates suas, tantummodo accedat pleno corde, & desinat iam facere, quæ anteafaciebat, & non dicat, illa iniquitas non mihi dimittitur.* Subiungit enim sanctiss. Doctor, eo ipso, se indignum constituere, ne cætera dimittantur, quæ venia digna putabat. *Si enim*, inquit, *hoc dixerit, propter ipsam, quam putat, sibi non dimitti, non se conuertit, & faciendo cætera, non illi dimittitur & illud, quod non timebat.* Igitur nõ vllum est scelus tam enorme, & ingens, neque multitudo tam magna peccatorum, quę omnia nõ possint remitti à Redemptore, apud quem est *copiosa* redemptio, qua omnia delentur, & sanguinis totius effu-

Digitized by Google

sio, quo lauantur.

Vnde alibi in persona peccatoris cuiusque idem Propheta dixit: *Asperges me Domine hyssopo, & mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor*. Vbi per aspersionem hyssopi, alludit Dauid ad expiationem leprosi, quæ hyssopo peragebatur, vt Leuit. 13. habetur, simulq. tacitè, se, & vnumquemque peccatorũ leprosum appellat, quæ infirmitas grauissima est. Et quoniam illa per hyssopum aspersio, non nisi adhibita, passeris immolati sanguine, in quo hyssopus tingebatur, fieri solebat, haud dubiè, ad Christi sanguinem, quem in spiritu præuidebat pro genere humano fundendum, quo hominũ mentes erant abluendæ, Propheta respexit, & in idem recidit, quod Ioannes in sua 1. epist. dixit. *Sanguis Iesu Christi emũdat nos ab omni peccato*. Si ab *omni*, igitur nullum ita enorme est, à quo non mundemur: non vtcumque, sed vt dealbati deueniamus *super niuem*; quod sanè summam debet consolationem peccatori afferre, & eius spem erigere.

Ps. 50. 9.

1. Ioan. 1. 8.

Vnde alibi idem Propheta dixit, verba valde ad propositũ opportuna, scilicet: *In manus tuas commendo spiritũ meum*. Confidera quæso, charissime frater, actum hunc confidentiæ, in manus alterius se ponere, & illis se commendare. Sed vnde tanta fiducia? subditur: *Redemisti me Domine Deus veritatis*; scio te veracem, & redemptis à te veniam promisisse, si ipsi in te sperarent. Ecce iam ego in manus tuas fidenter commendo spiritũ meum, nihil hæsitans, quo à te Redẽptore meo, accepturus sim veniam. Hinc sanè verba ista in Completorio à sancta Ecclesia fuerunt apposita, quia vtique post tempus illud, cubitũ sumus ituri, quando traditi somno corporis, animæ quoque periculis maioribus expositi sumus, & sic cura omni abdicata nostri, totos nos Deo committimus per fiduciam, ex redempione ipsius, & veritate, conceptam.

Ps. 30. 6.

Imò à fidelibus suggeri solent moribundis, & ab ipsis, saltem corde, proferri: quia tunc multò magis indigemus ope diuina, cũ actiùs spiritus instẽt maligni, pro anima de desperatione tentanda, opusque fortiori est telo, & valẽtiore scuto, quo ab illis se protegant, qui magnæ conadentiæ actus est, per traditionem sui in manus Dei misericordes, qui pro nobis mori dignatus est, & confidentibus in sanguine suo promisit misericordiam. Vnde ipse prædixit per Isaiam prophetam in Ecclesia sua, à redemptis suis fore dicendum: *Ecce Deus Saluator meus, fiducialiter agam, & non timebo.* Propterea namque nomine *IESV* voluit appellari, vt nos animaret ad veniam, vt

Isai. 12. 2

An-

Digitized by Google

Angelus ipse dixit, qui nomen tulit è cælo: *Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum*. Ob id ait Bernard. *Labitur quis in crimen? currit insuper ad laqueum mortis desperando? nonne, si inuocet nomen vitæ, confestim respirabit ad vitã?* Hinc etiã Dauid Propheta dixit: *Sanctũ, & terribile nomen eius*: quia nos verè terribiles diabolo reddit, cum proferimus illud. Tunc enim spem ostendimus in mortem illius, per quam saluos fecit, & emundationem ab omni peccato promeruit, & omne auxilium aduersus spirituum malignorum insidias, qui omnes, audito nomine isto, territi ausugiũt. Hinc etiam tam frequenter solet suggeri moribundis, vt in vltimo periculo, & momento, à quo dependet æternitas, constituti, hoc clypeo, & telo protecti, ab extremo certamine, spe confortati, euadant isti si.

Matth. 1. 21.

S. Bernar serm. 15. in Cant.

Psal. 110. 9

O si deuitias gratię redemptoris vellemus omnes peccatores perpendere, quàm diuites spe redderemur, & inexpugnabiles in pugna ista cum hoste! Dixit enique noster Saluator, *Noli timere*. At quare? *quia redemi te*. Non desperet iniustus, & speret etiam quisque iustus, omnes viriliter pugnent sperando, quia pro omnibus, precãdo, mortuus est Christus noster. Quod considerans Paulus, validum confecit ad spem argumentum. *Cum adhuc* (inquit) *peccatores essemus, secundùm tempus, Christus pro nobis mortuus est: multò igitur magis nunc iustificati in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum.* Et rationem subdit, *Si enim, cum inimici essemus reconciliati sumus Deo per mortem filij eius, multò magis reconciliati, saluati erimus in vita ipsius*. Quorum verborum sensus, liquidus videtur esse, quòd scilicet, ante incarnationem, omnes *filij iræ* eramus, & tamen, *Sic Deus dilexit mundum*, vt Ioan. Apostolus ait, *vt filium suum vnigenitum daret*, quantò magis postquam iam per flagella, sputa, alapas, clauos, & Crucem, ac cætera pro nobis passa tormenta, quibus iustificationem apud Patrem *abundè* nobis promeruit, salui erimus in vita ipsius resurgentis, per quam dignatus est erigere corda nostra ad similem glorioſam resurrectionem? Cum iam non sit opus iterum incarnari, & pati, sed tantùm distribuere promerita dona?

Isai. 43. 1

Ad Ro. 5. 8.

Rom. 5. 10

Ioã. 3. 16

In quem sanè sensum videtur consentire Chrysostomus, cum dixit, *Quod ipsum minus persuasibile erat, antequam fieret: nunc verò postquam hæc euenère, reliqua faciliora sunt. Etenim amici facti sumus, nec morte amplius opus est. Qui igitur inimicis sic pepercit, vt ne filio quidem peperceriit, nunc amicis nobis factis non aderit? cum videlicet, iam nulla dedendi filij necessitas imminet?*

Chryſost. ibid. ser. 4.

Cum

cum vtique nobis adsint illius merita iam exhibita. Ità igitur intelligenda videntur illa Apostoli verba, *reconciliati sumus Deo*, quatenus priùs ante incarnationem, & passionem non eramus reconciliati, neque ex nobis poteramus cum Deo pacificari, post passionem verò reconciliati dicamur, quatenus, vt notaui, nobis promeruit peccatorum remissionem, & gratiam, qua perfecti coram Deo, reddimur iusti, filij Dei, & hæredes regni æterni. Si igitur, qui fecit maius ex charitate, pro inimicis, scilicet, & nondum reconciliatis, carnem suam, & animam ponendo pretiosam, quomodo iam ità reconciliatis, gratiam negabit & gloriam, ad quæ noua effusio sanguinis non requiritur, sed tantùm promeritorum donorum distributio?

Ad eundem sensum accedunt verba Patris Augustini, ita dicentis, *In vita saluati, qui per mortem reconciliati*. Et ad concipiendam hinc spem, subdit, *Quis enim dubitat, daturum amicis vitam suam, pro quibus inimicis dedit mortem suam?* Dabit vtique vitam *initiatiuè* in gratia, & *consummatiuè* in gloria, communicando se ipsum. Quia hæc omnia per mortem pro nobis adhuc inimicis perpessam, promeruit, & reconciliatis iam promerita non negabit.

P. Aug. lib. 13. de Trinit. c. 16. to. 3.

Ponderatio Præsens pro-Sequitur.

VNde ipse dicit in Canticis *Aperi mihi Soror mea, Amica mea*. Ecce amica vocatur, quia reconciliata. At quare tam so licitè pulsat, *Sponsus hic sanguinis*? Quare ità ardenter desiderat intrare, & se illi cõmunicare? subdit, *Quia caput meum plenum est rore*: hoc est, sanguine, qui copiosè fluxit ex foraminibus per spineam coronam apertis, & inde scaturiuit misericordia diuina, vnde intrauit spina. *Terrorem* namque, misericordiam Riccardus intelligit. Et subdit, *Et cincinni mei guttis noctium*, ideſt, peccatorum, vt idem Doctor exponit, & Blosius ex Thaulero. Significat igitur peccata hominum, causam fuisse, quod ex tenerrimo capite suo per capillos suos, quos oblõgos, vt Nazarenus, habebat, sanguis in tanta copia fluxerit, vt pleni redderentur liquore illo diuino. Et ideo aperiri sibi postulat cor, vt misericorditer per gratiam intret, & omnia dona communicet cum dispendio tanto promerita.

Cant. 5. 2.

Exod. 4. 26.

Riccard.

Blosius.

Et quis, precor, hæc considerans seriò, per spem cor non aperiet, & fiducialiter ad Redemptorem suum non clamabit pro venia? pro gratia? pro gloria? quando videt Dominum gloriæ amicabiliter pro aperitione ista clamantem, & cupientem se communi-

Digitized by Google

municare ardenter? Vnde ita B. Laurentius Iustinianus exclamat. *Et quid iam tã graue committitur, quod non Christi morte soluatur?* & subdit, *meritò igitur in Christo spes mihi valida est, qui sanat omnes languores meos, qui redemit de interitu vitam meam, qui coronat me in misericordia, & miserationibus.* Et S. Bernardus ait, *Quid timetis modicæ fidei, vt peccata nolit remittere? en affixit ea Cruci cum suis manibus.* Et P. Augustinus inquit, *Omnis spes, & totius fiduciæ certitudo, mihi est, in pretioso sanguine eius, qui effusus est propter nos, & propter salutem nostram. In ipso respiro, & in ipso confisus, ad te peruenire desidero, non habens meam iustitiam, sed eam, quæ est ex filio tuo Domino nostro Iesu Christo.* Et S. Anselmus dicit, *Vocasti me nomine nouo, quod mihi de tuo nomine dedisti, & incuruatum, ad aspectum tuum, erexisti, dicens, confide, ego te redemi, animam meam pro te dedi. Si adhæres mihi, & mala, in quibus eras, euades, & in profundum, quò properabas, non cades. Sed perducam te ad regnum meum, & faciam te hæredem Dei, & cohæredem meum. Exinde accepisti me in tuitionem tuam, vt nihil noceret animæ meæ contra voluntatem tuam. Et ecce, licet adhuc non adhæserim tibi, sicut consuluisti, nondum tamen infernum, me cadere permisisti, sed adhuc expectas, vt adhæreã, & facias, quod promisisti.* Hæc Anselmus. Vbi verba vltima, *vt adhæream*, intelligit per spem, & fiduciam. *Et facias, quod promisisti.* Vtique condonando delicta, & dona noua tribuendo, quibus possim peruenire ad vitam. Et B. Laurentius Iustinianus ait, quod mors Christi, nostra vita fuit, & sanguis eius, nostra mũdatio. *Quid* (inquit) *mirabilius, quàm, quod mors viuificet, & vulnera sanet? sanguis eius album facit, & mundat.* Beatus autem Petrus Damianus ait, de passione Christi, loquutum Prophetam, cum dixit, *Petra refugium herinacijs.* Ps. 103. Petra namque, teste Apostolo, Christus est, & refugium factus herinacijs, de quibus dicit Lyranus, animalia esse parua, & spinosa, per quæ benè peccatores signãtur, qui ex pusillanimitate cõtracta ex pondere peccatorum, *pusilli* meritò poterunt dici, & *spinosi*, ex peccatis ipsis, quæ animam pũgunt, & lacerant.

De eadẽ petra loquutus Deus, dixit in Cãticis ad animam fidelem sponsam suam, *Surge amica mea, sponsa mea, & veni columba mea in foraminibus petræ.* Vtique in vulneribus Christi, quę foramina dicuntur, in quibus columba ista reconditur, & pascitur, & à desperatione, & cæteris malis liberatur. Igitur in foraminibus,

B. Laur. Iust. de spe c. 4.

Psal. 102 4.

S. Bern. ser. 38. in Cant. ante med.

P. Aug. in med. c. 14 tom. 9.

S. Ansel. in medit. c. 6.

B. Laur. Iust. c. 1. de incẽd. diu. amo.

B. Petrus Damian. in inst. monialis c. 2 to. 3.

Psal. 103 18.

Lyranus.

Cant. 2. 14.

Digitized by Google

mibus, ideſt, in vulneribus Ieſu, ſurgere præcipitur per ſpem, & venire fidenter ad ipſum, quia ipſemet dixit, *Et omnis, qui venit* Ioan. 6. 37. *ad me, non eijciam foras.* Si nullus reijcitur: ergo omnis recipitur. Quid igitur times peccator? Accede fiducialiter, & ſaluus eris in ſanguine eius, qui fuit infiniti valoris. Ibi mundaberis: ibi paſcèris: ibi ſaluaberis, & glorificaberis. *Ecce Deus Saluator meus* Iſai. 12. 2. (dixit Propheta nomine peccatorum omnium, & iuſtorum) *Fiducialiter agam, & non timebo.* Et Dauid ait, *Dominus firmamẽtum meum, & refugium meum, & liberator meus, Deus meus, adiutor meus, & ſperabo in eum.* Pſ. 17. 3. Quid nutas ò Chriſtiane? quid times? quid trepidas? quando Deus tuus, eſt firmamentum tuũ, adiutor tuus, & liberator tuus per ſanguiuem ſuum? ſpera in eo, quia ſuſcipiet te, quia *Protector tuus eſt, & cornu ſalutis tuæ.* Ibid. Ecce expandit brachia ſua in Cruce ad te ſuſcipiendum. Vis amoris, qui aperuit, neminem repellet, quia omnes amator ipſe ad fidum acceſſum inuitat, dum dicit, *Si exultatus fuero à terra* (quod contigit in Cruce) *Omnia traham ad me ipſum*, per Ioan. 12. 32. ſpem vtique, & fiduciam. Nam Crux Chriſti erga omnes miſericordiam dicit, ideo omnia trahã, inquit: ergo te non excipit. Ibi habet aperta brachia, quibus te amplectatur: ibi latus apertum, per quod intres, & ſaluèris. Ibi foramina vulnerum, quibus paſcaris, & viuas.

Sub arbore malo ſuſcitauit te (dixit ipſe) vtique ad ſpem, quando in arbore crucis pro te me vides pendentem. Hìc colligitur fructus iſtius ſalutiferæ arboris, omnẽ cordis amaritudinem tollens, & illud dulcòrans, ac reficiens, quando ſuum Dominum ita amore ſui contemplatur confixum, vt anima ipſa fatetur, dicens, *Sub vmbra illius, quem deſideraueram, ſedi.* Quid eſt ſub vmbra ſedère, niſi in ſpe manère? eſſe namque ſub vmbra alterius, ſpem ſuam ſignificat, in aliquem contuliſſe, & in eius protectione confidere, vt Pſalmiſta indicauit, cum dixit, *In vmbra alarũ tuarum ſperabo.* Et in Threnis dicitur, *Sub vmbra eius viuemus in gentibus.* Et Baruch. 1. 12. *Det Dominus virtutem nobis, & illumine! oculos noſtros, & viuamus ſub vmbra Nabuchdonoſor Regis Babylonis, & ſub vmbra Balthaſar filij eius.* Sub vmbra ergo mali huius ſedère, paſſionem Chriſti mente eſt cernere, qui crucem ſubiens, malus pro me factus eſt, & in ipſius paſſione ſpem totam meã voluit me collocare, ex qua prouenit iuſtificatio, & ſaluatio mea, vt Paulus etiam dixit, *Nunc liberati à peccato* (ideſt, iuſtificati) *Habetis fructũ veſtrũ in sãctificationẽ, finẽ vero vitã æternã.* Ad Rõ. 6. 22. Hic ergo fructus eſt ſuauiſsimus, qui Cant. 8. 5. Cant. 2. 3 Pſ. 56. 2. Thren. 4. 20. Baruch. 1. 12.

Digitized by Google

qui manu spei, ex arbore ista colligitur, & ideò subditur, *Et fructus eius dulcis gutturi meo*. Sic ergo gaudio spei, tristitia omnis dulcoratur, ex desperatione concepta. & fit anima læta, & tota conuersa, iubilat Deo suo.

Cant. vi sup.

PONDERATIO III.

Circa Deum, vt *Pastorem*.

NOmen Pastoris, nomen est amoris. Et ideò Dominus Iesus, quia omnes oues suas, ad amorem sui inflammare, & ad confidentiam, animare volebat, sæpè in Sacro eloquio, se nominauit Pastorem. Quod anteà per Prophetas suos frequenter prædixerat, vt, omnibus, modis, veritas ista cordi nostro intimata maneret, & in spe firmata.

Duo igitur notanda sunt requiri in bono Pastore circa gregem suum. videlicet, *amor*, *& cura*. Ex amore oritur cura. Et ex vtroque sequentia, nimirum.

1 *Perditam ouem quærere*.
2 *Inuentam reducere*.
3 *Reductam sanare*.
4 *Sanatam consolidare*.
5 *Consolidatam nutrire*.
6 *Nutritam custodire*.
7 *Et si oportuerit, pro omnibus istis, aut singulis mori, libenter animam ponere*.

Ad quærendum verò, & sanandum, sapientia: ad reducendum, & custodiendum, potentia: ad nutriendum, & pro ipsis moriendum, dilectionis præcipuè requiritur abundantia. Omnia autem ista, & singula, mirificè relucent in Christo Domino nostro. Quapropter ipse se nominat, non simpliciter pastorẽ, sed *bonum*. *Ego sum pastor bonus*. Ioan. 10. idem 11. repetit ibidem, tanquam veritatẽ consideratione maximè dignam, & aptam adlenienda corda nostra, & in spem erigenda. Hinc à Paulo *Pastor magnus* appellatur. Et *Ad Hebr.* 13. à Petro, *Princeps pastorum*. Et à Deo ipso, *Pastor vnus*, per Ezechielem. *Suscitabo* (inquit) *super eas pastorem vnum*. Quare *vnũ*? nonne alij reperiuntur pastores? ità; sed falsi, quia mercenarij, vt ipse Dominus apud citatũ Ioannem admonuit. Etsi veri, membra sunt istius magni, & vnius pastoris, vt Augustinus notauit his verbis. *Si pastores sunt, quomodo vnus pastor, nisi, quia sunt illi omnes, vnius membra pastoris, cuius sunt oues propria?* Ipse ergo vnicus pastor noster est: cæteri omnes ministri, per quos nos etiã pascit. De quibus per Prophetã dicit, *Dabo vobis pastores iuxtà cor meum, & pascent vos scientia, & doctrina*. Et Apostolus ad Ephes. 4. 11. ait. *Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios autẽ pastores, & doctores*. Et subditur finis. *Ad consummationem sanctorum, & opus ministerij*. Igitur quot quot boni pastores fuerunt, sunt,

Ioan. 10. *1. Pet. 5. 2* *Ezech. 34. 23.* *Ierem. 3. 15.* *Eph. 4. 11.* *D. Aug. tract. 46. in Ioan. circ. med. tom. 9.*

Digitized by Google

sunt, & erunt, omnes istius boni, vnici, magni, & Pastorum Principis, ministri sunt constituti. In quo, supereminentissimo modo, resplendent enarratæ proprietates Pastoris, per quæ, quoad fieri potest, breuiter discurremus, vt consideratio ista, ex qua maxima concipitur spes, contra desperationẽ magis cor nostrũ cõfirmet.

DISCVRSVS I.

Ostenditur, quod, tamquã verus pastor, *perditam ouem quærit*.

ISTA est qualitas prima boni pastoris inter alias superiùs positas, quæ patet ex Ezechiele Propheta cap. 34. 16. Vbi Dominus ipse, pastorem se nominat, & de officio suo circa oues gregis

Ezech. 34. 16. sui, ita loquitur, *Quod perierat, requiram*. Et apud S. Lucam Euangelistam, hanc ipsam veritatem volens cordibus hominum intimare, parabolam de Pastore proponit, habente centum oues. *Et*

Luc. 15. 4 *si perdiderit* (inquit) *vnam ex illis, nonne dimittit nonaginta nouem in deserto, & vadit ad illam, quæ perierat, donec inueniat eam?* Vbi amor circa oues enitet, qui ex tot, ne vnam quidem, vult perdere; proinde illam quærit cum tanto suo dispendio, qui,

Cant. 2. 8 vt in Canticis dicitur, *Venit saliens in montibus, transiliens colles*. Vide, quomodo celeriter quærat, & Psalmista ait, *Exultauit, vt gigas, ad currendam viã, à summo cælo egressio eius*. Quod Bernardus expendens, inquit. *En quantum saltum dedit à summo cælo ad terras*. Et notat in sequentibus verbis sponsæ, summã istius cursus velocitatem signari, cum subditur, *Similis est dilectus meus capreæ, hinnuloque ceruorũ*. Quem salientem, ait, *& properantem modò descripserat, consequẽter comparat capreæ, hinnuloque ceruorum. Aptè quidem, quòd hoc genus animantium, cursu velox, & saltu agile est*. Et hinnulo notat comparari, vt pastoris istius aduentus, signetur in carne mortali, dicens, *vt hinnulus quippe apparuit paruulus, qui datus est nobis*.

Ps. 18. 6 & 7.

S. Bern. ser. 53. in in Cant. num. 9.

Expendit autem hìc deuotissimus Doctor, oues illas nonaginta nouem, quas Dominus in narrata parabola, ait, reliquisse in deserto, id est, in cœlo, spiritus omnes Angelicos esse, vt hominem quæreret, qui errauerat, proinde Gabrielem ad MARIAM dicentem, *Dominus tecum*, ità alloquitur, *Quid? quem modo reliquisti in cælo, nunc in vtero reperis? quonammodo? volauit, & prævolauit super pennas ventorum. vilis es ò Archangele, transilijt te, qui præmisit te*. Et eandem interpretationẽ adhibet S. Ambrosius, dicens, hunc diuitem esse pastorem, *Cuius nos omnes centesima portio sumus; habet Angelorum*

Luc. 1. 28.

Bern. ser. 44. in Cãtic. circa init.

S. Ambr. in cap. 15. Luc. 20. 3.

Digitized by Google

rum, habet Archangelorum, Dominationum, Potestatum, Thronorum, aliorumque innumerabiles greges, quos in montibus dereliquit. In cœlis vtique, & ad terras venit tam velociter, vt in instanti nobis præsens adesset caro factus, in vtero Virginis. Et ad quid? ipse dixit. *Venit filius hominis quærere, & saluum facere, quod perierat.* Et in ista parabola de pastore, ad hoc omnes alias oues reliquisse testatur, vt quæreret vnam errantem. *Vadit, inquit, ad illam, quæ perierat.* vtique quærere. Et quamdiu? *Donec inueniat eam.* Nota velocitatem cursus à regalibus sedibus ad formam serui, quod indicat summum amorem. Inquisitionis adhuc perseuerantiam perpende, *Donec inueniat eam.* Quod dilectionis nouum est argumentum. At quãdiù inquisitio ista durauit? quamdiù nobiscum habitauit in carne mortali: vsque ad flagella, spinas, sputa, & crucem, perseuerauit. Et tunc demum inuenit, cum redemit. Vide amoris vim, qui moras nescit, nec dispendia pensat, & concipe hinc spem, vt ille concepit, qui dixit, *Erraui, sicut ouis, quæ perijt, quære seruum tuum.* Si erratio ouis, inquisitionis ardentis est causa, ecce ego erraui, quære, quia tuæ sollicitæ inquisitioni, inuentio non deerit, & ouis tuæ lucratio.

Luc. 19. 10.

Luc. 15. 4

Ibid.

Psal. 118. 176.

DISCVRSVS II.

Ostenditur qualitas secunda Pastoris, quod *inuentam ouem reducit.*

SEd quomodo recessit, quam quæritur? & quomodo inuenitur quæsita? aut quomodo inuenta reducitur? potest ne recedere quis à Deo, quem proinde oporteat quæri *ab implente cœlum, & terram?* memini iam in volum. primo, ex Glos. & August. dubium hoc solutum, sed nunc rursus, eodem duce, respondeo, *In affectu tenebroso* recedi. Non enim, inquit ad Deum, *pedibus, & spatijs locorum itur abs te, aut reditur ad te.* Voluntate ergo receditur, cum hęc Deo dissentit, & per ipsam acceditur, dum hæc Deo cõsentit. Quod alibi S. Doctor ità dixit, *Conscientia accedit, & conscientia recedit.* Et iterum, *affectibus, non pedibus.*

Luc. 15. 13.

Tertul. 23. 24.

Indust. 10. cap. 4. num. 6.

P. August. Cõfes. lib. 1. cap. 18. tom. 1.

Idem in Ps. 144. circ. init. to. 8.

Hoc modo recessit filius prodigus à Patre suo, vtique peccator à Deo, *In regionem longinquam.* Non enim (inquit idem Augustinus citato loco confess.) *Equos, aut currus, vel naues quæsiuit, aut auolauit penna visibili, aut moto poplite iter egit, vt in longinqua regione viuens, prodigè dissiparet, quod dederas proficiscenti, dulcis Pater, quia dederas, & egeno redeunti dulcior.* Et recessus modum concludens, subiungit,

Digitized by Google

iungit, *In affectu ergo libidinoso, id enim est, tenebroso, atque id est longè à vultu tuo*. Receditur igitur per peccatum, quod meritò tenebrosum vocatur, quia per illud à luce vera quis elongatur, *Ioan.1.9.* *Quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*. Quod ob id etiam à Theologis definitur *recessus à Deo*. Sed quomodo fit inuentio? cum fit consensio, id est, cum voluntas, quæ dissenserat Deo, & peccauerat, legi, & voci Dei consentit: tunc enim redit. Vnde de illo, qui sic recesserat, dixit misericors Pater, *Luc.15.* *Perierat, & inuentus est*. Tunc *24.* vtique, quando conuersus est corde.

Quem ergo sic recedentem, & errantem, quærit Pastor bonus, & non potest non inuenire, quam efficaciter quæsierit, cum infinitè sit Sapiens, & potens, Psalmista *Ps.75. 8.* teste, dicente, *Et quis resistet tibi?* quasi dicat, nullus, quem absoluta voluntate ad te vis adducere, poterit resistere tibi. Et tamen liberè veniet, quia naturam non mutas. Sed efficaciter, & suauiter, ex nolente facis volentem. Quia, sapientia infinita, oues tuas deducis, de qua scriptura dixit, *Sap. 8. 1.* *Attingit à fine, vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter*. Infinitis ergo modis scis, eas errantes vocare, vt vocem tuam agnoscentes, audiant, accedant, & te sequantur.

Pater Augustinus in lib. de corrept. & grat. cap. 5. de ista inquisitione loquens, ait, *Diuersis, & innumeris modis* vocari, qui reformantur. Quorum aliquot enarratione in Psal. 92. explicans, ait, *Vocat vndique ad correctio nem, vocat vndique ad pœnitentiam, vocat beneficijs creaturæ, vocat impertiendo tempus viuendi, vocat per lectorem, vocat per tractorem, vocat per intimam cogitationem, vocat per flagellum correctionis, vocat per misericordiam consolationis*. Et de seipso peccatore errante, ad suum pastorem gratulatus, inquit, *Egisti mecum muris, & occultis modis, quia à te, Domine, gressus hominis diriguntur*. Et discipulus eius S. Prosper, loquēs de modis istis, quibus Deus hominem quærit, & inuenit, afferit, hoc facere, *Suadendo exhortationibus, mouendo exemplis, terrendo periculis, incitando miraculis, dando intellectu, inspirando consilium, corque ipsum illuminando, & fidei affectionibus imbuendo*. Sic enim trahitur quis ad consensum, & sic inuenitur, qui perierat. Ecce quomodo Pastor hic bonus, amanter quærit, & inuenit.

P. Aug. tom. 7.

Tom. 8.

In confes.

S. Prosp. lib. 2. de voca gē. c. 9. alias 26.

At parum esset inuenire ouem perditam, nisi inuentam reduceret. quid est reduceret? iustificaret. Ad consensum namque iustificatio sequitur. In hoc sensu dixit Bernardus: *Consentire, saluari est*. Sic enim per iustificantem gratiā, & charitatem Pastori

S. Bern. de grat. & lib. arbitr

huic

huic diuino vnitur, qūæ diſperſa erat, & ita reducitur, & de ouili eius electo, conſtituitur, habens eandem eſcam cum cæteris ouibus, quæ intra ouile ſunt, paſtæ de verbo ſuo, quo proficiunt, & de carne ſua, qua intus in corde reficiuntur hìc, id eſt, in iſta ærũnoſa vita, ex iſto frumento, quod Zacch. 9. 17. dicitur *Electorum*. Illic autem, id eſt, in patria, *ex adipe frumenti*, Pſ. 80. 17 vt inquit Propheta. Quia iam oues in tuto poſitæ, pabulo altiori paſcentur per charitatem conſummatam. Hìc ergo per initiatam. Ad hoc igitur ouile, & ad hoc pabulũ reducitur quis in terris per iuſtitiam, quemadmodum ab eo elongatur pariter per nequitiam.

Et de hac reductione, quæ, media vocatione, fit, loquitur idem Paſtor per Exechielẽ Prophetam loco ſupra citato, dum ſubiũgit: Ezech. 34 16. *Quod abiectum erat, reducam*. Priùs ergo quærit, & inuenit, & deinde reducit: quia vtique iuſtificat accedentem ad ſe per cõſenſum, ſicque per iuſtitiã intrat ipſe in animam, quæ viciſsim per charitatem intrat in ipſum, iuxta Ioan. 15. 5. illud, *Qui manet in me, & ego in eo*. Intrat ergo anima iuſtificata in Chriſtum: & cum ipſe non tãtùm ſe dicat paſtorem, ſed oſtiũ ouilis iſtius, & clamet, *Per me*, Ioan. 10. 9. *Siquis introiuerit, ſaluabitur, & paſcua inueniet*, ſine dubio per iuſtitiam infuſam in ouile intrat, quia ſic intrat per Chriſtũ, & ſic reducta manet, quæ abiecta erat, & errans.

In quo maximè Paſtoris iſtius charitas fulget, & potentia, quia ſe communicauit indigno; quo ſenſu ait Sanctus Thomas, magis S Th. 1. p. q. 20. art. 4. ad. 4. peccatorem diligere, quàm iuſtũ. Et ita intelligi verba Dominica, cum in parabola iſta ouis perditæ, & inuentæ, dicit: *Gaudium* Luc. 15. 7 *erit in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quàm ſuper nonaginta nouem iuſtis, qui pœnitentia non indigent.* quia iquit, *Aequale donũ gratiæ, plus eſt cõparatum pœnitenti, qui meruit pœnam, quàm innocenti, qui nõ meruit*. Et P. Auguſt. tract. 72. P. Aug. in Ioan. à medio, tom. 9. dicit, maiorem miſericordiam lucere in iuſtificatione impij, quàm in creatione iuſti. *Iudicet* (inquit) *qui poteſt, vtrum maius ſit, iuſtos angelos creare, quàm impios iuſtificare.* Et ſtatim cõcludit, ſubiungẽs, *Certè, ſi æqualis eſt vtrũque potentiæ: hoc, maioris eſt miſericordiæ.*

Hoc pariter indicant Apoſtoli Ad Epheſ. 2. 4. verba, dicentis, *Propter nimiam charitatẽ ſuam, qua dilexit nos, cum eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Chriſto*. Sed quando viuificauit, niſi quando inuenit, & reduxit? Et dilectionis abundantia iſta in modo reductionis ſignatur, cum dicitur apud Lucam: *Et cum inuenerit*, Luc. vt ſup. nu. 5. *imponit in humeros ſuos, gaudẽs*: quare in humeros? non poterat

reducere aliter, sine tanto incõmodo? ita. Sed non satis erat amori, qui ita magis effulsit, vt ex Ambrosio constat, dicente: S. *Ambr.* *Humeri Christi, Crucis brachia sunt: illic peccata mea deposui: in illa patibuli nobili ceruice requieui.* Hoc est ergo super humeros portare, pro nobis crucẽ pati, & in ea peccatorum remissionem, & gratiam, nobis apud Patrem mereri. Hoc autem fecit gaudens, quia ex charitate nimia: quam etiam verba Isaiæ significant, dicentis: *Isai. 40. 11.* *In brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit.* Solent quidem pastores, agniculos, quos oues in campis, vel mõtibus enixæ sunt, manibus, & brachijs complecti, atque ad caulam deferre. Et quę maior, quæso, amoris teneritas, ac suauitas indicari potest? & subiungitur ibi: *Fœtas ipse portabit.* Per quas oues, idest, animæ ad Deum conuersæ intelligendæ sunt, quæ grauidæ sunt, idest, plenæ desiderijs bonis, & opera pariunt bona, & has ipsemet pastor bonus portat, & alteri non committit, qui ad cursum indiscrete vrgeat, & lassas periclitari faciat, sed ipsemet, qui suauiter ducat, & prudenter, quousque ad ouile perueniant, & fructus faciãt ęternæ vitæ. O charitas indicibilis! Si quis te perfectè cognosceret, fiduciam quidem magnã ad tam bonum pastorem, hinc toto corde conciperet!

DISCVRSVS III.

Ostenditur Pastoris tertia, qualitas, quòd *ouem reductam sanat.*

AT quomodo reductam sanat, quæ erat iam per iustificationem sanata? Iustitia enim infusa, animæ sanitas est, quam postulabat, qui clamabat: *Sana me Domine, & sanabor:* si ergo per iustificationem reducitur, vt paulò supra docuimus, & ita sanatur, vt quid sanitate indiget iam sanata? Respondeo, non mirum hoc esse, quia duplex in homine infirmitas reperitur. Altera, quæ formaliter contingit per culpam, quæ sanatur per gratiam, quomodo sanatus est ille languidus, cui Dominus dixit. *Ecce sanus factus es, iam noli peccare.* Altera, quæ originatur ex culpa, & naturam vulnerat, vt notauimus Propugnaculo tertio. *Quæ quidẽ* (inquit S. Thomas) *Licet per gratiam sanetur, quantum ad mentem: remanet tamen in ea corruptio, & infectio, quantum ad carnem, per quam seruit legi peccati, vt dicitur ad Rom. 7.* quæ est inclinatio illa ad malum, quæ etiam, ablata culpa, in nobis remanet propter fomitem, quem, gratia culpam sanans, non tollit. Quæ vulnera, loco citato, recensuimus ex Doctore Angelico. Culpa ergo sanata, *Jerem. 17. 14.* *Ioa. 5. 14.* *S. Th. 1. 2. q. 109. art. 9. in corp.*

Digitized by Google

ta, adhuc indiget ſecunda infirmitas ſanitate, vt Auguſtinus ſignificauit, cum dixit: *Quam ſanè culpam per lauacrum regenerationis, Dei gratia fidelibus iam remiſit: ſed ſub eiſdẽ medici manibus adhuc natura cum ſuo languore confligit*. Vbi mentis languorem, ait, per baptiſmum curari, vel in relapſis per pœnitentiam, quæ, *ſecunda tabula* dicitur *poſt naufragium*, tamen carnis infirmitatem adhuc medicina egere, pro qua Dei miſericordiã humiliter implorabat Propheta, cum dicebat: *Miſerere mei Domine, quoniam infirmus ſum, ſana me Domine*. Quæ verba exponens S. Gregorius, ait, ita Prophetam orare. *Ne quid in me poſt vita huius terminum, vindicandum inuenias, oro, vt per ignem tui amoris, omnem in me vitiorum rubiginem conſumas, & hoc opus eſt, vt facias, quoniã infirmus ſum, ex peccato primi Parentis pœnam cõtraxi magnæ infirmitatis: non enim, quod volo, ago: ſed quod odi malum, illud facio: infirmus ſum, quia ad malum pronus ſum. ſed tu Domine animarum debilium velox medice, ſana me, ſcilicet, interiùs omni vitiorum labe emunda*. Hactenus S. Gregor. Vbi apertè exponit de infirmitate per peccatum orignale contracta; pronitate nimirum ad peccata, quæ etiam manet, culpa ablata. Ab hac ergo ſanari poſtulabat Propheta, ab illo, quem in alio Pſalmo teſtatur curare omnes lãguores. *Qui* (inquit) *propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui ſanat omnes infirmitates tuas*. Quare omnes? quia non tantùm per iuſtitiam ſanat mentem: ſed etiam per ſpeciale auxilium, carnis comprimit petulantiam. *Propitius* (inquit P. Auguſtinus) *fit iniquitatibus, cum peccata dimittit: ſanat languores cum deſideria praua compeſcit, propitius fit iniquitatibus, dando indulgentiam: ſanat languores, dando cõtinentiam. Illud factum eſt in baptiſmate confitentibus: hoc fit in agone certantibus, in quo à nobis, per eius adiutorium, vincendus eſt morbus*. Hæc Auguſtinus, quę ſanè pulchra ſunt ad propoſitũ.

P. Aug. de continentia, ca. 7. tom. 4.

Pſ. 6. 3.

S. Greg. in Pſal. pen. tom. 2.

Pſ. 102. 3

P. Auguſt loc. prox. cit.

Licèt autem hic morbus *non omnino* in hac vita ſanetur, vt ipſemet Doctor S. teſtatur, exponẽs verba illa Pſalmiſtæ, cũ dicit, *Ibi ſanabitur omnis languor tuus, cùm corruptibile hoc induerit incorruptionem. Cùm vtique abſorpta fuerit mors in victoria*. Tamen magna ex parte compeſcitur, vt diximus ex eodem Doctore. Hoc ergo erga ouem reductam operatur miſericorditer miſericors paſtor, vt ipſemet per Ezechielem teſtatur, dicens, *Et quod confractum fuerat, alligabo*. Quæ ſanè verba, benè explicant propoſitum noſtrum. Nam per peccatum originale contigerat hæc fractura, diuiſio, ſcilicet,

P. Auguſt tom. 8.

Ezech. 34 16.

inter *carnem*,& *ſpiritũ*,vt illa iſti reſiſtat, vt toties teſtatur Apoſtolus, & ſupra retulimus. Hanc ergo fracturam, quæ etiam,iuxta
S. Thom. Doctorem Angelicum 1.2.q.85. art.3. in corp. augetur,promittit Dominus, ſe alligaturum,de quo
Pſ.146.3 Pſalmiſta dicit, *Qui ſanat contritos corde, & alligat contritiones eorum*. Per peculiare vtique adiutorium,vt docuit Diuus
S Th.1.2 q.109 ar. 9.in corp. Thomas, quo intùs moueamur ad bonum, dirigamur, & protegamur, & tolluntur à nobis occaſiones malorum, & offeruntur occaſiones bonorum.

Quæ alligamenta P. Auguſtinus ſpecialiùs explicans, ait eſſe Sacramenta ſuſcepta, & lectionem diuinam auditam, & quidquid in Eccleſia fit in auxilium animarũ. In quo ieiunia, & alias obſeruantias complectitur. *Quæ ſunt* (inquit) *iſta alligamenta? temporalia ſacramenta. Alligamẽta medicinalia ſunt contritionis noſtræ, Sacramenta interim temporalia,quibus habemus conſolationem,& iſta omnia,quæ loquimur vobis. Ipſa, quæ ſonant & tranſeunt: quidquid in Eccleſia geritur temporaliter,alligamenta ſunt contritionum*. Quibus vtique à malo retrahimur, ad quod per fomitem inclinamur, & promouemur ad bonum. Sic igitur Paſtor hic bonus ouem reductam ſanat.

P. Aug. in Pſal. 146 tom. 8.

DISCVRSVS IV.

Oſtenditur qualitas quarta Paſtoris, qua Sanatam ouem *conſolidat*.

HInc iam facilè cognoſcitur,quomodo conſolidet ouem Sanatam. Quod dupliciter poteſt intelligi. Primò, reſpectu ſanitatis à culpa, quæ per iuſtitiã infuſam obuenerat,*augendo* ipsã iuſtitiam,& ſic cor magis in Deo firmando, ſeu conſolidando, iuxta illud Apoſtoli, *Optimum eſt* *Hebr. 13.* *gratia ſtabilire cor.* Secundò, re- 9.
ſpectu ſanitatis à paſsionibus,ortis ex fomite, quam ſolet ſolidare dupliciter; primò, diminuendo indies interiùs inclinationem ad malum, & exteriùs tollendo occaſiones,quibus concupiſcentiæ excitantur, & compeſcendo diabolum, ne turpia obiecta proponat, vel ne moueat corporis humores,concitantes ad malum; & hoc modo augendo ſanitatem iſtam receptam, illam dicitur ſolidare.Et ita promittit Paſtor ipſe,ſe facturum, cùm per Exechielem dicit,*Et quod infirmum fuerat, conſolidabo*. Vbi verbum *cõſolidabo* plura diſrupta,& infirma ſupponit, quæ ſunt vires quidem inferiores à ratione per rebellionem diuiſæ: hæ igitur conſolidãtur: imò etiam ratio ipſa, quæ à parte inferiori trahebatur captiua, & ſic reddebatur infirma,etiã
Ezech.34 16.

robo-

Digitized by Google

roboratur, quatenùs, illa sibi subacta, iam non recedit à Deo, ac sic quoque consolidatur, quatenùs firmatur in eo.

Et consolidationem quidem istam, claudus ille mirificè figurault, à Petro, & Ioanne sanatus Actor. 3. 7. de quo ibi narratur,

Actor. 3. 7 *Protinus cõsolidatæ sũt bases eius, & plantæ.* Per bases namque, iuxta

Lyran. Lyranum ibi, tibiæ, & crura significantur, quibus corporea moles fulcitur, & per plantas, pedes. Per tibias ergo, quæ superiores sunt pedibus, cõgruè intellectus, & voluntas possunt intelligi: & potentiæ inferiores, per plantas. Nam quemadmodũ tibijs, & pedibus ambulamus, ita intellectu, & voluntate, cæterisque potentijs, motis ab istis, mouemur ad Deum, vt supra ex Augustino notauimus. Per peccatum igitur infirmatæ, rursus consolidantur per gratiam, & specialem protectionem diuinam, vt in ipsomet claudo consolidato ostenditur. Nam

Act. 3. 8. subditur ibi, *Et exiliens stetit, & ambulabat, & intrauit cum illis in templum ambulans, & exilies, & laudans Deum.* Stare ergo, ambulare, & exilire, magnæ firmitatis acquisitæ erant signa. At à quo fuerat infirmitas ista curata? nisi à Pastore nostro bono,

num. 12. num. 13. num. 16. vt Petri verba testantur, *Quid miramini, quasi nostra virtute, aut potestate fecerimus hũc ambulare? Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob glorificauit filium suum Iesum, & in fide nominis eius, hunc, quem vos vidistis, & nostis, confirmauit nomen eius, & fides, quæ per eum est, dedit integram sanitatem istam.* Ipse ergo Dominus Iesus est, qui principaliter sanat, & cõsolidat spiritualia vulnera cordis nostri. Propterea de tempore aduentus ipsius, quando virtus de illo debebat exire, & sanare omnes, dixit Isaias Propheta, *Tunc saliet sicut cervus, claudus.* Hoc ergo modo consolidare solet hic Pastor bonus ouem suam, reductam à se, & sanatam.

Isai. 35. 6

Sed est adhuc alius secretioris prouidentiæ suæ modus, quo solet altiùs consolidare suos à se perfectè sanatos, qui est tentationem aliquam permittendo, vt exercitio pugnæ, magis virtus firmetur. Sic egit cum Paulo, qui de se ipso testatur. *Datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus Satanæ, qui me colaphizet.* Permittebatur enim à Deo diabolus, concupiscentiam carnalem excitare in Paulo, vt per humilitatẽ, magis in virtute proficeret. Ipsa enim est, quæ manum Dei aperit ad dona abundè. Ideo ibi ponit motiuum, *Ne magnitudo reuelationis extollat me.* Continentia ergo in humilitate, & profectus in ea, causa fuit stimuli. *Ideo* (inquit S. Thomas) *Dominus adhibuit ei remedium, ne in superbiam extolleretur.* Sed potiùs per resistentiam, magis in bono soli-

2. Cor. 12. 7.

num. 7.

S. Th. in epist. ad Cor.

Digitized by Goog

daretur ſicuti arbor agitata à vēto, magis ſolet firmari. Apoſtolus tamen timens, inde poſſe ſe infirmare, & cadere à Deo num.8. ſtimuli ſanitatē popoſcit. *Propter quod* (inquit) *ter Dominum rogaui, vt diſcederet à me*. Tamen, quia altior erat modus conſolidandi ab optimo, & ſapientiſsimo Paſtore adhibitus, ſanatus ab illo non fuit omnino, ſed illi reſpon- num.9. dit, *Sufficit tibi gratia mea.* Quæ eſt illud ſpeciale auxilium, quo Deus animam à ſe dilectā, à malo protegit, & defendit. Et cauſam ibid. ſubdit ad propoſitum. *Nam virtus in infirmitate perficitur*. hoc eſt, ſolidatur. Nam augetur robur maiori humilitate adepta. Gratia namque Dei valde potens eſt, de omni tentatione triumphans, vt ipſemet Apoſtolus alibi de ſe ip- Philip.4. 13. ſo fatetur, dicens, *Omnia poſſum in eo, qui me confortat*. Et Pro- Pſ.26.1. pheta Regius ait. *Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quem* num.2. *timebo? Dominus protector vitæ meæ à quo trepidabo? qui tribulant me inimici mei, ipſi infirmati ſunt, & ceciderunt.* Hìc præcipuè intelligenda eſt virtus, & ſalus animæ, & hoſtes tribulantes, dæmones, & concupiſcentiæ excitatę ab ipſis: iſti ergo omnes, Deo interiùs adiutore, infirmantur, & cadunt victore facto amico Chriſti, intùs ab ipſo ſolidato, cuius virtus augetur, creſcente pugna. Nā per noua merita, creſcit in gratia, qua ſtabilitur cor.

Sic ergo Paſtor hic bonus, animas à ſe iuſtificatas, & ſic ſanatas conſolidat, & firmat in bono.

DISCVRSVS V.

Oſtenditur qualitas quinta Paſtoris, qua conſolidatam ouem *nutrit*.

Mvltipliciter ſanè, & mirificè præſtat hoc Paſtor noſter diuinus, in quo ſanè indicibilis dilectionis ſuæ relucèt affluentia *Exemplò*, vtique, *verbo*, *carne propria, & eſſentia* nos paſcendo. Primus tribus modis, hìc in via: poſtremò, in patria paſcet æternaliter. Ex quo ſanè ſpecialiùs deberemus feruentiùs inflammari in ipſum.

Nutrit ergo primò, *paſcendo*, exemplo. Ad paſcendum enim in hunc mundū venit, vt dixit Pſalmiſta, *Elegit Dauid ſeruum ſuū*, Pſ.77.71. *& ſuſtulit eū de gregibus ouium, de poſt fætantes accepit eum, paſcere Iacob ſeruum ſuum*. Figurabatur nāque in Dauide Paſtore Paſtor hic bonus, qui relictis nonaginta nouem ouibus in deſerto cælorum, venit in mundum hūc, quærere vnam errantem, id eſt, naturam humanam. Et ideo dicitur *de poſt fætantes* acceptus, vel vt in Hebræo habetur *de poſt lactatas*, quia oues illæ cęleſtes, nimirum Angeli, plenæ ſunt, & iucundè cibatæ. Ad illam ergo, quæ

perie-

Digitized by Google

periorat, post quæsitam, inuẽtam, sanatam, & consolidatam, venit etiam nutriendam. Quod fecit priùs vitæ suæ exemplo, vt ipse Regius Propheta testatur, subiũ-
Psal. 72. gens, *Et pauit eos in innocentia cordis sui.* Quia innocens, & immaculatus, ab hoc incępit pabulo, vt fortiùs pasceret verbo. Vt
Act. 1. 1. de ipso Euãgelista testatur. *Cœpit Iesus facere, & docère.* Nõ enim doctrina pauisset, nisi bona vita præisset. Et ideo sic verè in corde refecit, quos ita exemplo nutriuit. Vt Gloss. ibi considerat, di-
Gloss. ord cens, *Faciens eos innocentes, etiã in cogitationibus cordis.* Innocentia ergo Pastoris, innocentiã veram pariebat in ouibus. Hoc igitur fuit pabulum primum.

Cui succesit secundum, verbi nimirum doctrina. Ideo ipse ait,
Io. 10. 27. *Oues meæ, vocem meam audiũt,* vtique aure cordis, præcipuè nutriendæ. At non mirum, quia verba erant gratiosi pastoris, de quo
Ps. 44. 3. erat scriptum, *Diffusa est gratia in labijs tuis,* ideoq. suauissima, & dulcissima, vt ouis ipsa testa-
Cant. 5. 6 tur, dicens, *Anima mea liquefacta est, vt dilectus meus locutus est.* Quod non intelligitur tantũ de verbis illius materialibus, licèt hæc etiam sic gratiosa essent,
Io. 6. 69. vt ad ipsum diceret Petrus, *Domine, quò ibimus? verba vitæ æternæ habes,* sic namque illi, & discipulis cæteris sapiebat hic cibus diuinus, vt nequirent pro tã dulci pabulo, etiam corporaliter, à Domino separari. *Domine, quo ibimus?* quasi dicat, si ad creaturas perituras cõuerterimus nos, inueniemus pabula mortis: in verbis autem tuis, habemus pabula vitæ. Sed est præcipuè sermo, de interna locutione ad cor, quod mirificè pascit bonus hic Pastor, ac liquefacit verbis suis diuinis, quibus intùs ad ipsum loquitur. Proinde alibi dixit, *Ducam eam in solitudinẽ, & loquar ad cor eius.* Quando namque anima præcipuè sit solitaria corde, à visibilibus sequestrãdo affectũ, tunc accedit intùs Pastor hic verus ipsius, & ibi loquitur, illuminando, inspirando, luce interiori, & dulcedine mirifica, cor replendo, *Quam nemo scit, nisi qui* Apocal. 2. *accipit.* Hoc igitur pabulum est 18. secundum.

Osee. 2. 14

Sed quid de tertio dicam? De carne, scilicet, & sanguine suo? In hoc profectò Pastores omnes excellit. Licèt enim cùm boni sunt, gregi suo pascua omnia sol. licitè quærant, nullus tamen vnquam se ipso oues proprias pauit. Vnde exclamat Chrysosto-
Chrysost. Hom. 85. in Matth. tom. 2. mus, hoc admirabile nutrimentum admirans, *Quis Pastor, oues, proprio pascit cruore?* Quasi dicat, hoc propriũ est huius solius Pastoris, ad cuius bonitatem, & amorem, nullus pertingere valet; Hinc etiam dixit Bern. serm. 31. in Cant. *Bonus Pastor, qui animam suam dat pro ouibus suis:*
S. Bern. circ. fin. *animam pro illis: carnem illis:*

Digitized by Google

illam in pretium: iſtam in cibũ, *res miræ! ipſe Paſtor: ipſe paſcua eſt, ipſe redẽptio.* Vide ergo quomodo mirificè copulatur titulus redemptoris cum iſto Paſtoris, ſic ex ſe ipſo oues ſuas cibantis. Ob id, vt omnes inuitaret ad *Ioan. 6. 56.* paſtum, dixit, *Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus.* Quaſi cæteri corporei cibi, & potus, vera non eſſent pabula, cum vitam morituram nutrirẽt: nõ ſic autẽ caro ſua, & ſanguis, quę vitam ęternã tribuerent. Hìc *in ſpe:* poſteà *in re*. Hìc initiatiuè per gratiam collatam: illic, id eſt, in patria, conſummatiuè per gratiam conſummatam.

Quæ eſt iam vltimus cibus, ſeu pabulũ, quo inenarrabiliter bonus hic Paſtor cibabit nos æternaliter, viſione, ſcilicet, & fruitione eſſentiæ ſuæ diuinę, prout per *Ezech. 34 14.* Ezechiel. reſtatur, dicens, *In paſcuis vberrimis paſcam eas, & in montibus excelſis Iſrael, erunt paſcua earum: ibi requieſcent in herbis virentibus, & in paſcuis pinguibus paſcentur.* In quæ verba ait *S. Hier. tom. 4.* S. Hieronymus. *Eſt infinita promiſſio, ſpeſque beatitudinis, quam Dñs pollicetur.* Et ipſe Dñs, iã caro pro nobis factus, ſic per Ioan. promittit, *Per me; ſi* *Ioan. 10. 9.* *quis introierit, ſaluabitur, & ingredietur, & egredietur, & paſcua inueniet.* Vbi egreſſuris à vita mortali, pinguiſſima paſcua promittuntur. Vtique *vitæ æter-* *P. Aug. tom. 9.* *næ*, vt ibi Auguſtinus exponit.

Hìc dum viuimus, & ſpiritualiter paſcimur Dominica carne, non plenè ſatiamur, quia adhuc inter hoſtes verſamur, timore minuente dulcedinem, & abſentia facialis intuitus, ſatietatem tollente. Vnde ait Propheta, *Sa-* *Pſal. 16. 15.* *tiabor, cum apparuerit gloria tua.* Et de ſecuritate iterum clamat ad pabula illa ſuperna, *Qui* *Pſal. 147 14.* *poſuit fines tuos pacem, & adipe frumenti ſatiat te.* Vbi in adipe, perfectio oſtenditur paſtus; quia in quolibet frumento, quantumlibet pulchro, quantumlibet puro, ſemper aliquid furfuris inuenitur. At verò diuina eſſentia nihil purius excogitari poteſt. In qua nihil eſt mutabilitatis, nihil admixtionis, nihilque imperfectionis, etiam minimæ. In cuius comparatione, nil aliud purum videtur. Igitur, quia hìc dum ſumus in via, cuilibet pabulo, etiam ſpirituali, imperfectio admiſcetur, comparatione perfectionis iſtius, de qua dixit Apoſtolus, *Cum venerit, quod* *1. Cor. 13 10.* *perfectum eſt, euacuabitur, quod ex parte eſt:* Vel reſpectu timoris, qui tollit ſecuritatem, qua verè pacificatur cor, ideo non perfectè hìc paſcimur, quoad venerit requies illa vera, vbi perfecta tranquillitas, & ſecuritas erit. Obidque de ea dixit Propheta, *Qui poſuit fines tuos pacem.* Quia *Pſal. 147 14.* ibi nullus hoſtis, & ideo nullus timor, & paſtus perfectus. Vnde ibi paſtorem quærebat ſollicitè

ouis

ouis electa adhuc paſta in nocte vitæ iſtius. *Indica mihi, vbi paſcas, vbi cubes in meridie*. Vbi per *meridiem*. D.Bernar.intelligit viſionem diuinam, qua Deus non ampliùs in ænigmate,ſed facie ad faciem videtur, lucente perfectè lumine gloriæ, de quo ait Pſalmiſta, *In lumine tuo videbimus lumine*, Vtique Deum ipſum, totius luminis fontem. In meridie poſtulat paſci à Paſtore,qui ibi paſcit cubando,non laborando, prout hìc fecit in terris, per flagella, ſputa, ſpinas, irriſiones, & crucem:ſed ſe communicando, non per integumenta,vbi labor eſt viſionis,ſed facie ad faciem, vbi fruitionis ſuauitas inenarrabilis. Pròinde ait deuotiſsimus Doctor, *Certè paſci vbi timeas pati, iucunditatem habet, ſed non ſecuritatem. Porrò autem paſci,& pati ſimul, nonne moleſta iucunditas eſt? omnia mihi hìc cadunt citra perfectum,plura præter votum,& tutum nihil*. Et hanc eſſe cauſam ait, ob quam etiam dixit Propheta, *Quando adimplebis me lætitia cum vultu tuo?* Et iterum, *Faciem tuam Domine requirã*. Vbi inquit per *vultum* deſignari *meridiem*, quam etiam poſtulabat ſponſa deſiderans in meridie paſci. Viſione vtique diuinæ eſſentiæ, Quæ ſic poſſeſſa,pabulum eſt conſummatum.

Cant. 1. 7

Pſal. 35. 10.

Ber. ſer. 33. *in Cã. cir. med.*

Pſal. 15. 10.

Pſal. 26. 8.

Vidiſti ergo,quomodo ouem conſolidatam nutriat, hìc multipliciter,& admirabiliter, & in Patria indicibiliter. Quis ergo non amet?quis non ſperet? quis huic tam bono,& benigno Paſtori nõ ſe totum committet? quid hæſitas frater? quid nuras? *Spera in Deo,& fac bonitatem, & paſceris in diuitijs eius*.

Pſal. 36. 3.

DISCVRSVS VI.

Oſtenditur qualitas ſexta Paſtoris iſtius,qua ouẽ nutritam *cuſtodit*.

At, vt mirabiliùs bonitas, & potentia eius reſplendeant,non tantùm nutrit, verùm, & cuſtodit. Sed quomodo?eodem modo,quo alit, & nutrit. Quemadmodum namque præcipuum nutrimentum, quod præſtat, vt diximus, interius eſt circa animam, ità præcipua cuſtodia, quam exhibet, interior eſt, ne pereat. Quandoque enim permittit carnem interimi,vt ſpiritus ſaluus fiat. Quo pacto martyres tradebat tyrannis, De quo interitu loquens Iob, dixit, *Terra data eſt in manus impij*.Quæ verba P. Auguſtinus expendens, ait, *Quid eſt terra tradita eſt in manus impij? caro tradita eſt in manus perſequentium*.Subiungit autem, non hinc poſſe argui cuſtodiæ diuinæ defectum,dicens. *Non ibi autem dimiſit iuſtum ſuum Deus*. Et rationem ſubdit,

Iob 9. 24

P. Aug. in Pſal. 36. *tom.* 8.

De carne capta educit animam inuictam. Non poteſt igitur vinci
anima, licet caro vincatur. In
hoc ſenſu inquit idemmet S.Doctor
in pſalmum 33. protuliſſe
Pſal. 33. 21. de iuſtis Pſalmiſtam, *Cuſtodit*
Dominus omnia oſſa eorum, vnũ
ex his non conteretur. Vbi per *oſſa*,
animæ firmitatem in gratia, &
virtutibus aſſerit debere intelligi,
quæ illæſa ſeruatur virtute cuſtodis,
licet caro frangatur. Quod
irrefragabiliter probat exemplo
boni Latronis, cui, Ioanne teſte,
Ioan. 19. 32. *Fracta ſunt crura*. Igitur defuit
circa illum cura? abſit, vt quod
per Prophetam dixit, opere non
cõpleuerit. Quomodo ergo contrita
ſunt oſſa iuſti, cuius, ne vnũ
quidem ſcriptura conterendum,
teſtatur? Reſpondet Auguſtinus,
Quia firmamentum fidei ipſius,
frangi non potuit illis ictibus, quibus
crura ſunt fracta.

Cuſtodia igitur præcipua cuſtodis
iſtius circa oſſa animę, ideſt
firmamenta, quæ gratia, & virtutes
ſunt, eſt intelligenda. De qua
Prou. 3. 26 Sapiens loquens, ait, *Dominus*
erit in latere tuo, & cuſtodiet pedem
tuum, ne capiaris. Hinc ait
S. Hieronymus ſecuritatem homini
prouenire contra animæ lupos,
vtique malignos ſpiritus,
S. Hiero ibid. to. 8 *Quia Deum* (inquit) *vbique*
protectorem habet & cuſtodem.
Et ſubiungit, ideo dixiſſe Pſalmiſtam,
Pſ. 22. 4. *Si ambulauero in medio*
vmbræ mortis, non timebo mala.
Et pro cauſa ſecuritatis aſſignaſſe
exactam cuſtodiam, *Quoniam*
tu mecum es. Nam enim recedit,
hic Paſtor, aut aliũ loco ſui mittit.
Ipſe eſt, qui cuſtodit: ipſe
eſt, qui protegit, & defendit.

Hinc S. Iob ex iſta ſpeciali cuſtodia,
ipſum mortalium cuſtodem
appellauit, ad eum clamãs,
O cuſtos hominum! Sed nũquid Iob 7. 20.
omnino deſerit corpus, cum illud
finit torqueri? minimè. Nam
& in aliquibus ita fortiter etiam
hoc cuſtodiuit, vt nec flamma,
neque bruta effera potuerint in
ipſos ſæuire, vt in pueris Babylonicæ
fornacis patet ex ſcriptura
diuina, in qua aliqui recenſentur,
& in hiſtoria Eccleſiaſtica referuntur
innumeri. Imò corpora
etiam, quę perierunt, ſic in æternum
ſeruata fuerunt. Vnde ait
P. Auguſtinus, verbi S. Iobi ſupra P. Aug.
citata conſiderans, *Si tradatur*
terra in manus impij, capta terra,
ſpiritus euadit. Spiritu euadente,
& terra reſurget. Vtique
noſtri corporis. Hoc enim ſignificauit
Dominus cum apud Matthæum
dixit, *Capilli capitis veſtri,* Matt. 10
omnes numerati ſunt. Et per 30.
Ioannem, *Qui odit animam ſuã* Ioan. 12.
in hoc mundo (Quod de vita cor- 25.
porali intelligendum eſt, iuxtà
eundem Doctorem) *In vitam*
æternam cuſtodit eam. Hoc igitur
modo odire, eſt optimè cuſtodire.
Nam, Paulo teſte, *Semi-* 1. Cor. 15
natur in corruptione: ſurget in 24.
incorruptione: ſeminatur in ignobilitate:
ſurget in gloria: ſeminatur

tur

tur in infirmitate : ſurget in virtute: ſeminatur corpus animale :
ſurget corporis ſpiritale . Lucratur
ergo iuſtus , qui ad tempus
torquetur in corpore, vt in æternum
exultet in illo, vt etiam Propheta
Pſ. 50. 10 dixit , *Et exultabunt oſſa*
humiliata . Cæteris namque paribus,
magis glorioſum reſurget
corpus laceratum pro Deo, quã
illud, quod illæſum migrauit è vita.
Quod ſanè benè intelligebat
Martyr Ignatius , qui ita de ſe
S. Ignat Mart ep. ad Rom. ſcripſit : *Vtinã fruar beſtijs, quæ*
mihi ſunt præparatæ, quas & oro
mihi veloces eſſe ad interitum, &
ad ſupplicia , & allici, ad comedendum
me , ne ſicut & aliorum
Martyrum non audeant corpus
attingere . quod ſi venire noluerint,
ego vim faciam , ego me vrgebo,
vt deuorer . Et, ne aliquis
hoc ſuum feruentiſsimum deſiderium
damnare auderet, ſubiungit ,
Ignoſcite mihi filioli , quid
mihi proſit , ego ſcio. Benè callebat,
luce diuina infuſa , quod laceratum
corpus debebat ſibi reſtitui
magis glorioſum . Igitur
etiam ſic cuſtoditur , in quod ad
tempus ſæuitur.

Sed quia, ſeruato ſpiritu, etiã
ſic corpus ſeruatur , ideò dixi ,
præcipuam Paſtoris huius cuſtodiam,
circa animam eſſe, qua dupliciter
oues ſuas cuſtodit , vtique
in iſta vita, & in futura . De
prima cuſtodia ipſe aſſerit : *Non*
Ioan: 10. 18. *rapiet illas quiſquam de manu*
mea . Quæ verba maximæ ſanè
conſolationis materia ſunt . Neminem
enim affirmat, quantumuis
potentem , & fortem , licet
omnẽ vim ſuam adhibeat (quod
indicat verbum *rapiet*) poſſe
de manu illius , oues ſuas eripere .
At non mirum , quia nemo
poteſt ad virtutem illius pertingere.
Nam ſi a Patre, qui eſt infinitè
potens, eas nemo auferre
poteſt : ergo neque à filio , qui
habet eandem potentiã cum illo.
Et hoc eſt, interprete Auguſtino,
quod Dominus ipſe in confirmationem
ſui dicti ſubiungit : *Pater* num 29.
meus, quod dedit mihi, maius eſt
omnibus : & nemo poteſt rapere
de manu Patris mei: Ego & Pater
vnum ſumus . Nam per generationem
æternam communicauit
ipſi Pater ſuus æternã eandem
ſuam naturam, & potentiã :
& ideò vnum cum ipſo eſt, quare
benè infert , quod ſi à Patre nemo
poteſt eripere, neque à ſe eripiet.
Quod cõfirmatur ex verbis
ipſius alibi apud eundem Ioannẽ
dictis : *Hæc eſt voluntas eius, qui* Ioã. 6. 39
miſit me Patris , vt omne , quod
dedit mihi , non perdam ex eo .
Dedit autem nos illi ab ipſo paſcendos ,
de quo dixit per Ezechielem :
Suſcitabo paſtorem Ezech. 34
vnũ . Et de nobis ait Pſalmiſta , 23.
Nos populus paſcuæ eius, & oues Pſ. 94. 7.
manus eius. Si igitur volũtas Patris
eſt , vt non perdat vllam ex
ouibus , & voluntas iſta eſt omnipotens ,
& eadem eſt in Filio ,
qui eſt paſtor, quis reſiſtet Paſtori?

ri? quis rapiet de manu illius? Poterit quidem tentare Diabolus, poterit ſæuire Tyrannus, poterit perſequutor moleſtare, & ad tempus perdere corpus, ſed non occidere animam. Vnde ipſe Dominus admonet, timendos nõ eſſe, ſed ſecurè ſtandum ſub protectione diuina. Matt. 10. 28. *Nolite* (inquit) *timere eos, qui occidunt corpus: animam autem non poſſunt occidere*, quia Dominus manu ſua, id eſt, poteſtate ſua, ipſos liberat, & pręſeruat, quod *finaliter* intelligitur. Quæ vera perſeuerantia eſt, & diuinæ prædeſtinationis effectus. De qua ipſe Dominus dixit: Matt. 10. 22. *Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.* Nam frequenter contingit, iuſtos à gratia cadere, vt Petro accidit, cum Magiſtrum negauit: at tandem reſurgunt: quia, vt Apoſtolus dixit: Roman. 8. 28. *Omnia cooperantur in bonum ijs, qui ſecundùm propoſitum vocati ſunt Sancti.* Vbi Sãctus Thomas ait, S. Thom. etiam peccata grauia in bonum illis cooperari, quatenus humiliores, & cautiores reſurgunt. Et dicitur *ſecundùm propoſitum*, vtique voluntatis diuinæ, qua illos ab æterno decreuit ſaluare,. Et ideo dona ſtatuit præparare, quibus infallibiliter ſaluarentur. Hoc enim eſt prædeſtinare, iuxta Auguſtinum, præſcire, ſcilicet, quibus donis P. Auguſt lib. de bon perſeu c. 14. to. 7. ſint liberandi homines, ſi illis dẽtur, & ea illis velle dare, & præparare: *Quibus* (inquit) *certiſsimè liberantur, quicumque liberãtur*. Et patet ex Apoſtoli verbis citatis, vbi ſubdit: num. 29. *Nam, quos præſciuit, & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui, vt ſit primogenitus in multis fratribus*. Vbi fieri *Conformes imaginis filij ſui*, eſt ei aſsimilari in moribus, & ſic fieri fratres, vt ſint cohæredes in gloria. Et hoc eſt vocem Paſtoris audire, & eum ſequi. Vtique mãdatis eius obediendo, & ei ſe conformando per vitæ imitationem. His enim dona ſua communicat, & tandem ſaluat, quod eſt finaliter cuſtodire, ne in æternum intereãt; ideo ſubiungit: num. 30. *Quos autem prædeſtinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iuſtificauit.* Ecce vocatio, quæ quæſitio, & inuentio ouis eſt, & iuſtificatio, quæ ſanatio eſt, & nutritio, & ſequitur, *illos, & glorificauit*. quæ eſt vltima cuſtoditio à macula huius vitæ, & ita mundatorum introductio in æternam vitam.

Vbi iam incipit ſecunda cuſtodia felicior prima. Nam in iſta, licet reſpectu electorum, *ex ſuppoſitione* electionis, perditio non poſſit cõtingere: *abſolutè* tamen dari poteſt, propter voluntatis operationem liberam, quàm gratia nõ tollit: cui ideò ſecundùm ſe, reſiſtere valet, & ita perdi. Vnde Dominus admonet: Philip. 2. 12. *Cum metu, & tremore ſalutem veſtrã operamini.* Et alibi dicitur: 1. Cor. 10. 12. *Qui ſtat, videat, ne cadat.* tamen poſt

in-

introductionem ad vitam, ex visione intuitiua Dei sequitur felix necessitas, eum semper amandi, & per consequens non peccandi. Et sic iam manu Domini est cum perfecta securitate, omnino liber ab hoste. Proinde in laudem illius
Psal. 147. 13. Ciuitatis supernæ dicitur: *Quoniam confortauit seras portarum tuarum*. Quare confortauit? quia illuc non potest fur intrare, & latro, sicut in vitæ istius ouile, quia de ouili superno ipse Do-
Luc. 12. 33. minus dixit, *Quò fur non appropiat.* Quid est fur? Diabolus, & peccatum. Nam ille in vita ista accedit tentator per mundum, & carnem, & ad peccatũ inducit, & animam furatur, & perdit. Ibi autem in illa requie æterna, iam non erit cum hoste conflictus. Proinde, qui adhuc cum bello custodiebatur in terris, ad custodiam supernam suspirans, dixit,
Ps. 59. 11 *Quis deducet me vsque in Ciuitatem munitam?* cuius fines pace sunt pleni. Ad hanc custodiam ineffabilem duxit hic bonus pastor, vt primitias, illos, quos iam in isto exilio custodierat, vt ait Apost. ad Ephes. 4. de ea dicens:
Ad Ephes. 4. 8. *Ascendens in altũ, captiuã duxit captiuitatẽ.* Vbi captiuitas est intelligẽda *passiuè*, hoc est, illi, qui à diabolo tenebantur captiui, siue per originale peccatũ siue ẽt per actuale, & à manu illius ereptos, duxit secũ in cælũ. At quomodo captiuiduci dicũtur, qui de manu erant hostis liberati, & regnatori transibant in æternitates perpetuas? hoc est mysteriũ, quod tractamus, ab oculo carnali abscõditum. Indicatur enim, quod quemadmodum, qui captiui tenentur, seruiunt, & de Domini potestate non exeunt: ita, qui in cælum intrat, Deo perfectissimè seruit, quem ardentissimè diligit. Vnde de regno illo est scriptum: *Et serui eius seruient illi.* Neque *Apoc.* 22. 3. de illius seruitute exibit perpetuò, quia malum patrare non poterit, quod mereatur expulsionẽ, ipso Domino teste, qui ait: *Et Io.* 6. 37. *eum, qui venit ad me, non eijciã foras.* Vbi P. Augustinus sic inquit. *Quale est intus illud, vn-* *P. August. tom* 9. *de non exitur foras? magnum, penetrale, & dulce secretum. Hoc secretũ sine tædio, sine amaritudine malarum cogitationum, sine interpellatione tentationum, & dolorum.* Hìc ergo est carcer ille secretus, cæteris fortior, cuius fores confringi nequeunt, à quo non potest exiri. Vbi ista necessitas est inenarrabiliter dulcis, & indicibiliter præstans. Proinde Dominus dicit illis, quos custodierat, de custodia ista superna. *Et gaudium istud nemo tollet à* *Ioan.* 16. *vobis.* Dum viuitis in vita mortali, à me pascimini, à me custodimini: at subiecti miserijs, & periculis, quibus succedit tristitia, sed in patria illa pabulum erit cũ consummata custodia, nõ intrante fure, neque nequitia, quæ possit interrumpere visionem mei;

in

in qua, vitã æterna, & pabulum vestrum cõsistit: ibiergo erit perfecta à lupis custodia, & ideo felix, & suauis captiuitas, vt etiam S. Hieronym. verba illa Apostoli exponit, dicens : *Cælorum excelsa conscendens, eos, qui in captiuitate diaboli tenebantur, absoluit, ac post se, tamquam captiuos ductos, æternæ vitæ restituit.* Vbi de captiuitate tyrannica liberatos, in captiuitatem felicissimam translatos affirmat.

S. Hier. in Ps. 67. 19.

Hæc est custodia illa, de qua per Ezechielem loquitur Pastor iste, cum dicit, *Quod pingue, & forte fuerat, custodiam.* Vbi pinguedo deuotionis, & fortitudo amoris intelligitur, de quo est scriptum, *Fortis est, vt mors, dilectio*, quæ non perit cum corpore, sed perseuerat cum anima, & consummatur in patria, de qua pastor iste ad quandam ouem suam perditam, & inuentam dixit, *Optimã partem elegit, quæ non auferetur ab ea in æternum*. Custoditur igitur fortiter à pastore, quæ per dilectionem æternam seruatur. Quod potest etiam de prima custodia narrata intelligi, quatenus electa ouis, in iustitia vitam infallibiliter finit.

Ezechiel. 34. 16. *Cãt. 8. 6.* *Luc. 10. 42.*

At hìc quidem nutare posset peccatoris spes, an sit de numero ouium electarum, quibus custodia tam fortis, & secura promittitur. At non debet hoc ipsum conturbare, cum actualia peccata non sint reprobationis certa iudicia, & ex prædestinatis multi grauissimè cadant, & respectu finis solius, præcipuè, à malo immunitas, sit eis promissa. Quemadmodum ergo ex sanctitate præsente, nemo potest se prædestinatum habere, cum multi ad præsens sancti, tandem in peccato discedant, sic, neque ex præsenti nequitia, meritò colligenda est reprobatio, vt in Matthæo patet, Magdalena, & bono Latrone, & in numeris alijs : poterit ergo fieri benè, vt tu ex prædestinatis sis, & huius indicium erit, tua nunc ad Deum spes, & conuersio. Sed de hoc infrà sermo redibit.

Imò vlterius dico, quod etiã reprobos Deus custodit sufficiente custodia, vt possint fieri salui, si ipsi cooperentur: sed quia illi non consentimus, nosmetipsos perdimus. Quod significauit, cum per Oseam dixit, *Perditio tua, Israel; tantummodo in me auxiliũ tuum.* Vbi verbum, *tua*, significat *ex te*, & ideò *tua*. Vnde sic legunt ordinariè Doctores Catholici *perditio tua ex te*, inter quos est S. Thom. paulò post citãdus, & Card. Bellar. tom. 3. controu. lib. 2. c. 8. circa fin. quod magis exprimunt sequentia, *Tantummodo in me auxilium tuum*, quasi dicat, ex te solo est perditio, & in me auxilium, quo, si vti velles, non te perderes. Vnde Bell. prædicta verba expendens, ita ait, *Quibus verbis duo significantur, non esse alium, qui possit auxiliari generi humano-*

Osee. 13. 9 *S. Thom.* *Bellar.*

Digitized by Google

humano, iam perdito, præter Deũ: & in Deo nihil esse aliud, nisi auxilium, proinde non tentationem, nec impulsionem ad peccatum, neque vllam perditionis causam: neque aliud denique, quod auxilio sit contrarium: vt sensus sit, ex te perditio, ex me non perditio, sed auxilium tantùm. Quod potest intelligi de illo præueniente, quod præcedit consensum, quo quis ad Deum conuertitur: per illud enim à Domino præparatur voluntas: vel potest intelligi de auxilio alio, quod *adiuuans* dicitur, quo Deus voluntatem à se iam præparatam adiuuat in consensu. De quibus auxilijs loquens
P. Augus. Augustinus dixit, *Deus præparat voluntatem adiuuandam, & adiuuat præparatam*. Hoc igitur secundum auxilium, paratus est Deus dare, cum per primum nos excitat: & quia salus nostra, vt supra ex Bern. notaui, in consensu consistit, & gratia præueniens libertatem non tollat, possumus illum negare, & tunc illud nobis Deus non præstat. Quia tamen ex se erat paratus præstare, si cõsentire vellemus, ideò illi deficimus, & perditio nostra dicitur, scilicet, ex nobis, & non ex Deo; Et in hoc sensu loquitur Angeli-
D. Th. 1. 2 q. 112. a. 3 ad 2. cus Doctor, cum ait, *Defectus gratiæ, prima causa est ex nobis, sed collationis gratiæ prima causa*
Osee. 13. 9 *est ex Deo, secũdùm illud Osee 13. perditio tua ex te Israel, tantummodo in me auxilium tuum.* Vbi defectus gratiæ, hoc est, quod Deus non donet gratiam adiuuãtem necessariam ad consensum, asserit nos primò in causa esse. Cum Deus voluntatem præparatam per aliud gratiæ auxilium, paratus esset ex parte sua iuuare; at quia renuimus, nos ipsi, nos perdimus, & ipse *in interitu nostro ridebit*, vt dixit per Sapientem. Vnde alibi dicitur, *Ne dixeris per Deum abest*. Proinde illud primum auxilium, sufficiens dicitur. Quia per illud, & cum illo nobis Dominus donat, & offert, quod ad consensum requiritur. Et in hoc sensu, quantum est ex parte Dei, efficax dicitur. Quia (vt loquuntur Theologi) *in actu primo*, efficaciam necessariã habet ad operandum, quam in actu secundo haberet, si per consensum nos illi respondaremus, quem Deus ipse exspectat, vt cõuertatur ad nos per infusam iustitiam. Vnde dixit, *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos*. Si enim negaret nobis, quicquid ad talem consensum requiritur, potestas nobis deesset, & sic non conuerti, nobis non imputaretur: imputatur autem, vt constat, ex innumeris locis Scripturæ diuinæ, & maximè ex illo Oseæ citato, & ex Isaia, vbi ipse etiã Deus dixit, *Quid amplius debui facere vineæ meæ, & non feci? exspectaui vt faceret vuas, & fecit labruscas*. At quomodo expectaret, si necessaria negaret? igitur, frater

Prou. 1. 26

Eccli. 15. 11.

Zach. 1. 3

Isai. 5. 2

charis-

charisſime, hæc alia cuſtodia eſt, quæ nulli peccatori, quantumuis magno, negatur, vt oſtendimus alibi, & quæ erga nõdum conuerſos habetur, ne omnino per finalem impœnitentiam pereant. Sed quia quælibet hora poteſt eſſe vltima vitæ, qualibet non negatur, quam Deus iudicat *opportunam.* Quo ſenſu dixit Concilium Senonẽſe, vt retulimus volum. 1.

Conc. Se. nen. *Deus ſemper in promptu eſt, & nec momentum præterit, in quo non ſtet ad oſtium, & pulſet.*

Quæ etiam cuſtodia, poſt cõuerſionem conceditur, vt quiuis in iuſtitia accepta perſeuerare queat. Et offertur, cum occurrit occaſio vitandi peccatum, adimplendo poſitiua præcepta: vel illi reſiſtendo, cum debemus tranſgreſsionem vitare negatiui præcepti. Si enim nobis deeſſet auxilium ſufficiens ad hæc præſtanda, ſanè excuſaremur à culpa, quia deeſſet potentia, vt ſupra docuimus. Ergo, vt inexcuſabiles ſimus, nobis non negatur adiutorium, quo poſsimus.

Hæc eſt igitur cuſtodia alia, quæ nulli negatur, & ante conuerſionem, & poſt ipſam. Videergo dilectiſsime, quàm miſericorditer Deus ſe gerat, etiam cũ illis, quos præſcit diſceſſuros à ſe, & impœnitentes morituros. Quia ipſe *mortem non fecit*, vt

Sap. 1. 13 Scriptura inquit, *Nec lætatur in perditione viuorum.*

Ex omnibus igitur iſtis cuſtodijs, ſpem in Paſtorem hunc bonum erige, & ne verearis ad illũ accedere, qui ſic te miſericorditer præuenit, vt Pſalmiſta teſtatur, *Deus ſuſceptor meus, miſericordia eius præueniet me.* Et de ſubſequente, qua in iuſtitia accepta quis perſeuerat, vel perſeuerare poteſt vſque ad mortem, alibi ait, *Et miſericordia tua ſubſequetur me omnibus diebus vitæ meæ.* Te igitur vocatum, & præuentum gratia ſua, ſubſequitur miſericorditer, dando adhuc ſpeciale auxilium, quo cuſtodiaris vſque in finem, & perſeuerare poſsis in bono, ſi velis. Et efficax motiuum ad mouendum cor Dei, vt te inuentum non deſerat per ſpecialem cuſtodiam, eſt ſperare in ipſo, teſte ipſo Pſalmiſta dicente, *Cuſtodi animam meam,* Pſal. 24. 20. *& erue me,* (Quod intelligitur non tantùm à caſu iam facto, ſed ne fiat, quod benigniùs eſt eruere) at quæ cauſa huius cuſtodiæ? ſubditur. *Quoniam ſperaui in te.* Nutritam igitur ouem non deſinet hic Paſtor bonus cuſtodire, ſi ſpem in ipſo habuerit.

Pſal. 58. 10. Pſal. 22. 6.

DISCVRSVS VII.

Quo oſtẽditur Paſtoris huius qualitas ſeptima, quòd *animam pro ſuis ouibus ponat.*

HÆc eſt conditicio alia Paſtori bono neceſſaria, vt ipſe Dominus ait, *Bo-* Ioan. 10. 11. *nus*

Digitized by Google

nus Pastor animam suam dat pro ouibus suis. Et de seipso dicit ibidem. *Ego sum Pastor bonus.* Et actum istum ad bonum Pastorem requisitum, in se perfectissimè datum, subiungit, dicens, *Animã meã pono pro ouibus meis.* Quod de sua corporali vita intellexit, quam in ligno Crucis spontè pro nobis posuit. In ea namque cubans, nos perfectè pauit, & à lupo, & leone infernali tutissimè liberauit. Hoc enim Pastoris istius est proprium, *cubando*, pascere, & defendere. Propterea, vbi cubaret quæsiuit Sponsa, cùm dixit, *Indica mihi, vbi pascas, vbi cubes in meridie.* Nam licèt superiùs, cum S. Bernardo per *meridiem*, visionem intuitiuam Dei intellexerimus. Tamen, iuxta Philonem Carpathiorum Episcopũ, hora intelligitur, qua Christus pendens in Cruce, dedit vitam suam pro nobis. *Indica* (inquit) *vbi cubes in meridie, hoc est, de hora suæ necis, quã passionem vocant, quando ab hora sexta ad nonam vsque, tenebræ factæ sunt super vniuersam terram.* Clamare ergo ad Pastorem vbi pascat, & cubet in meridie, iuxta hunc S. Doctorem, est ad ipsum in Cruce cõfixum pro nobis velle confugere, vbi eum agnoscit perfectissimè pascentem, quia super lignum cubantem.

Ibi namque nos quæsiuit, inuénit, sanauit, & pauit, vbi mortis pabulo pasti, vitam amiseramus, vt ipsemet in canticis ait: *Sub arbore malo suscitaui te, ibi corrupta est Mater tua, ibi violata est genitrix tua.* Vtique Eua, & cum ipsa tota humana natura. Tunc enim nos lupus rapuit infernalis, & proinde decuit, vt Ecclesia canit, *Vt qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceretur.* In ipso ergo stratus, & cubãs, nos recuperauit, & pauit, apud æternum Patrem merendo dona omnia gratiæ, quibus ad Deum conuertimur, iustificamur, in iustitia crescimus, & glorificamur; vt etiã ipse ait, *Ego sum resurrectio, & vita.* Resurrectio vtique; qua à peccato cõuertimur ad iustitiam, veram animæ vitam, & in qua discedendo, in vitam æternam intramus, quæ consummata est vita. Ita ergo recuperauit, & pauit.

Sed vlteriùs hæc meditantes quòad recuperationẽ, dicimus, tunc verè figuram Dauidis Pastoris implêsse, de quo in libris dicitur Regum, quòd baculo, & manibus de ore leonis, & vrsi oues eruebat gregis paterni. Nã sic ipse ait. *Pascebat seruus tuus patris sui gregẽ, & veniebat leo, vel vrsus, & tollebat arietẽ de medio gregis: & persequebar eos, & percutiebam, eruebamque de ore eorum: & illi consurgebant aduersùm me, & apprehendebã mentum eorum, & suffocabam, interficiebamque eos.* In eo, quod dixit, quòd percutiebat, *baculi*

Ibid. 15.

Cant. 1.7.

Carpath. tom. 4. Biblioth SS. PP.

Cant. 8.5

Ioan. 11. 25.

1. *Reg.* 17. 34. 35.

Digitized by Google

innuitur vſus. Et in eo, quod addit, quod eruebat, & mentum apprehendebat, & ſuffocabat, manuum operatio immediatè ſignatur. Et per vtrùmque in Domino Ieſu pro nobis in cruce animam ſuam ponente, fuit hæc figura impleta. Nam in baculo figurabatur crux, vt Auguſtinus dixit, *Baculum, crucis typum habuit*. Et in manibus ſuffocantibus, & eruentibus fortiter prædam, manus præſignabantur boni huius Paſtoris duris clauis in cruce confixæ, de quibus dicit Propheta, *Cornua in manibus eius*, Propter fortitudinem deſignatam per cornu, quæ licèt non appareret exteriùs, quia victus iudicabatur ab hoſtibus, tamē *ibi abſcondita erat fortitudo eius*, vt ſubdit idē Proph. & ſequuta fuit victoria, vt ipſe Dñs dicit, *Nunc iudiciū eſt mūdi*. Quod P. Auguſt. ait, nō de iudicio *dānationis*, ſed *diſcretionis*, eſſe intelligendum. Quo vtique à poteſtate diaboli ſeparantur, qui ſub illo antea detinebantur captiui. *Hoc* (inquit) *vocabat iudicium, hanc diſcretionem, hanc à ſuis redemptis, diaboli expulſionem.* Et hoc notat, Dominum voluiſſe exprimere, cum ſtatim ſubiungit, *Nunc Princeps huius mundi eijcietur foras*. In cruce igitur manus habens clauis confixas, fortitudinē ſuam oſtendit, & de ore leonis infernalis oues ſuas eripuit, proinde alibi ait, *Ero mors tua ò mors, morſus tuus ero infere*.

P. Aug. ſer 197. de temp. poſt med. tem. 10.

Abac. 3. 4

Ioan. 12. 31.

Ibidem.

Oſee. 13. 14.

At quomodo, quæſo pugnauit per lignum, cui fuit affixus, & per manus ibi confixas? Quomodo poterat lignum non motum inhoſtem, & non armata manus, ſed plagata, proſternere inimicum, & ab illo tollere prædam? Hoc eſt myſterium. Ideo, vt ex Propheta notaui, fortitudo non apparebat, ſed latebat. Quia non *reſiſtendo*, ſed *cedendo* decreuerat mundum ſaluare, & de diabolo triumphare. Proinde de illo Iſaias prædixit, quod ſicut agnus debebat pro nobis occìdi, qui cedit, & non reſiſtit mactanti. *Sicut ouis ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus coram tondente ſe, obmutescet, & non aperiet os ſuum.* Quæ verba S. Hieronymus conſiderans, ait, hoc modo viciſſe diabolum. *Et ſicut agnus* (inquit) *cū ducitur ad victimā, non repugnat, ſic ille paſſus eſt voluntate, vt deſtrueret eū qui mortis habebat imperiū, humiliās ſe vſque ad mortem, mortem autem Crucis.*

Iſai. 53. 7

Hieron. ibid. to. 4.

Phil. 2. 8.

Et hæc ſanè eſt ratio, cur Ioannes vidit *tanquam occiſum agnum hunc habentem cornua ſeptem*. At videtur repugnare cū fortitudine cornu, occiſio. & maximè cum tot cornibus, & adeò fortibus, vt de illis alibi ſit ſcriptum, *Cornua Rhinocerotis, cornua illius*. Notanter enim ſimilia dicūtur cornibus animalis iſtius, vt eorum maior fortitudo ſignetur: quomodo igitur occiſio cum forti-

Apoc. 5. 6

Deuter. 33. 17.

Digitized by Google

fortitudine tanta? Reſpondeo. Quia per ipſam occiſionem, inimicum erat expugnaturus. Et ideo non mirum, ſi occiſus ſit agnus, cuius virtus in occiſione enituit. Dicitur ergo quaſi occiſus, quia poſt mortem fuit ab Apoſtolo viſus, in cælis glorioſus exiſtens, cicatrices occiſionis oſtendens. Proinde ordinaria Gloſſa ait, cornua Rhinocerotis iſtius, crucis brachia eſſe. Et rationem ſubdit, *Gloſſ. ord* *Per infirmitatem namque carnis, quaſi aries illuſorum ſpinis coronatur, bis cornibus hæſit, ſed paſsionis incomparabili fortitudine vnicornis, extitit mortis victor, & eius, qui habebat mortis imperium.* Et ex Apoſtolicis verbis confirmat 1. *1. Cor. 1. 25.* Cor 1. *Quod infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus.* Ideo vnus ex ſenioribus illis, inter quos hic agnus apparuit, ipſum vocat *Apoc. 5. 5* leonem victorem, dicens, *Ecce vicit leo de tribu Iuda.*

Igitur, vt Paſtor leone fortior redemit, & oues ſuas de ore leonis eruit baculo, & manu, non moto quidem baculo, ſed ſtrato: non manu mota, ſed confixa. Et quia cum manſuetudine tanta, agnus dicitur factus, Paſtor hic bonus. Et in humilitate fortis, fortitudinem vicit inimici ſuperbi, & de manu illius prædam eripuit. Sic ergo ouem perditã Patri reſtituit. Quia per crucis mortem, ereptã ad illum traxit. *Ioan. 12. 31. n. 32.* Proinde poſtquam dixit *Nunc Princeps huius mundi eijcietur foras,* ſubiunxit, & *Ego, ſi exaltatus* *Ioan. 12. 31.* *fuero à terra, omnia traham ad me ipſum.* Fuit autem exaltatus, quando fuit in cruce leuatus, & in ea necatus, vt Euangeliſta explicans, ſubdit, *Hoc autem dicebat,* *num. 33.* *ſignificans, qua morte eſſet moriturus.* Sic per crucis virtutem ſubiugat corda hominum, vt cordis infidelitate, ac feritate depoſita, iam ſibi, & Patri faciat per veram charitatem ſubiecta; quod P. Auguſt. cõſiderans, dixit, *Domuit orbẽ, non ferro, ſed ligno.* *P. Aug. in enar. ad Pſ. 54. circ. med.* lignum namque hoc, gladius fuit de quo Pſalmiſta prædixit, *Accingere gladio tuo ſuper femur tuũ,* *Pſ 44. 4.* *potentiſsime.* Non enim ſine cauſa gladius dicitur, quia per eum iugulaturus erat diabolum, & deſtructurus mortis imperium, & pariter, *ſuper femur,* vt indicaretur, multos per illum geniturũ ſibi ſpiritualiter filios. Eſt nãque *femur* generationis indicium, vt ex Geneſi patet cap. 46. 26. *Omnes animæ, quæ ingreſſæ ſunt cũ* *Geneſ. 46 26.* *Iacobo in Aegyptum, egreſſæ ſunt de femore illius.* Et ſignãter quoque *potentiſsimus* dicitur, vt multitudo ab inimico potenter erepta, & ad ſe conuerſa, notetur, ideoq. ibi ſubditur, *Proſperè pro-* *Pſ. cit. n. 5* *cede, & regna,* quia exaltatus in ligno, omnia ad ſe erat tracturus, & in omnium cordibus regnaturus; quod etiam verba Iſaiæ teſtantur, cùm ait, *Emitte agnum* *Iſai 16. 1* *Domine dominatorem terræ de*

petra deserti, ad montem filiæ Sion. Iste enim est Agnus, qui exaltatus, & occisus in ligno, factus fuit dominator omnium, ad se omnia trahens. *Et de petra deserti* postulatur emitti, vtique de deserto illo, de quo ipse Pastor, Agnus pro nobis factus, dixit, quòd, *Relictis nonaginta nouem ouibus in deserto, venit quærere vnam, quæ perierat.* At quæ est ista vna, nisi tota humana natura, quæ corruerat? *Et ad montem filiæ Sion* rogatur mitti, vel in quo erat prædicaturus, vtique Ierusalē, vel in Caluariæ mōte, in quo erat passurus, cruci affixus, & exaltatus in ea, omnia ad se tracturus, & patri reconciliaturus, quod Apostolus memorans, dixit, *Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi*. Ecce quomodo recuperauit.

Luc. 15. 4

2. Cor. 5. 19.

Sed quomodo pauit? iam dixi. Et vlteriùs dico, quòd ipso baculo pauit. Quia per crucem, omnia nobis per ipsum Pater donauit, quibus intùs cibamur, & reficimur. Ideo, *Ascendens in altū, captiuam duxit captiuitatē, pascuis* æternis pascendam. Et non oblitus eorum, quos in mundo reliquerat, subdit Scriptura, *Dedit dona hominibus*, quibus, intùs aluntur. Propterea Pastorem istum pro nobis agnum in cruce immolatum, dixit Ioannes, non tantùm habuisse *Cornua septem, sed & oculos septē*. Et expositio oculorum, & numeri subditur.

Eph. 4. 8.

Apoc. 5. 6

Qui sunt septem spiritus Dei, missi in omnem terram. Per quos communiter sacri Doctores illuminationem multiplicem intelligunt, quæ per septem Spiritus sancti, dona in Ecclesia fit, & quibus intùs aluntur fideles, & crescunt vsque ad perfectam diem æternitatis. Ideo de oculis istis etiam loquens Ioannes, ait, *Oculi eius, tanquam flamma ignis*. Quæ verba Riccardus Victorinus exponens, inquit, *Flamma ignis lucem, & calorem tribuit: oculi igitur eius, flamma ignis sunt, quia electos respiciēs, illustrat luce sapientiæ, calefacit amore iustitiæ*. Et quidā Doctor modernus ait, benè etiam per eos prouidentiam diuinam intelligi, quatenus ignis natura subtilissima est, & in omnia facilè se insinuat. Et sic pariter nullus est, quē Pastor iste non pascat, nisi renuat ipse pasci. Ad hoc enim animam suam posuit factus agnus, vt per ipsum, & ex ipso pascerem:ur interiùs inuenti iam, & sanati.

ibid.

Apoca. 1. 15.

Riccard.

Considerati ergo seriò qualitatibus boni huius Pastoris, quis, quæso, erit ita vecors, qui ad ipsum vereatur accedere? qui opem illius desperet, & veniam? Si eras, te quærit: si ægrotas, te sanat: si esuris, te satiat: si debilis es, te custodit: & ipso protectore es tutus, & deducet te, velut ouem, vsque ad perpetua pascua, quorū pinguedo, & dulcedo sine vllo fastidio est perennis. Ibi, *inebriaberis*,

Ps. 35. 9.

ris, & torrente voluptatis eorum potaberis. Quid hæres frater? quid hæres? pelle moras, & nè renuas. tantùm conſenſus tuus requiritur. Citò hunc adhibe, & ſanaberis, & in diuitijs Paſtoris huius paſcéris, & ſaluus eris.

PONDERATIO IV.

Circa Deum, vt *Creatorem*.

NOtandum imprimis eſt, Deum eſſe, qui à nullo eſt, & à quo omnia sũt. Et ideo creator omniũ eſt, & rationalis creaturæ præcipuè, cui viſibilia cuncta ſubiecit. Quod dupliciter poteſt intelligi. Primò, quatenùs eã primò creauit. Secundò, quatenus productam, & per peccatum corruptam, renouauit. Et de hoc ſecundo modo loquitur Paulus 2. Cor. 5. 17. 2. Cor. 5. 17. *Si qua ergo in Chriſto noua creatura, vetera trãſierunt. Ecce facta ſunt omnia noua*. Sed ſub iſta conſideratione modò non loquimur, quia vel in ponderationem de *Redemptore* cadit, vel cadere poteſt in ponderationem de *Patre*, quæ poſt iſtã ſequetur. De patre inquam, quatenùs regenerans eſt. Quomodò Petrus Apoſtolus de Chriſto Domino dixit, 1. Petr. 1. 3. *Regenerauit nos in ſpem viuam*. Igitur tantùm hîc de prima hominis conditione eſt ſermo. Quomodò etiam Deus nomẽ Patris ſortitur, vt Deutor. Deuter. 32. 7. 32. 7. dicitur, *Numquid non ipſe eſt Pater tuus, qui poſſedit te, & fecit, & creauit te?* in qua creatione ad propoſitum conſiderari poteſt, quòd Deus hominem ad ſe fecit, ſeu ordinauit, ad ſe vtique, fruendum ab illo in viſione beata: ad quam, quia ordinatur per gratiam, quãdo illum creauit, ſtatim eam illi donauit, vt Auguſtinus notauit, dicens, *Erat in* Auguſt. *eis condens naturam, & largiens gratiam*. Quomodò aliqu verba etiam illa Sapientis intelligũ, *Deus fecit hominem rectum*. Eccle. 7. 30. Hoc eſt, ad ſe ordinatum per gratiam ſupernaturalem infuſam.

Veritas tamen indubitata eſt ad ſe Deum hominem plaſmaſſe. Et in hoc ſenſu pronuntiauit Sapiens, Sap. 1. 13 num. 14. *Deus mortem non fecit, neque delectatur in perditione viuorum*. Et ratio ſubditur. *Creauit enim, vt eſſent omnia, & ſanabiles fecit nationes orbis terrarum*. Creauit enim hominem immortalem in anima, & gratiam, per quam hæc ſpiritualiter viuit, illi dedit, non, vt auferret, ſed vt ſemper haberet. Quia Apoſtolo teſte, *Dona Dei ſunt ſine pœnitentia*. Rom. 11. 29. Imò, vt eam conſummaret in patria, ad quam creauerat illũ: homo autem, ſe illa, per peccatũ, priuauit, & ſic culpa ſua ad mortem ægrotauit. Ne tamen hinc deſperaret de iſto benigniſsimo creatore, dicitur, quòd *Sanabiles fecerit nationes orbis terrarum*. In quo indicatur, quòd licèt culpa intrauerit, & expulerit gratiã, qua ſanus erat, & Deo ſuo viuebat, tamen adhuc ſanabilis erat, &

ideo non deſperaret, quia vtique Deus ad gloriam illum, non ad gehennam condiderat.

S. Chryſ epiſt. 5. ad Theodor. lapſ. ante med. to. 5

Vnde vnumquemque peccatorem ſalubriter Chryſoſtomus admonet, dicens. *Reuertamur itaque amicum caput, & voluntatẽ Dei perficiamus. In hoc quidem nos creauit, ac in iſtud eſſe perduxit, quò nos æternis donis participaret, vtique tribueret regnum cœlorum, non, vt in gehennam detrudat, aut ignibus dedat. Qui quidem parati ſunt propter diabolum, non propter nos, non aliter, atque noſtri cauſa paratum eſt Regnum cœlorum*. Quod ex verbis Domini nititur confirmare, qui ad illos eſt dicturus, qui erũt à dextra in die Iudicij,

Matt. 25. 34.

Venite benedicti Patris mei, poſſidete regnum, paratum vobis ab exordio mundi. A ſiniſtris autem conſtitutis,

ibid. n. 41

Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & angelis eius. Vbi S. Doctor notat non dixiſſe Dominum, *Vobis*, ſed *diabolo, & miniſtris eius*. Ideoque confirmans ſuam ſententiam, ſubdit, *Qua de cauſa non eſt gehenna inſtituta propter nos, ſed propter aduerſarium, & angelos eius: Regnum autem cœlorum ab exordio mũdi propter nos adornatum, modò, nè nos reddamus indignos ad hæc*. Vtique per peccatum patratum, & per pœnitẽtiam non ablatum. Hæc enim eſt, *Sanabiles omnes fecîſſe*, vt ſcilicet, ſanitatem gratiæ, & vitam amiſſam per peccatum mortiferum poſsis recuperare, & ſic poſitus à dextris in die extrema, merearis introduci ad vitam æternam illã, ad quam fuiſti creatus; quapropter ita ait per Iſaiam Prophetam.

Iſai. 45. 17.

Iſrael ſaluatus eſt in Domino ſalute æterna: non confundemini, & non erubeſcetis vſque in ſæculum ſæculi. Et cauſam ſubdit, quia Dominus eorum Creator eſt.

num. 18.

Quia hæc dicit Dominus creans cœlos, ipſe Deus formans terram, & faciens eam, ipſe plaſtes eius, non in vanum creauit eam, vt habitaretur formauit eam. Vbi manifeſtè ſalutis ſpes cunctis datur.

Iob 14. 15

Et ſanè hac creationis Conſideratione S. Iob animatus, dicebat fidenter ad Deum: *Operi manuum tuarum porriges dexterã*. ac ſi diceret, iuxta Lyranum ibi:

Lyran.

Mihi, qui ſum opus tuum, porriges dexteram, quia S. Iob ſperabat, ſe cũ electis ad dexteram partem eſſe collocandum. Et inde tranſiturum ad perennem vitam, quæ etiam nomine dexteræ rectè intelligi poteſt. Quam, ait S. Bernardus, poſtulaſſe ſponſam,

Bernar. ſer. 4. in vigil. natiuit. Domi. circ. init. Cant. 2. 6.

cum dixit, *Et dextera illius amplexabitur me*.

Neque peccatorum cumulus, & enormitas ab hac ſpe debet peccatorem auertere, conditoris dilectione perpenſa, ad veniam valde propenſa, Sapiente teſte, ad illum dicente:

Sap. 11. 27.

Parcis autem omnibus, Si omnibus: ergo tu

non

Digitized by Google

non excluderis, & quare ? ſubditur, *Quoniam tua ſunt Domine*, *qui amas animas*. ſgitur, quia titulo creationis, illius ſumus, in illo adeſt ſemper dilectio, promptum reddens ad veniam, quia diligit opus ſuum, *ſpeciali modo*, Lyran. addit Lyranus prædicta verba exponens, ſubdens de animabus rationalibus loqui : *Quas* (inquit) *diligit, volendo eis bonum, non ſolùm naturæ, ſed etiam gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro.*

Hanc creationem conſiderans quoque Dauid, animæ ſuæ, à Domino confidenter poſtulabat ſa- Pſal 118. 94. lutem, dicens: *Tuus ſum ego, ſaluum me fac*. Vbi Hieronym. ait : S. Hieron. *Ego tuus famulus, & tu Deus meus, à te poſco ſaluari* : quaſi diceret, non agnoſco alium Deum, à quo acceperim eſſe, niſi te : igitur ſalua me, quia ſum opus tuũ.

Hoc eodem titulo alibi affe- Pſ. 90.2. ctuosè dicebat, *Deus meus, ſperabo in eum*. Vbi verbum *ſperabo*, denotat firmitatẽ ſpei ex iſta Conſideratione conceptæ, quod ſcilicet, Deus eſſet illius. At inquirit Bernardus, cur non Deus noſter ? & reſpondet his verbis : S. Bern in hunc Pſ. *Quia in creatione, in redemptione, cæteriſque communibus beneficijs eſt Deus omnium: ſed in tẽtationibus ſuis, tanquam propriũ eum habent ſinguli electorum*. Tu igitur peccatis onuſtus, atque grauatus, & de deſperatione tẽtatus grauiſsimè : confuge ad Deũ tuum, quem ſic in tentatione poſitus, ita habes propitium, ac ſi ſolùm Deus eſſet tuus. Hinc ergo dic *ſperabo*, quaſi, ſi æternũ viueres, ſemper in ipſo ſperares. *Attende* (ait Bernardus) *quod nõ dixerit ſperaui, aut ſpero, ſed ſperabo, hoc, inquit, eſt votum meũ, hoc propoſitum meum, hæc intentio cordis mei : repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo, & hac perſeuerabo. Sperabo in eum, nec deſperabo, nec fruſtra ſperabo, quia maledictus, qui peccat in ſpe. Et nihilominus, qui peccat in deſperatione. Sed nec eſſe volo de his, qui non ſperant in Domino. Sperabo, inquit in eum*.

Proſequitur autẽ idem S. Doctor exponere fructũ huius ſpei, dicens ad ſic ſperantem : *Sed iam dic nobis, quo fructu ? qua mercede ? quo lucro ?* & reſpondere ait : *Quoniam ipſe liberauit me* Pſ. 90.3. *de laqueo venantium, & à verbo aſpero*. Vbi *per venatores*, intelligit Dęmones, qui animas fallacijs perdere quærunt. Et ideo *Abſconderunt laqueos*, ita callidè, & aſtutè, vt dicant, Pſ. 63.6. *Quis videbit eos ?* & ita animas decipiunt, & in deſperationem inducunt. *Sed qui ſunt*, (inquit) *venatores iſti ? Venatores vtique peſſimi, & nequiſſimi, callidiſſimi, & crudeliſſimi. Venatores, qui cornu non ſonant, vt audiantur, ſed ſagittẽt in occultis immaculatum* ; Ibid. nu. 5 & ad illos, qui parum experti ſunt illorum verſutias, ita loquitur : *Vos, qui nondum*

exercitatos habetis ſenſus ad di-
ſcretionem boni, & mali, nolite
ſequi cordis veſtri iudicium, no-
lite abundare in ſenſu veſtro, ne
vos, tanquam rudes adbuc, ver-
ſutus ille venator decipiat.

Per verbum autem, *aſperum*,
à quo ſe liberatum fatetur, intel-
ligit primò illud, quod Dominus
damnatis dicturus eſt in extre-
Matt.25. mo iudicio, *Diſcedite à me ma-*
41. *ledicti in ignem æternũ*. Secũdò,
illud, quod in Inferno à tortori-
bus illis crudelibus audiendum
Iſai. 8. 3. eſt, *Accelera ſpolia detrahere:*
feſtina prædari. Tertiò, illud,
Iſ.26.10. *In terra Sanctorũ iniqua geſſit*,
& non videbit gloriam Domini.
Ille ergo, qui peccatis grauatus
ad Deum pro miſericordia cla-
Pſ. 50.1. mauerat, dicens, *Miſerere mei*
Deus, ſecundùm magnam miſe-
ricordiam tuam, & qui exaudi-
tus, benignè ab omnibus his fue-
rat liberatus, modò clamat fidẽ-
ter, *Deus meus; ſperabo in eum*.
Et exemplo ſuo, quemlibet pec-
catorem prouocat ad ſpem, ſub-
Pſ. 90.4. dens, *Scapulis ſuis obumbrabit*
tibi, & ſub pennis eius ſperabis,
ſcuto circũdabit te veritas eius,
non timebis à timore nocturno.
Vtique propter peccata, quia
tenebroſa, & ideò timorem in-
cutiunt: at Deus ab illis libera-
bit eum, qui in ſe ſperauerit, fide-
liter enim ſubuenit ſuæ creaturę,
quæ fidem habet in illo. Quapro-
pter Petrus Apoſtolorum Prin-
ceps, cuique noſtrûm dicit, *Fi-*
deli Creatori cõmendent animas 1. Petr. 4
ſuas. Quid eſt fideli? qui non 19.
deſeret te, niſi deſeratur à te.
Quapropter ad ipſum P. Auguſti-
nus cõfugiens, ex Iſta conſidera-
tione, ſpem ſe fatetur concipere,
dicens, *Ego autem opus manuũ* P. Auguſt
tuarum confitebor tibi in timore in ſolil. c.
tuo, quia non in arcu meo ſpera- 24. to. 9.
bo, & gladius meus non ſaluabit Pſ. 49. 4
me, ſed dextera tua, & brachiũ
tuum, & illuminatio vultus tui:
alioquin deſperarem, quoniam
ſpes mea tu es, qui creaſti me,
quoniam non derelinquis ſperan-
tes in te. Tu quippe es Dominus
Deus noſter, in multa miſericor-
dia diſponens omnia. Fiduciali-
ter ergo iſta Conſideratione ar-
matus, in manus Creatoris tui,
te proijce, chariſsime frater, quia
adiuuaberis, quia ſaluaberis, &
lætus tandem in cœlo æternum
alleluia cantabis.

PONDERATIO V.

Circa Deum, *vt Patrem.*

ILlum hìc præcipuè pondera-
mus, quatenus nos per gra-
tiam generat, & quod condide-
rat, reparat. Sub qua conſidera-
tione loquutus fuit apud Ioan-
nem, cũ dixit, *Niſi quis renatus* Ioan. 3. 5.
fuerit ex aqua, & Spiritu, ſãcto &
per Petrum, *Sicut modò geniti in-* 1 Petr. 2.
fantes. Et per Matt. *Pater no-* Matt. 6. 9
ſter, qui es in cœlis. Licèt nam-
que per naturam acceptam, illius

etiam

etiam dicamur filij, tamen multò magis per gratiam, qua illum participamus perfectiùs, & qua nos laboriosiùs parturijt sub arbore Crucis.

Primum ergo, quod peccator ob oculos suos ponere debet, est Patris istius amor, qui filij ruinam non patitur, sed in corde suo gestat illum, vt iterum parturiat, & renouet. Proinde ad illas peccatoris voces, quas desperãdo emisit, *Dereliquit me Dominus, &, Dominus oblitus est mei*, quasi gratia deseruerit eum, & ampliùs nollet iuuare, respondit amantissimus Pater, *Numquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? & si illa oblita fuerit, ego tamẽ nõ obliuiscar tui.* Vbi notãter se cõparat Matri, quæ natũ suũ quàm vir ardentiùs amat, vtpote, quę certiùs scit à se genitum, à se gestatum in vtero. Cuius amoris vis tanta est, vt in modum cuiusdam continui, & vehementis excitatorij fit, quod ad nati memoriam, ipsam vrgeat, non defuturam ope, præstaturam obsequium. Ob id igitur dulcissimus Dominus matrem in exemplum affert, quæ nunquam austera est, sed dulcis infantulo suo compatitur, imò illum etiam maculatum, & turpem amplectitur, & osculatur, & cura solicita abstergit, & mundat, vertit, & alit: si illa ergo, inquit, non obliuiscitur hæc præstare, à fortiori nec ego, qui maiori labore te genui.

Is. 49. 14.

Vnde signanter subiungit, *Et si illa oblita fuerit, ego nunquam obliuiscar tui*, vt iuxta Hieron. legit lingua Hebræa, qui verba ista, hunc, ait, reddere sensum: *Plus aliquid dicam, & si illa oblita fuerit, vincens mentis duritia iura naturæ, ego tamen non obliuiscar creaturæ meæ.* Et ratio redditur, dum subiungitur, *Ecce in manibus meis descripsi te.* Quemadmodũ enim non obliuiscimur, quod in manibus gerimus: ita neque ipse obliuisci nos potest, quos in manibus suis descriptos habet, vtique non atramento, sed sanguine suo: non calamo, sed clauis, & stigmatibus: non in cute, sed in carne, ita altè, vt ea nulla vnquam ætas, nec æternitas sit deletura. Proinde addit, vulnera ista, quibus nos genuit in arbore Crucis, & meruit gratiam, & dona omnia viuifica, debere esse instar modum murorũ fortissimorum & inexpugnabilium, contra omnes animæ hostes, & aduersus præcipuè desperationem, quam proposuerat peccator, dicens, *Dereliquit me Dominus, & oblitus est mei*, subiungens, *Muri tui coram oculis meis semper*, iuxta Cyril, de vulneribus suis intelligens, quibus in manibus descripserat nos. Quemadmodum namque scriptura illa ideò coram illo extabat, consequenter & muri nostri, qui eadem descriptio erant. Sed enim ait prædictus S. Doctor: *Christi passio, & pretiosa Crux, & ma-*

S. Hieron. tom. 4.

num. 16

S. Cyrill. Alex. lib.

& manuum ipſius affixio, ſecuritas fuit, & murus inacceſſus. Quomodo ergo tentator audebit accedere ad ſic, his muris, vallatum ? quomodo debellare poterit, ita in Patre firmatum ?

Hinc quidam poſitus, longè ab illo in regione peccati lõginqua, factus totus cænoſus, famelicus, & pannoſus, & tam expoſitus deſperationis ruinæ, hac conſideratione munitus, noluit ſuccumbere *Luc. 15. 18.* hoſti, ſed *in ſe reuerſus*, pronũtiauit fidenter, *ſurgam, & ibo ad Patrem meum*. O verba digniſſima, & ob oculos peccatoris indeſinenter geſtanda ! *ſurgam*, inquit, quia lapſum ſe agnoſcebat mortifera ruina peccati. Vt enim *S.Hieron. Epiſt. ad Damaſ.* ait Hieronymus, *Peccatorũ eſt iacere, iuſtorum, ſtare eſt*. & Propheta Oſeas teſtatur, cap. 14. 2. *Oſe. 14.2* *Corruiſti in iniquitate tua*. Sic igitur miſerabilirer iacens, non deſperauit ſurgere, quia ſurgebat ad Patrem. *ſurgam*, inquit, animoſum ſanè eſt verbum, iàm hac conſideratione prolatum, *& ibo ad Patrem meũ*. Interrogat Chryſologus, *S.Chryſol. ſer. 2. de filio prod.* *qua ſpe ? qua fiducia ? qua confidentia ?* Et perſonam induens peccatoris iſtius, replicat, *qua ſpe ?* & reſpondet, *Illa, qua pater eſt. Ego perdidi, quod erat filij : ille, quod Patris eſt, non amiſit*. Et fiducialiter ait, mediatore non indigere, quia paterna viſcera ipſa, clamabunt ad patrem pro ipſo, qui Iudicis perſonam non aget, filium magis lucrari cupiens, quàm punire. *Apud patrem* (inquit) *Non intercedit extraneus, intus eſt in patris pectore, ipſe, qui interuenit, & exorat affectus. Vrgentur Patris viſcera, iterum filium genitura per veniam. Ibo ad Patrem reus, ſed Pater, viſo filio, cooperit mox reatum, diſſimulat Iudicem, qui magis vult implere genitorem, & ſententiam citò vertit in veniam, qui redire cupit filium, non perire.* Hæc Chryſologus.

Quia ergo cor conſideratione paterni amoris habebat munitũ, ire non diſtulit. Sequitur enim ibi, *Et ſurgens venit ad Patrem* *nu. 26.* *ſuum*. Patrem vtique multum miſericordem, qui tria mirabilia facit, quæ maximi ſunt argumenta amoris. *Debita namque remittit : merita reſtituit priſtina, & dona noua infundit.* Quæ omnia hìc mirabiliter fulgent, & cõſideratione ſeria digniſſima ſunt. Subditur enim, *Cum autem adhuc longè eſſet, vidit illum Pater* *Ibid.* *ipſius, & miſericordia motus eſt, & accurrens cecidit ſuper collum eius, & oſculatus eſt eum. dixitque ad ſeruos ſuos, citò proferte* *num. 22.* *ſtolam primam, & induite illum,* *num 23.* *& date annulum in manum eius,* *num. 24.* *& calceamenta in pedes eius : & adducite vitulum ſaginatum, & occidite, & manducemus, & epulemur ; quia hic filius meus, mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus eſt*.

Verba omnia iſta moroſè ſunt

Digitized by Google

perpendenda. *Cum adhuc longè eſſet, &c.* nota, quomodo non patitur moras miſericordia patris. Ille te à Regione longinqua trahit peccati: in quo etiam relùcet amor illius. Ipſe enim dixit, Io. 6. 44. *Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater meus traxerit eum*. Traheris ergo ab illo, qui eſt idem cum patre, & ideò venis, aliter non venires. Et iam addens miſericordiam aliam, te adhuc noua miſericordia præuenit, accurrens tibi, cadens ſuper collum, dulciter te deoſculans. Notat S. Chryſologus, quod non dixit Pater, *Vnde venis? Vbi fuiſti? vbi ſunt, quæ tuliſti? quare tantam gloriam tanta turpitudine commutaſti? ſed, citò proferte ſtolam primam, & induite illum*. Et ſubdit S. Doctor. *Videtis, quia delicta non videt vis amoris.* Iſta igitur ſunt delicta, quæ ideò Pater non curat, quia iam ſunt remiſſa. Dixerat enim accedens filius, Luc.n.21. *Pater, peccaui*. Ad iſta ergo verba, debita receſſerunt. At non mirum, quia alibi ſcribit Propheta. Pſ. 31. 5. *Dixi, confitebor aduerſùm me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei*. *Dixi*, ideſt, apud me ſtatui firmiter, confiteri peccata mea. Et quia hoc iam propoſitum à corde procedit contrito, quod Deus non ſolet deſpicere, non mirum, ſi etiã actualem ipſam confeſſionem, Deus, indulgendo, præueniat, vt pariter in hoc caſu ſucceſsit. Quãdo enim decreuit filius ſurgere, ſtatim dixit, *Ibo ad Patrem meũ, & dicam ei, peccaui in cœlum, & coram te*. num. 18. Ecce, hoc, *dicam*, reſpõdet *dixi* Prophetę. nam tunc dixit *in corde*, vt poſtea diceret *ore*, quod eſt *confitebor* Pſalmiſtæ. Et ideò tunc Pater delicta benignus remiſit. Ideò accurrit ad filium, & oblitus iniuriæ, in amplexus, & oſcula ruit, quod prędictus Chryſologus expendens, ait, S.Chryſol. ibidem. *Rogo, quis hìc deſperationis locus? quæ hìc excuſationis occaſio? hìc ſimulatio quæ timoris? niſi fortè timetur occurſus: terret oſculum: turbat amplexus: & capere ad vindictã, non recipere ad veniã Pater creditur, cum filium trahit manibus, claudit gremio, ligat lacertis*. Et ſubdit. *Sed hanc cogitationem debellatricem vitæ, ſalutis inimicam* (Vide quomodo deſperationem compellet) *expugnant nimis, nimis auferunt, quæ ſequuntur: dixit autem Pater ad ſeruos ſuos, citò proferte ſtolã primam, & induite illum, &c.* Et proſequitur ſanctus Prælatus omnes peccarores ad ſpem inuitare, dicens: *His auditis adhuc, moramur? adhuc non redìmus ad Patrem?* notat autem, *cito* imperaſſe proferre ſtolam, *Quia tardam miſericordiam Pater neſcit, & iam de debitis non agit, quæ remiſerat, ſed de gratia*. Delicta, *enim*, (ſubdit) *qui diſcutit, perdit*. non perdere autem vult, quem viuere cupit, & ditare. Et hæc quantùm ad primum argumentum

Contra vtrumque igitur desperationis principium, est proinde cor armandum ponderatione præsenti, per quã in spem assurgens, forte contra hostẽ euadet.

PVNCTVM I.

Circa potentiam Dei ad dimittenda peccata.

ET Primò contra errorem primum, est ponderandũ, Deum posse peccata dimittere. Et ratio clara est, quia offensus quilibet, sibi illatam condonare potest iniuriam: cum autẽ Deus ipse offensus sit, offensam sibi factã, facilè remittere poterit. Imo solus ipse præstare hoc valet, cum ipse sit solus offensus, qui etiam præcipuè in suis creaturis offenditur. Quare, qui peccata ex hominibus remittunt, *ministerialiter* tantùm hoc faciunt, tradita potestate ab ipso, qui solus *autoritatiuè* hoc agit.

Quod etiam agnouerunt Scribæ, qui videntes Dominum Iesum erga paralyticum ista auctoritate vtentem, eique dicentem, *Dimittuntur tibi peccata tua*, ignorantes Deum esse, blasphemum eum putarunt, sibi attribuẽtem, quod soli Deo debetur, dixeruntq. despectiuè, *Quid hic sic loquitur? blasphemat. Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus?* De quo errore, licèt tantùm corde cogitato, statim ab ipso Domino sunt increpati, qui per miracula ista quærebat, non tantùm carnem sanare, & cor infirmi, sed & illuminare tenebras aliorum, qui ipsius deitatem negabant. Proinde ipsos increpans, ait. *Quid ista cogitatis in cordibus vestris? Quid est facilius dicere paralytico, dimittuntur tibi peccata, an dicere: surge, tolle grabatum tuum, & ambula? Vt autem sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata (ait paralytico) tibi dico, surge, tolle grabatũ tuum, & vade in domum tuam! & statim surrexit ille, & sublato, grabato, abijt coram omnibus.*

Mare. 2. 6.

num. 7.

num. 9.

Vbi dupliciter eos redarguit. Primò, in illis verbis, *Quid ista cogitatis in cordibus vestris?* Vbi Glossa ex Beda, ait, *Quasi dicat, qua potentia cordis occulta intueor, eadem peccata dimitto. Quasi dicat, ex vobis intelligite quid consequatur paralyticus.* Secundò in illis, *Quid est facilius*, &c. Vbi eadem Glossa ex Victore Antiocheno notat illud *facilius*, ad dictum, & ad factum referri, quasi secundùm se, dicere sit facilius, *Dimittuntur tibi peccata tua*, quàm re ipsa dimittere: se autem, cuius dicere est tantæ virtutis, vt operatiuum sit iuxta illud, *Ipse dixit, & facta sunt*, peccata remittendo, etiam operatum fuisse interiùs: tamen, quia ipsi hoc credere renuebant, adiectum etiam operationẽ externam

Glossa.

Ps. 148.5

Digitized by Google

nam, per quã operatio interna in anima designaretur, simulq. probaretur, & hanc causam fuisse, cur priùs non sanauerit infirmum in carne, quàm sanasset in anima. *Etenim* (ait) *si primum exteriùs paralyticum sanasset atque deinde illi peccata condonasset, rati fuissent, primum quidem, præstitum, secundum verò manere incertum: quia ergo primum erat ambiguum: vulgoq parum creditum, adiectum est secundum.*

Et sunt etiam verba illa notãda, *Tibi dico surge*, &c. Non enim ait, se hoc illi in nomine alterius præcipere, vt in actibus narratur, Petrum fecisse, cùm claudo dixit, *Actor. 3. 6.* *In nomine Iesu Christi Nazareni surge, & ambula.* Quia neque interiùs, neque exteriùs possunt huiusmodi surgere, nisi in virtute diuina: hoc ergo creaturis, vt dixi, tantùm *ministerialiter* cõpetit: Deo autem soli principaliter. Quod agnoscens S. Iob dixit, *Iob 14. 4.* *Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine, nonne tu, qui solus es?* vtique omnipotens: Et per Isai. ait, *Isai. 43. 25.* *Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas*, quasi dicat, potens ego solus sum, remittere tua crimina. Et si homo remittit, in me remittit, & ego per ipsum, qui ei potestatem talem commisi, cùm dixi, *Matt. 18. 18.* *Quodcunque solueris super terram, erit solutum, & in cælis.* Parum quidem iuuaret hominem remittere culpam, nisi remitteret Deus. Tamen remittit Deus, cùm ipsius minister remittit, quia ita promisit, & fidelis est, vt adimpleat. Quodcunque igitur fuerit solutum in terris, erit solutum, & in cęlis. Nota charissime frater, verbum Domini nimis dulce, *quodcunque*, inquit, licèt grauissimũ sit, quod patrasti, non excipitur condonatio, quodcunque sit, condonabitur, remittetur, soluetur. Quia *Dominus soluit compeditos*, vt Psalmista dixit. Ipse præcipuè soluit, cui nihil potest resistere. *Ps. 145. 8*

Ligauerat Cacodæmon mulierem quandam, & ita curuauerat, vt oculos in cælum leuare non posset, per quam significabatur peccator, qui ita ad visibilia ista peccando curuatur, vt assurgere nequeat, neque benè operando rectificari, & sursum cor ad Deum leuare. Tamen soluta fuit ab illo vinculo diuturno (per quod habitus peccandi malus radicatus indicabatur) solo Domini verbo dicentis: *Mulier dimissa es ab infirmitate tua.* Et quia omnipotens, & misericors Dominus die Sabbathi liberauerat eam, murmuratio hinc mota fuit, quam ipse increpans dixit, *Hypocritæ, vnusquisque Sabbatho non soluit bouem suum, aut asinum à præsepio, & ducit adaquare? hanc autem filiam Abrahæ, quam alligauit Satanas, ecce decẽ & octo annis, non oportuit solui à vinculo isto die Sabbathi?* Vide benignam *Luc. 13. 11.* *num. 15.* *num. 16.*

nignam omnipotentiam. *Non* Iob 35.7. *oportuit?* Scriptum eſt, *ſi iuſtè egeris, quid donabis ei?* Et tamen ſic curat ſoluere noſtra crimina, vt dicat, *non oportuit?* quaſi inde ſibi aliquid eueniret vtilitatis. Vult ergo Dominus ſoluere, & poteſt, à diabolo cōpeditos, cuius vires facilè infringere valet, & diſſoluere ligamina eius. Quod conſiderans S. Chryſoſtom. ſic ad Chryſoſt. epiſt. 5. ad Theod. lapſ. circa init. to. 5. quendam lapſum ſcripſit, *Ne deſperes ad optima cōmutari: quòd ſi Cacodæmon tantum potuit, vt te à vertice illo, & faſtigio virtutis in extremum malitiæ detruderet: multò magis Deus in priſtinam te poterit vindicare libertatem. Neque in eam ſolùm, ſed tibi multò feliciorem, quàm fuit prior, perficere.*

Non enim tantùm leuiter cōpeditos Dominus ſoluit, ſed & illos, qui adhuc fortiter ſunt per conſuetudinem inueteratam ligati, vt in exemplo allato probatur, & de multis alijs, quę poſſent adduci, & infra in propria conſideratione ponentur: ad quos liberandos ſua potentia vtitur, teſte Pſalmiſta, dicente, Pſ. 67. 7. *Qui educit vinctos in fortitudine, ſimiliter eos, qui exaſperant, qui habitant in ſepulchris.* Vbi Hieron. ait, Hier. 10. 7 *Ipſe Deus ſua virtute educit eos, qui ligati ſunt à Diabolo in peccatis.* Et B. Petr. Damian. dicit, Petr. Damian. opuſc. 7. c. 23. *Si tantum diabolus potuit, vt te in huius vitij profunda ſubmergeret, quãtò magis te virtus Chriſti, poterit ad eum, de quo lapſus es, verticem reuocare?*

Notat autem P. Auguſtinus Auguſt. tom. 8. ſupra prædicta verba Pſalmiſtæ, duplicis generis peccatorum hìc fieri mentionem. Aliorum, ſcilicet, qui intelliguntur vincti, tamen agnoſcentes, niſi à ſolo Deo, ſe ſolui nō poſſe, ad ipſum confugiunt, à quo benignè ſoluuntur. Imò ſoluti, etiam fortes redduntur. Sic enim verbum illud, *in fortitudine*, accipit, vtique non tantùm *paſsiuè*, quatenùs, ſcilicet, ipſi vincti in ſe experiuntur virtutem infinitam diuinam, ad quam pro ſolutione confugiunt (hanc enim, vt certam, ſupponūt) ſed etiam, *actiuè*, quia, ſcilicet, ipſi ſoluti, etiam fortes euadunt. *Vt aduerſus*, inquit, *peccatum vſque ad ſanguinem certent.* Hebr. 12. 4. Vt conſtat de multis peccatoribus magnis, ad Deum conuerſis, qui elegerunt poſtea potiùs mori, quàm Deum ſuum offendere.

Aliorum autem fit mentio, qui *exaſperant*, ipſe legit, *amaricantes.* Et explicās, quo modo amaricent, ſubdit, *Reſiſtendo iuſtitiæ.* Tunc enim, quantum ex ſe eſt, Deum ad iracundiam prouocant, exaſperant, amaricant, & exacerbant. Hi enim obſtinati in malo ſunt, & ex malitia peccata committunt. De quibus Sapiens ait, *Peccator, cùm in profundum* Prou. 18. 3. *peccatorum venerit, contemnit.* Et primos, ait, figurari in muliere illa ſanata, paulò ſupra com-

memo.

memorata. Nam illa venit ad tẽplum,& ibi fuit ſoluta. Secundos, Beda. in Lazaro mortuo iam,qui,vt Beda notauit, non typus eſt peccatoris, quaſi fuiſſet in peccatis defunctus: cum amicus Domini eſſet, ſed,vt manifeſtaretur gloria Domini, cuius omnipotentia in ſuſcitando fulgéret. Quo ſenſu Io.11.4. Dominus dixerat, *Infirmitas hæc non eſt ad mortem ,ſed pro gloria Dei, vt glorificetur filius Dei per eam.* In eo namque mira erat operaturus exteriùs,per quę,quę interiùs in ſecundùm animã mortuis, operatur, ſignaret. Ideò de primis peccatoribus ligatis,& de iſtjs ſecundis mortuis , ait, idem P. Auguſtinus, in eis fulſiſſe Dei potentiam, quia vtique , *Illi ſoluti: iſti reſuſcitati.* Ponitur ergo Lazarus mortuus , ligatus cum cooperto vultu ſudario, ſepultus ſuperpoſito lapide, & iam fœtidus. Quia peccator mortuus animo eſt, ligatus funibus peccatorum ſecundùm pedes , & manus, nè poſsit in via Domini ambulare, neque æternæ vitæ meritoria opera præſtare. Et intùs cæcus , ſudario cæcitatis obuolutus , ſepulchro prauę conſuetudinis cõditus, cordis duritie , velut lapide, obiectus, fætoremque ſcelerum efflans .

S. Auguſt. tract. 49. in Ioan. tom. 9. Et notat idem P. Auguſtinus , duo miracula magna hìc contigiſſe. Primum, quod homo iam mortuus iacéret ſepultus , & lapide obtectus,foras viuus exiret: quod miro modo illuſtrat Dei potẽtiam. Cùm in eo,quod mortuus iaceat,contemptus ſignetur. *Quando*, inquit, *contemnis,mortuus iaces,& ſi tanta,quanta dixi,contemnis , ſepultus iaces.* In eo autem , quòd lapis ſit ſuperpoſitus , inquit , conſuetudinem malam ſignari, *quàm difficilè ſurgit* , ait , *quem moles malæ conſuetudinis premit* . Cùm tamen per confeſsionẽ inde exire oporteat,per exitum è ſepulchro,confeſsionem ſacramentalem aſſerit deſignari , quæ manifeſtat occulta. Sepulchrum enim abſcondit , & proceſſus manifeſtat. Ieſus ergo magna voce clamauit , *Lazare veni foras.* Io.11.43 Quare non ſubmiſſa voce præcepit ? quia , qui ſic iacet, valdè difficilè ſurgit . Ideo magna voce clamando,hoc fecit. Sed quid eſt *magna* voce clamãdo? idem S. Doctor reſpondet, *Magna gratia vocando.* Non enim ſic iacenti vulgaris gratia ſufficit. Ad Dominum ergo ſic potenter clamãtem effectus ſubitò ſequitur . Subditur namque *Et ſtatim prodijt , qui fuerat mortuus.* Io.11.44 Ecce in proceſſu ſignata confeſsio. Quem enim ſic fortiter Dñs vocat, non reſiſtit,ſed obedit , & ad confitendum procedit. *Quando* , inquit , *confitèris, procedis* . Quid eſt enim procedere , niſi ab occultis , velut exeundo,manifeſtari? Sed vt confitearis , Deus facit, magna voce clamando .

Et ſequitur ſecundum miraculum. *Ibid. 44.* *Ligatus pedes, & manus, inſtitis, & facies eius ſudario erat ligata. Dixit eis Ieſus: ſoluite eum.* Mirum namque eſt, quod reuocatus ad vitam, exierit ità ligatus! tamẽ per hoc, iuxtà eundem S. Doctorem, à peccatis confeſſis abſolutio ſignabatur. Ideo iubet alijs, vt impertiãt, *ſoluite eum*, quia ad hoc hominibus, vt miniſtris vtitur, quibus dixerat. *Matt. 18. 18.* *Quæcumque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in Cœlis.* Igitur, quod tam enormis peccator vinctus ad pœnitentiã veniat, & à vinculis ſoluatur ibi, magnificat potentiam Domini, & peccatorem animat ad fiduciam. *Auguſt.* *In vtroque* (inquit Auguſtinus) *potentia Domini erat, non virtus mortui.*

Chryſoſt. Hom. 63. in Ioan. tom. 3. Pro hac etiam infinita virtute Chryſoſtomus notat, nomine proprio mortuum vocaſſe, ac ſi viuus iã eſſet. Poſſet enim priùs dicere, reſurge; & poſt reſurrectionem eum vocare, & exitum præcipere. Hoc tamen non fecit, quia mortuum, vt viuentem, vocauit. *Non dixit* (inquit S. Doctor) *reſurge: ſed, veni foras, & mortuum tanquam viuentem appellat.* & ſubiungit, *quid huic poteſtati par?*

S. Petrus Chryſologus ad hoc, verba Marthæ perpendit, dicentis, *Ioan. 11. 39.* *Domine, iam fœtet, quatriduanus eſt.* Non enim ſine myſterio hæc, ait, pronunciaſſe, *Dicendo* (inquit) *ſic, exaggerat deſperationem, vt qui adſunt, videant, quia Deus eſt, qui ſic vitam mortuis, deſperatis ſalutem, fœtentibus dat vigorem.* *Chryſol. ſerm. 65. tom 5. bibli. p. 2.*

Hìc iam quæro; quis deſperationi eſt locus, cum videamus hunc iam morte ſepultum, iacẽtem ligatum, & fœtidum, ac ſub lapide clauſum, ità reuocatum ad vitam, & ſolutum per Omnipotentiam miſericordem Dei, ad ſpem ſic nos animantis? qui alibi ſic nos etiam conatur ad fiduciam prouocare, dicens: *Iſai. 1. 18* *Si fuerint peccata veſtra, vt Coccinũ, quaſi nix dealbabũtur: Et ſi fuerint rubra, ſicut vermiculus, velut lana alba erunt.* Vbi Lyranus ſic ait, *Lyran.* *Iſti duo colores hìc poſiti, ſunt valde tenaces, & manſiui. Et ideo per hoc intelligitur, quod peccata, quantumcumque ſint grauia ex genere, & habituata ex conſuetudine, diuina gratia purgabuntur.*

Eadẽ materia proſequitur.

Hoc autem maximè mouet viſcera Dei ad virtutem hanc oſtẽdendam; illam, ſcilicet, agnoſcere credere, & poſtulare. Patet hoc euidenter. Primò, in leproſo illo, qui accedens ad Dominum, humiliter, & fidenter dixit, *Matt. 8. 2.* *Domine, ſi vis, potes me mundare.* Et ad voces has nihil immoratus eſt benigniſſimus Dominus. Subiungitur enim; *Et extendens*

Ieſus

Ieſus manum, tetigit eum, dicẽs, volo, mundare. Vbi ſubtiliter Chryſoſtomus notat, verba Domini, & operationem, poſtulationi, & verbis leproſi reſpondiſſe. Quaſi, quòd ita ſe benignũ oſtẽderet, vt potens agnoſceretur, & vt talis exquireretur. *Hoc* (in-
3. Chryſ quit S. Doctor) *quod dicit, volo, voluntatis eius eſt indicium, reſpiciens ad illud, quod ille dixit, ſi vis: quod autem dixit, mundare, poteſtatis eſt præceptum, pertinens ad hoc, quod dixerat ille, potes*. Et paulò inferiùs ait, *Propter quod & Dominus, cognoſcenti potentiam Chriſti, ſecundùm legem, quod deerat, adimpleuit, vt & miſericordiam gratiæ eius cognoſceret, dicens, volo, mundare*.

Secundò, in muliere illa, quæ
Matth. 9. 20. *Sãguinis fluxum patiebatur duodecim annis*. Cùm enim Dominus filiam Archiſynagogi ſanaturus accederet, *Acceſſit retrò, & tetigit fimbriam veſtimenti eius*. Et quare Domini ipſius tactum
num. 21. non expectauerit, ſubditur. *Dicebat enim intra ſe, ſi tetigero tantùm veſtimentum eius, ſalua ero*. Lucas verò narrãs etiam factum iſtud, teſtatur ægritudinem hanc
Luc. 8. 43 incurabilem. Sic enim ait; *Quæ in medicos erogauerat omnẽ ſubſtantiam ſuam, nec ab vllo potuit curari*. Quod ergo reſpectu hominum incurabile erat, reſpectu Dei, facillimum fuit.

Et quidem ſignificabatur per ægritudinem corporis, infirmitas animæ. Dicens namque *ſalua ero*, fuit idem, ac dicere, vt Gloſſa Matt. vt ſupra. Interlin. interlinealis notauit, *Ab omni iniquitate mũdabor*. Vt rei probauit effectus. Subditur enim ibi: *Et confeſtim ſtetit fluxus ſanguinis eius*. Luc. 8. 44. Dicit autem Euangeliſta Matthæus. Matt. 9. *Et Ieſus conuerſus, & videns eam, dixit, Confide filia, fides tua te ſaluam fecit*. Conuerſio iſta Ieſu, quæ corpore facta eſt, illius interioris eſt ſignũ, qua benignè culpam dignatus eſt condonare. Et pro ratione fiduciam aſsignat mulieris, eius potentiam, & miſericordiã agnoſcẽtis, *Fides* (inquit) *tua, te ſaluam fecit*.

Notat hìc acutè Chryſoſtomus, quare mulier iſta ſolo tactu, non carnis Chriſti, ſed veſtimenti, & nõ totius, ſed fimbrię ſolius, citiùs filia Principis Synagogæ, ad quam tunc ibat, fuerit liberata; cùm tamẽ à Principe illo fuerit præuentus, detentus, & genibus flexis, rogatus? Et cauſam eſſe reſpondet; quia mulier iſta, fiducia illum præceſſerat, & ideo priùs accedens, priùs ſanitatem obtinuit. *Vides* (inquit S. Doctor) Chryſoſt. Hom. 32. in Matt. tom. 2. *mulierem longè Archiſynagogo præſtantiorem: non apprehendit, non quidquam detinuit, ſummis digitis ſolùm tetigit, & ideò, cùm poſterior veniſſet, prior curata receſſit. Et ille quidem medicum ipſum ducebat ad domum: huic verò ſuus tactus ſuffecit. Nam*

etſi ægritudtne tardabatur: fidei tamen voluntate volabat.

At hìc ſanè quæri poteſt, ſi tāta fiducia ſplendebat hęc mulier, vt propterea præceſſerit ſanitate illam, quæ priùs, nuntio Patre, clamauerat, quare à Domino dicitur, *Confide filia?* Reſpondeo, vacua non putabatur ab illo, qui fidei illius affirmabat ſanitatem donatam, dicens, *Fides tua te ſaluam fecit:* tamen, quia nondū plena fiducia erat in illa, quæ *tactū* neceſſarium reputauerat, ideo *confide* inquit, ſubindicans, quòd licèt bene confideret, tactum ſolum fimbriæ veſtimenti ſui ſufficere ad ſalutem, tamen ſolum adhuc intuitum ſatis eſſe, vt Petro fuit, quem Dominus ipſe benignè reſpexit, non quidem oculo corporis, ſed oculo cordis, qui ſolus ſanat, vt multi cum Auguſtino affirmant: qui ità inquit contra aliquos, qui hoc negabāt. *Legant iſti Euangelium, & videant Dominum Ieſum tunc intùs fuiſſe, cū à Sacerdotum Principibus audiretur: Apoſtolū verò Petrum foris, & deorſum in atrio cum ſeruis ad focum nunc ſedentem ſicut veraciſſima, & concordiſſima Euangeliſtarum narratione monſtratur. Vnde non poteſt dici, quod Corporalibus oculis, eum Dominus viſibiliter admonendo reſpexerit. Et ideo, quod ibi ſcriptum eſt, reſpexit eū Dominus, intùs actum eſt. Miſericordia Domini latenter ſubuenit, cor tetigit, memoriam reuocauit, interiore gratia ſua viſitauit Petrum, interioris hominis vſque ad exteriores lacrymas mouit, & produxit affectum,* Hæc Auguſtinus.

P. Aug. lib. de gratiia Chriſti. c. 45. to. 7. & lib. de Conſ. Euang. c. 6. tom. 4.

Luc. 22. 61.

Hinc ait Ambroſius, *Quos Ieſus reſpicit, plorant delictum.* Et Eccleſia canit, *Si reſpicis, lapſi ſtabunt.* Non ergo neceſſarium erat iſti mulieri tangere fimbriā, quaſi ſine tali tactu, ſanitatem obtinere non potuiſſet, Quia ergo in hoc defecit, *Confide* dicitur illi, vt fidem imperfectam perficeret, quam ipſe benignè reſpexerat. Quæ tamen, comparatione illius, ab Archiſynagogo oſtenſæ, excellens erat, proindeque meruit prior ſanari.

S. Ambr. in Luc. l. 3

In hymn. ad laud. Mat. Domin.

Quò ergo magis fiducia in Domini potentiam creſcit, experitur magis miſericordia ipſius, & augmentum capit ſpes, & deſperatio ſuperatur. Quapropter quidam ità armatus, cecinit. *Impulſus euerſus ſum, vt cederem.* Impellit namque deſperatio peccatorem, vt diffidens de omnipotentia Dei, potentis illum miſericorditer liberare, cadat caſu æterno in infernum: Dominus tamen confidentem in ſe, benignè ſuſcipit, ne ità cadat, proinde cantum proſequitur, *Et Dominus ſuſcepit me.* Et cauſam ſalutis aſſignat fuiſſe Domini fortitudinem Omnipotentem à ſe cognitam, qua de periculo tali eductus, potiùs laude æterna,

Pſal. 117

qnam

Digitized by Google

quam ſempiterno dignus factus fuit opprobrio, *Fortitudo inquit, mea, & laus mea Dominus, & factus eſt mihi in ſalutem.* Quaſi diceret, quia ipſum meam fortitudinem æſtimaui, & in ipſo poſſe, quòd ſolus nō poſſem, & ideo illi ſoli laudem omnem deberi, propterea *factus eſt mihi in ſalutem.* Ex qua agnitione roboratur ſpes, propterea ſubdit, *non* num. 17. *moriar*, vtique æternaliter, *ſed viuam* in ſempiternum. Proinde ad miniſtros Eccleſiæ fiducialinum. 19. ter clamat, *Aperite mihi portas iuſtitiæ.* Ecce iam poſtulat Sacramenta, quibus eſt nobis aditus ad iuſtitiam. Et ſubditur finis, *Ingreſſus in eas, confitebor Domino.* Quia per ſacramentalem confeſſionem mundatus, & per Euchariſtiam ſanctam refectus, Deum meum laudabo. Et rationem bonorum iſtorum ſubiunnum. 20. git, dicens, *Hæc porta Domini*, vtique in Deum ſpes. *Iuſti intrabunt in eam.* Vocati, ſcilicet, ad iuſtitiam. Quia per ſpem acceſſus ad Deū eſt, vt Paulus teſtaAd Rom. 8. 24. tur, *Spe ſalui facti ſumus.* Et Ioānes ait, 1. Ioan. 3. 3. *Omnis, qui habet hanc ſpē in eo, ſanctificat ſe.* Accedit ergo peccator ita ſperans ad SacraIſa. 12. 3. menta, & *haurit aquas in gaudio de fontibus Saluatoris*, quibus mundatur, reficitur, & ſatiatur.

Vel poſſunt quidē verba prædicta in alio ſenſu intelligi, vt ſermo ſit ad cœli ſuos cōciues, quorum ſocietatem iam ardēter deſiderat, oblitus, per ſpem, viſibilium, deſiderans ibi in perpetuū, Deum ſuum laudare. Et non mirum eſſe, ſi ita petat, *Quia hæc* Pſ. 117. 20 *porta Domini, iuſti intrabunt in eam.* Intrauit namque per portam, vtique ſperando in Domino, qui de ſe ipſo teſtatur. *Ego* Io. 10. 9 *ſum oſtium, per me, ſi quis introierit, ſaluabitur.* Intrauit ergo, credendo omnia poſſibilia Domino Ieſu eſſe, ſicque ab omni iniquitate per eum poſſe perfectè mundari, & itá mundatum, in æternam vitam intrare, ibique perpetuò Deum ſuum laudare.

His ergo benè perpenſis, & ſalutem animæ poſſibilem credens, erigat ſe peccator in ſpem, certò ſciens ex dictis quod quātò in iſta creuerit, tantò erga ipſum miſericors manus Dei dextera Omnipotens extendetur, & culpam fugabit, infuſa iuſtitia.

PVNCTVM II.

Via vitæ poſſibilis cum gratia Dei.

HOc erat aliud caput, vnde diximus, frequēter peccatorē puſillanimem fieri, & in deſperationē incidere, quòd nimirū per viā arctā virtutis, diù nō poſſit incedere. Contra hoc tamen muniendum eſt tot ſcripturis diuinis, quæ gratiam aſtruunt, qua omnia mandata diuina, fiunt facilia. Quo ſenſu Ioannes dixit de

illis, *Et mandata eius, grauia non sunt.* 1.Io.5.3
Et Psalmista ait. *Latum mandatum tuum nimis.* Ps.133.96
Quomodo latum, & nimis latum, si est iter hoc arctum, vt alibi scriptura testatur, *Arcta est via, quæ dicit ad vitam?* Mat 7.14
Respondetur, *Arcta naturæ, lata gratiæ.* Et non vtcumque, sed *nimis.* Ita enim Interlinealis Glossa verba Psalmistæ exponit. Interl.
Quomodo etiam intelligenda sunt verba illa Dominica, *Iugum meum suaue est, & onus meum leue*, vt notauimus alibi. Matt. 11. 30.

Et benè est hìc notandum, quòd hostes animæ, peccata scilicet, & passiones inordinatę, cum dominantur illi, virtutem illius supprimunt, & veluti eneruant, vt videatur deficere, & succumbere oneri legis diuinæ, cui proinde tunc durum videtur, amarum, & importabile. At vero, cum peccator accedit ad seruitutem Dei, tollitur ei iugum hostile, quia à peccatis per gratiam mundatur, & passionibus iam cum Dei auxilio resistit, & tunc incipit apparère ei leue onus legis diuinæ, & iugum Domini, suaue: vt Dominus per Isaiam significauit, cum dixit, *Auferetur onus eius de humero tuo, & iugum eius de collo tuo, & computrescet iugum à facie olei.* Isa.10.27
Quomodo, quæso, auferetur? quia computrescet. Quod enim computrescit, mollescit, & ità desinit esse durum, & graue. Et vnde computrescit? *à facie olei*, ìdest, gratiæ diuinæ. Ipsa enim computrescere facit iugum diaboli, peccatorum, & passionum, & liberum facit, & expeditum ad viam vitæ, quia *Vbi spiritus Domini, ibi libertas.* 2. Cor. 3. 17.
Quid est spiritus Domini? gratia Domini: ipsa hominem à peccatorum, & passionum seruitute liberat, & suaue reddit Domini iugum.

Hoc oleum abundè omnibus datur, qui *opportunè* quærunt illud. Ad hoc namque signandum, hoc nomine donatorẽ illius anima appellauit, quæ illius effusionem, & infusionem experta fuerat, & sic iam erat amore coniuncta cum illo. *oleum* (inquit) *effusum nomen tuum.* Cant.1.2.
Non vtique retentum, clausum, & obseratum, sed effusum. Et in omnes sparsum abundãter, qui cordis vas ei aperiunt confidenter, & offerunt, sic enim implentur, & nullus excipitur, vt testatur Ioannes, dicens, *De plenitudine eius omnes accepimus.* Io. 1. 16.

Hanc plenitudinem etiam ille agnoscebat, qui dicebat, *Quis mihi tribuat, vt sim iuxtà menses pristinos, quando erat omnipotens mecum, & pueri eius in circuitu meo?* Iob 29.2.
loquitur enim de futuro, ideſt, de lege gratiæ, tanquam de præterito, propter certitudinem, & dicit, petram effundere sibi riuos olei: & de Christo Domino loquitur, qui, teste Apostolo, *Petra erat*, de qua abũdanter oleũ funditur, ideſt gratia. Et licet ipse S. Iobus iam tunc de oleo isto 1.Cor.10. 4.

par-

participaret, cupiebat tamen videre Dominum natum, & frui tẽpore gratiæ, in quo abundantiùs de plenitudine iſtius fontis omnes accepturi erant, qui vaſa cordium ſuorum illi per fiduciam aperirent.

Et in hoc quidem tempore, ab iſto S. Propheta tam ardenter concupito, omnes iam ſumus. iſta gratia ſpecialis facta eſt nobis. Quare igitur nõ currimus fidẽter pro oleo iſto, & illo implemus vaſa noſtrorũ cordium, vt ſic anima noſtra linita, & dilatata intùs, non æſtimet arctam viam vitæ? Hinc ait Bernardus etiam latam videri ijs, qui, ſæculo relicto, ſe votorum vinculis, arctiùs propter Deum ligarunt. *Sæculares* (inquit) *mirantur arctam diſciplinã monachorum, & religioſorum, quia iugum vident, oleum, & vnctionem non vident: Deus enim hunc vitæ rigorem, tanta gratia, totque conſolationibus lenit, & mulcet, vt nullũ hoc eſſe iugum videatur.*

S. Bernar. ſer. 1. dedic. Eccl.

Quid ergo trepidas? quid, frater, diffidis? A Domino eſt tuum auxilium, tuum robur, quo iugum legis diuinæ, & Religionis leniter feras, & ſuauiter. *Venite* (inquit ipſe Dominus largitor gratiæ) *Omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos.* Notat hìc S. Ioãnes Chryſoſtomus, quòd non hunc, aut illum inuitet, ſed *omnes*, ne vllum excipiat, quem non reficiat. *Ego*, inquit, *reficiam vos.* Ego, qui ſum Omnipotens, qui ſum factor veſter, reficiam, quod feci: naturam labentẽ præueniam, ne labatur, adiuuabo, vt in via mea proſequatur. Ego, qui ſummè bonus, me vobis communicabo per gratiam, qua ſolidati, non cadatis, ſed ad finem optatum perueniatis.

Matt. 11. 28.

Vide, chariſsime, quomodo iterum apud Matthæum introducis ſermonem de turba ſequente ſe, dicens, *Miſereor turbæ, quia triduò iam perſeuerant mecum, & non habent, quod manducent, & dimittere eos ieiunos, nolo.* Loquitur quidem de turba ſe ſequente per obſeruantiam mandatorum, peccatis relictis, quæ relicta ſibi, abſque gratiæ cibo, certè ieiuna manebit, & præ debilitate deficiet, & iter nequibit perficere; ideò miſericordia mouentur viſcera tenerrima Patris, & dicit, *Dimittere eos ieiunos, nolo.* O teneritudo amoris! Si quis te penetraret, hinc fiduciam excitaret, & nõ nutaret, ſed firmaretur in ſpe, quòd in via hac non deficiet, tali parente, & Domino prouiſore!

Matt. 15. 32.

Hic ſanè, frater chariſsime, eſt panis ille, in cuius fortitudine ambulauit Elias *vſque ad montẽ Dei.* De hoc auxiliatore, quo perſeueramus in bono loquens ſanctus Proſper, ait, *Fortitudo noſtra eſt, quia ita nos contra omnia vitia, inuicta protectione corroborat, vt animum noſtrũ nec blanda diſſoluãt, nec aduerſa deijciãt.*

3. Reg. 19. 8.

S. Proſper. lib. 3. de vita contempl. c. 10.

Hac conſideratione poſterita-

Pſ. 77. 1. tem ſuam muniri, valdè cupiebat Propheta, cum dixit, *Attendite popule meus*. Vbi poſt aliqua, quæ pro hoc faciunt, ſpecialiter ſubdit, num. 5. *Quanta mandauit Patribus noſtris, nota facere ea filijs ſuis,* num. 6. *vt cognoſcat generatio altera filij, qui naſcentur, & exurgent, & narrabunt filijs ſuis.* At quid narrabunt tantopere commendatũ? ſubiungit. *Vt ponant in Deo ſpem ſuam*. Et effectus ſequitur ſpei num. 7. iſtius. *Et mandata eius exquirant*. Ideſt, ſummo quærant deſiderio adimplere, minimè de adimpletione diffiſi. Qui enim ſic in Deo confidunt, adiuuantur ab P. Auguſ. tom. 8. illo vt Pater Auguſtinus ibi aduertit. Et cautelam ſubdit Propheta ex Patribus, qui præceſſerũt, qui proptereà perierunt, quia nõ confiderunt in eo. Sic enim, illum exaſperando, illius auxilio deſtituti manſerunt, & ità corruerunt. num. 8. *Ne fiant* (inquit) *ſicut Patres eorum, generatio praua, & exaſperans: generatio, quæ non direxit cor ſuum, & non eſt creditus cum Deo ſpiritus eius*. Vbi S. Doctor ita exponit, *Ideſt, quia non habebat fidem, quæ impetrat, quod lex imperat*. Et poſt pauca, magis prædicta verba declarans, ait, *Multò enim hoc expreſſius dictũ eſt, ad ſignificandam gratiã Dei; quæ non ſolùm operatur remiſſionem peccatorum; ſed etiã cooperantem ſibi facit hominis ſpiritũ in opere bonorum factorum*. Hoc eſt ergo habere cum Deo *ſpiritũ creditum*, vtique in ipſo confidere. Nam confidenti Deo Omnipotenti, non tantum per iuſtitiam remittũtur peccata, verùm, & noua adduntur auxilia, quibus in accepta iuſtitia perſeuerare queat.

Igitur ex omnibus dictis benè ponderatis, ſatis conſtat, & Deũ potentem eſſe peccata remittẽre, quod etiam indicant verba Ieremiæ Prophetæ, *Conuerte me, & conuertar*. Ierem. 31 18. & rurſus *Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur*. Thren. 5. 21. Indicatur namque tam potentem eſſe voluntatem Diuinam, & illius gratiam, vt nemo illi reſiſtat, vt etiam Pſalmiſta dixit: *Et quis reſiſtet tibi?* Pſ. 75. 8. quaſi dicat, nullus. Et ſimiliter patet, ad ſe iam conuerſum ita potentem eſſe adiuuare, vt facilè, & perſeueranter per viam Dei poſſit ambulare. Et finaliter ſaluari, imo & hoc ſummè, Deũ optare.

Et quis iam, frater mi dilectiſſimè, tibi diffidentiæ relinquitur locus? potens eſt, vt te conuertat, vt te conuerſum faciat ambulare per viam iuſtitiæ: tantùm tu, illum hoc potentem præſtare, agnoſce, & confide, quod ita tecum faciet, ſi in ipſo tuam ſpem collocaueris, & pro hac oraueris, vt infra magis dicetur.

PONDERATIO VII.

Circa Deum, *vt patientem.*

SAnctus Petrus Apoſtolus de iſta patientia loquens, qua

Deus

Deus miſericorditer ad pęnitentiam peccatorem expectat, ait: 2.Pet.3.9 *Patienter agit, nolens aliquos perire, ſed omnes ad Pœnitentiam reuerti*. Hic nãque eſt finis, quare tam frequenter è medio peccatorem (qui quidem non eſt dignus viuere) non tollit per punitionem ſuam, ſed diutiùs ſuſtinet. Quæ ſuſtinentia diuturna, vt S.Th.2.2 q.136.ar 5. Sanctus Thomas aduertit, *Longanimitas* appellatur, quæ hinc patientiæ actus probatur. Vnde paulo poſt idem Apoſtolus de prædicta patientia loquens, ait *Domini noſtri longanimitatem*, 2.Petr.3. 15. *ſalutem arbitremini*.

Igitur peccator ex patientia iſta, qua ſuſtinetur viuus, cum mereretur mortem propter crimina ſua, non debet accipere maiorem libertatẽ peccandi, deſperans iam de ſalute, ſed potiús in confidentiam aſſurgere, neque illa abuti, quia ex bonitate, & miſeratione procedit. Vt etiam Pſ.102.8. teſtatur Propheta dicens, *Miſerator, & miſericors Dominus*. Et effectum ſubdit, *longanimis*, & (addit) *multum miſericors*, vt ſignificet longanimitatem iſtam, magnæ miſericordiæ eſſe indiciũ. Et ideo dixit Petrus, *Salutem arbitremini*, pro pęnitentia differtur mors, permittimini viuere, vt vos conuertatis, & ita ſaluemini. Igitur nõ debes peccator hoc beneficium contemnere, ſed illi reſpondere per mutationẽ vitæ. Rom.2.4. Audi Apoſtolũ Paulum: *An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis?* Vbi notanter hanc patientiam, & longanimitatem, diuitias bonitatis diuinæ appellat, quæ non debent contemni, ſed magnifieri, & concipiendo ſpem inde, peccata relinquere, & nouam vitam incipere. Propterea ſubdit: *An ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?* Igitur miſerans tui, te expectat, ad ipsũ accede, & ſanaberis. Audi quid etiam de illo Sapiens dicat, Sapie.11. 24. *Diſſimulas peccata hominum*, & ad quid? ſubdit: *Propter pœnitentiã*. Vbi Lyranus ait, idem eſſe, ac Lyran. dicere *Differs ea punire, vt des hominibus pœnitendi tempus*. Et ad propoſitum Auguſtin. intonuit: *Si punirem peccatores, non inuenirem confeſſores*. P. Auguſt in Pſ.102.

Non ergo parcit nunc, quaſi illi placeant mala opera tua, ſed, vt longanimitate ſua quærat bona facta tua. In hoc ſenſu notat idem ſanctiſsimus Doctor dixiſſe ad peccatorem: Pſ.49.21. *Hæc feciſti, & tacui*. Ecce patientia. Et ſubditur: *Exiſtimaſti inique, quod ero tui ſimilis? quaſi diceret* (inquit Auguſt.) *Non mihi placent peccata: ſed longanimitate quæro rectè facta*.

Non igitur differas, frater chariſsime, ſpem ſummam concipere, conſiderans Dei tui longanimem patientiam, diuitijs ſpiritualibus plenam, quibus deſiderat animam tuã ditare. Ipſa vita

tua

tua à tot malis, & periculis præſeruata. ipſa ſanitas conſeruata illæſa,& cętera temporalia bona, quibus quietè frueris,tot maculatus peccatis, pro quibus meritò deberes omnibus iſtis priuari, & ad infernum damnari,ad compunctionē te trahunt. Noli ergo Dominum benigniſsimum contemnere, expectantē ad veniam, & promittentem coronam. Concipe ex iſta expectatione ſpem, quòd tibi remittat cuncta. Hoc enim ſummi eſt argumentũ amoris. vt Dominus ipſe ſignauit, cũ Iſai. 5.4. dixit per Iſaiam. *Quid eſt, quod debui vltrà facere vineæ meæ, & non feci?* & ſubdit, *Hoc non plus vltra*, id eſt, hoc maximum expectationis beneficium, *an, quod expectaui, vt faceret, vuas, & fecit labruſcas?* Ad hoc diſsimulat tecum, longanimiter ſuffert, conſeruat tibi vitā,vt facias vuas, hoc eſt, bona opera, malis relictis, quæ dicuntur labruſcæ.

PONDERATIO VIII.

Circa Deum, *vt lucem*.

PEccata, tenebræ interiores ſunt, vt ex varijs locis Scripturę apparet,& ex illo pręcipuè, Sophon. 1. 17. *Ambulabunt vt cæci, quia Domino peccauerũt*. Hinc ergo deſperatio poſſet oriri. quia à nulla creatura, niſi ſolo Deo poſſunt illuminari. Proinde quidam in illis ſedens, ad Deum ſolum recurrens, dixit: *Deus meus illumina tenebras meas*, Pſ. 17. 29 quilibet tamen alius, fiducia amiſſa, deſperaret de venia.

Ideo ſeriò conſiderandum eſt, quòd de iſta luce Diuina, multa ſcripta ſunt in Scriptura de illius communicatione benigna. Dicit nāque Iſaias Propheta: *Populus, qui ambulabat in tenebris,* Iſ. 9. 2. *vidit lucem magnam: habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta eſt eis*.

Quis vidit? populus *tenebroſus*. quid? *lucem*. quantam? *magnam*. Vbi non tantùm dicitur orta in tenebris ambulantibus, per quos peccatores accipiuntur, qui in peccatis non immorantur per inueteratos habitus prauos, ſed etiam habitantibus in regione vmbræ mortis,qui intelliguntur, qui iam diu iacent in tenebris peccatorum, & prauos habitus iam diù acquiſierunt, in quibus magis periclitatur ſpes. nam, ne deſperent, illis dicitur, *Lux eſt orta*, nō quæuis,ſed magna, potēs illos illuminare,pulſis procul iſtis omnibus tenebris.

Notandum tamen, quòd non ita peccatoribus oritur,vt occultetur iuſtis, cùm omnibus ſe cōmunicet, dicente etiā Scriptura: *Solem ſuum facit oriri ſuper bonos, & malos*. Matth. 5. 45. Illis igitur oritur, ne deſperent: illis, vt magis ſperent, & animentur ad viam, duce luce iſta ſecura, quæ omnes illuminat, vt etiam Ioannes dixit,

Erat

Digitized by Google

Ioan. 1. 9. *Erat lux vera, quæ illuminat*
omnem hominem venientem in
hunc mundum. Si *omnem*: Er-
go excipit nullum, quia omnis,
qui venit in hunc mundum, lucis
iſtius eſt indiguus, quia in pec-
cato concipitur. Et poſt lucem
acceptam, ſi ad tenebras reddit,
luce hac iterum opus habet, vt
reddatur lucidus, vel ſi in luce
perſeuerat, vt magis luceſcat, ſi-
Apoc. 22. 11. cut ſcriptum eſt. *Iuſtus iuſtifi-*
cetur adhuc. Iuſtitia namque,
lux iſta eſt, quam illi negarunt im-
meritò ſibi ortam, qui in inferno
Sap. 5. 6. poſiti, dixerunt, *Iuſtitiæ lumen*
non luxit nobis, cum illis etiam
oblata fuerit, dum fuerũt in vita
mortali: ſed illi reſpuerunt, vt
Ioan. 3. 19. veritas ipſa teſtatur, dicens, *Et*
dilexerunt magis tenebras, quàm
lucem.

Imò, ne vllum ſit tempus, in
quo peccator valeat deſperare,
Ioan. 9. 5. dixit: *Quamdiu ſum in mundo*,
lux ſum mundi. Dices: abijt per
Aſcenſionem in cœlũ: ergo hũc
mundum deſeruit: & iam luce
iſta carebo, qua poſſim illumi-
nari. Reſpondeo; ita eſſet, quã-
do ſic abiret, vt ſimul non rema-
neret. Sed hoc fuit, & eſt amoris
exceſſus, vt ita loquar, quod eo
modo aſcenderit, vt remanſerit
Matth. 28. 20. ſicut ipſemet teſtatur, dicẽs, *Ego*
vobiscum ſum vſque ad conſum-
mationem ſæculi. Quod P. Au-
P. Auguſt. tract. 44. in Ioan. guſtinus, conſiderans, ait. *Audi*
promittentem, & ne arbitrèris
abſentem:

Hìc ergo nobiſcum lux noſtra
Chriſtus remanſit per aſsiſtentiã,
& regimẽ, diſtribuẽs nobis dona,
quibus poſſimus ad ipſum redire.
Propterea de illo aſcendẽte, Pſal-
miſta cãtauit: *Aſcendens (Chri-* Pſal. 67. 19.
ſtus) in altum, captiuam duxit
captiuitatem, dedit dona homini-
bus. quod ipſe etiam ante Aſcen-
ſionem prædixerat: *Si ego non* Ioan. 16. 7.
abiero, Paraclytus non veniet ad
vos. Venit autem Paraclytus ſe
cõmunicando per dona, vt Apo-
ſtolus dixit. *Charitas Dei diffu-* Rom. 5. 5.
ſa eſt in cordibus noſtris per ſpi-
ritum Sanctum, qui datus eſt no-
bis. Et alibi ait: *Hac autẽ om-* 1. Cor. 12. 11.
nia operatur vnus, & idem ſpiri-
tus, diuidens ſingulis prout vult.

Et, vt in maiorem ſpem, & cõ-
ſolationem erigeremur, remanſit
etiam nobiſcum alio ſpecialiſsi-
mo modo, valdè admirabili, in
Sanctiſſimo Sacramento Altaris.
Et iſte eſt Thronus grariæ, ad fi-
ducialem acceſſum nos trahens,
de quo idẽ Apoſtolus ait, *Adea-* ad Hebr. 4. 16
mus ergo cum fiducia ad Thronũ
gratiæ, vt miſericordiam conſe-
quamur, & gratiam inueniamus
in auxilio opportuno. Quandiù
enim ibi eſt lux noſtra, eſt ad te-
nebras noſtras depellendas. ibi
autem erit *vſque ad conſumma-* Matt. vt ſupra.
tionem ſæculi vt ipſemet ait.

Si de illo autem, vt Deus eſt,
loquamur, vbique eſt, cùm dicat
Cœlum, & terram ego impleo, Hier. 23. 24.
Et Dauid dicit, *Quò ibo à ſpiritu* Pſ. 138. 7.
tuo? Quaſi dicat, non potero elõ-

gari

gari ſemper mecum eris, quia vbique es ex immēſitate tua. Ergo in corde noſtro erit, & ibi lumen dabit, niſi clauſerimus oſtiū, per diſſenſum. Vnde ait idē Propheta, Pſ. 33. 6. *Accedite ad eum, & illuminamini.* Tunc accedimus, cum inſpirationibus illius bonis conſentimus: & tunc illuminatio ſequitur, & iuſtificatio. Neminem enim repellit, qui ſic ad ipſum accedit. Quod ſignificant verba ſequentia. *Et facies veſtræ non confundentur*. Id eſt, per repulsā Hugo. non erubeſcēt, vt Hugo quoque notauit. *Cōfuſio namque* (inquit) Pſ. 94. 3. *eſt alicui, cum ad aliquem magnum accedit, & turpiter ab illo repellitur: at Deus magnus Dominus, Rex magnus ſuper omnes Deos, non repellet plebem ſuam.*

Et Apoſtolus hac luce illuminatus interiùs, ita peccatorē quē Epheſ. 5. 14. quam alloquitur. *Surge, qui dormis, & illuminabit te Chriſtus.* Ambroſ. tom. 3. Vbi Ambroſius ſic inquit, *Perfidi, & vitioſi, demerſi in cœnum ſub deſperatione vitæ, vt reſurgant, ſiue emergant, admonētur, vt habeant partem cum Chriſto, vt de tenebris tranſeāt ad lucem, & à morte ad vitam.*

Ita fecerunt cæci illi duo, de quibus narrat Euangeliſta Matthæus, quòd, Domino prætereū Matt. 20. 30. te, clamauerunt, dicentes, *Domine, miſerere noſtri, fili Dauid* At quid fecit lux iſta? repulit ne eos, quos alij, vt legitur ibi, ne clamarent, increpabant? non, ſed, vt ait Euangeliſta, *Stetit Ieſus, & vocauit eos. & ait, quid vultis, vt faciam vobis? dicunt illi, Domine, vt aperiantur oculi noſtri.* Nota chariſsime, quomodo lux iſta, vt intret ad te, & tua interiora illuminet, & ſanet, aliud non requirit, quàm conſenſum tuum. *quid vultis*, inquit, quaſi veſtrum velle, ſit meum incipere, & perficere. Vt autem illi conſenſerunt, & cordis clauſtra aperuerunt, intrauit lux Chriſti, & illuminauit illos. Subditur namque, *Miſertus* Matt. 20. 34. *autem eorū Ieſus, tetigit oculos eorum, & confeſtim viderunt, & ſequuti ſunt eum.* Notat autem ibi S. Ioānes Chryſoſtomus, quòd non debemus mirari, quòd abſque vlla mora Dominus, hos illuminauerit cæcos. *Hæc*, inquit, S. Chryſ. *curationis ſola cauſa propter quā in hunc mundum deſcendit*. Vt enim ipſe teſtatur, Mar. 2. 17. *non veni vocare iuſtos, ſed peccatores.* Matt. 9. 13.

Quia autem, vt P. Auguſtinus Aug. ſer. 44. de verbis Dom. in Euāg. S. Ioanis aduertit, quæ Chriſtus Dominus geſsit exteriùs, ſigna erant eorū, quæ operabatur interiùs, cęci exteriùs illuminati, præcipuè intùs fuerunt illuſtrati. Quapropter inquit idem S. Doctor, verba Pſalmiſtæ dicentis, Pſ. 145. 8. *Dominus illuminat cæcos*, legenda eſſe, Aug. in Pſ. 145. tom. 8. *Dominus ſapientes facit cæcos*, ne carnaliter intelligeremus de tenebris exterioris cæcitatis, ſed de illa mentis præcipuè. Et patet quidem in cęcis iſtis de quibus dicitur, *& ſequuti ſunt eum.* Quid Matt. vt ſup.

eſt

est sequi Christum, nisi adimplere voluntatem Christi, eius mandata seruando? hoc autem non facit, nisi illuminatus interiùs, ambulando per viam vitæ.

Nec sunt quidem tenebræ vllæ, ita caliginosæ, & densæ, quæ non possint à virtute lucis istius depelli, cuius virtus est infinita. Quod quidem satis ostendit parabola de cæco nato, quam narrat Euangelista Ioannes. Vbi non sine causa introducitur *cæcus natus*, factus videns. Quia in isto maior est difficultas videndi, quã in vllo alio, qui talis ab vtero matris non fuit. Significatur ergo, quòd licèt peccator, nunquam cognouerit Deum, sed semper in tenebris infidelitatis permãserit, & in omni iniquitate vitam suam transegerit, accedat tamen secure ad istam lucem diuinam, quia visum internum suscipiet, quo viam salutis incedens, saluus perpetuò fiat. *Ioan.9*

Considera ergo benè frater peccator, omnia supradicta motiua, & præcipuè verba illa dulcissima candidissimæ lucis istius, *Ego in hunc mũdum veni, vt qui non vident, videant*, vtique viam vitæ, & salui fiant. Quomodo igitur nõ illuminabit tenebras tuas, qui ad eas illuminandas, de cælo ad terram fatetur se descendisse? fiducialiter ergo accede ad ipsũ, dicens verba Prophetæ, *Consurgam, cùm sedero in tenebris, Dominus lux mea est.* *Michæ. 7. 8.*

PONDERATIO IX.

Circa Deum, *Vt fontem.*

HIc primò considera, peccata, maculas animæ esse vt cõstat ex Hieremia Propheta, *Maculata es in iniquitate tua.* Quæ alio nomine *sordes* appellãtur, vt Thren. 1.9. *Sordes eius in pedibus eius.* Vbi per *pedes*, animæ affectus intelligẽdi sunt, iuxta Augustini doctrinam. Quando ergo isti inordinati sunt, tunc coram Deo sordescunt. Dicuntur etiam *immunditiæ*, vt apud Ezechielem 24.13. *Immunditia tua execrabilis.* & *inquinamenta*, teste Apostolo dicente 2.ad Cor. 7.1. *Mundemus nos ab omni inquinamento carnis, & spiritus.* Vbi tam peccata carnalia, quàm spiritualia inquinamẽta appellat. *Hieremæ 2. 22.* *Thren. 1. 9.* *Aug. in Ps. 33. 6.* *Ezech. 24. 13.* *2. Cor. 7.*

Considera secundò, scriptum esse de ciuitate superna cœlesti, *Nõ intrabit in eam aliquid coinquinatum.* *Apoc. 21. 27.*

Hinc peccator, se sordidum, maculatum, immundum, & coinquinatum considerans, incipit desperare, putans, iam se illuc non posse nitrare.

Sed quid tunc faciendum, & quomodo contra hunc hostem pugnandũ? confugiendo ad Deũ fontem *Aquæ vitæ salientis in vitam æternam*, vt ipse de se ipso testatur, quæ non tantùm valet animam maculatam purgare, sed *Ioã. 4. 14.*

super

ſuper niuem dealbare, vt manet dictum ſuperiùs, & illuc faciens dignam intrare.

Hanc aquam promiſit Deus per Ezechielem Prophetam, cùm dixit, *Effundam ſuper vos aquã mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris.* Vbi *effuſio*, cõmunicationis abundantiam ſignat. Et quòd *munda* ſit, virtutem ad abſtergendum. Et verbum, *mundabimini*, executionem virtutis oſtendit. Et ſequentia verba, *Ab omnibus inquinamentis veſtris*, fiduciam præſtant, quaſi nullæ ſint ſordes, neque vllum inquinamentum ita magnum, quod non valeat per illam aquam mundari.

Ezech. 36 25.

Quæ eſt autem aqua iſta, niſi baptiſmalis, quæ omnem maculã abluit penitùs, & abſtergit? quæ eſt iſta aqua, niſi gratia per cætera Sacramenta à Domino inſtituta, nobis cõmunicata? vt Iſaias præ-

Iſai. 12. 3 dixit, *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris*. In gaudio haurietis; quia mundabimini. Et vnde? de fontibus Saluatoris. Ipſe enim eſt fons viuus, ex cuius vulneribus emanarunt Sacramenta, quæ, inſtar perennium fontium, mundant ſuam Eccleſiã, & efficiunt ſine macula.

Et ea eſt virtus illorum, vt nullum ſit peccatum ita inueteratũ, & infixum in anima, quod non deleatur hâc aquâ: vt etiam ver-

Iſai. 1. 18 ba illa oſtendunt, *Si fuerint peccata veſtra, vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur*, vt ſuperiùs iã expendimus.

Alibi etiam ad hanc veritatem cordi imprimendam peccatoris, ne de ſordibus ſuis deſperet, dixit Deus per Zachariam Prophetam: *In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Ieruſalem, in ablutionem peccatoris, & menſtruatæ.* Dicitur, *in die illa*, id eſt, in tempore legis gratiæ, quæ dies dicitur reſpectu veteris legis; vt Apoſtolus ſignificauit, cùm dixit: *Nox præceſſit: dies autem appropinquauit.* Dicitur autem *fons*, non vtcunque, ſed, *patens*, ne tu putes abſconditum, & inacceſsibilem tibi. Non ita eſt: omnibus patet. Vnuſquiſque accedere poteſt, accipere, & ſe lauare. Nam ad hoc eſt patens, *in ablutionem*. Sed cuius? *peccatoris*, vt ſubiungitur. Et ſubnectitur, *menſtruatæ*, ad indicandas maximas ſordes, quę inquinant maximè quidquid tetigerint, vt Hieron. ibi notauit. Hic ergo eſt maximus peccator, qui omnia operatur in malum, etiam opera, quę aliòquin *ex genere ſuo* ſunt bona. Iſte igitur ſic ſordidus, accedat ad fõtem parẽtem, & abluetur, & perfectè mundabitur.

Zach. 13. 1.

Rom. 13. 12.

Proinde Dominus, & fons iſte perennis, omnes, nemine excepto, ad aquas iſtas inuitat, dicẽs:

Iſai. 55. 1 *Omnes ſitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentũ, emite abſque argento, & abſque vlla commutatione.* Gratis igitur acce-

Digitized by Google

acceditur ad fontem patentem aquis plenum. Tantùm oportet ſitire,ideſt,vehementer deſiderare ſalutem, & venire, & haurire, & ſe lauare, & mundare.

Vbi eſt ergo nunc,quæſo, frater peccator,locus deſperationi? locus diffidentiæ? Erige ergo te in ſpem, & fiduciam: quia licèt inquinatus, & menſtruatus,& ita infixus in ſordibus ſis, vt manſiuus eſt in pãno rubro color coccineus;tamẽ,vt nix,dealbaberis.

PONDERATIO X.

Circa Chriſtum Dominũ, *vt Aduocatum*.

HIc imprimis aduertendum eſt, Aduocatum eſſe noſtrum,Dominum Ieſum apud ſuũ æternum Patrem, non, vt Deus eſt; quia, vt ſic, ſuperiorem non Io.14.28 habet,apud quem Aduocati vice fungatur; ſed, vt homo eſt, quo pacto minor eſt Patre.

Ratio autem eſt, quia Pontifex ęternus eſt:at pertinet ad Põtificem pro ſubditis ſibi orare,vt S.Thom. docuit S.Thomas 3.p q.56.ar.4. ad 1.ex Paulo ad Hebr. 5. 1. & ideo, quoad durauerit miſeria noſtra, ipſe erga nos officium hoc exercebit, licèt ad dexteram Patris iam ſedeat. Quod idem Apoſtolus ſignificauit, cùm de Ad Hebr. 7.24. nu.25. ipſo dixit: *Sempiternum habet Sacerdotium: vnde & ſaluare in perpetuum poteſt accedentes per ſemetipſum ad Deum: ſemper viuens ad interpellãdum pro nobis*. In quibus verbis notat Chryſoſtomus,ſpem noſtram maximè Chryſoſt. ibid.ro.4. erigi in eo,quòd dicatur, *ſemper viuens*, &c. Nam timor poſſet oriri, quòd licèt diligeret nos, & tueretur nos ex amore; tamen poſſet deficere, quia non ſemper viueret:quę ratio timoris excluditur,quia dicitur,*Sẽper viuens ad interpellãdum pro nobis*.

Et cũ alioquin Aduocatus hic, filius ſit illius apud quẽ aduocat plenus meritis,& illi gratiſsimus, ac ſummè digniſsimus: amor patris in filium, merita illius,& dignitas, patrocinium faciunt efficaciſsimum. Vnde ipſe Dominus de oratione ſua dixit ad Patrem: *Ego autem ſciebam,quia ſemper* Io.11.4. *me audis*. Et Apoſtolus de oratione iſta,quam in cœlo pro nobis exhibet Patri, ait ad Rom. 8. *Qui eſt ad dexteram Dei, qui* Ad Rom. 8.34. *etiam interpellat pro nobis*. Vbi S. Ambroſius ita inquit: *Semper* S. Ambr. *cauſas noſtras agit apud Patrem, cuius poſtulatio contemni non poteſt, quia in dextera Dei eſt*. Quod etiam expendens Chryſoſtomus S.Chryſ. dicit;*In propria dignitate, noſtri curam non depoſuit,ſed & pro nobis intercedit, & adhuc eandem charitatem conſtantem ſeruat. Neque enim contentus eſt occiſione ſolùm, quod quidẽ maximi eſt amoris argumentum, officijs ijs,quæ ad ipſum pertinẽt, non fungi modò, ſed & alium quoque obſecrare*.

Et communiter quidem Sacri Doctores aſſerunt, ideò voluiſſe, quòd in carne ſua poſt reſurrectionem, vulnerum cicatrices manerēt, vt eas amantiſſimo ſuo Patri oſtendens, multum, quod propter homines tulerit, perpetuò præſentaret, eumque ſic ad commiſerandum moueret, vt S. Thomas his verbis affirmat. *Vt Patri pro nobis ſupplicans, quale genus mortis pro homine pertulerit, ſemper oſtendat.*

S.Th.3.p. q.55.ar.5

Hinc ſanè maximè ad ſpem debet animari peccator, quòd per talem Aduocatum non poterit à Deo repelli. Vnde S. Ioãnes Apoſtolus ad omnes homines loquẽs, commendat primùm timorem Dei, ne eum offendant, tamen, ſi ex fragilitate humana peccauerint, non debere ex hoc deſperare, conſiderantes Aduocatum hunc habere in cœlo. *Filioli* (inquit) *hæc ſcribo vobis, vt non peccetis, ſed & ſi quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrẽ Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris autem tantùm, ſed etiam pro totius mundi.* Vbi nullus repellitur à merito ſanguinis Domini, dummodo non obduret cor ſuum, & gratiæ ponat obſtaculum.

1.Io. 2.1.

num.2.

Et verba iſta Apoſtoli P. Auguſtinus conſiderans, ait, deſperationi ampliùs locum non eſſe, cum talem aduocatum habeamus ad Iudicem, modò accedamus fidenter, quia cauſam non amittemus. *Si* (inquit) *de infirmitate vitæ ſurrepſerit peccatum, continuò vide, continuò diſpliceat, continuò damna: & cum damnaueris, ſecurus ad Iudicem venies: ibi habes aduocatum: noli timere, ne perdas cauſam confeſſionis tuæ.* Et rationem ſubdit. *Si enim aliquando in hac vita committit ſe homo diſertæ linguæ, & non perit: committis te verbo, & periturus es? clama, aduocatum habemus apud Patrem.* Et Concil. Francoford. colum. 6. ait. *Aduocatus eſt, qui pro me Iudicem interpellet, qui cauſam neceſſitatis meæ, propria tuitione defendat.*

P. Auguſ. tract. 1. in epiſt. tom. 9.

Concilium Frãcofor.

Igitur quid times peccator? quid nutas? quid diffidis? Aduocatus tuus gratiſſimus Iudici eſt, ſummè dignus, ſummè ſapiens, & te indicibiliter diligens, benè te expediet, & ſecurè te liberabit, tantùm fiducialiter ad ipſum accede, quia ſemper viuit ad interpellandum pro te.

PONDERATIO XI.

Circa Deum, *vt manſuetum.*

MAnſuetudo virtus eſt *moderatrix iræ*, & in Deo datur, non tamen cum imperfectione, quam in nobis ſupponit. De qua ad ipſum loquens Pſalmiſta, ait, *Mitigaſti omnem iram tuam, auertiſti ab ira indigna-*

Pſ. 84. 4.

tionis

tionis tuæ. Vbi P. Auguſtinus pro verbo *mitigaſti*, legit, *ſedaſti*, & notabile eſt, quod dicit omnem iram ſedatã, ideſt, totam. Et cum loquatur de præterito, *Sedaſti omnem iram tuã*, ſubiungit, *Conuerte nos Deus ſalutaris noſter, & auerte iram tuam à nobis*. Vbi dubium occurrit, ſi totam iam fatetur ſedatam, quomodo, vt auertatur, expoſcit? quomodo eſt auertenda, quæ eſt iam auerſa? Videntur iſta pugnantia: tamen non ſunt, vt Auguſtinus notauit, quia *P. Auguſ. ibid to.8.* Propheta propter certitudinem, de re futura, vt de iam facta, loquitur. Quæ, quia nondum re ipſa facta erat, ideò, vt fiat, expoſtulat. Vnde nomine Prophetæ ſic S. Doctor reſpõdet; *Illa dico quaſi facta, quia video futura: quia verò nondum facta ſunt, oro, vt veniant, quæ iam vidi*. At quando erant futura? tempore, quo Deus ipſe ex amore factus eſt homo, & ira omni depoſita, nos erat de manu inimici redempturus, & filios ſuos facturus per gratiam, *Ad Gala. 4.4.* vt teſtatur Apoſtolus, dicens. *Vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum, factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos, qui ſub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus*. Vide finem incarnationis Dominicæ, vt, nimirum, te ſub diaboli poteſtate per peccata conſtitutũ, benignè liberaret, & gratiam daret, qua inſuper adoptareris in filium.

At vnde prouenit condonatio iſta gratuita delictorum, & cumulatio ſuorum donorũ, niſi ex mãſuetudine, & amore Dei tui propter te incarnati? Vide, quid de eo prædixerit Iſaias Propheta, *Calamum quaſſatum non conteret, & linum fumigans non extinguet*. *Iſai.42.3* Vbi per, *calamum quaſſatum*, qui inutilis redditur, & ſuis fracturis, & aculeis pungit, lędit, & fit contemptibilis, vt omninò conteratur, & proijciatur, ſignificatur peccator, qui poſt peccata, tantùm igni inferni fit aptus, ſi cum eo ex iuſtitia, ageretur, ſed quid facit miſericordia? mitigat, & ſedat furòrem, & deſinit conterere, quod conteri merebatur: talis igitur prędicitur mãſuetudo Chriſti, *Calamum quaſſatum non conteret*. Vbi ita ait Hieronymus, *cunctis enim placabilis erit, & veniam dabit peccatoribus, dicens, Confide fili, dimittuntur tibi peccata tua*. *S. Hieron.* *Matt.9.2*

Et rurſus comparatur peccator fumiganti lino, ideſt ellychnio ex lino caliganti, flamma nõdum dominante, vel iam euaneſcente. Ellychnium namque ita exiſtens, omnibus eſt horribile, quia oculis, & naribus nocet (fœtet enim) ideoque omnes feſtinant omnino extinguere illud. Et congrue ſanè per hoc denotatur peccator, quia flammam diuinam immiſſam, non curat in corde ſuo lucère, vel iam conceptam, & accenſam, per peccata ſinit extingui. Quia tamen

dum quis viuit in vita iſta mortali, veniæ eſt capax, & gratiæ, ideò non aſſimilatur lucernæ omnino extinctæ, ſed fumiganti, in qua eſt ſpes, quòd de nouo facilè accendatur, ſi flamma iterum applicetur. Peccator igitur, qui per peccata horribilis redditur, & dignus, vt extinguatur, tamen ex manſuetudine Dei noſtri ſeruatur, & expectatur ad veniam. *Et linum fumigans non extinguet.* Vbi idē Hieronymus inquit, *Qui vicini erant extinctioni, Domini clementia ſeruabūtur.* Propterea Iſa.42.4. ſubditur, *Non erit triſtis, nec turbulentus, donec ponat in terra iudicium.* Quia verò triſtitia, quaſi obſcurat vultum, & turbo velociter currit, & confringit, & diſpergit quidquid offendit, ideò idem S. Doctor notat, aliam litteram legere: *Non obſcurabit, & non curret,* ſenſumque eſſe, *nullum, vultus triſtitia deterrebit, nec feſtinabit ad pœnam, qui iudicij veritatē vltimo tempore reſeruauit.*

Igitur nunc, quamdiù viuitur 2.Cor.6.2. in iſta vita mortali, *Tempus acceptabile, & dies ſalutis eſt,* vt Apoſtolus ait, ideòque neminem repellit, neminem abhorret, quāuis ſceleratiſsimus ſit. Imo quamdiù vixit in terris in carne paſsibili, cum peccatoribus conuerſabatur, & manducabat frequenter, ob idque de ipſo Scribæ, & Pha- Marc. 2. 16. riſæi dicebāt diſcipulis ſuis. *Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat, & bibit magiſter veſter?* Ideò omnes, qui ſub peccatorum onere laborant, ad ſe clemētiſsimè vocat, dicens, *Venite ad me omnes, qui laboratis, &* Matt. 11 28. *onerati eſtis, & ego reficiam vos.* Vtique alio inuiſibili cibo, per quem viſibilis iſte, vobis fiet faſtidio.

Et ſanè mirum in modum benignitatem Domini ex manſuetudine ortam, voluit Propheta apud Matthæum 21. 5. Signare, cum de ipſo prędixit, *Dicite filiæ Sion,* ideſt, cuilibet ciui ciuitatis ſupernæ Sion, qui eſt creatus ad illam, quòd licèt iaceat miſerrimè in peccatis, tamen iam nolit timere, nolit deſperare de venia. Quare? ſubditur. *Ecce Rex tuus, venit tibi manſuetus.* O Peccator tibi ita venit lenis, & mitis, ſi tu ſciueris hoc intelligere: Igitur non in ira repellèris. Imo vocabit te, & ex amore gaudens coniungetur tibi. Ideò ſubiungitur ibi, *Sedens ſuper aſinam, & pullū.* Quia ergo manſuetus venit tibi, ideo ſuper te ſedet, non, vt puniat, non vt deprimat, ſed, vt ibi ſedens, bonis ſpiritualibus repleat te iam abſolutum à malis. Propterea ſedère noluit, niſi, per diſcipulos, aſinam alligatam, vtique animam peccatis, priùs imperauerit ſolui, & iam ſolutam adduci, vt apud eundem Matthæum narratur, *ite, & ſtatim inuenietis aſinam alligatam, & pullum cum ea, ſoluite, & adducite mihi.* Vbi ait Ambroſius, *Soluit eos manus Apoſtolica.* S.Ambroſ

Quia

Quia Apoſtolis,& Sacerdotibus, omnibuſque eorum ſucceſſoribus data eſt poteſtas iſta ſoluendi. Igitur nota, quomodo dicat, *ſtatim inuenietis*; quia à pietate Domini peccator abſcondi non po- Pſal.18.7 teſt; quia *Non eſt, qui ſe abſcondat à calore (charitatis) ipſius.* Et, *ſoluite*, inquit, quia dum ligatus eſt, ſeſsioni meæ aptus non eſt. Solutis igitur quid facietis? dimittetis? non; ne ſibi relicti, redeant ad vomitum ſuum. Igitur *adducite*. Sed cui? mihi. Nota, frater peccator, manſuetudinē Domini. Te vult ſibi. Apud te vult habitare: hoc enim ſuum ſedere deſignat. Perpende ergo, quomodo te non repellit iratus, ſed per manſuetudinem recipit placatus,& manet in te libēter. Qui enim ſedet, vbi ſedet, requieſcit. O res mira, peccator ſedes Dei factus, qui priùs fuerat ſedile diaboli! O manſuetudo diuina, da, vt valeam te enarrare, & omnes peccatores ad ſpem animare.

Hoc fecit Paulus, cum dixit, 1.adThef. 5.8. *Simus induti galeā ſpem ſalutis:* Vbi ſpem galeam vocat. Et rationem Chryſoſtomus his verbis S.Chryſoſ. tom. 4. aſsignat. *Sicut enim galea conſeruat id, quod eſt præcipuum eorū, quæ ſunt in nobis, nempe caput, amplectens, & vndique tegens: ita etiam ſpes non ſinit rationem concidere, ſed facit ſtare rectam, tanquam caput, nihil externum in ipſum ſinens cadere.* Hæc S.Doctor. Sed quid eſt externum, niſi quod contrarium eſt ſaluti? Vnde autem procedit tanta protectio ſpei? Subdit Apoſtolus. *Quoniā* 1.adThe. 5.9. *non poſuit nos Deus in iram, ſed in acquiſitionem ſalutis per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtū.* Ipſe Dominus Ieſus mitigauit omnem iram Patris, qui dicebatur olim *Deus vltionis*,& iā Deus Pſal.93.1 *dilectionis* factus, in ipſo libenter peccata condonat. Sicque, non in iram poſiti, ſed in veniam,& acquiſitionem ſalutis, poſſumus dici, & hinc ſpem magnam concipere, vt Apoſtolus inquit.

PONDERATIO XII.

Circa Deum, *vt bonum*.

EST Deus noſter *per eſſentiā* bonus,& cætera *participatiuè* per ipſum. Quod Dominus indicare volens, dixit apud Matthæū, *Vnus eſt bonus, Deus.* Quia, Matt.19. 17. ſicut ipſe, nihil bonum dici poteſt. Cum verò bonum, vt Philoſophus dixit, ſit *diffuſiuum ſui*, ad illum maximè pertinet, communicare ſe. Et ſe communicauit ad extrà, quando cuncta creauit ex nihilo. Quod ſignum dilectionis fuit, vt verba Sapientis ſignificāt: *Diligis omnia, quæ ſunt,* Sapien.11 25. *& nihil odiſti eorum, quæ feciſti: nec enim odiens, aliquid conſtituiſti, aut feciſti.* Quia autem in reparatione humani generis lapſi plùs ſe communicauit, quia ſe ſubſtātialiter humanę naturæ vniuit

uit per vnionem hypoſtaticam, cùm *Verbum caro factum eſt*, ideò indicibiliùs illam amauit, & hinc in ſpem erexit, vt ipſe per Ioannẽ teſtatur, dicens, *Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret.* Quomodò autem dedit, niſi, cùm illum carni noſtræ vniuit? vt enim ait Dionyſius 4. de diuin. nom. *Amor eſt vnitiuus.* Vnde cùm vnio hypoſtatica fuerit ſumma, quam Deus ad extra facere potuit, ſummus amor eius erga naturam humanam, hinc manifeſtè probatur. Quod ſatis indicauit Dominus ipſe, cùm dixit, *Sic Deus dilexit*, &c. Vbi particula, *ſic*, multam vim habet, amoris vehementiam indicandi, cuius effectus oſtenditur, dum ſubiungitur, *Vt filium ſuum vnigenitum daret.* In hac igitur donatione, amoris exceſſus probatur, & ſpes hinc concipienda adſtruitur, dũ ſtatim ſubditur, *Vt omnis, qui credit in eũ, non pereat, ſed habeat vitam æternam.* Ad hoc igitur bonitas ſumma Dei ſic ſe ſummè nobis communicauit, induendo hominem, vt erigeret noſtram ſpem. Et Pater etiam Auguſtinus conſiderauit his verbis: *Quid enim tam neceſſarium fuit ad erigendam ſpem noſtram, menteſque mortalium conditione ipſius mortalitatis abiectas, ab immortalitatis deſperatione liberandas, quàm vt demonſtraret nobis, quanti nos penderet Deus, quantùmque diligeret? Quid verò huius rei tanto iſto indicio manifeſtius, atque præclarius, quàm vt Dei filius immutabiliter bonus, in ſe manens quod erat, & à nobis, & pro nobis accipiens, quod non erat, præter ſuæ naturæ detrimentum, noſtrum dignatus eſt inire conſortium?*

Io 1. 14.

Io. 3. 16.

Dionyſ.

Aug. lib. 13 de Trinit. c. 10. tom. 3.

Et Paulus Apoſtolus, conſiderans, quòd non tantùm Pater æternus, pro nobis incarnari voluit filium ſuum vnigenitum, ſed & occìdi morte turpiſsima: hinc à fortiori arguit dilectionis maximę vim, qua nobis donabit, quod eſt minus; ſcilicet, omnia donacreata, remiſsionem, omnium peccatorum, & iuſtificationem, ac tandem gloriam ſuam, qua in æternum beabimur. *Qui etiam* (inquit) *proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodò non etiam cum illo omnia nobis donauit?* Vbi S. Chryſoſtomus ita loquitur, *cum hyperbole, multàque feruiditate dictiones vſurpat, vt illius declaret charitatem: quomodo ergo nos deſtituet, pro quibus proprio filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illũ? Conſidera enim quantæ id fuit bonitatis, ne proprio quidem parcere filio, ſed illum dedere, & pro omnibus dedere, & vilibus & ingratis, & inimicis: qui igitur fieri poteſt, vt non cum eodem omnia nobis donet?* Et ſubdit porrò hũc ſenſum Apoſtolica verba habere:

Rom. 8. 32.

Chryſoſt. tom. 4.

Si

Si filium ſuum largitus eſt, nec ſimpliciter largitus, ſed cædi tradidit, quid iam ſuper alijs rebus addubitas, Dominum cùm acceperis? quid hæres ſuper poſſeſſionibus, herum cùm habeas? Hæc S. Doctor. Vbi per *poſſeſſiones*, omnia dona ſupra enarrata, & quæ illa comitantur, ſequuntur, vel præueniunt, intelligit. Hęc enim nulli denegabit, qui pro omnibus filium proprium tradidit, non vtcunque, ſed ad ignominioſiſſimam, & doloroſiſſimam mortem.

Iſta ergo dona ſunt diuitiæ illæ, quas idem Apoſtolus inquit, nimis peruersè peccatorem cõtemnere, dicens, *An diuitias bonitatis eius contemnis: ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?* Quia enim bonus eſt, ideo benignus erga nos eſt, dona ſua nobis communicare deſiderans, niſi nos reſiſtamus illis. At quando, quæſo, magis reſiſtimus, niſi, cùm renuimus ad ipſum corde conuerti, & illum blaſphemamus, deſperando? tũc namque eius bonitatem immenſam negamus, quam nulla noſtra malitia vincit. Ideo in ipſum ſperantibus ſe magis cõmunicat, vt Thren. 3. dixit Ieremi. Propheta, *Bonus eſt Dominus ſperantibus in eum, animæ quærenti illum.* *Spera ergo in Domino, & fac bonitatem,* & diuitijs bonitatis eius gaudebis.

Rom. 2. 4.

Thren. 3. 25.

Pſ. 36. 3.

PONDERATIO XIII.

Circa Deum, vt Medicum.

HAs qualitates medicus hic habet, videlicet,

1 *Ab omni infirmitate ſanare,*
2 *Etiam mortuos ſuſcitare,*
3 *Et hoc gratis omnibus, & prõptè præſtare*

Quæ omnes *collectiuè* conſideratæ, maximè prouocant ad ſpem in medicum erigendam. Nõ eſt autem mirum, quòd omnes iſtæ conditiones in medicum hũc cadant diuinum, propter ſummã eius potentiam, charitatem, & ſapientiam.

Et quoad primam, de *omni infirmitate*, quam eſt potens ſanare, patet ex S. Matthæo, vbi dicitur, *Curans omnem languorem, & omnem infirmitatem.* Et quia eſt genus quoddam infirmitatis extraordinariũ, à quo nullus homo vi ſua poteſt ſic infirmum curare; cùm vtique quis à dæmone poſsidetur, à quo corporaliter quidem torquetur, & vexatur: corporalia namque, cùm ſint ſpiritibus malignis ſubiecta, membra diſtorquent, & mouent humores, & miſerimè cruciant ſic patientem. Neque amoueri poſſunt virtute humana, ſecundùm ſe ſpectata, cũ ipſi purè ſpirituales ſint, & ſupra hominem potẽtes. Multi ergo ſic infirmatos,

Matth 9. 35.

diuina prouidentia permittente, Dominus ita curabat, nemine oblato repulſo, vt ipſemet Euangeliſta Matthæus narrat, dicens, Matth.8.16. *Obtulerũt ei multos dæmonia habẽtes, & eÿciebat ſpiritus verbo, & omnes malè habentes curauit.*

Et ne diceremus, ipſe abiuit, & nobis hanc virtutem non reliquit, deſperemus ergo de ſanita- noſtra, dicit idem Euangeliſta, quod diſcipulis ſuis hanc communicauit virtutem, idẽ c.10.1 *Dedit illis poteſtatem ſpirituum immũdorũ, vt eÿcerent eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem.* In diſcipulis autem, *ſucceſsiuè* talis poteſtas relicta fuit in Eccleſia ſancta Catholica, ad expellendos quidem dæmones, etiam exorciſtis per exorciſmum, qui non ſunt Sacerdotes. Ad ſanandam tamen animam, cuius ſanitatem, per corporalem, Dominus indicabat, penes Epiſcopos ſolos, & Sacerdotes remanſit, qui tãtùm à peccatis, quæ animæ ſunt ægritudines, poſſunt abſoluere.

Huius quoque virtutis, & benignitatis diuinæ Propheta Regius meminit, cùm cecinit, Pſ.102. n.2. & 3. *Benedic anima mea Domino, &c. qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis.* Et vt exprimat ipſas iniquitates eſſe animæ infirmitates, ſtatim ſubdit, *Qui ſanat omnes infirmitates tuas.* Vbi P. Auguſtinus ſic ait, P. Auguſt tom 8. *Omnes ita infirmatos excitans ad ſpem: ſanabũtur omnes languores tui, noli timere. magni ſunt inquies, ſed maior eſt medicus. Omnipotẽti medico nullus languor inſanabilis occurrit, tantùm tu curari te ſine.*

Quòad ſecundam autem qualitatem de *poteſtate mortuos ſuſcitandi*, patet ex verbis ipſius apud Ioannem, vbi ſic ait, *Sicut* Io.5.21. *Pater ſuſcitat mortuos, & viuificat: ſic & filius, quos vult viuificat.* Hoc autem oſtendit præcipuè in Lazaro ſuſcitato; pro quo ſanando ante obitum miſerũt ſorores ad Ieſum, dicentes, *Ecce* Io. 11.3. *quem amas, infirmatur.* Ille autem, vt P. Auguſtinus notauit, *Diſtulit ſanare, vt poſſet reſuſcitare,* Aug. tractat. 49. in Ioan. tom.9. *& per hoc multos quòad animam ſuſcitare, qui, miraculo viſo, erant credituri in eum.* Fœtidus nãque iam erat, & quatriduanus, quo miraculo, maximè quoque inimici Domini sũt cruciati. Propria enim illum ſuſcitauerat poteſtate, in quo filius Dei(quod ipſi negabant)conuincebatur. Ratio autem, cur potentia requirebatur diuina, eſt, quia, vt Philoſophi dicunt, *à priuatione ad habitum non datur regreſſus*, vtique naturaliter: cùm igitur hominis vita in hoc cõſiſtat, quòd corpori vnita ſit anima, ipſa ſeparata per mortem, ampliùs nõ reuertitur, & ideo nullus homo, aut Angelus *virtute propria* hominem vllum poteſt reuocare ad vitam, vt etiam teſtatur Pſalmiſta, dicens, *Numquid medici ſu-* Pſ 87.11

ſcita-

scitabunt? Vtique mortuos, quasi dicat, nõn. Quia ad hoc non se se extendit ars, aut virtus eorum. Et propterea resurrectio mortuorũ est miraculosè futura. Qui ergo virtute propria resuscitat mortuos, Deus est, cui tota natura obedit, vt dixit idem Prophetæ, *Quoniam omnia seruiunt tibi.* Et qui in virtute Dei instrumentaliter tantùm seu ministerialiter suscitant, homines puri esse possunt. Et ita potestas ista discipulis à Domino fuit impertita, cum illis Matth. 10. 8. dixit, *Mortuos suscitate.* Quæ etiam ab ipso alijs communicata est in Ecclesia, vt legitur de multis Sãctis, qui mortuos suscitarunt.

Ps. 118. 91.

Matt. 10 8.

Tamen suscitare in anima mortuum, quod per peccatum mortale contingit, gratiã tollens, quę vita est animæ, soli etiã Deo cõpetit, qui peccata remittit, qui offensus est solus præcipuè, & gratiam tribuit, cuius & similiter solus est author. quam quidem authoritatem ex ineffabili benignitate Sacerdotibus solis, vt superiùs diximus, communicauit, qui *ministerialiter* tantùm à peccatis absoluunt, vt Dominus dixit, *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.* Cùmque benignissimus Deus nunquam remittat peccata, nisi gratiam infundendo, quæ est vita animæ, ideo etiam Sacerdotes spiritualiter mortuos viuificant Deo. Sic enim misericorditer Dominus Ecclesiæ suæ prouidit, vt salus animæ, & vita esset facilior, & nullus esset, qui desperaret.

Hæc est enim mors, de qua præcipuè loquimur, quam, qui incurrit, per nullam creatam potentiam operantem virtute propria, potest reuocari ad vitam. quia, vt Apostolus dixit, *Omnes nascimur filij iræ, & egemus gratia Dei.* Quam ipse solus potest donare. Neque vlla dispositio ad illã à nobis solis, sine illius adiutorio, fieri potest, vt ipse apud Ioannem testatur, *Sine me nihil potestis facere*, vtique conducẽs ad vitam æternam. Et rursus ait, *Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus traxerit eum.* Igitur, qui sic moritur à nullo purè creato medico suscitatur, nisi in Dei virtute, à quo est remissio peccati, quo occiditur anima, & donatio gratiæ, qua viuit. Nõ deest ergo medicus hic diuinus per se, & per ministros suos, medicinam hanc admirabilem in Ecclesia sua nobis præstare, *Vt omnis, qui credit in ipsum* (vt Apostolus Ioannes ait) *Non pereat, sed habeat vitam æternam.*

Ephes. 2. 3 *ad Rom.* 3 23.

Ioan. 15. 5.

Ioan. 3. 16.

Quis ergo, frater charissime, desperationi remanet locus? etiã. si ita mortuus sis, confide *in Deo, qui suscitat mortuos*, vt loquitur Paulus 2. Cor. 1. 9. quoniam vita viues, & non morièris.

idem. c. 6. 44.

2. *Cor.* 1. 9

Quoad tertiã verò qualitatem, quòd scilicet, *omnibus medeatur gratis, & promptè*, patet primò

Digitized by Google

ex Marco Euangeliſta, de eo ita *Marc. 6. 56.* dicente, *Et quòcumque introibat, vel in villas, aut ciuitates, in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum, vt vel fimbriā veſtimenti eius tangerent, & quot quot tangebant eum, ſalui fiebant*.

Secundò ex Luca, qui ita ait, *Luc. 6. 19* *Omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat, & ſanabat omnes*. Omnibus igitur medebatur, licet inſanabilibus morbis eſſent oppreſsi.

Hoc autem *gratìs* præſtabat, vt ex præcepto diſcipulis facto manifeſtè oſtenditur. itá enim il- *Matt 10. 8.* lis dixit, teſte Matthæo, *infirmos curate, mortuos ſuſcitate, dæmones eijcite*, & ſubdit modum gratuitū, *gratis accepiſtis, gratìs date*. Et rationē reddit S. Chryſoſtomus. *S Chryſoſ. ibid. 10. 2.* *Quia nullum poteſt condignum præmium inueniri*. Ex quo efficaciter infertur, quòd ita ipſe curabat, quia vt dicitur Actor. 1. *Actor. 1. 1* *Cæpit Ieſus facere, & docere*. Si ergo ita diſcipulos docuit, ita ipſe fecit: gratìs ergo curabat, & ſanabat. Hoc enim eſt lac, & vinum, quibus mirabiliter vulneribus medebatur, de quibus per *Iſai. 55. 1* Iſaiā dixerat, *Venite, emite abſque argento, & abſque vlla commutatione vinum, & lac.*

Non autem hoc faciebat moroſè, & tardè, ſed *promptè*, vt ex Euangelio conſtat. Vt enim iret ad ſeruum Centurionis, non ampliùs neceſſe fuit, quàm quòd diceretur ei, *Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur*. *Matt. 8. 6* Et ſtatim ſe ipſum offert, dicens, *Ego veniam, & curabo eum*. *num. 7.* Et vt ibidem narratur, leproſo poſtulāti ab eo lepræ mūdationem, *Domine, ſi vis, potes me mundare*. Non diſtulit, ſed ſtatim promptè reſpondit, *Volo, mundare*. Et rurſus ad poſtulationem Principis Synagogæ rogantis pro filia, *Domine, filia mea, modò defuncta eſt: ſed veni, impone manum tuam ſuper eam, & viuet*. *Matth. 9. 18.* & Dominus benigniſsimus, quaſi, ne fieret mora in verbis, nihil reſpondens, ſurrexit, & iuit. Subditur enim ibi, *& ſurgens Ieſus, ſequebatur eum*. *num. 19.*

Similiter videns duos illos cæcos, qui clamabant miſericordiā, dum per illos tranſiret, licet eos turba increparet, vt tacerent, tamen ipſe benigniſsimè ſtetit, vt ibi narratur, *ſtetit Ieſus, & vocauit eos, & ait, quid vultis, vt faciam vobis?* *Matth. 20 32.* Nota, rogo te, frater peccator, quomodo ſtat Ieſus, ſi tu clamaueris, non te pertranſiet, licet turba dæmonū te increpet, vt taceas, & ne clames ad Deum tuum, tu tamen clama, quia ſi corde clamaueris, ſtabit diuinus hic medicus, & medebitur promptè omnibus infirmitatibus tuis.

Vt ergo hoc punctum concludam, dico, quòd ita *promptè* omnibus medebatur, quòd ipſemet infirmos quærebat: dicitur enim de illo apud Matthæum, *& cir-* *Matth. 9.*

cuibat Iesus omnes ciuitates, & castella, curans omnem languorem, & omnem infirmitatem. Vbi
S. Chrysost. S. Chrysostomus ita ait, *Non solùm non expectabat ægrotos afferri, sed ipse quoque ad laborantes, ac sua ope indigentes, vltrò profectus est.*

Vide ergo, quomodo derelinquet te medicus, qui pro te medendo descendit de cœlo? ipse enim dixit, *Non veni vocare*
Matth. 9 13. *iustos, sed peccatores.* & iterùm ait, *Non est opus valentibus, medico, sed male habentibus.* Matth. 9. 12. tantùm tuã infirmitatem tu agnosce, clama, & dole, quia indubitanter sanaberis, ita faciebat ille,
Psal. 6. 3. qui dicebat, *Miserere mei Domine,* & motiuum afferens ad miserendum, cognitam infirmitatem subiecit, *Quoniam infirmus sum.* Ac si dicat, inquit S. Hieronymus,
S. Hieron. ibid. to. 7. *Infirmus sum pro peccato: sana me, quia medicus es: ego sum ægrotus, tu es medicus: Ego habeo infirmitatem: tu habes sanitatem: ego sum infirmus per peccatum, tu sana per misericordiam.* Et alibi dixit idem Psalmista, *à peccato*
Psal. 50 4 *meo munda me.* Hæc est enim lepra, à qua cupiebat mundari, & motiuum subiungit pro gratia
num. 5. obtinenda. *Quoniam iniquitatem meam ego cognosco.*

Agnitionem autem culpæ tuæ, quæ est infirmitas tua, debet dolor cordis comitari, nam ita allicies medicum, vt sanitatem impertiat, remittendo peccata, & donando gratiam. Nam ad ita dolentes medẽdos missum se profitetur. *Spiritus* (inquit) *Domini misit me, vt mederer contritis corde.* Isai. 61. 1

PONDERATIO XIV.

Circa Deum,

vt amicum.

AMat nos Deus, quia nos creauit; est enim bonum *communicatiuum sui*, vt supra diximus ex Philosopho, & sic Deus creando nos, se nobis communicauit: cum autem vnicuique sit naturale, opus suum amare, ideo diligit nos. Proinde Sapiens ad eum loquens, dixit, *Diligis omnia, quæ sunt, & nihil odisti eorũ, quæ fecisti.* Sap. 11. 25. Et vlteriùs, cum amor maximè operatiuus sit, iuxtà illud Gregorij, *Probatio dilectionis, exhibitio est operis,* vt secundo Propugnaculo attulimus, & etiam ex Angelico Doctore ostẽdimus, ideò Deus nos, tamquam opus suum, diligens, in nobis, & pro nobis operatur bona, inter quæ vnũ est, crimina nostra remittere, vt pariter ipse Sapiens dixit ponderatione quarta supra à nobis citatus, illis verbis *parcis autẽ omnibus.* Et amor subditur pro motiuo, *Quoniam tua sunt Domine, qui amas animas.* Sapien. 11. 27. Non vtcũque, vt ex Lyrano notauimus, sed æternam, ad quam

sis

sis peccatis, quæ ex amore condonat. Ideò homines omnes *Vasa misericordiæ* vocat. *quæ Deus præparauit in gloriam.* Quia amor misericordiæ viscera mouit, non solùm erga prædestinatos, quos Deus efficaciter elegit ad gloriã: sed etiam erga cæteros, vt quidã modernus Doctor notauit, quia omnes ad beatitudinem suam Deus creauit, & de quibus alibi dicitur, *Deus vult omnes homines saluos fieri*. Et quia nullus ex seipso potest saluari, ideò omnes dicuntur vasa misericordiæ præparata ab ipso, quia omnibus offert dona sua, quibus quisque, nisi restiterit, potest peruenire ad vitam. Proinde obdurati in malo, *vasa iræ*, ibidem ab Apostolo nominantur, *apta in interitum*, quia ex seipsis ita apti fiunt, propter iniquitates suas, quarum Deus non est causa.

Rom. 9. 23 — Cornelius à lapide ibid. — 1. Tim. 2. 4. — Rom. 9. 22

Vas igitur misericordiæ es, ò peccator, præparatum à Deo ab æterno ad gloriam, si tu non restiteris illi, bonas inspirationes, & illustrationes internas, quibus te ad pœnitentiam vocat, & vitæ mutationem, repellendo, & desperãdo, quia ad hoc te creauit, vt saluus fieres. Vt enim dixit sapiens, *Nolite zelare mortẽ in errore vitæ vestræ, neque acquiratis perditionem in operibus manuum vestrarum*. Et ratio subditur, *Quoniam Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum. Creauit enim, vt essent omnia, & sanabiles fecit nationes orbis terrarum*.

Sap. 1. 12.

Igitur antequam esses, te amauit, & ideo te creauit. Vtique ad se, vt etiam P. Augustinus ait, *Fecisti nos Domine ad te*. Et propterea decreuit tibi dona largiri, quibus peruenire possis ad vitam, vt ipsemet testatur, dicens per Ierem. *In charitate perpetua dilexi te*. Et quis effectus huius dilectionis? subditur, *Ideò attraxi te, miserans*. Quomodo attraxit? beneficia ex charitate donando, vt etiam alibi dixit, *In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis*. Beneficia autem ista, in remissione culpæ consistunt, & & in donatione gratiæ, quaanima deificata, fit apta vitæ æternæ cõsummatæ. Et hæc est misericordia, qua vsus fuit ex dilectione, ab æterno illa volendo, & in tempore dando.

P. Augus. — Ierem. 31. 3. — Osee 11. 4

Vide, frater charissime, quàm antiquus sit amicus iste tuus. Et ex hoc illi debes confidere, & nõ eum derelinquere, desperando, iuxtà Sapientis consilium, *Ne derelinquas amicum tuum: nouus enim non erit similis illi*. Quis est amicus tuus nouus? Diabolus, qui fictus amicus est, & quærit te supplantare, & per desperationem ad barathrum infernale detrahere. Amicus tuus antiquus, Deus tuus est, qui in charitate perpetua dilexit te: cuius amor probatus est. Quomodo probatus? quia pro te tradidit vnigenitum filiũ suum

Eccli. 9. 14.

Digitized by Google

ſuum ad mortem turpiſſimam, vt te liberaret ab ignominia ſempiterna, & erigeret in ſpem æternorum. Vide quomodo hoc dicat Ioan. his verbis, *Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret.* Ad quid dedit? ad vincula, ad alapas, ad flagella, ad ſpinas, ad ſputa, ad crucifixionem, & turpiſsimam mortem. Ex quo? ex dilectione nimia. Ad quid? ad quem finem? ſubdit, *Vt omnis, qui credit in eũ, non pereat, ſed habeat vitam æternam.* Igitur, vt te ſaluaret, dedit filium ſuum vnigenitum ad mortem Crucis. Et amor, qui in Patre fuit, non viguit minus in filio ex charitate eàdem, vt etiam Ioan. teſtatur in ſua Apocalypſi, ita de eo dicens, *Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.* Vbi Riccard. de S. Victor. ſic ait, *Non lauiſſet, niſi dilexiſſet.*

Io. 3. 16.

Apoc. 1. 5.

Riccard.

Sed Dices, quoòd me diligat Deus, & ex hoc me ad ſpem prouocare intendis, ſi ſcriptura in contrarium clamat, dicens, *Odio eſt Deo impius, & impietas eius.* Vbi clarè patet, quòd non tantùm peccata mea odit, verùm etiam perſonam meam. Igitur ex amore parcit, & ex odio punit. Quam ergo ſpem veniæ poſſum in eo habere? Reſpondeo tibi, dilectiſsime mi, nihil propoſito meo obſtare ſcripturam iſtam, ſi benè intelligatur, iuxta doctrinam Hieron. qui ait, Deum odio habere impium, quamdiu tamen ipſe in ſua impietate vult perſiſtere; quia tunc odit in ipſo, quod ipſius impij eſt, nimirum, voluntatem peruerſam, & obduratam in malo. Si autem ipſe incipit de commiſsis dolere, & intendit ad meliorem frugem ſe verè conuertere, iam illum amat, & parcit benignè. Quod ſignificauit Sapiens, cum dixit, *Altiſſimus odio habet peccatores, & miſertus eſt pœnitentibus*: peccatores ergo intelliguntur obſtinati in malo, & hi odio habentur à Deo: qui verò pœnitent, quia non obdurati, benignè reſpiciuntur ab eo, vt Pſalmiſta dixit, *Cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicies.* Et Paulus ait, *Deus autem, qui dues eſt in miſericordia, propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos, & cum eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Chriſto.* Vide quomodo de ſpiritualiter mortuis per peccata, loquatur, & quomodo ex nimia charitate, qua hos diligebat, conuiuificauit in Chriſto, qui per Crucem ſuam meruit nobis peccatorum remiſsionem, & donationem omnium donorum, quibus hìc initiatiuè viueremus beatè, & in patria conſummatè, in æternitates perpetuas.

Hier. epiſt. 6. ad amicũ ægrot. tom. 9.

Sap. 14. 9.

Pſ. 50. 19.

Epheſ. 2. 4

PON-

Digitized by Google

PONDERATIO XV.

Circa Deum, *vt ſponſum.*

SPonſus noſter eſt, quia deſponſauit nos. At quomodo? per fidem, & iuſtitiam. Per fidem namque ad illum accedimus, vt Apoſtolus dixit, *Accedẽtem ad eum, oportet credere, quia eſt.* Et per iuſtitiam intimè illi vnimur, ſeu copulamur, vt ait Ioannes, *Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.* ideò à Paulo *vinculum perfectionis* eſt appellata: quia coniungit nos Deo. In hac enim vnione perfectio noſtra conſiſtit.

ad Hebr. 11.6.

1.Io.4.17

Coloſſ. 3. 14.

Hoc eſt igitur caſtum connubium, ſeu coniugium, quod nobiſcum init hic ſponſus diuinus, vt per Oſeam teſtatur, dicens, *Spõſabo te mihi in fide, & iuſtitia.*

Oſee.2.21

Sed dices, ab illo fornicata eſt anima mea cũ amatoribus multis, id eſt, cum viſibilibus iſtis, quibus, illo contempto, cordeadhæſit, ideo digniſsima facta eſt libello repudij: ampliùs ad illum per gratiam non reuertetur. Sed reſpondeo tibi, quòd ex parte tua, verè quidem repudium meruiſti: tamen ſponſus hic benignus, & miſericors eſt adeò, vt ſi tu per pœnitentiam ad illum redieris, non te repellet, ſed benignè admittet. Audi ipſum ſic tibi loquentem; *Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, & ego ſuſcipiam te.* Quis locus hìc, quæſo, frater peccator, deſperationi relinquitur? Quomodò cor tuum durum ad verborum iſtorum auditum, penitùs non emolleſcit? Quomodò non liquefit, & totum poſt Deum non abit? non eſt ſpõſus iſte, vt cæteri, qui ad tempus ſponſi ſunt, vita ſola durante, vt docuit Paulus: *Mulier alligata eſt legi, quanto tempore vir eius viuit: quòd, ſi dormierit vir eius, liberata eſt.* Iſte autem in æternum ſponſat, vt ipſemet ait, *Sponſabo te mihi in ſempiternum.* Te hìc ſponſat per charitatẽ initiatam, at in patria per conſummatam, vbi ſponſalitium iſtud cõſummabitur. De cuius nuptijs loquens Ioannes in ſua Apocal. ait, *Beati, qui ad cœnam nuptiarum agni vocati ſunt.*

Ier.3.1.

1.Cor.7. 39.

Oſee 2.19

Apoc. 19. 9.

Quomodò ergo dubitare potes de amore illius? te iudubitãter ſuſcipiet. tantum reuertere tu. & nè moreris, quia, expanſis brachijs, ad te ſuſcipiendum, & amplectẽdum paratus eſt, & oblitus fidei violatæ, nouis indumentis ſalutis te induet. & indumento lætitiæ circumdabit te, & tanquã ſponſam decorabit te corona: tradet auribus tuis inæſtimabiles margaritas, & vernantibus, atque coruſcantibus te gemmis circũdabit. & quid vlteriùs dabit, niſi ſeip ſum in perpetuum?

Certè, ſi quid ſonet, *ſponſi* nomen,

Digitized by Google

men, inſpexeris , inuenies quid amabiliſsimũ eſſe , & fiducia plenum . quod etiam patri, & matri eſt anteponẽdum. Quid ergo trepidas? quid nutas ? quid diffidis? quid cruciaris? perpende , quòd in amore incomparabiliter cæteris præſtat ſponſis . Conſidera Mat.9.15 vocem illius. *Numquid* (ait) *poſſunt filij ſpõſi lugère, quamdiu cũ illis eſt ſponſus?* Vide, quomodò appellet filios, quos vocat ſponſas ; quia non ſolùm ſponſus, verùm & amantiſsimus Pater eſt: qui quidem tituli ſimul ſumpti , ad ſpem maximè prouocant. Dicit ergo, quòd tempus luctus non eſt, quamdiu nobiſcum iſte ſponſus eſt : ipſe autem dixit, Matt.28.20. *Ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſæculi*, vt conſiderauimus ſupra. Igitur luctui non relinquitur locus. Quid eſt luctui? amaritudini, qua cruciatur anima , æſtimans apud Deum delictorum veniam non inuenturam . At quomodo negabit veniam, qui ex amore pro peccatis noſtris delendis ſanguinem ſuum totum fudit in arbore crucis ? Dic ergo cum alia Exod.4.25. Sephora , *Sponſus ſanguinum tu mihi es* . Fiducialiter ergo ad te accedam , & veniam impetrabo .

Et ſi, frater chariſsime, hactenùs ponderata in vnum collecta perpenderis, erunt tela , & ſcuta fortiſsima ad roborandam ſpem contra hoſtem iſtum lethiferum. Sed & ſequentia tela volo tibi vlteriùs præparare .

CONSIDERATIO II.

Ex *Pœnitudine*.

SANCTVS Ioannes Euangeliſta quemlibet peccatorem prouocat ad ſpem, ſi accedat ad pœnitentiam , dicens : *Si* 1. Io.1.9. *confiteamur peccata noſtra, fidelis, & iuſtus eſt, vt remittat nobis peccata noſtra , & emundet nos ab omni iniquitate.* Gloſſa. Vbi Gloſſa ex Cypriano ita loquitur; *Quia ſine peccato in hac vita eſſe non poſſumus , prima ſalutis ſpes, eſt ipſa confeſsio.* Sed quare remiſsio iſta pertinet ad iuſtitiam? Reſpõdet ibi Lyranus. Lyran. *Quia promiſſũ, eſt aliquo modo debitum , & ſic illud reddere eſt iuſtum.* Et ſubdit per Ioannem Baptiſtam hoc promiſiſſe, cùm dixit , Matt.3.2 *Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cælorum* . Quod vtique nullus ingreditur, niſi remiſsis peccatis: tantùm ergo quis ab illo regno diſtat, quantùm à pœnitentia diſtat. Quod ſi ad hanc acceſſerit, iam illi approqinquat ex verbis diuinis , quæ mentiri non poſſunt. Quia ergo fidelis , & iuſtus eſt, pœnitenti peccata remittet, & ab omni iniquitate mundabit. Vbi notabile eſt verbum, *omni*, ad erigendam ſpem, & deſperationem vincendam. quia licèt innumerabilibus , & grauiſſimis

ſimis peccatis ſit ſordidatus peccator, ab omnibus tamen mundabitur.

Quod confirmant verbaSapiẽ- *Prou.28.13.* tis dicentis. *Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur: qui autẽ confeſſus fuerit, & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur*. Vbi indifferẽter ſceleribus omnibus, quibus quiſque eſt compeditus, pariter promittitur venia. Hinc infert S. Ambroſius, miſericor- *Ambroſ. lib. 2. in Luc.* diam iſtam conſiderans. *Nemo ergo diffidat: nemo veterum conſcius peccatorum, præmia diuina deſperet: nouit Dominus mutare ſententiã, ſi tu noueris emẽdare delictum*.

Hinc etiam quidam erectus iã *Iob.7.11.* in ſpem, intulit, *Quapropter, & ego non parcam ori meo.* Vbi Sã- *Greg.10.2* ctusGregorius ſic ait. *Ori etenim ſuo non parcit, qui confiteri malum, quod fecit, non erubeſcit*. Nam, quod rubor abſcondit, aperit dolor.

Pſ.40.9. Et alius cecinit, *Numquid, qui dormit, non adijciet, vt reſurgat?* Vbi per admirationem Propheta locutus eſt, quaſi quid inſolitum, & nouum debeat eſſe, peccare, & reſurgere nolle, cùm tam facilè poſsit pęnitendo. De dormitione enim per peccatum, eſt ſermo, iuxta illud Apoſtoli, *Epheſ. 5. 14.* *Surge, qui dormis*. Et quia per *Petr. Damian. opuſcul.7.c.23.* peccatum anima cadit à gratia, ideo B. Petrus Damianus legit, *Numquid, qui cecidit*, &c. Et ex verbis iſtis ad ſpẽ prouocat peccatorem, dicens. *Cecidit aſinus carnis tuæ in luto ſub pondere, eſt ſtimulus pœnitentiæ, qui pungat, eſt manus ſpiritus, quæ viriliter extrahat*. Et S.Bernardus *Bernard. ſer.3. Domin. 4. poſt Pentecoſt.* ad eadem verba alludens, ait, *Tãtùm, qui cecidit, non adijciat in malum, vt profundiùs cadat, ſed magis, vt reſurgat, confidẽs, quòd ei non negabitur venia; ſi tamen ex corde confiteatur peccata ſua.*

Sic extraxit Domini omnipotens manus filium prodigum, qui in lutuoſam luxuriæ foueam, & profundam ceciderat: vt enim *Luc.15.21* dixit, *Pater, peccaui*, ſtatim obtinuit veniam; imò & ornamenta ſuſcepit, vt ibi narratur, & nos attulimus ſupra. Quod ad propoſitum expendens S.Chryſoſtomus, *S.Chryſ. epiſt.5 ad Theod. lapſũ ante med.10.5.* ait, *Quia pœnituit, nec diffiſus eſt ſuper reditu, ex tanta corruptione in priorem claritatem cõmutatus, amicitur ſtola pulcherrima, fruitur potioribus, quàm frater à lapſu immunis*.

Per Ezechielem etiã Prophetam Deus loquens, ita peccato- *Ezech 18 30.* res animat ad ſpem, *Conuertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris. & nõ erit vobis in ruinam iniquitas*. Vbi notat B. Laurentius Iuſtinia- *Laur. Iuſtin. de ſpirit. ani ma interit. circa fin.* nus, quòd nullum eſt tempus vitæ præſẽtis, quo conuerſi ad Dominum, non recipiamur benignè, & ideo non debet peccator diffidere, quòd inueteratus in malis,

non

non ſuſcipiatur à Domino, ſi tamen conuertatur ex corde, vt clamat iſta ſcriptura. Verba illius sũt hæc. *Quid agis ò anima inſenſata, & mortua: mortua inquam Deo, ſed viuens ſæculo: inſenſata virtutibus, & vitijs dedita. quid queſo, cogitas? quò duceris? quò traheris? vt quid, ſi adhuc ſpes ſupereſt ſalutis, de propria ſalute deſperas? an ignoras quãdiù corporaliter viuis, & ſi omnium criminum te feceris ream, tamen in ſpiritu tibi à Deo eſt inducta fiducia? nunquam ſerò ad Dominum reuertitur de peccatis pœnitens, gemens, & plorans. Semper redeuntibus indulgentiæ aditus patet latiſsimus. Ad hoc, vt delinquentium erigeret animos per Prophetam inquit Dominus, conuertimini, & agite pœnitentiam,* &c.

Ezechiel vt ſup.

Sanè cùm filij Iſrael, qui erant in ciuitate Bethuliæ maximè periclitarentur propter Holofernis exercitum, exiuit pro illis fortis Iudith, & ad barbaros ſibi obuios dixit de conciuibus ſuis, *Noluerunt vltrò tradere ſeipſos, vt inuenirent miſericordiam in conſpectu veſtro.* Quomodò traditur homo, niſi quando ad eum conuertitur, à quo ſe ipſum retraxit? Eſt tamen conuerſio iſta adeo efficax, vt etiam cor barbarum mitiget, vt iſta ſancta teſtatur: quantò ergo magis Deum benigniſsimum indubitanter placabit?

Iudith 10.n.50.

Eſt autem notandum, quòd præcipuè in corde conſiſtat, ideo dixit Pſalmiſta, *Qui ſanat contritos corde*, quaſi nihil proſit oris confeſsio, niſi cordis adſit contritio, quæ reſpicitur principaliùs, vt ſupra ex eodem Pſalmiſta notauimus, dicente, *Cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicies.* Quia ſanabit contritũ, & elatum elidet. Quid eſt elatum? quod ſe Deo non ſubdit per internum dolorem de culpa cõmiſſa. Dolens ergo reſpicitur, ſuperbum deſpicitur.

Pſ.146.3.
Pſ.50.19

Hoc ipſe Propheta conſiderãs, præcipuè conterebat cor ſuum, vt de ſe ipſo fatetur, cùm ait, *Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei.* Vbi P. Auguſtinus cõſiderat verbum *Dixi*, &, *remiſiſti*. *Quid dixiſti, non iam pronuntiat* (inquit) *ſed promittit ſe pronuntiaturum, & ille iam dimittit.* Et ſubdit non eſſe hoc mirum: quia licèt, nondum ore, tamen pronuntiauerat corde, cùm dixit, *Dixi*, quod Deus principaliter reſpicit. *Vox mea in ore nondum erat, ſed auris Dei, iam in corde erat.* Et dimiſit Deus, quia cor ille contriuit.

Pſ.31.5.
Aug. ibid. tom.8.

Hoc autem vocant Theologi confeſſionem *in voto*, quia, qui vero conteritur corde, legi Dei ſe ipſum ſubdit perfectè, & ideo paratus eſt, data opportunitate, ad confeſſorem accedere. Quod

si non potuerit exequi, sola contritione saluatur. Pro quo sunt plura exempla; & inter alia, sequens.

Quidam mercator diues vsurarius, in magnam incidens infirmitatem, in se reuersus, & de suis peccatis vere pœnitens, vocari fecit ad se prudentem quendã Abbatem Ordinis Sancti Benedicti, cui dixit: quia, pater mi, infirmitas mea non patitur me de bonis meis disponere, omnia trado tibi, vt antequam moriar, male acquisita restituas. Et de cæteris, quod iustum, rationabileque fuerit, facies. Nolo enim mecum onus adeò graue portare. Statim præcipe, me ad tuum conduci Monasterium, vbi mori desidero, ibi confessionem faciam, animãquè meam, Domino, ipsius creatori commendabo, confidoque de sua pietate diuina, quòd propter sanguinem pro peccatoribus effusũ, & propter orationes religiosorũ, mecum pietate vtetur. Ita factum est. Et dum portas intrauit Monasterij, expirauit, pro confessione non remanente tempore. Iussit Abbas corpus ad Monasterij capitulum portari, & antequam sepeliretur, malè acquisita restitui, satisque largas eleemosynas fecit pro illius anima, vt Deus dignaretur à pœnis purgatorij eum liberare, si fortè in illis detineretur. Et ecce, cum essent Monachi duobus choris canentes iuxtà corpus defuncti, quatuor compa-

ruerunt dæmones ad sinistram feretri, vbi repositum erat corpus. Ad quorum præsentiam omnes ferè Monachi arripuerunt fugam, aliquibus tantùm perfectioribus remanentibns, finem diabolicæ visionis visuris. Incœpit, qui primus inter ipsos videbatur, dicere, *Dixit iniustus, vt delinquat in se-* Ps. 35. 3.
metipso, non est timor Dei ante num. 2.
oculos eius. Respondit secundus, *Quoniam dolose egit, vt inueniatur iniquitas eius ad odium*. Addidit tertius, *Verba oris eius ini-* num. 3.
quitas, & dolus: noluit intelligere, num. 4.
vt benè ageret. Concludit quartus, dicens, *Iniquitatem meditatus est in cubili suo, astitit omni viæ non bonæ, malitiam autem non odiuit*. Omnibus his verbis prætendebant dæmones, significare pessimam vitam, vias prauas, damnationis opera, & cogitationes pessimas, quæ vsurarius iste habuerat, dum viueret, ideòque deberent corpus illius capere, secumque portare. Quibus, cum quatuor Sancti Angeli apparerẽt ad dexteram feretri, restiterunt, incipiente primo dicere. *Domi-* num. 6.
ne, in cœlo misericordia tua, & veritas tua vsque ad nubes. Subiunxit secundus, *Iustitia tua sicut montes Dei, & iudicia tua abyssus* num. 7.
multa. Dixit tertius, *Filij autem hominum in tegmine alarũ tuarum sperabunt*. Concludit quartus, *Homines, & iumenta saluabis Domine, quemadmodũ* num. 8.
multiplicasti misericordiã tuã Deus.

Qui-

Digitized by Google

Quibus auctoritatibus declaratorijs abyssi miserationis diuinæ, probarunt sancti Angeli, quòd dæmones illi, nullam partem in corpore illo habebant, cuius anima iam fruebatur Deo propter suam sortem, magnam, feruentẽ, & veram contritionem. Ita Ber-
Bernard. Busto. Morenus. nardinus de Busto, in prima parte Ros. ser. 31. à Chrystophoro Moreno minorita relatus in suis diætis ad cœlum, dicta prima, c. 33.

Optimum igitur telum contra hostem istum, est cordis contritio, & oris confessio. Et quando ista, ex causa inculpabili, deficit, illa sufficit ad salutem. Et semper cum gratia Dei, quæ præsto est, eam facere potes. Aliter eam à te non requireret Deus, cum à nobis impossibilia non requirat. Via igitur ad salutem aperta est tibi, non clausa, dummodo tu cor tuum non claudas. Aperi ergo illud, & contere vero dolore, & ve-
Eccl. 118. 28. niam securè inuenies, & *Vita vices, & non morieris*; Vt namque
Eccli. 17. 28. Sapiens dixit, *Quàm magna misericordia Domini, & propitiatio illius conuertentibus ad se!* Vbi admirans loquitur, quasi dicat, tantam esse, vt ore nequeat explicari, sed silentio potiùs, & admiratione sit digna.

CONSIDERATIO III.

Ex *sollicitudine*.

COnsidera, quòd per hunc modum bellandi, torpor, seu ignauia, ex qua hostis hic oritur, vt superiùs diximus, & difficultas ad bonum, quæ inde sequitur, per sollicitudinem, vel impediuntur, vel expelluntur, vnde cõsequenter, vel ita desperatio perit, vel ne consurgat, euenit.

Duplici autem ex capite peccator per torpòrem, seu ignauiã potest conuersionẽ suam, & opera bona negligere. Primò, ex peruersa spe. Audiuit enim consideratione præterita, quòd quotiescunque peccator conteritur, & confitetur, Deus illi benignè peccata remittit. Vnde ita dicit: ergo differam: interim faciam quicquid volo, & tandem postea pœnitebo, & veniam obtinebo.

Secundò, ex desperatione ipsa, ex qua difficultas ad bonum oritur, vt suprà docuimus, & sic nouis malis se obligat, & conuersionem non curat.

Et de vtroque modo P. Aug. ait, *desperat, vt peccet: sperat, vt peccet*. Et ideò hanc spem vocat *peruersam*, quia inducit libertatem peccandi, ex qua incurritur desperatio. *P. Aug. in Psal. 144. tom. 8.*

Igitur contra vtramque negligentiam, seu tarditatem, & ignauiam, per sollicitudinem est militandum; & contra primam, verba ista Sapiẽtis specialiter faciũt, *Non tardes conuerti ad Dominũ*, *Eccli. 5. 8.* & *ne differas de die in diem*. Et subditur causa, contra rationem ex fiducia inordinata conceptã, *Subitò enim veniet ira illius, & in num. 9.*

Digitized by Google

tempore vindictæ diſperdet te. Tu,ſic differēdo, expectabas miſericordiam, & inuenies iram ſubitam, & punitionem æternam. Quid eſt,*iram ſubitam*? inopinatam mortem, de qua ipſe Dominus in Euangelio ait, cupiens à ſuis tollere hunc errorem, & dicens, Luc.12. 40. *Et vos eſtote parati.* Ecce ſolicitudo propoſita. At, quare? ſubdit, *Quia, qua hora non putatis, filius hominis veniet.* Tu putas adhuc ſuperuiuere menſē, annum,biennium:verùm quando minùs putas,præſcindit Deus telam vitæ tuæ, & tunc intelligitur venire, & te punire punitione ęterna. Et quia res iſta magni momenti erat, & in qua multi decipiendi erant ab hoſte maligno,ſedulam vigilantiam commendans, Marc.13. 33. ait, *Videte,vigilate,orate: neſcitis enim quando tempus ſit.* Vbi ſingula verba ponderatione ſunt digna: *Videte*, inquit, quaſi dicat, mente veſtra pertractate inconſtantiam vitæ veſtræ, ne decipiamini cogitando prolongandā eſſe,cùm potiùs ſit pręſcindenda: videte ergo,ſeu benè conſiderate hanc veritatem, & ideo vos præparatè. Quomodo? vigilando, ſubdit enim *vigilate*. Quid eſt vigilando? è ſpecula conſcientiæ perſpiciendo mala,ne fiant,& prouidendo bona, quæ conſpectui Iudicis tremendi appareant. Et pro hoc,*orate*, ſubiungit, vt ita parati ſitis,quia tempus ignoratis,quādo morituri eſtis, *neſcitis enim*, inquit,*quando tempus ſit.* Et poſt parabolam, qua hoc confirmat, ſubdit, *Quod autem vobis dico, omnibus dico.* Marc. vt ſup. n. 37. Ne poſſet deceptio vlla contingere in poſteris,quòd, nimirum, ad ſolos illos diſcipulos,quibus tunc loquebatur, illa admonitio fieret. Igitur, nobiſcū etiam locutus fuit, ex miſericordia,Dominus,commendans hanc vigilantiam. Vnde, vt quid magni momenti, ibidem replicat, & ita complet ſermonem, ſubdens, *vigilate*, & eſt ſolicitudo in iſta conſideratione propoſita. Quaſi dicat,ne ſitis pigri, ne dormitetis,& dormiatis in ſomno iniquitatis, & ſic ad me conuerti deſinatis. Quia tunc veniam, cùm vos non putatis,& ſpe ſalutis fruſtrati, me ſuſtinebitis iudicem, acerrimum punitorem.

Et meritò quidem,quia dilatio mortis, quam quiſque iuſtè propter peccata incurrit, non à Deo conceditur,vt in peccatis maneamus,ſed vt ad ipſum nos conuertamus, vt ſuperiùs ex Apoſtolo Ponder. 7. diximus,ad peccatorē quemquā, ita loquentem: *An ignoras, quoniam benignitas Dei,ad pœnitentiam te adducit?* Rom. 2.4. Et Sapiens de ipſo dixit, *Diſſimulas peccata hominum propter pœnitentiam.* Sap. 11. 24. Id eſt, non ſtatim Deus morte peccatorem punit, ſed expectat. Quare? *Propter pœnitentiam*, vt tu conuertaris, ſolicitus de tua ſalute, & non differas, cùm tempus vitæ ignores, vt ſupra ipſe

teſta-

Digitized by Google

testatur, sed, vt sine mora pœniteas. Quod nos etiam admonẽs Sapiens, dixit, *Ante mortem confitere.* Quare? quia post mortem inutile erit. Hoc enim, iuxtà Lyranum, significat, dum subdit, *à mortuo, quasi nihil perit cõfessio.*

Eccli. 17. 26. *Lyr. ibid*

At quod est tempus salubre, & opportunum, quo pœnitere debemus? dum sani sumus, quia tunc facilè misericordiam obtinebimus, vt Sapiens ibi subiungit, *Confiteberis viuens, viuus, & sanus confiteberis, & laudabis Deum, & gloriaberis in miserationibus illius.* Tunc enim pœnitentia, grata est Deo, quia teste Augustino, *Pœnitentia sera, rarò vera.* Quare? quia tunc timore potiùs ducimur, quàm amore. Sic ergo multi pereunt, & perierunt, vt quotidiana experientia docet, & antiquæ historiæ; quia, vel non verè pœnituerunt, vel tempus non habuerunt. Propterea idem Augustinus ad propositum ait, *Fratres non tardetis conuerti ad Dominum: sunt enim, qui præparãt conuersionem, & differunt, & fit in illis vox Coruina cras, cras, Coruus de arca missus, non est reuersus. Non quærit Deus dilationem in voce Coruina, sed confessionem in gemitu columbino. Missa columba, reuersa est. Quãdiù cras, cras? obserua vltimum cras, quia ignoras, quod sit vltimum cras.*

Eccli. vt *sup.* 27. *P. Augus.* *Idē ps* 102

Igitur hæc seriò peccator cõsiderans, non differat pœnitere, spe peruersa delusus, ne liberiùs peccata committens, vel desperationi faciat viam, vel impœnitẽs, à vita ista discedat. Quia teste eodem S. Doctore, *Deus conuersioni tuæ indulgentiam promisit, sed dilationi tuæ diem crastinum non promisit.*

Idē ps. 144 *num.* 8.

Contra secundam autem tarditatem, seu tepiditatem, & ignauiam, qua, ex desperatione, peccator tardat ad Deum conuerti, cor muniendum est per conuersionem festinam, hoc enim Dominus indicauit, cum dixit, *Numquid, qui cadit, nõ resurget? & qui auersus est, non reuertetur?* Quasi dicat, ita non debet fieri. Surgat ergo lapsus, & qui auersus est, conuertatur: ideò increpatio sequitur animi obstinati negligentis conuerti. *Quare ergo auersus est populus iste in Ierusalẽ auersione contentiosa?* Vbi auersio, *contentiosa* dicitur notabiliter, quasi conetur contendere cum Deo vocante, *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos*, per nolitionem, & renitentiam. Remedium igitur auersionis, est *incipere* se cũ gratia Dei conuertere.

Hierem. 8 *num.* 4. *num* 5. *Zach.* 1. 3

Primò, quia cum dilatione difficultas augetur, vt docet S Bernardus de eo, qui priùs bonus, postmodum factus est pessimus moribus, *Nec tamen* (inquit) *si quis huiusmodi est, desperemus de eo, tantùm, vt resurgere velit citò.* Et rationem hanc subdit, *quantò enim diutiùs permanebit,*

S. Bernar. *ser.* 3. *Domin.* 4 *post Penitec.*

Digitized by Google

bit, tantò euadet difficiliùs.

Chryſoſt. epiſt.5.ad Theod.lapſ. tom.5.

Secundò, quia cum inceptione difficultas minuitur, & facilitas inducitur: Chryſoſtomo teſte, qui hac ratione iuſtum quendam lapſum, ad Deum conuertere conatur. *Si vires* (inquit) *non ſufficiunt ad amiſſam diligentiam reuerti, & fortè præſẽs morbus, libidoque te deſtituit, nihil adhuc deploratum videtur, modò initium rei feceris, atque ad certamen, aditum recluſeris. quanto tempore ante veſtibulum oberras, optimo iure, omnia tibi difficilia, ac deſperata videbuntur: ante nimirum experientiam, res facillimæ, maximè parabiles, arduæ difficultatis ſpeciem præbere ſolent: deinde, vbi, facto periculo, paulùm introſerpſimus, & animum perdurauimus, pro torpore, pro deſperatione, cofidẽtia ſubit, diminuit timorem, facilitatem auget, ſpes amplas confirmat.* Et hanc ſubdit eſſe cauſam, quare diabolus Iudam decepit, nè conuerſionem ſuam initiaret, quia ſic ſe ſaluaſſet cum gratia, qua ſolet Deus initia bona ſecundare, quæ pariter ſunt dona ſua. Vnde proſequitur lapſum amicum ad feſtinam conuerſionem prouocare, putans, quòd, ſi ſic ſemel incipiat, certò proficiet. *Si vno* (inquit) *velut niſu ad ſummum illud faſtigium conſcendere iuberem, haud iniuria grauatim tentares, propter permixtam rei difficultatẽ: quando verò tantulum dumtaxat in præſentia, non dico, quantum malis peractis debetur, ſed quãtulumcumque eum, qui hoc loci cõſiſtit, retinere ſufficit, nè in contrarium relabatur, quid diù cunctaris? quid refugis? quid teipsũ retrahis?* Hæc S. Doctor.

Qui initio ſequentis epiſtolæ, varijs comparationibus, & exemplis, ipſum pergit ad feſtinam cõuerſionem reducere.

Et Primò de illo, qui in lucta cadit, & feſtinat ſurgere.

Secũdò, de illo, qui poſt vulnus acceptum, ſedulò quærit medelã.

Tertiò, de illo, qui merſus cum naui, quærit euadere.

Quartò de eo, qui in tempeſtate perdidit merces, & iterum ad nauigationem feſtinat, vt poſſit recuperaɹe amiſſa. Verba Sancti Doctoris ſunt iſta.

Non eſt graue, Theodore chariſsime, cadere luctantem, ſed iacère deiectum. Non eſt pernicioſum in prælio vulnerari, ſed poſt vulnus acceptum, deſperatione curandi, medelam vlceri denegare. Nullus ſe demergit, naue fluctibus ſemel merſa; ac poſt totum onus perditum, deſijt nauigare: ſed rurſus ad maria nudus quoque feſtinat: rurſus immenſa peruolat freta, & iterato feliciùs curſu, caſus prioris damna compenſat. Et emolumentum prædictæ ſedulitatis ſubiungit. *Sæpè etiam athletas videmus poſt frequentes lapſus, & deiectiones*

pluri-

Digitized by Google

plurimas, coronatos: militem quoque scimus, post fugas multas, virum fortem fuisse, & vicisse victores. Multi etiam, qui negauerant priùs Christum, propter crudelitatem, necessitatemq. pœnarum, simile rursus certamen aggressi, gloriosè coronam martyrij perceperunt.

Et subdit, fructũ hũc collegisse, quia spe roborati, festini resipuêre. quòd, si deiecti manerent, nunquam de fructu gauderent. *Quòd si vnusquisque* (ait) *eorum, quos denumerauimus, propter aduersa principia, desperando, cessisset, nunquam ad sequentium fructum bonorum peruenire potuisset. Similis profectò res est, frater charissime, ideoque considera, nè, quia paulisper communis inimicus, te, vbi benè steteras, loco mouit, idcirco, & ipse te totũ ad præceps, quod videtur, impellas. Persiste, imò magnanimus esto, & vnde extuleras, pedem reuoca, neue ignominiæ, vel opprobrij genus, credas exiguam hanc parui temporis plagam. Neque enim reprehenditur miles, cùm de prælio reuertitur vulneratus, sed reprehensibile magis, ac semper turpe est, arma deponere, & seruitutis iugum subire captiuum.*

Epist. 5. Et epistola antecedenti, de filio prodigo affert exemplum, qui amissis præ luxuria bonis non diù resedit in regione longinqua; sed *festinus* remeauit ad Patrẽ, & bona omnia, & meliora recepit. *Si de vita* (inquit) *desperasset, ac de his omnibus, quæ ei contigerunt, ambiguus in aliena resedisset regione, orbatus fuisset nimirum bonis illis, quæ mox obuenerunt, periisset que fame, mortemque obijsset, omnium maximè miserabilem.*

Et sequenti epistola, Dauid quoque Regem in exemplum adducit, qui adulterio, & homicidio bis vulneratus, tertium non addidit vulnus, sed *citò* conuersus ad medicum, priorum medelam accipiens, clarum se posteris fecit. *Non ideo* (inquit) *quia duplex vulnus acceperat, etiam tertiò se ipse percussit: verũ mox ad medicum conuolauit, & diuersa medicamina plagis festinus apposuit, ieiunia, lachrymas, luctus, preces, & indefessam peccatorum confessionem, ac sic per ista placato veniam à Deo meruit, & ad priorem dignitatem redijt vsque adeo, vt post adulterij crimen, impietatem, ac scelus filij, paterna memoria potuerit obumbrare.* Hactenùs S. Doctor. Cuius verba omnia notatu digniſsima sunt, & maximè sanè mouent ad solicitudinem istam.

Hinc idem Propheta, qui ita ad bonum surrexerat, peccatores omnes ad solicitam conuersionẽ exhortans, ait, quòd eam in crastinũ non patiãtur differre, dicẽs. *Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra.* Ps. 94. 4. Vox quidem Domini auditur in

Digitized by Google

corde, cùm intùs ad pœnitẽtiam vocat, vel per lectionem, aut cõcionem, aut obiecta bona visa cor mouet, & tũc auditur. Dicit ergo Propheta, quòd, qua die, vel hora, auditur (hoc enim totũ significat particula *hodie*) nõ differatur conuersio, non obduretur cor, sed solicitè quærat conuerti.

Vide igitur, frater charissime, & benè ea considera, & per solicitam conuersionem ad bonum, hostem istum occide, nè ex negligentia tua, maiores vires acquirens, penitùs te interimat.

CONSIDERATIO IV.

Ex *Fortitudine*.

PEr virtutem istam *pusillanimitas* tollitur, quæ alia vitiata est radix, ex qua in perniciẽ nostram desperatio germinatur, vt diximus in doctrina. Roborandum ergo est cor, vt constans sit, & longanime ad difficultates vincendas, quæ in conuersione ad Deum, & obseruantia mandatorum ipsius solet callidè hostis malignus suggerere, & in desperationem inducere.

Pro quo facit imprimis, gratiæ abundantiam considerare; quæ virtus est animæ, omnia reddens facilia, & post incarnationem Verbi fuit vberiùs humanę naturæ promissa, vt apud Isaiam 35. narratur. Et propterea subditur
Isa. 35. 4. ibi, *Confortate manus dissolutas, genua debilia roborate: dicite pusillanimis, confortamini, & nolite timere.* Et quare? subiungitur; *Deus ipse veniet, & saluabit vos.* Et gratiæ vbertimæ per eius aduentum futuræ fructus subnecti-
tur: *Tunc aperientur oculi cæcorum,* *num.* 5.
& aures surdorum patebũt. *Tunc saliet sicut ceruus claudus,* *num.* 6.
& aperta erit lingua mutorum. Ecce effectus gratiæ, quæ subditur, *Quia scissæ sunt in deserto* *ibid.*
aquæ, & torrentes in solitudine. Desertũ es, & solitudo sine aqua diuinæ gratiæ, & peccatorum spinæ in te creuerunt, & habitant in te feræ belluæ vitiorum, animam tuam dilaniantes? iam venit ille, qui in crucis ara erectus meruit apud Patrem vbertatem aquarũ, quibus desertum istud fœcundaretur, & pro spinis, virtutum flores crescerent odoriferi, & virtutem acciperes belluas istas eijciendi. Claudus es ex debilitate tibiarum, id est potentiarum tuarum, non valentium ambulare viam vitæ? iam ex abundantia gratiæ, claudicatio hæc auferetur, & tibijs reparatis salies sicut ceruus ad beatitudinis montem, per obseruantiam mandatorum. Quam fortitudinẽ alius Propheta præuidens, dixit, omni pusillanimitate deposita, *Ego autem in* *Abac.* 3.
Domino gaudebo, & exultabo in 18.
Deo Iesu meo. Deus Dominus for- *num.* 19.
titudo mea, & ponet pedes meos, quasi ceruorum. Et super excelsa mea deducet me victor in psal-

mis

Digitized by Google

mis canentem. Quæ sunt quæso excelsa nostra, nisi beatitudo nostra, ad quam nos deducit ipse Dominus Iesus victor? Sed vbi victor? in cruce. Ibi enim mortẽ vicit, & mortiferum aspidem superauit, & nobis dona omnia meruit, quibus roborati possemus ad excelsa ista conscendere velocitate ceruina. Igitur confortamini pusillanimes, & nolite timere viam vitæ. Iam, quæ arcta erat, facta est lata, quæ salluosa erat, complanata est, non ampliùs aspera,& inuia. Tantùm sperate in Domino, & dabitur fortitudo. Quod quidam agnoscens, qui fuerat claudus, & debilis, dixit: *In Domino sperans, non infirmabor*: quia,vt ipse alibi ait, *Protector est omnium sperantium in se*.Et Apostolo teste, *Facit cum tentatione prouẽtum, vt possimus sustinere*. Et ideo nullam tentationem circa conuersionem potest inimicus suggerere, quę superari non queat.

Ps.25.1.

Ps.17 31.

1 Cor.10 13.

Hinc Chrysostomus.Spem *anchoram securam* appellat, quæ ita hominem stabilit in bono,vt nulla valeat procella in mari huius vitæ nos quatere, & submergere. Et hinc,notat,oriri, quòd diabolus conatus suos omnes adhibeat, vt tollat à nobis hãc spem, vt firmitate ablata, facilè corruamus. *Quare* (inquit) *diabolus in varias desperationis cogitationes nos immittit,quò excludat in Deum expectationem, hoc est,an-*

Chrysost. epist.5. init. ad Theod. lapsũ n.5.

coram tutam, substantiam vitæ nostræ, manuductionem in ea via, qua in Deum ferimur, salutem perditarum animarum. Quod quidem agnoscens etiam Isaias Propheta, ad Deum sic dixit; *Factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua, spes à turbine.* Vbi insinuat, spem ancoram tutissimam esse. Quod enim supereſt remedium efficax, cum ventorum turbo in vastissimo mari concitatur,ancoram iacere, nè turbine quassata nauis submergatur, sed stabilis maneat, fortiter illi resistens. Talis ergo est Deus noster sperãti in se. ipsum reddit in omni tẽtationum turbine ita solidatum, vt nulla illarum vi deijci queat, & prosterni.

Isa.25.4.

Hinc ibidem ait idem Chrysostomus, spem esse, tanquam *catenam fortissimam*, missam de cęlo, quam,qui fortiter apprehẽdunt, à quaque procella liberati, saluantur. *Ea ipse est* (inquit) *catena aurea, & firma, qua de cœlo propensa, subducimus animas nostras: quæ breui sursum in illud summum fastigium retracta, eos, qui ipsam fortiter manibus seruant, euellit, & rapit supra fluctus præsentis vitæ, omnium longè periculosissimos.* Et concludit, qui negligit apprehendere illam, fortitudine destitutum, cadere in omnem malitiam. *Quamobrem* (ait) *qui mollis per indulgentiam, hãc sacram*

ancoram amittit, continuò decidit, & ſuffocatur, ſubmerſus in profundum malitiæ.

Ea igitur eſt fortitudo, quam ſpes animæ confert, vt immeritò puſillanimitatis cogitationes nobis ſubdolus inimicus immittat: vt etiam Pſalmiſta fatetur, dicens, *In Domino confido, quomodo dicitis animæ meæ, tranſmigra in montem ſicut paſſer?* Quorũ verborum ſenſus, iuxta eundẽ Chryſoſtomum, huiuſmodi eſt. Si per ſpem, in meum adiutorium habeo omnipotentem, in quo omnia potero, quomodò me à pugna ſuadetis deſiſtere, & ad locum ſolitarium, tanquam inermẽ, & pugnæ ineptum tranſire? verba S. Doctoris ſunt hæc. *Quid dicis? Eum, qui eſt terræ Dominus, habeo ſocium: eum, qui vbique omnia facilè facit, habeo ducem, & à partibus meis ſtantem, & me mittis ad terram inhabitabilem, & ex ſolitudine cautionem comparas? maiusnè fuerit ex ſolitudine auxilium, quàm ex eo, qui omnia poteſt quàm facillimè? quid me pulchrè armatum, tanquam nudum, & inermem, ad fugam incitas, & tranſmigrare iubes?* Et paulò ſuperiùs, de ſpe iſta ita loquutus fuerat. *Magnæ ſunt vires ſpei in Dominum: præſidium, quod non poteſt ſuperari: portus tranquillus: turris, quæ nequit pati: arma inſuperabilia: vires inuictæ, & quæ in rebus difficillimis, & impeditiſſimis exitum inuenerunt.* Hæc S. Doctor.

Pſ. 10. 1.

S. Chryſ. tom. 1.

Videtur tibi, frater chariſsime, via vitę difficilis valdè, & impedimenta multa in ea reperis? Confuge ad hanc ſpem, quia in ipſa, omnia ſuperabis. Ne deſinas viã aggredi puſillanimis factus, ſed hac ſpe fortis, & armatus, fortiter, & alacriter viã vitę aggredere; quia licèt appareat aſpera, & arcta, fiet plana, & lata, & ſecurè perducéris ad vitam, & ſaluaberis. Pro hac fortitudine, & efficacitate, qua arduitatem iſtam aggredimur, faciunt, quæ Propugnaculo tertio, Cõſid. 12. Diſcurſu quinto ſunt dicta, ad quæ recurrere poteris.

CONSIDERATIO V.

Ex Oratione.

DIuus Paulus de potentia magna loquens, quam habet oratio ad commouenda viſcera benigniſsima Dei ad miſericordiam, ſic dixit de ipſo. *Dites in omnes, qui inuocant illum.* Vbi S. Chryſoſtomus conſiderat, tantum eſſe ardorem amoris, quo Deus ad miſericordiã inclinatur, vt nobis dona ſua donare, reputet diuitias ſuas. Et hinc, iam locum deſperationi non remanere, concludit, cùm ipſe ſic diteſcere cupiens, dona ſua in nos effundere non ceſſabit. verba S. Doctoris ſunt iſta. *Vides, quomodo Deum*

ad Rom. 10. 12.

S. Chryſ. tom. 4.

Digitized by Google

Deum salutis nostræ vehemẽter cupidum ostendat. Siquidem illam diuitias suas peculiares æstimat, ita vt iam illi nihil habeãt causæ, qua vel desperent, vel si resipiscere voluerint, nullam se reperturos veniam arbitrentur. Et rationem subdit: *qui enim peculiares suas putat esse diuitias, si nos saluet, ditescere vtique non cessabit. Nam & istæ sunt diuitiæ, quòd donum suum in omnes effundit.*

Ad propositum autem, notandum est, Orationem esse, quæ ad hanc effusionem prouocat illum, propterea subiũgitur: *In omnes, qui inuocant illum.* Nam inuocare, est intùs vocare, quod est corde orare: qui autem taliter orat, exauditur. Propterea dixit Psal-
Ps. 4. 2. mista, *Cum inuocarem, exaudiuit me Deus iustitiæ meæ*; vbi exauditum se dicit, quia obtinuit gratiam, quæ iustitia dicitur, & ideo appellat eum, Deum *Iustitiæ meæ*, quã vtique accepi orãdo, & qua de iniusto factus sum iustus. Et S. Tobias hoc etiam
Tob. 3. 13. agnoscens, dixit ad Deum: *Peccata dimittis his, qui inuocant te.* Oratio ergo impetrat veniã delictorum per infusionem iustitiæ, quæ omnibus orantibus communicatur à Deo. Ideo dicitur, *Diues in omnes, qui inuocant illum.* Vbi particula, *omnes*, neminem excludit. Propterea Chrysosto-
S. Chryso. hom. mus notat, Apostolũ subdidisse, *Omnis, quicũque inuocauerit nomen Domini, saluus erit.* Nã termini illi vniuersales *Omnis, Quicumque*, hoc clarè significãt, *Ne* (inquit) *quid haberent, quod contradicerent. Vtique dicendo, me non exaudiet, repellar. Non ita erit, omnis, quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit.* Verba sunt diuina infallibilia.

Sed vt oratio ista efficaciùs impetret, debet ita peccator orare, videlicet: *Fideliter, Fiducialiter, Perseueranter*, & *Piè*.

Fideliter, ideſt, cum fide; quia ibi Apostolus, postquam orationem omnibus, ait, esse causam salutis, subdit: *Quomodo inuocabunt, in quem nõ crediderunt?* num. 14.
Vt ostenderet, inquit P. Augustinus: *Fidem fontem esse orationis, nec posse esse riuum, vbi caput aquæ siccatur.* In his autem præcipuè fides in peccatore orãte debet fulgére. S. August. ser. 36. de verb. Dñ. tom. 10.

Primò, quòd credat, Deum posse dimittere peccata, *Quia omnipotens est*.

Secũdò, velle, *Quia bonus est*.

Tertiò, quòd ita faciet, *Quia fidelis est*.

Quoad primum actum fidei, patet Matth. 9. 8. in duobus illis cæcis, qui postulabant visum, & vt conditio ista cæteris patefieret, dixit illis Iesus: *Creditis, quia hoc possum facere vobis? dicunt ei, vtique Domine.* Et receperunt visum, quia crediderunt omnipotentiam Domini. Matt. 9. 8

Quoad secundum verò fidei actum

actum, clarè etiã conſtat Matth. 7. 9. Vbi ſic arguit Dominus.

Matt.7.9 *Quis eſt ex vobis homo, quem, ſi petierit filius ſuus panem, num-*

num. 10. *quid lapidem porriget ei? Aut ſi piſcem petierit, numquid ſerpentem porriget ei?* & tunc ſic

num.11. efficaciter infert: *Si ergo vos, cum ſitis mali, noſtis bona data dare filijs veſtris: quantò magis Pater veſter, qui in cœlis eſt, dabit bona petentibus ſe?* Vbi homines nominat malos, quia à ſe bonitatem non habent, quæ cõmunicatiua eſt ſui; & tamen ait, noſſe, bona ſibi donata communicare alijs; quantò magis Deus, qui per naturã bonus eſt, & ipſa bonitas, & fontalis origo bonitatis totius, dabit bona petentibus ſe? igitur hęc eſt alia conditio fidei ad orationis efficaciam, quam ibi Dominus ſuadebat, credere, nimirum, Deum bonũ eſſe ad dimittenda peccata.

Quoad tertium actum fidei, patet, quia ipſe orantibus ex fide, promiſit ſe poſtulata daturum,

Marc. 11. 24. Marc. 11. *Omnia quæcũque orantes petitis, credite, quia accipietis, & euenient vobis:* igitur iam adeſt promiſsio orationi ex fide, quia dicit: *Credite, quia accipietis.* Et aliundè, ex eadem fide conſtat, Deum eſſe fidelem,

Pſal. 144. 13. teſte Pſalmiſta, dicente, *Fidelis Dominus in omnibus verbis ſuis:* ergo ſi quæcunque poſtulata ex fide, promiſit donare, etiam donabit peccatorum indulgentiam poſtulanti, & credenti ex eàdem fide ſimiliter fidelem eſſe, vt promiſſa adimpleat. Et per iſtum actum credẽdi, reijcitur ignorantia, quam ſupra in doctrina, ponderat. 7. diximus deſperationis cauſam exiſtere.

Ex iſta fide ita explicata, & ad primam conditionem orationis pertinente, oritur ſecunda conditio illius, nimirum, Fiducia, quã S.Thom. appellat: *Quoddam robur ſpei, proueniens ex aliqua conſideratione, quæ facit vehementem opinionem de bono aſſequendo.* S.Th. 2.2 q.129.ar. 6.in corp. Mirum autem in modum roboratur ſpes per fidẽ, triplici paulò ſupra Conſideratione fulgentem, & ideo non mirum, quòd inde animus erigatur in ſpẽ roboratam, quæ appellatur *fiducia*, à fide nomen accipiẽs, à qua vires accepit; vt ex Paulo colligitur, dicente ad Epheſ. 3. *In quo habemus fiduciam, & acceſſum in confidentia per fidem eius.* Eph.3.12. Vbi apertè fiducia à fide diſtinguitur, tanquam effectus à cauſa, ideoq; Iacobus Apoſtolus, quemcunque peccatorem, ad orationem pro vera ſapientia, quæ in gratia, & iuſtitia Dei conſiſtit, exhortans, ait: *Si quis autem veſtrum indiget ſapientia*; Ecce indigentia. & oratio pro remedio ſubditur: *Poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter:* & modum ſubiungit, quo efficaciter fiat: *Poſtulet autẽ, in fide nihil hæſitans.* Iacob.1.5

Quæ hæſitatio, multiplex poteſt

Digitized by Google

esse, in intellectu, scilicet, & voluntate. In intellectu, primo circa illa tria prædicta, quæ requisiuimus ad fidem orantis, & quando ista hæsitatio adest, iam fides corrumpitur, & oratio deest, teste

P. Augus. ser. 16. de verb. Do. min. in 10. Augustino dicente, *Si fides deficit, oratio perit.* Secundo, quando nō deficit quidem intellectus in veritatibus illis speculatiuè creditis, sed in practica applicatione illarum, qua hic, & nunc eas voluntati deberet proponere, quia vel actu eas non considerat, vel nimis remisse. Et in hoc sensu intelliguntur verba Domini adpetrum in mari natantem, quando

Matt. 14. 31. illi dixit, *Modicæ fidei, quare dubitasti?* Non enim illum reprehendit, quòd fidem veram non haberet, sed quòd languidam haberet, & ita ineptam, ad voluntatem, in spem, & fiduciam erigendam. Cùm ergo voluntas ab intellectu moueri debeat, quando ille hæsitationes circa fidem, in intellectu præcedit, sequitur etiā voluntatem nutare, seu hæsitare circa spem, & remisse se gerere, & sic fiduciā non habere, quæ, iuxta notata, *est spes roborata*, & omnē hanc hæsitationem complectitur Iacobus Apostolus, cum ait, *Iti-de nihil hæsitans*, vtique tam in intellectu, quàm in voluntate, ad quā pertinet orare, & sperare. Nā nemo orat, quod nō se acceptura

S. Thom. sperat. Ideò S. Th. de oratione loquens 2. 2. q. 17. ar. 2. 2. eam appellat *interpretatiuam spei*. Igitur fidem, & spem non hæsitantē (quæ fiducia est) Iacobus requirit, vt quis postulata accipiat. Et per fiduciam hanc reijcitur timor, ex quo oritur desperatio, vt in doctrina ostendimus.

Ex fiducia autem ita explanata, *perseuerantia* nascitur, quæ tertia conditio est ad efficaciam, requisita. Nam cùm fiducia, iuxtā Doctorem Angelicum, animum roboret, hinc facit hominem firmiter persistere in bono, contra difficultatem, quæ prouenit ex ipsa diuturnitate actus, quod proprie ad perseuerantiam pertinet, iuxtā eundem Doctorem. Et ideò *S. Th. 2. 2. q. 137. ar. 3. in corp.* fidicaliter orans, licèt statim nō exaudiatur, non tamen ab oratione desistit. Quod volens Dominus commendare, dixit, *Oportet Luc. 18. 1. semper orare, & non deficere.* Quod statim confirmat, Iudicis iniqui exemplo, qui viduā exaudiuit se deprecantem instanter. *Quia*, inquit, *molesta est mihi* *Ibid. n. 5.* vtique perseueranter petendo. Vbi statim Dominus à fortiori infert, quòd si iniquus perseuranti petitioni se inclinauit: ipse, qui bonus, & iustus est, quomodo perseueranter oranti dona sua negabit? Et P. Augustinus hoc ipsum confirdēs, ait, *Si ergo exaudiuit, qui odarat, quod rogabatur;* *P. Augus. ser. 19. de verb. Domini.* *quomodo nō exaudit, qui, vt rogemus, hortatur?*

Aliud quoque exemplum ad idem ostendendum adducit Dominus apud eundem Lucam de illo,

Digitized by Google

illo, qui ab amico, media noctè, tres panes commodatos petiuit.
Luc.11.7 Cui ille respondit, *Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili, non possum surgere, & dare tibi.* Et subiungit Dominus:
num.8. *Et si ille perseueraueri: pulsans, dico vobis, & si non dabit illi surgens, eò quòd amicus eius sit, propter improbitatem tamen surget, & dabit illi quotquot habet necessarios.* Et ex hoc volens à fortiori perseuerantiam in orando persuadére,
num.9. subdit; *Et ego dico vobis, petite*, vtique perseueranter, *& dabitur vobis*, quia non soleo perseueranti dona mea negare.

Vt autem conditionem quartam ad orationem requisitam, quæ erat *piè* orare, percipias, cõsidera orationem, ex se esse impetratiuam, *Quatenus* (inquit Suarez) *consentaneum est bonitati, vel liberalitati eius, qui rogatur, moueri ad dandum, solùm, quia rogatur.* Quod insinuauit Psalmi-
Suar.to.2 de Relig. lib. 1. de orat.c.23. init.
ps.30.18. sta, cum dixit, *Domine, non confundar, quoniam inuocaui te.* Vbi non confundi per repulsam, orationi secundùm se sumptæ attribuit. Quando tamen adiuncta est Dei promissio, vt ipse Doctor aduertit, infallibiliter, quod petitur, obtinetur. Proinde primo modo considerata oratio, quatenus petitio quædam est ad impetrandum ex se sufficiens est: si autem ei promissio facta est, efficax est, dummodo tamen propositæ conditiones concurrant, quarum vltima erat, vt *piè* fiat.

Quæ conditio, secundùm Sanctum Thomam, tunc datur, quando per orationem complementũ alicuius boni, & non alicuius peccati postulatur: bona autem, quæ postulantur, tunc piè petuntur, iuxtà eundem S. Doctorem ibidem: primò, cùm necessaria simpliciter ad salutem æternam postulantur, vt est obseruatio mandatorum; secundùm illud, *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata*. Quæ duplicia sunt, *positiua*, scilicet, & *negatiua*. Et ista obseruantur per negationem actus, vtique declinando à malo prohibito: vt est, non occidere, non mechari, &c. *positiua* autẽ per actus positiuos, vt amando Deum, & proximum, &c. Et vtraque complectens Psalmista, dixit, *Declina à malo, & fac bonum*. Et statim infert tamquam effectum, *Et inhabita in sæculum sæculi*, quia vtique per obseruantiam mandatorum istorum in supernam patriam tendimus, & perpetuam habitationem illius obtinemus.
S.Th.2.2. q.83.art. 15.ad 2.
Matt.19. 17.
ps.36.27.

Secundò piè petimus, cùm ea etiam petimus, quæ ad vitã hanc æternam sunt vtilia, licet non sint necessaria, de quibus S. Doctor ait, *Indubitanter accipit, quod petit, sed quando debet accipere.* quia, scilicet, differtur donatio, quoniam non expedit festina collatio.

Digitized by Google

latio. Sufficienter autem constat ex Domini verbis, vtraque bona tam necessaria, quam vtilia, promissa fuisse oranti. Dixit enim apud Ioannem: *Quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciã.* Vbi P. Augustinus notauit signanter dixisse: *In nomine meo*, quod est *IESVS*, id est, Saluator. Vnde concludit, *ac per hoc, quodcumque petimus aduersus vtilitatem salutis, nõ petimus in nomine Saluatoris*. Igitur in nomine ipsius petimus, cùm non solùm petimus ad salutẽ simpliciter necessaria. verùm & ea, quę solùmmodo sũt vtilia: & his omnibus facta fuit promissio, quod accipiemus, si petierimus, quia erit petitio pia. Quod etiam indicat verbum, *quodcumque*, quod indifferenter amplectitur salutaria, siue vtilia, siue necessaria. Ergo infallibiliter obtinebitur, quod sic petetur.

Ioan. 14. 13.

P. Augst. tract. 73. in Ioan. tom. 9.

Quod etiam Ioãnes in epistola sua indicauit, cum dixit: *Hæc est fiducia, quam habemus ad eũ, quia quodcumque petierimus secundùm voluntatem eius, audit nos.* Quid est autem secundùm *voluntatem Dei*, nisi *sanctificatio nostra?* hoc enim dicit Apostolus 1. ad Thess. 4. 3. Igitur cùm sanctificatio, nõ solùm per necessaria ad salutẽ, sed etiam per vtilia, fiat, clarum est, omnium istorum promissionem factam esse orationi.

1 Ioan. 5. 14.

1. Thessal. 4. 3.

Quod pariter significauit Apostolus, cùm ad Ephesios dixit: *Orantes omni tempore in spiritu*, quæ verba expendens S. Chrysostomus, ait, *Talia petite, qualia à Deo petere conuenit, vt petita obtineatis.* Et de isto spiritu bono, qui per supradicta bona operata obtinetur, dixit etiam Dominus: *Si vos, cùm sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris, quantò magis Pater vester de cœlo dabit spiritum bonum petentibus se?*

Ad Ephes. 6. 18.

S. Chrysost. Homil. 30 in Genes. tom. 1.

Luc. 11. 13.

Oportet autẽ aduertere, quòd non sufficit *pia* petere, id est, necessaria, & vtilia ad salutem, nisi *piè* petantur, id est, propter bonum finem, vt, scilicet, vniamur Deo. Quia, secundùm S. Thomã, hoc est principaliter in oratione petendum. Quod confirmat ex verbis Psalmistę dicentis: *Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitẽ in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ*. Quando ergo propter finem malum quis bona narrata postularet, scilicet, propter vanam gloriam, aut quid simile, iam piè non peteret, quia malè, & ideo non impetraret, teste Iacobo dicente: *Petitis, & nõ accipitis, eò quòd malè petatis*. Vbi Suarez notat, non dixisse, *mala*, sed, *malè*, vt indicaret, quòd licèt petitio esset bonorum, si tamen non recto fine, iam ad exaudiendum, maneret indigna.

S. Thom. q. 21. ar. 1. ad 2.

Psal. 26. 4.

Iacob. 4. 3.

Suar.

Igitur, frater peccator, iam tibi desperationis locus nullus relinquitur. De quo namque

Digitized by Google

desperas ? quòd tibi non dimittantur peccata ? quòd in posterũ non poteris noua vitare ? quòd mandata diuina nõ poteris adimplere ? Hæc omnia ad salutem sunt necessaria, quæ Deus promisit cõcedere, si debito modo petantur, scilicet, cum conditionibus dictis: si igitur sic oraueris, infallibiliter impetrabis, & sic saluaberis. Quid ergo de salute desperas, quæ tibi certò per orationem offertur ?

At dices fortasis. Orationem peccatoris Deus non exaudit, vt Scripturæ testantur. Nam Ioan 9 dicitur. *Scimus, quia peccatores Deus non audit.* Et Psalmista inquit, *Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus.* Et in Prouerbijs est scriptũ, *Qui declinat aures suas, nè audiat legẽ, oratio eius erit execrabilis.* Et per Isaiam Deus dicit, *Cùm multiplicaueris orationem, non exaudiam.* Et ratio subditur, *Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt*, id est, peccatis: at talis ego sum: igitur nõ me Deus exaudit. Ad quid ergo orare, cũ non valeam veniam impetrare ?

Sed respondeo tibi, frater charissime, quòd etiam peccatores exaudit Deus, non tamen in quantum peccatores, vt S. Thomas exponit, quatenus, scilicet, eorum orationes, peccatum eorum per prauam intentionem, vel aliam malam circũstantiam participant: quando tamen de peccatis suis dolére incipiũt, & perfectam conuersionem desiderant, & ad Deum pro hac recurrunt, tunc benignè exaudiuntur. Hoc modo publicanus orauit Luc. 18. dicens, *Deus propitius esto mihi peccatori.* Et exauditus est, quia *Iustificatus descendit*, vt ibi narratur. Et hos etiam ad orationem Dominus inuitauit, cùm dixit, *Omnis, qui petit, accipit.* Vbi sic ait Chrysostomus, *Qui dixerat, petite, quærite, pulsate, nè fortè aliqui peccatorum audientes, discant, etiã ista facere, dignos hortatur: nos autem indigni, etsi petierimus, nõ accipiemus: etsi quæsierimus, nõ inueniemus: etsi pulsauerimus, non nobis aperietur. Vide, quomodo eandem clausulã repetendo, tam iustis, quàm peccatoribus, misericordiam Dei cõmendat, dicens, omnis, qui petit, siue iustus sit, siue peccator, tantùm petere non dubitet, quærere non negligat, pulsare non cesset.* Hæc Chrysostomus.

Deinde dubitationis tuæ alia est explicatio. nimirũ, quòd peccatorum oratio non exaudiatur, *vt meritoria*, quia ad hoc gratiæ status requiritur. tamen, *vt impetratoria*, exauditur. quia ad hoc Dei misericordia sufficit, & benigna eius promissio. Ita docet Doctor Angelicus, sic dicens de peccatore, *Quamuis eius oratio non sit meritoria: potest tamen esse impetratiua.* Et rationem subdit, *quia meritum innititur iustitiæ*,

Io. 9. 31. Ps. 65. 18. Prou. 28. 9. Isai. 1. 15. S. Th. q. 38. circa. 16. ad 1. Luc. 18. 13. ibi. 14. ibi 11. 10 Chrys in imp oper. homil 18. circa. med. tom. 2. S. Th. art. cit. ad. 2.

sed

sed impetratio innititur gratiæ.
Suar. loc. cit. c. 25. num. 3. Et Suarez ad idem sic ait. *Nam & orationis ius in impetrando, non fundatur in dignitate personæ orantis, sed in misericordia diuina, & verbo eius: ergo indignitas peccatoris non obstabit impetrationi, etiam infallibili, si alia necessaria concurrant.* Hæc iste Doctor.

Ex quibus, frater charissime dubij tui iã patet solutio, & scripturæ à te allatæ sunt elucidatæ, & solidata manet doctrina orationis tradita, qua veniam impetrabis securè, & victor, desperationis arma confringes.

CONSIDERATIO VI.

Ex *Miseratione.*

HÆc est alia orationis conditio, quæ Deum maximè ad miserandum inclinat, vt ipsa veritas dixit his verbis,
Marc. 11. 25. *Cùm stabitis ad orandum, dimittite, si quid habetis aduersùs aliquem.* Ecce miseratio ex parte nostra. Et statim Dei erga nos
ibid. miseratio subditur. *Vt & Pater vester, qui in cœlis est, dimittat vobis peccata vestra.* Et subiungitur, misericordiam hanc non esse à Deo donandam illi, qui eã
num. 26. proximo suo negauerit. *Quod, si vos* (inquit) *non dimiseritis, nec Pater vester, qui in cœlis est, dimittet vobis peccata vestra.* Quod alibi etiam testatur Dominus, dicens, *Beati misericordes,*
Matt 5. 7 *quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Quæ verba P. Augustinus considerans, intulit, *Non*
Aug. in Ps. 102. *ergo putet aliquis futuram in se esse misericordiam Dei, si est ipse immisericors.* Et hoc quidem
tom. 8. etiam verba Sapientis confirmãt, dicẽtis, *Homo homini seruat irã,*
Eccli. 28. 3. *& à Deo quærit medelam?* quasi dicat, nõ inueniet. quia, vt ibi Interlinealis aduertit, *Indignum*
Gloss. Interl. *est, esse Deum ei propitium, qui crudelis est in proximum.* Incurabilis igitur fit in corde, qui in eo iram fratri suo reponit. Et è contra, misericordiam consequitur, qui alteri miseretur.

S. Chrys. S. autem Chrysostomus ait, prædicta verba Matthęi, non tantùm de ista commiseratione spirituali, qua alijs iniurias nobis illatas dimittimus, esse intelligenda, sed de illa etiam, qua miserijs alijs proximorum nostrorum compatimur, studentes eas pro viribus subleuare. inter quas fames est, nuditas, vel ægritudo. De qua loquens Propheta, dixit, *Beatus, qui intelligit super*
Ps. 40. 2. *egenum, & pauperem.* Ecce commiseratio: & à malis perpetuis subditur liberatio, & donorũ æternorum donatio. *In die mala liberabit eum Dominus.* Vtique extremi Iudicij; tunc enim illi dicet, & misericordibus cęteris, *Venite benedicti Patris mei,*
Matt. 25. 34. *possidete paratum vobis Regnum à constitutione mundi.* Et assignabit

Digitized by Google

num. 35. gnabit pro causa, *Esuriui enim, & dedistis mihi manducare: sitiui,* num. 36. *& dedistis mihi bibere, hospes eram, & collegistis me: nudus eram, & cooperuistis me: infirmus, & visitastis me: in carcere eram, & venistis ad me.* Hæc omnia in personis pauperum, & indigentium, sibi Dominus facta ibi testatur. Propterea P. Augustinus, per *egenum*, & *pauperem*, in verbis Psalmi relati, præcipuè intelligit Christũ, & deinde pauperes ipsos, in quibus Dominus eleemosynas testatur recipere. Vnde inquit S. Doctor, *Respice & pauperes, egentes, esurientes, & sitientes, peregrinãtes, nudos, ægrotos, in carcere constitutos, intelligе super talem paupere m, quia & super talem intelligis, super illum intelligis, qui dixit, esuriui, sitiui, &c.* Et subdit Psalmista, *Dominus conseruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum eius.* Vbi idem S. Doctor ait, hoc esse etiam præmium miserentis, non tantùm liberari à malis, sed & frui bonis, *viuificet eum*, præcipuè vita beata æterna, non tradendo eum in manus dæmonum, qui sunt præcipui inimici nostri, de quibus Dominus dixit, *inimicus homo hoc fecit*.

P. Augus. in Psal. *Ps. vt sup. num. 3.* *Matt. 13. 28.*

Propterea de illo, qui miseratione est vacuus, pronuntiauit Sapiens, neque etiam ipsum misericordiam consequuturũ. *Qui obturat* (inquit) *aures suas ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur.* Quid petis, frater, in oratione tua, cum Deum tuum oras? veniam peccatorum? non exaudièris, si valens succurrere pauperi, illi negas auxilium. Vide, quid alibi dicat idẽ Sapiens. *Qui propitius est ad misericordiam, benedicetur.* Vtique benedictione spirituali, de qua Apostolus loquitur ad Ephes. 1. 3. Et ratio subditur, *De panibus enim suis dedit pauperi.* Vbi nota obiter verbum *suis*. Nam de *tuis* debes dare, vt placeas Deo, & nõ de *alienis*. Vt etiam Tobias filio suo consuluit, dicens, *Ex substantia tua fac eleemosynam, & noli auertere faciem tuam ab vllo paupere: ita enim fiet, vt nec à te auertatur facies Domini.* Vbi primò considera verbum *tua*, & confer cum verbo *suis*. Secundò ad propositum, quomodo Deus non auertat faciem suam ab illo, qui suam non auertit à paupere, illum per eleemosynam subleuãdo: facies autem Domini tunc non auertitur, cum nostri miseretur, vt dixit Psalmista, *Respice in me, & miserere mei*. O misericordiæ Domini copiosæ, qui temporalia nostra compensas æternis tuis! ad dandum parua nos prouocas, vt maxima reddas! Vnde benè dixit scriptura, *Fœneratur Domino, qui miseretur pauperis*. Vbi Lyranus sic ait, *Dando ei eleemosynam, quia Dominus reddit*

Prou. 21. 13. *Tobiæ 4. 7.* *Ps. 25. 16.* *Prou. 19. 17.* *Lyranus.*

dit

Digitized by Google

dit ei centum in præsenti, & vitam æternã in futuro. Matth. 19.

Quid ergo faciet frater peccator, qui vt alijs tribuat, non habet? remanebit ob id, Domini misericordia vacuus? minimè. Quia si non potest tribuere pecuniam, tribuat consilium: eo modo iuuet, quo potest. Et saltem desiderium habeat iuuandi, si posset, quia hoc etiam Domino placet, sicut scriptum est, *Desiderium* Ps. 10. 17. *pauperum exaudiuit Dominus*. Hæc ergo etiam interior commiseratio est in voluntate, habens vocem validam apud Deum, quæ fortiter clamat, & exauditur. Igitur hunc non repellit Dominus, sed misericorditer suscipit, cum pro venia, & misericordia ad ipsum accedit. Et cum hoc veritas ipsa promiserit, si cęterę cõditiones orationis adfuerint, absque dubio misericordiam consequetur, qui alterius sic miseretur.

Sed inter alios, quibus Deus multùm complacet, quod subueniatur, saltem consolatione, & cõsilio, sunt viduæ, & pupilli, vt scri- Eccli. 4. 10 ptura diuina testatur. *In iudicando, esto pupillis misericors, vt Pater, & pro viro matri illorum, & eris tu, velut filius Altissimi, obediens, & miserebitur tui, magis, quàm Mater*. Considera amorẽ maternum tenerum, & efficacem: hoc ergo maiorem ei promittit misericors Dominus, qui velut pater, sui miserebitur proximi. Igitur in manu tua est cum gratia Dei, quæ tibi præsto est, veniam impetrare delictorũ per specialem misericordiã, si tu hanc proximo tuo præstiteris.

CONSIDERATIO VII.

Ex bonorum operũ operatione.

PEr bonorum operum operationem, otium, & torpor tolluntur, quæ supra docuimus, desperationis causam existere. Vnde fit, vt benè operando, causis istis ablatis, vel non datis, hoc malum, vel tollatur, vel impediatur. Quia igitur desperatio potest contingere, vt superiùs adnotauimus, vel in peccatore, quòd grariam iustificantem non habebit, vel in iam iustificato, quòd gratiam consummatam, quæ in Dei visione, & fruitione consistit, non obtinebit, ideò per opera bona erigendum est cor in spem, vt desperationem debellet.

Si ergo peccatores, incipias recedere à malo, & operari bonũ. Nam gratiam iustificantem indubitanter recipies, quia Dominus hoc promisit, qui nos fallere nequaquam potest. *Immundum* (inquit) *ne tetigeritis, & ego recipiã vos*. Quid est *immundum non tangere*, nisi à malo abstinete? & quid est *recipere nos*, nisi iustificare nos? Hinc idem Apostolus sequenti capite dicit, *Has ergo habentes promissiones, charissimi, mundemus nos ab omni inquina-* 2. Cor. 6. 18. 2. Cor. 7. 1

Digitized by Google

mento carnis, & ſpiritus, vtique tam à carnalibus, quàm ſpiritualibus peccatis, *perficientes ſanctificationem*. Quare *perficientes?* quia cum aliquis recedit à malo, tunc Deus, qua iuſtificamur, infundit iuſtitiam. *Ibid.*

Quia autem homo recedit à malo, dum ad Deum conuertitur, conuerſio iſta, bonum opus eſt; cui etiam animæ vita promittitur, quæ eſt iuſtitia. Audi Dominum ipſum per Ezechielē dicentem, *Conuertimini, & agite pœnitentiam, & non erit in vobis in ruinam iniquitas*. Quare iniquitas in ruinā nō erit? quia infūdetur iuſtitia, qua anima viuit, vt paulò infra ait his verbis, *Nolo mortem moriētis, reuertimini, & viuite*. Vtique vita ſpiritus, quæ per iuſtitiam datur. Ezechiel. 18. 30. num. 32.

Hoc etiam cōſiderans ſanctus ſenex Tobias, ita omnibus peccatoribus dicit, *Cōuertimini itaque, peccatores, & facite iuſtitiā corā Deo, credentes, quòd faciet vobiſcum miſericordiam ſuam*. Vbi verbum, *Conuertimini*, deſignat conuerſionē mentis ad Deū, ex qua oritur à malo auerſio, & iuſta quis incipit iam operari, licèt adhuc vitę æternę nō meritoria, quia à iuſtitia nō procedunt, quam tamen Deus miſericorditer tribuit, iuxta communē illud Theologorum proloquium, *Facienti, quod in ſe eſt*, vtique cum adiutorio gratiæ, *Deus non denegat gratiam*, qua, ſcilicet, iuſtificetur; vt quædā gloſſa à S. Thoma allata, dicit his verbis, *Deus recipit eū, qui ad ſe confugit, aliter eſſet in eo iniquitas*, quam ita ibi S. Doctor exponit. Tob. 13. 8. S. Th. 1. 2. quæſt. 22. art. 3. ad 1.

Si autem iam iuſtus es, quare debes de gloria deſperare, quæ bonis operibus eſt promiſſa? ſic enim tibi Dominus ait: *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata*. Quaſi dicat, tibi non denegabitur vita conſummata, ſi ſeruaueris mea mandata. Et per Apoſtolum ait: *Qui ſeminat de ſpiritu, de ſpiritu metet vitam æternam*. Quid eſt *ſeminare in ſpiritu*, niſi bona facere ex ſpiritu gratiæ, & rectæ rationi conformia, quę etiā ſpiritus dicitur? & quid eſt de ſpiritu iſto metere vitam æternā, niſi illam, tanquam fructum ſpiritus iſtius recipere? Hinc dixit idē Apoſtolus ad Rom. 5. *Iuſtificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, per quem & habemus acceſſum per fidē in gratiam iſtam, in qua ſtamus, & gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei*. S. Chryſoſtomus hæc verba expendens, ait, habere pacem ad Deum, eſſe poſt iuſtitiam acceptam ad mala priſtina non redire, ſed eam per opera bona conſeruare; ideo namque ſubdit *in qua ſtamus*, id eſt, perſeueramus: & ſubiungitur, *& gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei*. Et notat hic S. Doctor, adeò bona opera poſt acceptā iuſtitiam, Matt. 19. 17. ad Galat. 6. 8. Ad Rom. 5. 1. num. 2.

Digitized by Google

hominem erigere in spem gloriæ æternæ, vt ipsum reddât ita de ea securum, ac si iam eam haberet. Hoc enim verbũ, *gloriamur*, importare, aduertit: non enim gloriatur quis de futuris, quæ nondum habet, sed de præsentibus, quę iam possidet, & ita hominem per opera bona, & acceptam iustitiam reddi de vita æterna securum per spem, vt quæ est futura, iam videatur præsens, proindeque de illa iam glorietur. *Vt intelligas* (inquit) *quali animo eum præditum esse oportet, qui fidẽ suam Deo obstrinxit. Neque enim illi solùm plenam factã esse persuasionem oportet de ijs, quæ data sunt, sed de futuris tamquã iam datis.* Et rationem subdit. *gloriatur enim quis super ijs, quæ iam in manu habet.*

Chryſoſt.

Et quia spes ista potest amitti non resistendo laboribus, & afflictionibus, quæ in exercitio operum bonorum, per quæ conseruatur iustitia, contingunt, ideò rursus Apostolus prosequitur ad sustinentiam hanc, iustificatum hominem animare ex fructu spei, quæ generatur inde, & quæ, fructu consummato æternæ vitæ, vltimò non frustratur. *Gloriamur* (inquit) *in tribulationibus, scientes, quòd tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationem: probatio verò spem: spes autem nõ confundit.* Sed cur, quæso, probatio causat spem? quia probatum cor, malo non cedit, sed in bono stabilis permanet: & ideo illæsa conscientia in spem facilè animum erigit. *Cum nihil* (inquit ibi Chrysost.) *sit, quod sic nos ad bonorum operum spem comparet, quam bona conscientia.* Et ideo de istis concludit. *Itaque illorum nullus, qui vitam rectè, atque sanctè exegère, de futuris diffidit, quia spes non confundit*, id est, repulsam non patitur, vt suprà manet notatum.

num. 3.
num. 4.
num. 5.

Debet ergo procul esse à iusto timor, & angor ex desperatione vitæ æternæ procedens, cum ipsi Dominus dicat: *Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lacrymis.* Et subditur ratio. *Quia est merces operi tuo, ait Dominus.* Vbi notãter dicitur *ait Dominus*, quia verbum Domini cũ sit, omnino adimpleri oportet. At quæ est ista merces iam præparata? illa, de qua ipse dicturus est in die extrema. *Possidete paratum vobis Regnum à constitutione mundi.* Et de qua ait Psalmista, *Cum dederit dilectis suis somnum.* (per quod intelligitur mors iustorum, qui omnino non moriuntur) *Ecce hæreditas Domini.* Statim namque dabitur, si nihil purgandum remanserit.

Ierem. 31. 16.
Matt. 25. 34.
Pſ. 126. 2.
num. 3.

Debet ergo peccator spe veniæ, declinare à malo, & facere bonum, quia sic operanti venia datur, & iustitia accipitur. Et sic desperationem extinguet. Iustificatus autẽ, gloriam debet sperare, cum certus sit, benè perse-

Digitized by Google

ueranter operanti, minime dene. gari. Et ſic, diffidentia proſtrata, per confidentiam triumphabit.

Conſideratio præſens proſequitur, & oſtenditur, quomodo per opera bona, etiam debellatur præſumptio, quæ eſt falſa ſpes.

SEd vlteriùs hîc conſidera, quòd vltra deſperationem, eſt alius hoſtis ſpei, à quo etiam impugnatur, & eſt *inordinata ſpes*, vt loquitur S. Thomas 2. 2. q. 21. art. 3. & *vana*, vt ait Bernardus ſerm. 1. in Pſal. *Qui habitat*, & *peruerſa*, vt Auguſtinus inquit ſer. 59. de verb. Dom. to. 10. & tunc contingit, cum aliquis nimis de miſericordia Diuina confidens, opera bona nõ curat, quã Doctor Angelicus alio nomine *præſumptionem* appellat, quam, ait, opponi ſpei *per exceſſum*, quatenus *nimis* de Deo confidit; quemadmodum deſperatio ſpei opponitur *per defectum*, quia de eo diffidit.

S. Thom. *R. Bernar* *P. Auguſt.*

Hæc ergo præſumptio, ſeu falſa ſpes, poteſt animam impugnare dupliciter. Primò, ante iuſtificationem, vt præſumat quis ſine operibus bonis iuſtitiam recipere. Secundò, poſt iſtã acceptam, quòd ſine proprijs meritis vitam æternã obtineat. Et vtroque modo anima ſupplãtatur ab iſta peruerſa ſpe, & præſùptione dãnabili.

Hoc ergo modo contra illam, primo modo impugnantem, militare oportet. Quod, nimirũ, adultis, & rationis capacibus Deus nõ velit animæ ſalutem tribuere, niſi ipſi ſe per opera bona priùs diſponant. Pro quibus faciendis, vltrò omnibus ſuum offert auxilium. Ideo peccatoribus dicitur, *Pœnitentiã agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum in nomine Ieſu Chriſti, in remiſſionẽ peccatorũ veſtrorũ, et accipietis donũ Spiritus sãcti*, vtique gratiã iuſtificãtẽ. Et de iſtis operibus, & bonis propoſitis, quibus diſponimur ad iuſtitiã, loquitur Sac. Trid. Conc. ſeſſ. 6. cap. 5. & 6. quod etiam confirmant hæc verba Auguſtini, *Qui fecit te ſine te, non iuſtificat te ſine te*. Et ita etiam ratio poſtulat, quia cum gratia diuina, forma quędam ſupernaturalis ſit, qua anima deificatur, & forma omnis requirat ſubiectum diſpoſitum, vt illud informet, diſpoſitio iſta neceſſariò præcedere debet in ſubiecto, quod illius eſt capax, vt eſt adultus ratione vtens. Præcipuè enim conſiſtit in conuerſione mentis in Deum. Quia quemadmodum iuſtitiam amiſit, quia ſe auertit à Deo, ita vt denuò gratiam amiſſam obtineat, conuerſio mentis ad eundẽ Deũ requiritur; quam Deus exigere intelligitur, cum ait, *Conuertimini ad me, et ego conuertar vos*. vtique per iuſtitiã meã infuſam.

Act. 2. 38.

Tr. Conc.

P. Auguſt. ſer. 15 de verb. Ap. capit. 11. tom. 10.

Zachar. 1. 3.

Ex qua conuerſione cordis ad Deum,

Digitized by Google

Deum, à creatura auerſio oritur, & diſplicẽtia peccatorum (quę eſt interior pœnitentia) & deſideriũ adimplẽdi mandata Diuina. Igitur iſta ſũt bona opera, quæ operari oportet, peccatorem adultũ, &, per quæ militat cõtra pręſumptionem, & de illa triumphat per ſpem, ſcilicet, in Deum, cóceptam ex fide, qua certò credit, Deum ad ſe verè conuerſis, & pœnitentiam agentibus, miſericorditer peccata remittere.

Contra autem præſumptionẽ, qua, quis iam iuſtificatus, ſperat vitam æternam conſequi ſine bonis operibus à ſe factis, oportet certare, conſiderando vitã ęternã per modũ brauij, mercedis, & coronę proponi adultis; quę omnia eſſentialem reſpectum ad bona opera, & merita dicunt. Ideoque ſine illis comparabitur nunquam. Conſidera, frater mi, Scripturas, & clarè iſta videbis. Apoſtol. loquens de ęterna vita, ſic ait: *Qui* 1. Cor. 9. 24. *in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed vnus accipit brauiũ*, vbi per, *brauium*, intelligit vitam æternam, quæ currentibus datur in ſtadio huius vitæ: curſus autẽ iſte, eſt adimplẽdo diuina mandata, de quo idem Apoſtolus alibi Gal. 5. 7. ſcripſit: *Currebatis benè, quis vos impediuit non obedire veritati?* Pſal. 118. 32. Et Pſalmiſta: *Viam mandatorum tuorum cucurri.* Dicũtur autẽ *omnes* currere, ſed *vnus* accipere, quia plures ſunt, qui in curſu deficiunt, & pauci, qui perſeuerant vſque in finem, quibus tantùm ſalus promittitur, cum dicitur: *Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.* Matt. 10. 22. Ideo ad Corinth. ſubdit Apoſtolus: *Sic currite, vt comprehendatis.* Quid eſt *ſic?* perſeueranter. Quod etiã dixit de eádem vita æterna ſub coronæ nomine diſſerens, 2. ad Timot. 2. 5. *Non coronabitur, niſi, qui legitimè certauerit.* 2. Tim. 2. 5. Quæ verba P. Auguſtinus conſiderans, coronam, inquit, appellari, quia, niſi certanti nõ datur: *Quis vnquam, ait fratres mei, præmium non pugnanti dat? aut quæ corona non dimicanti? aut, quæ ſine conflictu, victoria?* P. Aug. de arb. ſcien. bon. & mal. to 9. Et ſerm. 6. ad Eremit. modum huius pugnæ conſiderans, aſſerit perſeuerantiæ tantùm deberi, & hoc ſignificaſſe Apoſtolum, cum addidit verbum illud, *Legitimè: nullus enim*, inquit, tom. 10. *legitimè certat, niſi in campo vſque ad finem certet, et ſi certat vſque ad finem, legitimè certat, ideo meritò coronatur.*

Dominus etiam apud Matthęũ, eandem vitam æternam, ſub nomine *mercedis* propoſuit, & ideo operarios conduxit, & in fine diei, dixit Dominus vineæ procuratori ſuo, *& redde illis mercedem*. Matt. 20. 8. Operarijs igitur debetur hæc merces, & nõ quibuſcunque, ſed qui vſque ad noctem operati fuerint, id eſt, vſque ad mortem. Sub quo ſenſu dixit alibi, *Operamini dũ dies eſt; venit nox, quãdo nemo poteſt operari*. Ioan. 9. 4. Vbi de tota

vita loquitur, quæ *dies* dicitur: & mors, *nox*, poſt quam nemo meritoriè operari valet, ſed tantùm bonorum, aut malorum retributionem quis percipit.

Sed dicet iam præſumptuoſus adultus, per gratiam iuſtificãtem, in Dei filios adoptamur: filijs autem debetur hæreditas, vt Apoſtolus intulit, *Si filij, & hæredes.* Ergo bona opera propria nõ requiruntur ad hæreditatem hãc adeundam, ſed ſufficit filiatio tãtùm, quæ per iuſtitiam datur.

Rom. 8. 17

Sed Reſpondeo tibi, validum eſſe argumentum tuum, ſi adultis, vita æterna, tantùm vt hæreditas proponeretur: proponitur autem ſimul vt præmium, ſeu merces, & ideo vltra gratiam, bona merita noſtra, requiruntur. Audi Apoſtolum dicentem, *Quodcunque facitis, ex animo operamini, ſicut Domino, & non hominibus, ſcientes, quod à Domino accipietis retributionem hæreditatis.* Vbi quidam Doctor modernus notat, notanter ab Apoſtolo dici, *Retributionem hæreditatis*, vt ſignificaret iſtam hæreditatem, nulli adulto dari, niſi per modum mercedis.

Coloſſ. 3. 24.

Bucan. in mat. de prædeſt.

Dicitur ergo vita æterna, *gratia*, & *merces*. *Merces*, quia redditur operibus bonis: & *gratia*, quia bona iſta non fierent, niſi Deus gratiam ſuam nobis donaret, cum qua operamur illa. Et ſic intelligitur Apoſtolus, cùm dixit, *Gratia, Dei vita æterna.*

Rom. 6. 23

Sic intelligitur Pſalmiſta, cùm ait, *Qui coronat te in miſericordia, & miſerationibus*. Si corona, ex iuſtitia datur, teſte Apoſtolo dicente, *Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ*, quomodò hìc, *miſericordiæ*, illam Propheta appellat? benè certè vterque. Nam, *iuſtitia*, nominatur à Paulo, quia bona eius opera illam præceſſerũt, quibus Deus mercedem promiſit, & ideo ex iuſtitia datur: & ex miſericordia etiam, quia niſi gratia præceſſiſſet, & concomitaretur, opera bona non fierent, quæ mererentur coronam. Vnde alibi idem Apoſtolus ſua merita narrans, ſtatim ſubiunxit, *Non ego, ſed gratia Dei mecum*. Proinde P. Auguſtinus conſiderans verba Pauli, dicit, *Cui redderet coronã iuſtus iudex, ſi non donaſſet gratiam miſericors Pater? quomodo iſta debita redderentur, niſi prius illa gratuita donarentur?* Gratiam autem præuenientem, & concomitantem Deus miſericorditer tribuit: Igitur quatenus in illis opera bona fundantur, eis corona reſpondens, vocatur miſericordia, licèt, vt eadem ſecundùm ſe, reſpicit, corona dicatur iuſtitiæ. Et hoc ſenſu idem P. Auguſtinus dicit, *Non promereres, niſi accepiſſes: gratia præceſſit meritum, non gratia ex merito, ſed meritum ex gratia*. Vnde in citatis verbis Pſalmiſtæ etiã infert: *Ergo, & quòd coronaris, illius miſericordia coronaris.* Et epiſt. 105, ſic

1. Tim. 4. 8.

Pſ. 102. 4

1. Cor. 15. 10.

Aug. lib. de gra. & lib. arb. c. 6. tom. 7.

Serm. 15. de verb. Apoſt. c. 8 tom. 10.

tom. 2.

sic de ipsa vita æterna ait, *Etiam ipsa gratia nuncupatur: nec ideo, quia meritis non datur, sed quia data sunt, & ipsa merita, quibus datur.*

His ergo benè pensatis, habet peccator, quomodò otio, & torpore excussis, ex quibus oritur desperatio, se per opera bona erigat in spem, vel, vt iustitiam accipiat, vel vt per eadem in iam accepta proficiat, & vitam æternam obtineat, præsumptione etiam deuicta, quæ veræ spei est opposita.

CONSIDERATIO VIII.

Ex *veritatis speculatione.*

COnsideratio ista contra errorem ponitur, qui radix quædam est, vnde oritur desperatio, vt supra in doctrina ostendimus. Quia autem error iste circa tria versatur, prædestinationē, videlicet, & reprobationem diuinam: prouidentiam Dei: & immortalitatem animæ, vt ibi notauimus, ideo triplici ponderatione contra hunc triplicem errorē militandum est, vt conuulsa radice ista pestifera, fructus iste pestifer, & hostis noster lethalis desinat germinari. Sit ergo

PONDERATIO I.

Circa veritatem prędestinationis, & reprobationis diuinę.

HIc recolendum est dilemma illud superiùs in doctrina, ponderatione quinta adductum, quo vtens peccator, vel incidit in falsam spem, nimirum præsumptionem, & destruendo in se veram spem, perit: vel in desperationem detruditur, & damnatur. Ponam ergo hìc veritatem, qua vtrumque malum vitatur, & peccator, spe vera seruata, saluatur.

Notandum igitur primò est, quòd infallibilitas prędestinationis, & reprobationis prouenit ex præscientia Dei, qua præcognouit, aliquos benè vsuros gratia sua, ipsi cooperando finaliter, & sic eos prædestinasse, teste Apostolo dicente, *Quos præsciuit, & prædestinauit.* Vbi S. Ambrosius ait, *Quos præsciuit futuros sibi deuotos, ipsos elegit ad promissa præmia capessenda.* Et S. Hieronymus dicit, *Quos præsciuit conformes futuros in vita, voluit, vt fierent conformes in gloria.* Proinde S. Thomas notauit, quòd quēadmodum prouidentia non subtrahit operationem causæ secundæ, ita prædestinatio, quę est pars prouidentiæ operationem præ-

ad Rom. 8. 29.

S. Ambros.

S. Hieron.

S. Th. 1. p. q. 23. ar. 8 in corp.

destinati non subtrahit, quod facit Deus, non propter defectum virtutis, cùm *absolutè*, posset nos sine nobis saluare, *sed, vt etiam* (inquit S.Doctor) *Creaturis suis dignitatem causalitatis communicet*, cooperatores nos fecit nostræ salutis. Hinc sic infert, *Vnde prædestinatis conãdum est ad benè operandum, & orandum, quia per huiusmodi, prædestinationis effectus, certitudinaliter impletur.* Quod confirmat ex verbis S.Petri Apostoli, *Satagite, vt per bona opera, certam vestram vocationem, & electionem faciatis.* Vbi Apostolus de vocatione mẽtionem facit, cui consentiendo, iustificamur, & est primus prædestinationis effectus, quem Paulus post prædestinationem numerat, dicens, *Quos prædestinauit, hos & vocauit.* Et quia vocationi huic consentiendo, iustificamur, ideo iustificatio subditur, vt secundus effectus, non quòd consensus meruerit illam, cùm gratis fiat, vt idem Apostolus dicit ad Rom. 3. 24. *iustificati gratis*, sed quia adultum non decreuit Deus ab æterno iustificare, nisi vocationi suæ consenserit, quia *Non saluat, nisi volentem*, proinde ab ægroto illo, qui typus erat peccatoris, Dominus ipse quæsiuit, *Vis sanus fieri?* & omnibus peccatoribus dicit, *Conuertimini ad me*, vtique per consensum. Licèt tamen prædestinatio ad vocationem non sit sine nostro præuiso consensu, non tamen *quia* præuiso, & ideo illius prædestinationis, nos causa non sumus, sed solus Deus, qui nos misericorditer ad illam prædestinauit, præuidendo tamen nostrum consensũ, quem non daremus, si nõ ita nos ipse vocaret: & scientia illius infallibilis est, & nos decreuit saluare, & cooperantibus nobis cùm gratia adiutrice, quam semper offert vocato, decreuit vocare, & vocationi consentientem iustificare, & iustificatum glorificare, ideo glorificatio, vt tertius, effectus subditur. *Quos vocauit, hos & iustificauit: quos autem iustificauit illos, & glorificauit.* Et est effectus electionis seu prædestinationis ad gloriam, de qua loquitur Petrus, quam Dominus ab æterno dare decreuit cooperãtibus gratię suæ. Imo, quia eam adultis, vt *coronam* decreuit, seu *mercedem*, non sine meritis bonis dare proposuit, quã proinde Paulus nominauit coronam repositam, *Reposita est mihi corona iustitiæ*, vtique ab ęterno, quia, vt ipsemet ait, *Non coronabitur, nisi, qui legitimè certauerit.* Non igitur sine meritis prædestinatur, factis tamen cum gratia, quam omnibus donat.

Ex ista ergo veritate bene considerata, iam patet, quomodo ad priorem partem dilemmatis respondendum sit, & repellenda falsa spes, seu præsumptio, qua quis infallibilitate prædestinationis innixus,

ibid. ad 2 *in corp.* 2 *Petr.* 1. 10. *ad Rom.* 8 30. *ad Rom.* 3 24. *Ie.* 5. 6. *Zach.* 1. 3 *2. Tim.* 4. 8. *2. ad Tim.* 2. 5.

Digitized by Google

nitus, dicit, Si *sum prædestinatus, quidquid fecero, tandem salvabor: Igitur consultum erit, iam perfrui quibuscumque potero voluptatibus*; Nam contratium potiùs oportet inferre, cum nemo prædestinatus sit, nisi præuisis bonis operibus: cum igitur prædestinatio per istos effectus adimplenda sit, oportet abstinere à malo, & facere bonum. Et cum etiam omnis hora, possit esse vltima, qualibet hora, malum cauere debemus, & bonum operari, vt sic possit verificari, & impleri prædestinatio nostra ad gloriam, vt supra patet ex Petro, *Satagite, vt per bona opera vestra, &c.* Et Apostolus ait, *Dum tempus habemus, operemur bonum, &c.* Et rursus apud Luc. dicitur, *Et vos estote parati, quia, qua hora non putatis, filius hominis veniet.*

2. Petr. 1. 10. Gal. 6. 10 Luc. 12. 40.

Notandum secundò, quòd similiter infallibilitas reprobationis in præscientia Dei fundatur, qua ab æterno præuidit peccatorem suæ gratiæ vocanti non responsurum, & malè finaliter operaturum, quia æterna illa præparatio pœnæ perpetuæ, in qua reprobatio positiua consistit, solùm à Deo fit per iustam condēnationem, vt sumitur ex verbis illis Patris Augustini, *Misericordia, & veritas ità sibi occurrunt* (quod alludit ad Psal. 84. 11.) *Vt nec misericordia impediat veritatem, qua plectitur dignus: nec veritas misericordiam, qua liberatur indignus.* Ergo sicut datur causa damnationis, quæ sunt peccata, vt patet ex Matt. 25. 42. ita & reprobationis: Igitur propter præuisa peccata, in quibus finaliter peccator est discessurus, reprobatur à Deo: Deus ergo nō decernit reprobationem tuam, nisi mala tua operatione præuisa, stultè ergo nimis colligis in secunda parte dilemmatis, dicens, *Si reprobatus sum, certissimè condemnabor: ergo perfruar, quibus potero voluptatibus*; quia tu non reprobàris, nisi propter tua peccata præuisa, in quibus impœnitēs es discessurus: cum ergo quælibet hora, possit esse vltima vitæ tuæ, qualibet hora, & momento, à malo caueto, & sic efficies, quod non reprobaberis, cum reprobationis causa ex parte tua sit.

P. Augus. Epis. 105. ant. med. tom. 2.

Dic mihi, nonne stulta esset ista collectio, si suspendendus sum propter adulterium, vel furtum, quod commissurus sum, volo capere delectationem ex furto, vel adulterio, quandoquidem suspendendus sum. Stulte, si suspendendus es; propter furtum, quod cōmittes, suspendendus es: Igitur non furèris, & non suspendèris. Sic similiter, si reprobatus es, ex hoc est, quia præuidèris à Deo commissurus peccata: abstine ergo à peccatis, & reprobatus non eris; & ita reprobationē effugies. Si autem bona feceris, spem salutis tuæ concipies, quia per opera bona

Digitized by Google

bona præuisa ex gratia facta, quæ semper offertur, decreuit Deus saluare eum, qui saluandus est, vt supra dicebam. Et hæc sint circa istam veritatem breuiter dicta, quæ à Theologis latiùs in Theologia sacra traduntur: lege tamen subiectum exemplum è multis, quæ possent adduci.

Exemplum.

Theatrū. THeatrū vitæ humanæ verbo *desperatio*, refert Cæsarium, lib. 1. cap. 27. narrantem de Ludouico Lanthgrauio è Thuringia oriundo, qui deceptus errore dilemmatis positi, omnibus se sceleribus dabat, dicens, *Si prædestinatus sum, nulla peccata poterunt mihi regnum cœlorum auferre: si verò præscitus: nulla bona, illud mihi valebunt conferre.* Cum autem in morbum grauem lapsus posteà fuisset, vocauit medicum, & dixit ei, *Vt vides, infirmus sum valdè: remedia adhibe, vt possim conualescere.* Medicus, qui erat pius, & doctus, memor illius erroris, arripuit hinc lætus occasionem, illum sanandi interiùs, dixitque ei. *Domine, si venit dies mortis vestræ, non vos poterit cura mea morti subtrahere: Si verò morituras non es de infirmitate ista, superfluaverit medicina mea.* Et ille, *quomodo sic respondes? Si mihi non fuerint remedia adhibita, & dicta proposita, potero tam à me ipso, quàm ab alijs imperitis negligi, & ante tempus mori.* Audito hoc verbo, medicus factus hilaris, subiunxit. *Domine, si creditis vitam vestram posse protelari virtute medicinæ, quare hoc credere renuitis de virtute pœnitentiæ, & operibus iustitiæ, quæ sunt antidota animæ? Sine his anima moritur, sine his, ad sanitatem, quæ est in futura vita, nemo peruenit.* Considerans Lanthgrauius pondus verborum, & quòd rationabiliter perorasset, dixit ei, *De cætero medicus esto animæ meæ, quia per tuam linguam medicinalem, Deus me liberauit à maximo errore.*

PONDERATIO II.

CIrca veritatem prouidentiæ, seu gubernationis diuinæ.

Hic alius error est, quo spei iactura contingit, & miserabiliter in desperationem incurritur, vt supra in doctrina est dictum. quià, nimirum, creditur Deus rerum, quæ in hoc mundo inferiori contingunt, ignorantiam habere, ac proinde illum non gubernare, mala puniendo, & bona præmiãdo. Hinc enim oritur effrænis in crimina lapsus, vt Deus per Ezechielem testatur, *Certè vides fili hominis, quæ seniores domus Israel faciunt in tenebris, vnusquisque in abscondito cubilis sui,* At quæ causa tanta mala patrandi? subditur. *Dicunt enim, non videt Dominus, dereliquit Dominus terram* Ezech. 8. a

ibid.

Digitized by Google

ram. Et erat error eorum, quos cõmemoraui superiùs de Deo dicentium, *Circa cardines cæli perambulat, neque nostra considerat.*

Iob 22.14

Contra hunc tamen errorem facit, quod docet fides catholica de scientia, & regimine Dei circa hunc mundũ visibilem. Et primò de cognitione illius ait Paulus, *Nulla creatura est inuisibilis in conspectu illius*. Et Sapiens dicit, *Omnes viæ hominum patent oculis eius*. Et S. Iobus de vijs istis, quæ sunt actiones nostræ, quibus ad Deũ accedimus, si bonæ sunt: vel ab eo recedimus, si malæ, inquit, *Nonne Deus ipse considerat vias meas, & cunctos gressus meos dinumerat?* Quasi dicat, ità. Et stultissimi sunt, qui hanc veritatem apertissimam negant. Præcipuè autem interiora cognoscit, vbi fons est, & origo totius boni, & mali. Vnde dicitur 1. Reg. *Homo videt ea, quæ parent: Deus autem intuetur cor*. Idest, non solùm exteriora cognoscit, vt homo, sed interiora peruadit. Proinde Dauid de se ait ad Deum, *Intellexisti cogitationes meas de longè, semitam meam, & funiculum meum inuestigasti, & omnes vias meas præuidisti*. Tam subtilis est aspectus diuinus, vt antequam fiant res, eas videat ab æterno, quod significant verba *de longè*, &, *præuidisti*. Quia, cum rationes rerũ in Deo sint ab æterno, secundùm illud, *Quod factum est, in ipso vita erat*, vt explicat Augustinus, cognoscendo essentiã suam, omnia cognouit, quæ facturus erat in tempore. Et cum cuncta à prima causa dependeant, cũcta etiam in indiuiduo distinctissimè sciuit. Quo sensu dixit idem Propheta, *Quò à facie tua fugiã?* quasi dicat, nusquam, etiam in tenebris, infra terram, *tu illic es*. Et discurrit per cętera mundi huius visibilis, & inuisibilis loca, quæ omnia, non tantùm Deus implet præsentia sua, sed etiam cognitione, vt primo volumine latè ostendi. Quapropter quoad cognitionem, quæ ad gubernationem requiritur, dubitari non potest, eam esse in Deo, respectu omnium nostrarum actionum, etiam occultissimarum ipsius cordis.

Heb. 4. 13.

Prou. 16. 2.

Iob 31. 4.

1. Reg. 16. 7.

Ps. 138. 2.

Ioan. 1. 3.

Ps. 138. 7.

Et de regimine constat pariter circa omnia esse, etiã indiuidualiter, vt testatur Sapiens, cum dicit, *Attingit à fine vsque ad finem fortiter*. Vbi Lyran sic ait, *Omnia creata penetrando sua virtute, vsque ad minima*: Et S. Greg. in moral. inquit, *Mundum per se ipsum regit, quem per se ipsum condidit*. Neque contrarium colligi potest, ex eo, quòd multos malos nunc impunitos sinit, & multos bonos, irremuneratos, imò flagellatos. Nam, quod ad malos attinet, ex triplici capite, modò impuniti relinquuntur, iuxta Augustini sententiam.

Sap. 8. 1. Lyran. Greg. lib. 14. cap. 26 ant. med. P. Augus. lib. 1. de Ciuit. c. 8. tom. 5.

Primò, vt longanimitate diuina, ad conuersionem trahantur, *Patientia* inquit *Dei ad pœnitentiam*

Digitized by Google

diam inuitat malos. Quod con-
Rom.2.4. firmat ex Apost. ad Rom.2. *An ignoras, quod patientia DEI ad pœnitentiam te adducit?* vt nos superiùs iam adduximus,& simul verba Sapientis de Deo dicentis,
Sap. 11. 24. *Dissimulas peccata hominũ propter pœnitentiam.*

Secundò,ad exercitium bonorum.Et vtrumque dixit in Ps.54. his notabilibus verbis: *Ne putetis gratis esse malos in hoc mũdo, & nihil boni de illis agere Deum.*
num.8. *Omnis malus, aut ideo viuit, vt corrigatur, aut ideo viuit, vt per illum, bonus exerceatur.*

Tertiò, vt significet aliud remanere post hanc breuem vitam, iudicium vltimum, vbi vniuersa
Loc cit. de Civit. Dei sunt punienda: *Si nunc* (inquit) *omne peccatum, manifesta puniretur pœna, nihil vltimo iudicio reseruari putaretur*. Et hoc alibi asserit, Prophetã significas-
Ps.36.34. se, cùm dixit: *Cũ perierint peccatores, videbis*,vtique *de proximo videbis, tu eris ad dexteram, illi ad sinistram* (alludit namque ad sententiam vltimò dandam, Matth.25. *Hoc autem ad fidei oculos pertinet: quos fidei oculos, qui non habent,dolent de felicitate impiorum, & putant se sine causa esse iustos, quia vident hìc florere impios: qui autem habet oculum illum fidei, quid dicit?*
Ps.36.35. *Vidi impium superexaltari, & eleuari supra cedros libani, & puta,quia superexaltatus est puta,quia eleuatus, quid sequitur?*
Et transiui, & ecce non erat, & non est inuentus locus eius. Ps.ibid. nu.36.

Et hac cogitatione armandum esse quemlibet iustum, vt peccatum fugiat, docuit ibidem Psalmista, cùm superiùs dixit: *Noli* Ps.36.7. *æmulari in eo, qui prosperatur in vita sua, in homine faciente iniustitias*. Et iterum repetit, *Noli* num.8. *æmulari, vt maligneris*. Quod explicans idem sanctus Doctor, subiungit, *Quasi imitando eum, qui maligna faciendo, floret ad tempus*. Quare? subditur: *Quo-* nu.9. *niam,qui malignantur,exterminabuntur: & adhuc pusillum,&* nu.10. *non erit peccator, & quæres locũ eius, & non inuenies*. Vbi acutè notat sanctissimus Doctor, non dixisse Psalmistam, non inuenies locum eius,quasi omnino deficeret,& hinc posset peccator occasionem sumere, tradendi se vitijs, quasi post vitam hanc,non deberet puniri,cum nõ esset ampliùs: cum hoc falsum sit. Daturus est namque Dominus sententiam vitę æternę,quæ nõ poterit exerceri, nisi fuerit, qui torqueatur, vt melius constabit ex Ponder. sequenti, vbi agemus de immortalitate animæ. Igitur non inuenitur post hanc vitam locus peccatoris,qui nunc prosperatur,nõ quia *absolutè* non sit futurus, sed tantùm ad gãudendum, ad deliciandum ad dominandum, sed ad lugéndum erit, ad stridendum dentibus, & comburendum. Verba Augustini sunt ista. *Ostendit,*

quid

Digitized by Google

quid dixit, non erit,nõ quia omninò non erit, sed quia ad nullos vsus esse poterit. Si enim omninò non erit, nec torquebitur. Iam ergo securitas data est peccatori, vt dicat, faciam quidquid volo, quamdiù viuo, postea non ero. Non erit,qui doleat, non erit,qui torqueatur. Et vbi est, ite in ignẽ æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius? Sed fortè missi in ignem illum, non erunt, & consumentur? Et respõsionem subiungit: *Non illis diceretur,ite in ignem æternum,quia non futuris, non esset æternus. Et tamen quid illic futurum sit eis, vtrum omninò consumptio,an dolor,& cruciatus, non tacuit Dominus, dicens, Ibi erit ploratus, & stridor dentium. Quomodo ergo plorabunt, & stridebunt dentibus, si non erunt?*

Matt.25. 41.

Matt 25. 30.

Non ergo,quia nunc nõ punitur peccator, Deũ cogitet ignorare, & post hanc vitam, non castigare. Quia differt in hac vita, vt seueriùs puniat post hanc vitã. Si igitur hìc in peccata ruebas, ex quibus desperationem incurrebas: *Noli æmulari, vt malignetis, quoniam, qui malignantur, exterminabuntur.*

Psal. cit.

Quòd verò ad bonos attinet, quia eos modò flagellat Deus, & inglorios finit, ideò ne derelinquit, & ipsorum curam non gerit? abfit hoc cogitare. Imò, vt possit eos glorioſiùs postea coronare, permittit hìc probra, & flagella tolerare,teste Apostolo, dicente: *Flagellat omnem filium, quem recipit.* Vtique in tabernacula æterna, & regnum perpetuum glorioſum.

Hebr. 12. 6.

Hoc significauit satis Psalmista, cũ iustos animauit, ad æquanimiter declinandum à malo, & faciendum bonum, positos inter pressuras, ne existimarent, se tũc derelinqui à Deo, & iniustè agi cum ipsis: *Quoniam* (inquit) *Dominus amat iudicium, & non derelinquet Sanctos suos,in æternum conseruabuntur.* Quæ verba P. Augustinus considerans, ait, *Laborat Sanctus fam? non illum derelinquet Deus, flagellat omnẽ filium, quem recipit. Contemnis illum, quando flagellatur,& parcis, quando ditatur. Vnde enim flagellatur? pressuris temporalibus. Quando ditabitur? quando audiet, Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab initio mundi.* Igitur, *vt coronetur*, flagellatur iustus.

Ps.36.28.

P. Augus. tom. 8.

Matt.25. 34.

Alia causa est, *vt probetur*, & ad hoc permittit peccatores in illum sæuire, vt etiam S. Thomas expendit,cùm dixit,*Nec esset patientia Martyrum, si non esset persequutio Tyrannorũ.* Et P. Augustinus ait,malos esse in modum palearum, quibus aurifex probat aurum: quo probato, comburit paleas: sic,iustis probatis, asserit comburendos malos. Nam propter hoc viuere permittuntur, vt

S. Thom. 1.p. q.22. ar.2.ad 2.

su pra

P. Aug. in Pſ. 36. ſupra eſt dictum. *Eſt ergo* (inquit) *in hac vita, quod agatur de peccatore: hic eſt ergo locus eius, quomodo eſt in fornace aurificis locus paleæ: ardet palea, vt aurũ* 1. *purgetur: ſic ſæuit impius, vt iuſtus probetur, Sed cum tranſierit tẽpus probationis noſtræ: quando nõ erunt, qui probentur, non erunt per quos probentur*. Probatio autem hæc ad prædictam coronam ordinatur, vt Sapiens dixit, Sap. 3. 5. *In paucis vexati, in multis benè diſponentur: quoniam Deus tentauit eos, & inuenit eos dignos ſe:* nu. 6. *tanquam aurum in fornace probauit illos*. Vbi clarè poſt probationem ſubiungitur præmiũ, quo coronãdi ſunt. Premit ergo, quia vult probare, & probat, quia vult coronare. Et hoc eſt, quod etiã Rom. 5. 4. Paulus teſtatur, *Tribulatio patiẽtiam operatur: patientia autem* nu. 5. *probationem: probatio verò ſpẽ: ſpes autem non confundit*. Quare ergo iuſti preſſura, debet parere diffidentiam, cum illius partus ſit ſpes gloriæ veræ? Et hoc vnde? Ponderat. præc. quia, vt ſupra dicebam, nõ decreuit Deus gloriã ſuam dare adultis titulo *hæreditatis* tãtummodò, ſed ſimul per modum *coronæ*: corona autem pugnam, & laborem ſupponit: Igitur, qui hìc tentatur, militat, & laborat, in ſpem gloriæ verę aſſurgat, quia talibus repoſita eſt corona, quia Hebr. 6. 10. *Nõ iniuſtus eſt Dominus, vt obliuiſcatur operis noſtri*, quia *amat* Pſal. 36. 28. *iudicium, & non derelinquet Sãctos ſuos*, quibus hic deſpectis, & tribulatis æternam gloriã ſeruat.

Ergo, errore hoc pulſo, qui Deum inſcium facit, & gubernationis expertem, qua mala impunita relinquat, neque bona coronet, abſtineant cuncti à malo, & faciant bonum, & deſperatione repulſa, in ſpem aſſurgant vitæ æternæ.

PONDERATIO III.

Circa immortalitatem animæ.

ERror tertius vnde naufragabatur ſpes vitæ æternæ, erat mortalitas animæ, vt ſuperiùs adnotauimus; quapropter contra hunc errorem muniendũ eſt cor, veritatis ſpeculatione, & firma retentione, quæ aſſerit, animam rationalem immortalem eſſe, hoc eſt, non extingui ſimul cũ corpore, vt Epicurus aſſeruit, ſed poſt mortem, id eſt, diſſolutionem compoſiti, ipſam durare perpetuò; hocque non habere ex gratia, vt alij etiam errarunt, ſed ex natura, quam à Deo in ſua creatione accepit.

Breuiter igitur veritatem hãc triplici modo oſtendam, nimirũ, *Naturali, Morali, & Scripturali.*

Naturali, quia anima in ſuo eſſe à corpore non dependet: ergo ab ipſo ſeparata, non perit. Conſequentia eſt euidens. Antecedens patet, quia *operari ſequitur*

tur

Digitized by Google

tur eſſe, & *modus operandi modũ eſſendi*, ſed illius operatio, à corpore nõ dependet: ergo neque ipſum eſſe. Probatur minor, quia, propria operatio animæ eſt intelligere; hoc autem non dependet à corpore, cum conſtet, intellectum non eſſe potentiam organicam, neque operationem ſuam per organum corporeum exercere, ſicut potentia viſiua viſionem exercet.

Neque obſtat, quòd ſaltem dependeat ab ſpeciebus ſenſibilibus, quæ in corpore recipiuntur, & per ipſum tranſeunt, & quod ita ſine corpore operari nõ poſſit. Nam hoc ſolùm arguit imperfectam animæ, pro hoc ſtatu, cognitionem: & cum Deus proprias rerum ſpecies illi poſſit tribuere, per ipſas perfectè intelliget, ſicque *abſolutè*, hinc à corpore, in intelligendo non dependet.

Deinde patet, intellectum, potentiam eſſe ſpiritualem. quia res cognoſcit à ſingularitate abſtractas, & à tempore, &, vt diſtincta, cognoſcit ea, quæ ſunt à parte rei indiſtincta, & reflectit ſupra proprium actum, & vim diſcurſiuam habet, colligens vnũ ex alio, & per cuncta entia, tam corporalia, quàm ſpiritualia, ſpeculando, vagatur: quæ omnia longè ſunt à corporali, & materiali potentia. Igitur ſpiritualis eſt, & per conſequens, etiam eſſentia, cuius ẽſt potẽtia, ſcilicet, ipſa anima, ſpiritualis in ſua ſubſtantia erit, quia potẽtia proportionatur eſſentiæ. Si igitur ſpiritualis eſt, à corpore in ſuo eſſe nõ pendet, & ideò ab ea ſeparata non perit: immortalis ergo eſt.

Morali etiam ratione hoc ipſum probatur. quia Deus prouidus eſt, vt lumine naturę eſt notum: ergo ad illum pertinet malos punire, & bonos remunerare: ſed in hac vita frequenter videmus oppoſitum, cùm frequenter mali proſperentur, & iuſti affligantur: igitur hoc reſeruatur adimplendum in vita futura: quæ nõ eſſet, ſi ſimul cũ corpore anima moreretur: ergo eſt immortalis.

Proinde Clemens Papa lib. 3. *Recognitionũ*, ex iuſtitia iſta Dei, qua punit malos, & remunerat bonos, aſſerit, efficaciter animæ immortalitatẽ inferri, & ſub iſtis verbis teſtatur, ſe ex ore Petri audiſſe. *Si Deus iuſtus eſt: ergo anima immortalis eſt*. Et communiter Sancti Patres docent, efficacıſsimam eſſe rationem iſtam, ad animæ immortalitatem probandam. Inter quos videri præcipuè poteſt Chryſoſtomus Homil. 4. de prouidentia. Et P. Auguſtinus de ſe ipſo teſtatur, laxitatem vitę, quæ ſequitur ex mortalitate animæ ab Epicuro aſſerta, ſibi placituram, niſi crediddiſſet eam immortalem ex pœna, aut præmio, quę poſt corporis mortẽ ſequuntur; quod dixit his verbis. *Et diſputabam cum amicis meis Ali-*

S. Clemẽs.

S. Chryſo.

P. Aug.

pio,

pio,& Nebridio de finibus bonorum,& malorum,Epicurum accepturum fuiſſe palmam in animo meo,niſi ego credidiſſem poſt mortem reſtare animæ vitam,& tractus meritorum, ſed Epicurus credere noluit. Hæc Auguſtinus lib.6.conf. cap.16. tom.1.

Et *Scripturali* adhuc ratione veritas iſta probatur. Nam Eccle.12. 5. Eccle.12.dicitur. *Ibit homo in domũ æternitatis ſuæ*. Et poſt pauca num.7. ſubdit. *Reuertatur puluis in terram ſuam, & ſpiritus redeat ad Deum, qui dedit illum*.

Deinde in libro Sapientiæ à cap.2.vſque ad quintum clariſsimè dicitur, animas ſiue piorum, ſiue impiorum,cum corpore non interire.

Secundò,etiam Machab.12.in ſacrificiũ mittuntur pecuniæ Hieroſolymam pro animabus defunctorum liberandis à pœnis.

Io.12.25 Et Ioan.12. dicitur, *Qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam*.

Et latroni pendenti in cruce Luc.23. 43. dixit Dominus. *Hodie mecum eris in Paradiſo*.

Matt.10 28. Et Matth. 10. ait, *Nolite timere eos,qui occidũt corpus: animam autem non poſſunt occidere*. Vbi apertiſsimè pronuntiauit veritas ipſa,animam non poſſe occidi. Et hoc vnde? niſi,quia immortalis eſt. Immortalis auté, quia ſpiritualis, & ideo independens à corpore,ab ipſoque ſeparata, non deficiens.

Hinc etiam Lateranenſe Concil. ſub Leone X. ſeſſ.8. grauiſsimis verbis hoc decreuit, dicens. Cõcil.Lateranen. *Cùm diebus noſtris nonnulli auſi ſint dicere de natura animæ rationalis, quòd mortalis ſit,& aliqui temerè philoſophantes,ſecundùm ſaltem Philoſophiam,verum eſſe aſſeuerent: ſacro approbante Concilio, damnamus, ac reprobamus omnes aſſerentes animam intellectiuam, mortalem eſſe*.Vbi non ſolùm videtur damnare eos, qui dicunt animam ſimul cum corpore interire, ſed etiam, qui dicunt eſſe natura ſua mortalem, ſeu ſecũdùm Philoſophiam, ſicut ante retulerat.Quod ampliùs declarant verba ſequentia, *Cùm illa non ſolùm* (vtique anima) *verè per ſe, & eſſentialiter humani corporis forma exiſtat, verùm immortalis*. Sicut ergo primum animæ eſt connaturale, ita & ſecundum, vt ſupra probauimus.

Quæ autem hæretici aliqui afferunt in ſuum fauorem,vt verba illa Sap.2.2, *Ex nihilo nati ſumus*, Sap.2.2. & cætera, quæ ſequuntur, clarum eſt, quòd ex perſona impiorum ſunt dicta,vt indicãt verba præmiſſa,*Dixerunt cogitantes* ibid. n.7. *apud ſe non rectè*,& quæ ſubduntur, *Hæc cogitauerunt, & errauerunt:* num.21. *excæcauit enim illos malitia eorum*.Amantes enim luxũ, hunc errorem amplexati fuerũt, nè hìc ſe continentes à malo,ſperarent æternitatem pręmij, vt ibi ſequitur, *Nec mercedem ſpera-* num.22.

uerunt

uerunt iustitiæ, quoniam Deus creauit hominem inexterminabilem. Cuius vtique anima non perit cum corpore, sed illi reseruatur præmium operum bonorum, & pœna malorum.

Simili modo interpretanda sunt verba illa Eccle. 3. 19. *Vnus interitus est hominis, & iumentorum, & æqua vtriusque conditio, sicut moritur homo, sic & illa moriuntur. similiter spirant omnia, & nihil habet homo iumento amplius.* Nã ait S. Gregorius ex persona impiorum, Sapientem hęc protulisse, qui postea pronuntiauit ex sententia propria, *Quid habet amplius Sapiens à stulto, & quid pauper, nisi, vt pergat illuc, vbi est vita? qui igitur* (inquit S. Doctor) *nihil habet homo iumentis amplius, ipse rursum diffinit, quia habet aliquid sapiens, non solùm amplius à iumento, sed etiam ab homine stulto, videlicet, vt pergat illuc, vbi est vita.* Quibus verbis indicat, quia hic hominum vita non est, quam esse alibi testatur. Habet ergo hoc homo amplius iumẽtis, quia hæc post mortem non viuunt: ille verò tunc viuere inchoat, cùm per mortem carnis, hanc visibilem vitam consummat.

Eccle. 3. 19.

Gregor. 4. Dialog. 4 tom. 3.

Eccle. 6. 8

Quod verò Iob 14. dicitur homo, *Cùm dormierit, non resurget.* Vbi omnis spes homini præciditur *resurgendi*, intelligẽdum virtute propria naturali eiusdẽ hominis, aut causarum naturalium; virtute nãque diuina, resurrectionem futuram indicauit Iob ipse inferiùs cap. 19. cùm dixit, *Scio, quòd redemptor meus viuit.* Ac si diceret, ille, qui fuit mortuus per manus iniquorum, virtute propria resurrexit, & meruit resurrectionẽ meam; ideo in virtute resurrectionis illius, *Ego quoque in nouissimo die, de terra surrecturus sum.*

Iob 14. 12.

Iob 19. 25

ibid.

Neque etiam obstant verba Apostoli 1. ad Tim. 6. 16. vbi de Deo loquens, ait, *Qui solus habet immortalitatem*; si solus: ergo anima immortalis nõ est. Nã locutus fuit de immortalite, pro omnimoda immobilitate, quam solus habet, qui intrinsecam essendi habet necessitatem, quia eius esse à nullo prorsus dependet, vt est Deus, qui solus à se ipso est, & omnia ab ipso sunt; & ideo desinere non potest per suspensionẽ influxus alicuius superioris. Anima autem nostra, quia à Deo est, & ab ipso in fieri, & conseruari dependet, per anihilationẽ potest desinere, si Deus influxum suspenderet, quo eam conseruat. Et in hoc sensu mortalis est, id est, capax amittere esse. Tamen, quatenus esse illius, nullum habet desinendi creatum principium, & à materia non depẽdet, quia spiritus purus est, & ideo non educta de illius potentia, sed per creationem producta, & cùm *illius sit tantùm ani-*

1. Tim. 6. 16.

Digitized by Google

bilare, cuius eſt creare, alia creatura non datur, quæ habeat potẽtiam animam deſtruendi, & ita naturaliter nõ poteſt deſinere, & in hoc sẽſu aſſeritur immortalis.

Relinquitur ergo manifeſtum, & ex lumine naturali ſpeculatiuo, ac etiam morali, necnon ex lumine ſupernaturali per ſcripturas diuinitùs habito, animam noſtram immortalem eſſe: non ergo finit cum corpore, ſed vita fruẽs, manet perpetua in bonis, in præmium operum bonorum, geſtorũ in corpore, quam ſperare debemus; & vita itidem in perpetuis malis, in pœnam demeritorum, & criminum, quam timere tenemur, & abſtinere à malis, nè illuc deuoluamur. Eſt ergo error hic, triplici conſtans capite, omninò depulſus, & remanet veritas lucida, illuminãs corda, qua, omni deſperatione ſubacta, in ſpem erigamur vitæ beatæ perpetuæ.

CONSIDERATIO IX. & vltima.

Ex *Conuerſorũ meditatione*.

EXEMPLVM I.

In Auguſtino.

ESt conſideratio iſta valdè efficax, & potens ad muniendũ cor, vt in Induſtr. vol. 1. oſtendimus, & ad propoſitum facit, quod P. Auguſtinus de ſe ipſo tradit in Conf. ſuis, dicẽns, hunc eſſe fructum præcipuum colligẽdum ex ipſis, vt cùm per eas fuerit notum, legendo, aut audiendo, ſe de maximo peccatore ad Deũ conuerſum, & benignè ſuſceptũ, deſperatione reiecta, in ſpem veniæ erigantur, & conuertantur ad Deum. *Verumtamen*, inquit, *tu medice meus intime, quo fructu iſta faciam, eliqua mihi, Nam confeſsiones præteritorum malorum meorum, quæ remiſiſti, & texiſti, vt beares me in te, mutans animam meam fide, & ſacramento tuo, cùm leguntur, & audiuntur, excitant cor, nè dormiat in deſperatione, & dicat, non poſſum: ſed euigilet in amore miſericordiæ tuæ, & dulcedine gratiæ tuæ, qua potens eſt omnis infirmus, qui ſibi per ipſam fit conſcius infirmitatis ſuæ.* Aug. lib. 10. conf. c. 3 tom. 1

EXEMPLVM II.

In Guilelmo.

POſt ipſum fuit S. Guilelmus profeſſor Regulæ noſtræ, & eiuſdem Religionis clariſsimum ſanctitatis exẽplar, de quo Surius ſcribit, quòd fuerit Dux Aquitaniæ, & Comes Pictauienſis, & cũ foret ex genere clarus, ex fortuna pecunioſius, ex forma glorioſus, inſolẽtiſsimus tamen omnium extitit, & factus miles, factus eſt eò inſolentior, quò nobilior, quò locupletior, quò fortior, Sur. 10 1.

Digitized by Google

tior,quò honoratior,quò formosior ; extraneis malus, suis peior,pessimus sibi: ad succensendũ flammeus , ad ignoscendum ferreus , ad consolandum saxeus, & confidens in admirabili , & optimo mucrone, aduersus Deum, & Ecclesiam,erecto collocurrebat, tamen ex misericordia diuina, & opera D.Bernardi,ad Deum conuersus,ex profano factus fuit Sãctus,ex lupo agnus,ex Saulo Paulus , & in eremum receptus , ibi vitam finiuit suã,clarus miraculis.

EXEMPLVM III.

In Iacobo Martyre .

DE hoc scribit Iac. Vorag. Episcopus Ianuensis , vt refert Theatrũ vitæ humanæ verbo *spes* , quòd cùm esset fidelis , fidelibusque ortus parẽtibus, atque inter Regis Persarum aulicos primus haberetur , gentili animo gratificari cupiens , eò prolapsus est, vt idolum adoraret . Deinde à matre per litteras increpatus , culpam agnouit, animo resipuit , pœnitentiam egit, honores, quibus fruebatur, contempsit. Regẽ nihil veritus idóla eius detestatus est, & se Christianum esse,palam asseruit , tam constanter , vt articulatim dilaniatus , non formidare supplicia , sed appetere videretur . Æternæ denique felicitatis bona, quibus,præuaricando, se indignum fecerat,diuina clementia suffragante , martyrio suo redemit. Ecce iste execrabili infidelitatis crimine maculatus,à Deo benignè susceptus , & Sanctus Martyr effectus .

Theatr. vit. hum.

EXEMPLVM IV.

In Nicolao Sene .

DE hoc narrat Abdias in vita S. Andreæ , vt refert præfatum Theatrum loco citato , quòd cùm in libidinibus ætatem consumeret , & neque anni ad finem vrgentes, finem turpitudini facere possent, Andreæ Apostolo supplicauit , vt Deum pro se obsecraret,se enim sceleris conscientia, nè orare quidem satis audere . Precibus ergo placatus Dominus , veniam indulsit , & ille correctus,peracta semestri pœnitentia, hinc decedens, misericorditer in fine saluatus est . Ecce consuetudine obduratus peccandi , etiam precibus alterius conuersus est ; qui suis precibus ex humiliato animo, æstimauit,satis se non posse Deum placare .

Theatr. vit. hum.

EXEMPLVM V.

In Theophilo Ciliciæ Archidiacono .

DE hoc testatur Surius to. 1. vt refert idem Theatrum, quòd ab Episcopo amotus, Chirographum confecerat,quo Deũ,

Digitized by Google

matremque Dei abnegare se, & diaboli seruituti subiecti, dixit, promittente diabolo, se facturũ, vt ipse in locum suum, gradũque restituatur. Restitutus demum animaduertit, quantum sceleris flagitijque commisisset, & animo conflictatus, lacrymas fudit, & veniam orauit. Die quadragesimo dormienti virgo Dei mater, cuius opem inuocauerat, apparens, dimissum ei peccatum, nuntiauit. Somno excitatus chirographum suum iuxta iacens reperit. Ea re lætus, & peccatum suum, & Dei erga se misericordiam, cunctis audientibus, publicè enarrauit. Die tertio vita defunctus, etiam miraculis claruit. Ecce, qui Christo renuntiauerat, & matri, & totus traditus dæmoni fuerat, est misericorditer liberatus, cum primùm veniam postulauit.

EXEMPLVM VI.

In Maria Aegyptiaca.

In Vitis Patrum. DE ista in vitis Patrum narratur, quòd meritricio quæstu diù infamis, cum aditu etiam Ecclesiæ indignam se diuinitus cognouisset, post lacrymas, eremique labores, ad tantam vitæ perfectionem deuenit, vt orãs in terra, terram non tangeret, & Iordanem transiens, super aquas ambularet. Ad Dominum denique migratura à sanctissimo Viro zozima sacrosanctã communionem accepit: à leonibus sepulturam, cum scrobem in terra carptim vnguibus exacuissent Sancti corpusculi capacem. Vsque adeo Dominus cõuersam exaltauit, quam peccantem, nec in templum quidem intrare permiserat, tam erga pœnitentem misericors, quam erga delinquentem iustus.

EXEMPLVM VII.

In Thais Aegyptiaca.

In Vitis PP. HÆc similiter meretrix, crebris Pafnutij Abbatis admonitionibus ad pœnitentiam conuersa, facultates, quas meretricando parauerat, in ignem proiecit, & de prostibulo, vbi diù diabolo seruierat, ad Monasterium transiens, seruiuit Christo. Post triennem eius clausuram, Paulo Antonij Abbatis discipulo reuelatum est, dimissa esse à Domino Thaidi peccata. Itaque à Pafnutio de Cellæ carcere educta, cum dies quindecim superuixisset, migrauit ad Paradisum, & consortio inserta est Angelorum. ita in vitis Patrum.

Exempla alia adducuntur.

SEd & si voluerimus omnia exempla, tam vetera, quàm moderna hìc ponere, tempus, & papyrus deficerent. Passim obuia sunt; tantùm consideratione indigent, quia, adiuuante Deo, sequetur

tur conuersio, & desperatio destruetur. Volo tamen aliqua ex scriptura diuina recolere, quorum nonnulla in discursu materię sunt iam adducta.

Et imprimis verba afferā S. Ambrosij, qui ita ad propositum ait. *Ecce Dauid adulterio simul, & homicidio reus, de inferni faucibus, Domini misericordia describitur liberatus* 1. Reg. 12.

S. Ambros. lib. de cō fite. virt. & vitior. tom. 5.

1. Reg. 12.

Ecce impudentissimus Manasses peccatorum omnium impurissimus, ac sordidissimus, per pœnitentiā de morte ad vitam redijt. 2. Paralip. 33.

2. Paral. 33.

Ecce mulier in ciuitate peccatrix, innumeris peccatorum sordibus inquinata, ad pietatis fontem anxia currens. Denique vestigia lacrymis rigans, capillis detergens, deosculansque, & unguēto perungens, ablui tota meruit. Denique audiuit, remittuntur tibi peccata, & fides tua te saluam fecit, vade in pace.

Luc. 7. 37

Ecce Petrus negationis trinæ vinculis adstrictus, amarissimis lachrymis nodos prolapsionis suæ resoluit.

Luc. 22.

Ecce seditione simul, & fraterni effusione sanguinis latro, mortis damnationi obnoxius, uno temporis momento, unaque confessionis voce, de Cruce ad Paradisum transijt. Denique dictum est ei, hodie mecum eris in Paradiso. Pulcherrimum profectò affectandæ conuersionis exemplum. Nam tam citò latro in venia relaxatur, vt vberior appareat gratia, quàm precatio.

Luc. 23.

Ecce Saulus Ecclesiā Dei persequens, multos pro nomine Christi perimens, & madidus penè totus sanctorum Martyrum cruore, Domini tandem voce conuersus, Apostolus factus, & vas Electionis nuncupatus. Hactenus sanctus Doctor. Ex quibus statim infert. *Vbi ergo tot tantaque exē. pla præcedunt, non dent locum desperationi mala colloquia, &c.*

Act. 9.

Et S. Ioannes Chrysostomus ait, hanc fuisse causam, cur filius Dei factus homo, sui temporis peccatores conuertit, vt posteri hæc exempla habētes, nullatenus desperarent. *Propterea, cum venisset,* (inquit) *primitias eorū, qui peccauerant, statim vocauit, vt ne quis posteà saluem suam desponderet.* Et hinc peccatores ad spem confortans, subiungit, *Impius es? magos ob animum tibi propone. Raptor es? publicanum cogita. Impurus es? animo tuo meretrix se se obijciat. Sicarius es? latro ille ante oculos tibi versetur. Flagitiosus es? in mentem tibi veniat Paulus, qui priùs blasphemus erat, postea Apostolus: prius persequutor, postea Euangelista: priùs adulter, postea prænubus: priùs Zizania, postea triticum: priùs lupus, postea Pastor: priùs plumbum, postea aurum: priùs prædo, ac pirata, postea gubernator: priùs Ecclesiam diripiebat, postea Ecclesiæ curam susce-*

S. Chrysost. in Ps. 50. homil 2. ant. med. tom. 1.

pit : priùs vineas excindebat, poſtea eas excolebat : priùs templum euertebat, poſtea extruebat. Vidiſti ſingularem improbitatẽ? Vidiſti rurſus florentem, ac vegetam virtutem. Vidiſti ſerui contumaciam? Vidiſti rurſus Domini benignitatem. Ne mihi dicas, blaſphemus ſum. Ne mihi dicas, perſequutor ſum. Impurus ſum. Habes enim horum exempla. Ad quem voles portum, confuge. Vis in veterem? Dauidem habes. Vis in nouum? Paulum. Ne tergiuerſèris, ne cunctẽris. peccaſti? pœnitentiam age. Hæc Chryſoſtomus.

S. Bern. ſer. 3. in eorum feſt.

Sanctus autem Bernardus de ſanctiſsimis Apoſtolis Petro, & Paulo ſpecialiter loquens, dicit. *Audiſtis certè, quam miſericordiam conſequuti ſunt Apoſtoli noſtri, vt iam nemo ex vobis ſuper peccatis præteritis vltra quã neceſſe ſit, confundatur, in cubili conſcientiæ ſuæ compunctus. Quid enim? fortè peccaſti in ſæculo? Numquid ampliùs Paulo? quid ſi & ipſa in Religione, nunquid ampliùs Petro? Attamen illi in toto corde pœnitentiam agentes, non modò ſalutem, ſed & ſanctitatem conſequuti ſunt, etiam, & ſalutis miniſteriũ, & magiſterium adepti ſũt ſanctitatis. Et tu ergo fac ſimiliter. Quoniam propter te ſcriptura loquitur, viros illos eſſe miſericordiæ, vtique, propter multam miſericordiã, quam conſequi meruerunt.* Hactenus S. Bernardus.

Igitur perpenſis benè, & ſeriò meditatis cauſis, & effectibus hoſtis iſtius, & quantum ſæuiat in nos acerbè, ac ſimul armis, quibus illi occurrere poſsimus, apprehenſis, pigri non ſimus, viriliter, Deo adiutore, reſiſtere illi, vt triumphare poſsimus, Regno cęleſti adepto.

PRO-

Digitized by Google

PROPVGNACVLVM IX.

CONTRA DETRACTIONEM.

PRÆAMBVLVM.

Hoſtis magnitudo oſtenditur, & ordo tractatus proponitur.

PVGNATVRI contra hoſtem iſtum, arma paramus. Cuius meminit Daniel 7. Propheta Daniel, cum narrat, ſibi quatuor oſtenſas immaniſsimas beſtias. Quarum prima, erat *quaſi leena*. ſecunda *ſimilis vrſo*. tertia *ſimilis pardo*. Et de quarta ita ait. *Poſt hæc aſpiciebam in viſione noctis. Et ecce beſtia quarta terribilis, atque mirabilis, & fortis nimis, dentes ferreos habebat magnos, comedens, atque comminuens, & reliqua pedibus ſuis cõculcans: diſsimilis autem erat cæteris beſtijs, quas videram ante eam, & habebat cornua decem.* Gloſſa myſticè iſta conſiderans, notat, per beſtiam iſtam quartam, detractorem inuidum deſignari, ideòque licèt cæteræ beſtiæ proprijs appellatæ fuiſſent nominibus, huic tamen nullum nomen attribui propter abundantem malitiam detractionis, quæ tanta eſt, *Vt nequeat* (inquit) *vno nomine, vel etiam pluribus explicari*. Quam quidem abundantiam ſignificauit Pſalmiſta, cum ad detractorem dixit, *Os tuum abundauit malitia*. Naſcitur enim detractio, non ex quauis, ſed ex abũdanti malitia, quæ ex corde, præſui affluentia, in os ipſum detrahentis redundat.

Daniel 7. 7.

Gloſſa.

Pſ. 49. 19.

Deinde dicitur, dentes habere, non quoslibet, ſed *ferreos*. Et hos, non paruos, ſed *magnos*. Quia per ipſos deuorat famam innocentum. Et quam deuorare nequit, ſaltem diminuit, vt ſignificant ſequentia verba, *comedens, atque diminuens*. Et ſubiungitur, *& reliqua pedibus ſuis conculcãs*, quia quando ore lædere non valet innocentem, præ lucidiſsima nominis claritate, ſaltem *pedibus*, hoc eſt, vtraque voluntate car-

Digitized by Google

nis,& cordis, ipsum conculcare non desistit. Signanter autem cornua decem habere dicitur propter modos decem, quibus in detrahendo vtitur, quos eadem Glossa adducit, & nos infra in Doctrina ponemus.

Diuo etiam Euangelistę Ioanni ostensi fuerunt detractores sub specie locustarum habentium *Facies, tanquam facies hominum, &* Apoc.9.7. & 8. *dentes sicut leonum*. Et notabiliter inquit scriptura Diuina, quòd Apoc.9.4 *Præceptum est illis, ne læderent fœnum terræ, neque omne viride, neque omnem arborem, nisi tantùm homines*. Istud, quæso, consideremus prodigium. Cum namque locustarum pabulum, tantùm sint fœna, & arborum fructus, & folia, tamen, istis præceptum est de hominibus pasci. Quare? quia pabulum detrahentium, carnes hominum sunt. Ipsis dentes suos infigunt maledicos, & mordaces, vt significauit Psaltes, cum dixit, Ps. 26. 2. *Appropiant super me nocentes, vt edant carnes meas.* Eòque allusit Ad Gala. 5. 15. Paulus, cum scripsit. *Quod si inuicem mordetis, & comeditis, videte, ne ab inuicem consummamini*. Et Iob ait. *Quare perse-* Iob 19.22 *quimini me sicut Deus, & carnibus meis saturamini?* Vbi notandum, illos, sicut Deum, se persequutos, asserere, quatenus fortiter ita persequerentur, ac si ipsi more Dei, nihil de infirmitate haberent, vt S. Gregorius ibi exponit, qui subdit, saturatos esse de S. Greg. in mor. carne iusti. *Quia hi etiam* (inquit) *qui alienæ vitæ detractione pascũtur, alienis proculdubio carnibus saturantur*.

Sed quæ linguæ erant intra dentes istos leoninos, qui in alia bestia Danieli reuelata, ferrei erant, & magni? Respondeo, serpẽtinæ: teste Dauide dicente, *Acuerunt linguas suas, sicut serpentis*. Ps. 139. 4. Est autẽ, Authore Plinio, serpentis lingua, *tenuissima, trisulca*, Plin. lib. 5 *vibrans, atri coloris*, & si extra- hist. nat. cap. 37. has, *perlonga*. Est quidem detractoris lingua pariter tenuissima, quia in detrahẽdo frequenter subtilissima, ob idque acuto gladio comparatur Psal. 56. 5. *Lingua* Ps. 56. 5. *eorum, gladius acutus. Trisulca*, quia tribus nocet, videlicet, sibi, præsentibus, & absentibus, quibus detrahit, vt Lyranus ait in cap. 3. Lyranus. Iob his verbis. *Nam detractor interficit eum, de quo detrahit per infamiam, & eum, qui libenter audit, & seipsum per culpam. Vibrans*, quia semper in motu est. Quapropter eam appellauit Iacobus, *Inquietum malum, quia sita* Iacob. 3. 8 *in lubrico est*, vt Lyranus exponit. Vnde Hugo de S. Victore lib. 2. de anima, ait, *Labitur, vt* Hugo de S. Vict. *anguilla*. Et S. Bernardus ser. de obedientia, & sapientia circa finem, dicit, *Longè volubilior est* S. Bernar. *lingua, quàm dextera, & leuiùs hæc ad verbum, quàm ad actum illa mouetur*. Dicitur autem *atri coloris*, quia fœda, ac turpis, & atra bile, atque maleuolentia imbuta.

Digitized by Google

buta; Cui etiam concinunt ora locuſtarũ, quæ nihil aliud, quàm purulentam ſaliuam euomunt. Quocirca detrahentium os pateſacto ſepulchro cõparatur, Pſ. 5. *Pſa. 5. 11.* *Sepulchrum patens eſt guttur eorum*, quia ſicut patens ſepulchrũ graueolentia ſua aërem inficit, ita detrahentium guttura fœtidiſſima ſunt, & graueolentia, præſenteſq. omnes, cum quibus agũt intolerabili maledicentiæ, fœtore corrumpentia,

Denique perlonga eſt, quia ad longiſsimè poſitos, imò ad mortuos etiam pertingit. Propterea detractorum maledicentia, non ſolùm armis, quæ cominus, ſed etiam ſagittis, quæ eminus feriũt, *Pſal. 56. 5* aſsimilatur, teſte eodem Propheta, *Filij hominum, dentes eorum, arma, & ſagittæ.*

Non mirum autem, ſi ſerpentinam linguam habeat, quæ à Sapiente comparatur ſerpenti his *Eccle. 10. 11.* verbis: *Si mordeat ſerpens in ſilentio, nihil eo minus habet, qui occultè detrabit.* Quæ verba S. Hieronym. exponens, ait. Serpens, & detractor æquales ſunt. *S. Hieron. tom. 5.* *Quomodo enim ille occultè mordens, venenum inſerit: ſic iſte clàm detrahens, virus pectoris ſui infundit in fratrem.* Hinc lingua illius à Iacobo vocatur; *Plena* *Iacob. 3. vt ſupra.* *veneno mortifero*; vtique nocentiore, inquit P. Auguſtin. *quàm* *P. Aug. lib. de nat. & grat. c. 15 tom. 7.* *beſtiarum, atque ſerpentum.* Et rationem ſubdit. *Nam illud carnem interficit, hoc vero animam.* Et S. Bern. inquit: *Lingua* *S. Bern.* *maledica, vipera eſt ferociſsima, quæ lethaliter inficiat tres vno flatu, ſe, & de quo loquitur, & quem verbis ſuis ſcandalizat.*

Sed quare ſic ad maledicendũ concitatur lingua, vt ſit tam cõmune malum, à quo pauci immunes ſint, etiam illi, qui profitentur vitam perfectam? vt vltra experientiam quotidianam quædã Gloſſa confirmat à S. Th. allata, ita dicente: *Hoc ſpecialiter vitio, periclitatur penè totum* *S. Th. 2. 2. q. 73. ar. 2.* *genus humanum*, cui annuit Angel. Doctor, & confirmat ex verbis illis Iacob. 3. *Si quis in verbo non offendit, hic perfectus eſt* *Iacob. 3. 2.* *vir.* Cum enim *Stultorum infinitus ſit numerus*, & pauci ſint, *Eccle. 1. 15.* qui perfectionem iam teneant, hinc pauci valdè ſunt, qui hoc malum euadant, id eſt, qui detractores non ſint; ſed quare ita? quia vltra cauſas infra in doctrina ponendas, quæ valdè communes ſunt, diabolus eſt, qui inſtigat, & cum totius humanæ naturæ ſit Oſor, nulla ferè eſt lingua, quam ad detrahendum non concitet. Vnde à Iacobo dicitur: *Inflammata à gehenna*, vbi Ly- *Iacob. 3. 6.* ran. ait, *id eſt, à Diabolo, qui ſic* *Lyran.* *nominatur, eo quod gehennæ deputatur.* Et hinc etiam ſuperiùs *de fumo putei*, Ioan. teſtatur vidiſſe exire locuſtas, id eſt, detractores. De puteo vtique infernalis abyſsi. Nam à malignis ſpiritibus illuc deputatis, concitantur

Digitized by Google

tur ad malum hoc peragendum; quid ſic fines ſuos dilatat, vt dicat de illo Sap. *Ciuitates muratas diuitum deſtruxit, & domos magnatorũ effodit: virtutes populorum concidit, & gentes fortes diſſoluit.* Quæ deſtructio non tantùm intelligi poteſt reſpectu illorum, quibus detrahitur, ſed etiam detrahentium, qui à Diabolo victi, huic hoſti cedunt. Dicuntur autem *muratæ* Ciuitates animæ, muris vtique virtutum vallatæ; quos heu! hic peſſimus hoſtis diruit. Sed quæ ſunt, quæſo, virtutes populorum, quæ cõciduntur, niſi, qui de populo ſegregati ſunt ad intercedendum pro populo? iſti autem etiam miſerabiliter corruunt, quia detrahuntur, & detrahunt, & vtroque modo deficiunt, à Diabolo expugnati: at, non mirum, quia vt S. Antiochus ait: *Quemadmodum diuinæ eſt voluntatis, vt homo per hominem ſeruetur, ita Satanas magnopere contendit, hominem per hominem in laqueum protrudere perditionis.*

Eccli. 18. 17.

S. Antioch. homil. 28. demur. in Bibl. SS. PP.

Hæ namque ſagittæ ſunt de quibus Pſalmiſta loquitur: *Parauerunt ſagittas ſuas in pharetra.* Ad quæ verba B. Laurentius Iuſtinian. alludens, ait, *Eſt quippe detractor mortifera ſagitta emiſſa de pharetra Satanæ ad perdendas animas.* Si igitur detractio iuxta Danielem, eſt beſtia terribilis, atque mirabilis, & fortis nimis, habens dentes ferreos magnos, omnia, vel deuorans, aut comminuens, vel ſaltem pedibus cõculcans: et ſi ſecundùm Ioan. & Pſalmiſtam, eſt locuſta habens faciem hominis, & dentes leoninos, & linguam ſerpentinam: et ſi iuxta Bern. eſt vipera ferociſſima, lethaliter flatu vno interimẽs plures: et ſi ſecundùm S. Thom. eſt malum, à quo rari euadunt: & ſi iuxta D. Iacob. Antioch. & Iuſt. adhuc à Diabolo ad detrahendũ concitatur, quæ arma, quæ tela, neceſſaria erunt, ad proſternendum, & debellandum hunc hoſtem? non deerunt tamen fortiora, quibus, adiutore Deo, poſſit omnino deleri. Igitur priùs per doctrinam, ſpecialiùs, & clariùs, per Puncta tria, quidditatem ipſius, cauſas, & effectus aperiemus, & tandem cõtra ipſum, per Conſiderationes, arma ponemus.

Pſ. 10. 3.

S. Laur. Iuſtin. de diſcipl. & perf. mon. conuer.

Doctrina circa detractionem.

PVNCTVM I.

Quid ſit detractio, & quot modis contingat?

DE iſtis breuiter iam Volumine primò tractauimus, tamen, quia ibi tantùm occaſionaliter loquuti fuimus, ideo hìc paulò latiùs hæc explicare oportet. *Propug. 1. Conſid. 17*

Detractio igitur, vt S. Th. docet, eſt *famæ alicuius in occulto denigratio*. Dicitur *famæ*, & *in* oc- *S. Th. 2. 2. q. 73. ar. 1 & 2.*

Digitized by Google

occulto, vt ſeparetur detractio à contumelia, quæ eſt maledictum coram aliquo, & ideo directiùs tollit honorem ex irreuerentia, quàm famã. Dicitur etiã *famæ*, vt diſtinguatur à ſuſurratione, quæ *directè*, amicitiam ſeparare intendit. Additur *Denigratio*, quia iſta præcipuè per detractionem intẽditur. Quæ intentio, non tantùm directè, & explicitè poteſt contingere, ſed etiam implicitè, & indirectè, vt ſi quis non intendat expreſsè lædere proximi famam, ſed ex quadam loquacitate, & animi leuitate peccata narret illius. Nam, *ſaltem implicitè*, cenſetur velle denigrationẽ illius, dum illud vult, vnde ſequitur per ſe denigratio. Ita aſſerit *Leſſius.* Leſſius de iuſt. & iur. lib. ſecund. c. 11. dubit. 3. num. 12. ſubiungens, peccatum eſſe mortiferum, ſi ſit in materia graui. Quòd pa- *Reginald.* riter Reginaldus affirmat tom. 2. lib. 24. cap. 4. q. 2. addens, quòd talis detractio ſit mortifera, *licèt famæ læſio de facto nõ ſit ſequuta*. Quia culpabiliter cauſam dedit læſionis notabilis. Pro quo affert *Nauar.* Nauar. in Enchir. cap. 18. nu. 21. & ad cap. *inter verba*, concl. 6. Corol. 2. vbi id probat, quia exponẽs ſe probabili periculo peccandi mortaliter, vt tunc fit, peccat mortaliter: iuxta illud Ec- *Eccli. 3. 27.* cli. 3. *Qui amat periculum, peribit in illo*.

Eſt autem detractio, *ex genere ſuo*, mortale peccatum, vt cum D. Thoma cõmuniter affirmant Theologi. Quia per eam læditur fama, quæ inter res temporales videtur pretioſior, per cuius defectum impeditur homo à multis bonis agendis, propter quod dicitur Eccli. 41. *Curam habe de bono nomine: hocenim magis permanebit tibi, quàm multi theſauri magni, & pretioſi*. Cum ergo fama, pecunias, & quæ pecunia æſtimantur, antecellat, hinc etiã conſtat, hoc peccatum furto gra- *Eccli. 41. 15.* uius eſſe.

Eſt tamen benè notandum, nõ quamcumque denigrationem famæ, eſſe detractionem, & conſequenter, nec peccatum mortiferum. Nam denuntiare, verbi gr. peccata ſubditorum prælato, vt ea corrigat, & etiam accuſare, debitis circumſtantijs ſeruatis, vt puniat, detrahere non eſt. Nam in primo caſu eſt charitas: in ſecundò, iuſtitia. Vnde licèt materialiter videatur detractio, tamen formaliter non eſt, vt S. Thomas affirmat his verbis: *Reuela-* *S. Th. 2. 2. ad 1.* *re peccatum occultũ alicuius propter eius emendationem, denuntiando, vel propter bonum iuſtitiæ publicæ, accuſando, non eſt detrahere*, & S. Bernardus ait, *Si qua reprehendenda ſunt, vt emendentur, vobis & alijs meis ſuadere ſoleo, hoc nõ eſt detractio, ſed attractio*.. *S. Bernar. Apolog. ad Vuillerm. Abb. in fi.*

Quare immeritò de detractione notatur, qui ita prælato aliorum crimina pandit, vt etiam Pa-

ter

ter Augustinus in sua Regula do-
Aug. in Reg. c. 1. cet dicens, *Nec vos iudicetis esse maleuolos, quando hoc indicatis.* Et subdit, aliter facere, charitatẽ non esse, sed crudelitatem. *Magis quippe*, inquit, *innocentes non estis, si fratres vestros, quos, indicando, corrigere potestis, tacendo, perire permittitis.* Quod sequenti confirmat exẽplo. *Si enim frater tuus vulnus haberet in corpore, quod vellet occultari, dum timet secari, nonne crudeliter à te fileretur, & misericorditer indicaretur? quantò ergo eũ potiùs debes manifestare, nè deteriùs putrescat in corde?* Vbi à fortiori, à vulnere corporis arguit ad vulnus cordis, quod, scilicet, magis crudelis probatur, qui hoc tacet: & misericors, qui manifestat, seu defert.

Tria tamen ad istam denuntiationem sunt necessaria. Primum, quòd prius corrigat ipsum fratrẽ delinquentem, illum secretò admonendo, vt ex eadem Regula patet, *Statim admonete, nè malè cœpta progrediãtur, sed de proximo corrigantur.* Quod intelligẽdum quidem est, si peccatum occultum sit: nam si notorium est, vt nulla tergiuersatione celari possit, tunc necessarium non est, secretam admonitionem præmittere, vt communiter docent Do-
Reginal. ctores, inter quos est Reginal. loc. sup. cit. c. 3. sect. 6. nu. 53. vel spes correctionis exiſtat, vt cũ S. Thoma diximus volumine præced. Propug. 1. consid. 67. Si enim nõ sit, tunc similiter poterit sine tali admonitione præmissa, denuntiare Prælato.

Secundum, vt peccatũ sit *graue*. In quo etiam in eadem Regula S. P. noster Augustinus exẽplum ponit de oculi petulantia, quam ibi ait abominationem esse apud Deum. Si enim *leue* sit, absque correctione præuia illud, poterit propalare. Nam in hoc non censetur proximus damnum notabile pati, cùm à leuibus peccatis, nemo ferè sit liber, sicut est scriptum, *in multis offendimus omnes.* Vnde, qui de hoc conqueruntur, se ipsos seducunt, & mendaces faciunt, Ioanne teste, *Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.* *Iacob. 3. 2.* *1. Io. 1. 8.*

Tertium, quòd in casu, quòd frater nolit se emendare propter admonitionem præmissam, soli Prælato, & non alijs, talis denũtiatio, est faciẽda. ita docet Beatus Iordanus de Saxonia Ordinis nostri. Et rationem reddit. *Vt si fortè adhuc frater vellet se emẽdare, maneat secretũ apud Prælatum.* Et subdit, *hæc est intentio B. Augustini, quòd quantũ est possibile, delictum fratris maneat occultum, dummodò vellet se emendare. Propter quod dixit, vt fortè possit secretius correptus nõ innotescere cæteris.* Et subiungit malè in quibusdam Regulis legi, *Nè fortè, quia intentio*, inquit, *Augu-* *B. Iordan. de Sax. in vit. Patr. lib. 2. c. 10*

Digitized by Google

Augustini est, vt non innotescat cæteris in casu, quãdo frater vult se emendare. Et quòd tunc secretiùs corrigatur.

Quando autem hæc correctio fratris priuata, & Prælati, non sufficiunt, tunc ordinat S.P.N. Augustinus, quòd peccatum duobus vel tribus testibus propaletur, vt sic reus possit conuinci, & puniri. *Si autem*, inquit, *negauerit, tunc neganti adhibendi sunt alij, etiam coram omnibus, vt possit non ab vno teste argui, sed à duobus, vel tribus conuinci. Conuictus verò secundùm Præpositi, vel etiã Presbyteri, ad cuius dispositionẽ pertinet arbitrium, debet emendatoriam subire vindictam.* Vbi patet, quòd non est pura punitio, quæ tantùm ordinatur ad vtilitatem boni communis per terrorẽ pœnæ, quam cæteri vident, vt ex timore, à malo abstineant, & pax communis seruetur, sed ad emẽdationem ipsius delinquentis. Vnde ibi coniungit punitionem cum emendatione, *Emendatoriam debet subire vindictam.* Ad hanc ergo non proceditur, nisi, admonitione bina præmissa.

Quòd si fuerit accusatio pura; per se loquendo, admonitio secreta non prærequiritur, vt Bonacina docet tom. 2. disp. 10. qu. 3. punct. 1. num. 4. quia, inquit, finis accusationis non est emendatio, delinquentis, sed punitio, vt exẽplo vnius alij deterreãtur, nè adsint male factores, & nè pax reipublicæ perturbetur. *Bonacin.*

Dixi autem, *per se loquendo*, nam, vt ipse Doctor subiungit, posset aliquãdo contingere, quòd admonitio secreta præmittenda esset, quando ex accusatione plus dãni timetur, quàm speretur boni, vel quando delictum est occultum, & ex præuia monitione spes adest emendationis. *Nam maius bonum*, inquit, *ex charitate, præferendum est minori.*

Constat ergo ex dictis, quòd non quæcunque denigratio, est peccaminosa detractio, sed ea tantùm, quæ explicitè, vel, implicitè directè, vel indirectè fit *animo*, seu *intentione denigrandi* famam alterius, vt patet in casibus denuntiationis, vel accusationis adductis, & in alijs à Doctoribus positis, vt cùm quis ratione consilij capiendi aperit viro docto delictum proximi: aut causa consolationis, malum sibi inflictum reuelat amico: aut cùm in confessione sacramẽtali, complicem nominat, sine quo speciem peccati aperire non valet.

Sola ergo detractio formalis, quæ, scilicet, fit intentione, saltem indirecta, proximi famam lædendi, est peccatum læthale, si fuerit in re graui. Nam si esset in leui, esset veniale, vt communiter docent Doctores, excepto illo casu notabili, quem retuli volum. 1. consideratione 146. n. 19. quando de viro graui, & religioso parua dicuntur, vt *Esse assuetũ*

men-

mendacijs, inanis gloriæ cupidũ, & similia. Nam mortifera est propter notabile damnum respectu rei, quam impedit, vel impedire potest, vt ibi ex Nauarro, & alijs ostendi. Lege, quæ de correctione dixi eodem volum. Consid. 61.

Quot modis contingat.

OCto autem modis detractio potest contingere, quatuor, videlicet, *directè*, hoc versu expressis.

Imponens, augens, manifestãs,
in mala vertens.

Et quatuor *indirectè* hoc alio versu contentis.

Qui negat, aut minuit, tacuit,
laudatue remisse.

Priores quatuor sunt circa malum: posteriores circa bonum.

Sensus primi est, cùm scienter crimen alicui falsò imponitur, qui omnium pessimus est.

Secundus, cùm quis peccatum auget verbis, aut scripto, vel externis alijs signis.

Tertius, cùm quis crimen occultum manifestat.

Quartus, cùm id, quod bonum est, nititur ostendere ex mala intentione profectum.

Quintus, cùm negat bona opera alterius, verè narrata, vt impediat bonam opinionem, quæ de illo concipitur.

Sextus, cùm diminuit aliena merita, ea extenuando.

Septimus, cùm ea tacet loco, & tempore, quo, silentium, tacita vituperatio ab alijs interpretatur. Isti septem modi à S. Thoma ponũtur 2. 2. q. 73. art. 1. ad 3. S. Thom.

Octauus, cùm quis frigidè laudat, vt credatur nihil reperire posse, quod in laudibus verè ponat. Nam, vt Phauorinus apud Gellium lib. 19. noctium Attic. cap. 3. ait. *Peius est frigidè laudare, quàm apertè reprehendere*. Modus iste cõmuniter à Doctoribus ponitur, & potest reuocari ad sextum Nam alicuius laudes minuere intelligitur, qui eas ita frigidè profert.

Glossa moralis Daniel. 7. supra in præambulo adducta, decẽ ponit detrahendi modos, quos, ait, significari per cornua decẽ illius horribilis bestię Danieli ostẽsæ, & sex recẽsitis, addit septimũ, octauũ, & nonum consistentes in iustificatione sui in detrahendo; quòd, scilicet, malum fratris dicat, motus conscientia, vel amicitia ad fratrem, vt corrigatur; vel ex reuerẽtia Prælato debita: cum tamen nullo istorum, sed sua malitia, moueatur. Et tandem decimum ponit; quem, ait, consistere in eo, quòd fratrẽ de ignorata culpa, signis, vel nutibus notet. Et hęc, quoad quidditatem, & modos, quibus detractio accidit. Sequitur

PV N-

Digitized by Google

PVNCTVM II.

De *Cauſis detractionis*.

POſtquam eſſentiam, ſeu naturam detractionis explanauimus, de illius origine eſt dicendum, id eſt, de cauſis, vnde tam ingens malum naſcatur, vt meliùs agnoſcatur, & fugiatur. Igitur, iuxta ſcripturas, & Sanctorum Patrum doctrinam, oritur ex ſequentibus, videlicet

1 *Ex inuidiæ liuore.*
2 *Odio.*
3 *Ocio.*
4 *Iudicio temerario.*
5 *Zelo indiſcreto, vel ficto.*

Et primò, quòd ex inuidia detractio oriatur, expreſsè S. Thomas affirmat his verbis, *Detractio, quæ eſt in occulto, non eſt filia iræ, ſicut contumelia, ſed magis inuidiæ, quæ nititur, qualitercumque minuere gloriã proximi.* S.Th.2.2. q.73.ar.3 ad 3.

Hugo quoque à Magno Theatro mundi relatus verbo, *detractio*, ita ait, *Detractio eſt loquutio ex inuidia procedens, aliorum bona denigrans.* Hugo

Et hoc etiam ſignificauit Bernardus, cùm dixit, *Cor ſiquidem felle liuoris amarum, per linguæ inſtrumẽtum ſpargere, niſi amara, non poteſt, dicente Domino, ex abũdantia cordis os loquitur.* Bernard. ſer 24. in Cãt. ante med. Matt 12. 34.

Hinc dignioribus, excellentioribus, & præſtantioribus magis detrahitur, quia inuidia perſequuntur maiori, vt dixi Propugnaculo 1. confid. 146. quia iuxta Doctorem Angelicum, *Inuidia eſt de bono alterius, inquantũ diminutiua gloriæ, quam quis appetit.* Igitur, cum gloria maior, magis appetatur, qui in maiori gloria fuerint, maiori inuidia perſequentur, & cùm ex inuidia, vt dictum eſt, detractio oriatur, conſequenter de illis, qui in maiori dignitate, & excellentia ſunt cõſtituti, magis detrahetur. Quod conſiderans quidam Doctor modernus dixit, *Ad honores euectio, ad infamiam eſt acceſſio.* Et notat D. Thomas, iſtiuſmodi inuidiã in illis tantùm eſſe, qui non multum in excellentia differunt. Hi namque ſunt æmuli, & per conſequens, qui magis detrahunt, & quod peius eſt, ad idem concitant alios. S.Th.2.2. q.36.ar.1. Mendoza tom.2.

Secundò, quòd ex ódio pariter procedat detractio, manifeſtè infertur ex dictis. Oſtendit namque idem Doctor Angelicus, ex inuidia odium oriri, vt nos etiam in Propugnaculo 1. docuimus: cum ergo ex inuidia oriatur detractio, ex odio quoque prodire, conſequenter dicendum eſt. Imò ex odio magis proximè oritur, & ex inuidia, tanquam ex radice prima. Quam originẽ S. Ephræm agnoſcens, dixit, *Homo maledicus vtroque, & odij, & ſuſurrationis morbo laborat.* Et Sanctus quoque Iacobus Apoſtolus in hoc ſenſu c. 3. dixit, *Qui detrahit* S.Th 2.2. q.34.ar.6 in corp. S.Ephrem tract. de virt. & vitijs. Iac.14.1.

Digitized by Google

trahit fratri, & detrahit legi.

Vtique charitatis, de qua ſcriptū ſimiliter eſt: *Plenitudo legis, eſt dilectio*, & rurſus, *Qui diligit proximum, legem impleuit*. Igitur huic legi detrahit, ſeu contra ipſam procedit, qui proximo detrahit: dilectio autem odio eſt contraria: igitur, iuxta mentem Apoſtoli, ex odio detractio prouenit. Vnde Heſychius ait: *Quisquis turpitudinem ſpiritualium, vel carnalium cognatorum reuelat, totius legis inuenitur eſſe tranſgreſſor. Quare? quia alienum eſt à charitate, quod agit, quæ eſt legis plenitudo.*

Rom. 13. 10. Ibid. num. 8. Heſychius lib. 5. cap. 15.

Tertiò patet, *ex ocio* etiam detractionē oriri. Ita enim de detractore Pſalmiſta loquutus eſt, *Sedens, aduerſus fratrem tuum loquebaris.* P. Auguſt. ſer. 13. de verb. Domini, legit, *detrahebas*. Et notat, quod ſignanter, *ſedens* dicitur hoc feciſſe, *Quia oſtendere* (inquit) *voluit, quod non tranſitoriè detraxerit, nec ei ſubrepſit, vt malè de proximo loqueretur, ſed ſedens, id eſt, ex ocio, quaſi ad hoc vacans, vt derogaret proximo ſuo.* Et tomo 8. hunc Pſalmum exponens, ait, cum delectatione hoc perpetraſſe, & ex hoc auxiſſe malitiam. *Qui enim* (inquit) *Stans, aut tranſiens facit, non cum voluptate facit: qui verò ad hoc ſedet, quantū ocium quærit, vt faciat!* Et ex hoc quidem turpitudo augetur. Quod ſignificant pariter præcedentia verba: *Os tuum abundauit malitia.* Et Venerab. P. Thomas à Ieſu Ordinis noſtri, dicit, communiter detractionē oriri ex ocio & hinc difficillimè hoc malum ſanari, & ita in plurimos etiam dilatari. Et rationem ſubdit, *Quia omnes ad recreationes ſuas valdè propenſi ſunt.* Hinc proh dolor! videmus in aulis principium, vbi ocium viget, pariter detractionē vigere. Et vtinam nō penetraret etiam ad Regularia clauſtra, tempore, quo ſancta Religio parum ocij permittit ad exercitiorū tem perandū laborem: tunc enim Religioſi ab hoc hoſte præcipue impetuntur, & niſi ſint valdè cauti, ab illo miſerabiliter capiuntur.

Pſ. 49. 20. P. Auguſ. tom. 10. Pſ. vt ſup. num. 19. P. Thom. à Ieſu in tract. de lab. Ieſu, labor. 21.

Quartò, pariter conſtat, *Ex iudicio temerario*, frequēter hoc malum procedere. Eſt namque modus quartus, quo directè contingit detractio, vt Puncto præcedenti oſtendimus. Vnde S. Iacobus, poſtquam detractionem poſuit, ſtatim ſubdit, tanquam cauſam illius, *Qui iudicat fratrē ſuum.* Quę verba exponens Doctor quida modernus, ait, *Quia ille, qui directè aliquem infamat, dicendo, ab eo quidquam, mala intentione factum, non ſolùm, quantum eſt in ſe, alterum infamat, ſed etiam, communiter loquendo, peccat ex iudicio temerario*, & rationem ſubdit. *Difficilè namque eſt de intentione iudicare, niſi fortè quis haberet vehementia indicia.* Hæc ille. Et

Iac. 4. 11. Paez. Lu ſitan.

Ve-

Digitized by Google

Venerab. P. Th. à Ieſu loco ſupracit. ſic inquit: *Eſt murmuratio carnifex mali iudicij*, & rationẽ ſubiungit, *Quia non damnum infert cor prauum proximo, niſi poſtquam linguæ committit malum iudicium, quod de illo fecit.*

Initio.

Quintò, & vltimò, *ex zelo indiſcreto*, aut *ficto*, hæc horribilis beſtia oritur. Voco zelum fictum, qui verus non eſt, niſi apparenter. Et fictũ appello, qui licèt ex vera charitate procedat, tamẽ inordinata, quia diſcretionis moderamine, non regulata; quam ordinationem, ſponſa accepiſſe teſtatur, cum in Cant. ait, *Ordinauit in me charitatem*. Igitur ex indiſcreto zelo, quandoque quis peccatum ſecretum proximi pandit, & ſic detrahit, cum cogitet charitatiuè agere, & non detrahere. De quo ait P. Auguſtinus: *Nõ es correptor, ſed proditor.* Deberet enim talis benè circa modum aduertere. Nam, quia modũ neſciuit, ordinatam charitatem amiſit. Et ſic ex negligentia zelum diſcernendi, peccauit, quia verè detraxit. Et ex eodem nonnunquam proh dolor! contingit, quòd, vt grauiora, narrentur, quæ ſecundùm ſe parua ſunt, & ſic famæ proximi, iactura iniquè infertur.

Cant. 2. 4

P. Auguſ. ſer. 16. de verb. Do. tom. 10.

In zelo autẽ *ficto* frequentiùs hoc malum cõtingit. Quod ſignificant verba illa Pſalmiſtæ, *Os tuũ abundauit malitia, & lingua tua concinnabat dolos*. Nam Remig. Antiſiodorenſis Epiſcopus, per malitiam, detractionẽ intelligit; Quam dicit doloſè componi, *ornatis verbis*, quod ait ſignari per verbum, *concinnabat*. Sunt enim, vt S. Bern. notat, detractores aliqui. *Qui*, inquit, *nudè atque irreuerenter, vti in buccam venerit, virus euomũt detractionis.* & alij, qui zelum bonum fingunt, quos aſſerit peiores eſſe, quia magis illis creditur, & per conſequens, maiorem iacturam famę proximi faciunt; ſic enim ſubiũgit. *Alij autem quodam ſimulatæ verecundiæ fuco, conceptam malitiam, quam retinere non poſſunt, adumbrare conantur.* Ecce zelus cõcinnatus, ſeu fictus, & ſimulatus. Et modum pulchrè depingit, quo hoc contingit, ſubnectens; *Videas præmitti alta ſuſpiria, ſicque quadam cum grauitate, & tarditate, vultu mœſto: demiſſis ſupercilijs, & voce plangenti, egredi maledictionem: & quidem tantò perſuaſibiliorẽ, quantò creditur ab his, qui audiunt, corde inuito, & magis cõdolentis affectu, quàm malitioſè proferri. Doleo, inquit, vehementer pro eo, quòd diligo eum ſatis, & nunquam potui de hac re corrigere eum. Et alius; mihi quidem aït, benè compertum fuerat de illo iſtud, ſed per me nunquam innotuiſſet: at quoniã per alium patefacta res eſt, veritatem negare non poſſum, dolens dico, reuera ita eſt.* Et addit, *grande*

Pſ. 49. 19.

Remig. Biblioth. to. 9. par. 2.

S. Bernar. ſer. 24. in Cant. cir. med.

damnum. nam aliàs quidem in pluribus valet, cæterùm in hac parte (vt verùm fateamur) excusari minimè potest. Hæc sanctus Bernard. de eo, qui ex zelo ficto detrahit proximo. Qui proinde optimè assimilari api potest, quæ in ore quid fert ẽflorẽ, retrò autem aculeum, quo acriter pungit, & lædit: sic fictus detractor, verbis vtitur, quæ charitatem suauem, & dulcem præferunt, latet tamen aculeus pungens, quo sub specie illa simulata, crudeliter pungit proximi vitam. & hæc de detractionis causis præcipuis, ex quibus illius innotescit origo, sequitur de eiusdem tractare effectibus.

PVNCTVM III.

De Detractionis effectibus.

EFfectus autem præcipui hostis istius, sequentes sunt.

1 *Famam detracti obscurare.*
2 *Odium in illo generare.*
3 *Ipsum detractorem priùs plagare.*
4 *Auditores interiùs vulnerare.*

Et effectus primus, de *obscuratione famæ* illius, cui detrahitur, satis quidem patet ex dictis. Nam hæc est intentio præcipua detrahentium, vt scilicet, *Sagittent in obscuro rectos corde*, vt Psalmista ait, id est, in occulto, in absentia nimirum detracti, & est *sermo* ille *obscurus*, quem etiam detractioni attribuit Sapiens. Sap. 1. 11. Ps. 10. 3. Sap. 1. 11.

Secundus autem effectus de *odio* in eo, cui detrahitur hinc generato frequenter, ex Chrysostomo constat etiam, ita de detractione dicente: *Odiũ ab ea, tamquã à fonte manat.* Et post pauca subdit, *Nouit etiam exacerbatiũ à fraterna communione auertere: atque eum, qui paulò ante amicus erat, sine vlla causa hostem reddere.* Et B. Laurentius Iustinian. ita de ipsa ait, *Parit odia, pacẽ dissipat, dirimit vnitatem, charitatem extinguit.* Chryſ in Psal 100. post med. tom. 1. B. Laur. Iustin. de inter cõfl. c. 2. circa med.

Et quidem propter odiũ istud, in quod is, cui detrahitur, incidit, scandalum à Deo appellatur detractio, cum ad detractorem per Psalmistam inquit, *Aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum*, quæ verba S. Ambrosius cõsiderans, ait, *Magis enim scandalum sumit, qui sibi detrahentẽ intelligit, quàm, qui se corripientem cernit.* Sed frequenter homo etiam suum correctorẽ odit, iuxta illud Amos, 5. 10. *Odio habuerunt corripientem in porta, & loquentem perfectè, abominati sũt.* Ergo, & à fortiori detrahentem. & hinc quidem suboritur effectus alius, quòd, scilicet, maximè à beneficentia voluntatem murmurati retardet. Cum enim beneficentia ex beneuolentia oriatur, & ista ad charitatem pertineat, extinctâ charitate per odium, con- Ps. 49. 20. Ambr. de vitior. & virt. cõfl. tom. 5. Amos 5. 10.

Digitized by Google

consequenter beneficentia perit vel saltem nimis frigescit, etiam in illis, qui perfectioni attẽdunt. Vnde notat Venerabilis P. Thomas à Iesu loco supra cit. quòd licèt Deus Abrahamo, & posteris suis terrã Promissionis promiserit, nullum tamen ex eis, qui ex Ægypto exierunt, & in deserto murmurauerunt, voluit, tali bono frui: Imò eos in deserto occídit.

Tertius quoque effectus notus est, quòd, scilicet, *prius ipse detractor, detrahendo, plagetur*. Nam, cum sit peccatum detractio, vt supra ostẽsum est, & peccatum sit plaga animæ, non mirum, si ita priùs plagetur, qui in alium ex odio, & inuidia malum parat, proinde, cum corde priùs pereat, quàm ore lædat, iam ibi iustè plagatur, vbi malũ parauit.

Hoc autem malum comitatur aliud, iuxta S. Gregorium, quod *mentis* est *obcœcatio*. Sic enim ait: *Quid aliud detrahentes faciunt, nisi, quod in puluerem suffiant, & in oculos suos terram excitant, vt vnde plus detractionis perflant, inde minus veritatem videant?* Quæ verb. S. Thomas considerans, dicit, in hoc hanc obcœcationem consistere, quòd ita ad detractionem suam detractor afficiatur, vt inde amor illius crescat, & cum illa odium, cum tamen secundùm rei veritatem, illam deberet odisse, vt verè malum: & per consequens ab odio abstinere: tamen quòd cœcus factus interiùs, neque à detractione abstineat, néque ab odio.

3 *Greg. in Regist lib. 8. cap. 45. antemed.*

S. Th. 2. 2 quæst. 73. ar. 3. ad 4

Quartus pariter effectus notus est, *Vulneratur enim lethaliter anima illius, qui detractionem audit libẽter*. Nam per hoc, licèt taceat, ei consentire censetur: *Digni autem sunt morte*, (Apostolo teste) *non solùm, qui peccata faciunt: sed etiam, qui consentiunt facientibus*. Vndè asserit S. Thom. loc cit. art. 4. in corp. quòd, si auditor inducat detrahentem ad detrahendum, vel saltem placeat ei detractio propter odium eius, cui detrahitur, non minus peccet, quàm detractor, & quandoque magis. In cuius confirmationem adducit verba Bernardi 2. de consid. ad Eugenium, Vbi sic dicit: *Detrahere, aut detrahentem audire, quid horum damnabilius sit, non acilè dixerim*.

Ad Rom. 1. 32.

S Thom.

S. Bernar.

Neque dicas, te non inducere detractorem ad detrahendum, & sic non peccare: quia licèt sic nõ pecces contra iustitiam: tamen, si libenter audis, neque obsistas, cum possis, contra charitatem peccas mortaliter, si in graui re contingat detractio, vt Bonacina notat, & est cõmunis sententia.

Bonacina tom. 2.

Tres autem recẽsitos effectus, quòd, scilicet, detractor *detracto* noceat, *sibi*, & *auditoribus*, iam superiùs in *præambulo* enarrauimus, cum detrahentium linguam,

Digitized by Google

ſerpentinam appellauimus,& triſulcã.Et de illis loquens S.Chryſoſtomus,ita ait. *Hi autem innumerabiles per ea,quæ maledicunt, deijciunt, & ſeipſos primos*. Vbi deiecti intelliguntur, non tantùm detracti, ſed etiam detrahentium auditores : illi namque deijciuntur à fama : iſti à conſcientia. Et notanter de detrahentibus dicit, *ſeipſos primos* ; quia primum vulnus,vt notauimus,ipſorum eſt.Et maioris explicationis cauſa.S.Doctor ſubiungit, *Non eum enim ſolùm,qui accuſatur,ſed alios etiã lædunt,imò verò magis eos,qui ea admittent*. Vbi diſtinctionem facere videtur inter eos, qui detractionem admittunt, & alios, qui etiam lædi dicuntur, & contradicuiſi ponuntur ab illis. Sed qui ſunt iſti? illi, de quibus S. Thomas dicit q. cit. ar. 3. ad 2. quòd audiendo detrahentem, occaſionem inde accipiunt,vt proximum odio habeant, vel contemnant. Propter quod ait,à Clemente detractores, homicidas vocari ſcilicet,occaſionaliter,quia, *Qui odit fratrem ſuum,homicida eſt*. In eo verò,quod S.Chryſoſtomus ait de alijs,*magis*, qui detractionem admittunt,doctrina Doctoris Angelici paulò ſuperiùs tradita, plus roboratur. quòd, ſcilicet, magis peccent auditores, qui ad detrahendum inducunt;vel libenter, ex odio, audiunt.

S. Chryſ. in Pſ. 49. tom. 1.

1. Ioan. 3. 15.

Beatus etiam Laurentius Iuſtinianus effectus iſtos enumerãs, ſic inquit,*Qui detrahit,ſuam, & audientis lædit conſcientiam, atque cui detrahit,percutit famam.* *B. Laur. loc. ſup. ci.*

Conſiderationes contra detractionem ponuntur.

POſtquam quidditatem, cauſas, & effectus hoſtis iſtius docuimus,remanet aduerſus illũ arma ponere, quibus expugnari valeat, & extingui. Quod modis ſequentibus fiet, videlicet

1 *Vultus triſtis exhibitione.*
2 *Sui conſideratione.*
3 *Silentij rigore.*
4 *Solitudinis amore.*
5 *Bonorum operatione.*
6 *Oratione.*
7 *Dilectione*
8 *Punitione.*
9 *Fraterna correctione.*
10 *Famæ reſtitutione.*

Eſt hìc notandum, dupliciter poſſe detractionem conſiderari. Primò *actiuè*, in illo nimirum, qui detrahit : ſecundò *paſſiuè*, in illo,cui detrahitur; & contra vnã, vel alteram, aut vtramque ſimul, prædicti modi inſeruiunt, vt admonebimusin conſiderationibus ſingulis.

CONSIDERATIO I.

Ex vultus triſtis exhibitione.

EX hoc maximè contra detractionem pugnari docuit Sapiens,cum dixit, *Ventus Aquilo diſſipat pluuias, & facies triſtis* *Prou. 25. 23.*

Digitized by Google

ſtis linguam detrahentem. Vbi ita
S. Hieron. tom. 8. ait Hieronymus, *Si hilari vultu audieris detrahẽtem, tu illi das ſomitẽ detrahẽdi, ſi vero triſti vultu hæc audias, vt dixit quidam vir Dei, diſcit nõ libe nter dicere, quod didicerit non libenter audiri.* Et Epiſt. 4. ad Ruſticum, idem explicat comparatione huiuſmodi, di-
Tom. 1. cens, *Sicut ſagitta, ſi mittatur contra duram materiã, nonnumquam in mittentem reuertitur, & vulnerat vulnerantem, illudque completur, facti ſunt mihi in*
Pſa. 7. 16. *arcum prauum: & alibi, qui mittit in altum lapidem, recidet in*
Eccli. 27. 28 *caput eius, ita detractor, cum triſtem faciem viderit detrahentis, illicò conticeſcit, pallet vultus, hærent labia, ſaliua ſiccatur.* Hæc Hieronymus. Et S. Thomas ait, quòd detractionis auditor, ſaltem per hunc modum, detractorem ab illa tenetur retrahere. *Debet*
S. Th. 2. 2. (inquit) *Salem oſtendere, quòd ei*
q. 73. ar. 4 ad 2. *detractio diſplicet per triſtitiam faciei.* Quod ex prædicto loco prouerbiorũ confirmat. Ad quod pariter facit, quod alibi eſt ſcriptum, *Melior eſt ira riſu*, & ratio
Eccle. 7. 4 ſubditur, *Quia per triſtitiã vultus corrigitur animus delinquentis.*

Igitur hoc debet detractoris auditor ſeriò conſiderare, & exequutioni mandare, vt ſic per triſtitiam vultus cohibeat detractorem, quem ſanè foueret, ſi ſe oſtẽderet hilarem. Vnde conſideratio iſta patet, quòd contra detractionẽ actiuè sũptãplurimũ proficiat.

CONSIDERATIO II.

Ex ſui conſideratione.

MEritò ſane detractor oculo comparatur, qui ſe nõ videt, & alios conſiderat. Et ſartori, qui totus eſt intentus aliorum veſtibus cõſuendis, cum ſuas habeat laceratas: ita multi aliorũ vitis intendunt, eiſque detrahunt, qui, ſi ſemetipſos ſeriò conſiderarent, alijs proculdubio non detraherent. Conſideratio igitur ſui, frænum eſt maximum, quod ori detractoris impoſitum, non ſinit illud in alios aperiri iniquè. Primò, ex naturali amore, quo aliquis cenſuram propriam fugit. Secundò, quia, ſi ſeipsũ ſeriò inſpicit, multis maculatum ſe noſcit, ideòque, ſe ore ſuo condemnat, teſte Paulo dicente, *In quo iudi-* Ad Rom. 2
cas alterum, teipſum condemnas. 1. Et rationem ſubdit. *Eadem enim agis, quæ iudicas.* Quia igitur erubeſcit ſeipſum iudicare, & condemnare, alium detrahendo, deſinit denigrare.

Deinde, quia frequenter, charitatis zelo ſe tegere quærit, cum detrahit: cum ergo ordo charitatis id exigat, quòd talis dilectio à ſe primò incipiat, ſi ſeriò, ſe maculatum eiſdem, vel maioribus malis conſideret, ſe primùm debebit corrigere, quàm alteri hac ſpecie zeli detrahere. Quod Dominus ſignificauit, cum dixit *Hypocri-* Matt. 7. 5

Digitized by Google

Matt. 7. 5 *ta, eijce primùm trabem de oculo tuo, & tunc valebis eijcere festucam de oculo fratris tui.* Quæ verba expendens Chrysostomus, ait,

S. Chrys. in Matth. hom. 2. *Si alterius curam gerens, id facis, temetipsum ante curato, in quo & manifestius inuenitur peccatũ, & grandius: sin autem temetipsum contemnis, ac despicis, liquet omninò, quòd fratrem tuum ipse odio iudices, non studio disciplinæ, nec emendare illum cupias, sed notare.* Et ideò subdit ineptũ istum tali censuræ esse, & eum tãtùm idoneum, qui à tali est immunis peccato. *Quod si* (inquit) *oportet huiusmodi aliquem iudicare, non tamen à te hoc fieri debet, verùm ab eo, qui nihil tale commisit.*

Iob 25. 4. secundùm LXX. Quia ergo *Nemo mundus à sorde*, & à charitatis isto ordine liber, & pauci sunt, qui illum obseruent, ideò os meritò claditur detractoris, qui seriò seipsum considerat, & charitatem, quam erga se tenetur primùm seruare. Hinc prouerbium ortum est illud, *Omni vitio carere debet, qui in alterum paratus est dicere.* Et hispanicè solet dici, *Quien tiene tejado de vidrio, no tire pedras al de su vesino.* Et ideò sancti Patres hanc considerationem sui, potenter contra detractionem *actiuã* militare, asseruerunt. Nam ita inquit. Bernardus de inter. domo.

S. Bern. cap. 43. *Qui seipsum aspicit, non quærit, quid in alijs frequenter reprehendat, sed in semetipso quid lugeat.* Et B. Laurentius Iustinianus dicit, *Qui peccatorem se humiliter recognoscit, non facilè detractioni vacabit: potiùs sua, quàm aliena accusabit delicta.* B. Laur. Iustin. de inter. cõfl. cap. 2. Et venerabilis Thomas à Kempis ait, *Qui benè, & rectè sua ponderaret, non esset, quod de alio grauiter iudicaret.* Kemp. lib. 2. c. 5. Hæc igitur benè meditare, frater charissime, & exequutioni manda, cùm de detractione tentáris. Nam sic os tuũ frenabis, & hostẽ hunc superabis.

CONSIDERATIO III.

Ex silentij rigore.

VEnerabilis Pater Thomas à Iesu Ordinis nostri, citatus iam supra, asserit, silentium potentissimum scutum esse contra hunc hostem. *Silentium* (inquit) *sufferentia, & surditas sancta, ad omnia, quæ dicuntur, contra murmurationem potentissima arma sunt.* Thom. à Iesu lab. 21. Et rationem subdit. *Quia si ex malitia oritur, magis ex hoc detractor afficitur rabie, & eo ipso affligitur, & punitur; & quia indignus reputatus fuit respõso, humiliatur: si verò ex ignorantia nascitur, & consuetudine lubrica, erubescit.*

Quadruplex porrò causa ex parte illius, cui detrahitur, potest ad hoc silẽtium prouocare. videlicet

1 *Spes in Deo,*
2 *Et amor.*
3 *Bona conscientia.*
4 *Et humilitas.*

Et

Digitized by Google

Et quo ad ſpem, clarè apparet in Dauide, cui detrahebatur: ipſe tamen ſilentium pro ſcuto forti,
Pſ.37.14. ſumebat,dicens, *Ego autem tanquam ſurdus non audiebam, & ſicut mutus non aperiens os ſuũ.* Vbi adeò commendat ſilentium, vt quaſi ſurdus etiam deuenerit, inhabilis ad reſponſum, quod difficilè nimis cohibetur,quãdo malum verbum auditur. Studio igitur velut ſurdus fiebat,vt taceret.
ꝛu.15. Et hoc eſt,quod ſubdit, *Et factus ſum, ſicut homo non audiens, & non habens in ore ſuo redargutiones.* At, quod motiuum tam rigoroſi ſilentij? ſpes in Deo,vt li-
ꝛu.16. quet ex ſequentibus verbis, *Quoniam in te Domine ſperaui.* Fiducia ergo in Deo,quòd iuſtitia pro iniuſtitia nunc reputata, & bonitas pro malitia, deberent, ſaltem in nouiſsima die,palam fieri, animabat ad ſilentium S. Prophetã, vt in alio Pſalmo cuilibet iuſto di-
Pſ. 36. 5 cit. *Spera in Deo, & ipſe faciet.*
ꝛu. 16. Quid faciet? ſubdit, *Educet quaſi lumen iuſtitiam tuam, & iudiciũ tuum, tanquam meridiem.* Vbi *iudicium tuum* ſumitur *obiectiuè*, hoc eſt, iudicia,quæ à detractoribus malignis, circa te prauè fuerunt facta,patebunt, non vtcumque, ſed, vt *meridies*, quando lumen ſolis ſummè lucet;quia etiã, Apoſtolo teſte, tunc Dominus,
1.Cor.4.5 cum ad iudicandum venerit, *Illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium.* Tunc detractoris nequitia, qui nunc mordet in occulto,& ſagittat *in obſcuro,* vel in abſentia, vel ſub ſpecie zeli, tegẽdo ſuam malitiam,illuminabitur, vt *meridies*, ideſt,manifeſtè apparebit iniqua, *Et laus erit vnicuique à Deo*, Subiungit ibi Apoſtolus ad conſolationem bonorum, quorum bonitas,& clara fama,modò à malis,& inuidis per detractiones iniuſtas obſcurantur. Quia tunc vera laus dabitur illis in æternum duratura in præmium, & coronã obſcuratę famæ,cuius iacturam hìc per detractiones paſsi fuerũt. Hæc igitur ſpes in Deo, animum roborat ad ſilentium, vnde triumphus ſequitur. Quod etiam per Prophetam Iſaiam eſt dictum; *In ſpe, & ſilentio erit fortitudo* Iſa.30.15 *veſtra*.

Sed quid de *Dei amore* dicã? profectò per hunc ita innocens animatur, vt ſtabilis perſeueret contra maledicas linguas, tantũque abeſt, vt os ad arguendum aperiat, vt etiam ipſi faciens ſeras,corde iubilet, & triumphet. Quod ipſe Dominus docuit, dicens, *Beati eſtis, cum maledixe-* Matth.5.
rint vobis homines,& perſequuti 11.
vos fuerint,& dixerint omne malum aduerſum vos mentientes, propter me,gaudete, & exultate. Vbi quidem duo notanda ſunt. Primum, cùm verbum detractorium eſt mendacium,ibi,*mentientes.* Secundum,quando *ex amore Dei* libenter ſuffertur,ibi,*propter me*. Tunc enim exultat, qui ſic

Digitized by Google

sustinet. Et est differentia inter silentium, & patientiam bonorum, & malorum. Nam mali aliquando silent, sed inuiti, vel propter aliquem finem humanum, & ideò sine merito. Vnde de illis dicit ibi Glossa, *Aliquando falsa dicũtur, quod accidit temeritate hominum: non tamen propter Christum hoc patiuntur, quem non sequuntur.* Boni verò, qui ex amore Christi obmutescunt, gaudium verum lucrantur, quia præmium æternum merentur, vt ibi subiungitur, *Quoniam merces vestra copiosa est in cœlis*. In hoc sensu dixit S. Ephrẹm de sufferente hoc malum. *Qui verò viriliter sustinet, hæreditabit gaudium.* Et potest etiam intelligi, de lætitia, quam ipse actus virtutis secũ affert, quatenus in se talis est, ratione etiã futuri præmij non expẽsa.

Glossa. in cap. 12.

S. Ephrem ser. de timore Dei ante med.

Quòd verò *conscientia bona*, etiam ad hoc silentium valde cõducat, ex Apostolo patet, dicente 1. Cor. 4. *Mihi autem pro minimo est, vt à vobis iudicer*, idest, *detrahar*, vt S. Remigius Rhemẽsis Episcopus ibi explicat, dicens, his verbis indicare Apostolũ de eorum detractionibus non curare. *Sciens* (inquit) *profectò, quia nihil nocent homini aliena verba, quem propria non maculat conscientia.* Quia homo facilè potest falli, cum interiora non videat, quæ solus Deus intuetur. Hoc enim significant verba sequentia, *Qui autem iudicat me, Dominus est.* Cui vtique soli cor patet, ideoque solus potest verè mea opera iudicare. Ex cuius solo iudicio vero, bonus, aut malus, ego possum verè haberi. Quo sensu dicebat Iob. *Ecce in cœlo testis meus, & conscius meus in excelsis. Qui enim,* (inquit Gregorius, ista verba exponens) *Vitæ suæ in cœlo testem habet, iudicia hominum in terra pertimescere non debet.* *Gloria enim nostra in bona conscientia posita est*, vt Paulus asseruit, dicens, *Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ.* Propterea dicit Kemp. *Non es sanctior, si laudaris, nec vilior, si vituperaris. Quod es, hoc es, nec maior dici vales, quàm, Deo teste, sis.* Et ex veritate ista benè considerata, oritur detractionis contẽptus per silentium; quapropter subdit, *Si attendis, quid apud te sis intùs, non curabis, quid de te loquantur homines.*

1. Cor. 4. 3

S. Remig. in Expos.

Ibid. n. 4.

Iob 16. 20

S. Gregor. epist. 39. cap. 4.

2. Cor. 1. 12.

Thom. à Kemp. lib. 1. c. 6. n. 3.

Ad silentium istud denique *humilitas* iuuat: si enim, se benè quis inspiciat, videbit, quòd ideò detractionibus teritur, quia propria laude lætatur: propriam autem laudem humilitas fugit, quæ à solo Deo, operi bono, verè tribui solet. Ideo dicebat Apostolus, discutere quenquam opus suum, interiùs benè debere. In ipso namque gloriam veram esse, si bonum fuerit, & non in fallaci hominũ ore. *Opus suũ*, inquit, *probet vnusquisque: & sic in semetipso gloriã habebit, & nõin altero.*

Galat. 6. 4

Si

Greg. loc. cit. *Si enim*, ait Gregorius, *laudibus lætamur, & detractionibus frangimur, gloriam nostram, non in nobis, sed in aliorum ore posuimus.* Igitur, qui hominum laudes non quærit (quod operatur humilitas) eorum detractiones non curat, & libenter ad illas silet. Et hæc est causa, cur Deus permittit frequenter, quòd serui ipsius, hunc pàtiantur laborem, vt ita superbiam fugiant, & in humilitate exerceantur. Proinde,

Greg. ait Gregorius, *Permittitur detractio, vt caueatur elatio.* Et Pius

Pius cap. Ones past. 6. q. 1. Papa dicit, *Nonnunquam detractio aduersus bonos concitatur, vt quos, vel domestica adulatio, vel aliorum fauor in altum extulerat, detractio humiliet.* Ob id Dominus exẽplo suo ad hoc nos

Matt. 10. 24. animauit, dicens, *Non est discipulus super magistrum, nec seruus super Dominum suum, sufficit discipulo, vt sit, sicut magister eius, & seruo, sicut Dominus eius. Si Patrem familias Beelzebub vocauerunt, quantò magis domesticos eius?*

Quæsitum, an etiam hoc silentium Prælato, cui detrahitur, competat?

REspondeo cum distinctione. Respectu subditorum detrahentium, melius est silére, & per alios admonére. ita docet P. Claud. Aquauiua General. Soc. Iesv, qui diù illam gubernauit, & experientia didicit, & scriptum reliquit his verbis. *De murmurationibus, & alijs, quæ ipsum superiorem attingunt, melius est si per alium moneatur* (subintelligitur subditus) *præsertim confessarium, & Præfectũ spiritualium, à quo paternè ostendatur illi macula, & aliorum offensio: interdum à ministro: nonnunquã etiam (si aderit) à Prouinciali, valde seriò indicando scandalum, & culpæ grauitatem. Ipse verò Superior, multa, quæ ad se pertinent, ostendat se nescire, &c.* P. Claud. Aquau. in industr. c. 4. ante med.

Vnde colligitur, de *locali* Superiore locutum, & tradit, quomodo se gerere debet, quando deinde subditus detractor, per alios admonitus, ad ipsum humiliatus accedit. Conformiter ad hoc dixi præcedenti volum. Propug. 1. confid. 55. non debere Prçlatũ, cui detrahitur, suos subditos detractores punire, sed certiorem facere Superiorem Prælatum, qui fructuosiùs hoc facere poterit. & videnda sunt, quæ ibi ex scriptũris docuimus, & ex Lyrano notauimus, posse aliquando, punitionem istam fieri, *Non odij liuore, sed iustitiæ amore.* Lyran.

Et ad propositum facit, quod lib. 1. Reg. cap. 10. legitur de Saule Rege, cui, cum multi ex sibi subditis dteraherent, ipsum imbecillem, & ad regimen ineptum dicentes, hoc tamen modestè, & silenter sustinuit. Propterea de illo Scriptura testatur, *ille verò* 1. Reg. 10. 27.

dissi-

Digitized by Google

diſsimulabat ſe audire. Surdum ſe igitur, & non audire fingebat, quia plectere ſubditos in ſe peccantes, nolebat. Quod Sapiēs admonuiſſe videtur, cùm dixit, *In multis eſto quaſi inſcius*. Vbi notandum, non dixiſſe abſolutè *inſcius*; debet enim Prælatus, quæ dicuntur, & agūtur ſcire, ſed *quaſi inſcius*. Vt perindè ita ſe contineat, ac ſi nihil malorum ſciret. Propterea alibi inquit, *Pretioſior eſt ſapientia, & gloria, parua, & ad tempus ſtultitia*.

Eccli. 32. 12.

Eccle. 10. 1.

Hinc de rege apum notauit S. Ambroſ. quòd etſi aculeum habeat, eo tamen ad vindicandum non vti: & ita Prælatū, licèt aculeum habeat, id eſt, poteſtatem, qua poſſit ſuum detractorem increpare, potiùs tamen eſſe vti clementia.

S. Ambr. lib. 5. Hexameron. c. 21. to. 1

Reſpectu tamen aliorum, qui non detraxerunt, ſed detrahētem audierunt, vel ad ipſos detractionis rumor peruenit, (ſi ex hoc erga Prælatum bona exiſtimatio, & reuerentia periclitetur) tunc in hoc caſu, ſilere non tenetur Prælatus, ſed loqui. Et hoc propter bonum multorum, quorum profectus impeditur, cùm Prælati vita contemnimur, vt Greg. dixit, his verbis. *Quorum vita in exemplo imitationis eſt poſita; debent, ſi poſſunt, detrahentium ſibi verbum compeſcere, nè eorū prædicationem non audiant, qui audire poterant, & ita in prauis moribus remanentes, benè viuere contemnant.* Quod etiam docuit Auguſtinus, cùm dixit, *Propter nos conſciētia noſtra ſufficit nobis, propter vos, fama noſtra, nō pollui, ſed pollere debet in vobis.*

Greg. Homil. 9. in Ezech. circa med.

Aug. ſer. 49. de diuerſ. to. 10

Vides igitur ex dictis, quantū aduerſus detractionem ſilentium ſit exercendum; & quomodò, & propter quos liceat Prælato, cōtra detractores ſuos os aperire, & eos punire. Pro conditione ergo ſtatus tui, traditam doctrinam benè conſidera, & contra hoſtem iſtum viriliter milita.

CONSIDERATIO IV.

Ex *Solitudinis amore*.

SOlitudo etiam corporis, maximè contra detractionem armat militem Chriſti, qui lectionem ipſius per Sapiētem audiuit, *à detractione parcite linguæ*: Cū autem valdè difficilè inter detractores exiſtens, ab hoc malo illæſus ſeruetur, ideo vtiliſsima eſt ſolitudo: vnde in Prouerbijs dicitur, *Cum detractoribus nè commiſcearis*. Et rursùs apud Eccleſiaſticum, *Linguam nequam noli audire*. Vtique propter periculum maximum, quod in audiēdo, & conuerſando cum detractoribus experitur: proinde ſolitudo maximè expedit. Hinc dixit Bernardus; *Fuge detrahentes, quaſi ſerpentes*. Et S. Hieronymus epiſt. ad Nepotianum ait. *Caue, nè alios habeas detrahentes.*

Sap. 1. 11.

Prou. 24. 21.

Eccli 28. 28.

Bern. de mod ben. vit. c. 17.

S. Hieron.

Et

Digitized by Google

Et sanè màximum periculum istud, teste S. Gregorio, Spiritus sanctus indicauit, cùm dixit, *Noli esse in conuiuijs potatorum*, *nec in comessationibus eorũ, qui carnes ad vescendum conferunt: quia vacantes potibus, & dantes symbola, consumentur.* Nam per potatores, eos S. Doctor intelligit, *Qui* (inquit) *de opprobrio alienæ vitæ se inebriant.* Et per *dantes symbola, vt sicut vnusquisque solet pro parte sua cibos ad vescendum afferre: ita in confabulatione, detractionis verba cõferre.* Et aptè quidem diuinus Spiritus à conuiuijs similitudinẽ detractionis accepit, nõ solùm propter fercula, quæ vnusquisq. pro parte sua affert, vt in confabulatione faciunt detractores, singuli detrahendo, & noua dicendo, sed etiam, quia, quemadmodum in conuiuijs licẽtiùs dominatur gula: ita & in colloquijs detractio: igitur ab illis cõfabulationibus, seu collocutionibus iubet nos sequestrari, vbi præuidemus, posse hoc malũ nos impugnare. Quapropter contra hunc hostem, scutum istud porrexit S.P N. Augustinus filijs suis, cùm dixit. *Amate silentium, ponite custodiam ori vestro: estote solitarij.* Et hunc etiam sensum puto verba illa habuisse, ab Angelo ad Arsenium dicta, *Fuge homines, & saluaberis.* Cùm enim nihil frequentiùs in ore hominum versetur, quàm detractio, vt colligitur ex Psalmista, cùm dixit, *Qui deuorant plebem meam, sicut escam panis.* Quemadmodum namque panis, cibus est quotidianus, & communis omnibus, ita dicit Propheta esse detractionem: ob id ergo Angelus credendus est consuluisse fugam, vt detractio fugeretur per quam homines quotidie in magna copia pereunt. Ama ergo, frater mi, solitudinem, cellam tuam cole, ibi libenter mane, & hoc malum effugies, & tot scrupulos, qui inde saltem emergunt

Sed dices. Aliquando solitudinem tenere non possum, quia esse aliquando cum fratribus teneor. Respondeo saltem, cùm tũc verba detractoria audis, quęre solitudinem cordis, aliò mentem diuertens, & sic ibi eris, ac si non esses. Sanè ad propositum narrat Cassianus, cõtigisse cuidam Eremitæ, Macheti nomine, qui quoties cum alijs Coeremitis in collationibus erat, *Si quis*, inquit, *detractionis verbum tentasset inferre, in somnum protinus concidebat, nec vsque ad aurium quidem eius pollutionem, virus obloquij poterat peruenire.* Et hoc asserit, oratione à Domino impetrasse. quod tu poteris etiam impetrare, vel saltem aliò mentem diuertere, vt dixi, debes conari, & pro hoc Deum precari. Nam tibi non deerit adiutor, quo fias sic victor.

Prou. 23. 20.

Greg. lib 14. moral. c. 24 to. 2

Aug. ser. 3 ad Erem. tom. 10.

Ps. 13. 4.

Cass. lib. 5 cap. 19.

CON-

Digitized by Google

CONSIDERATIO V.

Ex *bonorum operatione*.

NOn eſt dubium, bona opera, ita efficacia arma eſſe contra maledica ora, vt ea omnino claudant. Et quia detractio valdè diſplicet Deo, ideo, vitam bonam, nos gerere vult, vt maledici, muti reddantur, teſte Petro
1. Petr. 2. 15. dicente, *Sic eſt voluntas Dei, vt benefacientes, obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam*. Et S. Hieronymus rationem aſſignat, quia tunc, quando aliquis laudabiliter viuit, detractori non adhibetur fides, & ille hoc timens, os ſuum maledicum aperire non audet. *Beatus* (inquit S. Doctor) *eſt, qui tam ſanctè, tamque grauiter diſpoſuit vitam ſuam, vt de eo ſiniſtri aliquid, nè fingi quidem poſsit, dum aduersùs obtrectatorum libidinẽ, pugnat meriti magnitudo, nec fingere quiſquam auſus eſt, quod à nullo putat eſſe credendũ.* Et ideo Paulus diſcipulo ſuo Tito vitam exemplarem commendat, dicens,
Hier. ad Celantiã epiſt. 16. tom. 1.
ad Titum 2. 8. *In omnibus, te ipſum præbe exẽplum bonorum operum*. Et rationem ſubdit, *Vt is, qui ex aduerſo eſt, vereatur, nihil habens malum dicere de bonis*. Vbi notabiliter *in omnibus* benè operari iubetur, quia, ſi in aliquo deficeret, iam maledico ori aditũ aperiret.

Subiungit autem Hieronymus, quòd ſi tam laudabiliter propter infirmitatem humanã non poſſumus viuere: non demus tamen, malè operando, occaſionem detractoribus inſurgendi aduerſus nos. *Quod, ſi aſsequi* (inquit) *difficile, atque nimis arduum eſt: ſaltem hanc adhibeamus vitæ noſtræ diligentiam, nè male mentes occaſionem habeant detrahendi, nè ex nobis ſcintilla procedat, per quam aduerſus nos, ſiniſtræ famæ flamma confletur*. Vbi notanda ſunt verba *ſcintilla*, & *flamma*. Quia parùm ſufficit detractori, vt inde in magna prorumpat.

Hinc etiam idem Apoſtolus voluit, vt viduæ iuniores nuberẽt, nè detractioni darent occaſionẽ, dicens: *Volo ergo iuniores nubere, filios procreare, matres familias eſſe*. Et cauſam finalem ſubiungit, *nullam occaſionem dare aduerſario maledicti gratia*. Imò non tantùm à malis actibus nos omnes vult abſtinere, ſed etiam à ſecundùm ſe bonis, qui tamen aliquam ſpeciem mali habeant, dicens, *Ab omni ſpecie mala abſtinete vos*. vbi S. Thomas ſic ait, *dicit, ſpecie, quia etiam, quæ habent ſimilitudinem malitiæ vitare debemus, quæ, ſcilicet, non poſſemus ſeruare abſque ſcandalo eorum*. Id eſt, ruina, quæ poteſt contingere, vel malè operando, aut malè loquendo, vt facit detractor.
1. ad Tim. 5. 14.
1. ad Theſſ. 2. 15.
S. Th. 1. 2. 16.

Aduertit autem S. Chryſoſtomus, quòd ſi nullam ex parte noſtra
Chryſ. in Pſ. 49. 10. 1.

Digitized by Google

ſtra detractioni damus occaſionem, tunc ex hoc non conturbari debemus, cùm maius præmiũ inde nobis obueniat. *Si autem* (inquit) *dum tu nihil præbes offenſionis, ſunt, qui te maledicant, tunc eſt tibi maior merces, ſicut vſuueniebat Apoſtolis, & præclaris illis viris.* Intelligit diſcipulos cæteros Chriſti, qui floruerunt in primitiua Eccleſia. Et Diuus Hieronymus ait, tunc conſcientiam bonam, ſolatium eſſe debere, & nos ſatis munire contra detractionem, vt ſupra oſtendimus. *Si autem* (inquit) *nobis diligenter, atque ſolicitè omnia ad honeſtatem prouidentibus, cũctiſque actibus noſtris timorem Dei præferentibus, illi nihilominus inſaniunt, conſolatur nos cõſcientia noſtra, quæ tunc maximè tuta eſt, cùm nè occaſionem quidem malè de ſe ſentiẽdi dedit.*

S. Hieron. loc. cit.

Venerabilis autem P. Thomas à Ieſu idẽ docet his verbis, *Obligationem generalem vnam in hoc habent omnes, videlicet, quòd ſtudeant, quantùm in ſe fuerit, nè in ipſis murmurationis occaſio inueniatur. Obidque ſolùm, reperimus frequenter in doctrina Sanctorum, quòd timeamus, quid de nobis poſſint obloqui homines.* Et quia timore obloquutionis iſtius, aliqui inordinatè bona omittunt, & aliquando etiã malis conſentiunt, ideo hic illuminatus Pater ſtatim verba ſequẽtia maximè notabilia ſubdit. *Quod conſilium minime obligat nos, vt regula vitæ noſtræ ſit, quid de nobis homines dicent? ſed quòd caueamus, nè rationabiliter maledicant. Et quòd, ſi opus fuerit factum, non ſolùm ex bona intentione, ſed etiam cum circumſtantijs Deo gratis, non vereamur quid dicetur, aut iudicabitur ab hominibus. Imò experientia docet, quòd vitæ virtuoſæ generalis peſtis, ſit in cunctis obtrectatoria hominum timere iudicia.* Et rationem ſubdit. *Nam cùm pauci valde ſint, qui ſpiritũ habeant ad operandum id, ad quod tenentur, quando in hoc diſplicẽt amico, Prælato, ſocio, aut populo, licèt erranti, multò plus valet ad noſtram debilitatem vincendam, vni diſplicendi timor, qui irrationabiliter poteſt obloqui, quàm honeſtatis obligatio ad reſiſtendũ detractionibus. Ideo Dominus noſter aditum huic malo præcluſit, dicens, quòd certum omnino apud nos ſit, quòd domeſticis ſuis, non minus, quàm ſibi murmuratio non deerit, & quòd ſibi grati non erunt, niſi, cùm non attentis hominum verbis, inſtitiæ vacauerint, vt ipſe.* Hactenus hic S. vir.

Th. à Ieſu lab. 21.

Matt. 10. 25.

Ex quibus ſatis eſt manifeſtum, quomodo detractioni *paſſiuè* cõſideratę poſſimus reſiſtere, & vincere, benè viuendo, & hominum detractiones nihil curando, quia ſic, vel obmutescent, vel verbis eorum fides non adhibebitur.

CON-

CONSIDERATIO VI.

Ex *Oratione*.

HÆc etiam inexpugnabile scutum est contra detractionem *passiuam*. Cùm ad omnes tentationes maximè potens sit. Obtinet namque diuinum auxilium, quo quisque munitus, euadit fortissimus. Ideo Dauid ab hoc hoste impugnatus, hæc
Ps.108.4 arma sumebat. Dicit enim, *Pro eo, vt me diligerent, detrahebant mihi.* Ecce impugnatio, & remedium subditur. *Ego autem ora-*
Chrysost. *bam*. Vbi S.Chrysost.ait, *non*
ibid.to.1. *armabar, inquit, nec contra eum aciem instruebam, sed ad te confugiebam, tuum implorabam auxilium, tuam opem, arma tua potentissima, tuum inexpugnabile præsidium*.

Et oportet, vt quis habeat spē, quòd Dominus non deerit adiutor, vt ipsemet Psalmista alibi de
Ps.30.18 seipso scripsit, *Domine non confundar, quoniam inuocaui te.* Vbi verbum, *nō confundar*, potest primò intelligi respectu auxilij, quasi, quòd non patietur repulsam, & ab oratione non recedet confusus, sed illud obtinebit securè. Et hoc quare? quia intùs in corde vocauit. Secundò, quòd ita adiutus, ex ipsa detractione non confundetur, propter Deum eam patiendo libenter.

Sed & respectu detractionis *actiuæ* maximè valet oratio. Cùm enim adeò potens sit tentatio, qua ad detrahendum allicimur, & impellimur, vt sine gratia Dei nequeamus illi resistere, vt S.Iacobus Apostolus indicauit, cùm dixit, *linguam nullus hominum domare potest*, & Augustinus ait, *Homo domat feram, domat leonem, & non refrænat sermonem.* Et hinc sic infert, *Ergo intelligamus, charissimi, quia, si linguã nullus hominum domare potest, ad Deum confugiendum est, qui domet linguam nostram.*

Iacob.3.8

Aug ser. 4.de verb Dom.c.2. tom.10.

Igitur is, cui detrahitur, oret, vt detur sibi desursum, meritoriè resistere maledicæ liuguæ, patiēter, & libenter eam sustinendo: & qui ad detrahendum inclinatur, aut prouocatur, similiter, ad orationem confugiat, vt, diuino implorato auxilio, frænum linguę suæ adhibeat.

CONSIDERATIO VII.

Ex *Dilectione*.

CVm superiùs ex odio diximus ducere detractionē originē, securè extincta manebit, si dilectionis arma opposuerimus ei. Igitur contra detractionem *actiuam*, hoc fortissimo clypeo satagat quis se munire, & in memoriam varia exempla curet venire, ex quibus constat, dilectionem charitatis, occultasse peccata, nec propalasse, vt detractor iniquè

Digitized by Google

inique qũærit facere.

Et primò filij Noè ex reuerentiali amore ad patrem ſuum, nõ ſolùm eum obuelarũt, ne ab alijs videretur nudus, ſed ne ipſi quidẽ ita eum cernere voluerunt. *Sèm* (inquit Scriptura) *& Iaphet pallium impoſuerunt humeris ſuis, & incedentes retrorſum, operuerunt.* Quod factum expendens Gregorius, ait, *Quid eſt, quòd filij verecunda patris, ſuperiecto dorſis pallio, aduerſi veniẽtes, operiunt? niſi, quòd bonis ſubditis, ſic præpoſitorum ſuorũ mala diſplicent, vt tamen hæc ab alijs occultent, & venerantes magiſterĩu, nolunt videre, quod tegunt.*

Geneſ. 9. 23.

Greg. lib. 25 Mor. cap. 15.

Notent ergo hìc ſpecialiter ſubditi, quomodo Prælati ſui, extraneis debeant occultare delicta: imò, quomodo etiam ipſi ex reuerentia prælaturæ, ea contemplari non debent. Et pro hoc celebre illud præceptum Dei ad populum Iſrael conſiderent, dicentis, *Turpitudinem patris tui, & turpitudinem matris tuæ, ne diſcooperias.* In quem locum Heſychius per *parentes*, quoslibet ſuperiores intelligit, vel ſeniores, & rem myſticè exponẽs, inquit, *Prohibet nos reuelare quælibet peccata à cognatis, vel amicis nobis credita, ne maledictionem Cham patiamur, qui patris nuditatem patefecit.* Vbi aduerte, quòd ſi tam acerba fuit maledictio Cham, qui nuditatem patris duobus tantùm domeſticis, ijſque fratribus detexit, quàm acerba maledictio erit eorum, qui maiorum ſuorum defectus coram multis externis, & aduerſarijs, bucina velut, propalant?

Leu. 18. 7.

Heſychius lib. 5. c. 18

Notat præterea Heſychius citatus, præceptum iſtud de turpitudine maiorum non reuelanda, *decies* in illo loco Leuitici, iuxta Septuaginta, inculcari, cuius numeri ſunt præcepta Decalogi, quia, vt ſupra in doctrina, Puncto ſecundo, ex ipſo Doctore retulimus, totius legis tranſgreſſor meritò intelligitur, qui læſor eſt charitatis.

Hìc etiã notent Religioſi verba illa, *Turpitudinẽ matris tuæ, ne diſcooperias*, vt ſint cauti, & vigilantes, & frænum ori ſuo adhibeant, ne Religioni, quæ ipſorũ mater eſt, defectus reuelent extraneis. Nam proculdubio mater nudatur in filijs, proinde non excuſantur, ſi dicant, *De Religione nihil dicimus, ſed de hoc, vel de illa.* Tace ergo de filijs, ſi decorem matris deſideras. Nam turpitudo tuæ matris, etiam in te redundat: caue igitur ab iſta detractione, ſaltem propter honorem tuum, & ne tuus frater, de quo coram extraneis murmuraſti, poſſit illam lamentationem meritò contra ſe ſumere: *Filij matris meæ pugnauerũt contra me.*

Cant. 1. 6

Secundò, etiam charitatem hanc ſignificare Dominus voluit, cum Patrem familias introduxit ſuſci-

ſuſcipientem̃ benignè redeuntẽ filium prodigum ſceleribus plenum, cum dixit. *Citò proferte ſtolam primam,* qua vtique tegeretur, vt ſignificaret peccatoris famæ quamprimùm conſulendũ. Ideò dixit, *citò,* Vbi ſic S. Petrus Chryſologus ait : *Ante veſtiri voluit filium, quàm videri, vt ſoli patri nota eſſet nuditas, quia pater ſolus, videre filij non poterat nuditatem.*

Luc. 15. 22.

Chryſol. ſerm. 3.

Tertiò, idẽ Dominus ſuo hoc exemplo monſtrauit, cum dixit : *Sedebitis, & vos ſuper ſedes duodecim, &c.* Si de honore agebat, & indubitanter ſciebat, Iudam proditorẽ, qui vnus erat ex illis, ex proditione non obtenturum hanc gloriam, quomodo omnes alloquens, hunc coram illis non excipit ? Reſpondeo. ne pateficeret proditor. Et Ioanni etiã inquirenti ſignum, quo proditorẽ agnoſceret : ſignũ Dominus dedit, & nihilominus addit Euangeliſta : *Hoc autem nemo ſciuit diſcumbentium.* Et rationẽ reddit Chryſoſtomus : *Tam ſubmiſſa* (inquit) *voce id Ioanni dixit, vt minime ab alijs audiretur.* Adeò infelicem proditorẽ illum, ex charitate occultare cupiebat.

Matt. 19. 28.

Ioan. 13. 28.

S. Chryſ.

Quartò, ſimile ferè contigit Ioſeph cum fratribus, qui ipſum vendiderant, vt Geneſ. 45. narratur. vbi dicitur: *Præcepit, vt egrederentur cuncti foràs, & nullus interceſsit alienus agnitioni mutuæ.* Quare ſolitudo deſideratur iſta ? Reſpondet Rupertus ; ne audirent extranei fratrum ſcelus, quod benignè obijcere intendebat. *Non alienis* (inquit) *iam cõmunicanda erat domeſtici notitia ſceleris, neque ſub eorum præſentia, priùs frater edicere voluit rem tantæ cõfuſionis, quàm ferrè nõ potuerunt fratres, remotis etiam cunctis arbitris.* Hæc Rupertus.

Geneſ. 45. 1.

Ruper. lib. 9. in Geneſ. c. 11.

Tamen notatu eſt dignũ, quòd etiã ſic cum ſolis fratribus clauſus, vocem ita altam emiſit, vt omnes, qui foris erant, audirent : Imo tota Regia domus. vt ſtatim ſubditur ibi : *Eleuauitq. vocem cum fletu, quã audierunt Aegyptij, omnisque domus Pharaonis.* Si, quæſo, volebat audiri, quare iuſsit exire ? et ſi nolebat audiri, cur vocem paſſus eſt altiùs ire ? tamen ex textu iſto patet, quid ad hoc ſit dicendum. Vocem nãque extulit, quia audiri voluit, quod tũc dixit, ſcilicet, *Ego ſum Ioſeph : adhuc pater meus viuit:* vocẽ tamen ſubmiſit, quia noluit audiri, quod deinceps protulit, *Ego ſum Ioſeph frater veſter, quẽ vendidiſtis in Aegyptum.* Ideo præmittitur ibi, *Accedite, inquit, ad me, & cũ acceſſiſſet propè, &c.* Vbi Lyran. ait : *Volebat eis dicere ſubmiſsè, & ideò fecit eos propè venire, ne Aegyptij audirent proditionem, quam fecerant, & ſic eos deſpicerent.*

Lyranus.

Vide ergo, quomodo fraternitatis dilectio, quæ eſt charitatis,

Digitized by Google

maculas operit delictorum. Igitur, cùm te tentatio detrahendi pulsauerit, statim redi ad cor, & dic, manifestatio ista, cõtraria est charitati, ideo abstinere omnino volo, ne me virtute ista euacuem, vel illa me ostendam expertem. Nam vt S. Ephrẽm docet: *Cuius aures, & lingua, maledicentiæ veneno non sunt infectæ, is medicamento, ac cibo charitatis plenus est.* E contrario nãque vacuus probatur maledicus. Sic igitur contra detractionem sumptam *actiuè*, pugnabis.

S. Ephrem de virt. ac vitijs.

Sed non minùs viriliter aduersus eandem *passiuè* sumptam militabis, si eadem te dilectione armaueris; quia sic, vt ait Apostolus, super caput detractoris tui, *Carbones ignis congeres:* loquitur enim de charitatis flãma, quam in corde persecutoris accendit, qui illi pro persecutione impendit beneficentiã: charitatis autẽ beneficentia est effectus, vt supra Propug. 2. est dictum. Igitur charitate trahitur detractor ad charitatem, & sic desinit aduersus te lingua pugnare, fræno dilectionis retenta.

Rom. 12. 20.

Et hunc esse modũ inimicum hunc capiendi, sapienter notat Bernard. dicens, illum tradidisse Spiritum sanctum, cùm in Canticis dixit, *Capite nobis vulpes parvulas, quæ demoliuntur vineas.* Ait enim hic Sanctus Doctor, detractorem vulpem pessimã esse, sed sapienter capi *Bene-*

Cant. 2. 15.

S. Bernar. ser. 63. in Cant.

ficijs, atque *obsequijs*. Et de ista beneficentia loquitur etiam Dominus in Euangelio dicens: *Benefacite bis, qui oderunt vos*, & quia nõ tantùm beneficentia est charitatis effectus, sed etiam benedicentia, ideo hanc etiam subdit; *Benedicite maledicẽtibus vobis*: quo genere militandi Apostolus vtens, ait: *Maledicimur, & benedicimus.*

Luc. 6. 27.

num. 28.

1. Cor. 4. 12.

Igitur, frater charissime, dilige detractorẽ tuum, benefac illi, pro maledictione benedictionẽ repende. Et ita non solùm victor eũades, sed & tuum fratrem lucraberis.

CONSIDERATIO VIII.

Ex punitione.

MVltum quidem Consideratio præsens, contra detractionem, *actiuè*, sumptam iuuat. Id est, ne quis ad detrahẽdum moueat linguã suam. Quapropter Ecclesiasticus dixit: *Attende, ne fortè labaris in lingua, & cadas in cõspectu inimicorum tibi, & sit casus tuus insanabilis in mortem.* Vbi lapsus linguæ, qui per detractionem contingit, magna iubetur cautela caueri: & ratio iuxta Interlinealis interpretationem subditur, ne per hoc tradatur quis in dæmonum potestatem, & perpetuis destinetur gehennæ tormentis.

Eccli. 28. 30.

Sanè hoc ipsum alibi hinc Sapiens

Sap.1.11. piens perſuaſit dicens, *A detra-*
ctione parcite linguæ; & motiuũ
Ibid. ſubiungitur: *Quoniã ſermo ob-*
ſcurus in vacuum non ibit. Quid
eſt ſermo iſte obſcurus, niſi ipſa
detractio, de qua ibi ſermocinatur? Sed quare obſcurus vocatur? quia in abſcondito, & occulto, ſeu in abſentia proximi pronuntiatur, vel quia zelo iuſtitiæ tectus apparet, cùm tamen ex liuore procedat. Sic enim ibi ait
Lyran. Lyran. *Palliatus apparentia ſanctitatis, cùm interiùs habeat venenum iniquitatis.* Et ſubdit, *In vacuum* non ire, *quia impunitũ non tranſibit.*

Et hinc iam intelligitur, quare inhibendo detractionem, dicat, *Parcite linguæ.* Quare *parcite?* fit ne illi aliqua, detrahendo, iniuria, vt peperciſſe illi intelligamur, ſi à detractione abſtineamus? ita. quia per viam iſtam, perpetuis tormentis illam obnoxiam facimus. Sic enim idẽ Do-
Idem. ctor exponit, dicẽs: *Nam lingua iniuriatur, cùm ad detractionem proferendam applicatur.* Quod confirmat exemplo diuitis, Epulonis acerrimè cruciati in lingua. Luc. 16. *Eò quòd*, inquit, *in ere pulas poſitus, detrahebat pauperibus.* Et ſanè non mirum, quòd præcipuè torqueatur in lingua detractor, cùm *per ea puniatur quis, per quæ peccat.* Vt etiam ſequentia manifeſtant exempla.

In Anglia quidam Religioſus profeſſione, non vita, detractionibus aſſuetus, in extremis monitus, & rogatus, vt confiteretur, & de ſalute animæ ſuæ, ſolicitè cogitaret; reſpondit, ſe nolle hoc facere. Interrogatus, quare? dixit, ſe non poſſe. Cùm autẽ multis precibus, & perſuaſionibus moneretur, vt in hac extrema neceſsitate, tota mentis attentione, & cum fiducia ſpei curreret ad Diuinam clementiam imploran-dam, extrahens linguam, digito percuſsit eam, & dixit, *Lingua iſta peſsima me damnabit.* Quo dicto, lingua ſic intumuit, vt viteriùs eam non potuerit reponere in os ſuum, & ſic horribiliter expirans, omnibus detractoribus exemplum damnationis oſtendit. Ita Specul. magnum exemplorum verbo *Detractio*. Exemplo 7. *Mag Spec. exẽpl.*

Idem ibidem refert ſic, ex libro, qui dicitur *Faſciculus virtutum, & vitiorum.* Authore Ioãne Ædeo Minorita. Quòd ſceleratus quidam, omnes detractionibus ſuis lacerare conſuetus, morte præuentus eſt, non confeſſus. Neque enim merebatur, vt ea lingua peccati venenum euomeret, qua tam frequenter aliorũ etiam innocentiam lacerârat. Apparuit autẽ non longè poſt mortem cuidam, vitæ ſuæ præmia condigna oſtendens. Habebat linguam, quaſi igneam, ab ore vſque ad terram dependentem, quam crebris morſibus idem ipſe momordit, corroſit, & expuit. Cùmque particulatim eam vſque

ad

Digitized by Google

ad fundamenta abſciſſam, eieciſſet, rurſus ad priorem quantitatẽ informabatur, denuò corrodẽda. Quæſiuit viuus à mortuo, quidnã hoc deſignaret? qui reſpondit. Quoniam, dum vixi, per membrũ hoc maledicum, omnes perſequebar. Idcircò ab hoc tormento, in perpetuum non liberabor.

D. Paulus per vltionem hanc, quam iuſtiſsimè Deus de detractoribus ſumit, omnes terret à malo iſto, dicens, *Non murmuraueritis, ſicut quidam murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore*. Vbi Bern. ſubdit, *Ab illo vtique exterminatore, qui poſitus eſt in hoc ipſũ, vt à terminis beatæ illius ciuitatis, arceat murmurantes, & longè faciat à finibus eius.* Quod alibi etiam idem pronuntiauit Apoſtolus, nam inter non admittendos ad regnum, maledicos numerat, dicens, *Neque maledici Regnum Dei poſsidebũt.*

1. Cor. 10. 10.

S. Bern in ſent. circuit.

1. Cor. 6. 10.

Et inter alia probat hoc, exẽplum de illo Clerico maledico, qui amico ſuo apparuit poſt mortem, & dixit, quomodo ante Iudicem ductus, à iuſtis accuſatus eſt dicentibus, *Vindica, Domine, sãguinem noſtrum, de illo mendace detractore, qui nos apud homines, mendaciter infamauit*; Ad quam vocem, à Iudice torua facie, & irato vultu inſpectus, & ſic in eius conſpectu territus, & confuſus, & à propria conſcientia accuſatus, deſperatus dixit, perpetuò ſum dãnatus. Ita refert Mag. Spec. exemp. loco cit. Exemp. 5. Quare optimè S. Ephræm ait, *Nos maledicentia linguæ noſtræ, quã in Deum, & homines quotidie exacuimus, ac ſtringimus, à Regno Dei arcebit.*

Mag. ſpec. Exempl. S. Ephræm de morb. linguæ.

Neque ſanè tantùm poſt mortem, ſed etiam in hac vita frequẽter Deus ſolet vindictam de detractoribus ſumere. Vt cum Maria fecit, Moyſis ſorore, quæ fædiſsimè ob id, lepra percuſſa eſt. Neque ad inſtantiã mitiſsimi fratris, pro ea Deum rogantis, potuit ab omni pœna nudari, vt in lib. Numer. narratur. Notat autem S. Ephræm, fuiſſe iſtam Prophetiſſam, & verum dixiſſe; tamen, quia, malo animo, protulit, iram meruiſſe Diuinam, & cum illa omnes, qui ſic contra proximum ora ſua aperiunt, licèt ſint vera, quæ dicunt, & incomparabiliter maiorem, qui falsò crimen imponunt. *Vt propter* (inquit) *vnum maledicentiæ verbum, Maria, quamuis eſſet alioquin vates, damnaretur, lepra mulctata eſt. Quo tãdem genere ſupplicij digni ſunt illi, qui ſunt ſine vllo delectu contumelioſi? & cùm id, quod erat, Maria diceret, veritas tamen reprobata, quòd malo animo loqueretur: ita quoque, ſi quis alicui iure maledicat, ipſius iuſtitia, eſt iniuſtitia referta.*

Num. 12.

S. Ephræm loco cit.

Amici quoque Dei, qui iuſtitiæ amici ſunt, maledicos iſtos, cùm poſſunt, punire non deſinũt, vt ſic alios, timore ſaltem pœnæ,

Digitized by Google

ab hoc malo abſterreant, ſicut faciebat Regius Propheta, vt ipſe-
Pſ.100.5. met teſtatur, dicens, *Detrahentẽ ſecretò proximo ſuo, hunc perſequebar*. Vbi ſic Chryſoſtomus
S.Chryſ. ait, *Quocirca optimè factum eſt, detractorem, tanquam mendacẽ, & furem propellere, ne alioquin pacatum animum perturbantes, bellacem eum aduersùs proximũ, per detractionem efficiamus.*

Igitur, ſi non virtutis amore, ſaltem formidine pœnæ, ſtudeamus à malo hoc abſtinere.

CONSIDERATIO IX.

Ex *Correctione fraterna*.

COnſideratio iſta pariter cõtra detractionem *actiuam* armat militem Chriſti. Dupliciter autem poterit exerceri. Primò erga delinquentem, de quo poterit eſſe detractio, vt ita corrigatur, antequam de illo detrahatur. Secundò erga ipſum detractorẽ, vt ſic à detractione deſiſtat.

B. Laur. Iuſtin. de diuer. cõſt. c. 2. Et quoad primã, notat B. Laurentius Iuſtinianus, hunc modum aduersùs detractionem pugnandi, Dominum, ſaltem implicitè, docuiſſe, cùm dixit: *Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipſum ſolũ. Nõ*
Matt. 18. 15. *ait* (inquit S. hic Doctor) *lacera, confunde, ſed corripe*. Correctionem ergo dum iuſsit, detractionẽ prohibuit. Igitur, ſi charitatem prætendis, cùm detrahis, corrigere potiùs debes ipſum delinquẽtem ſecretò. Vnde S. Ephrẽm ſic in maledicum fatur. *Hominem iure coargue, ne clanculum maledicas*. Et P. Aug. etiam hac via detractionibus præcludere viam voluit, cùm in Regula dixit, *Statim admonete ne malè cœpta progrediantur, ſed de proximo corrigantur*.

S. Ephrem de lingua malo. P. Aug. in Reg.

Et hanc ſecretam admonitionem exemplo ſuo nos etiam Dominus docuit. Nam corrigere Samaritanam volẽs, diſcipulos omnes miſit in ciuitatem. Inquirunt namque Doctores, quare ſolus voluerit remanere cum fœmina? Et inter alias cauſas, hanc Salmeron aſsignat. tom 4. tract. 20. *Vt*
Salmeron. *nos* (inquit) *diſcamus, proximum ſecretè primùm arguere, atque ſalubriter corrigere*.

Eſt autem notandum, ad charitatem, correctionem hanc ſpectare. Et rationem S. Thomas aſ-
S.Th.2.2. q.33.ar.1 ſignat. Quia remouere malum ab aliquo, eiuſdem rationis eſt, ſicut bonum eius procurare. Cum igitur hoc ad charitatem pertineat, & illud quoque dicendum eſt pertinere: per correctionem autem fraternã intenditur remotio mali à proximo: ergo ad charitatem ſpectat. Proinde S. Doctor infert, maiorem eſſe hanc charitatem, quàm liberare à corporali infirmitate, vel ab egeſtate. *Vnde correctio fraterna* (inquit) *eſt actus charitatis potiùs, quàm curatio infirmitatis corporis, vel ſubuentio*,

Digitized by Google

tio, qua excluditur exterior egestas.

Hinc ergo clarè infertur, cum omnes ad charitatem hanc teneamur, & erga omnes, teneri subditum erga subditum, & à fortiori prælatum erga sibi inferiorem, vt volumine primo Consid. 66. ex ipso S. Thoma ostendi; & vice-versa, subditum erga ipsum prælatũ magis, quàm erga sibi æqualem, cum præ illo, debeat suum superiorem amare.

Notat autem S. Doctor, correctionem hanc erga prælatum, modo congruo, adhiberi debere. *Vt scilicet* (inquit) *Non cum proteruia: & duritia, sed cũ mãsuetudine, & reuerẽtia corrigatur.* Et ex Apost. probat 1. ad Timot. 5. *Seniorẽ, ne increpaueris, sed obsecra, vt patrem*, Et aduertit, admonitionem publicã cum libertate, Pauli erga Petrũ, quando ei *in faciem restitit*, vt ad Galat. 2. narratur, fuisse sic factam *propter imminens periculũ scandali circa fidem:* Nõ tamen, quia sic à sibi subdito adhibita fuerat, Petrum indignatum fuisse, vt posteris prælatis daretur exemplum, ne malè accipiant, cum à subditis corriguntur, vt P. Augustinus ex facto isto, his verbis notauit. *Ipse verò Petrus, quod à Paulo fiebat vtiliter libertate charitatis, sancta, ac benigna pietate humilitatis accepit: atque ita rarius, ac sanctius exemplum posteris præbuit, quo non dedignarentur, si cubi fortè recti tramitem reliquissent, etiam à posterioribus corripi.*

1. *Ad Timot. 5. 1.*

Galat. 2. 11.

P. August. epist. 19. post med. tom. 2.

Hinc considerent iam Prælati, an Petrum in hoc imitentur, an potiùs excandescant, & ansam præbeant subditis, ne hoc timeãt, & à correctione desistant, & ora deinde detractioni aperiant. Nam in casu tali, sciant, se magna ex parte, detractionis suæ causam existere, & sic non tam ægrè ferant, de se murmurationes audire.

Remedium autem hoc, & modum correctionis fraternæ erga Prælatos, sacrę nostræ Congregationis constitutiones adhibẽt diligenter. Nam sic part. 4. c. 20. ordinant, *Præcipimus, vt si quis frater aduersùs Superiorem suũ, non malitiosè, sed in veritate habuerit quidquam, quod nullo modo tolerari debeat, non eius famã parui faciat, de qua maximè cum circumspectione est curandum, sed inter se, & ipsum solum, cum charitate, & humilitate, priùs illum admoneat*, &c. Ecce vides non tantùm correctionis substantiam, sed etiam modum, ibi, *cum charitate*, &c.

Constit. nostræ.

Et quia specialiter de Priore locali loquentes p. 2. c. 8. correctionem hanc probant, ideo modum assignantes, num 7 dicunt, *Si quid in priore culpabile animaduerterint, vel ipsum in cella reuerenter admoneant, vel alicui patri ab ipso priore designando, denun-*

Digitized by Google

denuntient, & is Priori, verbo, vel ſcripto.

Ex quibus deducitur duplex modus, correctionem hanc faciendi, ſcilicet, perſonaliter, ſeu *immediatè*: & quia aliquãdo propter erubeſcentiam, vel reſpectũ alium, hic modus corrigendi poſſet omitti, ponitur ſecundus, nimirum, *mediatè*, ſeu per interpoſitam perſonam, quam ipſe libentiùs audiat, quæ debet à Priore proindè deſignari, vt aditus huic correctioni faciliùs pateat, & murmurationibus præcludatur. Quòd, ſi iſto correctore noluerit vti, poterit ſcripto hoc facere, vt ibi dicitur.

Quoad ſecundam verò correctionem, erga detractorẽ ipſum, patet, faciendam eſſe ſimiliter ex charitate, duplici de cauſa, vt non tantùm in ipſo detractore, hoc malum impediamus, verùm, ne cõſentire infamiæ videamur, quæ ex tali detractione aduersùs proximum noſtrum emanat. Ideo de correctione iſta loquitur Sapiens cùm dicit, *Sepi aures tuas ſpinis, linguam nequam noli audire.* Vbi Lyran. ait, *Detractiones declinãdo, & detractores acriter arguendo.* Cui obſeruantiæ P. Auguſtinus toto corde incumbens, iuſsit iuxta menſam, vbi hoſpitalitatem exercebat, hæc carmina ſcribi:

Quiſquis amat dictis, abſentum rodere vitam,
Hanc menſam, indignam noouerit eſſe ſibi.

Eccli. 28. 28.

Lyran.

Ita refert Poſsidius in vita illius, qui ita ſubdit, *Et ideo omnẽ conuiuam à ſuperfluis, & noxijs fabulis, & detractionibus ſeſe abſtinere debere, admonebat. Nam & quoſdam ſuos familiariſsimos Coepiſcopos, illius ſcripturæ oblitos, & contra eam loquentes, tàm aſperè aliquando reprehendit, vt diceret, aut delendos eſſe illos de menſa verſus, aut ſe de media refectione ad ſuum cubiculum ſurrecturum; quod ego, & illi, qui illi menſæ interfuimus, experti ſumus.* Hæc Poſſidius Epiſcopus Calamẽſis, diſcipulus Auguſtini. Poſsid.

Ab hac tamen correctione, videtur quis in caſibus ſequentibus excuſari, iuxta communẽ Doctorum ſententiam.

1 *Cùm ſuam monitionem non putat quis profuturam.*
2 *Cùm graue malum inde timet ſibi probabiliter euenturũ.*
3 *Cùm rationalis verecundia adeſt, vt quia auditor, eſt famulus detractoris, diſcipulus, aut filius, vel ſubditus.*
4 *Quia nullius authoritatis.*
5 *Si putat, auditores nõ credere.*

Tria tamen adhuc in caſibus iſtis remedia Doctores adhibent, quæ magna ex parte correctionem ſupplebunt.

Primum diſcedere, ſi hoc poſſit *commodè* fieri.

Secundum, aliò ſermonem diuertere.

Tertium, faciem triſtem oſtendere, vt eſt dictum ſuperiùs.

Vnum

Vnum autem adhuc est notandum, nimirum, Prælatum, non tantùm *ex charitate*, sed etiam *ex iustitia* ad hanc correctionem teneri, quam tãtùm ex charitate. subditi inter se, & erga superiorẽ, debent præstare. ita S. Thomas affirmat 2.2. qu. 73. art. 4. in corp. Vnde Lessius, hoc notabile infert, ad restitutionem, nimirum, famæ teneri Prælatum, in defectũ inferioris. His igitur, frater charissime, bene pensatis, correctionis telo armare, vt hunc hostem valeas subiugare.

S. Thom.

Less. de Iustitia, & iur. lib. 2. c. 11. dub. 4. n. 21. & dub. 23. nu. 122.

CONSIDERATIO X. & vltima.

Ex *Famæ restitutione*.

HActenus remedia *præseruatiua*, contra hostem istum tradidimus, nunc istud ponimus *subleuatiuum*, vt qui ab ipso se sentit deiectum, possit iterum eleuari, & animæ pristinam fortitudinem reparare.

Quod autẽ omnino ad hoc necessarium sit, famã per detractionem ablatam reintegrare, non potest quis dubitare; quia, vt Sãctus Thomas affirmat, *Restituere, importat reddition*ẽ *illius rei, quæ iniustè ablata est:* sed per detractionem, fuit fama proximi iniustè ablata: igitur restitui debet. Et hoc, *necessariò*. Patet ex eodem S. Doctore, quia, *restituere*, est actus commutatiuæ iustitiæ, quæ in quadam æqualitate consistit: at conseruare iustitiam, est de necessitate salutis; ergo & restituere. Et confirmat, ex satis vulgata illa regula iuris 14. q. 6. cap. 51. *res aliena*, desumpta ex P. Augustino in epistola ad Macedonium, vbi ait, *Non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum*. Quod in præsenti est fama, quæ longè antecellit pecunias, vt supra primo puncto notauimus: igitur, si istæ, cum auferuntur, cõmittitur iniustitia, & restituendi obligatio intrat: à fortiori, cum per detractionem lædituf fama, *necessariò* restituenda erit.

S. Thom.

Augus. in epist. 14. q. 6. to. 2.

Quod considerans B. Franciscus Assisij, ita detractionis vitiũ abhorrebat, vt in vita illius, Sanctus Bonauentura commemorat, quòd nonnunquam eum, qui fratrem suũ, famę gloria spoliaret, iudicabat habitu spoliãdum, nec ad Dominũ posse oculos leuare, nisi priùs, quod abstulerat, reddere, pro posse, curaret. *Tãtò maior est* (aiebat) *detractorum impietas, quàm latronum, quantò lex Christi, quæ in obseruantia pietatis impletur, magis animarũ quàm corporum, nos astringit optare salutem*.

Bonau. cap. 8. §. 3

Duobus autem modis, potest læsio ista famæ per detractionem contingere. Primò, cùm falsum est, quod imponitur. Secundò, cùm verum, tamen occultum. Primo modo, Lessio teste loc. supra cit. dub. 19. n. 101. iniuria duplex

Less.

Digitized by Google

infertur. Prima *calũniæ*, eòquod crimen impingatur ei, qui innocens ſcitur. Secũda *infamationis*, quòd hoc perſuadeatur alijs. Secundo modo, iniuria hæc poſtrema contingit, quia infamia panditur, quam occultabat ſecretũ, & bonus quis credebatur.

Sed quia iam ex dictis, reſtituendi obligatio innoteſcit, poteſt quis iam compunctus, & de ſua ſalute ſollicitus, modũ inquirere, quo poſſit læſam proximi famam reſarcire. Quare

Reſpondeo primò, quod ſi accidit detractio primo modo, id eſt, per impoſitionem falſi, tunc tenetur, coram his, in quorum præſentia crimen tale impoſuit, aſſerere, ſe falſum dixiſſe. Ita Sanctus Thomas 2.2. quæſt. 62. art. 2. ad 2. & Tolet. lib. 5. c. 69. nu. 1. addit debere hoc iuramento cõfirmare, quatenùs opus fuerit. Et in caſu, quòd nec ſic, illi auditores credere velint, exiſtimat Sotus, vt Leſſ. loc. cit. dub. 20. refert, teneri id teſtibus cõfirmare, licèt hoc durum videatur Nauarro, & alijs.

S. Thom. *Tolet.*

Reſpondeo ſecundò, ſi detractio ſecũdo modo contingit, ſcilicet, per reuelationẽ veri criminis occulti, nõ tunc debet dicere, ſe falſum dixiſſe: quia mendaciũ diceret, quod non licèt: ſed in præſentia illius, cui crimen manifeſtauit, ſæpè illum laudare, vbi datur occaſio, ſic enim ſenſim, ex vna parte, tantumdem famam illius illuſtrare poterit, quantùm ex altera obſcurauit. Ita tradunt communiter Doctores, quos refert Leſsius loc. cit. n. 110. Quare omitto modos alios, famam ſic ablatam reſtituendi, quia ſuas patiuntur difficultates: hic autem eſt expeditior &, communior.

Notandum tamen, quòd licèt reſtitutio famæ, hoc ſecundo modo ablatæ, ſit facilior: tamen, quãdo primo modo aufertur, valdè difficilis manet, propter ingenitã difficultatem, qua quiſque fugit ſe infamare: tunc autem oportet dicere, ſe extitiſſe mendacem. Vt igitur hanc difficultatem, chariſsime frater, euadas, & non corruas æternaliter, detractionem hanc fugere, erit conſultiùs.

PRO-

Digitized by Google

PROPVGNACVLVM X.

CONTRA DISCORDIAM.

PRÆAMBVLVM.

In quo magnitudo hoſtis, neceſsitas Propugnaculi, & eius diuiſio proponuntur.

PERANTIQVVS eſt hoſtis iſte, & potens nimis, cuius vires ex duobus creſcunt præcipuè, nimirum, ex inſtigatione Diaboli, & propenſione naturali ad ipſum. Dolet namque maximè Satanas, vt notat Bernardus, nos concordes videre, & hoc poſſidere in terra, quod ipſe noluit in cœlo tenere. Et cum aliunde nos videat ex amore proprio, & peccati fomite, ad diſſidia maximè inclinari, inſtigare non ceſſat, & cõcitare, vt in manus hoſtis iſtius prolapſi, penitùs pereamus. Securè nãque ex caſu ſequetur interitus, teſte Oſea dicente: *Diuiſum eſt cor eorum, nunc interibunt*. Et ita inualeſcit potenter, vt non tãtùm extinguat familias, ſed Regna integra, licèt validiſsima, deſtruat, vt ipſa veritas dixit, *Omne Regnum diuiſum contra ſe, deſolabitur*. Quare, ait: *Omne*, nullo excepto? vt inſuperabilem hoſtis virtutem oſtendat, & ſimul ſæuitiam, qua cuncta deuaſtat. Vnde verba iſta exponẽs Hieronymus, ait: *Quomodo concordia paruæ res creſcunt, ſic diſcordia maximæ dilabuntur*.

S. Bern. de mod. ben. viu. ſerm. 41.

Oſe. 10. 2.

Matt. 12. 25.

S. Hieron.

Ab eo autem tempore ſumpſit imperium, à quo homo, iuſtitia originali amiſſa, fomiti ſeruit, inclinatus ad propria, vt B. Laurẽtius Iuſtinianus iſtis verbis aſſeruit: *Hoc diffidentiæ, & liuoris ſeminarium, ex quo homines in terra eſſe cœperunt, inimico Diabolo ſuggerente, initium habuit*. Suggerit autem, quia nos ad diſcordiã ita videt propenſos, vt cũ natura videatur sátum hoc malũ, vt illi paruuli figuraruntꝰ, qui nõdum nati, iam præliabantur in vtero: *Collidebantur* (inquit Scriptura) *in vtero eius, paruuli*. In

B. Laur. Iuſt. in faſc. am. cap. 11.

Geneſ 25 22.

quo

quo præſignabatur futura diſcordia, vt ex Oraculo patuit, dicen- num.2.3.
te : *Duo populi ex vtero tuo diuidentur*. Diſcordia enim, quid eſt, niſi cordium diuiſio ? Mirum igitur, quòd non expectatur natiuitas, vt malum hoc præſignetur, ſed adhuc in ventre materno fit inter fætus diſſenſio, vt hoc cõſiderans, amaricetur mater, & dicat : *Si ſic mihi futurũ erat, quid neceſſe fuit concipere?* Vbi In- Interlin.
terlinealis ait, *Quaſi dicat, quid facient nati, ſi ſic luctantur innati?* Vide, quomodo diſplicuerit ei ex hoc, concepiſſe, licèt deſiderium magnum præceſsiſſet, quia diſcordiam inualiturá prænouerat, quæ ſic præmaturè intrauerat. Erat autem Rebeccha typus S. Matris Eccleſiæ, quæ in Chriſto Ieſu per Euangelium nos gignit, & in ſpiritu Deo parturit : dolet tamẽ, quòd naturaliter nati, ſic ad diſcordiam inclinati naſcamur, & quòd in peccatis concepti, antequam ex eius ſpirituali vtero prodeamus in lucem, hoc malum nobis fuerit tam coæuũ.

Hinc ſponſus Eccleſiæ teſtatur, ſe totam ſuam potentiam, & ſapientiam, ſigna faciendo, & docendo, nobis communicaſſe, & ad hoc ordinaſſe, vt ſic vinceret in nobis hoc malum, quod tam maturè natura inſeuerat, quaſi minor ſapientia, & potentia non ſufficeret, has iactas radices cõuellere, & hinc etiam tam redderemur concordia clari, quàm diſcordia reddebamur obſcūri. Hoc enim totum, nomen *Claritatis*, deſignat, quo ipſe Dominus vtitur. *Ego* (inquit) *claritatẽ, quam* Ioan. 17
tu dediſti mihi, dedi eis. Et ſub- 22.
ditur finis, *vt ſint vnum, ſicut, & nos vnum ſumus*. Quæ verba ſic Gloſſa, ex Theophilacto exponit : *Quam gloriam, ſeu clari-* Gloſſa.
tatem datam eſſe dicit? Eam, quæ per dogmata, & per ſigna, & doctrinas, & aliam quoque gloriam, concordiæ ſcilicet, vt ſint vnum. Iſta enim gloria maior eſt, quàm ea, quæ ſignorum. Et rationem ſubiungit. *Nam ſicut Deum admiramur, quia non eſt ſeditio, neque pugna in natura eius, & maxima iſta eſt gloria; ita & illi, inquit hoc loco, à concordia, dico, fiunt clari.*

Et eſt notandum, quòd non tãtùm Dominus ipſe per ſemetipſum miracula dignatus eſt facere, quibus corda alliceret ad legem amoris, quã docebat : ſed etiã hanc diſcipulis, qui eandem debebant prædicare, largitus eſt poteſtatem, vt híc innuitur, & álibi Scriptura teſtatur, dicens, *Domino cooperante, & ſermonẽ* Marc.16.
confirmante ſequentibus ſignis. 20.

Iam ergo ex dictis non ſolùm hoſtis iſtius potentia, & antiquitas patet, ſed etiam, quàm neceſſarium ſit, arma contra illum parare. Verùm priùs iuxta morem noſtrum, doctrinam debemus ponere ad tria puncta redactam, qua quidditatem illius, cauſas, & ef-

fectus diſcamus, vt ſic maiori conatu, arma contra illũ ſumamus.

Doctrina circa Diſcordiam.

PVNCTVM I.

Quid Diſcordia ſit

VT conſtat ex S. Thom. *eſt diuerſorum cordium, ſeu voluntatũ diſſenſio.* Per hoc quod dicitur, *diuerſorum cordiũ*, reijcitur diſcordia interior, qua idẽ cor ſecundùm duplicem ſui portionem, hoc eſt, partem ſenſitiuam, & rationalem, ſibi ipſi diſcordat, de qua diſcordia, & modo contra illam pugnandi, diffusé Propugnaculo 3. eſt dictum, vbi arma poſuimus contra amorem proprium.

Et notanter dicitur *voluntatum*, ſeu *cordium*, ad denotandũ, quòd intellectuum diuerſorum diſſenſio, propriè no patit diſcordiam, quæ tantùm in voluntatũ diſſenſione in rigore conſiſtit. Quemadmodum enim proprium eſt charitatis, in bono voluntates vnire, & ſic concordiam parere, quæ in voluntatum, ſeu cordium diuerſorum conſenſione eſt poſita: ita diſcordiæ ei oppoſitę eſt, voluntates diſiungere, ſeu diuidere. Idque ſatis nominis ethymologia indicat, quod idem eſt, ac *corda diuiſa*. Vnde licèt diſſentiant intellectus, ſi tamen vnitas eſt voluntatum, diſcordia non intercedit, Angelico Doctore dicente, *Concordia, quæ eſt charitatis effectus, eſt vnio voluntatum, non vnio opinionum.* Et rurſus, *Nihil prohibet, aliquos charitatem habẽtes, in opinionibus diſſentire.* Et rationem ſubdit: *quia opiniones pertinent ad intellectũ, qui præcedit appetitum, qui per pacem vnitur.* Vbi per, *pacem*, intelligit exteriorem, quæ eſt ad alium, *Et in vnione conſiſtit* (vt ipſe ait) *appetitus proprij cum appetitu alterius.* Ad diſtinctionem pacis internæ, quæ in vnione appetituum, inferioris, & ſuperioris in eodem homine ponitur. Et idem eſt, quod concordia interior. S.Th. 2.2. q. 29. ar 3 ad 2. Ibidem in corp.

Pax autem illa exterior, ſicut & concordia, à charitate naſcuntur, vt ibi Sãctus Doctor oſtendit, proindeque, ex ex pace iſta, benè charitatem colligit, & concordiã. De qua videnda ſunt, quæ Propugnac. 2. Diſcur. 3. in Coroll. & Ponder. 2. circa vnanimitatem ſunt dicta.

Ex quibus colligitur, quòd quemadmodũ eſt duplex diſcordia, ſcilicet, interior, & exterior: ita duplex eſt concordia, illi oppoſita, nimirum *interior*, quæ cõſiſtit in vnione appetituum, in eodem homine, quæ etiam dicitur pax interior, quia ſic pacificatur homo, & tranquillatur interiùs, & *exterior*, quæ virtus eſt, diſcordiæ exteriori oppoſita, de qua hìc loquimur, & definitur, *di-*

Digitized by Google

quo præsignabatur futura discordia, vt ex Oraculo patuit, dicen-
num.23. te: *Duo populi ex vtero tuo diuidentur*. Discordia enim, quid est, nisi cordium diuisio? Mirum igitur, quòd non expectatur natiuitas, vt malum hoc præsignetur, sed adhuc in ventre materno fit inter fœtus dissensio, vt hoc cõsideratos, amaricetur mater, & dicat: *Si sic mihi futurũ erat, quid necesse fuit concipere?*. Vbi Interlinealis ait, *Quasi dicat, quid facient nati, si sic luctantur imati?* Vide, quomodo displicuerit ei ex hoc, concepisse, licèt desiderium magnum præcessisset, quia discordiam inualiturã prænouerat, quæ sic præmaturè intrauerat. Erat autem Rebeccha typus S. Matris Ecclesiæ, quæ in Christo Iesu per Euangelium nos gignit, & in spiritu Deo parturit: dolet tamẽ, quòd naturaliter nati, sic ad discordiam inclinati nascamur, & quòd in peccatis concepti, antequam ex eius spirituali vtero prodeamus in lucem, hoc malum nobis fuerit tam coæuũ.

Interlin.

Hinc sponsus Ecclesiæ testatur, se totam suam potentiam, & sapientiam, signa faciendo, & docendo, nobis communicasse, & ad hoc ordinasse, vt sic vinceret in nobis hoc malum, quod tam maturè natura inseuerat, quasi minor sapientia, & potentia non sufficeret, has iactas radices cõuellere, & hinc etiam tam redderemur concordia clari, quàm discordia reddebamur obscũri. Hoc enim totum, nomen *Claritatis*, designat, quo ipse Dominus vtitur. *Ego* (inquit) *claritatẽ, quam* Ioan. 17
tu dedisti mihi, dedi eis. Et sub- 22.
ditur finis, *vt sint vnum, sicut, & nos vnum sumus*. Quæ verba sic Glossa, ex Theophilacto exponit: *Quam gloriam, seu clari-* Glossa.
tatem datam esse dicit? Eam, quæ per dogmata, & per signa, & doctrinas, & aliam quoque gloriam, concordiæ scilicet, vt sint vnum. Ista enim gloria maior est, quàm ea, quæ signorum. Et rationem subiungit. *Nam sicut Deum admiramur, quia non est seditio, neque pugna in natura eius, & maxima ista est gloria; ita & illi, inquit hoc loco, à concordia, dico, fiunt clari*.

Et est notandum, quòd non tãtùm Dominus ipse per semetipsum miracula dignatus est facere, quibus corda alliceret ad legem amoris, quã docebat: sed etiã hanc discipulis, qui eandem debebant prædicare, largitus est potestatem, vt híc innuitur, & álibi Scriptura testatur, dicens, *Domino cooperante, & sermonẽ* Marc. 16.
confirmante sequentibus signis. 20.

Iam ergo ex dictis non solùm hostis istius potentia, & antiquitas patet, sed etiam, quàm necessarium fit, arma contra illum parare. Verùm priùs iuxta morem nostrum, doctrinam debemus ponere ad tria puncta redactam, quã quidditatem illius, causas, & effectus

Digitized by Google

fectus diſcamus, vt ſic maiori conatu, arma contra illũ ſumamus.

Doctrina circa Diſcordiam,

PVNCTVM I.

Quid Diſcordia ſit

VT conſtat ex S. Thom. *eſt diuerſorum cordium, ſeu voluntatũ diſſenſio.* Per hoc quod dicitur, *diuerſorum cordiũ*, reijcitur diſcordia interior, qua idẽ cor ſecundùm duplicem ſui portionem, hoc eſt, partem ſenſitiuam, & rationalem, ſibi ipſi diſcordat, de qua diſcordia, & modo contra illam pugnandi, diffusé Propugnaculo 3. eſt dictum, vbi arma poſuimus contra amorem proprium.

Et notanter dicitur *voluntatum*, ſeu *cordium*, ad denotandũ, quòd intellectuum diuerſorum diſſenſio, propriè no parit diſcordiam, quæ tantùm in voluntatũ diſſenſione in rigore conſiſtit. Quemadmodum enim proprium eſt charitatis, in bono voluntates vnire, & ſic concordiam parere, quæ in voluntatum, ſeu cordium diuerſorum conſenſione eſt poſita: ita diſcordiæ ei oppoſitę eſt, voluntates diſiungere, ſeu diuidere. Idque ſatis nominis ethymologia indicat, quod idem eſt, ac *corda diuiſa*. Vnde licèt diſſentiant intellectus, ſi tamen vnitas eſt voluntatum, diſcordia non intercedit, Angelico Doctore dicente, *Concordia, quæ eſt charitatis effectus, eſt vnio voluntatum, non vnio opinionum.* Et rurſus, *Nihil prohibet, aliquos charitatem habẽtes, in opinionibus diſſentire.* Et rationem ſubdit: *quia opiniones pertinent ad intellectũ, qui præcedit appetitum, qui per pacem vnitur.* Vbi per, *pacem*, intelligit exteriorem, quæ eſt ad alium, *Et in vnione conſiſtit* (vt ipſe ait) *appetitus proprij cum appetitu alterius.* Ad diſtinctionem pacis internæ, quæ in vnione appetituum, inferioris, & ſuperioris in eodem homine ponitur. Et idem eſt, quod concordia interior. S. Th. 2. 2ª q. 29. ar 3 ad 2. Ibidem in corp.

Pax autem illa exterior, ſicut & concordia, à charitate naſcuntur, vt ibi Sãctus Doctor oſtendit, proindeque, ex ex pace iſta, benè charitatem colligit, & concordiã. De qua videnda ſunt, quæ Propugnac. 2. Diſcur. 3. in Coroll. & Ponder. 2. circa vnanimitatem ſunt dicta.

Ex quibus colligitur, quòd quemadmodũ eſt duplex diſcordia, ſcilicet, interior, & exterior: ita duplex eſt concordia, illi oppoſita, nimirum *interior*, quæ cõſiſtit in vnione appetituum, in eodem homine, quæ etiam dicitur pax interior, quia ſic pacificatur homo, & tranquillatur interiùs, & *exterior*, quæ virtus eſt, diſcordiæ exteriori oppoſita, de qua hìc loquimur, & definitur, *di-*

Digitized by Google

distinctam personarum voluntatum consensio. Vt tamen vera sit, conditio duplex requiritur. Prima, quòd sit *in bono*, vt supra innuimus, quia ex charitate oritur, qua omnia referuntur in Deum: malum autem in Deum non est referibile. Igitur, quod ex charitate est ortũ, in bono debet esse etiam positum. Et hæc est rectitudo, quæ in vera amicitia reperitur, de qua manet dictũ 3. Disc. citato.

Vnde colligitur secundò, falsam esse concordiam, quæ in malo est. quam Psalmista exprobãs, dixit, *Zelaui super iniquos, pacẽ peccatorum videns.* Et Paulus, laudabiliter illã quæsiuit destruere, Actor. 13. inter Pharisæos, & Saducæos. vt S. Thom. ait his verbis. *Laudabile fuit, quòd Paulus posuit dissensionem inter eos, qui erant concordes in malo.* Et confirmat exemplo Domini de se dicentis, Matt. 10. *Non veni pacem mittere, sed gladium.*

Ps. 72. 4.

Actor. 23.

S.Th. q. 37 art. 1. ad 2.

Matt. 10 34.

Secunda conditio est, quòd hęc in bono consensio, seu vnio, ad concordiam requisita, spontanea debet esse, & non timore coacta, vt docuit August. cùm dixit, *Pax hominum est ordinata concordia.* Quam ordinationem D. Th. 2. 2. q. 29. art. 1. ad 1. exponens, in hoc consistere ait, *Quòd vnus homo concordat cum alio, secundum id, quod vtrisque conuenit.* Et rationem subdit, *Si enim homo concordat cum alio, non ex spontanea voluntate, sed quasi coactus timore alicuius mali, sibi imminentis, talis concordia, non est vera pax, quia non seruatur ordo vtriusque concordãtis, sed perturbatur ab aliquo timorem inferente.* Vbi obiter est notandum, pro eodem S. Doctorem concordiam, & pacem vsurpasse, sed de externa pace loquutum, quatenùs vnus homo, per concordiam cum alio tranquillatur, quæ, vt ordinata sit, spõtanea esse debet.

Aug. lib. 19. de ciu c. 13. to. 5

S. Thom.

Vnde colligitur tertiò, inter eos veram concordiam non reperiri, vbi timor, non amor, corda probatur vnire.

Colligitur quartò, inter eos discordiam non intercedere, in quibus, licèt pugnẽt intellectus, non tamen pugnãt affectus. Cùm dissensio voluntatum tantùm, discordiæ sit effectus.

Colligitur quintò, discordiam, *ex genere suo*, peccatum mortale esse, quia, cùm per se contrarietur concordiæ, quæ effectus est charitatis, consequenter charitati contraria intelligitur, & sic peccatum lethale probatur, vt S. Thomas concludit. Vnde etiã deducit, seminatorem discordiæ odibilem esse Deo, & ex verbis Sapientis confirmat Prouerb. 6. dicentis, *Sex sunt, quæ odit Dominus, & septimum detestatur anima eius.* Et hoc septimum ponit eum, *Qui seminat inter fratres discordias.*

S. Th. qu. 29. art 1. in corp. & ad 2.

Prou. 6. 16

Sed hæc, iuxta eundem S. Doctorem,

Digitized by Google

ctotem, intelligenda sunt, quando quis *scienter*, & *ex intentione* discordat, vel discordare facit.

ibid. in corp.

Vnde ait, quòd, si quis bonum intendat, quod ad honorem diuinum, vel ad proximi vtilitatem pertineat, & inaduertenter id faciat, à grauitate peccati remaneat excusatus. Et hæc quoad quidditatem discordiæ. Sequitur

PVNCTVM II.

Ex *Quibus causis discordia oriatur.*

EX sequẽtibus præcipuè, hoc malũ cõstat oriri. Videlicet

1 *Ex amore proprio.*
2 *Odio.*
3 *Ambitione.*
4 *Susurratione.*
5 *Auaritia.*
6 *Superbia.*
7 *Iracundia.*
8 *Inuidia.*

Omnes causas istas S. Iacob. Apostolus complexus est, dicens,

Iacob. 4.1 *Vnde bella, & lites in vobis?* Ecce originis inquisitio. Et respondet, *Nonne hinc? ex concupiscẽtijs vestris, quæ militant in membris vestris?* Igitur omnes inordinatæ passiones enumeratę, quę dicũtur, *Concupiscẽtiæ inordinatæ*, discordiæ causæ sunt. Sed breuiter per singulas discurramus.

Ex *Amore proprio.*

LIcèt hic, generalis radix sit omniũ malorum, vt ostendimus alibi, tamen peculiaris horũ malorum causa videtur existere. Nam, cùm discordia fit diuisio voluntatum, & quilibet habendo propriam volũtatem, eam ab alio diuidat, qui suam ad Deum ordinatam habet, in quo vera cõcordia eas vnit; clarũ remanet, quòd sic diuisio fit, & discordia. Vnde dixit Bernardus. *Si ego volo facere voluntatem meam, & iste suam, & ille suam, fiunt diuisiones, oriuntur lites, iræ quoque, & rixæ, quæ sunt opera carnis.* Hæc ille; vbi per *diuisiones*, discordias intelligit, cuius effectus subiungit in *litibus, iris, & rixis.*

Bern ser. 41. de modo bene viu.

Hoc etiã satis insinuauit Apostolus, cùm de charitate loquens, dixit, *Non quærit, quæ sua sunt:* sed charitati contrariatur discordia: Igitur, si illa non quærit sua, ista per oppositum, sua quærere intelligitur, quatenùs ex sui amore oritur, & orta, in ipso firmatur.

1. Cor. 13. 5.

Quare S. Thomas notat, dupliciter discordiam inter duos contingere. Primò, ex parte alterius tantùm. *Cùm* (inquit) *vnus vult bonum, cui alius scienter resistit.* Secundò, ex parte vtriusque. *Cũ vterque*, ait, *dissentit à bono alterius, & vterque diligit bonũ proprium.* Igitur amor sui, quo quis priuatum bonum exquirit, iuxta Doctorem Angelicum, discordiæ causa existit. Ideo de isto amore B. Laurentius Iustinianus exclamans, ait. *Tu bellum, tu discordias generas: tu pacem fugas, & odiorum*

S Th. q. 37 ar. 1. in corp.

B Laur. Iust. opusc. de disc. & per. mon. conuers. c. 7. ante med.

Digitized by Google

rum venena diſſeminas.

Ex *Odio.*

S.Th.q.34 ar.3. QVia cum, teſte S. Thoma, per hoc, odio habeamus in proximo noſtro bona naturæ, & gratiæ, quotieſcumque iſte per voluntatem ad hæc nititur, alius illi reluctat, & ſic ab illo diuidit voluntatem, & hinc reſultat diſcordia.

Ex *Ambitione, & Suſurratione.*

DE ambitione oſtendimus hoc ex profeſſo volumine primo, ad quod me remitto. Et de ſuſurratione patet Prou. 18. 6. ita Sapiente dicente: *Labia ſtulti miſcent ſe rixis, & os eius iurgia prouocat.* Et rurſus cap. 16. 28. *Homo peruerſus ſuſcitat rixas, & verboſus ſeparat Principes.* Quia præcipuè ſuſurro, inter Superiores diſcordiam ſeminare, intendit. Quod Beatus Laurẽtius Iuſtinianus conſiderans, exclamat, *O quàm multa ſcandala, & quàm pernicioſa, detractioni aſſuetus, concitat bella! rixas vtique mouet, parit odia, pacem diſſipat, diuimit vnitatem, charitatem extinguit, ſe, ſuumque interimit fratrem.*

Prou. 18. 6.

Prou. 16. 28.

B. Laur. de interceſſ. c. 2. circ. med.

Ex *Auaritia, & Superbia.*

DE *auaritia* ſatis oſtendimus ſuprà, diſcordiæ cauſã exiſtere, in Propugnaculo proprio. quando etiam hinc odiofam eſſe, probauimus. Et inſuper ex Chryſoſtomo patet. Qui etiã homil. 36. ad populum Antiochenum, ita de illa loquitur. *Amicũ habet neminem, ſed in omnes ſe gerit inimicè.* Amicitia autem eſt *vnitiua* virtus, vt ſupra 2. Propugnac. cum Dionyſio diximus: Igitur, ſi auaritia inimicitiã generat, corda diuidit, & diſcordiam parit.

S. Chryſoſt

De *ſuperbia* autem, rationem Angelicus Doctor aſsignat. q. 37. ar. 2. quia ad illam pertinet alienis ſua præferre. Ex quo quis erectus, quod ſuum eſt, quærit, recedens à voluntate alterius, & ſic ab illo corde diuiditur. Et ecce diſcordia. Vt fuit in Core cum ſequacibus ſuis contra Moyſen. Quam indicarunt, cùm mandanti Moyſi, vt ad ſe venirent, reſponderunt, *Non venimus.* Et ex ſuperbia, diſcordiam hanc proceſſiſſe expreſsit Moyſes, dicendo illis, *Multùm erigimini filij Leui.*

S. Thom

Numer. 16. 7.

Si ergo ſuperbi, à iuſtis ſua diuidunt corda, multò magis à ſuis æmulis ſuperbis. Proinde in Prouerbijs dicitur, *Inter ſuperbos ſẽper iurgia ſunt.* Vbi Lyranus ait, *Quia, quilibet eorum nititur indebitè alium excellere.*

Prou. 13. 10.

Lyran.

Ex *Iracundia, & Inuidia.*

NON eſt dubium, ex Iracundia frequenter naſci diſcordiam. Et ratio videtur eſſe.

Digitized by Google

esse. Quia per iram ratio caligat, & non discernens inter bonum, & malum, discordat ab alio, propriã voluntatem exequens. Hoc significauit Psalmista, cùm de seipso dixit. *Turbatus est à furore oculus meus*. Vbi, iuxta expositionem communẽ, de oculo interiori est sermo, quem fatetur ira turbatũ, idest, obscuratum. Vt P. Augustinus interpretatur, dicens, hunc etiam sensum habere verba Apostoli, cũ protulit *Sol non occidat super iracundiam vestram*. Quia, inquit, *interiorem solem, idest, sapientiã Dei, tanquam occasum in se pati arbitratur mens, quæ sua perturbatione, illum videre non sinitur*. Quid igitur mirum, si, quæ sua sunt, quærens, corde recedat ab alio, qui incidit in furorem?

Psal. 6.8.

Ad Ephes. 4. 26.

P. Aug. in Psal.

Hinc Sapiens dixit. *Homo iracundus, suscitat rixas*. Et rursus, *Qui prouocat iras, producit discordias*. Quod considerans Sanctus Patriarcha Ioseph, fratribus suis à se discedentibus, dixit, *Ne irascamini in via*. Volebat namque commendare concordiam, & radicem discordiæ vetuit. Vt enim ibi notauit Lyranus, *Timebat, ne cùm fratres ab eo recessissent, litigarent ad inuicem, imponendo sibimet, vnus alteri, malitiam falsam contra Ioseph*. Ex iracundia igitur discordia prouenire conuincitur.

Prou. 26. 21.

Prou. 30. 33.

Genes. 45. 24.

Lyran.

Ac etiã ex inuidia, vt D. Thomas affirmat. Et ex eo patet, quia cùm inuidia de bono alterius doleat, ab illo suam voluntatẽ auertit, & inde ab eo discordat. Quod Augustinus etiam docuit, dicens, *Liuor separat, charitas iungit.*

D. Th. 9. 37 ar. 2. ad 2

P. Augus. tract. 32. in Ioan. circ. med.

PVNCTVM III.

Quos effectus discordia pariat.

SEquentes sunt, qui ex illa procedunt. Nimirum

1 *Dei odium*.
2 *Cordis turbatio*.
3 *Inhonoratio*.
4 *Roboris amissio*.
5 *Detractio*.
6 *Oppugnatio*.
7 *Occisio*.

ET quoad primum de *odio Dei*, licèt in omni peccato inueniatur, secundùm illud, *Odio est Deo impius, & impietas eius*, tamen peccatum istud, tanquam horribilius, odio maiori prosequitur, vt satis indicat modus loquẽdi, quo in Prouerbijs vtitur Scriptura Diuina. Vbi sic ait. *Sex sũt, quæ odit Dominus, & septimum detestatur anima eius*. Et explicans, quid sit septimum, ponit discordiam, *Et eum, qui seminat inter fratres discordias*. Nam verbum *detestatur*, odium maius designat, vt ibi notat Lyranus.

Sap. 14. 9.

Prou. 6. 16

Lyran.

Quoad secundum verò de *cordis turbatione*, patet quoque ex Sapiente, dicente; *Susurro, & bilinguis, maledictus*. Et rationem subdit, *Multos enim turbauit pacem habentes*: Quemadmodum nam-

Eccli. 28. 15.

Digitized by Google

namque aqua, cùm mouetur, & rumpitur, turbatur: & cùm quiescit, fit serena: ita cor á fratre disiunctum, & separatum. Vnde etiã amaricatur. Sicut namque ex diuisione continui, & vniti, sequitur amaritudo, & dolor: ita & ex sectione cordium vnitorum, vt experientia patet in corde discorde, & scriptura testatur de persequutoribus Stephani Prothomartyris, à quo propter veritatem prædicatam ab ipso, & amplexatam, se diuiserunt. Narrat enim de illis ita sacra historia, *Audientes autem hæc, dissecabantur cordibus suis*. Corda dissecabantur, non corpora. Ideo præ dolore, tanquam rabidi canes, *Stridebant dentibus in eum*, vt ibi subiungitur. Quod proh dolor! frequenter videtur in discordante corde.

Act. 7. 54.

Ibid.

Et est effectus tertius assignatus, nimirum *inhonoratio*, quæ ex discordia sequitur. Afficit enim iniurijs discors eum, à quo discordat. Quas facilè euadit, qui pacificus est, vt Scriptura testatur, dicens, *Honor est homini, qui separat se à contentionibus: Omnes autem stulti miscentur contumelijs*. Vbi stultos appellat contentiosos, qui miscẽtur contumelijs, quia alijs inferunt, & ab ipsis vicissim recipiunt.

Prou. 20.

Quoad quartum verò de *roboris amissione*, patiter clarum est. Nam, Aristotele teste, à S. Thoma citato, *Virtus vnita, fortior*: Igitur minuitur, cùm diuiditur. Et hinc debilitas oritur. Quemadmodum namque virga, si fuerit sola, facilè frangitur, & cum alijs vnita, non ita: sic cor ab alijs per discordiam separatum, facilè malis cedit: tamen coniunctum, resistit, vt Sapiens dixit, *Si quispiam præualuerit contra vnum, duo resistunt ei*. Scilicet, vniti. Quod confirmat exemplo, subiungens, *Funiculus triplex, difficilè rumpitur*. Et Petrus significauit, de verè concordibus dicens. *Et quis est, qui vobis noceat, si boni æmulatores fueritis?* quasi dicat, nullus, licet potentissimus, vos poterit superare. Quare? quia per concordiam maximè roboramini, sicut è contra, per discordiã infirmamini.

Eccle. 4. 12.

1. Petr. 3. 13.

Quintus etiam effectus est manifestus. Facilè enim detrahit ei, à quo quis discordat, vt experiẽtia cõstat, & Apostolus dixit, Galatis charitatem, & vnionem cõmendans, *Quod, si inuicem mordetis, & comeditis, videte, ne ab inuicem consumamini*. Vbi secundùm Interlinealem de morsu detractionis est sermo, orto ex odio, quod reprehẽdebat in illis, & est cum discordia iunctum.

Ad Gala. 5. 15.

Quoad sextum etiam effectũ, est manifestum. Nam, pugnas, rixas, seditiones, & bella, ex discordia oriri, tot exempla, tam vetera, quàm moderna, clarè ostendunt. Ideo Dominus dixit, *Omne Regnum, in seipsum diuisum, desolabitur*. Desolatio namque, media pugna, succedit. Hoc quoque per

Luc. 11. 17.

Iere-

Digitized by Google

Ieremiam ſignatur, cum dicitur, *Væ mihi mater mea, quare genuiſti me, virum rixæ, virum diſcordiæ in vniuerſa terra?* Vbi vnuſquiſque filius Adam naturam humanam vitiatam, & ſic propagatam alloquitur, & conqueritur de fomite inclinante ad rixam, & cauſam proximam ſubdit, *Virum diſcordiæ, &c.* Hinc D. Bernardus, vt vidimus ſupra, diſcordia poſita, ſtatim ſubdit effectus: *Litis* (inquit) *iræ quoque, & rixæ.*

Ierem. 15 num. 10.

Punctu 1.

Septimus etiam effectus, & vltimus, qui eſt *occiſio*, ſatis conſtat. Primò ex verbis Apoſtoli ad Gal. 5. ſupra adductis. Nam, ſuppoſita diſcordia, ſtatim admonet, *Videte, ne ab inuicem conſumamini*: quia iuxta Lyran. non ſolùm, illud; *Conſumamini*, intelligitur de conſumptione in animo, ſed in corpore etiam. Illius enim vita periclitatur, in quo diſcordia dominatur, vt Scriptura ipſa in perſona ipſius Apoſtoli teſtatur Actor. 23. vbi ſic legitur. *Et cũ magna diſſenſio facta eſſet, timẽs Tribunus, ne Paulus diſcerperetur ab ipſis, iuſſit milites deſcendere, & rapere eum de manibus eorum.*

Gal. 5. 15

Lyranus.

Actor. 23. 10.

Secundò, Sapientis verba hoc confirmãt, cum ait, *Lingua tertia multos commouit*, vbi Lyran. linguam tertiam interpretatur ſeminantẽ diſcordias. Et *tertiam* notat appellari, quia mediat inter linguas eorum, quos facit diſcordare. Ideòque eos ab vnitate dimouet, & mala ſubdũtur: *Et diſperſit illos de gente in gentẽ: Ciuitates muratas diuitum deſtruxit, & domos magnatorum effodit; virtutes populorum concidit, & gentes fortes diſſoluit.* Vbi cõcidere virtutes, & fortes diſſolue. re, poteſt etiã intelligi *vltimatè*. Vtique vſque ad mortem. quod eſt vltimum exterminium, vt ex eodem Lyran. colligitur. Occiſio ergo frequenter ex diſcordia ſequitur, & cætera mala recẽſita. Cognito ergo hoſte iſto exactè, per cauſas, & effectus, remanet contra illum arma parare.

Ecclꝛ. 28. 16.

Lyranus.

num. 17.

num. 18.

CONSIDERATIONES,

Contra Diſcordiam.

HIs potiſsimùm armis, cõtra hunc acerrimum hoſtem, oportebit certare, videlicet

1 *Charitate.*
2 *Humilitate.*
3 *Manſuetudine.*
4 *Concordiæ pulchritudine.*
5 *Diſcordiæ turpitudine.*
6 *Miſeratione.*
7 *Benedictione.*
8 *Sui abnegatione.*
9 *Viſibilium abiectione.*
10 *Punitione.*
11 *Concordiæ remuneratione.*
12 *Chriſti imitatione.*

Digitized by Google

CONSIDERATIO I.

Ex *Charitate.*

MAximè militat Põderatio iſta contra diſcordiam. Cùm enim, vt ſupra eſt dictum, diſcordia ſit diuiſio cordium, ſeu voluntatum, & charitas eas in Deo vniat, & tunc eſt vera concordia, procul dubio, intrãte charitate, expelletur diſcordia: vel iſta nõ intrabit, ſi illa intùs fuerit.

Deindè charitas opponitur odio, ex quo ſupra diximus oriri diſcordiam, quia per illud odio habemus in proximo bona, & illi renitimur ad hæc anhelanti: charitas autem de bono alterius, tãquam de proprio gaudet, ideoq. cùm adfuerit, diſcordia aberit.

Proinde tam frequenter, & efficaciter Apoſtolus hanc virtutẽ commendat, vt manifeſtè ex illius epiſtolis conſtat. Vnde ad Coloſſenſ. ſcribens, eam cæteris virtutibus anteponit, dicens: *Super omnia autem hæc, charitatem habete, quod eſt vinculum perfectionis.* Per eam namque cor vnitur cum Deo, & conſequentet cum proximo, quem Dominus, ſicut noſmetipſos amari vult, cùm ait. *Diliges proximum tuum, ſicut teipſum.* Et Ioan. dicit, *Hoc mãdatum habemus, vt, qui diligit Deũ, diligat, & fratrem ſuum.* Hinc ergo anima per chariratẽ in Deo vnita, pariter cum proximo copulata manet, & ſic concordata. Vnde Apoſtol. poſtquam Coloſſ. charitatem ſuaſit, quæ Deo vnit, mox ſubdit: *Et pax Chriſti exultet in cordibus veſtris, in qua vocati eſtis in vno corpore*, pacẽ inferens ex charitate. Et loquitur de pace externa, quã quis cum proximo ſuo habet per vnionem cum illo. Quæ pax in vnione voluntatum conſiſtit. Quemadmodum membra corporis, à quo ſimilitudinem ſumit, inter ſe inuicem ſunt connexa; vnde alibi ait, *Vt non ſit ſchiſma in corpore, ſed idipſum pro inuicem ſolicita ſint omnia membra. Et ſi quid patitur vnum membrum, cõpatiuntur omnia membra: ſiue gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra.* Dolor autem de malo, & de bono gaudium, voluntatum indicat vnionem, in qua conſiſtit concordia, diſcordiæ oppoſita: efficaciter igitur per charitatẽ diſcordia expugnatur.

Coloſſ. 3. 14.

Mart. 22. 31.

1. Ioan. 4 21.

Coloſſ. 3. 15.

1. Cor. 12. 25.

num. 26.

Iuuat autem maximè ad vnionem iſtam voluntatum ſectandã, conſiderare, ideo voluiſſe Deum, vnicum principium fuiſſe totius naturæ humanæ, vt vnitatem diligeremus, memores noſtri principij, teſte Auguſtino dicente: *Neque cõmodiùs contra vitium diſcordiæ, vel cauendum, ne exiſteret, vel ſanandum, cùm extitiſſet, natura loqueretur humana, quàm recordatione illius parentis, quem propterea Deus creare voluit vnum, de quo multitudo*

P. Auguſt. 12. de Ciuit. Dei 6. 26. in 5.

pro-

Digitized by Google

propagaretur, vt hac admonitione, etiam in multis concors vnitas seruaretur. Igitur fraternitas in Adamo pensata, vnionis volũtatum debet esse causa,

Si autem in secundo Adamo, Christo Domino nostro, genitura spiritualis pensetur, sine dubio, per dilectionem, maior vnitas arguetur. Ipse enim totã naturam humanam, collapsam alloquitur, in Cant. dicens: *Sub arbore malo suscitaui te, ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua.* Quemadmodum enim per lignũ corrupti fuimus, ita per lignum fuimus restituti, vt Petrus ait: *Qui peccata nostra ipse pertulit, in corpore suo, super lignum.* Pertulit autem, quatenus Patri suo æterno, satisfecit cõdignè pro ipsis, & gratiam copiosam meruit apud ipsum, qua regeneraremur interiùs, vt ipse Petrus testatur, dicens, *Regenerauit nos in spem viuam.* Ergo omnes filij sumus Dei, & fratres in spiritu, quatenus Christiani sumus, qui, *Pater noster, qui es in cœlis*, clamamus quotidie: igitur duplicis huius fraternitatis memores, naturalis, scilicet, & supernaturalis, ardenter nos debemus diligere, & corda habere vnita, vt Apostolus monuit, dicẽs, *Charitate fraternitatis inuicem diligentes.* Vbi notabiliter, *fraternitatis* adiecit, vt hæc motiua signaret. Est namque fraternitas motiuum efficax ad vnienda cordа. Quare S. Abraham Patriarcha, illud obtulit Loth, dicens, *Ne, quæso, sit iurgium inter me, & te*, & motiuum subdit, *Fratres enim sumus.* Et Protomartyr Stephanus, Actor. 7. de Moyse narrat, quòd videns duos Hebræos litigantes, recõciliabat eos in pace, *Viri, fratres estis, vt quid nocetis alterutrum?* Solam fraternitatem obijciens, vt pacis abundans motiuum. Et notabile quidem, quòd istos, quos alloquebatur Moyses, non ligabat vinculum proximum sanguinis, sed nationis, seu generis tantùm.

Cant. 8. 5. — 1. Petr. 2. 24. — 1. Petr. 1. 3. — Matt. 6. 9. — Rom. 12. 10. — Genes. 13. 8. — Actor. 7. 26.

O si Consideratio ista penetraret cor nostrum, & verba ista memoraremur frequẽtiùs, quàm fortiùs resisteremus discordiæ! Et eò quidem magis, si non tantùm carnis vinculum nos copularet, sed religiosa professio, Patriarchæ vnius filios nos efficeret, vnam Regulam profitentes, communi victu, vestitu, & tegumẽto vtentes, vnde fatres vocaremur, quàm certè vniti essemus! Et si fortè, ex fragilitate humana, diuideremur, quàm soliciti essemus ad vinculũ charitatis redire, & iterum coniuncti manere! Sanè S.P.N. Augustin. initio nostræ Regulæ, statim à charitate incœpit, dicens: *Ante omnia, Fratres charissimi, diligatur Deus, deinde proximus.* Vide, quæso, quomodo statim eos, *Fratres*, appellat, & non simpliciter, sed *charissimos*, quibus erat strictissima charitate coniun-

P. Augus. in Reg.

Digitized by Google

ctus. & quos ita inter se inuicem appellari volebat. Proinde, charitate præcepta, concordiam intulit, asserens præcipuè ad Religionem vocatos, vt spirituali dilectione essent inter se religati: *Propter quod* (inquit) *in vnum estis congregati, vt vnanimes habitetis in domo, & sit vobis anima vna, & cor vnum in Deo.* Quæ verba B. Iordanus considerans, ait. *Oportet enim, si in vnũ sumus congregati corporaliter, vt simul habitemus spiritualiter. Non enim prodest, si nos continet vna domus, & separet diuersa voluntas.* Et confirmat auctoritate Hugonis dicentis. *Plus enim Deus attendit vnitatem animi, quàm loci.* Et hanc vnanimitatẽ Philippẽsibus cõmendans Apostolus, dixit: *Audiatur de vobis, quia statis in vno spiritu vnanimes.* Vbi benè quidem ait, *statis*, quia, qui vnanimis conseruatur cum fratre, non cadit Deo, sed ante oculos eius stat plenus meritis: coronã æternã accepturus.

B. Iord. de Sax. lib 2. cap. 1.

Hugo.

Ad Philip 1. 27.

Igitur, si ad hoc ad Religionem præcipuè sumus vocati, vt vinculo spirituali simus religati, & *vnanimes habitemus in domo*, quare, diuisis cordibus, intrat discordia, & destruit omnia? Quare cõsideratione charitatis à sanctissimo P. nostro præcepta, ac vnanimitatis inde illatæ, & à nobis professæ, hostẽ hũc nõ calcamus? Quare illi cedẽdo, eligimus amarè viuere, qui resistẽdo, possemus præ gaudio exilire? teste illo, qui dixit: *Ecce quàm bonũ, & quàm iucundũ habitare fratres in vnũ.* Quare fratres sumus, & nominamur, nisi, quia ab *vno* patre secũdum carnem originati, & ab *vno* secundùm spiritum regenerati, & ab *vno* secundum *vnam* regulã regulati? Si ergo tot charitatem suadent, &, ista intrãte, viget concordia, excipiatur amplexibus charitas, pulsa discordia.

Ps. 132. 1

CONSIDERATIO II.

Ex *Humilitate*.

COnsideratio ista directè cõtra superbiam militat, ex qua supra ostẽdimus oriri discordiam. Proindè, extincta superbia, extinguetur hic hostis. Hinc Apostolus suadens concordiã, ad humilitatem hortatur, dicens, *Implete gaudium meũ, vt idem sapiatis, eandem charitatem habẽtes, vnanimes, idipsum sentientes.* Ecce in hoc, quòd dicit, *vnanimes*, suadet concordiam, & excludit discordiam, subdens, *nihil per contentionem*. Et causam illius, quæ superbia est, statim remouet, addens, *neque per inanem gloriam*. Et remedium præsens adiungit, *Sed in humilitate superiores sibi inuicem arbitrantes*. Qui enim vult supra alios ire, & ideo superbire; se omnibus anteponere ambit, & per voluntatem opponit, & sic discordat ab illis.

Ad Philip 2. 2.

Quan-

Digitized by Google

Quando autem per humilitatem omnibus se ex corde submittit, nõ habet in quo discordet. Quare, iuxta Apostoli dicta, sic etiam Ambrosius dictat. *Multùm ad roborandam dilectionem valet, cùm secundùm doctrinam Apostolicam, inuicem se homines honore praeueniunt, & alter alterũ superiorem existimantes, amant seruire subiecti, & nesciunt tumere Prælati: Cùm & pauper diuitem non sibi dubitat anteferre, & diues pauperem, sibi gaudet æquare: cùm & sublimes non superbiunt de claritate prosapiæ, & pauperes non extolluntur de communione naturæ. Cùm denique nõ plus tribuitur magnis opibus, quã bonis moribus, neque maior ducitur phalerata iniquorum potentia, quàm rectorum inhonorata iustitia.*

Ambros. epist. 84. ad Demetriã virg

Vnum autem, quod multum iuuabit, *quemquam*, iuxta dictũ Apostoli, *superiorem arbitrari*, erit imaginem Dei in illo considerare, vt colligitur ex verbis Iacobi, qui loquẽs de magna inordinatione, qua homo detrahit proximo suo, & in hoc illum irreueretur, ait de iniqua lingua ista maledica, *In ipsa maledicimus hõmines, qui ad similitudinẽ Dei facti sunt*. Quasi diceret, hoc solùm nos deberet compescere ab irreuerentia, qua proximum prosequimur ore maledico, & in hoc, ab illo animum discordem ostendimus, nimirum, considerare, quòd imago sit Dei, vt saltem in homine, sic Deũ veneraremur.

Iacob. 3. 9

Est autem homo, non vno tantùm modo Dei imago, & similitudo, sed duplici. Primò, scilicet, quoad esse naturale, quatenùs illius animus spiritualis est, & immortalis, vnus in essentia, & trinus in potentia, memoria, scilicet, intellectu, & voluntate. Hinc de illo in Genesi S. Trinitas dixit, *Faciamus hominẽ ad imaginem, & similitudinẽ nostram.* Secundò, imago Dei dicitur, & illi similis quoad gratiæ dona illi communicata. Vt per hæc (ait Petrus) *Efficiamini diuinæ consortes naturæ*. Quæ similitudo, seu imago incipit hìc, & consũmatur in cælo, vt patet ex Paulo dicente. *Nos verò omnes, reuelata facie gloriam Dei speculantes, in eamdem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquam à Domini spiritu* Vbi S. Thomas explicat, quòd, cùm omnis cognitio sit, *per assimilationẽ cognoscentis ad cognitum*, oportet, vt, qui vident Deũ, aliquo modo assimilentur Deo. de quo Theologi multa in materia de visione beatifica. Tamen ad propositum sufficit, quod hìc per gratiam assimilamur Deo, & *filij* eius *nominamur, & sumus*, vt Euangelista Ioannes loquitur, quod in patria consummabitur: filius autem imago est Patris: Si igitur, qui reueretur imaginem, prototypon reuereri censetur,

Genes. 1. 26.

2. Petr. 1. 4.

2. Cor. 3. 18.

S. Thom.

1. Io. 3. 1.

Digitized by Google

quæ reuerentia, & honor proximo eſt exhibendus, in quo honoramus, & reueremur Deum?

Certè hac conſideratione voluit P. N. in Regula filios ſuos armatos, cũ dixit, *Omnes ergo vnanimiter, & concorditer viuite*. Et ſtatim ſubdidit, tanquam efficax medium ad hoc obtinẽdum. *Et honorate in vobis Deum inuicem, cuius templa facti eſtis*. Quẽadmodum namque in Eccleſia ponuntur imagines adorandæ: ita intra nos Dei imago eſt, quam adorare, & reuereri oportet, ideo 2.Cor.4. 7. ſcriptum eſt, *Habemus theſaurũ in vaſis fictilibus*. & rurſus, Luc.17. 21. *Regnum Dei intra vos eſt*. Et iterũ 2. Cor. 6. 16. *Vos eſtis templum Dei viui*. Igitur reuerendum eſt templum, habitaculum tanti Dei.

Ex hac autem reuerentia, de qua Propug. 2. conſid. 2. ponderat. 5. aliqua diximus, cũ ſit actus humilitatis, maximè conciliatur animus, & expugnatur diſcordia. De quo exemplum inſigne in Iacob habemus, qui reuerſus in patriam, à qua fugerat propter Eſau fratrem ſuum, diſcordem à ſe, dicit Scriptura diuina, quòd ita orauerit Deum, Geneſ.32. 11. *Erue me de manu fratris mei, quia valdè eum timeo*. Verùm, licèt Deus exaudierit eum, noluit tamen, niſi, humilitate media, hanc gratiam ei concedere. Quapropter de eo vidente Eſau venientem ad ſe ſtiparum quadringẽtis viris, ſic narrat ſacra hiſtoria. bid 33.3 *Et ipſe progrediens, adorauit pronus in terram ſepties, donec appropinquaret frater eius*. Ecce profunda humilitas & reuerentia, non ſemel exhibita, ſed ſepties. Et effectus humilitatis, quæ aduerſarij animũ placauit, ſtatim ſubditur verbis iſtis. num.4. *Currẽs itaque Eſau obuiam fratri ſuo, amplexatus eſt eũ, ſtringenſque collum eius, & oſculans, fleuit*. Quæ omnia verba conſideratione ſunt digna, & non tantũ animum diſcordem, placatum per humilitatem deſignant, ſed adhuc valdè benignum, & beneuolum redditum. Dicit igitur, quòd cucurrit, non lentè gradiens, & in amplexus ruit, oſcula, & fletum, vtique ex amoris teneritudine. Et vltra dicitur, quòd amplexãdo, *ſtringit* collum illius, in quo ſpeciale ſignum dilectionis emicuit, vt Abulenſ. Abulenſis aduertit. Non mirum autem, ſi tanta charitas ſubſequatur, quam tanta præceſsit humilitas: imò non hìc ſtetit, ſed vltra proceſsit. Nã cùm eſſet frater illius, qui *æqualitatis* eſt titulus, tamen ſe ſeruũ appellat. Interroganti namque Eſau, cuius paruuli eſſent, qui ſequebantur, reſpondit. num.5. *Quos donauit mihi Deus ſeruo tuo*. Et cũ iterum de turmis, quæreret, quæ præceſſerant, reſpondit iterum, *Dominum* eum appellans, dicẽs ita præmiſiſſe, num. 8. *Vt inuenirem gratiam coram Domino meo*. Et poſt pauca, conſiderationem de imagine, & ſimilitudine Dei paulò

ante

ante narratam habuiſſe videtur.
num.10. Dixit enim. *Sic vidi faciem tuã, quaſi viderim vultum Dei*. Et
ibid. ideo fidenter ſubdit. *Eſto mihi propitiùs*. Quando namque proximum noſtrum, vt Dei imaginẽ intuemur, & ex hoc nos illi humiliamus, non dubium, quin animum eius nobis conciliamus.

Sed & aliud tibi volo humilitatis exemplũ ad veritatem hãc ſuadendam, non minùs potens, afferre. Et eſt Dauidis erga Saulẽ,
1.Reg.24 15. ad quem ita dixit. *Quem perſequeris Rex Iſrael? quẽ perſequeris? Canem mortuum perſequeris, & pulicem vnum.* Vbi notãdum eſt, quòd ob oculos illius poſuit regiam maieſtatem, & vilitatem ſuam. Nam in aduerſario debemus conſiderare, non malitiam, ſed excellentiam, quæ non deerit, ad minimum, illa de imagine Dei naturali. Et illa de ſupernaturali per gratiam, ſaltem in prædeſtinatis erit, à quorum numero non poſſumus, abſque ſpeciali reuelatione diuina, excludere aliquem; multi enim fuerũt impij, qui tandem ſaluati ſunt.

Igitur poſt excellentiam aduerſarij cogitatam, ſtatim illi nos humiliare debemus, & ſic illum ſine dubio placatum reddemus, vt Dauid ſe humilians, & ſe, vt canem, noh viuum, ſed mortuum, fœtidum, & horribilem reputans, & nominans, & ſimul, vt pulicem vnum, qui patuulus eſt, & facilè occiditur, aduerſatium ſuum placauit. Nam de illo, qui eum ad morté perſequebatur, ſubdit Scriptura diuina. *Cùm autem compleſſet Dauid loquẽs ſermones huiuſcemodi ad Saul, dixit Saul, numquid vox hæc, tua eſt, fili mi Dauid, iuſtior tu es, quàm ego: tu enim tribuiſti mihi bona: ego autem reddidi tibi mala*. Non ſine cauſa ſanè, dicit Scriptura diuina, quòd poſt humilia verba Dauidis, ita reſponderit Saul, vocans illum proprio nomine, quẽ priùs, ex odio, nõ poterat ſic nominare, cùm ad Ionatham dixit, *Nunquid ignoro, quia diligis filium Iſai in confuſionem tuam* 1.Reg.20. 30. *& in confuſionem ignominioſam matris tuæ?* hìc autem, non ſolũ eum vocat nomine proprio, ſed inſuper filium ſuũ appellat, quod ſingularis dilectionis eſt nomen: & fletus additur, quem ex amore credimus prouenire, ac ex pœnitudine etiam, quòd cor ſuum à tam iuſto viro auerterit, vt eius verba oſtendunt, *iuſtior tu es, quã ego*. Igitur humilitas proſtrauit diſcordiam. Quod conſiderans S.Chryſoſt Homil. 3. de Dauid, & Saul, ait, *Vide quantùm fecerit lucri Dauid, hæc loquutus, animum ſanguinis, ac cædis ſitientem, repentè ad lamenta, & eiulatus compulit*. Et ſtatim tantæ rei difficultatẽ ſuperatam declarans, ſubiungit, *Non perinde miror Moyſen, quod è ſaxo prærupto fontes elicuit aquarum, vt admiror Dauidem, quòd ex ocu-*
S.Chryſ.

Digitized by Google

lis lapideis, fontes eduxerit lacrymarum. Hæc Sanctus Doctor.

Ex quibus efficacia maxima humilitatis patet ad ſuperandam diſcordiam.

Hoc ergo eſt, frater mi delectiſsime, quod ſuadeo tibi, vt hûc hoſtem debelles, & nobis præcepit Dominus, cùm dixit, *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde*. Et quid inde ſequetur? ſubditur. *Et inuenietis requiem animabus veſtris*. Iſta eſt pax, quæ in corde naſcitur cum proximo tuo, quando illum per humilitatem tuam, experiris reconciliatum tibi. Iam procul à te ſunt timores, & corde tranquillus tranſigis dies tuos. Et hoc agnoſcẽs illuminatus vir ille, iuxta Dominica verba, protulit iſtam ſententiam. *Non poteſt etiam diù ſtare pacificus, qui non nititur eſſe minimus, & omnibus ſubiectus*. Nõ, vtcunque, te debes humiliare, vt hanc pacem obtineas, ſed ita, vt omnium minimum te exhibeas, & cuique ſubiectum. Nam, ſi vel vni te præponas, iam cum illo periclitatur pax tua. Si autem propter Deum, illi te ſubdis, & exteriùs ſigna humilitatis oſtendis, procul dubio placatum habebis, & benignum in omnibus. Quapropter hunc modum reconciliandi nobis diſcordem, etiam Gregorius tradidit, cũ dixit, *Debemus itaque ad proximum, quamuis, longè poſitum, longèque diſiunctum, mente ire, eique animum ſubdere, humilitate illum, ac beneuolentia placare*. Vbi eſt notandum, quòd ſignificat, ita animum humilitate placari, vt ſi ſi fieri non poſsit, quòd præſentialiter hoc exequamur, ſaltem à longè facere, hoc nitamur. Nã intentũ obtinebimus ita. Quod cõfirmans Bernard. ait, *Sola humilitas eſt læſæ charitatis reparatio*.

Matt. 11. 29.

Kip. lib. 1 cap. 17.

Greg. lib 4. Dial c. vlt. to. 3.

Bernad. ſerm. 2. de Nat. Dom

Si igitur tanta eſt vis humilitatis ad reconciliandos animos, & ad concordiam reducendos, quare arma iſta non ſumimus cõtra hoſtem iſtum acerrimum, quſ ſic corda deuaſtat, quando diuidit ea? & ſi tot exempla habemus eorum, qui ſic obtinuerunt victoriam, & verba Dominica, quæ hoc ipſum ſuadent, & doctrinam Apoſtolicam, quæ confirmat, & verba Sanctorum, quæ idem adſtruunt, quare nos humiliare renuimus, & per breue compendium, diſpendium tantum non fugimus? ò Domine, adiuua tu corda noſtra, vt humilitate, fortia fiant, pulſa diſcordia!

Quomodò autem ſe humiliare debeat Prælatus ſubdito à ſe diſcordi, vt eum reuocet ad concordiam, multa prudentia opus eſt. Nam frequenter tali humilitate abutitur ſubditus, & fit inſolentior. Proindè recolenda ſunt, quæ volum. 1. diximus, Propug. 1. conſid. 134. à n. 15. & ſeqq. Sanè potiùs à ſe diſcordem lucrabitur ſecuriùs, per charitatis ſigna, quæ fuit Conſideratio 1. & per manſuetu-

Digitized by Google

suetudinem, quæ est consideratio sequens.

CONSIDERATIO III.

Ex *Mansuetudine*,

EST sanè mansuetudo, humilitatis indiuidua comes, ideoque eas Dominus associauit, vt supra ex Matth. posuimus, cùm apud illum dixit, *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris.* Quemadmodum igitur contra discordiam humilitas militat, pariter, & mansuetudo. Et hoc dupliciter. Primò, ex parte ipsiusmet mansueti, & mitis, nè discordet ab alio. Secundò, ex parte alterius discordantis, quem ad se mansuetus allicit, & reconciliat.

Matt. 11. 29.

Primum patet ex proprio mansuetudinis munere, quod *est mitigare iram*, vt ex Philosopho docet Angelicus Doctor. Diximus autem superiùs in doctrina, ex ira maximè prouenire discordiam, quatenùs illa turbat oculum mentis, & de bono nescius iudicare, malo adhæret, & discordat à proximo: cùm autem mansuetudo furorem sedet, animus tranquillus manet, ac serenus, & sic facilè potest veritatem inspicere, ac rectè de rebus sentiens, ab alijs nõ discordare. Proindè idem S. Doctor seq. art. docet, virtutem hãc, præparare hominem ad Dei cognitionem dupliciter. Primò (inquit) *faciendo hominem compotem sui, per diminutionem iræ.* Vnde secundùm sequitur, quòd veritati non contradicat. *Quod* (ait) *plerumque aliqui faciunt, ex commotione iræ.* Et propterea asserit, dixisse Iacobum, *In mansuetudine suscipite insitum verbum*: & Eccles. 5, *Esto mansuetus ad audiendum verbum Dei*, & Dionys. in epist. ad Demoph. *Moysen per multam mansuetudinem, Dei apparitione dignum habitum.* Quia vtique ad cognitionem, & rectum iudicium de rebus ferendum, valde mansuetudo conducit. Hoc igitur modo valet contra discordiam, nè quis, scilicet, perturbationem mentis de rebus sinistrè iudicans, à suo proximo, corde in bono dissentiat, malo adhærens.

S. Th. 2. 2. qu. 157. art. 3. in corp.

Iacob 1. 21. Eccl. 5. 13 Dionys.

Sed adhuc secundo modo, ad concordiam maximè iuuat. Mirum enim in modum animus ab alio discors placatur, cùm in eo mansuetudo consideratur. In tribus autẽ præcipuè monstratur, quòd, nimirum, *Blandè respondeat: obsequia præstet: ac sileat.*

De primo loquitur in Prouerb. Spiritus diuinus, dicẽs, *Responsio mollis frangit iram.* Et, ira sic fracta, iam anima manet conciliata; sic enim Anna Samuelis mater, vt legitur 1. Reg. 1. mitigauit Sacerdotem Heli, qui durè ad eam loquutus, temulentam notauit. Ipsa autẽ blandè respondens,

Prou. 15. 1

1. Reg. 1. 17.

Digitized by Google

dens, meruit statim ab eo audiri, *Vade in pace, & Deus Israel det tibi petitionem tuam, quam rogasti eum*. Quod S. Chrysostomus
S. Chrys. hom. 1. de Anna, dixit, *Mulier ex accusatore fecit patronum. Tanta est res humanitas, ac mãsuetudo: pro contumelia, copioso accepto viatico, discessit: eumq; nacta est propugnatorem, & intercessorem, quem habuerat obiurgatorem.*

Quod idem S. Doctor hom. 3. de Dauid, & Saul. quadam similitudine explicat. *Quemadmodũ*
Idem. (inquit) *si inflesscintillam ignis, excitas incẽdium: si inspuis, extinguis: idem fit & in inimicitia proximi, si inflatos, ac vecordes ingeras sermones, excitas ignem: si mites, ac moderatos, iram omnem extinxeris.*

Hinc in Canticis, lingua iusti
Cant. 4. 3 laudatur, cum dicitur: *Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquiũ tuum dulce*. Vbi meritò labia dulciter loquentia, vittæ coccineæ cõparantur, quia, iuxta Gre-
S. Greg. in Cant. gorium ibi, per, *Coccum*, charitas designatur, qua cor ligatur, dum verbum dulce auditur, de
Eccli. 6. 5. quo Sapiens dixit: *Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos*. Igitur discordia vincitur, dum vincitur. At quomodo vincitur, nisi amoris vinculo? Voluntas ergo diuisa, iam manet vnita, & discordia victa.

Hinc Ioseph fratres, se agnoscentes reos, propter scelus ipsum patratum, & verentes, ne fratris animus ab ipsis esset diuisus, non potuerunt aliud certius signum vnionis habere, quàm dulcia verba illius. Legitur enim ibi: *Consolatusq. est eos, & blande, ac leniter est loquutus.* Et ef- Genes. 50. 21.
fectus subiungitur. *Et habitauit* 22.
in Aegypto cum omni domo patris sui. In qua comprehendebãtur fratres prædicti. Habitabant igitur simul, qui corde erant vnicti, nam cohabitatio domus exterior, interioris vnionis est signũ, vt significauit Psalmista, cũ dixit:
Qui habitare facit vnius mõris Ps. 67. 7.
in domo. Et P. Augustinus dixit in Regula: *Propter quod in vnũ estis congregati*, scilicet, locum. vt petet melius ex subiunctis, *Vt vnanimes habitetis in domo.* Igitur vnius animi, vnius domus habitatio, est signum. Blanda ergo loquutio, seu respõsio, animi mãsuetudinem indicat, & placat à se discordem.

Quod etiam *obsequia* faciunt, cum exhibentur discordi, & secũdum signum sunt animi mãsueti. Et certè potẽtissima sunt ad cor humanum flectendũ; vt manifestè ostendit, quod legitur de Ioia Rege Iuda, qui ita zelosus fuit cultus diuini, vt narrat sacra historia, quòd iussu illius, *Congre-* 2. Paral. 24. 11.
gata est infinita pecunia, qua Domini templum refecit, & plurima aurea vasa fecit, quibus *Of-* num. 14.
ferebantur holocausta iugiter in domo Domini. Defuncto tamen

S. Sa-

Digitized by Google

S. Sacerdote Ioiada, qui bonum spiritũ Regis fouebat, narrat Scriptura Diuina, quòd Principes Regni sui, eum statim ad idololatriã pertraxerunt, & suæ voluntatis fecerunt, quem priùs experti fuerant ab ea discordẽ. Dicitur enim ibi, *Delinitus obsequijs eorum*. num. 17. Ecce obsequia. Et effectus subditur, *acquieuit eis*. Vides ergo cor priùs diuisum, per obsequia iam vnitum.

At notandum, non tantùm ad flectendum à bono in malum, sed sed à malo in bonum, non minus esse potentia, cum non adulatoriè fiunt, sed piè à mansueto corde, vt ex Apostoli constat doctrina. Cum enim præciperet, vt essemus, *Cum omnibus hominibus pacem habentes*, obsequia, & beneficientiam subdit, vt efficacissimum remedium ad reducendũ cor auersatum, dicens, *Noli vinci à malo, sed vince in bono malum*. Ad quæ verba P. Augustinus respiciens, satis innuit in ijs Apostolum mansuetudinem præcepisse. Ita enim in quodam, ait, sermone. *Mites sunt, qui cedunt improbitatibus, & non resistunt malo, sed vincunt in bono malũ*. Sed quomodo in bono? benefaciendo: sic enim præmiserat: *Si esurierit inimicus tuus, ciba illũ: si sitit, potum da illi*. Et huius mãsueti obsequij effectus subiungitur, *Hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius*. Super quæ verba idem S. Doctor in alio sermone sic loquitur. *Cũ enim inimico tuo, pio animo srequẽtiùs benefeceris, quamlibet sit impius, & crudelis, barbarus, & cruentus: tamen tandem aliquãdo erubescit, & dolet, & pœnitere incipit, quod admisit. Nã cum pœnitẽtiam cœperit agere, sensus rationabilis, hoc est, caput ipsius, incipit charitatis igne succendi, & qui priùs, quasi frigidus, & phreneticus contra te consueuerat, iracundiam retinere, spirituali calore, de tua bonitate saccensus, incipit toto corde diligere.* Quę verba sanè notabilia sunt ad propositum, coniuncta cum illis ex alio sermone relatis. Obsequia igitur pia, cor, etiam barbarum, & crudele, placatum, & beneuolum reddunt. Quod etiam his verbis Chrysostomus scriptum reliquit: *Mansuetudine, & lenitate furorem comprimamus*. Et subdit. *Nihil enim illa potentius, nihil illa fortius*, quia vincit etiã nimis potentem. Proinde armata ista porrexit Apostolus, dicens: *Vince in bono malum*. Sciebat enim (inquit idem S. Doctor, locũ istum exponens) *Etiamsi bestia sit inimicus, inimicum tamen, si passus sit, non mansurũ*. Et Kempis idem confirmans. ait, *Vincit sibi contrarios patiẽs, & taciturnus cum obsequio charitatis*.

In quibus verbis non tantùm confirmat punctum secundum de *Obsequijs*, sed tertium de *Silentio*. Quod maximè ad mansuetudinem

ad Rom. 12. 18.

P. Augus. lib. 1. de ser. Dom. in Monte c. 2. to. 4. Rom. 12. 20.

Idt serm. 167. et 168 de temp. tom. 10.

S. Chrysost. homil. 34. in Genes. inis. to. 3.

Idẽ to. 4.

Kemp in Hort. ros. c. 9. nu. 2.

Digitized by Google

dinem pertinet. Proinde de illo, qui se mansuetum dixit, ait Scri-
Isai.42.2 ptura diuina, *Non clamabit, nec audietur vox eius foris.* Et Propheta Regius, qui mansuetudinẽ suam, memoriæ Dei proponebat,
Ps.131.1. dicens, *Memento Domine Dauid, & omnis mãsuetudinis eius*, de se ipso testatur, hoc remediũ accepisse erga aduersarium suum.
Ps.38.2. *Posui* (inquit) *ori meo custodiã, cum consisteret peccator aduersũme: obmutui, & humiliatus sũ, & silui à bonis*: Vbi P. Augustinus notat, etiam à bonis verbis
P. Augus. tom.8. abstinuisse, *Timendo* (inquit) *ne diceret aliqua non bona.* Quod in praxi seruauit erga Semei, cum malediceretur ab eo. Ita namque à verbis ipse abstinuit, vt etiã silentiũ imponeret suis, dicẽs, *Di-*
2.Reg.16 10. *mittite eũ, vt maledicat.* Quod etiam notauit Chrysost. prædicta verba Psalmi considerans, nomi-
Chrysost. in Ps 10.1 ne S. Regis, sic dicẽs: *Magnam enim adhibui diligentiam, sciens hanc particulam esse valde lubricam, & ad loquendum procliuẽ, & hanc semper silentio, tanquam muro cõtinens, & maximè, quãdo mihi resistebat Semei, qui nulla fuerat affectus iniuria. (Eum enim peccatorem, tanquam iniustum nominabat) tunc enim valde obmutui, & humiliatus sum, & silui.*

Vbi notanda sunt verba illa, *humiliatus sum*, quæ denotãt patientiam. Magna enim profectò humiliatio est, aduersariũ aduersus se consistentem sustinere, & non respõdere. Ob id cum mansuetudine patientiam copulauit Apostolus, cum concordiã suadens, ad illam est exhortatus, di-
Ad Ephes. 4.1. cens, *Obsecro, vt dignè ambuletis vocatione, qua vocati estis, cum omni humilitate, & mansuetudine, cum patientia, supportantes inuicem in charitate, soliciti seruare vnitatẽ spiritus in vinculo pacis.* Vbi cum solicitudine præcipit vnitatem spiritus seruare, per quam concordia intelligitur, & media præmisit ad hunc finem efficaciter conducentia, humilitatem, nimirum, mansuetudinẽ, & charitatem, de quibus hactenus sumus loquuti: immediatè tamen post mansuetudinem, patientiam ponit, quia cum illa indiuisibiliter est vnita, sicut cum
S. Thom. q.136.ar. 2.ad 1. virtutibus alijs; Quo sensu notat Doctor Angelicus dixisse S. Iacobum, *Patientia opus perfectum habet.*
Iacob.1.4 Ideò tamen specialiter cũ mansuetudine copulari, quatenus circa aduersa est, & ira contrariatur naturæ, quæ per mansuetudinem moderatur, & ideò passionẽ hanc sustinere, & cohibere, ne erumpat exteriùs, laboriosum valde naturæ esse. Vnde mansuetudo, quæ hoc operatur, à patiẽtia, quæ vniuersalior est, adiuuatur. Proinde Sapiens dixit, *Vir*
Prou. 15. 18. *iracũdus prouocat rixas: qui patiens est, mitigat suscitatas.*

Igitur cum silentio isto copulata est patientia, & ideo ab Apostolo

ſolo ponitur ad conſeruationem concordiæ. Et Kempis ſupra ci-
Kempis. tatus inquit, quòd *Patiens,& taciturnus vincit ſibi contrarios.* & lib. 2. de Imit. chr. cap. 3. ita ait, *Qui melius ſcit pati, meliorem tenebit pacem.* Et S. Gregorius
S. Greg. 21. Mor. c. 26 dicit, *Neque enim vnquam ſeruari concordia, niſi per ſolam patientiam, valet.*

Et P. Auguſt. de Sanctiſsima Monica matre ſua refert, quòd iracundam coniugis ſui naturam, ad concitandam diſcordiam pronã, ipſa ſilentio iſto patienti, vin-
P. Auguſ. lib. 9. cõf. c. 9. cebat: *Sed nouerat* (inquit) *hæc non reſiſtere irato viro, non tantùm facto, ſed ne verbo quidem. Iam verò, refracto et quieto, cum opportunum videret, rationem facti ſui reddebat, ſi forte ille inconſideratiùs commotus fuerat.* Et ſubiungit, quòd, cum multæ matronæ, Monicæ amicæ, admirarentur concordiam, quam cum iracundo viro conſeruabat, illa reſpondebat, ſilentium eſſe in cauſa, & ita hoc illis etiam conſulebat. Et ſubnectit S. Doctor hæc verba. *Quæ obſeruabant, expertæ gratulabantur: quæ non obſeruabant, ſubiectæ vexabantur.* Qui ergo vult concordiam tenere cum proximo, *mitis ſit, blandè loquatur, obſequia præſtet, & ſileat.*

CONSIDERATIO IV.

Ex *Concordiæ pulchritudine.*

SAnctus Thomas de pulchris loquens, ait, *Pulchra dicuntur, quæ viſa placent.* Sapientia autem diuina teſtatur ſibi placère concordiam, dicens, *In tribus placitum eſt ſpiritui meo, quæ ſũt probata coram Deo, & hominibus.* Et primum locum concordiæ tribuens, ſubdit, *Concordia fratrum*: Si ergo, iuxta Doctorem Angelicum, quæ placent, pulchra ſunt, & concordiæ Deo, & hominibus placet, iuxta ſcripturam allatam, benè concluditur, quòd concordia pulchra ſit. Quod etiã ipſemet Deus alibi docet, dicẽs, *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis.*

S. Thom. 2 p. q 5. ar. 4 ad 1.

Eccli. 25. 1.

Iſai. 32. 18.

Sed vnde pulchritudo concordiæ? quia Deo aſsimilatur, qui ſuperpulcherrimus eſt. Aſſimilatio verò iſta in vnione conſiſtit: Deus enim ſimpliciſſimus eſt, & ideò maximè vnus, vnde, conſenſu vnanimi, Sacri Theologi dicũt, *In Deo omnia ſunt vnum, vbi nõ obuiat Relationis oppoſitio.* Eſtigitur diſtinctio inter perſonas diuinas realis, propter relationes oppoſitas, tamen in eſſentia ſumma vnitas; ita vt non per aliam eſſentiam Pater ſit, per aliam Filius, & per aliam Spiritus ſanctus, neque per diſtinctos intellectus, & voluntates, intellectiones, & voli-

Digitized by Google

volitiones intelligant,aut velint: ſed omnia, quæ in nobis diſtincta ſunt, in Trinitate illa arcana, vnũ ſunt, itavt tres quidem perſonæ ſint, ſed tamen vnus Deus. quod perfectionem arguit infinitam, & pulchritudinem conſequenter,cũ id pulchrum ſit, quod perfectum.

Hinc eſt, quòd creatura nulla ad Dei ſimilitudinem perfectam peruenire queat, ſed tantùm *Per quandam analogiam*,ſeu *participationem*,vt loquutus eſt S.Thomas. Quod Propheta expreſsit, cum dixit, *Domine,quis ſimilis tibi?* Quaſi dicat, nullus tibi perfectè aſsimilatur. Perfectio tamen, & pulchritudo,quæ creaturis cõmunicabilis eſt, in concordia reperitur, quatenus in ea vnio eſt accedens aliquomodo ad vnitatẽ diuinam, vt veritas ipſa indicauit, cum dixit.*Ego charitatem,quam dediſti mihi,dedi eis*: Quod de concordia intelligitur,vt ſuprà in Præambulo iuxta Gloſſ. ex Theophilacto tradidimus.Et ratio ſubditur, *Vt ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus.* Cupiebat ergo bonus Dominus Ieſus deificare nos, & ſimiles Deo reddere, qui eſsẽtialiter infinitè eſt vnus; & quia hoc repugnabat eo modo inueniri in nobis,modo tamen poſsibili,poſtulauit,vt,ſcilicet,vnio ſaltem eſſet affectuum,& intellectuũ per cordium vnionem, vt quemadmodũ in illa Sanctiſsima Triade vnus eſt intellectus, vnaque voluntas, & ſapientia: ita omnes Chriſtiani, ſic eſſent vnanimes,vt idem intelligerent, vellent,ac ſaperent,quæ eſt concordiæ ſumma perfectio. Licet enim ſtrictè ſumpta,iuxta Doctorem Angelicum, vt ſupra manet notatum,voluntatum tantùm vnionem dicat: tamẽ tunc eſt perfectior,& ſecurior, cũ etiam intellectus conueniunt. Nã in multis profectò periclitatur mutua voluntatis conſenſio, cùm intellectus diſſentiunt.

S.Thom.1 p.q.4.ar.3 ad 3.

Pſ.34.10

Ioan. 17. 22.

Eſt igitur in pulchritudine iſta, maior,vel minor perfectio. Maior tunc eſt, cùm ita voluntates concordant, vt non diſſentiant intellectus: minor,cùm,diſcordãtibus intellectibus,voluntates in bono conſentiunt, quod chatitas operatur. Et pulchritudinem vtramque à pulchritudine fontali diuina originari, diuinus Dionyſius proclamauit, dicens. *Ex pulchro iſto omnibus exiſtentibus eſt eſſe, ſecundùm propriam rationem, ſingula pulchra, & propter pulchrum, omnium concordiæ, & amicitiæ,& cõmuniones, & pulchro omnia vniuntur.* Loquitur enim de Deo, qui eſt omnium pulchritudinum principium.Quia ab ipſo eſt, quidquid perfectum eſt: Et finis, quia propter ſe ipsũ omnia operatur.Quod magis exprimens, ſubdit. *Et eſt principiũ omnium pulchrorum,ſicut in effectiua cauſa, & mouens tota, & continens amore propriæ pulchritudinis, & finis omnium,ſicut finalis cauſa.* Hæc ille.

S. Dionyſ. de Diuin. nom. c. 4. ant. med.

Ange.

Digitized by Google

3.Th. ibi lect.5.

Angelicus vero Doctor,omnia verba iſta exponens,ait,S.Dionyſium inter cętera pulchra participantia pulchritudinem hanc diuinam(quæ ab illo ante pauca , *pulchrorũ pulchritudo*, fuerat appellata) poſuiſſe concordiam , & duplici vocabulo fuiſſe vſum , *concordiæ*, ſcilicet, & *amicitiæ*,vt per prius , conſonentiam intellectuũ deſignaret, & per poſterius , conſonantiam voluntatum.Et per communionem,quam addit,actũ externum beneficentiæ , quæ ex beneuolentia procedit . Igitur , iuxta Dionyſium , concordiæ intellectuum,& voluntatũ, pulchræ ſunt : ſed illa ſanè pulchrior, quæ ex vtriuſque connexione procedit. Illa vero verba,quæ addit,*Et mouens tota,& continens*, ſignificant,quòd omnia pulchra efficit, & conſeruat. Hoc autem facit , *Amore propriæ pulchritudinis*, vt ſubditur. *Quia enim*(inquit Sanctus Thomas) *Propriam pulchritudinem habet , vult eam multiplicare ,ſicut poſsibile eſt, ſcilicet, per communicationem ſuæ ſimilitudinis*.

Hinc autem meliùs intelligitur,quare Chriſtus Dominus tam ardenter, à Patre hanc concordiã pro toto populo Chriſtiano poſtulauerit , cum dixit , *Rogo , vt vnum ſint,ſicut tu Pater in me , & ego in te,vt & ipſi in nobis vnũ ſint* . Et ſubdit verba paulò ſupra citata , *Et ego claritatem , quam dediſti mibi,dedi eis*.Nam totam ſuam Doctrinam, miracula, & vitam,quibus Pater clarum fecerat illum,ad hoc ordinauerat, vt etiã ſupra notauimus, vt concordiam prædicaret, & in cordibus hominum inſereret, ad hunc præcipuè finem, *Vt ſint vnum ſicut,& nos vnum ſumus*. Ideò de ſe teſtatur,ad hoc deſcendiſſe de Cœlo . *Ignem* (inquit) *veni mittere in terrã,& quid volo,niſi,vt accendatur* ? Vbi verba,*quid volo?* magnam vim habent, quaſi dicat, nihil aliud mihi cordi eſt, niſi , vt igne charitatis , & amoris ſpiritualis mutui,totũ orbẽ ſuccendã.

Ioan. 17. 21.

Luc.12. 49.

Cum autem *Omne ſimile diligat ſibi ſimile*, & concordia iſta ſit pulchra , & Dei ſimilitudo , hinc Dominus noſter ſic eam ſemper dilexit,vt non elegerit naſci, niſi, *Toto orbe in pace compoſito*, Et ſtatim,vt in noſtram prodijt lucem , hanc pacem per Angelos Sanctos annuntiari iuſsit , qui canentes , iubilo magno,dixerunt,*Gloria in Altiſsimis Deo , & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*.Hanc abundãtiã pacis prædixerat priùs Propheta,cùm dixit.*Orietur in diebus eius iuſtitia , & abundantia pacis* . Hanc pacem ipſe ſemper , dum vixit , efficaciter commendauit , & in ſermone vltimo habito ad diſcipulos , iam morti vicinus,eam ipſis pro teſtamento, & hæreditate reliquit , dicens , *Pacem relinquo vobis,pacem meã do vobis* . Imò voluit , quòd hoc eſſet ſignum , quo pro diſcipulis ſuis

Luc.2.1

Pſ. 71. 7.

Io.14.27.

Digitized by Google

ſuis ab alijs dignoſcerentur *in hoc* (inquit) *Cognoſcẽt omnes, quòd discipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem.* Cap. 13. 35.

O quam chara illi erat pulchritudo concordiæ! Propterea, licèt ex amore, tota caro eius eſſet flagellis arata, & ſciſſa, voluit tamen, quòd eius oſſa, non fuiſſent diuiſa, & fracta, vt dicit apud eundem Ioannem, *Ad Ieſum autem, cum veniſſent, vt viderunt eum iam mortuũ, non fregerunt eius crura.* Io. 19. 33. Et rationem adducit, quia anteà fuerat ſic figuratum, *Os non cõminuetis ex eo.* Exod. 12. 46. Per oſſa autem, ipſius Eccleſia erat ſignata, vt ex Paulo colligitur ad Epheſ. 5. 32. Noluit ergo vllo modo, neque minimum oſsium frangi, per quę Eccleſiæ vnitas ſignabatur, quam ex hoc, vt valdè pulchrã, amabat.

Et eadẽ ratione ſubtiliter Pater Auguſtinus conſiderat, quare quatuor Chriſti Domini veſtimẽta fuerunt militibus diſtributa, ita vt cuilibet militi veſtis vna contingeret, vt narrat Ioãnes 19. 23. tunica autem illius, *In conſutilis deſuper contexta per totum*, Sciſſa non ſit, dixerunt namque milites, *Non ſcindamus eam, ſed ſortiamur de illa, cuius ſit*, vt fuerat per Pſalmiſtam prædictum, *Diuiſerunt ſibi veſtimenta, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.* Pſ. 21. 19. Reſpondet autem S. Doctor, per cęteras veſtimẽta, ſignari Chriſti Eccleſiam propagandam per totũ orbem, & ideo quatuor erãt, & quatuor, qui habuerunt. *Quod alibi* (ait) *Significauit, cum dixit, miſſurum ſe Angelos ſuos, & ſuos electos à quatuor ventis congregaturos, ideſt, à quatuor partibus mundi, Oriente, Occidente, Aquilone, & Meridie.* Matt. 24. 31. Tunicam autem notat Symbolum vnitatis fuiſſe, qua Eccleſia tota erat vniẽda in ipſo. *Tunica vero* (inquit) *illa ſortita, omnium partium ſignificat vnitatem, quæ charitatis vinculo continetur.* Et ideò aduertit fuiſſe *deſuper contextam per totum*, quia de illa dixit Apoſtolus, *Supereminentem viam vobis demonſtro.* Et rurſus, *ſuper omnia autem hæc, charitatem habete, quæ eſt vinculum perfectionis.* Vnde ſic infert. *Si ergo charitas, & ſupereminentiorem habet viam, & ſupereminet ſcientiæ, & ſuper omnia præcepta eſt, meritò veſtis, qua ſignatur, deſuper contexta perhibetur.* Et ſubiungit, quare *inconſutilis* fuerit, & vni contigerit. *Inconſutilis* (inquit) *Ne aliquando diſſuatur, & ad vnum peruenit, quia in vnum omnes colligit.* Io. 19. 23. 1. Cor. 12. 31. Ad Colo. 3. 14.

Ecce, quàm grata Domino sẽper fuit concordiæ pulchritudo, quòd veſtem, quæ illam ſignabat, diuidi non ſit paſſus, imò taliter confectam voluit, vt inconſutilis eſſet, & deſuper per totum contexta, ne quis compactionem illius potuiſſet facilè ſoluere. *Inconſutilem* (inquit etiam Sanctus Bernardus) *Propter indiſſolubilis chari-* S. Bernar. in Apol. ad Guilelm.

Digitized by Google

charitatis individuam vnitatẽ.

Et idem P. Auguſtinus epiſt. 103. notat turpitudinem Chriſtianorum maximam, qui non verentur vnionem hanc charitatis per veſtem illam ſignatam Chriſti, iã exiſtentis in cęlo, diuidere, quod non ſunt auſi facere increduli milites, dum adhuc penderet in cruce. *Si à perſequutoribus* (inquit) *veſtis non conciſſa eſt pendentis in cruce, cur à Chriſtianis deſtruitur Sacramentum ſedentis in cœlo?* quaſi dicat, à fortiori deberẽt Chriſtiani charitatis vnionem reuereri, ex reuerentia debita Domino iam exaltato, quem reueriti ſunt milites adhuc ignominiatum.

De hac veſte loquens quoque Ioannes in ſua Apocalypſi, ait. *Apoc. 1. 13.* *Vidi ſimilem filio hominis, veſtitum podere, & præcinctum ad mamillas zona aurea.* Quare podere, & non veſte alia? quia talaris erat, id eſt, longa vſque ad talos dimiſſa, & ſtricta. Et, Auguſtino teſte, ſignificabat Eccleſiam, *Auguſt. in Pſ. 132. tom. 8.* cuius nullum nembrum eſt, quod cum Chriſto Domino vnitum nõ ſit. Nam propter *longitudinem*, ad omnes extenditur, & propter *ſtrictionem*, vnionem magnam cum induto deſignat. Quæ propterea ita grata reddebatur, & pulchra, vt ad mamillas ſuas, Dominus illã præcingeret. Sed quare ad mamillas? quia iuxta illas cor reſidet, cui pergratum erat tali veſte veſtiri, Et *zona* præcinctum ſubdit, non qualibet, ſed *aurea*, vt charitas ſignaretur, quæ membra iſta erant inter ſe mutuò colligata, & ideo ipſius cordi tam grata.

Quod ipſe ſub metaphora alia ſignificauit in Canticis, cùm ſic eam affatur, *Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa in vno crine colli tui*. Quare non in capillo vno, ſed in crine vno? quia crinis, non vnus capillus eſt, ſed multi vniti, ligati, & inuoluti in *Cant. 4. 9* modum tricarum, qui collum, atque ceruicem exornant, cùm à puellis pendentes deferuntur: ſic ergo Chriſtiani fideles, charitatis vinculo colligati, amoris vulnere Deum vulnerare dicũtur, quatenùs hanc ipſorum pulchritudinẽ cordialiſsimè amat.

Cùm autem pulchritudo, vt loco ſupra citato, magis S. Thomas exponit, in *Conſonãtia quadam, ſeu proportione membrorũ* cõſiſtat, ſi corporalis eſt: & ſi ſpiritualis, de qua loquimur, *in conſonantia voluntatum in bono diuino*, in qua conſiſtit concordia, *S. Th. in Dionyſ.* hinc non tantùm Deo pulchra apparet, & ab ipſo tam ardenter amatur, ſed vniuerſi illam deſiderant, vt idem Angelicus Doctor 2.2. q. 29. art. 2. ex Patre Auguſtino affirmat, & tranquillitas, quæ ex illa reſultat, allectamentum eſt efficax, & venuſtas mirabilis, quæ corda rapit poſt eam. Nam, cùm intentio cuiuſque cõcordantis, ſit ad bonum diuinum

Digitized by Google

quod optimum eſt, peruenire, & in exquiſitione illius, aliorum impedimentum per voluntatum repugnantiam, aut etiam intellectuum (quod iucundius eſt) non ſentiat, mirum in modum interiùs tranquillatur: & ſic hinc maximè trahitur, vt concordiam hanc amplectatur.

Et tranquillitas iſta, quæ ſic venuſtat concordiam, creſcit cum perfectione conſenſus, quẽ operatur dilectio ſpecialiùs in aliquibus, qui, ſæculo iſto relicto, incolunt monaſteria, de quibus P. Auguſtinus putat loquutum Pſalmiſtam, cùm cecinit, *Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum*. Notat namque S. Doctor ex conſideratione pulchritudinis pacis, & fraternæ concordiæ, quæ viget in monaſterijs, iuuenes tot, & iuuẽculas per totum orbem, relictis labentibus facultatibus, & pulchritudine carnis fugaci contẽpta, monaſteria tot intraſſe. *Iſta* (inquit) *verba Pſalterij, iſte dulcis ſonus, iſta ſuauis melodia, tam in cantico, quàm in intellectu, etiam Monaſteria peperit. Ad hunc ſonum excitati ſunt fratres, qui habitare in vnum cõcupierunt: iſte verſus fuit tuba ipſorum: ſonuit per omnem orbem terrarum: & qui diuiſi erant, cõgregati ſunt in vnum.* Hæc Sanctiſsimus P. noſter Auguſtinus.

Aug. in Pſ. 132. 1.

Et pulchritudinem quidem iſtius religioſæ concordiæ, etiam deſcribens Baſilius, in hunc modum fatur, *Quid dari, fingique poteſt iucundius, quid beatius, quid felicius, quid admirabilius, quàm homines ex diuerſis nationibus, ac regionibus profectos, per exactam morum, ac diſciplinæ ſimilitudinem, adeo in vnum veluti coaluiſſe, vt in pluribus corporibus, vnus modò animus eſſe videatur, viciſſimque plura corpora, mentis vnius inſtrumenta cernantur?*

Baſil. c. 19. Conſt. Monach.

At P. Auguſtinus pulchritudinẽ concordiæ omnibus Chriſtianis communis, ſic pulchrè depingit. *Eſt* (inquit) *ſerenitas mentis, tranquillitas animi, ſimplicitas cordis, amoris vinculum, conſortiũ charitatis. Hæc eſt, quæ ſimultates tollit, bella compeſcit, comprimit iras, ſuperbos calcat, humiles amat, diſcordes ſedat, inimicos concordat, cunctis eſt placida.* Ecce pulchram appellat, iuxta doctrinam Angelicam ſuperiùs mamoratam, *Pulchra ſunt, quæ omnibus placent.* Et laudes illius proſequitur, dicens, *Non quærit alienum, nihil deputat ſuum, docet amare, quæ odiſſe non nouit: neſcit extolli, neſcit inflari.* Et hinc ad illius amorem inuitans, ſubdit. *Hanc ergo, qui accepit, teneat, qui perdidit, repetat, qui amiſit, exquirat.*

Aug. ſer. 7 de diuerſ. tom. 10.

Et nos etiam clamemus, & dicamus, quòd ſi ita exquirimus pulchritudinem tranſitoriam, tot amaritudinibus plenam, quomodò

Digitized by Google

dò pulchritudinem non exquirimus, quæ *nunquam excidit*, vt Apoſtolus ait, ſed hìc incipit, & illic conſummatur? ſi tantoperè corporis quietem, & animi cõcupiſcimus, & extra Deum, hanc verè non inuenimus, dicẽte Scriptura, *Non eſt pax impijs*, quare concordiam in Deo cum proximis non ſeruamus, cuius facies trãquilla eſt & ſerena, omnis turbationis, & inquietudinis expers? ſi Deum, qui falli non poteſt, & ipſum verbum diuinum, quod eſt ſapientia Patris, ita videmus ardenter, vt ita dicam, poſt pulchritudinem cõcordiæ ire, quare nos cæci ſpernimus tãtum ductorem? ò Domine, lux noſtra vnica, & ſecura, illumina tenebras noſtras, vt radio lucis tuæ diuinæ illuſtrati, pulchritudinẽ concordiæ oſtẽſam, hìc contemplantes, poſt illã, te duce, toto corde curramus!

1. Cor. 13 8.

Iſai. 57. 21.

CONSIDERATIO V.

Ex *Diſcordiæ turpitudine*.

QVemadmodum pulchritudo concordiæ, poſita eſt *In conſenſuum conſonantia in bono*, vt ſuperiùs eſt demonſtratum, ita diſcordiæ turpitudo, *In diſſonantia, qua quis ſibi adhærens, diſſentit ab alio*, & ita ad ſe curuatus, manet deturpatus. Sed non mirum, quia ad ſe conuerſus, à Deo fit auerſus, ab illiuſque pulchritudine, non poteſt iam ſplendorem recipere. Quomodò enim poterit Deum aſpicere, qui ab illo diſſentit, dum cum proximo ſuo in bono non conſentit? Proindè animæ iuſtæ à ſodalibus ſuis fuit dictum, *recti diligunt te*. Quę verba S. Bernardus exponẽs, ait. *Illum rectum corde dixerim, qui & rectè in omnibus ſentiat, & à recto, quod ſenſerit, in nullo diſſentiat*. Cùm ergo Deus omnis rectitudinis prima regula ſit, qui à recto diuertit, à Deo ſe auertit, & iam illius pulchritudinem non recipit: & ita anima iſta miſera, curua manens, obſcura manet, & fœda.

Cant. 1. 3

Bernard. ſer. 24. in Cant.

Et notat deuotiſsimus Doctor, hinc etiam argui deformitatem illius, quia, cùm Deus, rectum etiam, ſecundùm corpus, fecerit hominem, & ſic pulchrũ, animus tamen tendat deorſum, & corpus habeat ſurſum, quod eſt mõſtruoſum. *Quid enim*, inquit, *quàm curuum recto corpore gerere animum? peruerſa res eſt, & fœda luteum vas, quod eſt corpus de terra, oculos habere ſurſum, cœlos liberè ſuſpicere, cælorumque luminaribus oblectari aſpectibus, ſpiritualẽ verò, cæleſtemque creaturam, ſuos è contrario oculos, id eſt, interiores ſenſus, atque affectus, trahere in terram deorſum, & quæ debuit nutriri in croceis, hærere luto, tanquam vnam de ſuibus, amplexarique ſtercora.* Explicat autem dictum, quomodo tendat deorsũ, & curuetur,

uetur,cum, ſcilicet,diſſentit à recto, & conſequenter à Deo, qui voluntatis eſt rector. Proinde, diſcordando cùm proximo, *in recto*, conſequenter diſcordat à Deo, & ſe auertit ab eo, ad ſe conuerſus, & ideo curuus,& turpis. Vnde ita concludit, *Iſtius modi ergo curuæ animæ, non poſſunt diligere ſponſum, quoniam non ſunt amicæ ſponſi.*

Hinc iam apparet, cur Deus tãtopere hoc vitium deteſtetur, qui pulchritudinem amat. Nam, cùm ſibi offerri vehementer exoptet ſacrificia,per quę eius Diuinitas colitur, & agnoſcitur, tamẽ illis carere potiùs eligit, quàm per diſcordẽ manum offerri. Vnde Matth. 5. ita loquitur ipſe: *Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuum ante altare,& vade priùs reconciliari fratri tuo,& tunc veniens,offeres munus tuum.* Quæ verba expendens Gregorius, ſic ait: *Qua in re penſandũ eſt, cum omnis culpa munere ſoluatur, quàm grauis eſt culpa diſcordiæ, pro qua nec munus accipitur.*

Matth. 5. 23.

S. Greg. 4. Dialogor. c. vlt.

Profectò namque maxima turpitudo eſt, foris aliud oſtendere, ac intus quis eſt. Extra, Deũ munere confiteri, & ſic eum velle placare, & intus illum negare, & odio velle necare,dum cum proximo non ſcit concordare. Proinde de ſic offerente, idem Bernardus ſic ait. *Noli eſſe rectus oblator, & prauus diuiſor.* Per diuiſionem autem intelligit,hanc quam dicimus, quòd, nimirum, interiùs non ſit rectus cum Deo, diſcors à fratre,licèt exteriùs per munus oblatum, rectus cum illo appareat.

Bern. loc. cit.

Hinc,inquit, non placuiſſe illi, Caini oblationem, quem ita alloquitur: *Quid miraris ò Caim, ſi ad tua non reſpicit munera,qui te deſpicit? nec hoc mirum, ſi non reſpicit ad te,qui diuiſus es in te. Si manum deuotioni,quid animum das liuori? nõ concilias Deũ tibi, diſcors tecum. Non placas, ſed peccas, etſi nondum quidem impiè feriendo, ſed tamen diuidẽdo non rectè. Eſto nedum fratricida, iam tamen fædicida teneris. Nunquid rectus, vel quando manum porrigis Deo,cuius cor in terram trahit liuor, & fraternũ odium?* Hæc ille.

Bern. vt ſupr.

Gen. 4. 5.

Sanè tam turpe eſt, Deo munus offerre, & diſcordare à fratre,quòd pro hoc voluit S. Propheta Samuel Bethleemitas certos reddere, ſe pacificum ad eos accedere. Nã interrogantibus illis. *Pacificusnè eſt ingreſſus tuus?* Reſpondit, *pacificus*. Et pro ratione ſubdidit: *Ad immolandum Domino veni*; inſinuans, tantam eſſe turpitudinẽ in diſcorde animo, vt quis non debeat omnino accedere ad offerendum ſic Deo. Cum ipſi magis diſpliceat, & ſic offerentem deſpiciat, qui tantum mi-

1. Reg. 16. 5.

Digitized by Google

miniſtrum innocentem requirit, vt in Leuit. legitur: *Omnis, qui habuerit maculam de ſemine Aaron ſacerdotis, non accedet offerre hoſtias Deo.* Nimis autem maculatus eſt, qui diſcors à fratre eſt. Neque gratum ſacrificiũ laudis ab eo accipitur. Ideo ſic offerens, & laudans, à Deo durè corripitur: *Quare tu enarras iuſtitias meas* (inquit) *& aſſumis teſtamentum meum per os tuum?* Et inter alias cauſas, hanc præcipuè exponit, dicens, *Sedens aduerſus fratrem tuum loquebaris, & aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum.* Diximus autem ſuperiùs, diſcordiã ex detractione procedere, & aduerſantis animi hanc eſſe indicium. Igitur ideo ſic diſplicet anima diſcors, quia ita turpis Dominũ cõfitetur.

Leuit. 21. 21.

Pſ. 49. 16

num. 20.

O quàm denigrata ſuper carbones apparebit facies Sacerdotis illius, qui ſic ad Altare accedit! O quàm obſcura, & turpis erit anima religioſi illius, qui in choro Deum laudat, & in corde à fratre diſcordat! O quàm deformis erit anima Chriſtiani illius, qui coronam ore recitat, & corde ſuum proximum necat! Hinc Sancti Patres, huius vitij fœditatem contemplantes, illud variè compellarunt. S. Abbas Iſaias ſerm. 22. inter opera SS. PP. illud *Obſcurum, & tetrum nominauit.* S. Hieronym. in Regula Monachorum affirmat, cœnobia per illud. *tartara* eſſe, & *habitatores, dæmones.* & S. P. noſter Auguſtinus ſerm. 7. de diuerſis, tom. 10. idem aſſerit. Hinc eſſe deſerendã diſcordiam, & amplectendã concordiã, efficaciter his verbis cõcludens. *Quare, aut Chriſti charitatem amplectere, Chriſtiane, aut diſcordiæ author, ſimilitudine operum, parem te eſſe, cognoſce.* Docuerat autẽ priùs, ex dæmone prodire diſcordiam: & ideò, inde concludit, ſimilem illi euadere, qui vitium iſtud fugere non ſatagit.

S. Abbas Iſaias.

S. Hieron.

S. Aug.

Imò dico, quòd infernus ipſe appareat, vt per Oſeam ſignatur cap. 13. verbis illis, *Cõſolatio abſcondita eſt ab oculis meis, quia ipſe inter fratres diuidet.* Dixerat autem paulò ante in Chriſti perſona, *Ero morſus tuus inferne.* Et quia infernum nominauerat, ſtatim de eius turpitudine ſtupefactus, dolens ſubiunxit, in illam incidiſſe, quia diuiſerat fratres, vt Hieronymi expoſitio indicat, ſic dicentis: *Non valeo conſolari. Quidquid mente concepero, dolorem meum nõ poteſt mitigare: cernes chariſſima inter ſe nomina, morte ſeiungi: ipſe enim infernus inter fratres diuidet.* Vnde cõcludit, *Quidquid igitur ſeparat fratres, infernus eſt appellãdus.*

Oſe. 13. 14.

S. Hieron.

Vide igitur ad quam turpitudinem deueniat, qui diſcors eſt, & qui ponit inter fratres diſcordias. Sanè ſi ſic turpitudinem corporis perituri, non incurrere ſtudemus; cur, quæſo, turpitudinem ani-

Digitized by Google

uetur, cum, scilicet, dissentit à recto, & consequenter à Deo, qui voluntatis est rector. Proinde, discordando cùm proximo, *in recto*, consequenter discordat à Deo, & se auertit ab eo, ad se conuersus, & ideo curuus, & turpis. Vnde ita concludit, *Istius modi ergo curuæ animæ, non possunt diligere sponsum, quoniam non sunt amicæ sponsi.*

Hinc iam apparet, cur Deus tãtopere hoc vitium detestetur, qui pulchritudinem amat. Nam, cùm sibi offerri vehementer exoptet sacrificia, per quę eius Diuinitas colitur, & agnoscitur, tamẽ illis carere potiùs eligit, quàm per discordẽ manum offerri. Vnde Matth. 5. ita loquitur ipse: *Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade priùs reconciliari fratri tuo, & tunc veniens, offeres munus tuum.* Quæ verba expendens Gregorius, sic ait: *Qua in re pensandũ est, cum omnis culpa munere soluatur, quàm grauis est culpa discordiæ, pro qua nec munus accipitur.*

Matth. 5. 23.

S. Greg. 4. Dialogor. c. vlt.

Profectò namque maxima turpitudo est, foris aliud ostendere, ac intus quis est. Extra, Deũ munere confiteri, & sic eum velle placare, & intus illum negare, & odio velle necare, dum cum proximo non scit concordare. Proinde de sic offerente, idem Bernardus sic ait. *Noli esse rectus oblator, & prauus diuisor.* Per diuisionem autem intelligit, hanc quam dicimus, quòd, nimirum, interiùs non sit rectus cum Deo, discors à fratre, licèt exteriùs per munus oblatum, rectus cum illo appareat.

Bern. loc. sit.

Hinc, inquit, non placuisse illi, Caini oblationem, quem ita alloquitur: *Quid miraris ò Caim, si ad tua non respicit munera, qui te despicit? nec hoc mirum, si non respicit ad te, qui diuisus es in te. Si manum deuotioni, quid animum das liuori? nõ concilias Deũ tibi, discors tecum. Non placas, sed peccas, et si nondum quidem impiè feriendo, sed tamen diuidẽdo non rectè. Etsi nedum fratricida, iam tamen fædicida teneris. Nunquid rectus, vel quando manum porrigis Deo, cuius cor; in terram trahit liuor, & fraternũ odium?* Hæc ille.

Bern. vt supr.

Gen. 4. 5.

Sanè tam turpe est, Deo munus offerre, & discordare à fratre, quòd pro hoc voluit S. Propheta Samuel Bethleemitas certos reddere, se pacificum ad eos accedere. Nã interrogantibus illis. *Pacificusnè est ingressus tuus?* Respondit, *pacificus*. Et pro ratione subdidit: *Ad immolandum Domino veni*; insinuans, tantam esse turpitudinẽ in discorde animo, vt quis non debeat omnino accedere ad offerendum sic Deo. Cum ipsi magis displiceat, & sic offerentem despiciat, qui tantum

1. Reg. 16. 5.

mi-

miniſtrum innocentem requirit, vt in Leuit. legitur: *Omnis, qui habuerit maculam de ſemine Aaron ſacerdotis, non accedet offerre hoſtias Deo.* Nimis autem maculatus eſt, qui diſcors à fratre eſt. Neque gratum ſacrificiũ laudis ab eo accipitur. Ideo ſic offerens, & laudans, à Deo durè corripitur: *Quare tu enarras iuſtitias meas* (inquit) *& aſſumis teſtamentum meum per os tuum?* Et inter alias cauſas, hanc præcipuè exponit, dicens, *Sedens aduerſus fratrem tuum loquebaris, & aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum.* Diximus autem ſuperiùs, diſcordiã ex detractione procedere, & aduerſantis animi hanc eſſe indicium. Igitur ideo ſic diſplicet anima diſcors, quia ita turpis Dominũ cõfitetur.

Leuit. 21. 21.

Pſ. 49. 16

num. 20.

O quàm denigrata ſuper carbones apparebit facies Sacerdotis illius, qui ſic ad Altare accedit! O quàm obſcura, & turpis erit anima religioſi illius, qui in choro Deum laudat, & in corde à fratre diſcordat! O quàm deformis erit anima Chriſtiani illius, qui coronam ore recitat, & corde ſuum proximum necat! Hinc Sancti Patres, huius vitij fœditatem contemplantes, illud variè compellarunt. S. Abbas Iſaias ſerm. 22. inter opera SS. PP. illud *Obſcurum, & tetrum nominauit.* S. Hieronym. in Regula Monachorum affirmat, cœnobia per illud, *tartara* eſſe, & *habitatores, dæmones.* & S. P. noſter Auguſtinus ſerm. 7. de diuerſis, tom. 10. idem aſſerit. Hinc eſſe deſerendã diſcordiam, & amplectendã concordiã, efficaciter his verbis cõcludens. *Quare, aut Chriſti charitatem amplectere, Chriſtiane, aut diſcordiæ authori, ſimilitudine operum, parem te eſſe, cognoſce.* Docuerat autẽ priùs, ex dæmone prodire diſcordiam: & ideò, inde concludit, ſimilem illi euadere, qui vitium iſtud fugere non ſatagit.

Abbas Iſaias.

S. Hieron.

Imò dico, quòd infernus ipſe appareat, vt per Oſeam ſignatur cap. 13. verbis illis, *Cõſolatio abſcondita eſt ab oculis meis, quia ipſe inter fratres diuidet.* Dixerat autem paulò ante in Chriſti perſona, *Ero morſus tuus inferne.* Et quia infernum nominauerat, ſtatim de eius turpitudine ſtupefactus, dolens ſubiunxit, in illam incidiſſe, quia diuiſerat fratres, vt Hieronymi expoſitio indicat, ſic dicentis: *Non valeo conſolari. Quidquid mente concepero, dolorem meum nõ poteſt mitigare: cernes chariſsima inter ſe nomina, morte ſeiungi: ipſe enim infernus inter fratres diuidet.* Vnde cõcludit, *Quidquid igitur ſeparat fratres, infernus eſt appellãdus.*

Oſe. 13. 13. 14.

S. Hieron.

Vide igitur ad quam turpitudinem deueniat, qui diſcors eſt, & qui ponit inter fratres diſcordias. Sanè ſi ſic turpitudinem corporis perituri, non incurrere ſtudemus; cur, quæſo, turpitudinem

Digitized by Google

animæ immortalis, ad imaginem Dei creatæ, per crimen hoc, non horremus? Cur imaginẽ Dei tam pulchram, sic deturpare nõ veremur? Cur sacrificijs nostris, quibus Deum nostrum laudamus, & colimus, nosmetipsos indignos efficimus? Cur sic nos frustatorio labore decipimus? O Domine, imprime tu cordi nostro cognitionem lucidam turpitudinis hostis istius, vt illam horrentes, triumphemus de illo!

CONSIDERATIO VI.

Ex *Miseratione.*

MIrum profectò est, quantùm miseratio contra discordiam valeat. Nam, cùm amor naturaliter prouocet ad amorem, vt 2. Propugnaculo diximus, & miseratio signum amoris sit, maximè allicit ad dilectionem.

Consistit autem miseratio ista in eo, quòd condonemus proximis, & fratribus nostris, quæ contra nos commiserunt. Pro quo seriò recogitare debemus generalem regulã illam, naturæ lumine notã: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.* Ex qua S. senex Tobias ita filio suo cõsuluit, *Omne, quod tibi odisti fieri, vide, ne & ipse alteri facias.* Quod & Dominus in Euangelio confirmauit, apud Matthæum dicens, *Quæ vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis.* Et P. Augustinus in Confessionib. dixit: *Noli facere alteri, quod tu non vis pati.* Igitur quemadmodum vis, quòd alius consentiat tecum in aliquo bono honesto, & tu similiter, cùm ipse in alio bono simili consentit, nõ discordes ab illo. Vel (quod in idem recidit) quẽadmodum tu non vis aliquem in bono pati discordem, neque tu in simili illi discors sis.

Tob. 4. 16.

Matth. 7. 12.

P. Augustin. lib. 1. *c.* 18 *nu.* 3.

Et quia frequenter ex odio discordia nascitur, vt supra in doctrina est dictũ, ideo iniurias debemus remittere, ex quibus fuit odium ortum, vt sic, causa ablata, tollatur effectus, nimirũ discordia, & intret concordia. Et ad hoc ex eodem motiuo debemus moueri: quia, cùm naturaliter homo amari cupiat, & odio nolit haberi, impendamus alteri, quod cupimus nobis impendi, nimirum amorem, & fugiamus odio persequi, quod nobis nolumus. Et quemadmodum offensam optamus nobis remitti, libenter etiã alteri remittamus.

Quod quidem indicauit Apostolus, cùm dixit ad Coloss. *Induite viscera misericordiæ, supportantes inuicem, & donantes vobismetipsis, si quis aduersùs aliquem habet querelam.* Et subdit motiuum ad hoc faciendum, *Sicut & Dominus donauit vobis, ita & vos.* Vbi particula *sicut*, vt notauit Chrysostomus, magnam

Ad Col. 3. 13.

S. Chrys. ibi to. 4.

vim

vim habet, & denotat, quòd licèt, qui te offenderit, magnus ſit, aut puſillus, & iniuſtè id fecerit, vel iuſtè, in paruo, aut in magno, illi non ſolùm tenemur condonare exteriùs, ſed interiùs primùm, imò etiam poſitiuè diligere, & non vtcunque, ſed vſque ad mortem, vt animam tuam, id eſt, vitam tuam pro illo ponas, ſi opus fuerit. Illud enim, *Sicut*, hæc omnia poſtulat. Nam ſic ipſe ab hominibus pertulit, qui illi ingratiſsimi fuerunt, & tamen illis condonauit, & pro illis Patrem rogauit.

Igitur ita debes dicere in corde tuo, quando cor tuum ſentis diuiſũ à fratre, vel proximo tuo, qui in aliquo te offendit, *Sicut & Chriſtus donauit mihi ita & ego fratri meo volo donare*, ſcilicet, offenſam remittere, quemadmodum & ipſe mihi remiſit. *Et hoc non tãtùm volo facere corde, vel ore, ſed corde ſimul, & ore. Quia ſi fecero tantùm ore, ſicut Dominus meus non condonabo, qui corde peccata remiſit in ipſum commiſſa.* Imo ipſe comminatus eſt pœnam, ſi non remitterem ita, cũ dixit, *Sic & Pater meus cæleſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris.* Si autem corde dimittã, & non ore, fratrẽ meum ad charitatem mutuam, & concordiam non alliciam: cùm homo non intueatur cor: Deus autem meus vult, vt ego fratrem lucrer: at lucrifit, cùm ad charitatem ſic inuitatur. Imò Apoſtolus hoc indicauit, cùm pronũciauit: *Induite vos viſcera miſericordiæ*, & addidit, *benignitatẽ*. Quæ virtus externis ſignis oſtenditur. Igitur nõ tantùm corde hoc faciam, ſed etiam ore, id eſt, externis actibus affabilitatem, & benignitatem oſtendam. *Quibus ei indicabo, me illius eſſe miſertum, & totum debitum condonaſſe.*

Matt. 18. 35.

Coloſſ. 3. 12.

Neque expectabo, quòd ipſe incipiat prior hoc officium mecum gerere: ſed ego, licet ſenior, aut dignior, illum in hoc præueniam, vt laudabiliùs me geram, cùm lucrũ probabiliter hinc expectauero proximi mei, & quòd ipſe non abutetur humilitate mea. Sic enim fecit S. Patriarcha Abraham cum Loth ſuo nepote, cùm illi amicabiliter dixit, *Ne, quæſo, ſit iurgium inter me, & te.* Nam in hoc magis in me charitas, & humiliras reſplendebunt, quæ *maiori cognitioni* debentur; vt Apoſtolus ſignificauit, cùm dixit. *Vos, qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis.* Et iterũ dicit, *Nihil per cõtentionem, neque per inanem gloriam, ſed in humilitate ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes.*

Genes. 13. 8.

Ad Gal. 6. 1.

Ad Phil. 2. 3.

Licèt enim reipſa ſuperior mihi non ſit, tamen ita illum conſiderabo, & ex hoc me illi humiliabo, & ſigna charitatis oſtendam.

Et quidem ad hoc propoſitum narrat noſter B. Iordanus de Saxonia

B. Iord. in vit. Patr. lib. 2. c. 6.

Digitized by Google

xonia de Magiſtro Proſpero de Regio, Theologiæ Sacræ profeſſore Ordinis noſtri, qui tantæ humilitatis, & charitatis fuit, vt ſi aliquando alicui fratri verbum durum dixiſſet, antequam illa die dormiret, curaret humiliter veniam petere à fratre illo, licèt minimo: quod & ipſe B. Iordanus teſtatur ſibi ſæpè feciſſe, cũ Bononiæ diſcipulus eius fuiſſet. Et hoc etiam eſt miſereri, ſcilicet, nõ permittere, quòd *diù* in corde fratris poſsit eſſe vmbra aliqua, aut auerſio, quæ diminuat charitatem.

Quod etiam in Regula ſanctiſſimus P.N. Auguſtinus præcepit, *P. Auguſ.* cũ dixit, *Lites, aut nullas habeatis, aut quamcelerrimè finiatis.* Vbi inſinuat, quòd ſi aliquando, ex fragilitate humana, inter aliquos ſit orta turbatio, tamen non diù duret, ſed quamcelerrimè finiatur. Non enim fuit contentus dicere celeriter, aut celerrimè, ſed *quamcelerrimè*, vt magis indicaret, quãtùm debeamus eſſe feſtini ad priſtinam charitatẽ redire, quia frequenter à paruis incipimus, & à verbo aliquo incautè prolato, aut geſtu iocoſo, & niſi per condonationem, quamcitiſsimè occurramus, ad magna procedimus, nimirum, ad odiũ, quo occiditur anima. Ideò ſubdit, *Nè ira creſcat in odium, & trabem faciat de feſtuca, & animã faciat homicidam.* Et eſt conformiter ad doctrinam Apoſtoli docentis, *Sol non occidat ſuper iracundiam.* Vbi ita ait Ambroſius. *Iram tranſire vult, nec retineri in pectore, vt die orta, cum die decidat.* Et rationẽ ſubdit, *Quia ſi in animo manſerit, dat occaſionem Diabolo gloriãdi: neceſſe eſt enim, quòd animus iratus malè cogitet. Quod cupit Diabolus. Inuenit enim mentem paratam ad malum, cui ſe inſerens, effectu ſuo decipit hominem factum ad vitam, quia hominis cogitare eſt, Diaboli implere.* Hoc Ambroſius. Et eſt, quod ſubiũgit Apoſtolus, *Nolite locum dare Diabolo.* Dilatio namque miſerationis iſtius, ad ingreſſum Diaboli, eſt diſpoſitio. Tunc enim, vt S. Doctor aduertit, cogitationes auerſionis incipiũt cor poſſidere, & nihil aliud etiam in orationis loco, cogitatur; & vbi anima debebat ſe Deo vnire, cum Diabolo fœdus init, eius ſuggeſtionibus contra proximum, locum in corde dando, & proh dolor! cum animæ multa ruina. Sic enim vires capit auerſio, & intenditur magis odium, quo occiditur anima. Ideo conſultiſsimum eſt feſtinare ad veniã condonando, & miſerendo, & ſic odium præſcindendo, & penitus auferendo. *Ad Epheſ 4. 26.* *S. Ambr. ibi n. 3.*

Sed eſt adhuc alia miſeratio, quę exercetur, etiam erga naturales defectus, qui ſine culpa contingunt. Nam cùm ille, qui à te eſt auerſus, animaduertit, te compati illis, mirum in modum molleſcit,

&

Digitized by Google

& desinit iam auerti. Cùm enim naturaliter, etiam naturales horreamus defectus, charitas arguitur magna, quando, etiam in his, propter Deũ proximo nostro cõpatimur. Nam hos etiam Paulus non excipit, cùm dicit, *Charitas omnia suffert, omnia sustinet.* Et cùm amor naturaliter alliciat ad amorem, fieri non potest, quòd cor non expugnes auersum, & facias ad te conuersum. 1.Cor.13.7.

Et in hoc, verbum illud, *sicut*, ex eodem Apostolo ad Col.3.13. superiùs cùm Chrysostomo obseruatum, etiam tu obseruabis. Deus enim tuus, etiam tibi, in his compatitur, vt quoque significauit Propheta, cùm cecinit, *Quemadmodum miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timẽtibus se.* Vide quomodo loquatur, de eum timentibus, vbi quidem culpa abest, & defectus adest naturæ. Et miserationis ratio subditur, *Quoniam ipse cognouit figmentum nostrum.* Considera Patrem, aut Matrem, quot defectus naturales in filio sufferant, dum ipsum educant, & ad adultam ætatem perducunt. Ita ex amore facit Deus tuus tecũ. Sic igitur debes fratri, & proximo tuo cõpati, sicut cõpatitur tibi Deus tuus, te supportando, & eum, ex hoc, ad mutuam charitatem prouocare. Ps.102.13

Sanè memini, me legisse in libro laborum IESV, quos sapientissimè, & deuotissimè enarrat Vener. P.Thom. à IESV Ordinis nostri, quód vnus è præcipuis laboribus, quos pro nobis pertulit benignissimus Dominus, fuit ruditatem, & defectus naturales sustinere suorum discipulorum ante illuminationem maiorem, quã reseruauerat ad Spiritus Sãcti aduentum, in Pentecostes die. Quod dictus Doctor ibi diffusè prosequitur. Cùm ergo *omnis actio* Christi fuerit *nostra instructio*, & Apostolus Petrus dicat, quòd *Nobis reliquit exemplum, vt sequamur vestigia eius*, & Ioan. *Quòd debeamus, sicut & ipse ambulauit, & nos ambulare*; iã nulla profectò relinquitur excusatio, ob quam non debeamus miserationem, etiam istam, proximis nostris exhibere, & sic ad charitatem accendere. *P.Thom.à Iesu labor.17.* 1.Petri 2.21. 1.Io.2.6.

Et vlteriùs additur, quòd, quẽadmodum nobis est gratum in istis, à quibus nullus in hac vita mortali est liber omninò, ab alijs erga nos compassionem haberi, cùm occurrunt, & ad eos ex hoc ardentiùs amandum, allici experimur, sic nobis ab alijs repẽdetur, si ipsis charitatem hanc impenderimus. Et ad hoc faciendum regula illa superiùs posita, & lumine naturali nota, nos debet mouere, scilicet, *Quod tibi vis fieri, alteri fac.* Quam Dominus in Euang. confirmauit, vt initio diximus.

Videnda etiam sunt pro hoc, quæ diximus supra Propugnac.2. cõs.2. Pond.3. & Propug.8.cõs.6.

quæ

Digitized by Google

Monicæ, ibi, *Nihil tamen alteri de altera proderet.* Nam linguam comprimebat, nè odiosa referret, & sic comprimendo stillabat dulcia tantùm, id est, pacifica, vt subditur, *nisi, quod ad eas conciliandas valeret.* Et ita amaritudinem discordiæ dulcorabat, & mel dulcissimum in disidentia corda immittebat.

O nos tantæ Matris filij! quare exemplo illius, non resistimus valenter carni, & sanguini, & labia nostra non facimus benedictionis mel stillãtia, vt sic conseruemus in domo Domini? vel fortè, ex fragilitate, amissam non citò recuperamus? vel, vt sic recuperetur, curamus? quare negligimus solem occidere super iracundiam nostram, & contra dominicũ dictum, diù odiũ seruari in pectore, & inde detractoria verba exhalare permittimus?

Hinc Sanctissimus P.N. Augustinus subdit, *Parùm hoc bonum mihi videretur, nisi turbas innumerabiles tristis experirer, nescio qua horrenda pestilentia peccatorum latissimè peruagante, non solùm inimicorum iratorum iratis inimicis dicta prodere, sed etiã, quæ non dicta sunt, addere: cùm contra, animo humano parùm esse debeat, inimicitias hominum nec exagitare, nec augere, malè loquendo, nisi eas etiam extinguere, benè loquendo, studuerit.* Hæc Sanctissimus P. noster; quæ benè singula perpendenda sunt.

Debet igitur quisque, bene loquendo, studere reconciliare discordes: quia si ad hoc omnis Christianus tenetur, quantò magis religiosus? Neque potest aliquis obijcere Scripturam dicentem, *Væ, qui dicitis malum, bonum,* & dicere: igitur, quomodò debeo bonum dicere, qui malum video? Nam tibi dico, quòd malum, nemo tenetur, aut licitè potest, vt bonum, narrare, tamen saltem poterit aliquo modo excusare. Deindè, nunquam aliquis est ita malus, in quo bona aliqua, ad minus naturalia, non reluceant: illa igitur sunt, ad minus, dicenda. Nam ex relatione eorũ, vel tu à te discordem allicies, vel cum alio concordem facies. *Isai. 5. 20*

CONSIDERATIO VIII.

Ex *sui Abnegatione.*

COnsideratio ista directè cõtra amorem proprium militat, ex quo in doctrina ostendimus, hostem istum prodire. Igitur se abnegando, & proximo cõsentiendo, iam corda manent vnita, & sic per discordiam non diuisa. Tamen ista abnegatio sui intelligenda est quoad partem inferiorem sensitiuam, quæ rectæ rationi reluctat, quam proximus, seu frater noster vult sequi, & nostra ad malum prona natura consentire renuit. Igitur tunc debeo me abnegare, seu frãgere, vt proximo

Digitized by Google

ximo meo in bono adhæream, vt Apoſtolus ait, *Odientes malum, adhærentes bono.* Sic enim ſeruatur concordia, vt etiam illuminatus vir ille teſtatur, dicens, *Oportet, quòd diſcas, teipſum in multis frangere, ſi vis pacem, & cõcordiam cum alijs tenere.*

Ad Rom. 12.9.

Kẽp. lib. 1 de Imit. Chriſti, c. 17.

Hoc ipſum docuit Petrus cùm dixit. *Et ipſi, tanquam lapides viui, ſuperædificamini domus ſpiritualis.* Domus namque ex lapidibus calce colligatis conſurgit: tamen frequẽter lapides frãgi oportet, vt ita poſſint coniungi: ſic ſimiliter opus eſt, vt domus ſpiritualis ſuperędificetur in nobis, & habitaculũ Dei fiamus, quòd noſmetipſos frangamus in deſiderijs, & concupiſcentijs noſtris. Sic enim charitas Chriſti colligabit nos, & diuiſi non manebimus per diſcordiam. De diſcordibus namque B. Iudas Apoſtolus eſt loquutus, cùm dixit, *Hi ſunt, qui ſegregant ſemetipſos, animales ſpiritum non habentes.* Quid eſt *ſegregare ſemetipſũ*, niſi ſequi ſuum ſenſum? tũc enim ſeparat ſe quiſque à ſemetipſo, hoc eſt, ſecundùm carnem à recta ſua ratione, quæ vocatur *ſpiritus*, vt ſignificauit Paulus, cùm dixit, *ſpiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis.* Proindè ſic ſe ſegregantes vocauit B. Iudas *animales*, & ſubdidit, *ſpiritum non habentes.* Cui vtique, ſi conſentientes eſſent, animales neutiquam eſſent, ſed ſpirituales, & habitaculum dignum cęleſtis ſpiritus, qui charitatem ſuam ſic ſe gerentibus tribuit, & ſciſſuram prohibet, quam amor ſui inducit. *Nam* (inquit Bernardus prędicta verba conſiderans) *ſi adeſſet ſpiritus, per eum vtique charitas diffunderetur, & vnitas nõ ſcinderetur.* Proindè Sãctus Apoſtolus ſermonem ſuum ad iuſtos cõuertens, ſubdit. *Vos autem, chariſſimi, ſuperædificantes voſmet. ipſos ſanctiſſimæ veſtræ fidei, in Spiritu ſancto orantes, voſmetipſos in dilectione ſeruate.* Vbi notabiliter ſuperędificatio ponitur, quæ per ſui abnegationẽ, lapides fractos conquadratos deſignat: ideoque ſubiungit, *Sanctiſſimæ veſtræ fidei*, ſeruãdo, ſcilicet, prędicepta, quę ipſa præſcribit propter quæ adimplenda, debemus deſideria noſtra inordinata abnegare, inter quæ mandata, eſt mandatũ mutuę charitatis, & pacis, proindè ſubdit, *Voſmetipſos in dilectione ſeruate.* Vtiq. abnegãdo vos, frangendo vos, & ſic rectè ædificando vos, vt ſitis domus ſpiritualis Deo, qui amat pacẽ. Vnde Pſalm. ait, *Et factus eſt in pace locus eius.*

S. Bern. ſerm. 1. in feſt. S. Michael. circ. fin.

B. Iud. vn. 20.

num. 21.

B. Iudas Apoſtol. v. 19.

Galat. 5. 16.

Pſ. 75. 3.

Licèt autem voluntatis iſtius abnegatio, vt oſtendimus, adhibẽda in occaſionibus ſit, vt concordia, & pax conſeruetur: tamen multum iuuabit etiam abnegatio intellectus, proprium indicium deponendo, & alterius humiliter ſententiæ ſe ſubmittendo, vt Sapiens conſuluit, cùm dixit, *Nè*

Prou. 3. 7.

ſis

Digitized by Google

quod optimum eſt, peruenire, & in exquiſitione illius, aliorum impedimentum per voluntatum repugnantiam, aut etiam intellectuum (quod iucundius eſt) non ſentiat, mirum in modum interiùs tranquillatur: & ſic hinc maximè trahitur, vt concordiam hanc amplectatur.

Et tranquillitas iſta, quæ ſic venuſtat concordiam, creſcit cum perfectione conſenſus, quē operatur dilectio ſpecialiùs in aliquibus, qui, ſæculo iſto relicto, incolunt monaſteria, de quibus P. Auguſtinus putat loquutum Pſalmiſtam, cùm cecinit, *Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum*. Notat namque S. Doctor ex conſideratione pulchritudinis pacis, & fraternæ concordiæ, quæ viget in monaſterijs, iuuenes tot, & iuuēculas per totum orbem, relictis labentibus facultatibus, & pulchritudine carnis fugaci contēpta, monaſteria tot intraſſe. *Iſta* (inquit) *verba Pſalterij, iſte dulcis ſonus, iſta ſuauis melodia, tam in cantico, quàm in intellectu, etiam Monaſteria peperit. Ad hunc ſonum excitati ſunt fratres, qui habitare in vnum cōcupierunt: iſte verſus fuit tuba ipſorum: ſonuit per omnem orbem terrarum: & qui diuiſi erant, cōgregati ſunt in vnum.* Hæc Sanctiſsimus P. noſter Auguſtinus. *Aug. in Pſ. 132. 1.*

Et pulchritudinem quidem iſtius religioſæ concordiæ, etiam deſcribens Baſilius, in hunc modum fatur, *Quid dari, fingique poteſt iucundius, quid beatius, quid felicius, quid admirabilius, quàm homines ex diuerſis nationibus, ac regionibus profectos, per exactam morum, ac diſciplinæ ſimilitudinem, adeo in vnum veluti coaluiſſe, vt in pluribus corporibus, vnus modò animus eſſe videatur, viciſſimque plura corpora, mentis vnius inſtrumenta cernantur?* *Baſil. c. 19. Conſt. Monach.*

At P. Auguſtinus pulchritudinē concordiæ omnibus Chriſtianis communis, ſic pulchrè depingit. *Eſt* (inquit) *ſerenitas mentis, tranquillitas animi, ſimplicitas cordis, amoris vinculum, conſortium charitatis. Hæc eſt, quæ ſimultates tollit, bella compeſcit, comprimit iras, ſuperbos calcat, humiles amat, diſcordes ſedat, inimicos concordat, cunctis eſt placida.* Ecce pulchram appellat, iuxta doctrinam Angelicam ſuperiùs mamoratam, *Pulchra ſunt, quæ omnibus placent.* Et laudes illius proſequitur, dicens, *Non quærit alienum, nihil deputat ſuum, docet amare, quæ odiſſe non nouit: neſcit extolli, neſcit inflari.* Et hinc ad illius amorem inuitans, ſubdit. *Hanc ergo, qui accepit, teneat, qui perdidit, repetat, qui amiſit, exquirat.* *Aug. ſer. 7 de diuerſ. tom. 10.*

Et nos etiam clamemus, & dicamus, quòd ſi ita exquirimus pulchritudinem tranſitoriam, tot amaritudinibus plenam, quomodò

Digitized by Google

dò pulchritudinem non exquirimus, quæ *nunquam excidit*, vt Apoſtolus ait, ſed hìc incipit, & illic conſummatur? ſi tantoperè corporis quietem, & animi cõcupiſcimus, & extra Deum, hanc verè non inuenimus, dicẽte Scriptura, *Non eſt pax impijs*, quare concordiam in Deo cum proximis non ſeruamus, cuius facies trãquilla eſt & ſerena, omnis turbationis, & inquietudinis expers? ſi Deum, qui falli non poteſt, & ipſum verbum diuinum, quod eſt ſapientia Patris, ita videmus ardenter, vt ita dicam, poſt pulchritudinem cõcordiæ ire, quare nos cæci ſpernimus tãtum ductorem? ò Domine, lux noſtra vnica, & ſecura, illumina tenebras noſtras, vt radio lucis tuæ diuinæ illuſtrati, pulchritudinẽ concordiæ oſtẽſam, hìc contemplantes, poſt illã, te duce, toto corde curramus!

1. Cor. 13 8.

Iſai. 57. 21.

CONSIDERATIO V.

Ex *Diſcordiæ turpitudine*.

QVemadmodum pulchritudo concordiæ, poſita eſt *In conſenſuum conſonantia in bono*, vt ſuperiùs eſt demonſtratum, ita diſcordiæ turpitudo, *In diſſonantia, qua quis ſibi adhærens, diſſentit ab alio*, & ita ad ſe curuatus, manet deturpatus. Sed non mirum, quia ad ſe conuerſus, à Deo fit auerſus, ab illiuſque pulchritudine, non poteſt iam ſplendorem recipere. Quomodò enim poterit Deum aſpicere, qui ab illo diſſentit, dum cum proximo ſuo in bono non conſentit? Proindè animæ iuſtæ à ſodalibus ſuis fuit dictum, *recti diligunt te*. Quę verba S. Bernardus exponẽs, ait. *Illum rectum corde dixerim, qui & rectè in omnibus ſentiat, & à recto, quod ſenſerit, in nullo diſſentiat*. Cùm ergo Deus omnis rectitudinis prima regula ſit, qui à recto diuertit, à Deo ſe auertit, & iam illius pulchritudinem non recipit: & ita anima iſta miſera, curua manens, obſcura manet, & fœda.

Cant. 1. 3

Bernard. ſer. 24. in Cant.

Et notat deuotiſsimus Doctor, hinc etiam argui deformitatem illius, quia, cùm Deus, rectum etiam, ſecundùm corpus, fecerit hominem, & ſic pulchrũ, animus tamen tendat deorſum, & corpus habeat ſurſum, quod eſt mõſtruoſum. *Quid enim*, inquit, *quàm curuum recto corpore gerere animum? peruerſa res eſt, & fœda luteum vas, quod eſt corpus de terra, oculos habere ſurſum, cœlos liberè ſuſpicere, cælorumque luminaribus oblectari aſpectibus, ſpirituale verò, cæleſtemque creaturam, ſuos è contrario oculos, id eſt, interiores ſenſus, atque affectus, trahere in terram deorſum, & quæ debuit nutriri in croceis, hærere luto, tanquam vnam de ſuibus, amplexarique ſtercora.* Explicat autem dictum, quomodo tendat deorsũ, & curuetur,

uetur,cum, ſcilicet,diſſentit à recto, & conſequenter à Deo, qui voluntatis eſt rector. Proinde, diſcordando cùm proximo, *in recto*, conſequenter diſcordat à Deo, & ſe auertit ab eo, ad ſe conuerſus, & ideo curuus,& turpis. Vnde ita concludit, *Iſtius modi ergo curuæ animæ, non poſſunt diligere ſponſum, quoniam non ſunt amicæ ſponſi.*

Hinc iam apparet, cur Deus tãtopere hoc vitium deteſtetur, qui pulchritudinem amat. Nam, cùm ſibi offerri vehementer exoptet ſacrificia,per quę eius Diuinitas colitur, & agnoſcitur, tamẽ illis carere potiùs eligit, quàm per diſcordẽ manum offerri. Vnde Matth. 5. ita loquitur ipſe: *Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuum ante altare,& vade priùs reconciliari fratri tuo,& tunc veniens,offeres munus tuum.* Quæ verba expendens Gregorius, ſic ait: *Qua in re penſandũ eſt, cum omnis culpa munere ſoluatur, quàm grauis eſt culpa diſcordiæ, pro qua nec munus accipitur.*

Matth.5. 23.

S.Greg.4. Dialogor. c. vlt.

Profectò namque maxima turpitudo eſt, foris aliud oſtendere, ac intus quis eſt. Extra, Deũ munere confiteri, & ſic eum velle placare, & intus illum negare, & odio velle necare,dum cum proximo non ſcit concordare. Proinde de ſic offerente, idem Bernardus ſic ait. *Noli eſſe rectus oblator, & prauus diuiſor.* Per diuiſionem autem intelligit,hanc quam dicimus, quòd, nimirum, interiùs non ſit rectus cum Deo, diſcors à fratre,licèt exteriùsper munus oblatum, rectus cum illo appareat.

Bern. loc. cit.

Hinc,inquit, non placuiſſe illi, Caini oblationem, quem ita alloquitur: *Quid miraris ò Caim, ſi ad tua non reſpicit munera,qui te deſpicit? nec hoc mirum,ſi non reſpicit ad te,qui diuiſus es in te.Si manum deuotioni,quid animum das liuori? nõ concilias Deũ tibi, diſcors tecum. Non placas, ſed peccas, etſi nondum quidem impiè feriendo,ſed tamen diuidẽdo non rectè. Etſi nedum fratricida, iam tamen ſædicida teneris. Nunquid rectus, vel quando manum porrigis Deo,cuius cor;in terram trahit liuor, & fraternũ odium?* Hæc ille.

Bern. vt ſupr.

Gen. 4.5.

Sanè tam turpe eſt, Deo munus offerre, & diſcordare à fratre,quòd pro hoc voluit S. Propheta Samuel Bethleemitas certos reddere, ſe pacificum ad eos accedere. Nã interrogantibus illis. *Pacificusnè eſt ingreſſus tuus?* Reſpondit, *pacificus*. Et pro ratione ſubdidit: *Ad immolandum Domino veni*; inſinuans, tantam eſſe turpitudinẽ in diſcorde animo, vt quis non debeat omnino accedere ad offerendum ſic Deo. Cum ipſi magis diſpliceat, & ſic offerentem deſpiciat, qui tantum mi-

1.Reg.16. 5.

Digitized by Google

miniſtrum innocentem requirit, vt in Leuit. legitur: *Omnis, qui habuerit maculam de ſemine Aaron ſacerdotis, non accedet offerre hoſtias Deo.* Nimis autem maculatus eſt, qui diſcors à fratre eſt. Neque gratum ſacrificiũ laudis ab eo accipitur. Ideo ſic offerens, & laudans, à Deo durè corripitur: *Quare tu enarras iuſtitias meas* (inquit) *& aſſumis teſtamentum meum per os tuum?* Et inter alias cauſas, hanc præcipuè exponit, dicens, *Sedens aduerſus fratrem tuum loquebaris, & aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum.* Diximus autem ſuperiùs, diſcordiã ex detractione procedere, & aduerſantis animi hanc eſſe indicium. Igitur ideo ſic diſplicet anima diſcors, quia ita turpis Dominũ cõfitetur.

Leuit. 21. 21.

Pſ. 49. 16

num. 20.

O quàm denigrata ſuper carbones apparebit facies Sacerdotis illius, qui ſic ad Altare accedit! O quàm obſcura, & turpis erit anima religioſi illius, qui in choro Deum laudat, & in corde à fratre diſcordat! O quàm deformis erit anima Chriſtiani illius, qui coronam ore recitat, & corde ſuum proximum necat! Hinc Sancti Patres, huius vitij fœditatem contemplantes, illud variè compellarunt. S. Abbas Iſaias ſerm. 22. inter opera SS. PP. illud *Obſcurum, & tetrum nominauit.* S. Hieronym. in Regula Monachorum affirmat, cœnobia per illud, *tartara* eſſe, & *habitatores, dæmones.* & S. P. noſter Auguſtinus ſerm. 7. de diuerſis, tom. 10. idem aſſerit. Hinc eſſe deſerendã diſcordiam, & ampleãendã concordiã, efficaciter his verbis cõcludens. *Quare, aut Chriſti charitatem amplectere, Chriſtiane, aut diſcordiæ authori, ſimilitudine operum, parem te eſſe, cognoſce.* Docuerat autẽ priùs, ex dæmone prodire diſcordiam: & ideò, inde concludit, ſimilem illi euadere, qui vitium iſtud fugere non ſatagit.

S. Abbas Iſaias.

S. Hieron.

S. P. Aug.

Imò dico, quòd infernus ipſe appareat, vt per Oſeam ſignatur cap. 13. verbis illis, *Cõſolatio abſcondita eſt ab oculis meis, quia ipſe inter fratres diuidet.* Dixerat autem paulò ante in Chriſti perſona, *Ero morſus tuus inferne.* Et quia infernum nominauerat, ſtatim de eius turpitudine ſtupefactus, dolens ſubiunxit, in illam incidiſſe, quia diuiſerat fratres, vt Hieronymi expoſitio indicat, ſic dicentis: *Non valeo conſolari. Quidquid mente concepero, dolorem meum nõ poteſt mitigare: cernes chariſsima inter ſe nomina, morte ſeiungi: ipſe enim infernus inter fratres diuidet.* Vnde cõcludit, *Quidquid igitur ſeparat fratres, infernus eſt appellãdus.*

Oſe. 13. 14.

S. Hieron.

Vide igitur ad quam turpitudinem deueniat, qui diſcors eſt, & qui ponit inter fratres diſcordias. Sanè ſi ſic turpitudinem corporis perituri, non incurrere ſtudemus; cur, quæſo, turpitudinem

Digitized by Google

animæ immortalis, ad imaginem Dei creatæ, per crimen hoc, non horremus? Cur imaginẽ Dei tam pulchram, sic deturpare nõ veremur? Cur sacrificijs nostris, quibus Deum nostrum laudamus, & colimus, nosmetipsos indignos efficimus? Cur sic nos frustatorio labore decipimus? O Domine, imprime tu cordi nostro cognitionem lucidam turpitudinis hostis istius, vt illam horrentes, triumphemus de illo!

CONSIDERATIO VI.

Ex *Miseratione.*

MIrum profectò est, quantùm miseratio contra discordiam valeat. Nam, cùm amor naturaliter prouocet ad amorem, vt 2. Propugnaculo diximus, & miseratio signum amoris sit, maximè allicit ad dilectionem.

Consistit autem miseratio ista in eo, quòd condonemus proximis, & fratribus nostris, quæ contra nos commiserunt. Pro quo seriò recogitare debemus generalem regulã illam, naturæ lumine notã: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.* Ex qua S. senex *Tob.4.16.* Tobias ita filio suo cõsuluit, *Omne, quod tibi odisti fieri, vide, ne & ipse alteri facias.* Quod & Dominus in Euangelio confirmauit, *Matth.7.12.* apud Matthæum dicens, *Quæ vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis.* Et P. Augustinus in Confessionib. dixit: *Noli facere alteri, quod tu non vis pati.* *P. Augustlib. 1. c. 18 nu. 3.* Igitur quemadmodum vis, quòd alius consentiat tecum in aliquo bono honesto, & tu similiter, cùm ipse in alio bono simili consentit, nõ discordes ab illo. Vel (quod in idem recidit) quẽadmodum tu non vis aliquem in bono pati discordem, neque tu in simili illi discors sis.

Et quia frequenter ex odio discordia nascitur, vt supra in doctrina est dictũ, ideo iniurias debemus remittere, ex quibus fuit odium ortum, vt sic, causa ablata, tollatur effectus, nimirũ discordia, & intret concordia. Et ad hoc ex eodem motiuo debemus moueri: quia, cùm naturaliter homo amari cupiat, & odio nolit haberi, impendamus alteri, quod cupimus nobis impendi, nimirum amorem, & fugiamus odio persequi, quod nobis nolumus. Et quemadmodum offensam optamus nobis remitti, libenter etiã alteri remittamus.

Quod quidem indicauit Apostolus, cùm dixit ad Colos. *Induite viscera misericordiæ, supportantes inuicem, & donantes vobismetipsis, si quis aduersùs aliquem habet querelam.* Et subdit motiuum ad hoc faciendum, *Sicut & Dominus donauit vobis, ita & vos.* Vbi particula *sicut*, vt notauit Chrysostomus, magnam *Ad Col.3. 13.* *S. Chrys. ibi ro. 4.*

vim

Digitized by Google

vim habet, & denotat, quòd licèt, qui te offenderit, magnus ſit, aut puſillus, & iniuſtè id fecerit, vel iuſtè, in paruo, aut in magno, illi non ſolùm tenemur condonare exteriùs, ſed interiùs primùm, imò etiam poſitiuè diligere, & non vtcunque, ſed vſque ad mortem, vt animam tuam, id eſt, vitam tuam pro illo ponas, ſi opus fuerit. Illud enim, *Sicut*, hæc omnia poſtulat. Nam ſic ipſe ab hominibus pertulit, qui illi ingratiſsimi fuerunt, & tamen illis condonauit, & pro illis Patrem rogauit.

Igitur ita debes dicere in corde tuo, quando cor tuum ſentis diuisũ à fratre, vel proximo tuo, qui in aliquo te offendit, *Sicut & Chriſtus donauit mihi ita & ego fratri meo volo donare*, ſcilicet, offenſam remittere, quemadmodum & ipſe mihi remiſit. *Et hoc non tãtùm volo facere corde, vel ore, ſed corde ſimul, & ore. Quia ſi fecero tantùm ore, ſicut Dominus meus non condonabo, qui corde peccata remiſit in ipſum commiſſa.* Imo ipſe comminatus eſt pœnam, ſi non remitterem ita, cũ dixit, *Sic & Pater meus cæleſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris.* Si autem corde dimittã, & non ore, fratrẽ meum ad charitatem mutuam, & concordiam non alliciam: cùm homo non intueatur cor: Deus autem meus vult, vt ego fratrem lucrer: at lucrifit, cùm ad charitatem ſic inuitatur. Imò Apoſtolus hoc indicauit, cùm pronũciauit: *Induite vos viſcera miſericordiæ*, & addidit, *benignitatẽ*. Quæ virtus externis ſignis oſtenditur. Igitur nõ tantùm corde hoc faciam, ſed etiam ore, id eſt, externis actibus affabilitatem, & benignitatem oſtendam. *Quibus ei indicabo, me illius eſſe miſertum, & totum debitum condonaſſe.*

Matt. 18. 35.

Coloſſ. 3. 12.

Neque expectabo, quòd ipſe incipiat prior hoc officium mecum gerere: ſed ego, licet ſenior, aut dignior, illum in hoc præueniam, vt laudabiliùs me geram, cùm lucrũ probabiliter hinc expectauero proximi mei, & quòd ipſe non abutetur humilitate mea. Sic enim fecit S. Patriarcha Abraham cum Loth ſuo nepote, cùm illi amicabiliter dixit, *Ne, quæſo, ſit iurgium inter me, & te.* Nam in hoc magis in me charitas, & humiliras reſplendebunt, quæ *maiori cognitioni* debentur; vt Apoſtolus ſignificauit, cùm dixit. *Vos, qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis.* Et iterũ dicit, *Nihil per cõtentionem, neque per inanem gloriam, ſed in humilitate ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes.*

Genes. 13. 8.

Ad Gal. 6. 1.

Ad Phil. 2. 3.

Licèt enim reipſa ſuperior mihi non ſit, tamen ita illum conſiderabo, & ex hoc me illi humiliabo, & ſigna charitatis oſtendam.

Et quidem ad hoc propoſitum narrat noſter B. Iordanus de Saxonia

B. Iord. in vit. Patr. lib. 2. c. 6.

Digitized by Google

xonia de Magiſtro Proſpero de Regio, Theologiæ Sacræ profeſſore Ordinis noſtri, qui tantæ humilitatis, & charitatis fuit, vt ſi aliquando alicui fratri verbum durum dixiſſet, antequam illa die dormiret, curaret humiliter veniam petere à fratre illo, licèt minimo: quod & ipſe B. Iordanus teſtatur ſibi ſæpè feciſſe, cũ Bononiæ diſcipulus eius fuiſſet. Et hoc etiam eſt miſereri, ſcilicet, nõ permittere, quòd *diù* in corde fratris poſsit eſſe vmbra aliqua, aut auerſio, quæ diminuat charitatem.

Quod etiam in Regula ſanctiſſimus P.N. Auguſtinus præcepit, *P. Auguſ.* cũ dixit, *Lites, aut nullas habeatis, aut quamcelerrimè finiatis.* Vbi inſinuat, quòd ſi aliquando, ex fragilitate humana, inter aliquos ſit orta turbatio, tamen non diù duret, ſed quamcelerrimè finiatur. Non enim fuit contentus dicere celeriter, aut celerrimè, ſed *quamcelerrimè*, vt magis indicaret, quãtùm debeamus eſſe feſtini ad priſtinam charitatẽ redire, quia frequenter à paruis incipimus, & à verbo aliquo incautè prolato, aut geſtu iocoſo, & niſi per condonationem, quam citiſsimè occurramus, ad magna procedimus, nimirum, ad odiũ, quo occiditur anima. Ideò ſubdit, *Nè ira creſcat in odium, & trabem faciat de feſtuca, & animã faciat homicidam.* Et eſt conformiter ad doctrinam Apoſtoli dicentis, *Sol non occidat ſuper iracundiam.* Vbi ita ait Ambroſius. *Ad Epheſ 4. 26.* *Iram tranſire vult, nec retineri in pectore, vt die orta, cum die decidat.* *S. Ambr. ibi to. 3.* Et rationẽ ſubdit, *Quia ſi in animo manſerit, dat occaſionem Diabolo gloriãdi: neceſſe eſt enim, quòd animus iratus malè cogitet. Quod cupit Diabolus. Inuenit enim mentem paratam ad malum, cui ſe inſerens, effectu ſuo decipit hominem factum ad vitam, quia hominis cogitare eſt, Diaboli implere.* Hoc Ambroſius. Et eſt, quod ſubiũgit Apoſtolus, *Nolite locum dare Diabolo.* Dilatio namque miſerationis iſtius, ad ingreſſum Diaboli, eſt diſpoſitio. Tunc enim, vt S. Doctor aduertit, cogitationes auerſionis incipiũt cor poſſidere, & nihil aliud etiam in orationis loco, cogitatur; & vbi anima debebat ſe Deo vnire, cum Diabolo fœdus init, eius ſuggeſtionibus contra proximum, locum in corde dando, & proh dolor! cum animæ multa ruina. Sic enim vires capit auerſio, & intenditur magis odium, quo occiditur anima. Ideo conſultiſsimum eſt feſtinare ad veniã condonando, & miſerendo, & ſic odium præſcindendo, & penitus auferendo.

Sed eſt adhuc alia miſeratio, quę exercetur, etiam erga naturales defectus, qui ſine culpa contingunt. Nam cùm ille, qui à te eſt auerſus, animaduertit, te compati illis, mirum in modum molleſcit,

&

Digitized by Google

& deſinit iam auerti. Cùm enim naturaliter, etiam naturales horreamus defectus, charitas arguitur magna, quando, etiam in his, propter Deũ proximo noſtro cõpatimur. Nam hos etiam Paulus
1.Cor.13. 7. non excipit, cùm dicit, *Charitas omnia ſuffert, omnia ſuſtinet.* Et cùm amor naturaliter alliciat ad amorem, fieri non poteſt, quòd cor non expugnes auerſum, & facias ad te conuerſum.

Et in hoc, verbum illud, *ſicut*, ex eodem Apoſtolo ad Col. 3.13. ſuperiùs cùm Chryſoſtomo obſeruatum, etiam tu obſeruabis. Deus enim tuus, etiam tibi, in his compatitur, vt quoque ſignifica-
Pſ.102.13 uit Propheta, cùm cecinit, *Quemadmodum miſeretur pater filiorum, miſertus eſt Dominus timẽtibus ſe.* Vide quomodo loquatur, de eum timentibus, vbi quidem culpa abeſt, & defectus adeſt naturæ. Et miſerationis ratio ſubditur, *Quoniam ipſe cognouit figmentum noſtrum.* Conſidera Patrem, aut Matrem, quot defectus naturales in filio ſufferant, dum ipſum educant, & ad adultam ætatem perducunt. Ita ex amore facit Deus tuus tecũ. Sic igitur debes fratri, & proximo tuo cõpati, ſicut cõpatitur tibi Deus tuus, te ſup. portando, & eum, ex hoc, ad mutuam charitatem prouocare.

Sanè memini, me legiſſe in libro laborum IESV, quos ſapien-
P.Thom.à Ieſu labor.17. tiſsimè, & deuotiſsimè enarrat Vener. P.Thom. à IESV Ordinis noſtri, quód vnus è præcipuis laboribus, quos pro nobis pertulit benigniſsimus Dominus, fuit ruditatem, & defectus naturales ſuſtinere ſuorum diſcipulorum ante illuminationem maiorem, quã reſeruauerat ad Spiritus Sãcti aduentum, in Pentecoſtes die. Quod dictus Doctor ibi diffusè proſequitur. Cùm ergo *omnis actio* Chriſti fuerit *noſtra inſtructio*, & Apoſtolus Petrus dicat, quòd
1.Petr.2. 21. *Nobis reliquit exemplum, vt ſequamur veſtigia eius*, & Ioan. *Quòd debeamus, ſicut & ipſe ambulauit, & nos ambulare*; iã nul-
1.Ep.2.6. la profectò relinquitur excuſatio, ob quam non debeamus miſerationem, etiam iſtam, proximis noſtris exhibere, & ſic ad charitatem accendere.

Et vlteriùs additur, quòd, quẽadmodum nobis eſt gratum in iſtis, à quibus nullus in hac vita mortali eſt liber omninò, ab alijs erga nos compaſsionem haberi, cùm occurrunt, & ad eos ex hoc ardentiùs amandum, allici experimur, ſic nobis ab alijs repẽdetur, ſi ipſis charitatem hanc impenderimus. Et ad hoc faciendum regula illa ſuperiùs poſita, & lumine naturali nota, nos debet mouere, ſcilicet, *Quod tibi vis fieri, alteri fac.* Quam Dominus in Euang. confirmauit, vt initio diximus.

Videnda etiam ſunt pro hoc, quæ diximus ſupra Propugnac. 2. cõſ. 2. Pond. 3. & Propug. 8. cõſ. 6.

quæ

Digitized by Google

quæ si fuerint obseruata, diuina gratia duce, etiam hinc, calcata discordia, victrix concordia erit.

CONSIDERATIO VII.

Ex *Benedictione*.

COnsideratio ista maximè contra hunc hostem militat, quatenus detractionem, & susurrationem extinguit, ex quibus ipse oritur, & ortus, illis, tanquam partu suo, fouetur, vt supra in Doctrina ostendimus.

Sed vlteriùs est pensandum, quòd maximè potens est remedium, benedicere proximo à me discordanti, vt illum ad mutuam charitatem alliciam. Nam, cùm *Amore, amor naturaliter compẽsetur*: quando aduersarius audit me de ipso benè dicere, amorem meum erga se colligit, & consequenter ab auersione cordis desistit, & oculo benigno incipit me respicere, quem ante inimicum purabat. Et sic paulatim dulcescit, donec in pristinam perfectè amicitiam redeat.

Hoc considerans Dominus pacificus IESVS, qui tantoperè pacem suam commendauit, dixit, *Benedicite maledicentibus vobis*. Luc. 6. 28 Sciebat enim, quantum per hanc viam expugnaretur discordia, & amicitia vera rediret. Et hac via incedẽs Apostolus eius, ait, *Maledicimur, & benedicimus*. Propterea Psalmista de maledicis inquit, *Quorum os maledictione, & amaritudine plenum est*. Et subdit, *Cõtritio, & infelicitas in vijs eorum, & viam pacis non cognouerunt*. Igitur maledictio peperit odium, & benedictio pacem parit, & dat vitam animæ, quæ in charitate consistit. Vnde Sap. dicit, *Lingua placabilis, lignum vitæ*. Quemadmodum namque lignum illud in medio Paradisi situm, sanitatem stabilẽ homini dabat, vt P. Augustinus notauit, quatenus, nimirum, quatuor qualitates, quæ ex natura sua, inter se, ex actione, & reactione, discordant, componebat, & ad concordiam reducebat: ita lingua benedicens, quæ *placabilis* dicitur, lignum vitæ est in medio Paradisi Ecclesiæ plantatum, qua homines inter se componuntur, & ad concordiam reducuntur. Ideò alibi, ab eodem Sap. sanitas per eam dicitur operata, dum ait *Fauus mellis, composita verba: dulcedo animæ, sanitas ossium*. Ossa enim ista, illi sunt, ex quibus Ecclesiæ structura componitur, scilicet, homines, qui ita sanãtur, dum ad tẽperiem passionum, & concordiã reuocantur per verba benedicta, quæ composita sunt, quia rectæ rationi conformia. Proinde hominem sensatum, qui ita per linguam, iracundum, & discordãtem componit, S. Chrysostomus medico valde perito assimilauit, dicens, *Non ita statim Medicus febricitantem hominem à febri-*

Prou. 15. 4. — P. Aug. Lib. 8 de Genes. ad lit. cap. 5. tom. 3. — Prou. 16. 24. — S. Chrys. homil. 6. Act. 2. circ. fin. tom. 3.

bus

Digitized by Google

bus liberauit ſua cura, vt longanimis vir iracundum, & præ ira flagrante apprehenſum, refrigerabit per ſpiritum propriorum ſermonum.

Hæc ſanè eſt melodia, de qua loquens Eccleſiaſticus dixit, *Tibiæ, & pſalterium ſuauem faciũt melodiam, & ſuper vtraque, lingua ſuauis.* Quid eſt enim melodia, niſi vocum, aut ſonorum concentus, ſeu concordia? Hæc igitur delectabiliter contingit per linguam ſuauem, quæ ad benedicendum aperitur. Et ideò laudatur in Canticis, *Fauus diſtillans labia tua: mel, & lac ſub lingua tua.* Vbi notandum, quòd non ſimpliciter *fauo* aſsimilatur, ſed *diſtillanti*, quia maxima prudentia, & charitate eſt opus, vt verbis benedicis ad concordiam reducatur diſcordans. Nam quemadmodum diſtillatio guttatim contingit, & non per fluxum: ita frequenter oportet verba eſſe rara, & veluti guttatim prolata, ne videantur ex fictione procedere, quæ ſolet prodiga eſſe. Ideò myſterioſe ſubiungitur, *Mel & lac ſub lingua tua.* Quia non tantùm benedictio debet eſſe in ore, ſed in corde præcipuè, ad differentiam adulatoris *ſub* cuius *lingua*, teſte Pſalmiſta, *labor, et dolor.* Tũc enim efficaciùs mouent, quando æſtimantur proceſsiſſe à corde. Et ex vera charitate debent procedere. Quia quemadmodum diſtillatio compreſsione contingit: ita, qui benedictione intendit ad cõcordiam fratrem ſuum reducere, ſe debet comprimere, ideſt, cohibere naturam, quæ potiùs maledicere vellet, aut maledicta referre. Vel etiam debet fluxum verborum aliquo modo retinere, ne, vt dicebam, ex fictione, pronuntiata appareant.

Eccli. 40. 21.

Cãt. 4. 11

Pſ. 10. 7.

O quantum dulcorat benedica lingua animas diſsidentes, cõtra ſe inuicem obloquentes, referendo pacifica! Sic faciebat Sanctiſsima Mater noſtra Monica, Auguſtino filio ſuo teſte, qui ad Deum ita dicit de ea. *Hoc quoque illi bono mancipio tuo, in cuius vtero me creaſti, Deus meus, miſericordia mea, munus grande donaueras, quòd inter diſſidentes, atque diſcordes quaſlibet animas, vbi poterat, tam ſe præbebat pacificam, vt cùm ab vtraque, multa de ſe inuicem audiret amariſſima, qualia ſolet eructare turgẽs, atque indigeſta diſcordia, quando præſenti amicæ de abſenti inimica per acida colloquia, cruditas exhalatur odiorum, nihil tamen alteri de altera proderet, niſi, quòd ad eas conciliandas valeret.*

P. Auguſ. lib. 9. cõf. c. 9. to. 1.

Vbi notandum primò, quomodò benedictionem hanc, donum Dei, non quodnis, ſed *grande* appellet. Secundò, quomodò affirmet diſcordiam turgentem, & indigeſtam, ſolere eſſe maledicam, vt ſupra in doctrina notauimus. Tertiò, quomodò diſtillationem innuat linguæ benedicæ

Moni.

Digitized by Google

Monicæ, ibi, *Nihil tamen alteri de altera proderet.* Nam linguam comprimebat, nè odioſa referret, & ſic comprimendo ſtillabat dulcia tantùm, id eſt, pacifica, vt ſubditur, *niſi, quod ad eas conciliandas valeret.* Et ita amaritudinem diſcordiæ dulcorabat, & mel dulciſsimum in diſsidentia corda immittebat.

O nos tantæ Matris filij! quare exemplo illius, non reſiſtimus valenter carni, & ſanguini, & labia noſtra non facimus benedictionis mel ſtillãtia, vt ſic pacem conſeruemus in domo Domini? vel fortè, ex fragilitate, amiſſam non citò recuperamus? vel, vt ſic recuperetur, curamus? quare negligimus ſolem occidere ſuper iracundiam noſtram, & contra dominicũ dictum, diù odiũ ſeruari in pectore, & inde detractoria verba exhalare permittimus?

Hinc Sanctiſsimus P.N. Auguſtinus ſubdit, *Parùm hoc bonum mihi videretur, niſi turbas innumerabiles triſtis experirer, neſcio qua horrenda peſtilentia peccatorum latiſsimè peruagantte, non ſolùm inimicorum iratorum iratis inimicis dicta prodere, ſed etiã, quæ non dicta ſunt, addere: cùm contra, animo humano parùm eſſe debeat, inimicitias hominum nec exagitare, nec augere, malè loquendo, niſi eas etiam extinguere, benè loquendo, ſtuduerit.* Hæc Sanctiſsimus P. noſter; quæ benè ſingula perpendenda ſunt.

Debet igitur quiſque, bene loquendo, ſtudere reconciliare diſcordes: quia ſi ad hoc omnis Chriſtianus tenetur, quantò magis religioſus? Neque poteſt aliquis obijcere Scripturam dicentem, *Væ, qui dicitis malum, bonum,* & dicere: igitur, quomodò debeo bonum dicere, qui malum video? Nam tibi dico, quòd malum, nemo tenetur, aut licitè poteſt, vt bonum, narrare, tamen ſaltem poterit aliquo modo excuſare. Deindè, nunquam aliquis eſt ita malus, in quo bona aliqua, ad minus naturalia, non reluceant: illa igitur ſunt, ad minus, dicenda. Nam ex relatione corũ, vel tu à te diſcordem allicies, vel cum alio concordem facies.

Iſai.5.20

CONSIDERATIO VIII.

Ex *ſui Abnegatione*.

CONſideratio iſta directè cõtra amorem proprium militat, ex quo in doctrina oſtendimus, hoſtem iſtum prodire. Igitur ſe abnegando, & proximo cõſentiendo, iam corda manent vnita, & ſic per diſcordiam non diuiſa. Tamen iſta abnegatio ſui intelligenda eſt quoad partem inferiorem ſenſitiuam, quæ rectæ rationi reluctat, quam proximus, ſeu frater noſter vult ſequi, & noſtra ad malum prona natura conſentire renuit. Igitur tunc debeo me abnegare, ſeu frãgere, vt pro-

ximo meo in bono adhæream,vt
Ad Rom. 12.9. Apoſtolus ait, *Odientes malum, adhærentes bono.* Sic enim ſeruatur concordia,vt etiam illuminatus vir ille teſtatur,dicens, *Oportet, quòd diſcas,teipſum in multis frangere, ſi vis pacem, & cõcordiam cum alijs tenere.*
Kẽp. lib. 1 de Imit. Chriſti, c. 17.

Hoc ipſum docuit Petrus cùm
1. Petr. 2. 4. dixit. *Et ipſi,tanquam lapides viui, ſuperædificamini domus ſpiritualis.* Domus namque ex lapidibus calce colligatis conſurgit:tamen frequẽter lapides frãgi oportet, vt ita poſſint coniungi: ſic ſimiliter opus eſt, vt domus ſpiritualis ſuperędificetur in nobis,& habitaculũ Dei fiamus, quòd noſmetipſos frangamus in deſiderijs, & concupiſcentijs noſtris. Sic enim charitas Chriſti colligabit nos, & diuiſi non manebimus per diſcordiam. De diſcordibus namque B.Iudas Apoſtolus eſt loquutus, cùm dixit,
B Iudas Apoſtol. v. 19. *Hi ſunt, qui ſegregant ſemetipſos,animales ſpiritum non habentes.* Quid eſt *ſegregare ſemetipſũ*, niſi ſequi ſuum ſenſum? tũc enim ſeparat ſe quiſque à ſemetipſo, hoc eſt,ſecundùm carnem à recta
Galat. 5 16. ſua ratione,quæ vocatur *ſpiritus*, vt ſignificauit Paulus,cùm dixit, *ſpiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis.* Proindè ſic ſe ſegregantes vocauit B. Iudas *animales*, & ſubdidit, *ſpiritum non habentes*. Cui vtique,ſi conſentientes eſſent, animales neutiquam eſſent, ſed ſpirituales, & habitaculum dignum cęleſtis ſpiritus, qui charitatem ſuam ſic ſe gerentibus tribuit, & ſciſſuram prohibet, quam amor ſui inducit. *Nam* (inquit Bernardus prędicta verba conſiderans) *ſi adeſſet ſpiritus, per eum vtique charitas diffunderetur, & vnitas nõ ſcinderetur.* Proindè Sãctus Apoſtolus ſermonem ſuum ad iuſtos cõuertens, ſubdit. *Vos autem, chariſſimi, ſuperædificantes voſmet. ipſos ſanctiſſimæ veſtræ fidei, in Spiritu ſancto orantes, voſmetipſos in dilectione ſeruate.* Vbi notabiliter ſuperędificatio ponitur, quæ per ſui abnegationẽ, lapides fractos conquadratos deſignat: ideoque ſubiungit, *Sanctiſſimæ veſtræ fidei*,ſeruãdo,ſcilicet,prędicepta,quę ipſa præſcribit propter quæ adimplenda, debemus deſideria noſtra inordinata abnegare, inter quæ mandata, eſt mandatũ mutuę charitatis,& pacis,proindè ſubdit, *Voſmetipſos in dilectione ſeruate.* Vtiq.abnegãdo vos,frangendo vos, & ſic rectè ædificando vos, vt ſitis domus ſpiritualis Deo,qui amat pacẽ. Vnde Pſalm. ait, *Et factus eſt in pace locus eius.*
S. Bern. ſerm 1. in feſt S. Michael. circa fin.
B. Iud. nu. 20.
num. 22.
Pſ. 75. 3.

Licèt autem voluntatis iſtius abnegatio,vt oſtendimus,adhibẽda in occaſionibus ſit,vt concordia, & pax conſeruetur: tamen multum iuuabit etiam abnegatio intellectus, proprium iudicium deponendo, & alterius humiliter ſententiæ ſe ſubmittendo, vt Sa-
Prou. 3.7. piens conſuluit, cùm dixit, *Nè*

ſis

Digitized by Google

sis sapiens apud temetipsũ. Quãuis enim, vt in doctrina cum Diuo Thoma notauimus, discordia propriè in diuisione voluntatum sit posita, tamen, vt ibi Seraphinus examinat, ex tali dissensione in opinionibus, diuisio cordium facilè potest oriri. Voluntãs namque naturaliter sequitur intellectum, vnde nisi vigilis, quis sit nimis, diuiso intellectu, in diuisionem cordis labetur. Quapropter dixit Philosophus, *Paruus error in principio, fit magnus in fine*. Hinc verba illa Prou. 26. 20. *Sussurrone sublato, iurgia conquiescunt*, legunt Septuaginta, *Vbi non est dissentiens, quiescit rixa*. Dissentire namque ad varietatẽ sententiæ pertinet, quæ quando non est, lis non est. Quod etiam significauit Apostolus, cùm dixit *idem sapite*, & statim, vt effectum inde sequutum, subiungit, *pacem habete*. Et ad Romanos 15. ait, *Deus autem patientie, & solatij, det vobis id ipsum sapere in alterutrum*. Ecce sententiæ idẽtitas. Et finis subditur. *Vt vnanimes, vno ore honorificetis Deum*.

Seraph. Porrecta

Philos. in Meteo.

Prou. 26. 20.

2. Cor. 13 11.

ad Rom. 15. 5.

Sanè Sapiens, & expertus valdè erat Rex Dauid in bellis, & tamen quando voluit cum exercitu suo exire, consulente populo, hoc non expedire, acquieuit, dicens, *Quod vobis videtur rectũ, hoc faciam*. O quot discordiæ, & dissentiones in vnaquaque Republica vitarẽtur, si Rector illius, propriæ prudentiæ non innixus, consilijs

2 Reg. 18 4.

acquiesceret peritorum! O quot subditi inter se, & cùm Prælato suo, in monasterijs pacẽ Dei seruarent, si quãdoque in obsequiũ pacis, intellectum suum captiuarent, timentes de se humiliter, nè iudicio suo errarent!

Neque per hoc intendo, libertatem cuique tribuere, vt, veritate deserta, proximo suo adhæreat discedenti ab illa. Primò, quia iam tunc, non esset vera concordia, quæ *in recto* est posita. Secũdò, quia, vt ex S. Gregorio Angelicus Doctor affirmat, *Si de veritate scandalum sumitur, vtiliùs nasci permittitur scandalum, quàm, quòd veritas relinquatur*. Licèt ergo animaduertã, ex mea firma sentẽtia, à me esse cor proximi mei diuidendum, perseuerare tamen in ea debeo immobiliter, nè veritas deseratur, quando in re graui est, & manifestè iusta. Quando verò dubia est, vel in re parua, & discordiæ malum cum iactura maiorum bonorum timetur, tunc, deposito iudicio proprio, alterius sententiæ vtiliter fit assensus. Nam sic faciliùs in maioribus seruatur cõcordia, ex qua maiora bona proueniunt.

S. Th. 2. 2. q. 43. ar. 7

Hinc B. Iordanus de Saxonia inter septem, quæ ex collationibus Patrum apud Cassianum, ad concordiam notat iuuare, hanc proprij iudicij abnegationem recenset, dicens, *Tertium est, non temerè inhærere suo proprio iudicio, sed semper magis velit, proximi*

B. Iord. de Saxon in vit. PP. lib. 2. c. 5.

Digitized by Google

ximi iudicio, quàm suis diffinitionibus obedire.

Abnegare igitur propriam voluntatem, & iudiciũ in sensu prædicto, contra hunc hostem, correddit valdè munitum.

CONSIDERATIO IX.

Ex *Visibilium abnegatione.*

COnsideratio ista contra radices militat, ex quibus hostis hic pullulat, *ambitionem* nimirum *superbiam*, & *auaritiã*. Et motiua quidem ad gloriæ mũdi, & honorum contemptum, plu-
Volum.1. rima diximus in Propugnaculo 1. & contra superbiam aliqua etiam suo loco dicemus, interim notã-
August. da est doctrina S.P. Augustini sermone 2. ad Eremitas, vbi ait, pacem Christi tantùm hominibus *bonæ voluntatis* promitti, cũ dici-
Luc.2.14 tur Luc. 2. *Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Et subdit, prauæ volũtatis, superbos, & auaros esse, *Qui* (inquit) *superbo oculo, & insatiabili corde, nunquam dicunt, sufficit, tales nunquam possũt habere pacem.* Quia vtique honoribus, & diuitijs non satiantur, & semper ad maiora anhelant, & inhiant, ob idque discordant ab alijs, à quibus vident se in his præire, vel putant se impedire.

Contra hos igitur verba Apostoli militant 1. Cor. 13. dicentis,
1.Cor.13 5. *Charitas non quærit, quæ sua sũt* id est, nihil eorum, ad quæ caro inclinat, quæ omnia sunt prædicta, gloria, scilicet, & diuitiæ, nec cæteris anteponi, sed, omnibus his spretis, studet tantùm Christo placére. Et ita corde fratrem suum diligere, vt ipse præcepit. Quemadmodum namque charitatis est diligere proximum, *sicut semetipsum*, ita pariter est eiusdẽ congaudere de bonis proximi, tanquam de proprijs; quare *Tunc charitas friget, cùm cupiditas viget*. Et è contra, tunc fraterna charitas regnat, cum illa exulat, iuxta dictum illud Sãctissimi Patris nostri Augustini lib. 3. de doctrina Christiana cap. 10. *Quantò magis regnũ cupiditatis destruitur, tantò charitatis augetur.* Igitur, quãdo ista visibilia quærimus, scilicet, honorari, alijs præferri, & diuitias, seu cõmoditates corporis possidere, & quòd alij hæc habeãt, ægrè ferimus, tunc à charitate discedimus, & discordiæ tyrannico iugo turpiter colla subdimus. Cùm autem Christi amore, in nobis desideria ista, initio statim extinguimus, in cõcordia, & pace feliciter viuimus. Proindè dixit Chrysostomus, *Vbi est meũ, & tuum, illic omnium litium genus, & contentionis occasio, etiã inter cognatos, & fratres: vbi autem hæc non sunt, ibi secura versatur pax & concordia.* Vnde etiam Poeta quidam, sic dixit,
Aug to.3 *Chrys.ho. 33.in Genes to.1.*

Si duo, de nostris, tollas pronomina rebus,

Præ

Digitized by Google

Prælia ceſſarent, pax ſine lite foret.

Aug. to. 1 Hinc etiam Sanctiſsimus P.N. Auguſtinus poſtquam nobis in Regula concordiam ſummoperè commendauit, dicens, *Sit vobis anima vna, & cor vnum in Deo*, ſtatim rerum proprietatem prohibuit, ſubdens, *Et non dicatis aliquid proprium, ſed ſint vobis omnia communia*, indicans Apoſtolicam paupertatem, & viſibilium contemptum optimum eſſe remedium ad conſeruationem illius. Et eſt ſanè notandum, quod non tantùm interdixerit rerum poſſeſsionem, ſed, quòd neque etiam vteremur verbis indicantibus proprietatem, vt ſunt pronomina illa, *meum*, & *tuum*. Nec mirum, quia ad normam Apoſtolicam ſuam inſtituit Regulam. Narratur autem de primitiua illa Eccleſia ab Apoſtolis recta, quòd in ea concordia ſumma vigebat. *Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna.* Et ſubditur. *Nec quiſquam eorum, aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia cõmunia.* Igitur communitate charitas fouebatur, quia proprietate extinguitur. Charitas ergo Chriſtiana, aliena non cupit, contenta proprijs. Quæ etiam, cùm neceſsitas poſtulat, cõmunia facit. At Religioſis, qui cæteris debẽt charitate præcellere, & quos repræſentabant Chriſtiani primæui, proprietas omnis vetatur, & intimatur communitas, vt medium potentiſsimum ad conſeruãdam concordiam.

Actor. 4. 32.

At non mirum, cùm S. Religio patriæ cœleſtis ſit typus, vbi ex charitate feruenti, omnia erunt communia, ita vt de alterius gloria, licèt longè ſit maior, ſicut de propria, vnuſquiſque gaudebit. Quapropter S. Ioãnes Chryſoſt. narrans laudes illius, ait, *Vbi non eſt meum, ac tuũ, frigidum illud verbũ.* vtique frigiditate diſcordiæ, quæ ex cupiditate oritur, ac nutritur.

Chryſoſt. Orat. de S. Philog. tom. 3.

Igitur, qui hoſtem iſtum extinguere nititur, omnino oportet, vt caueat, nè honoribus, diuitijs, commoditatibus proprijs adhæreat corde, ſed motus ad hæc, ex propenſione carnis concitatos, ſtudeat cohibere. Sic enim ſe non quæret extollere: ſic alijs non inuidebit: ſic aliena non cupiet, & aliquãdo ſpontè proprijs, ex charitate, carebit, vt fraternus amor, non ſolùm non tepeſcat, ſed indies ſemper augeſcat.

CONSIDERATIO X.

Ex *Punitione*.

HOc eſt optimum telum cõtra hunc hoſtem. Multipliciter autẽ poteſt contingere.

1 *Silentij ſuſurroni impoſitione.*
2 *Amotione.*
3 *Triſtis vultus exhibitione.*
4 *Mulctatione.*

6 *In-*

Digitized by Google

5 *Gratiæ priuatione.*
6 *Inferni panitione.*

Et primò quãtum ad *Silentiũ*, pertinet hoc ad Prælatum. Debet enim illud ſuſurroni imponere, ex quo diſcordia oritur. Hoc enim ſcriptura ſignauit, cum dixit, *Iudicium determinat cauſas, & qui imponit ſtulto ſilentiũ, iras mitigat.* Igitur quemadmodum ſententia iudicis tollit lites ita, ſilentio à Prælato murmatori, vel ſuſurroni, indicto, iurgia terminantur.

Prou. 26. 10.

Secundò, quoad *amotionem*, hoc pariter ad Superiorẽ ſpectat. Tenetur namq; à ſocietate aliorum ſuſurronẽ expellere, aut repellere, vt dicit Scriptura ibidem, *Cum defecerint ligna, extinguetur ignis, & ſuſurrone ſubtracto, iurgia cõquieſcunt.* Vbi notẽt benè Prelati ſimilitudinẽ. Nã quemadmodũ lignis, ignis nutritur, & creſcit: ita ſuſurratione, diſcordia alitur, & augeſcit. Quia ergo remedium extinguendi ignem, eſt lignorum ſubtractio, ita & delendi diſcordiam, eſt ſuſurronis amotio. Vnde Paulus exoptans concordiam, dixit: *Vtinam abſcindantur, qui vos conturbant.*

Ibid. nu. 20.

Gal. 5. 12.

Tertiò, quòad *Vultus triſtis exhibitionem*, etiam certum eſt, iuxtà illud: *Per triſtitiã vultus, corrigitur animus delinquentis*, vt præcedẽti Propug diximus. Quãdo enim videt nos, ſic ſua detractoria verba abhorrere, & nullo modo, verbis, aut geſtu fouere, iam quodãmodo ſic verberatus, diſcordiam, detrahendo, deſinit ſeminare. Proinde B. Laur. Iuſt. dixit, *Aſſueſcant Domini IESV ſectatores, obtrectantium voces, tanquam læthale vulnus, abhorrere, atque cauterizata eorũ verba, obturata aure tranſire.* Vbi notanda ſunt verba, *Obturata aure tranſire*. Nam quando læti porrigimus aures, morari cupimus audiendo, & hunc amorem oſtendimus, & ſic detractorem fouemus, & animamus ad protractionem ſermonis, & ad iterationem eiuſdem, & ſic nutritur diſcordia. At ſi ita triſtem oſtendimus vultum, vt obturare aures videamur, quòd ſermo, quàm citiùs terminetur, deſiderare oſtẽdimus, & ſic omninò tranſire. O ſi ita facerent omnes, cum audiunt ſuſurrones, ſeminatores diſcordiæ, quàm omninò eam præciderent.

B. Laur. Iuſtin. in ſaſc. amor. c. 2. poſt med.

Quartò, *mulctatione poſitiua*. Tunc enim, ſaltem pœnæ huius timore, a ſuſurrio cauẽt, iuxta illud:

Oderunt peccare mali formidine pœnæ. Horat.

Et Sanctus Ephræm ait, *reprimere conuenit eos, qui ſeditiones moliuntur, vt fraternitas pacata, & imperturbata permaneat.*

S. Ephræ. tract. de tim. Deo ire fin.

Pro hoc facit, quod S. P. noſter Auguſtinus narrat de S. Monica, interquam & ſoctum ſuam, per ancillarum ſuſurria, concordia turbabatur, quæ verberatæ poſtea, ab hoc malo cauerunt, & fuit extincta diſcordia. Quod in Confeſſ. ſuis narrat S. Doctor his verbis:

S. Aug. in confes. lib. 9. c. 9. bis: *Socrum etiam ſuam primò, ſuſurris malarum ancillarum, aduerſus ſe irritatam, ſic vicit obſequijs, perſeuerans tolerantia & manſuetudine: vt illa vltrò filio ſuo medias linguas famularũ proderet, quibus inter ſe, & nurum, pax domeſtica turbabatur, expeteretque vindictam.* Ecce, punitio, ſeu mulctatio. Et effectus ſubiungitur: *Itaque & poſtquam ille, & matri obtemperans, & curans familiæ diſciplinam, & concordiæ ſuorum conſulens, proditas ad prudentis arbitrium, verberibus coercuit. Promiſit illa, talia de ſe præmia ſperare debere, quæcunque de ſua nuru, ſibi, quò placeret, mali aliquid loqueretur: nullaque iam audente, memorabili inter ſe beneuolentiæ ſuauitate vixerunt.*

O ſi ita Prælati in Monaſterijs facerent, quàm dulcis, & iucunda pax, & concordia conſeruaretur in ipſis! Non ſolum autem ſuſurroni prodeſt punitio iſta, ne ſeminet vltrà diſcordias, verùm etiam cæteris, qui illius mulctationem, viſu, vel auditu percipiunt. Frequenter nãque illi, qui boni sũt, per colloquia corrumpuntur, & incipiunt etiam ipſi, ad ſimilia aſſuefieri, & à ſimplicitate ſancta, in qua priùs viuebant, decidere. Cum autem ſuſurronis punitionem vident, etiam cauent ſibi, & ſapientiores redduntur, vt in Prouerbijs dicitur, *Multato peſtilente, ſapientior erit paruulus.* Prou. 21. 11. Bę nè profectò ſuſurro, *peſtilens* nominatur, qui lingua ſua maledica, ſanas mentes corrumpit, & ad interitum ducit.

Quintò, *gratiæ diuinæ priuatione*, etiam hoc malum puniri, eſt manifeſtum, quando culpa intercedit læthalis, vt Propheta teſtatur, cum ait, *Diuiſum eſt cor eorum, nunc interibunt*, quia gratia priuabuntur, quæ vita eſt animæ. Vnde, cum etiam Dei filium faciat, & hæredẽ regni æterni, iuxta illud: *Si filij, & hæredes*, mirum eſt, quantum ex hoc, punitionis iſtius creſcat acerbitas, quæ proinde vnumquemque à tãto malo patrando debet efficaciter coercere: *Quoniam* (inquit S. P. Auguſtinus) *qui in eadem pace non fuerit inuentus, abdicatur à Patre, exhæredatur à filio, nihilominus à ſancto Spiritu alienus efficitur.* Oſe. 10. 2. Rom. 8. 17. P. Aug. ſer. 7. de diuerſ. tom. 10.

Si timor iacturæ Regni perituri, aut alicuius boni minoris, ita à malo nos retrahit, quãtò magis boni infiniti amiſſio, quod eſt Deus ipſe, qui per peccatũ iſtud amittitur, & ſe elongat à nobis?

Sextò, de punitione inferni, pariter conſtat ex Apoſtoli verbis ad Galat. 5. dicentis: *Qui autẽ conturbat vos, portabit iudiciũ, quicumque eſt ille.* Erit autem iudicium, quo ſeminator diſcordiarum, & qui diſcordat à fratre, ad pœnas deſtinabuntur æternas; inter quas ſpecialis, quę huic malo reſpondebit, odium erit, & sẽpi- Ad Gal. 5. 10.

Digitized by Google

piterna discordia cõtra eos, cum quibus in sæculo isto vixerũt discorditer, quia, vt S. Thomas ait, *Sicut in Beatis erit perfectissima charitas: ita in damnatis perfectissimum odium.* Imò addit, etiã cum illis, cum quibus habuerunt concordiam, vtique carnalem, nõ spiritualem, ibi discordes, perpetuò esse mansuros. *Damnati* (inquit) *non seruabunt amicitiã ad eos, quos inordinatè dilexerunt.* Ecce discordiæ, & falsæ cõcordię, seu carnalis amicitię amarissimus fructus. Sanè, si ita est dulce, & suaue, concorditer ad modicum viuere, iuxta Psalmistã dicentem. *Ecce, quàm bonum, & quàm iucũdum habitare fratres in vnum,* quàm triste & amarum erit cohabitare discorditer (quod hìc quidem ægrè ferimus, etiam cum vno) cùm tot millibus, & nõ modico tẽpore, sed æternaliter? Hoc igitur erit præmiũ nobis ab hoste isto paratũ: si ergo, quod amarum, & triste est (etiam ad paruum tempus) tam solicitè fugimus, quare non magis solicitè, quod in æternum durabit, & est incomparabiliter maius? Ecce, frater, adhuc tempus acceptabile, vt possis tot malavitare, tantùm resipisce, & concordiam veram amplectere, & hanc punitionem euades.

S. Tho. in suppl. qu. 9. ar. 4. in corp et ad 2.

Ps. 132. 1.

CONSIDERATIO XI.

Ex *Concordiæ remuneratione.*

HÆc alia Põderatio est, qua anima aduersùs hunc hostem firmatur, cum præmij spes, cor valdè in labore soletur. Quare, si benè concordiæ remuneratio, perpendatur, omnis pro ea labor tàm animæ, quàm corporis viriliter apprehendetur. Sunt autem sequentia prędmia, veræ paci, & concordiæ respondentia, nimirum

Fortificatio, honoratio, & gratiarum cumulatio.

Lætitia vera, & vita æterna, cum indicibili gaudio.

Et per singula est breuiter discurrendum.

De *Fortificatione*, quæ primũ pacis est prędmium.

Patet quidem ex superiùs in doctrina dictis Puncto 3. cum ibi disseruimus de quarto effectu discordiæ. Tamen adhuc etiam cõstat, primò ex verbis Psalmistæ de Deo dicentis, *Et factus est in pace locus eius.* Et ex Apostolo 2. Cor. 13. vbi sic ait: *Pacem habete, & Deus pacis, & dilectionis erit vobiscum.* Si igitur Deus est, vbi pax, & concordia est, iam ibi fortitudo est, quam præsentia Dei operatur, vt verba S. Iobi testantur; *Pone me Domine* (inquit)

Ps. 75. 3.

2. Cor. 13. 11.

Iob 17. 3.

quit) *iuxta te, & cuiuſuis manus pugnet contra me.* Vbi ſignãter dicit, *cuiuſuis*, vt nullũ, quantumuis potentem, excipiat, de quo non expectet triumphum.

Hoc idem ſignificauit Apoſtolus, cum dixit ad Philipp. *Et pax Dei, quæ exuperat omnem ſenſũ, cuſtodiat corda veſtra.* Vbi Sanctus Ambroſius legit, *Quæ exuperat omnem mentem.* Nullam enim eſſe affirmat, ita in malo firmatam, quæ homini pacifico nõ cedat. *Quis enim* (inquit S. Doctor) *non metuat eum, quem ſcit eſſe Dei amicum?* & Confirmant S. Marci Euangeliſtæ verba, ſic de Ioanne Baptiſta narrantis. *Herodes metuebat Ioannem, ſciens eũ virum iuſtum, & ſanctum.* Sanè inermis erat Ioannes, & ferè nudus, indutus pelle cameli, & tamen à Rege metuitur, quia habebat pacem cum Deo, & inde cum omnibus bonis, & propterea intùs roboratus à Deo, liberè increpabat Regem, dicens illi, *Non licèt tibi habere vxorem fratris tui.* Amici ergo Dei, qui habent pacẽ cum ipſo, & ſeruant eius mandata, iuxta illud: *Si diligitis me, mandata mea ſeruate.* Seruãt illud dilectionis ad proximum, & ita merentur, quòd intùs à Deo roborentur, & euadãt fortiſsimi. Proinde ita loquitur P. Auguſtinus de pace: *O Pax, te non poſſunt deſtruere principum fulmina: inſultus Dæmonum, te in nullo lædere poſſunt.* Armatur ergo, & fortificatur, non tantùm contra homines, ſed etiam contra Dæmones.

Ad Philip. 4.7.

S. Ambr.

Marc. 6. 20.

Ibid. nu. 18.

Ioan. 14. 15.

P. Auguſt. ſer. 2. ad Erem.

Hæc ſanè eſt victoria, ab Apoſtolo indicata, cum dixit: *Pax Chriſti exultet in cordibus veſtris.* Sicut enim, ſubiecto hoſte, exultant victores, ita & pacifici, cum de aduerſarijs ſuis triũphant, eos ſub ſe redigendo, cũ eos per dilectionem alliciunt, & vincunt vt redamẽtur ab ipſis. Vnde alia litera pro *exultet*, legit *brauium ferat*, vtique de liuore, & odio, quod in amorem conuertit.

Ad Coloſ. 3.15.

Quam etiam fortitudinem S. Leo Papa conſiderans, ait, maiorem fuiſſe, Romæ triumphum, per pacem Chriſtianam, per quam domuit Orbem, quàm vi armorum obtentũ de Barbaris nationibus, *Quamuis enim* (inquit) *multis aucta victorijs, ius Imperij tui, terra, marique protulereris, minus tamen eſt, quod tibi bellicus labor ſubdidit, quàm, quod pax Chriſtiana ſubiecit.*

S. Leo ſer. 1. de SS. Petr. & Paul.

Si ergo tantoperè fortitudinẽ, & victoriam concupiſcimus, quare non diligimus pacẽ, qua fortes reddimur, & victores de nobis, de alijs, & de dæmonibus ipſis?

De *honoratione*, quæ ſecundum pacis eſt præmium.

Etiam hoc eſt manifeſtũ: Cum enim honor, præmium ſit virtutis, & qui eſt manſuetus ad omnes,

Digitized by Google

nes, se virtuosum ostendat, consequenter honore dignum se præbet. Ideò Sapiens dixit, *Honor est homini, qui separat se à contentionibus.* Prou. 20. vt ibi Lyranus exponit. Prov. 20. 3.

Deinde clarè etiam patet ex dictis, esse maximo dignum honore, cum Dei sit habitaculum. Et sic templum, vt Apostolus dixit, *Vos estis templum Dei viui.* 2. Cor. 6. 16. Vt ibi infert ex verbis Leuitici, *quoniam inhabitabo in illis.* Templum autem Dei, summo honore est dignum. Proinde dignitatem filiorum, asserit illis promitti, *Ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios.* Leuit. 26. 12. Ierem. 31. 9.

Hinc etiam S. P. N. Augustinus post concordiam in sua Regula cōmendatam, *Omnes ergo vnanimiter, & concorditer viuite*, statim honorem mutuum præcipit, quia sic Dei templa reddebamur, subdens, *Et honorate in vobis Deum inuicem, cuius templa facti estis.* Christiferus igitur est pacificus, & ideò summo dignus honore. Si ergo honor amplectatur pax, qua acquiritur. P. Augus.

De gratiarum cumulatione.

Quæ tertium pacis est præmium.

QVid de ista dicam? certè postquam Psalmista, fuit de concordiæ bono loquutus, dicens, *Ecce quàm bonũ, & quàm iucundum habitare fratres in vnum*, illam statim assimilat vnguento, *Sicut vnguentum* (inquit) *In capite, quod descendit in barbã, barbam Aaron, quod descendit in oram vestimẽti eius.* Sed quare, quæso, non vnguento cuilibet, sed Aaronis assimilat? Respondet Glossa ex Theodoreto, *Quia vnguentum Sacerdotale ex varijs rebus odoriferis compositum erat, sed neque ipsum ex seipso tantum odorem emittebat, sed omnium mixtio, & temperamentum, quàmplurimũ odorem reddebat, huic meritò fraternum consensum comparauit. Quandoquidem collecta ex pluribus rectis officijs, perfectæ virtutis odorem perficit.* Psal. 132. 1. num. 1. Glossa.

Igitur pax, seu concordia vera, non est contenta tantùm in vna, vel altera re proximo suo seruire, sed in omnibus, quæ occurrunt occasionibus, illi præstat obsequium, & se præbet vnanimem. Quare? quia pacificum cor, intus est plenum, & nequit se continere, quin redundet exteriùs. Ideo signanter subditur, *Descendere in barbam*, non alterius, sed *Aaronis*, quia vbi pax regnat, non committit alteri charitatis officium, sed per se ipsam præstat, quo videt aliquem indigere. Et propterea subditur, non potuisse se vnguentum continere in capite, sed vsque ad vestimenti oram descendisse, quo totus cooperiebatur

homo, ad designandam expressiùs abundantiam gratiarum, & virtutum componentium hoc vnguentum, vt intelligeremus, ibi omnes affluenter esse, vbi pax vera regnat.

Et adhoc ampliùs indicandũ, eam iterum rori assimilat montiũ Hermon, & Sion, qui, ex rore cęli, *Ps. vt sup. num. 3.* maximè erant feraces, *Sicut ros Hermon, qui descendit in mõtem Sion.* Eodem namque rore in specie, & non in individuo, quo rorabatur Hermon, pariter, & Sion *Lyran.* rorabatur, vt notauit Lyranus, quia ait, quòd erant montes longè inter se distantes, & quòd Sion erat altior, & Hermon demissior, vt *Ps. 41. 7.* in alio Psalmo dicitur, *Et Hermonijm à monte modico.* Igitur non communicabatur idem numero ros à monte Hermon monti Sion, sed idem specie, qui namque supra ipsum cadebat, pariter supra Sion descendebat, & fœcũdabat vtrumque. Quia gratiarum ros, & pinguedo animam fœcundans, ibi est, vbi habitat pax, siue sit Ecclesiasticus, & Religiosus, *per Sion*, designatus, siue sęcularis, *per Hermon*, indicatus.

O quot sęculares frequentiùs antecellunt pace plures Religiosos (ad confusionem meam dico) in quibus ros gratiarum è cœlo descendit pleniùs, quo vberiùs fœcundantur! Nam ibi profectò maior benedictio datur, vbi maior pax reperitur. Quod etiam *Ps. 132. 3.* indicant sequentia verba, *Quoniã illic mandauit Dominus benedictionem.* Certè verbum, *illic*, magnam vim hìc ostendit, vt Beatus Bruno Herbipolensis Episcopus ponderauit, dicens, *Nulla discordantibus benedictio præstatur: illic ergo vbi concordia est, benedictio Dei mandatur.* Glossa autem ex Euthimio per *benedictionem*, diuinam gratiam, ait, intelligi. *Cæterum* (inquit) *Dei benedictio erga hominem idè est, quòd Diuina gratia:* Quæ quidẽ abũdè effunditur. Benedictio nãque Dei vacuitatẽ ignorat. Quidquid enim benedicit, implet, vt ipsemet Psalm. in alio Psal. inquit, *Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione.* Si ergo implet, vacuum non relinquit. *B. Bruno Hispens.* *Glossa.* *Psal. 144 16.*

Hanc etiam plenitudinem, benedictio illa signauit, qua S. Patriarcha Isaac benedixit Iacob, qui pacifici figura fuit. Dicitur enim Genes. 27. quòd postquam Patri suo obtulit cibum, & potũ, dixit ad illum Isaac, *Accede ad me, & da mihi osculum fili mi.* *Genes. 27. 26.* *Accessit, & osculatus est eum.* *num. 27.* Et subditur: *Statimque, vt sensit vestimentorum illius fragrantiã, benedicens illi, ait: ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus.* Sunt sanè verba omnia, ad rem notabilia. Et quæri potest, quare ante osculum non sensit senioculus iste vestimẽtorũ filij sui fragrantiam, cum etiã antea, accessum requisijsset illius,

&

& tetigiſſet eum,vt ibi præmitti-
nu.21. tur. *Accede huc,vt tangam te,fili mi*. Et acceſſus ſubditur. *Ac-*
nu.22. *ceſsit ille ad patrem*. Erat ne veſtibus nudus tunc filius, alijſue indutus?minimè.Quare ergo tũc non ſenſit fragrantiam,quam poſtea experitur? Reſpondeo, quia præceſsit oſculum, quod pacis ſymbolum eſt. Quapropter Do-
Luc.22. 48. minus,ſuo traditori dixit, *Oſculo* filium hominis tradis?id eſt,quomodo ſub ſigno pacis, hoſtilem animum geris? Igitur poſtquam per *oſculum* Iacob, pacificum ſe oſtendit, ſignanter ſcriptura ſubdit, *Statimque, vt ſenſit veſtimentorum illius fragrantiam*. Antea quidem erat vnguentũ iſtud, id eſt,odor iſte *in capite*, in corde
Pſal.132. nu.2. ſcilicet, ſed *Deſcendit in oram veſtimenti eius*, & mirabilem odorem emiſit, quia exteriùs per ſignum ſe protulit. Vnde ad pacem ſic inhabitantem in corde, benedictio plena ſubſequitur,ſub-
Gen. 27. 27. iungitur enim,*Benedicens illi,ait, ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni,cui benedixit Dominus*. Quare pleni,& nõ ſemipleni?quia benedicti à Domino.Quod namque Dominus benedicit, vacuum non manet, ſed plenum, vt dixi. Iſta igitur eſt benedictio donorũ cumulatiſsima,mandata ſupra cõ-
Pſ.132.3. cordes: *Quoniam illic mandauit Dominus benedictionem*. Cuius plenitudinem, verbis non valens explicare Propheta,incipit,dicẽs,
Gloſſ. *Ecce,quaſi*(inquit Gloſſa ex Caſſiodoro) *plus oſtenſione,quàm lingua explicetur*. Eſt igitur pacificus, plenus odore virtutum, plenus rore diuino. Ideò frugifer, & ager *plenus*,vtique varijs virtutum ornamẽtis,& chariſmatũ donis,cumulatiſsimè ditatus à Deo.

Si igitur vnum donũ Dei, tam pretioſum eſt, vt totus mundus, reſpectu illius,nihil ſit,quàm pretioſa erunt tot dona! ſi mundus ob ſpeciem ſui pulchram, & diuitias,ac honores, ſic corda allicit hominum,quomodo non alliciũt dona Diuina, quorum comparatione,totus mundus, *Arena exi-* Sap. 7.9.
gua eſt,& lutum? vt Sap. dixit, & Paulus teſtatur, ſe, *vt ſtercora* Philip. 3. 8.
reputaſſe? hæc autem omnia pretioſa, pacifico ſunt promiſſa, etiã in iſta vita. Vbi ergo eſt inertia noſtra,pigritia, & ſtultitia, qui ſic ample&imur lites, pace relicta? O cæcitas cordis humani! illumina tu, Domine, tenebras noſtras, vt luce iſtius veritatis percepta, ſic à te cumulemur, pace vera complexa.

De *lætitia vera*, quæ pacis veræ eſt præmium.

PAx cum proximo vera, oritur ex pace interna, quam quiſque habet ad ſe, vt ſupra in Doctrina punct. 1.eſt dictum.Cuius enim appetitus ſenſitiuus,rationali eſt ſubditus,& iſte Deo,iã legem eius cuſtodit,qua præcipitur dilectio proximi. Cum pace

Digitized by Google

autem interna eſt tranquillitas,& ſerenitas mentis, & in hoc ſenſu eſt ſecura: de qua ſecuritate legi-
Prou.15. tur in Prou. *Secura mens, quaſi*
15. *iuge conuiuium*. Igitur ibi eſt lętitia,vbi eſt pax iſta.Quod etiam indicauit Pſalmiſta, cùm dixit.
Pſ.132.1 *Ecce, quàm bonum,& quàm iucundum habitare fratres in vnũ*. Quæ verba P.Auguſtinus ſerm.2.
Auguſt. ad Erem. conſiderans, ait, *Tanta eſt eminẽtia iſtius virtutis,quòd de ea Propheta priùs miraretur, quàm oſtenderet, quid eßet, vel quid vtilitatis haberet. O quàm grandem admirationẽ præpoſuit, quando dixit,Ecce! ò quàm mirabilem vtilitatẽ prædicauit,quando ſubiunxit, Quàm bonum, & quàm iucundum*. Eſt namque mirabilis mentis iucunditas,quæ regnat in corde pacifico: Ideò Paulus ait, longè omnem lætitiã carnalem excedere, cum ad Phi-
Phil.4.7. lip. ſcripſit, *Et pax Dei, quæ exuperat omnem ſenſum*,vt ponderauimus ſupra, & hìc iterum repetimus ad propoſitum. Mirum enim in modum,cor hac cõſideratione armatum,ſpiritui reſiſtit diſcordiæ,quod idem Apoſt. ſignificauit, ſubiungens, *Cuſtodiat corda veſtra*.

At quid miramur, ſi tãta perfundatur lætitia cor, in quo fons iucũditatis inhabitat? ſi memoria tantùm illius, potens eſt cor gaudio inebriare, vt dixit Pro-
Pſ.76.4. pheta, *Memor fui Dei, & delectatus ſum*,quid faciet ipſemet cùm inhabitat? diximus autem ſuperiùs, quod *in pace factus eſt* Pſ.75.3. *locus eius*: igitur & iucunditate repletus, ſed procedamus ad vltimos conſummatos effectus:qui ſunt hi.

Vita æterna, cum indicibile gaudio.

SAnè de vita æterna, eſt clarũ:quæ iam hìc habetur per gratiã. Si enim vita ipſa in corde manet pacifici,quomodò vitã nõ dãbit? Viuit ergo iã vita æterna, quę modo eſt initiata,& poſt hãc breuem vitam,erit conſummata. De qua,poſtquam dixit Pſalmiſta, *Quoniam illic mandauit Do-* Pſ.132.3
minus benedictionem, ſubiungit, *& vitam vſque in ſæculum*:cum pace ergo vita æterna habetur.

Hoc ipſum docuit Petrus,cùm poſt commendatam concordiam illis verbis, *Miniſtrate in pieta-* 2.Petr.1.
te amorem fraternitatis: in amore autem fraternitatis,charitatẽ, 7.
ſtatim præmium hoc ſubiunxit, dicens. *Hæc enim,ſi vobiſcũ ſint,* num.8.
non vacuos, nec ſine fructu vos conſtituẽt in Domini noſtri Ieſu Chriſti cognitione. Quam Lyra- Lyran.
nus interpretatur de intuitiua viſione diuina, in qua beatitudo noſtra conſiſtit, iuxta ipſum Dominum apud Ioannem dicẽtem, Io.17.3.
Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum,& quẽ miſiſti Ieſum Chriſtum. Fructus ergo pacis,vita æterna eſt.

Quam

Digitized by Google

Quàm sanè comitatur indicibile gaudium, à Propheta signatũ, cùm, de cęlesti Patria loquẽs, dixit, *Posuit fines tuos pacem.* Ps.147. 14. Ecce muri ciuitatis istius, quibus fortissima redditur, & subditur fructus illius, *Et adipe frumenti satiat te.* Vbi notabile, quòd absolutè panem non dicit, qui ex frumento conficitur, *sed adipe frumenti*, qui, vt ex Theodoreto Glossa. Glossa aduertit, est *pulcherrimus panis*, non solùm reficiens, sed delectans. Et P. Augustinus de Aug.in.t. hoc adipe loquens, ait, *Quid erit ibi adeps frumẽti, nisi panis ille, qui descendit de cœlo ad nos? in patria ipsa quomodo saturabit, qui in peregrinatione sic pauit?* sed quomodò pauit? quia hanc mensam parauit, de qua alibi idẽ Ps.22.5. Psalmista dixit, *Parasti in conspectu meo mensam.* At quomodò parauit? in dulcedine. Sic enim Ps.67.11. in alio Psalmo inquit. *Parasti in dulcedine tua pauperi Deus.* Signanter dicitur, *tua*, quia non sicut dulcedo sæculi, quæ pura est nunquam, sed semper amaritudine mixta, & parauit *pauperi*, id est, *humili*, qualis est *pacificus*. At si sic dulciter parauit in exilio, quomodo parabit in cęlo? Sanè ita, vt satiet, & sine fastidio satiet, vt innuunt verba Petri, cùm 1.Petri 1. de Deo ait, *In quem desiderant Angeli prospicere.* Vbi desideriũ, absentiam obiecti non indicat, sed fastidij, non enim, quod desideramus, fastidimus.

Propterea Psalmista, alibi de hoc indicibili gaudio dixit, *Dele-* Ps.36.11. *ctabuntur in multitudine pacis.* Vbi satis insinuatur, pacem ex se delectare, & ideo ibi summam delectationem futuram, quia sũma pax erit. *Quidquid* (inquit Augusti. P. Augustinus) *desideras, pax tibi erit.* Hìc quidem multa desideramus, ex quibus cupimus delectari, imperfectè tamen, quia propter suam limitationem, nõ valẽt nos satiare. Ibi sanè vnum erit, in quo omnem delectationem habebimus. Proindè S. Doctor subiungit, *Quia hìc aurum non potest tibi esse argentum: quod vinum est, non potest tibi esse panis: quod tibi lux est, non potest esse potus: Deus tuus totum tibi erit. Manducabis eum, nè esurias: bibes eum, nè sitias: illuminaberis ab eo, nè sis cæcus: fulcieris ab eo, nè deficias: possidebit te totum integrum, totus integer: angustias ibi non patieris cum eo, cum quo totum possides, totum habebis, totũ & ille habebit, quia tu, & ille, vnum eritis, quod vnũ totum, & ille habebit, qui vos possidet.* Et subdit. *Hæc sunt re-* vnum.37. *liquiæ homini pacifico.* Quia, scilicet, in præmium pacis sunt hæ consolationes repositæ.

Et notabilia sunt ad propositũ verba illa, *Quia tu & ille, vnum eritis.* Nam vnitas ista cum Deo, ex qua delectatio summa proueniet, in remunerationẽ erit vnionis illius in bono, quam hìc cum

pro-

Digitized by Google

proximo per pacem habuimus.

S. *Anſel.* Vnde S. Anſelmus, teſte Edinero in eius vita, dicere ſolebat, eos, qui in hac vita, ſalua æquitate, ſe conformant aliorum voluntati, & pacem colunt, id à Deo mereri, vt Deus poſt hanc vitam, ſe accomodet eorum voluntati. Et cum eis pacem, & amicitiam colat. E contrario verò, eos, qui ab alio, voluntate diſcordant, pari modo, poſt hanc vitam, neminem reperire, qui ſuæ ipſorum concordet voluntati. In quo etiam præterita conſideratio firmatur, & præſens, quia ex pace in hac vita ſeruata, Deum ſibi amicum, & vnitum facit, & hinc omnem delectationem conſequitur.

Iſai. 32. 18. De qua etiam per Iſaiam, Dominus ſic eſt locutus; *Et ſedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta.* Quæ quidem tanta eſt, vt nullus intellectus creatus eam exprimere poſſit, vt Apoſtolus indicauit, cùm dixit, *Et pax Dei, quæ exuperat omnem ſenſum.* Vbi lectio Græca habet *omnẽ intellectum.* Quaſi diceret, tanta erit illius pacis ſupernæ dulcedo, vt nullus intellectus creatus, eam comprehendere queat. Iuxta quam lectionem, prædicta verba S. P. N. Auguſtinus in libris de ciuitate Dei adducens, ait. *Si ergo Sancti, in Dei pace victuri ſunt profectò in ea pace victuri ſunt, quæ ſuperat omnem intellectum.* Per quẽ, noſtrum intelligit, & Angelicum. Cui conformis eſt doctrina eiuſdem Apoſtoli alibi dicta, *Nec oculus vidit, nec auris audiuit, neque in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus diligẽtibus ſe.* Nam, non aſcendere in cor hominis, eſt non poſſe mentem illius, ſeu intellectum, hanc gloriã comprehendere nunc, vel exprimere. Qui ſunt autem, qui diligunt Deum, quibus paratum eſt iſtud præmium? pacifici, qui mãdatum dilectionis cuſtodiunt, & ſeruant pacem cum proximo.

Aug. lib. 22. c. 29. tom. 5.

ad Philip 4. 7.

1. Cor. 2. 9

Igitur hi, fortitudinem, dignificationem, gratiarum cumulationem, lætitiam in hac vita veram, & poſtea vitam æternam obtinebunt in præmium, cum indicibili gaudio. Quare ergo, fratres dilectiſsimi, non currimus poſt cõcordiam? quare iniurias non remittimus? quare intellectum noſtrum non captiuamus? quare voluntatem non abnegamus in obſequium charitatis? *O pax* (ait P. N. Auguſtinus) *tale bonum es in rebus creatis, tam mirificum, tam glorioſum, quòd nihil dulcius ſit audiri, nihil delectabilius concupiſci, nihil vtilius poſſideri.* Hãc igitur amemus, hanc perquiramus, hanc teneamus, & bona tot poſsidebimus.

Aug. ſer. 2. ad Eremit. to. 10

CON-

Digitized by Google

CONSIDERATIO XII. & vltima.

Ex *Christi Domini imitatione.*

MAnsuetudinis Christi Iesu exemplum, valdè potens est ad cor humanum flectendum, vt cum alijs pacificum sit. Ipse enim per Psalmistã de se ipso te-
*Ps.*119.7. statur, *Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus.* Non enim tantùm pacificum se ostendebat, cum non habentibus pacem cum ipso, sed odientibus illam, imò insidias molientibus, cum beneficia accipiebant, vt clarè patuit in Iuda suo discipulo, & Apostolo, quem gratijs cumulauerat, & qui tunc eum tradere cogitabat, cùm ei panem porrigebat, & pedes lauabat, & se ipsum in cibum dabat. Et hæc omnia intùs mansuetissimus Dominus videbat, & tamen à beneficijs non desistebat sed suum hostem sic vincere cupiebat. Et cum vltimò venit, vt dux cohortis, ad capiẽdum eum, obuiam illi est factus, amicum
*Matt.*26. 50. eum appellans, dicens, *Amice, ad quid venisti?* ignorabat fortè Dominus omniscius cogitationes illius? minimè, tamen se ostendit nescire malitiam nimiam, vt sic ad pœnitentiam inuitaret, & veniam donaret.

Cùm autem totus flagellatus, liuidus, & vulneratus, ac compassione dignissimus, populo ostenderetur, & optio illi à Præside fieret, quem dimitti vellet, Iesũ, an Barabbam, ingratissima verba respondit, *Non hunc, sed Barabbam*, & erant illi, quos ante, tot beneficijs cumulauerat, sanando, illuminando, vitam dando, à dæmonibus liberando, viã vitæ docendo. Tamen clamarunt, *Crucifige, crucifige eum*; nihilominùs in cruce positus, & ibi ab eisdem illusus, & blasphematus, & acerbissimis doloribus coangustatus, orat pro illis Patrem, di-
*Luc.*23. 34. cens, *Pater dimitte illis, quia nesciunt, quid faciunt*. Patris nomine vtitur, & per ignorantiam, suos persequutores excusat, vt Patrem magis inclinet ad veniam & crucifigentium corda, ita mansuetus demulceat, & nobis exẽplum, sic nos gerendi, ostendat, quia priùs docuerat, *Discite*
*Matt.*11. 29. *à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Quæ verba supra consid. 2. & 3. retulimus, & iterum hic adducimus ad propositum: licèt ergo semper, etiã in tota vita id fecerit, quod docuit, tamen in cruce magis ipsius mansuetudo reluxit, cùm pro crucifixoribus suis Patrem suum orauit, & sic viã nobis complanauit vincendi omnem difficultatem, quæ in pace seruanda, potest à dæmone, mundo, aut carne in nobis concitari. *Quid est* (inquit S. Gregorius) *Dominum mitem se in magisterio, atque humilem dicere, nisi relictis exercendæ elationis diffi-*
Greg. lib. 20 Mor in c. 30. l. 6

cultatibus, plana quædam benè viuendi itinera demonſtrare? Sic enim alibi Scriptura teſtatur, Luc.3.5. Iſai.40.4 *Erunt praua in directa, & aſpera in vias planas.* Apparet quidē carni aſperum, & amarum cum diſcordantibus cōcordare, & pacificum ſe illis oſtendere, ſed hoc iam per exemplum filij Dei incarnati pro nobis, dulce, & ſuaue eſt factum. Si enim ipſe, qui voluntate ſua abuti nō poterat, neque intellectu errare, tamen ſic voluit ſe manſuetum, & mitem ad diſcordātes à ſe, præbere, quid non deberet facere mens humana, ſic ad prauitatem prona, & ignorantia plena? Sanè nulla eſt, quæ, ſi hæc recogitet ſeriò, Ieſu Domini noſtri mitiſsmi exēplo, victa non maneat. Hoc enim putat Hieronymus Apoſtolum intendiſſe, cùm dixit, *Et pax Dei,* 2. Hieron. Phil. 4.7. *quæ exuperat omnem ſenſum.* Sic enim loquitur S. Doctor ibidem, *Dei pacem, quæ malos ſuſtinet, & ingratos: Chriſti pacē, qua pro ſuis perſequutoribus exorabat, ſi recogitemus, omnem mentem ſuperat, & inclinat.* Et hinc cum eodem Apoſtolo concludens, ſubiūgit. *Hæc ergo pax, corda, & intelligentias veſtras, exemplo Chriſti cuſtodiat.*

Igitur, frater chariſsimè, qui iſta legiſti, diſcurſus amari, & diſcordes, à carne, vel dæmone ſuggeſti, iam in te ceſſent, & exemplo Domini Ieſu, manſuetudine aduerſarios tuos vince, & pacem cum illis ini. Quot diſcordes ita ad concordiā redierunt? & quot concordes ſic illęſi permanſerūt, & de inimica diſcordia victorias glorioſas meruerunt? Eſto & tu vnus ex illis, & Domino iſti placebis, & coronam æternam obtinebis.

PRO-

Digitized by Google

PROPVGNACVLVM XI.

CONTRA EBRIETATEM.

PRÆFATIVNCVLA.

In qua magnitudo hoſtis iſtius oſtenditur.

EST hoſtis iſte valdè timendus, quia communiſsimus, & inſanabiliter vulnerans, non ſolùm ſæuit in corpus, ſed animã quoque occídit.

Communiſsimus quidẽ, quia, cùm ſuauis ſit, & dulcis, ſic innumeros allicit. Proinde à Chryſologo dictus, *Dæmon blandus, venenum dulce.* Et ſic irrepens faciliter, venenum ſuum diffundit, teſte Sap. ita de ipſo loquente, *Ingreditur blandè, ſed in nouiſsimordebit, vt coluber, & ſicut regulus venena diffundet.* Sicut enim coluber, blandè primùm irrepit, ac demùm virus ſuum fallaci morſu inſpirat, ita vinum, blãdè quidem illabitur; at vbi ſe intra viſcera incipit explicare, venenum exitiale immittit, & inſanabiliter percutit, prout de eo ſcribitur: *Fel draconum, vinum eorum, & venenum aſpidum inſanabile.* Quæ verba expendens Ambroſ. libro de Elia cap. 14. ait: *Et pulchrè additur inſanabile.* *Multi enim reliquorum ſerpentũ veneno curantur, nemo ebrietate.* Quod quidẽ propter raritatem affirmat, quia difficillimè iſti ſanantur.

Chryſolog ſer. 26. de fidel. diſp.

Prou. 23. 32.

Deut. 32. 33.

Ambroſ.

Et notatione eſt dignum, *aſpidis* aſsimilari veneno, de quo dicitur, ſolo viſu, necare. Et talis eſt hoſtis iſte, vt in Prouerb. dicitur, *Ne intuearis vinum, cum flaueſcit, cùm ſplenduerit in vitro color eius.* Lectio Hebraica habet, *Quando dederit in vitro oculum ſuum.* Vbi oculus *actiuè* attribuitur vino, vt Caiet. expendit, dicens, *Oculus vini, appellatur perſpicuitas eius: Oculus enim naturalis, eſt animãtis pars, habens in ſe perſpicuum viuum, ac propterea, quod eſt perſpicuũ, ac viuax ipſius vini, eiuſdẽ oculus appellatur.*

Prou. 23. 31.

Caiet.

Eſt

Digitized by Google

Eſt igitur ſenſus, vini pulchrũ colorem, oculum eſſe, aſpidis inſtar, nos aſpicientem, cum viciſſim à nobis reſpicitur, & ideò ad ſui hinc amorem, & bibacitatem nos pertrahentem, ſicque ab ipſo, inſtar aſpidis, venenatos, occídi. Ideò ſubditur, *Sicut, regulus venena diffundet*, & alia litera legit, *Sicut aſpis, ſeu baſiliſcus*. Igitur ebrietas venenum aſpidum eſt inſanabile, quo, qui cadit, ampliùs nequit reſurgere, vt Dominus per Ierem. teſtatur. *Bibite, & inebriamini, & cadite, neque ſurgatis.* & Ambroſ. aptè, & ad propoſitum explicat, *Cadetis, & non ſurgetis.* Quod non ſolùm, quoad corpus, verùm etiam, quoad animam, intelligendum eſt, vbi principaliùs hoſtis hic vulnus lethale infligit, vt idem S. Doctor notauit, dicens, *Veneno, caro vulneratur: vino, mens.* Et ſignificauit etiam Sapiens, cùm pronuntiauit: *Vinum, & mulieres auferunt cor.* Vt enim hoſtis, cùm impetit quẽquam, diuidit, ſi poteſt, & interiora extrahit, & diffundit, ita vinum non contentum ruina corporis, animæ quoque deſtructionẽ intendit, vt Spiritus diuinus indicauit, cum dixit, *Vinum multum potatũ, ruinas multas facit.* Mirum enim eſt, in quot mala, & ſcelera, animam trahat miſeram, & impellat. *Ignis* (inquit Sap.) *probat ferrum durum: ſic vinum corda ſuperborũ arguet, in ebrietate potatum.* Vbi Gloſſa ſic ait, *Sicut ignis, ferri duritiam emollit, & candeſcere facit, ſic vinum corda ſuperborum inflammans, ad facinus impellit.*

Ierem. 25. 27.

Ambroſ. loc. ſupra cit. c. 27.

Eccli. 31. 38.

Eccli. 31. 34.

Gloſſ. ord.

Sed numquid arguit tantùm inſenſatos? id eſt, ad mala omnia, ſuperbos ſolùmmodo impellit? minimè. Nam etiam bonos, ſi inuaſerit, de ipſis obtinebit triumphum, niſi fortiter ipſi reſtiterint, teſte Sapien. dicente, *Vinum, & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes, & arguent ſenſatos.* Quod benè P. Auguſtinus perpendens, ad Deum dixit in Confeſſ. ſuis: *Ebrietas longè eſt à me, miſereberis, ne appropinquet mihi.* Vbi ſpecialẽ gratiã reputatà tam cõmuni, & forti hoſte defendi, qui, etiã iuſtos inuadit. Quod pariter in filijs S. Iobi fuit ſignificatum, de quibus ſic legitur apud ipsũ, *Filijs tuis, & filiabus tuis veſcentibus, & bibentibus vinum in domo fratris ſui primogeniti, repentè ventus vehemens irruit à regione deſerti, & concuſſit quatuor angulos domus, quæ corruẽs, oppreſſit liberos tuos, & mortui ſũt.* Hęc, ſi moraliter interpretari velimus, quid aliud, per *Iobum*, niſi Deus deſignatur? & quid per *primogenitum*, niſi Chriſtus Dominus naturalis filius eius, qui ad Rom. 8. *primogenitus* dicitur *in multis fratribus?* & quid per cæteros filios, niſi adoptiui intelliguntur, qui ſunt cæteri iuſti, qui filij, & hæredes Dei vocantur, & cohæredes Chriſti? quid

P. Auguſ. lib. 10. c. 31.

Iob 1. 19.

Rom. 8. 29.

autem

Digitized by Google

autem per *vehemẽtem ventum*, nisi hanc grauissimam ebrietatis tentationem intelligitur? quæ à regione deserti dicitur orta, quia à parte, charitate omninò vacua, id est, ab inferno, diaboli instigatione, dicitur concitata? & concussisse *quatuor angulos domus*, vtique animæ nostræ, quæ habitaculum Dei dicitur? vbi signanter quatuor dicuntur, vt firmitas designetur, quæ est in quadrata figura. Propterea namque Ciuitas superna, *In quadro posita*, dicitur Apoc. 21. 16. & cardinales quatuor præcipuæ signantur virtutes, in quibus præcipuè morale animæ ædificiũ consurgit, scilicet, Fortitudo, Prudentia, Iustitia, & Temperantia: quæ vehementi ebrietatis vento, vi diaboli concitato, corruunt. Concutit namque istos quatuor angulos, eos ruere faciens, & consequenter filios Dei, ideſt, iustos, quantumuis benè firmatos, spiritualiter opprimit, & extinguit. At quæ causa tantæ ruinæ? vinũ. Vt ibi expressè dicitur. Præmittitur enim, *Filijs tuis, & filiabus tuis vescentibus, & bibẽtibus vinum*. Quæ verba expẽdens Origines, ait, *Si precantes eos diabolus inuenisset, nihil contra eos efficere potuisset: verùm, cum ei fuit oblata occasio, tunc demùm potuit: sed quale tempus fuit opportunum, qualisue opportunitas? potus erat.*

Origen. in Cat. Gra.

Hinc iam patet, quàm sit *communissimus* hostis, cùm etiam iustos prosternat. Et quàm *insanabiliter*, non solùm corpus, sed etiam animam feriat, vt magis ex discursu istius tractatus patebit.

Si ergo insanabiliter percutit, certè illi est præcurrendum antequam occìdat, ne postquam occiderit, de illius fortè remedio desperetur. Dico, *fortè*, quia si cor suum aperiat, & gratiam diuinam imploret, & media efficaciter eligat, poterit omninò sanari, teste Augustino ad Deum dicente: *Ebriosus nunquam fui, sed ebriosos à te sobrios factos ego noui. Ergo à te factum est, vt hoc non essent, qui nũquam fuerunt; à quo factum est, vt hoc nõ semper essent, qui fuerunt: à quo etiã factum est, vt scirent vtrique, à quo factum est.* Hæc ille. Igitur non tantùm hic remedia *præseruatiua* ponentur, sed etiam *subleuatiua*, vt nullus ebriosus maneat excusatus, qui non sumpserit ea. Quod quidem per Considerationes infra positas, seriò est faciendum. Sed priùs per doctrinam, eius quidditas, breuiter est exponenda.

p. Aug. ſt loc. ſupra cit.

Doctrina circa *Ebrietatem*.

Ita communiter definitur. *Est excessus in potando voluntarius, causa voluptatis, vsque ad violentam vsus rationis priuationẽ.*

Dicitur *excessus*, scilicet, mensuræ debitæ, secundùm rectam ratio-

rationem, dictantem; vt vsus rationis conseruetur, qui per nimiũ potum absorbetur. Et hoc ipsum nomen *ebrietatis* ostendit. Dicitur enim à *bria*, quod est mensura, & *extra*, quasi extra mẽsuram. Quod significauit scriptura, cum dixit, *Isa. 5. 11.* *Væ, qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum vsque ad vesperam, vt vino æstuetis*. Nam tunc quis vino æstuat, cum se, supra vires, illo onerat.

Et additur, *in potãdo*, per quod, quiuis intelligitur potus, inebriare valens, ideſt, potens vsum tollere rationis, licèt vinum non sit.

Et subditur, *voluntarius*. Quod dupliciter, iuxta D. Thomam, contingit. Primò *directè*, cum aliquis benè aduertit, potum esse immoderatum, & inebriantem, & tamen, potiùs eligit ebrietatem incurrere, quàm abstinere à potu. Secundò, *indirectè*, vt cùm, cognita virtute vini, aut propria debilitate, & quod ex istis causis se frequenter inebriet, tamen non vult abstinere. Sic enim 2. 2. q. 150. ar. 2. ad 1. ait, *Non potest esse, quòd homo assiduè inebrietur, quin sciens, & volens ebrietatem incurrat.* Vbi, ex assiduitate, ebrietatis colligit voluntatem. Tunc enim, licèt expressè, & directè, se non intendat inebriare, indirectè tamen, & implicitè censetur sibi eligere potum immoderatum, & consequenter ebrietatem, quam lethalem asseruit.

S. Th. 2. 2. q. 150. ar. 2. in corp. & ad 1.

Re 1. 2. q. 88 art 5. ad 1.

Quod etiam alijs verbis docuit Lessius de Iust. & Iur. lib. 4. c. 3. dubit. 3. num. 15. nimirum *directè*, quando, scilicet, quis explicitè ebrietatem intendit: *indirectè* verò dupliciter. Primò, quãdo expressè quidem non cupit inebriari, tamen tantũ bibit, quãtum potest, non curans, an sequatur ebrietas. Secundò, quando aduertit se inebriandum, si pergat in potando, & nihilominus non desistit. *Less.*

Subiũgitur particula alia, *causa voluptatis*, quæ signatur Ioel 1. 5. *Expergiscimini ebrij, & flete omnes, qui bibitis vinum in dulcedine*. Quæ verba sanctus Isidorus, lib. 2. de Summo bono. c. 43. considerans, notat, non dixisse Propheram absolutè, *Flete, qui bibitis vinum*, sed addidisse *in dulcedine*. Quod *ad voluptuosam* (inquit) *pertinet, & prodigam effusionem*. Igitur, causa voluptatis, ebrietas contingere dicitur. Hinc dixit P. Augustinus *Ebrioso quædam salsiuscula comedũt, quò fiat molestus ardor, quem dum extinguit potatio, fiat delectatio*. Voluptas ergo per *salsedinem* quæritur, & ebrietatis est actus. *Ioel 1. 5.* *S. Isidor.* *P. Aug. lib 8. cõf. cap. 3. num. 3.*

Denique additur, *Vsque ad violentam vsus rationis priuationem*, quia nisi esset violenta priuatio, mortalis non esset inebriatio, etiamsi, causa delectationis, contingeret. Cum, *per se*, hæc duo, etiam copulata, & intenta, ad tãtam malitiam non perueniant; vt

patet

Digitized by Google

patet in illo, qui ſciens, & volens dormit ex delectatione, quam sẽ. tit in aquę ſtillantis ſonitu. Et ratio eſt, quia hæc rationis priuatio, ſic contingens, naturalis eſt, & non violenta, proindeque fit, media quiete ſenſuum, in qua sõnus conſiſtit, & organa ſenſuum expedita relinquũtur, vt, ſequuta vigilia, mens poſsit ratione vti. Vnde non omnino vſus rationis ligatur. Licèt nãque actualis vſus illius non relinquatur, poteſtas tamen proxima vtendi relinquitur. Quod non contingit in priuatione, quæ accidit per ebrietatem, quæ non fumoſitate naturali, ſed *ægritudinali perturbatione* euenit, vt loquitur Caietanus, per illamque ratio manet ligata, cum neceſsitate ſic permanẽdi, donec digeratur vinum. Vnde, licèt antea excitetur, rationis vſu non pollet. Quod non contingit in eo, qui ſe dat ſomno ſponte. Vnde patet, priuatioem actualis vſus rationis, violentam eſſe. Quia non tantùm vſu actuali quis ita caret, ſed etiã proxima poteſtate illius.

Caiet.

Proinde in hoc ſpecialiter agnoſcitur in ebrietate mortalis malitia, vt Leſsius notabilibus his verbis affirmat. *Propter voluptatem, ſe ad brutorum abijcit ſoliditatem: hoc autem cenſetur maximum malum, & grauis inordinatio, quia præcipuum bonum hominis, & quo à brutis diſtinguitur, eſt poſſe vti ratione, & ſua omnia hac regula dirigere.*

Leſſ. loco cit. n. 17.

Et S. Thomas ſic loquitur. *Sic ebrietas eſt peccatum mortale, quia ſecundùm hoc, homo volens, & ſciens, priuat ſe vſu rationis, quo ſecundùm virtutẽ operatur, & peccata declinat, & ſic peccat mortaliter, periculo peccandi ſe committens.* Scilicet, multa alia peccata committendi, quia ſecũdùm communem ſententiã, quam ſequitur Leſsius loc. cit. num. 26. Omnia mala, quę volũtariè ebrius poterat præuidere in ebrietate committenda, illi ad culpam imputantur. Illa autem intelligitur præuidere potuiſſe, quæ aliàs expertus eſt in ſimili diſpoſitione commiſiſſe: Vel, ſi dubitans, ea ſe commiſſurum, non adhibuit ſibi cuſtodem, vel aliam cautionem.

S. Thom. ar. 2. cit. in corp.

Notat etiam Caiet. ex ſuperiori Doctrina, ſatis eſſe ad culpam mortalem, ſemel, ad breue tẽpus, ſe inebriaſſe. Quia ſe priuauit notabili bono. Quod à fortiori confirmat à ſimili, vt ſi quis, ad modicum tempus, proximum domo ſua priuaret, peccaret mortaliter: Ergo, ſi ſe vſu rationis, in sẽſu explicato, priuaret, cum hoc maius bonum ſit, quàm corporalis domus, abſque dubio ſe mortali peccato macularet. Et notabiliter addit, quòd licèt quis, ſeipſum domo ſua inculpabiliter poſsit priuare, non tamen poteſtate proxima ratione vtendi. Cum hęc, ſicut cætera corporis membra, naturale bonum ſit, cuius Domini nos non ſumus. Vnde quemadmodũ,

Caiet. ar. 2. cit. S. ad quint. & nid.

Digitized by Google

nos non posſumus aliquo membro priuare, neque ſimiliter rationis vſu.

Hinc ibidem idem Doctor cũ communi ſententia affirmat, prouocantem, ſeu propinantem alteri, per quod ebrietas ſequitur, peccare mortaliter. Quia bono notabili, ſcilicet, poteſtate proxima vtendi ratione, meum proximum priuo. Et Leſsius loco cit. *Leſſ.* dub.4.n.32. Addit etiam cum cõmuni, quòd etiamſi non ſequatur ebrietas, ſufficeret tamen, eo animo facere, alterum inebriandi, vel ſi aduertam, vel facilè aduertere poſsim ſecuturam, *Etiamſi non eo animo faciam*. Quod quidem in hac materia eſt valde notandum, vt intelligant propinantes, & prouocantes ad potum, quòd ſe mortiferis malis immiſceant. Nam conſequenter omnium malorum fiunt rei, quæ inde probabiliter conſequutura in inebriato præuident.

Si autem quæras, quibus ſignis cognoſcatur ebrietas iſta mortifera; Reſpondetur ſic cum Leſsio *Leſſ.* dub.3.nu.30. Primò, quando quis poſtridie non meminit, quid dixerit, egerit, quomodo domum venerit, aut cubitum iuerit, à quo deductus, vel adiutus, cum aliàs hæc benè meminiſſe ſoleat. Ratio eſt, quia dum quis ratione vtitur, reflectit mentẽ ſuper ſuos actus, & ita retinet geſtorum memoriã: vnde, ſi hanc non retinuit, non videtur rationis campos fuiſſe.

Secundò, ſi commiſit, quæ nũquam, *integra mente*, ſolet, vt, ſi locutus fuit, aut fecit turpia, & abſurda, cum aliàs ſit caſtus, & prudens: ſi iurauit, blaſphemauit, vxorem, & familiam turbauit, cũ aliàs ſit modeſtus, & benignus: Vnum autẽ hic noto ex S. Th. 2.2. *S. Thom.* q.150.ar.2.ad 2. quòd licèt quis, non ita immoderatè bibat, vt abſorbeatur ratio, & ebrius fiat, tamen, ſi ſanitati nocet, incidit in vitium gulæ, vt in Propug. proprio eſt dicendum, ne quis tunc ſe immunem à culpa reputet. Quæ quidem plus, aut minus creſcet, ſecundùm nocumentum acceptum.

Ex dictis autem ſatis liquet, quæ ſit cauſa ebrietatis. Nam *proxima*, concupiſcentia delectationis eſt, vt ex illius definitione conſtat. *Radicalis* autem, & magis remota, eſt amor proprius, quo quis ob ſui amorem, quærit ſibi delectationem carnalem, vt ſignificauit Apoſt. cum dixit *Carnis curam, ne feceritis in deſiderijs*. Varia namque ſunt deſideria, ſeu concupiſcẽtiæ, quibus quis ſuam carnem ſtudet fouere, inter quas eſt ebrietas. Vnde arma, quæ contra amorem proprium poſuimus ſuprà, hìc contra hunc hoſtẽ poterũt militare, quatenus, radicẽ, ex qua germinatur, extinguũt. *Rom.* 13. 14.

Effectus autem peſsimi, quos hoſtis ipſe producit, iam ex dicendis conſtabunt. Et ſic facilè patebunt, non tantùm quidditas,

&

Digitized by Google

& cauſæ illius, verùm etiam illius effectus. Remanet igitur, vt arma contra ipſum ponamus.

CONSIDERATIONES.

Contra Ebrietatẽ, ponũtur.

SEquentibus autem Conſiderationibus, veluti fortiſsimis armis, hoſtis hic poterit expugnari. videlicet

1 *Sobrietate.*
2 *Meditatione malorum, quæ affert.*
3 *Bonorum, quæ impedit.*
4 *Pœnarum, quas ſubit.*

Sit ergo

CONSIDERATIO I.

Ex *Sobrietate.*

COngruenter, cæteris, Conſideratio iſta præmittitur. Quia non meliùs poterimus cõtra ebrietatem pugnare, quàm virtutem ei oppoſitam ample&ẽdo, qualis ſobrietas eſt, ex ſentẽtia S. Thomæ. Quemadmodum namque ebrietas menſuram trãſgreditur, ita ſobrietas ſeruat, à *bria*, id eſt, menſura ſeruanda, ſic dicta. Notat autem Angelic. Doctor, quòd licèt in omnibus, quæ ad nos pertinent, debeamus mẽſurã ſeruare, & ſic ſobrij eſſe, quo ſenſu ad Tit. 2. Apoſt. ait, *Sobriè, & iuſtè, & piè viuamus.* Et Petrus dixit, *Sobrij eſtote, & vigilate.* Tamẽ ſpecialiter, & propriè aſſerit affirmari de menſura inpotu valente inebriare. Et rationem reddit his verbis, *Quia virtutes, quæ ab aliqua generali cõditione virtutis nominantur, illã materiam ſibi ſpecialiter vendicant, in qua difficillimum, & optimum eſt conditionem eius obſeruare.* Et hoc exemplis cõfirmat, dicens, *Sicut fortitudo, pericula mortis: & temperantia, delectationes tactus.* Quarum virtutum obiecta latiùs patere, eſt manifeſtum: ſic igitur, ait, licèt ſobrietas ad omnia ſe extendat, in quibus menſuram oportet ſeruare, tamẽ ſpecialiter, & propriè, attẽditur circa omnem potum valentem inebriare, cũ difficillimum ſit, & optimum, in hoc menſuram ſeruare. *Difficillimum*, quia *ingreditur blandè*, vt ſuperiùs ex Prou. diximus, & *optimum*, quia ſic innumera mala vitantur, vt ibi ſubditur, *In nouiſsimo mordebit, vt coluber, & ſicut regulus venena diffundet.*

Prou. 23. 31.

Et experientia patet; quoties namque proponimus cauère exceſſum, & tamen poſiti in conuiuio, ſeu menſa, menſuram in potu excedimus? ſanè in celebri illo conuiuio Aſſueri, facto Magnatibus, & Principibus Regni ſui, nemo, ex Regis præcepto, compellebantur ad potum, vt ibi his verbis narratur: *Nec erat, qui nolẽtes cogeret ad bibendum, ſed ſicut Rex ſtatuerat, præponens menſis*

Eſther. 1. 4.

S. Th. 2. 2. qu. 149. ar. 1.

Tit. 2. 12.

1. Petr. 5. 8.

Digitized by Google

ſingulos de principibus ſuis, vt ſumeret vnuſquiſque quid vellet. In quo ſanè ſatis indicatur, magna ad potum propenſio, quòd cogere non ſit neceſsè, vt etiam Eccli 31. 30. Sap. indicauit, cùm dixit, *Diligentes, in vino, noli prouocare.* Vbi non tantùm coactio, ſed etiam prouocatio, quæ minor eſt, prohibetur, & à Lyr. ratio ibi redditur, Lyran. *Nam ſine hoc*, inquit, *ſunt ad hoc nimis proni*, vt rei probauit euentus, in ipſomet Rege Aſſuero, qui coactionem vetuerat. Nam in illomet conuiuio ebrius factus eſt, vt ibid. narrat hiſtoria. Igitur difficillimum eſt ſeruare in vino menſuram. Et hinc etiam optimũ. nõ tantùm propter difficultatem denictam, quod laudabile eſt, ſed propter mala multa, quæ euaduntur inde, & bona, quæ adipiſcuntur, vt conſtabit euidentiùs ex dicendis.

Tamen vnum præcipuum malum, ex quo emergunt cætera, S. Doctor aſsignat, *Quia* (inquit) *impedit vsũ rationis magis, quàm exceſſus cibi*. Et malorum inde ſequutorum dicit mentionẽ fieri apud Eccleſiaſticum dicentem, Eccli. 31. 38. *Vinum multum potatum, irritationẽ, & iram, & ruinas multas facit*. In quibus vltimis verbis, paucis complexus eſt multa.

Bona autem plurima ſobrietas confert, vt ibidem ita ſcribitur. num. 37. *Sanitas eſt animæ, & corporis, ſobrius potus*, quia vtique mentẽ lætificat, & corroborat, & corpori ſanitatem præbeat, & non alterum morbum.

Et quia Apoſtolus ſanctus id, præcipiendo, indixit, & hinc aliqui occaſionẽ arripiũt, ſe liberiùs ingurgitandi, quaſi omnis vſus vini ſit licitus, ſolerter ait Bernard. *Id te ſaltem volo admonitũ, vt ſi tibi ita authoritas Apoſtoli placet de bibendo vino: modico, quod ille adiunxit, non prætermittas*. S. Bernar. ſer 30. in Cant.

Et Tertullianus lib. aduersùs Phyſicos cap. 9. confiderat abſtinentiam omnimodam à vino diſuaſiſſe, & moderatã, & Deo placentem, propter infirmitatẽ præcepiſſe. *Hoc ipſo* (inquit) *abſti-* Tertull.

ri cõfert vigorem. Proinde Apoſtolus ſobrietatem hanc diſcipulo ſuo Timotheo commendauit, cùm dixit, *Modico vino vtere propter ſtomachum tuum, & cõtinuas tuas infirmitates.* Vbi in hoc, quòd dixit, *modico*, & non voluptatis cauſa, ſed *propter infirmitates*, quia plures erant, nõ vna, & non interruptæ, ſed *continuæ*, ſobrietatem laudauit, & damnauit ebrietatem. 1. ad Tim 5. 23.

Notauit autem Chryſoſtomus, non indiguiſſe ſanctitatem Timothei fræno hoc, quòd modicum præciperetur vinum, ſed propter nos ita loquutum. *Non quòd hac admonitione* (inquit) *& conſilio Timotheus egeret, ſed quo nos indigemus. Idcircò ad illum ſcribens, nobis bibẽdi vini menſurã, & terminos ſtatuit; tantum bibere iubens, quantum corpori ſanitatem præbeat, & non alterum morbum.* Chryſ. homil. 1. ad Pop. Antioch.

Et quia Apoſtolus ſanctus id, præcipiendo, indixit, & hinc aliqui occaſionẽ arripiũt, ſe liberiùs ingurgitandi, quaſi omnis vſus vini ſit licitus, ſolerter ait Bernard.

Digitized by Google

nentiam vini, dignam Deo, ſuaſit, quam ex neceſsitate diſſuaſit.

Videant nunc, qui hinc licentiam ſumunt potandi, an in potu quærant ſe delectare, an tantùm neceſsitati naturæ ſatisfacere? nam quibus nõ adeſt neceſsitas, diſſuadetur implicitè, vt acutè notauit hic Doctor, dicens, quòd abſtinentiam hanc, ex neceſsitate, Apoſtolus diſſuaſit, & à fortiori illis, qui ſe quærunt inebriare, & ſic naturam eneruare.

Quia ergo optimum, & difficillimum eſt, in potu menſuram ſeruare, ideò Angelicus Doctor loc. cit. in corp. articuli affirmat, hoc *maximè laudabile eſſe*, & in fine ad 3. Concludit maximè neceſſarium, his verbis: *Quamuis menſura in omnibus requiratur, non tamen ſobrietas propriè in omnibus dicitur, ſed in quibus menſura eſt maximè neceſſaria.* In potu, ſcilicet, inebriatiuo, vt in præmiſsis oſtenderat.

De prouocationibus, & propinationibus agitur, quàm dãnabiles ſint, et ſobrietati contrarię.

Sed heù ſobrietas iſta, ex ſententia tanti, & tam ſancti Doctoris, *maxime laudabilis, & neceſſaria*, naufragatur in multis, qui priùs ſalubriter ipſam colentes: tamen propinationibus impijs, in ipſis deſtruitur, & intrat pro illa ignominioſa ebrietas! S. Thom.

Dixi, *impijs*, quia mortaliter peccant, tam propinantes, vt ſuperiùs in doctrina oſtẽdimus, quàm acceptantes, quando *probabiliter* ſciunt, inde eſſe inebriandos, vt expreſsè idẽ S. Doctor affirmat 2.2. q. 150. ar. 1. ad 3.

Dixi, *Quod ita ſobrietati ſuccedat ebrietas*, quia ita ſanctiſsimus P.N. Auguſt. aſſeruit, dum ſerm. 231. de temp. circa fin. ita ſcribit. *Sed hìc ante omnia intelligere, & ſcire debemus, quia nõ vna die efficiũtur homines ebrioſi, ſed cum paulatim adiurãtibus, & cõgẽtibus crudeliſsimis inimicis potiùs, quàm amicis, per ſingulos dies, ſingulos, aut binos calices ad potum conſuetudinarium addunt. At vbi hoc in vsũ, ita eos, ipſius ardor ebrietatis, occupat, vt illos ſemper ſitire compellat.* P. Auguſt. tom. 10.

Quæ verba ſingula, valdè notabilia ſunt. Vnde primò ponderenda ſunt illa, *Ante omnia, &c.* Hũc enim modũ, deueniẽdi ebrioſum, maxima conſideratione reputat dignum, vt qui ſobrius eſt, inuigilet, & cautus ſit, ne prouacationibus cedens, talis euadat. Illa autem verba, *paulatim*, & *per ſingulos dies*, etiam ſunt notabilia, quia non vna vice, & die totum malum hoc intrat, vt ſic quis dicipiatur faciliùs, niſi nimis ſit vigil.

Secundò, conſideranda ſunt illa, *Crudeliſsimis inimicis potiùs quàm amicis*, quia in hoc

Digitized by Google

verè ſe inimicos oſtendunt, vt in-
Eccli. 31. 30. dicauit Sapiens, cùm dixit, *Diligentes, in vino, noli prouocare.* Nã cùm argumentũ ab oppoſito validũ ſit, ſi amor in nõ prouocando oſtenditur, certè odium in prouocando panditur, licèt hoc cæcitas cordis humani non penetret. Et ratio euidens eſt. Quia quemadmodum amoris eſt, velle bonum, ita odij, eſt velle malum. Igitur, ſi video, vel probabiliter coniecturo, ebrietatem ſecuturã, quæ eſt malum maximum, eam ſaltem indirectè, ſeu implicitè intendo, quod ſufficit ex ſuperiùs dictis, & ſic conuincor meũ amicum odire, ei propinando, ſeu prouocando ad potum. Quod ſatis etiam Sapiens ſignificauit, cũ
ibid. ſubdidit, *Multos enim exterminauit vinum.* Quaſi dicat, potus immoderatus, inebriando, exterminat: cùm ergo exterminium animæ, quod præcipuè ita incurritur, ſit ſummum malum, malum hoc volo, dum ſic propino, & ſic me inimicum oſtendo, vt in eodẽ etiam ſermone idem Sanctus Pater, his verbis ait, de potatoribus propinantibus loquens, *Per inimicam amicitiam, adiurare homines non erubeſcunt, vt potum ampliùs accipiant, quàm oportet.* Et rationem inimicitiæ ſubdit. *Qui enim alterũ cogit, vt ſe plus, quàm opus eſt, bibendo, inebriet, minus malum ei erit, ſi carnem eius vulneraret gladio, quàm ſi animam eius per ebrietatem necaret.* Hoc igitur eſt perpetuum exterminium à cœlo, quod anima per potum incurrit, ſic deſtinata ad Orcum.

Quare grauitatẽ malitiæ iſtius, iterum Deus alibi nobis ſignauit, cùm dixit, *Væ, qui potũ dat amico ſuo, mittens fel ſuum, & inebrians, vt aſpiciat nuditatẽ eius.* *Habac.* 2. 15. Alia littera habet, *mittens furorem ſuum.* Quia verè, non amorem, ſed furorem oſtendit, qui, cogendo, propinat, vt videat turpitudinem illius, hìc per nuditatem ſignatam. Quia non ſolùm cõtingit denudatio corporis frequenter in ebrio, ſed præcipuè mentis. Spoliatur namque primò rationis vſu, quo homo ornatur, & à brutis diſtinguitur. Et deindè gratia, & ſapientia, & cæteris donis gratuitis, quibus tamquam indumentis pretioſis, interiùs ornabatur. Propterea, vt grauitas huius mali ſignetur, ponitur comminatio illa *væ*, quæ in litteris ſacris apponi non ſolet, niſi in criminibus, quibus homo deſtinatur ad pœnam æternam. Ideo ſubditur ibi, *Repletus es ignominia pro gloria: bibe tu quoque, & conſopire.* *Hab.* 2. 16. Ecce quomodo, qui gloriabatur in calice propinato, ibi peccati inuenit turpitudinem, qua ipſe etiam ad potum inducitur, & conſopitus manet, non tãtùm exteriùs quoad corpus, ſed, quod peius eſt, interiùs quoad animam, ſomno læthali peccati; quod eſt valde horrendum, vt

etiam

etiam ſequẽtia verba oſtendunt, *Circũdabit te calix dexteræ Domini, & vomitus ignominiæ ſuper gloriam tuã.* Hęc enim eſt pęna comminata, inferenda ab Omnipotẽte iudice propinatoribus iſtis.

Cornel. à Lap. Et notat quidam Doctor modernus, verbum illud, *circumdabit*, ad calicem propinatorium, conuiuas circumdantem, id eſt, circumeuntem, alludere. Vt quẽadmodum propinator iniquus, vſque ad ignominioſum vomitũ, ſui proximi ruinam quæſiuit, ita etiã propinabitur illi calix amariſsimus punitionis diuinæ, per manum Omnipotentem, cui nemo poteſt reſiſtere, cum vomitu ignominiæ in æternum in inferno luendæ. Quapropter P. Auguſtinus in eodem ſermone, ita de hac pęna ſcripſit. *Quicunque in conuiuio, alios adbibẽdum adiurare, vel cogere voluerit, & pro ſe, & pro illis, in die iudicij, reus erit.* *Aug. circa fin.*

Et quia propinationes iſtæ in Eccleſiaſticis, & multò magis in Religioſis, ſunt turpiores: ob eminentiam enim ſtatus ſui, & perfectionem Apoſtolicam, quam profitentur, debent cæteris bonum exemplũ præbere, & potiùs hoc prohibere, ideo de iſtis ſic ſubdit. *Et quia, quod peius eſt, aliqui etiam Clerici, qui hoc deberent prohibere, ipſi cogunt bibere aliquos, pluſquam expedit, amodò incipiant & ſeipſos corrigere, & alios caſtigare, vt cùm ante tribunal Chriſti venerint, nec de ſua, nec aliorum ebrietate incurrant ſupplicium.* Hæc Auguſtinus.

Remedia aliqua proponuntur, vt defectus, in propinando, vitetur.

DIces, quod igitur remediũ adhibendum? Reſpondeo. Ex parte propinãtis, duo ſunt adhibenda. Primùm, quod ita propinet, *vt non cogat.* Et quia ille, cui propinatio fit, facilè poteſt vereri, nè, renuendo, ſuo propinatori diſpliceat, maximè in prouincijs, vbi iſte mos inoleuit, ideo conſultiùs eſt, ſtatim modeſtè ſubiungere moderationem iſtam, *pro libito*, ſeu *ad placitum, ſine coactione*. Nam tunc animatus manet, vt, quantum ſibi ſatis eſt, ſumat, vel ſi iam omnino non indiget, de manu propinantis reuerenter accipiat, ſed non bibat. Et ita quidem timorati faciunt, & morigerati. Et vbi magis viget nobilitas ſanguinis, ibi quoque debet relucere probitas morum, & conſequenter iſta vrbana ſobrietas.

Quam in ſuo conuiuio Rex Aſſuerus intendit, in quo ad bibendum *cogebatur nemo*. Quod, vt quid Rege dignum, & valdè laudabile, ibi narratur. Et ſanè, ſi Rex ſolo lumine naturali ductus, ita ordinauit, non inſtructus adhuc maiori luce diuina, & tot ſobrietatis exemplis, quæ poſt Deum *Eſther 1.*

Digitized by Google

incarnatum habemus, quid facere debet Princeps Christianus, & quilibet alius, qui pro exemplo habet Christum Dominum, vnicum nostrum exemplar, qui in primo conuiuio, cui dignatus est
Ioan.2. interesse, voluit quòd vinũ deesset, vt quantùm sobrietas coli deberet, indicàret, & quòd Timotheus, sola aqua potus esset, etiãsi continuè ægrotaret. Et, quòd Ioannes Baptista vinum, & siceram non biberet, vt exempla haberemus, quibus, non solùm á vino, sed ab omni alio potu inebriare valente, abstineremus. Et innumera sunt exempla, tam vetera, quàm moderna sobrietatis istius, quæ multum tempus requirerent, vt omnia recensẽtur.

Secundum remedium est, *ne nimis propinet.* Sunt enim aliqui, qui quousq. nõ viderint lagenam euacuatam, non desinunt propinare, & sic & ipsi, & alij, maximè periclitantur inebriari. Vinum namque maximè allicit, ob id de
Abac.2.5 illo est scriptum, *Vinum potantẽ decipit.* Hinc ad quemquam istorum Sapiens ait, *Cessa prior, cau-*
Eccli 31. 20. *sa disciplinæ.* Vbi Lyranus inquit,
Lyran. *Vt appareas disciplinatus, & moderatus.*

Ex parte autem illius, cui propinatur, cõsiderare oportet, quòd si probabiliter præuidet; inde se esse inebriandum, potiùs mori eligat, quàm bibere, vt peccatum euitet mortale, quod tunc com-
August. mitteret. Ita tenet S. P. Augustinus serm. 232. de temp. circa initium tom. 10. vbi sic ait, *Etiamsi ad hoc veniretur, vt tibi diceretur, aut bibas, aut morieris, melius erat, vt caro tua sobria occideretur, quàm per ebrietatem anima moreretur.* Cui sententiæ Cardin. Caiet. adstipulatur 2. 2. Caiet. q. 150. art. 2. §. ad tertium. Quæ, si rigorosa alicui videatur, saltem verificatur, quòd licèt grauis indignatio alicuius personæ, etiam nobilissimæ, timeatur, non sit illi tamen, citra tantam censuram, parendum, teste Scriptura dicente, *Obedire oportet Deo magis,* Act. 5. 29. *quàm hominibus.* Et videntur hic aptè incidere verba S. Sùsannæ dicentis. *Melius est mihi absque* Daniel. *opere, incidere in manus vestras,* 13.23. *quàm peccare in conspectu Dñi.*

Et notat P. Augustinus ibidẽ, August. quòd etiam Principis illius indignatio cessabit, cùm tandem virtutis amorem in renuente considerauerit. Imò & Deus ipse, cuius amore resistitur, cor illius mulcebit, vt, indignatione deposita, eũ nouo prosequatur amore. Quod dicit his notabilibus verbis. *Sed excusatio ista falsò obijcitur.* (intelligit de indignatione) & rationem subdit. *Ipsi enim Reges, & quicumque sunt: alij potẽtes, quia, Deo propitio, & Christiani sunt, & prudentes, & sobrij, & toto corde Deum timentes, si te viderint definisse, vt eis non acquiesceres, pro timore Dei inebriari, si tibi sub mora videã-*

tur

tur iraſci, poſtea verò te in grandi admiratione ſuſcipiunt, dicentes: quantum cum illo egimus, quantis eum minis, & terroribus fatigauimus, & tamen nunquam eum à ſobrietate ſeparare potuimus. Nam & Deus, qui te videt, per eius amorem inebriari nolle, ipſe tibi gratiam etiam illorum dabit, qui te, vt ampliùs biberes, videbantur hortari, & cogere. Hæc Auguſtinus.

Et licèt quidem recuperandæ gratiæ ſpes non eſſet, de hoc tamen curandum non eſſet, iuxta Apoſtoli dictum, *Vnuſquiſque veſtrum proximo ſuo placeat in bonum.* Vbi notabiliter *in bonũ*, addidit, quia in malum, non licet. De quo ad Gal. dicit, *Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem.* Qui enim profitẽtur, ſe Chriſtianos eſſe, omnes ſerui Chriſti ſunt, & dicuntur, & in omnibus debent ſtudere illi placere, etiaſi hominibus diſpliceãt. Cũ ergo ſobrietas placeat Chriſto, & diſpliceat maximè ebrietas, omnino fugienda eſt, etiamſi per hanc fugãdiſpliceamus hominibus. Neque ratio amicitiæ hìc locum habet, vt cedam voluntati alterius, quia de veris amicis idẽ Paulus ſcripſit, *Odientes malum, adhærentes bono*. Et nos ſupra Prop. 2. plura circa hoc diximus.

Rom. 15. 2.

Gal. 1. 10

Rom. 12. 9.

Neque ratio obèdiẽtiæ intrat, ſi ſuperior eſſet, qui propinaret, quia in peccato nõ tenetur quis obedire, iuxta S. Thomæ ſenten. tiam, ab omnibus amplexatam; & hoc confirmant verba Petri, ex Apoſtolicis actibus, ſupra à nobis adducta,

Igitur hæc sũt ob oculos cordis ſeduló ponẽda ab illo, cui ſic propinatur. Nimirum, quòd odio habeatur verè à tali propinatore, qui poculum mortis perpetuæ propinare eſt iudicãdus, quando ita propinat. Et conſtanter, vt talis, eſt reſpuendus, & motiua adducta, ad memoriam ſtatim ſunt reuocanda.

Ponuntur remedia aliqua ex P. Auguſtino.

Ad ſobrietatem ſectandam.

PRimum remedium eſt, quotidiana vini aliqualis ſubtractio, quemadmodũ enim quis ebrioſus deuenit per ſingulos calices quotidie additos, vt ſupra diximus ex eodẽ Patre ſerm. 231. ita ibidem ait, ſimili modo eſſe quempiam, ſic iam captum, ab hoſte hoc liberandum, & ſobrietatis ſtatum recuperãdum. Et admonet, vigilem eſſe oportere, ne ſimul hauſtum totum ſubtrahat. Nam hoc erit, iam aſſueto, nimis graue: qui tamen per partes ſubtractus, reddetur ſuauis. Verba illius, ſunt iſta: *Qui ſe de hoc malo deſiderat liberare, quomodò ſibi interuallo dierum, potum addendo, ad ebrietatis tenebras peruenit, ita paulatim ſubtrahendo,*

ad

ad ſobrietatis lucem redeat. Qui ſi ſemel totum, quod amplius accipiebat, ſubtraxerit, vbi nimia ſiti cœperit exardeſcere, cum grãdi amaritudine clamat, & dicit, malle ſe mori, quàm ſibi bibendi, vel inebriãdi conſuetudinem tollere: nec attendit, qnòd tolerabilius erat illi in carne mori, quàm in anima per ebrietatem interfici. Et ideo, vt nec ardorem nimium patiatur. & de tam graui malo, quod patitur, liberetur, ſicut iam dictum eſt, per interualla dierum, ſibi, aliquid de nimietate potus, ſubtrahat, quouſque ad rationabilem conſuetudinem redeat. Qui hoc ita, vt diximus, per partes ſubducere voluerit, & de ebrietate liberabitur, & illam intolerabilem pœnam, non patietur. Hæc Auguſtinus. Simile documentum tradit B. Vincentius Ferrer. in tract. de Vita ſpirituali, vbi ſic ait. *Paulatim te reſtringas, de die in diem minùs bibẽdo.*

Vinc. Fer.

Remedium ſecundum colligitur ex Confeſſ. eiuſdem S. P. N. Auguſtini lib. 9. c. 8. nimirum, initio obſtare, & tantùm, ſtatutis horis, moderatè potare, ne poſtea cogatur in primo remedio periculosè laborare. Pro quo facit, quod ibidem narrat de vetula quadam, quæ curã gerebat Monicæ matris ſuæ, dum infantula erat, & aliarum puellarum ſuarũ ſororum, quas *ad menſam tantùm*, & tunc, *ſobriſſimè*, bibere, permittebat. Et pro ratione aſſerebat, quòd ſi ita bibendi conſuetudinem non vitabat, poſtea, maiori libertate comparata, difficilè ab ebrietate, poſſe ſe liberare. De illa igitur ſic loquitur ibi. *Curam dominicarum filiarum commiſſam ſibi, diligenter gerebat, & eas in eis coercendis, cùm opus eſſet, ſanctæ ſeueritate vehemens, atque in docendis, ſobriã prudentia. Nam eas præter illas horas, quibus ad menſam parentum, moderatiſſimè alebantur, etiãſi exardeſcerent ſiti, nec aquã bibere ſinebat, præcauens conſuetudinem malam, & addens verbum ſanum: modò aquam bibitis, quia in poteſtate vinum non habetis: cùm autem ad maritos veneritis, factæ Dominæ apothecarum, & cellariorum, aquaſordebit, ſed mos potandi præualebit.* In quibus verbis, eſt primò notandum, quomodò eam appellat, *ſanctæ ſeueritate*, vehementem in coercendis, quia ſeueritas talis, nõ eſt inordinata cenſenda, maximè circa iuuenilem ætatem, quæ ſi nõ proſcindatur, ſilueſcit, & malis ſic aſſueſcit. Vnde hinc diſcant ij omnes, qui iuuenilis ſunt ætatis moderatores, frænum ſic adhibere.

Auguſt.

Secundò, verbum *moderatiſſimè*, vt in illis ſobrietas commendetur.

Tertiò, *Etiamſi exardeſcerẽt ſiti*. Quia faciliùs tunc eſt reſiſtere, quàm poſt bibendi conſuetudinem acquiſitam, quæ etiam per

Digitized by Google

per aquam acquiritur : ideo prohibebatur prudenter. Quod etiã idem S. Pater nobis interdixit in Regula, dicẽs, *Extra horam prãdij, nihil alimentorum ſumant, niſi cùm ægrotant.* Vbi clarè nomine *alimentorum*, etiam potus includitur, quia ſanè, vt Greg. ait, *Plus concupiſcentia, quàm neceſſitas petit.* Quod eſt benè notandum ad reſiſtẽdum tentationibus iſtis, quæ, *ſub ſpecie neceſſitatis*, ſæpè nos impetunt.

S. Gregor. Hom. 19. in Ezech. poſt med. tom. 2.

Quartò, *factæ Dominæ*, &c. pro libertate. Et tandem notanda ſunt vltima verba, *Aqua ſordebit, ſed mos potandi præualebit*, quia natura potui iam aſſueta, cũ libertate coniuncta, vino magis vacabit, quàm aquæ. Initio igitur eſt obſtandum, maximè in iuuenili ætate, quæ poteſt flecti faciliùs. Proindè de vetula iſta S. Doctor ſubiungit, *Hac ratione præcipiendi, & authoritate imperãdi, frænabat auiditatem tenerioris ætatis, & ipſam puellarum ſitim formabat ad honeſtum modum, vt iam non liberet, quod non deceret.*

Remedium tertium poteſt colligi ex eadem hiſtoria, & eſt, occaſionem bibendi præcidere. Nã, data, arripitur facilè, & vinolentia ſubrepit, etiamſi natura iam benè inſtituta ſit, & frænata. Vt ibidem S. P. noſter narrare proſequitur de Monica S. Matre ſua, his verbis: *Et ſubrepſerat tamen, ſicut mihi filio, famula tua narrabat, ſubrepſerat ei vinolentia. Nam cum de more, tanquã puella ſobria, iuberetur à parentibus de cuppa vinum depromere, ſubmiſſo poculo, qua deſuper patet, priuſquam in lagunculam funderet merum, primoribus labris ſorbebat exiguum, quia non poterat ampliùs, ſenſu recuſante. Non enim, vlla temulenta cupidine faciebat hoc, ſed quibuſdam ſuperfluentibus ætatis exceſsibus, qui ludricis motibus ebulliunt, & in puerilibus animis, maiorum pondere premi ſolent. Itaque ad illud modicum, quotidiana modica addendo (quoniam, qui modica ſpernit, paulatim decidit) in* Eccli. 19. 1. *conſuetudinem lapſa erat, vt propè iam plenos mero caliculos inhianter hauriret.* Hæc P. Auguſt.

In quibus verbis, ad propoſitum, eſt primò notandum, quòd incœpit *inhianter haurire*, quod priùs *primoribus labris ſorbebat exiguum*, nec ampliùs, recuſante ſenſu, ob conſuetudinem bonam : tamen, oblata occaſione, & non præciſa, incœpit ruere puerilis ætas.

Secundò notandum, in confirmationem eorum, quæ ſuperiùs diximus, quomodo per modica plura peruenitur ad ſummum, & fit quis vinolentus, qui antea ſobrius erat, quod ex Scriptura cõfirmat, *Qui ſpernit modica, &c.*

Hinc diſcant, qui iuuenilem regunt ætatẽ, illi occaſiones præcindere in defectus labẽdi. Nam lubri-

Digitized by Google

lubrica profectò est, & prona ad lapsum, licèt alioquin bonæ indolis sit, & instituta benè, vt erat ista puella, quæ postea tam sancta fuit.

Remedium quartum, est vinolentiæ reprehensio, & ignominiæ illius consideratio. Nam, cùm reprehenditur, tunc magis, quàm sit opprobriosa, perpenditur. Et hinc iam horretur, & fugitur. Et ita ex eodem P. Augustino, eandem historiam prosequente, colligitur. Dicit namque de Monica S. matre sua, quòd in illa puerili ætate constituta, ad acutum verbum suæ ancillæ, quæ illam ad vinum depromēdum comitari solebat, & cum ipsa litigans, obiecit illi, quòd *vinolenta esset*, resipuit, atque ex eo, licèt ab animo odioso, & iracundo procederet, curauit modesta puella sibi medelam, & in posterum abstinuit à mero, quod ibi his verbis narratur. *Absente patre, & matre, & nutritoribus, tu præsens, qui creasti, qui vocas, qui etiam per præpositos homines, boni aliquid agis ad animarum salutem. Quid tũc egisti Deus meus? Vnde curasti? Vnde sanasti? nonne protulisti durum, & acutum ex altera anima conuicium, tamquam medicinale ferrum, ex occultis prouisionibus tuis, & vno ictu putredinem illam præcidisti: Ancilla enim, cum qua solebat accedere ad cuppam, litigans cum domina minore, vt sit, sola cum sola, obiecit hoc crimen amarissima insultatione, vocans meribibulam. Quo illa stimulo percussa, respexit fœditatem suam, confestimq; dãnauit, atque exuit.* Hæc Aug.

In quibus verbis notandum, quàm sit opprobriosa ebrietas, vt magis ostendemus inferiùs, quia ita vocari, conuicium acutum reputatum sit à puella, vt etiam si non esset amicabilis reprehensio, satis sibi fuerit ad remediũ. Quod sanè deberet esse fortius, cum ab amico procedit. De qua charitatiua correctione serm. 232. de temp. circa fin. ita idem S. Doct. scripsit. *Quantum potestis ita castigate, & corripite ebriosos, vt eis numquvm liceat, vobis præsentibus, ampliùs biberè, quàm oportet, vt dum, & ipsi sobrietatem diligitis, & alios per vestrã admonitionem, ab ebrietatis perditione reuocetis, non sèlùm pro vestra, sed etiam pro aliorum salute, duplicia vobis præmia, in æterna beatitudine præparetis.* P. August

Vbi notandum, ita opprobriosum à S. Doct. reputari hoc malum, vt non solùm reprehensione, sed etiam punitione afferat coercendum.

Tamen heù! in aliquibus gẽtibus ita increbuit, & caligo mẽtis, earum animos sic occupauit, vt perfricatæ frontis factæ, dedecus suum non sentiant, neque in alijs hoc arbitrentur, *Vt qui plus hauserit meri* (ait Basilius) *is præ cæteris laudatur*. At sanè hinc tur-

S. Basilius homil. 14. in ebriet.

turpiores in oculis Dei apparẽt, appendẽtis cũcta in ſtatera iuſta.

Quintum remediũ hìc adiungam ex Patre Benedicto Pererio in cap. 9. Geneſ. nimirum, *Aqua vinum diluere.* Sic enim eius vis temperata, non ita poteſt nocere. Quod ait, ita etiam apud Gentiles veteres fuiſſe in vſu, vt ad hoc ſignificandum, iuxtà Bacchũ, aram Nymphis extruerent, quo indicabatur, bibituros vinum, admiſcendæ aquæ memores eſſe debere. Et certè hoc præcipuè locum habet, cum vinum potens agnoſcitur, licèt in religioſorum Monaſterijs, aquæ vas in menſa ſemper ponatur, qua poſſint vinũ diluere: Quod communiter obſeruatur ob modeſtiam religioſis debitam. Et documentum iſtud traditur etiã à B. Vincentio Ferrerio Ordinis ſacri Prædicatorũ, his verbis: *Bibas autem vinum ita lymphatum, quòd vini fortitudo deficiat.*

B. Vincen. Ferr. loc. ſupra cit.

Licèt autẽ ſobrietas hæc, vniuerſis ſit neceſſaria, præcipuè tamen *Prælatis, Religioſis, Senibus, Fœminis*, & *Iuuenibus*, vt iam diſtinctè oſtendimus.

PVNCTVM I.

Sobrietas Prælatis omnibus, & Religioſis ſpecialiter neceſſaria.

PRÆLATOS hìc intelligimus omnes, qui alijs præſunt, proindeque etiam Principes, & Reges amplectimur, qui ſobrietate maximè indigent, propter ſapientiam, manſuetudinẽ, ſecretùm, vigilantiam, & cuſtodiam, quibus ſpecialiter debẽt pollere: ebrietas autem horum omnium facit iacturam.

Propter Sapiẽtiam Sobrietas.

Et ſanè, ſi reſpiciamus ad ſapientiam, de illa Scriptura dicit: *Multitudo ſapientum ſanitas eſt orbis terrarum, & Rex ſapiens ſtabilimentum populi eſt.* Iſta autem ſapientia, qua populum ſibi commiſſum regere debet, obtenebratur, cum aliquis inebriatur, & iam ſanitas ſubditorũ, id eſt, conſeruatio, & ſtabilimentum in bono periclitatur, & frequenter deſtruitur. Hinc Angelicus Doct. S. Thomas, ita de ſobrietate, aliorum Rectoribus, debita, loquitur. *Vinum immoderatè ſumptum, præcipuè impedit vſum rationis, & ideò Regibus, qui per ſapientiam debent populũ ſubditum gubernare, ſpecialiter ſobrietas indicitur.* Hæc S. Doct. Indictio autem iſta, multis in locis habetur. ſed manifeſtè ſatis in Prouerbijs, vbi Bethſabee filium ſuum ſapientiſtimum Regem Salomonẽ, ita, ſub nomine Lamuelis, alloquitur: *Noli Regibus, ô Lamuel, noli Regibus dare vinũ.* Et rationem ſubdit. *Ne fortè bibant, & obliuiſcantur iudiciorũ, & mutent cauſam filiorum pauperis.*

Sap. 6. 26

S. Th. 2. 2. q. 149. ar. 4.

Prou. 31. 4.

Lyran. *peris*. Vbi Lyran. notat, non eximi Salomonem ab hoc amicabili matris conſilio, imò præcipuè ad ipſum proferri, & conſequenter ad Conſiliarios, & Iudices ſuos, quibus vtebatur in regimine Regni, qui Reges propterea nominantur. Vinum ergo his omnibus interdicitur, ne vltra menſuram ſumentes, obliuiſcãtur iudiciorũ Prou. 31. 5. in lege Domini ſcriptorum; *Et mutent cauſam filiorũ pauperis*, diuitem præponendo iniuſtè, vt idem Doctor aduertit. Ecce quomodo, ebrietate intrante, perit ſapientia, ad iuſtitiam requiſita, quæ principaliter in regimine miniſtratur. Quapropter Baſilius Imperator inter alias admonitiones ſalubres, quas Leoni filio ſuo dictauit, ebrietatem prohibuit, vt prudentiæ inimicam. Baſil Imp to.5.Bibl. SS. PP. c. 25. *Refuge* (inquit) *comeſſationes, in quibus indulgetur poculis. Ebrietas enim inimica eſt prudentiæ. Vbi enim mens à vino opprimitur, idem contigit Principi, quod imperitis aurigis, qui cum regere currum neſciant, & ſe, ac ſuos, hùc, atque illùc circumagunt, & aſpectatoribus magnos riſus excitant, ac denique in præcipitia feruntur*. Hæc ille.

Et ſanè propter eandem cauſam, inuenimus vinum Aaroni prohibitum, & filijs eius Leuit. 10. Leuit. 10. 9. *Vinum, & omne, quod inebriare poteſt, non bibetis tu, & filij tui, quando intratis in tabernaculum teſtimonij*. Et ratio ſubditur. *Vt habeatis ſcientiam diſcernendi inter ſanctũ, & profanum: inter pollutum, & mundum, doceatisq. filios Iſrael omnia legitima mea.* Vbi Interlinealis ait. Interlin. *Quia ebrius neſcit ſe regere, neque alios docère*. Et Gloſſa ordinaria inquit. Gloſſ. ord. *Ebrietas ſobrietatem euertit, mentem euertit, vt non intelligat*.

Hîc ergo ſatis etiam *Confeſſarij* exprimuntur, qui animas regunt in foro interiori, & interiùs iudicant, cæterique *Doctores*, qui dirigunt, conſilia dando. Hi omnes à nimio potu obligati ſũt abſtinere, vt poſſint inter bonum, & malum diſcernere, quia, vt docuit Veritas. Matt. 15. 14. *Cœcus ſi cœco ducatum præſtat, ambo in foueam cadunt.* Vinum namque nimium, cerebrũ obfuſcat, & mentem obcœcat, ſapientiæque lumen extinguit. Vnde dixit Chryſologus. Chryſol. in quod. ſerm. *Vbi regnat Ebrietas, ratio exulat intellectus obtunditur: conſilia deuiant, iudicia ſubuertuntur*.

Et Plato, ſolo lumine rationis ductus, ita ad propoſitum loquitur. Plato lib. 2. de leg. circa fine *Neque Gubernatores, neque Iudices, dum munus ſuum exercent, vllo modo vinum guſtent*. Vbi etiam modicum hauſtũ prohibuit, fortè, quia periculum exceſſus timuit, dum ſuauitas illius guſtatur. Abſtineant ergo omnes, ne abſorpta ſapientia, periclitetur Iuſtitia, aut prouidentia.

Digitized by Google

Sobrietas propter manſuetudinem.

MAnſuetudo maximè Prælato eſt neceſſaria. Nam de Rege pronuntiauit Sapiens.

Prou. 20. 28. *Roboratur clemẽtia thronus eius.* Et Dauid de ſe ipſo ad Deum dicit. *Manſuetudo tua, multiplicauit me.* Vbi manſuetudinem ſuam, Dei dicit, quia ab illo, dono acceptam, ſecundùm illud, *Omne donum deſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum.* Quamtamen alibi, vt propriam, nominat, dicens, *Memento Domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius.* Tam neceſſaria namque eſt in Principe, & Rectore manſuetudo, & Deo grãta, vt ne vnus minimus actus illius, irremuneratus debeat præteriri, ideò non abſolutè dixit *manſuetudinis*, ſed ſignanter addidit, *omnis.*

2. Reg. 22. 36. Iacob. 1. 17. Pſ 131. 1.

Virtus tamen hęc, Prælato adeò neceſſaria, quæ quidem ſobrietate conſeruatur, ebrietate naufragatur. Hoc indicat verſio Septuaginta ad verba illa citata, Prouer. 31. 4. Vertunt namque, *Cum conſilio omnia fac: cum conſilio vinum pota: potentes, iracundi ſunt, vinum non bibant.* Quæ verba ſic Hieronymus tranſtulit ad cap. 5. Iſai. *Potentes verò, ſi iracundi ſint, vinum non bibant* Vbi ſatis innuitur, vitandam ebrietatem, ne deſtruatur ſobrietas, Prælato adeò neceſſaria. Nam ſi ad iracundiam, natura eſt pronus, ex nimio potu, maximè ad *ipſam* acuitur, vt infrà magis co nſtabit. Interim ſufficiat Alexandri Magni exemplum, qui, inter pocula, Elitum chariſsimum ſibi, ac fideliſsimum haſta transfodit. Et Plato ait. *Ebrius vir, tyrannicum gerit animum, quin etiam furioſus, & extra ſe poſitus, non ſolum hominibus, ſed & dijs imperare contendit, ſperatque, ſe id conſequuturum.*

S. Hieron. Prou. 31. 4. Plat. Dialog. 8. de Repub.

Sobrietas propter ſecretum

EST maximè neceſſaria, vt manifeſtè oſtendunt verba Matris, Salomoni filio ſuo, virtutem hanc conſulentis: ſtatim namque ſubiungit. *Quia nullum ſecretum eſt, vbi regnat ebrietas.* Vnde Seneca dixit. *Onerati mero, quemadmodum non continent cibum, vino redundante, ita nec ſecretum, ſed quod ſuum eſt, & alienum, pariter effundunt.* Quod inferiùs demonſtrabitur magis. Certiſsimum autem eſt, & experientia conſtat, quantùm ſecretũ ad regimen bonum conducat. Igitur & propter hoc, ſobrietas Rectori maximè eſt neceſsaria.

Prou. 31. 4. Seneca epiſt. 28.

Sobrietas propter vigilantiã, & cuſtodiam.

MAximè etiã debet in Prælato vigere. Oportet nãque, Rectorẽ inuigilare ſuper eos, quos

Digitized by Google

quos regit, vt figurarunt quidem Paſtores illi, quibus priùs dignatus eſt Dominus, aduentum ſuum in carne mortali, per angelum annuntiare in nocte Natiuitatis ſuę, Dicit namque S. Lucas Euangeliſta, quòd erant *Vigilantes, & cuſtodiẽtes vigilias noctis ſuper gregem ſuum*. Eſt enim nox, ſęculum, in quo per fidem obſcurè cognoſcimus *In ęgnimate, donec dies illuceſcat* æternitatis, & *Lucifer oriatur in cordibus noſtris*. Cuſtodiunt ergo vigilias, quia, vigilando, cuſtodiunt gregem ſibi commiſſum. Non enim cuſtodirent, ſi dormirent.

Luc. 2. 8

2. Petr. 1. 19.

Propterea, de cuſtodibus iſtis, ſponſa dixit. *Inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt ciuitatem*. Et Ieremiæ Prophetæ, *Virga vigilans* fuit oſtenſa, per quam denotabatur Regimen, quod maximè oculatum eſſe oportet. Vinũ autem nimium, hominem reddit conſopìtum, quo ad corpus, & animam, vt dixit S. Bernardus. *Homo ebrius, ita à ſemetipſo eſt alienus, vt neſciat vbi ſit.*

Cãt. 3. 3.

Ierem. 1. 11.

S. Bern. de mod. ben. viu. ſerm. 25.

Vbi ergo, quæſo, eſt vigilantia cordis, vbi mẽtis alienatio adeſt? vbi ſopor, etiam ſenſus corporis occupauit? Vbi cuſtodia in conſopito cuſtode, magis iam, ipſomet cuſtodia indigente? Sanè de hoc loquens Plato in Dialogo 3. de Republ. ita ait. *Ab ebrietate itaque, omnibus, diximus abſtinendum: ſed tamen, cùm alij, tùm maximè cuſtodi non conceditur, vt ebrietate grauatus, vbi terrarum ſit, neſciat. Nempe ridiculũ eſſet, cuſtodem indigere cuſtode*, hęc Plato, principem ſupremum, per *cuſtodem*, intelligens, quem ſic frequenter in ſuis ſcriptis appellat. Et ſanè, cùm cuſtodia maximè ad paſtorem pertineat, Rex etiam paſtor in ſcriptura vocatur Ezech. 34. 23. *Suſcitabo ſuper eas paſtorem vnum, qui paſcat eas, ſeruum meum Dauid*. Cuſtode ergo vino ſopìto, ciuitas illi commiſſa (qui ſunt ſubditi) capietur, ideſt, diſſoluentur, quia non bene regentur. Et dormiente paſtore, grex rapietur à dæmone.

Plato.

Ezech. 34. 23.

Neque valet dicere. Poſt digeſtum vinum, ad cuſtodiam gregis redibo. Quia ſemper languor mẽtis manet in ebrioſo, quouſque per pœnitentiam non fuerit plenè curatus, & ſic iam ad tale munus non cẽſetur aptus. Imo proh dolor! dũ formalis durat ebrietas, & rationis vſus obruitur, tũc inimicus liberè ſolet intrare, cuſtode ſomno ſepulto, & maiora mala concitare, vt in parabola illa ſignantur, in qua Dominus dicit. *Cum autem dormirent homines, venit inimicus eius, & ſuperſeminauit zizania in medio tritici, & abijt*. Per *homines* namque intelliguntur Prælati: per *inimicum*, Diabolus: per *triticum*, fideles: per *zizania*, omne, quod tritico poteſt obeſſe, & ſuffocare illud, vitia ſcilicet, & peccata. Tunc ergo maximè inſtigat diabolus,

Matt. 13. 25.

Digitized by Google

bolus, nemine prohibente . Imo etiam mens ipſa ebrij, quæ etiam ipſummet cuſtodit, & è ſpecula Superioris rationis, veluti ſtans, vt partem inferiorem contineat, hoc officio deſtituta, quia vino ſopita, ſe nõ valens regere, minùs quoque erga alios hoc exercere valebit, & aduerſarios veræ pacis arcere. Et ecce regimen turbatũ, capite, vino, turbato.

In Prælato autem Eccleſiaſtico, vel regulari ſobrietas quidem magis debet regnare. Cùm, vt ſuperiori volumine oſtendimus ex *S. Gregor.* Gregorio, debeateſſe, *Præ cunctis, contemplatione ſuſpenſus* : Manifeſtum eſt autem, contemplationem fieri per eleuationem mẽtis in Deum, quam vinum immoderatum obtundit, deprimit, atque obruit. Proinde de Epiſcopo *Ad Tit. 1. 7.* Apoſtolus dixit, oportere eſſe, *non vinolentum* .

Sobrietas peculariter Religioſis omnibus , & præcipuè Doctoribus, & Concionatoribus neceſſaria.

QVæ ratio in vnoquoque religioſo etiam militat, qui, ex ſuo inſtituto, eſt contemplationi addictus, & præcipuè in illis, qui debent alios, legendo, vel prædicando, docére . Nam iſti in contemplatione hauriunt, quod eructant poſteà populis, vt S. Thomas affirmat, 2.2. *S. Thom.* q. 188. ar. 6. & ex Pſalmiſta confirmat, dicente, *Memoriam ſuæ-* *Pſ. 144. 7.* *uitatis tuæ eructabunt* . Quia ergò contemplationem, in qua ſapientia vera hauritur, potus nimius impedit, ideò quidam concionator dixit, *Cogitaui in corde* *Eccle. 2. 3.* *meo abſtrahere à vino carnem meam, vt animam meam tranſferrem ad ſapientiam, deuitarẽq; ſtultitiam* . Religioſi ergo, qui alios debent illuminare, debent maximè ſobrietate pollére . Qui autem ſe in hoc non exercent, ſaltem debent intùs etiam contemplãdo lucére. Vnde ab ipſis quoque contemplatio non excluditur, & conſequenter interdicitur potus nimius .

Et pro omnibus eſt alia ratio, quia *Deo dicati ſunt* . Quam ſolùm Spiritus sãctus reputauit ſufficientem, vt quis ſobrietati vacaret, cùm dixit, *Vir, ſiue mulier, cũ* *Num. 6.* *fecerint votum, vt ſanctificentur, & ſe voluerint Domino conſecrare, à vino, & omni, quod inebriare poteſt, abſtinebunt* . Vbi Lyranus per, *ſanctificationem*, intelli- *Lyran.* git, ſpecialiter ſe orationi, & deuotioni applicare . Et ideò ait, illis inebriatiua prohiberi. *Quia talia* (inquit) *ad peccata alia deducunt*, quibus anima maculatur. Vbi in eo, quod dicit, *Et omni, quod inebriare poteſt*, ſaltem implicitè, potus permittitur, quo corpus roboretur, & non inebrietur, quo ſeruiatur neceſſitati, & nõ voluptati . Proinde Bernardus ſic

Digitized by Google

S. Bern. lo. cit. ait. *Caueamus, nè illud, quod Deus nobis ad medelã corporis tribuit, vitio gulæ deputemus. Caueamus, nè vinum, quod Deus nobis dedit ad ſalutem corporum, in vſum vertamus vitiorum. Caueamus, nè medicinam carnis, in vitium conuertamus ebrietatis.* Cùm igitur vnuſquiſque religioſus, Deo ſit conſecratus, & ideo debeat eſſe ſanctificatus, ab omni macula cordis debet eſſe mundatus, & ſic ab ebrietate, qua anima maculatur.

Et rationem de cultu diuino, cui Eccleſiaſtici ſunt addicti, tanquam ſpeciale motiuum, Angelicus Doct. adducit, propter quod debent præcipuè ſobrietati vacare. *Qui mente* (inquit) *deuota debent ſpiritualibus officijs inſiſtere.* Proindè 1. ad Timot. 3. dicitur, *Oportet Epiſcopum ſobrium eſſe.*

S. Th. 2. 2. qu. 149. art. 4.

1. ad Tim. 3. 2.

Et S.P.N. Auguſtinus in Regula omnibus ſuis filijs, hãc ſobrietatem præcipiens, ait, *Carnem veſtram domate ieiunijs, & abſtinentia eſcæ, & potus;* Vbi duas rationes inſinuat pro abſtinentia potus. Prima, vt caro dometur, & ſpiritui ſubiugetur. Nã vino impinguata, recalcitrat. Secunda, vt valetudo ſeruetur, cuius nos, domini non ſumus, ſed eam conſeruare tenemur. Ebrietas autem ægra eſt, vt oſtendetur infra. Igitur Regibus, cæteriſque Prælatis Eccleſiaſticis, & regularibus, ſobrietas præcipuè commendatur, & ebrietas interdicitur.

Auguſt.

Hinc narrat Laertius inter alias leges, quas Solon Lacedæmonijs, condidit, vnam eſſe huiuſmodi. *Princeps, ſi deprehendatur ebrius, morte mulctetur.* Item Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 11. tradit apud Indos, hanc viguiſſe legem, *Vt concubina, vel alia quælibet mulier, Regem temulentum occidẽs, hoc donaretur munere, vt ſucceſſori nuberet.* Et ſanè præclara exempla extant ſobrietatis huius in Regibus, & Principibus, quibus hiſtoriæ plenæ ſunt. Tantùm indicabo duo. Primum Alphonſi Aragoniæ Regis, qui vel vinum non bibebat, aut aqua maximè diluebat. Et interrogatus, cur ita faceret, reſpondit, *Vino ſapientia obſcuratur. Quarè non decet Regem, vt huius immodica compotatione, in animo extinguat illud, ſine quo Imperatoris, aut Regis nomen tueri non poſſet.* Ita Panormitanus lib. 2. de eiuſdem geſtis, relatus à Magno Theatr. mũdi verb. *ebrietas, & ſobrietas.*

Laert. Alex. ab Alex.

Exemplum ſecundum, & modernum, eſt, Theodoſij huius nominis ſecundi, Ducis Brigantini in Luſitania, qui omnibus clarus virtutibus, tanto principe dignis, ita temperatè viuebat, vt etiam, cogentibus medicis, vini potum renuerit, vt legitur in eius vita, lib. 2.

De ſobrietate autem Eccleſiaſticis debita, & multò magis Religioſis, ita S. Petr. Chryſol. ait, *Ebrie-*

S. Chryſol

Digitized by Google

Ebrietas in laico crimen eſt, in Sacerdote ſacrilegium, quo alter animam ſuam præfocat, alter ſe profanat, & ſanctitatis ſpiritum extinguit. Videant nunc Religioſi, qui ſanctitati magis debẽt vacare, & quibus ſpecialiter dicitur, 1. Theſſ. 4 3. *Hæc eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra*: Et rursùs; Leuit. 11. 45. *Sancti eritis, quia ego ſanctus ſum*, quomodò ſatisfaciãt profeſsioni ſuę, & ſtatui, ſi potui immoderato ſe tradunt, & præcipuè, qui ſub Regula militant Auguſtini, quibus expreſsè hoc interdicitur, vt manet ſuperiùs dictum. Huc ergo conuertamus oculos cordis noſtri, fratres dilectiſsimi, & ſeriò examinemus, ſi verè tanti Patris filij ſumus, illius ſeruantes præcepta, qui poſt verba relata, ſubdit: *Quando autem aliquis non poteſt ieiunare, non tamen extra horam prandij, aliquid alimentorũ ſumat, niſi cùm ægrotat.* Vbi expreſsè calicibus epotãdis, extra talẽ horam, prohibet quẽque noſtrũm vacare. Maximè, ſi ſine venia fiat Prælati, qui in hoc cautè debet incedere, vt, ſcilicet, vera neceſsitas detur, & non fucata, in qua tantùm Regula hoc permittit, extra horam refectionis communem.

Hinc iam apparet maior turpitudo illorum, qui ſine tali licentia, & vera neceſsitate occultè huic potationi incumbunt, quæ nomine *alimentorum* includitur. Quibus benè conueniunt verba Cellenſis Abbatis lib. 3. epiſt. 1. qui de ita veſcentibus, & conſequenter bibẽtibus, loquitur verbis iſtis. *Sanctitatis opprobrium,* Cellenſ. *Religionis abominatio eſt, non* Ab. 66. *quidem carnes edere, ſed cum sãguine inobedientiæ. Vndè à ſanguine, & ſuffocato iubet lex abſtinere: à ſuffocatis non abſtinẽt, qui furtim eas edere non timent.* Ex iſtis quidem comeſtionibns, & cõpotationibus extraordinarijs, & verè non neceſſarijs, & obedientia non regulatis, multa mala originantur, non tantùm animæ, & corporis ipſorummet potatorum, ſeu vinolentorum, ſed obſeruantiæ etiam regularis. Nam mero dediti, choro, & orationi fiũt inepti, & tempore, quo his regularibus exercitijs vacare cum cæteris deberẽt, ſunt conſepulti in lectulis, mortuorum more, & brutorum. O bone Ieſu, ſobrietatis amator, inebria tu nos amore tui, vt ſic erga carnem noſtram ſobrij ſimus, quam ita ſtudemus ingurgitare, quia tuam ſanctã ebrietatem neſcimus. Introduc ergo nos in cellam tuam vinariã, & *ordina in nobis charitatẽ*, qua ordinatè nos diligamus corpori animam præponentes, te ſuper omnia diligentes. Nam procul dubio merum deſipiet, te guſtato, qui dulcis præ cunctis es, & ſuauis. Cant. 2. 4

Digitized by Google

Sobrietas *ſenibus, iuuenibus,* & *fæminis* ſpecialiter neceſſaria.

SEnibus quidem, quia ad ipſos pertinet alios erudire. Cùm in ipſis ſit ſapientia, ex longi temporis experientia. Ideo cõſulimur ipſos audire, dũ dicitur, Eccli.8.11. *Non te prætereat narratio ſeniorum, quoniam ab ipſis diſces intellectum, & in tempore neceſſitatis dare reſponſum.* Et alibi ſilentium nobis coram illis indicitur. ibid.32.13. *Vbi ſunt ſenes, non multum loquaris.* Quare? quia ad illos propter ætatem loqui pertinet, quia pleni ſunt ſapientia. Quod etiam indicanit Pſalmiſta, cũ dixit. Pſ.106.32. *Et in cathedra ſeniorum laudent eum.* Senili igitur ætati tribuitur cathedra, quia in illa multa peritia ſupponitur acquiſita. Quia igitur vinum immoderatè ſumptum rationis vſum impedit, S.Th.2.2.q.149.ar.4. *Ideo* (ait S. Thomas) *ſenibus, in quibus ratio debet vigere ad aliorum eruditionem, ſpecialiter ſobrietas indicitur.* Vt fecit Apoſtolus, ad Tit.2.1. cùm Tito præcepit: *Tu autem loquere, quæ decent ſanã doctrinã, ſenes, vt ſobrij ſint.* Vbi, tanquam ſobrietatis fructus ſubiungitur, *Pudici, prudentes, ſani in fide, in dilectione, in patientia.* Quia omnes iſtæ virtutes, ſcilicet, pudicitia, prudẽtia, fides, dilectio, & patientia, ebrietate ſpecialiter naufragantur (vt infra patebit) & ſobrietate ſeruãtur. Et eſt benè notandum, hanc admonitionem ab Apoſtolo *ſanam* vocari. Quam proh dolor! multi mẽte ebrij, ideſt, inſani, non verebuntur, irridentes, *inſanam* vocare. Sed veniet tempus, quo, confuſione pleni, excludentur à Regno, in quod ebrietas non poteſt intrare.

Sed eſt alia ratio ſpecialis, ſcilicèt, debilitas caloris natiui, quæ in ſenibus eſt. Nam calor hic, cũ modicus in illis ſit, facilè à vini calore deuincitur, & contingit ebrietas. Et hæc eſt cauſa, cur Ariſtoteles docuit (vt refert Pererius in cap.9.Geneſ.) ſenes faciliùs, quàm iuuenes inebriari. Quia igitur in ipſis maius periculum eſt, ideo magis debent cauere.

Et hinc ſanè alia ratio ſumitur, ob quam debẽt à nimio potu abſtinere, quia, ſcilicet, caloris natiui debilitas multum merum digerere nequit. Vnde multas incurrunt infirmitates, & ſibi mortem accelerant.

In hoc tamen decipiuntur. Nã cùm vinum foueat calorem natiuum, vt hic foueatur, auidè illud ſumunt, & ita excedunt, non conſiderantes, moderatum fouere, immoderatum obruere, & vitam minuere.

Iuuenibus etiam ſobrietas eſt præcip[illegible] neceſſaria, ex alia ratione, nimirum, quia in ipſis (vt Doctor Angelicus ait) *Viget concupiſcentia delectabilis propter fer-* S.Th.loco ſup.cit.

uorem

uorem ætatis. Vnde etiam Tito præcepit Apoſtolus illos hortati. *vt ſobrij ſint*. Vbi S. Chryſoſtomus notat, nullam aliam virtutẽ commendaſſe, quibus ſpiritualia vitia, vt auaritiæ, & ambitionis, cæteraque ſimilia frænarentur; quia ad carnalia magis ætas iſta eſt prona, vt gula, & luxuria ſunt. ideoque, quod præcipuè neceſſarium eſt, commẽdaſſe. *Nihil enim* (inquit) *tam difficile, tamque durum ætati huic eſſe poteſt, vt ſuperare noxias, & mortiferas voluptates. Neque enim, aut pecuniarum amor, aut gloriæ ſtudium, aut cuiuſlibet rei alterius concupiſcentia, ita hanc perturbat ætatem, ſicuti corporũ amor, væſanaque libido. Idcirco, omnibus alijs omiſſis, circa id, quod vrgebat magis, pluſque erat neceſſarium, verſatur admonitio*. Hæc Chryſoſtomus.

ad Tit. 2. 7.

Chryſoſt. Hom. 4. tom. 4.

Vbi per *amorem corporum*, intelligit, *propriorum*, quibus voluptates concupiſcunt, guſtus nimirum, & tactus, quæ gula ſunt, & luxuria, vt probat illa Scriptura, *Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria*. Quia ergo ad hanc, ex abundantia caloris, iuuenilis ætas eſt nimis prona, ideo, ſobrietate commendata, plaga hæc intelligitur ſatis curata.

Eph. 5. 18

Fœminis denique eſt parter ſobrietas ſpecialiter neceſſaria. Et rationem S. Thomas aſſignat quia in ipſis, inquit, *Non eſt ſufficiens robur mentis ad hoc, quòd concupiſcentijs reſiſtant*. Quia ergo vinum immoderatum concupiſcentias excitat, quibus mulieres propter defectum roboris animi, ſunt ineptæ reſiſtere, ideo à potu nimio debent abſtinere. Proindè de vetulis dixit Apoſtolus ad Titum, vt ſint, *Non multo vino ſeruientes*. Quod licèt præcipuè, ratione ætatis, aptæ doctrinæ, eis intimetur (ſubditur enim, *benè docentes*, vt ſupra de ſenibus diximus) tamen etiam in ipſis poteſt aliquo modo in ſenili ætate prædicta ratio locum habere, in qua quandoque concupiſcentia penè mortua, & debilitata reuigeſcit, & excitatur, & cũ aliunde ad reſiſtendum robur deſit, ſuccumbit. Sed præcipuè, ex hoc capite, in iuuenculis adducta ratio militat. Propterea ibidem dicitur, vt doceant adoleſcẽtulas, quòd, *ſobriæ ſint*. Vbi Chryſoſtomus ait, *Ideo, quòd ex vini potatione, vehemens libidinis incenditur flamma*: Cui vtique, vt D. Thomas dixit, muliebris ſexus, ex ſua fragilitate, difficulter valet reſiſtere. Neque ex confidentia diuini auxilij, ſe quiſque periculis debet inijcere, quod temerè operantibus ſubtrahi ſolet, vt volumine primo in induſtrijs latè docuimus.

Tit. 2. 3.

S. Chryſ.

S. Th. loco cit.

Hinc Author Operis imperfecti, ex vinolẽtia fœminę, ipſius meretricium intulit, dicens, *Omnis mulier, quæ vinolẽta, & conteßatrix eſt, eadẽ quoq. meretrix eſt*.

Auth. Op. imperf. in Matth. Homil. 1.

Digitized by Google

S. Thom. Propterea S. Thom. refert loc. cit. Valerium Maximum teſtificãtem, apud Romanos, eſſe olim fœminis vini vſum prohibitum. Quæ quidem prohibitio apparet eſſe antiquior. Nam Abraham cùm Agar ancillam ſuam, ex qua genuerat Iſmaelẽ, precibus Saræ vxoris ſuæ, eieciſſet, dicit Scri-
Geneſ. 21 14. ptura diuina, quod *Tollens Abraham panem, & vtrem aquæ, impoſuit ſcapulis eius, & dimiſit eã.* Quare, quæsò, non dedit vtrem vini? fortè, ex inopia, non habebat? minimè, quia diues erat. Fortè ex defectu amoris? non, quia ex ea, puerum Iſmaelem genuerat, vt ſatis indicat Scriptura, dicens, *Durè accepit hoc Abraham pro filio ſuo*; quia vtique Sara dixit: *Eijce ancillam hanc, & puerum eius.* Adeò igitur doluit, ex dilectione, quòd indigueritconſolatione Angelica. Miſit namque Deus Angelũ ſuum, per quem dixit illi, *Non tibi videatur aſperum ſuper puero, et ſuper ancilla tua.* Vbi non tantùm fit de puero mentio, ne excludatur mater, quam etiam Abraham diligebat. Et tamen vtrumque dimittens, vinum non dedit, ſed aquam. Ex quo conijcitur facilè, iam tunc, nefas fuiſſe mulieribus, vinum bibere, vt hinc Marullus obſeruauit apud Magnum Theatrum mundi, verbo *Abſtinentia*.

Magnum Theatrũ Mundi.

Mendez. in lib. Reg

Hoc etiã indicare videtur reſponſum (vt quidem Doctor modernus aduertit) quod Anna Samuelis mater, dedit Sacerdoti Eli, eam de vinolentia notanti. Reſpondit namque. *Nequequam Domine mi, nam mulier infelix ego ſum. vinumque, & omne, quod inebriare poteſt, non bibi.* 1. *Reg.* 1. 15. quaſi diceret, mulier ſum, vinolenta eſſe non poſſum.

Certè, ebrietatem in muliere exprobans, Sapiens, ait: *Mulier ebrioſa, ira magna, & contumelia, & turpitudo illius non tegetur.* *Eccli.* 26. 11. Digna enim ſit ira, non quælibet, ſed *magna*, & quòd, depoſita reuerẽtia, ei in faciem exprobetur. & Signanter additur, quòd *turpitudo illius non tegetur*. quia ſic temulenta facta, malis omnibus reſiſtere nõ valebit, & abſque fræno in ea proruens, non poterit ſe occultare: quare omnibus nota, exprobabilis apparebit. Vnde ex verbis Scripturæ iſtius lib. 2. pædag. c. 2. probauit Cle- *Clem. Al.* mens Alexandrinus, ebrietatem, magis eſſe fœminis, quàm viris indecoram.

Turpitudinẽ etiã hanc conſiderans Federicus Imperator ſtudioſiſſimus ſobrietatis amator, elegit potiùs liberis carere, quàm vxorem ſuam vino aſſuefieri. Scribit namque de ipſo Andreas lib. 2. *Andr. de* de rebus geſtis Alphonſi, quòd *geſt. Alph.* cùm audiſſet, Leonoram vxorem, quæ in paterna domo, numquam vinum guſtauerat, facilè filios parituram, ſi in Germania frigida regione, vinum biberet, dixiſſet, *malle vxorem ſterilem habere*,

re,

Digitized by Google

re, quàm vinosam. Certè notabile multum est hoc, cum desiderium filios procreandi sit naturale, & matrimonij finis; & tamen adeò fuit potens sobrietatis amor, & eius decus, & vtilitas, præcipuè in fœminis, vt naturali desiderio præpõderauerit in Imperatore pio, & sobrio.

Et sanè, si in omnibus fœminis, vinolentia turpis apparet, maximè in Monialibus, & personis iam Deo dicatis. Vnde S. Hieronym. ad Eustochium scribens, ait: *Hoc primum moneo, & obiestor, vt sponsa Christi, vinũ fugiat pro veneno.* Et in Regula Monachorum cap. 31. (si eius est illud opus) dicit, *Vinum in sponsis Christi, tanquam venenum, suspectũ sit*, Et ratio patet ex dictis, propter luxuriam, ad quam prouocat vinum, quod turpius erit in fœmina, quæ vouit virginitatem, aut castitatem, propter magnum periculũ, cui exponitur in voti transgressione, vacando potui nimio. Proinde S. Bernardus sorori suæ scribẽs, ait: *Tu ergo, soror in Christo amabilis, bibe vinum temperatum*, Si vtique necessitas te coegerit, quia sobrietas castitati fauet, quemadmodum eandem ebrietas destruit. Hinc tract. 17. de sobrietate inter opera Augustini, ita est scriptum. *Sobrietas, castitas est sensus, & mentis, mẽbrorum omnium, corporisque tutela, castitatis, pudicitiæ munimẽ, pudori proxima, amicitiæ, pacisque serua, honestati semper coniuncta: criminum, vitiorumque omnium profuga: recti iudicij tenax: memoriæ, recordationisque inseparabilis sapientia: secretorum custos, arcani velamen: lectionum, & doctrinæ capax: studiorum, & artium bonarum discipula pariter, & magistra: ingeniorum capiendorum pedisequa: bonæ famæ semper auida: in cogitationibus salubria, atque vtilia creans, virtutis singulare auxilium, cuncta cum ratione disponens: in congregatione honestorum, seipsam semper ingerens: sobrietas temeritatẽ fugit: pericula cuncta declinat: mutuis officijs obtemperat: superbiam detestatur: domum, familiamque cum moderatione gubernat: fidẽ sibi committentibus seruat, & vt summatim, breuiterque dicam, sobrietatis perseuerantia, inæstimabilis est animi fortitudo: Omnes eam virtutes, & omnes laudum semper tituli concupiscunt, quia sine ipsa ornari, aut placere non possunt.* Hactenus iste Doct.

S. Hieron.

S. Bern. serm. 25. de modo bẽ. vi.

serm. 9. in Append.

Si ergo ea est pulchritudo, & sobrietatis vtilitas, ac necessitas, vt est in hac Cõsideratione ostẽsum, debet maximè cor nostrum allicere, vt eam amplectamur, ipsaque muniti, possimus ebrietatem deuincere.

Digitized by Google

CONSIDERATIO II.

Ex malis, quæ secum affert Ebrietas.

MAla plurima, quæ ex Ebrietate nascuntur, ita illam deformem reddunt, ac turpem, vt meritò ea perpendentibus abominationi sit, ac horrori. Hinc Anacharis rogatus, quod esset remedium ad fugiendam ebrietatẽ, respondit: *Si semper quis præ oculis habeat ebriorum indecòros mores.* *Anach.*

Hinc etiam Lacedæmones temulentos seruos pueris ostendebant, vt videntes quàm deforme spectaculũ sit homo ebrius, ebrietatem abominarentur.

Hinc pariter P. Augustinus nõ tantùm ob turpitudinem externam, sed internã etiã, quæ præcipua est, asseruit, tot homines sine fræno post hoc malum currere, quia, quàm turpe sit, non attendunt. *Ideo* (inquit) *Charissimi, tanta infelicitate se inebriant homines, quia putant ebrietatem, aut paruũ, aut nullum peccatum esse.* Hæc ille. Quasi diceret, si, quàm magnum malum sit, perpẽderent, procul dubio abstinerẽt. Hæc igitur Consideratio contra istum hostem valdè est potens. Vt autem, vnico quasi intuitu, deformitas eius appareat, breuiter ex malis, quæ affert, eius facies hìc est depingenda. Est igitur *P. August. ser. 232. de temp. circ med. tom. 10.*

Ebrietas

1 *Inuerecunda.*
2 *Luxuriosa.*
3 *Diabolica.*
4 *Opprobriosa.*
5 *Rixosa.*
6 *Saua.*
7 *Cõtumeliosa.*
8 *Verbosa.*
9 *Deformis.*
10 *Debilis.*
11 *Aegra.*
12 *Vitæ breuis*
13 *Insensibilis.*
14 *Insatiabilis*
15 *Idololatrix.*
16 *Secreti reuelatrix.*
17 *Sacrilega.*
18 *Iugi nescia.*
19 *Sordida.*
20 *Serua.*
21 *Cæca.*
22 *Insensata.*
23 *Epicurea.*
24 *Egena.*
25 *Omnibus malis plena.*

Ebrietas Inuerecunda.

Patet, quia verecundia, iuxta D. Thom. *Est timor alicuius turpis, quod, scilicet, est exprobabile.* Igitur inuerecundia ei opposita, adest, vbi timor non est; nõ est autem timor, vbi deest cognitio, quæ vino absorbetur, & per consequens verecundia. Vnde, qui ebrij sunt, in verbis, & factis turpes sunt; quarè liberè obscœna loquuntur, & turpia opere patrant, ac membra verenda denudant, vt de Noè Scriptura testatur, dicens, *Bibensque vinum, inebriatus est.* Genes. 9. & effectus eius hìc subditur. *Et nudatus in tabernaculo suo.* *S. Th. 2. 2. q. 144. ar 1. in cor.* *Genes. 9. 21.*

Et de duabus filiabus Loth etiam narratur ibidẽ, quòd prolis amore, Patris concupierunt concubitũ, Quia tamen rem turpem *Genes. 19 32.*

Digitized by Google

pem esse cognouerũt, & maximè impudicã, quam pater nullo modo patrasset, si sui cõpos fuisset. Quid fecerũt? eum semel, & iterum inebriauerunt. Et ita vnaquæque cum eo concubuit, & cõcepit, & filium peperit. Et notabiliter Scriptura dicit, de primo concubitu, *At ille non sensit.* Et de secundo repetit idem, *Et ne tunc quidem sensit, quando concubuerit.* Quia ebrius, cognitione amissa, iam non veretur inuerecunda committere. Et in hoc iam similis factus est brutis, quæ palam talia faciunt. Propterea di-

Basil. xit Basilius. *Ebrietas ex hominibus facit belluas.* Istæ enim nõ erubescunt, quia nõ cognoscunt, sic ebrius absorptus à vino. *Tunc*

Senec. ep. 82. (ait Seneca) *libidinosus, nec cubiculum quidem expectat, sed cupiditatibus suis, quantum petierint, sine dilatione permittit, tũc impudicus morbum profitetur, ac publicat.*

Salazar. Propterea notat quidam Doctor modernus, quòd, postquam Bethsabee, mater Salomonis, vinum immoderatum ipsi, & consiliarijs suis prohibuit, dicens,

Prou. 31. 4. *Noli Regibus O Lamuel, noli Regibus dare vinum, &c.* vt supra retulimus, statim subdiderit, *Date siceram mœrentibus & vinum his, qui amaro sunt animo.* Vbi ait, pro, *mœrentibus*, Origenem legere, *pereunti*, & subiungitur, *bibant, & obliuiscantur egestatis suæ, & doloris sui non recordẽtur amplius.* Vbi per, *egestatem* ait, afflictionem intelligi, vt sæpè in Scriptura sacra accipitur. Et per, *dolorem*, intelligi de decus, pro quo affert Psal. 139. *Et labor labiorum ipsorum*, vbi alij legunt, *Dedecus labiorum ipsorum.* Proindeque sensum verborum istorũ esse, dissuadere ebrietatem omnibus, qui, vino digesto, ad se sunt redituri, & turpia cognituri, & inuerecunda, seu impudica, quæ in ebrietate patrarunt, ne de hoc postea erubescant, & doleant. Quare tantùm vinum in copia, seu abundantia est ministrandum ijs, qui vltimo sunt supplicio perimendi. Nam isti, cùm omninò finiant vitam, ampliùs occasionẽ non habebũt dolendi de infamia, & dedecore, quod incurrerunt in ebrietate, inuerecunda patrando.

Psal. 139. 10.

Ebrietas ergo vitium, & peccatum est damnatorũ suspendio, vel alia damnabili morte perimẽdorum, proindeque hominem pudicum non decet, qui inde postea debeat dolere, & erubescere, vt constat ex facto Noë memorato superiùs. Nam, ebrietate trãsacta, & cognoscens verenda sua præ vino nudata, & à filio minore Cham illusa, & fratribus nuntiata, eũ puniuit in filio suo Chanaan, vt dolor esset acerbior. *Euigilans autem* (ait Scriptura) *Noe ex vino, cùm didicisset, quæ fecerat ei filius suus minor, ait: maledictus Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis.* Ideò (inquit)

Genes. 9. 24.

Digitized by Google

Ambroſ. de Noe, et Arca c. 32 tom. 1.

quit Ambroſ.) *Quòd pater plus afficitur in iniurijs filij ſui, maximè, quarum ipſe reus, & author exiſtat, & vehementiùs contriſtatur, ſui peccati damnationẽ à filio perſolutam, qui non tam ſuo, quàm patris merito, puniretur.* Hæc Ambroſius. Licèt alij dicant, quòd ipſe Chanaan, Noe nepos, qui puer erat, nuntiauit priùs patri, & pater fratribus, & ideò ſolus maledictus, quia ſolus irriſionem incœpit.

Vide ergo, quàm ſit dolenda ebrietatis inuerecundia culpabilis, quando ſanctus Vir inculpabiliter inebriatus, de nudatione ſua ſic doluit. Igitur, ne quis pudicitiam ſuam lædat, de quo poſtea erubeſcat, & doleat, ad ebrietatem non accedat.

Ebrietas *Luxurioſa*.

Patet hoc, euidentia, & experientia. Ad calorem namque, vt etiam S.Th. notauit 2.2. q.147.

S. Thom. art.8. ad 1. *Maximè cooperatur vinum*, & ideò ad æſtum libidinis. Propterea quidam dicentes,

Sap.2.7. *Vino pretioſo nos impleamus*, ſubdiderunt, *Nullum pratum ſit, quod nõ pertranſeat luxuria noſtra.* Vbi primò notabile eſt, *nullum pratum*, per quod intelligitur nullum obiectum delectabile, quod carnis incentiuum eſſe queat, ſiue brutale ſit, ſiue humanum, naturæ ipſi repugnans, vt eſt coire cum brutis, & cum eiuſdem ſexus, & cum ſanguine etiã coniunctis, vt ſorore, & matre. De quo proh dolor! vtinam nõ eſſent per multa exempla, quę afferri hic poſſent, niſi cuique peruia eſſent, ipſa etiam quotidiana experientia teſte, quod lachrymabile eſt.

Secundò, Notandum eſt, verbum, *pertrãſeat*, quod ſignificat, nihil prædictorum intẽtatum relinquere, cui libido pepercerit, & vſque ad actum conſummatum perduxerit, non tantùm reſpectu alterius ſpeciei, & ſexus, ſed proprij etiam, vt dixi, quod eſt horribile. Hoc enim puto (ſi bene perpendãtur) ſignificare verba ſequentia, *Nemo noſtrum, exors ſit luxuriæ noſtræ.*

Aiunt enim, ipſoſmet, luxuriæ ſuæ participes fieri; quod non contingeret, niſi inter ſe coirent. Et ideo concludunt, *Vbique relinquamus ſigna lætitiæ.* Vtique tam nos commiſcendo cum alijs, quàm inter nos ſcelus hoc exercendo. Proindè Sap. loquens de mero, dixit, *Luxurioſa res eſt vinum*. *Prou. 20. 1.*

Hinc SS. Patres variè hoc explicarunt. Nam à Chryſologo in quodã ſermone, ebrietas appellatur, *Illecebra honeſtatis, & pudoris iniuria.* Ab Auguſtino ad ſacras Virgines: *Naufragiũ caſtitatis.* A Chryſoſtomo in Pſal. 43. *Fornicationis fons.* Ab Ambroſio de Elia, & ieiun. cap. 16. *Fomentum libidinis.*

Chryſol. *P. Auguſt* *Chryſoſt.* *Ambroſ.*

Pro

Digitized by Google

Pro quo notabile eſt, quòd cum Holoſernes Eunuchũ ſuum ad Iudith miſiſſet, vt coire ſecũ, illi perſuaderet, Eunuchus non coitum ſuaſit, ſed vinum, putans, ſatis efficaciter, luxum à Domino commendatum, ſuaſiſſe, ſi, ad nimium potum, eam perduxiſſet. Proindeque idem S. Doctor Ambroſius in lib. de vid. tom. 4. dicit, quòd Iudith, de eius vino
Ambroſ. non bibens, caſta permanſit. *Nã, ſi bibiſſet* (inquit) *dormiiſſet cum adultero*.

Quod etiam ex Bern. firmatur
Bern. de mod. bene viu. ſer. 25. dicẽte *Ventrem diſtenſum cibis, & vini potatione irrigatum, voluptas luxuriæ ſequitur*. Et Sanctus Hieronym. in cap. 1. ad Titum, ait, *Vbicunque ſaturitas,*
Hieron. *& ebrietas, ibi libido dominatur* Et D. Baſil. homil. 14. in ebriet.
Baſil. dicit, *Ex tẽperato facit laſciuũ*. Et rurſus S. Hieron. in c. 5. ad Ga-
Hieron. lat. inquit, *Sẽper ebrietati iuncta luxuria eſt*. Vbi verbum *ſemper*, magnam indicat vehementiam, qua in ebrio concitatur luxuria, vt nemo ſit, qui effugiat. Hinc
Lyran. etiam in Moralibus notat Lyran. quod Sichem filius Hemor, qui Dinam, Iacob filiã violauit, Geneſ. 34. num. 2. interpretatur *ebrius*, quaſi ab ipſius ingluuie, hæc luxuries naſceretur.

Quia ergo abominabilis res eſt luxuria, & maximè fugienda, ideo Apoſtolus docuit, arma cõtra ebrietatem ſumenda, dicens
Ad Epheſ 5. 18. ad Epheſ. 5. *Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria*. Etſi omnibus caſtitatem commendauit,
1. ad Theſſ. 4. *Sciat vnuſquiſque veſtrum vas ſuum poſſidere in ſanctificatione, & honore, non in poſſeſſione deſiderij*, quaſi magis perſonis Deo dicatis, vt religioſi ſunt, qui per votum ſolemne, illi ſunt obligati, certè hac decauſa, in timore, & fræno, ſemper debent eſſe, & vigiles, ne, bibendo, excedant menſuram, & libidini ſubminiſtrent fomentum, & maximè iuuenes, in quibus, vt ſuperiùs diximus, propter ſanguinis feruorem plus calor viget, & magis inflammãtur à vino. His ergo benè perpenſis, armati omnes ſint contra hoſtem, & ætas iſta præcipuè.

1. ad Theſſ. 4. num. 4.

Ebrietas *diabolica*.

HOc ſignificauit Anna mater Samuelis Prophetæ, quæ à Sacerdote Eli, *temulenta*, putata, vt Regum narrat hiſtoria: modeſtè tamen reſpondit, dicens,
Ne reputes ancillam tuam, quaſi vnam de filiabus Belial, hoc eſt, quaſi vnam de temulentis, qualẽ me æſtimas, quia tales, filij diaboli ſunt, ſignificati per Belial, vt ex Apoſtolo conſtat 2. Cor. 6. 15. Vnde S. Baſilius de ebrio loquẽs,
1. Reg. 1. 13.
ait, *Dæmon eſt voluntarius*. Et D. Chryſoſtomus homil. 29. in Geneſ. eum dæmoniaco præponit, dicens, *Vere ebrietas voluntarius eſt dæmon, & grauius,*
S. Baſil. loc. cit.
Chryſoſt.

quàm

Digitized by Google

quàm dæmon mentẽ obtenebrat, & captum, omnium beneuolentia deſtituit. Sæpe enim dæmoniacũ cùm videmus, condolemus: contra autem ebrios indignamur. Quia ille, qui à dæmone agitatur, inuoluntarius operatur: At, qui ebrius eſt, ſponte ebrietatis tyrannidi ſeipſum dedit. Hæc Chryſoſtomus. S. Chryſol. ſerm. 26. Et Chryſologus ait de mero, *Dæmon eſt blandus.*

Igitur ebrius, dæmon eſt, quia à dæmone cõcitatur ad malũ, & ipſi in hoc obſequitur, & illi ſimilis factus, apoſtata fit à Deo, vt infrà dicetur. Et quia hoc facit ſponte (non enim poteſt dæmon noſtram cogere voluntatem) ideò *voluntarius* dæmon, ebrius appellatur: in quo, vt ex Chryſoſtomo patuit, conditionis peioris, quàm dæmoniacus, redditur.

Si ergo tam abominabilẽ ſtatũ conſequitur ebrius, quis ebrietatem non fugiet, quæ hominem ſic deprimit, & confundit?

Ebrietas *Opprobrioſa*.

CErtum hoc eſt, non tantùm ſecundùm rationem peccati, quatenus omne peccatum, opprobrium nominatur, vt ſignificauit Pſalmiſta, cùm Pſal. 118. dixit, *Amputa opprobrium meũ*, poſtulans humiliter amotionem illius, ſed etiam, iuxtà peculiarem rationem ipſius ebrietatis, prout vſu rationis hominẽ priuat, qua à brutis diſtinguitur, & decoratur. Pſ. 118. 39

Vnde maximum malum reputatur à Leſſio, vt diximus in doctrina, quia ad brutorum ſtoliditatem hominem abijcit, opprobrioſumque reddit. Et S. Chryſoſtomus homil. 1. ad Popul. Antiochenum, *Commune generis noſtri opprobrium*, appellauit. Leſſ. Chryſoſt.

Sunt & aliæ quidem opprobrij rationes, quæ ebrium *deriſibilem* reddunt, & ideò *opprobrioſum*. Quia, ſcilicet, iam loqui neſcit, &, more infantulorum, balbutit, ſtare, & deambulare non valet. Et ſi hoc facit, rectà incedere nequit, & geſtus alios facit, omninò mouẽtes ad riſum. Vnde Sapiens, qui ſecundùm vulgatam, dixit, *Luxurioſa res eſt vinum*, ſecundùm aliam literam habet, *Deriſor vinum*, quia hominem deriſibilem reddit. Pro quo etiam tranſlatio Chaldaica facit, *Ad illuſionẽ eſt vinum*. Et non mirum, quià iam ſui non compos, ſtulti more, in deriſibilia cadit. Prou. 20. 1.

Hinc Noè, qui ante ebrietatẽ, venerabilem ſe cunctis prębebat, factus ebrius, iam deridetur à filio. Et ad propoſitum S. Ambroſius de Elia, & ieiunio, cap. 13. dicit, *Quos mane inſignes armis ſpectaueras, vultu minaces, eoſdem veſperi cernas, etiam à puerulis irrideri.* Hinc Alphõſus Aragoniæ Rex, vt Panormit. narrat lib. 2. de eiuſdem geſtis, interrogatus, cur vinum tanta aqua dilueret? Reſpondit, *ne me inebrietẽ.* Et rationem ſubiunxit. *Scio namque* Geneſ. 9. 22. S. Ambr. Alphonſ. Rex.

Digitized by Google

que quantum Macedonis Alexãdri gloriæ obfuerit ebrietas.

Et ſanè in Prouincijs illis, vbi turpitudinis iſtius, & opprobrij eſt cognitio, magis viget odium, & horror contra ebrietatem. Et vtinam illuminarentur ita corda multorum, vt fugerent hoc opprobrium. Quod ſaltem in oculis Dei (quod deberet ſufficere) facit dignos opprobrio ſempiterno. Tunc, cùm venerit extrema hora, & finis imponetur calicibus, cognoſcet vnuſquiſque noſtrûm opprobrium iſtud, ſed ſerò ſine remedio. Hoc enim ſignificauit Propheta Ioel, cùm de
Ioel 1.10 ebrioſis loquens, dixit, *Confuſum eſt vinum*. Ibi enim in inferno æternaliter cõfundentur, qui modò non confunduntur, neque erubeſcunt, imò, opprobrio hoc cõtẽpto, magis inoleſcunt, & ſine fræno poculis hauriẽdis attẽdũt.

Ebrietas *Rixoſa*.

RAtio eſt, quia animus, qui moderator eſt paſsionum, nimio potu obrutus, & perturbatus, iã nequit hoc officio fungi, & tunc præcipuè inſurgentibus paſsionibus, contingit tumultus, nemine reſiſtente. Proinde *tumultuoſa* appellatur ebrietas à
Prou. 20. 1. Sapiente, Prou. 20. 1. Ad quod
S. Chryſ. homil. 54. ad Pop. alludens Chryſoſtomus, dixit. *Sicut hoſtibus vrbem ſubeuntibus, & obſidione facta, & perturbatione, multus efficitur tumultus; ita ſit & in anima, ſubrepente vino.* Et alibi ait, quòd, quemadmodum nauis, quæ, vltra capacitatem, recipit merces, ſubmergitur, & tunc, nec naucleri induſtria, & ſcientia eam valet à naufragio liberare, ita corporis noſtri natura, ſi plus alimenti, quàm virtus propria ferat, acceperit, & corpus ipſum, & animus quoque ſubmergitur, ita, vt is, qui eſt in homine, rector, inferiorem partem ipſius quæ paſsionibus eſt ſubiecta, in regula nequeat continere. Vnde, deficiente interiùs gubernaculo, iã paſsiones tumultuãtur, & ſuſcitãtur rixę, maximè, iracũdia concitata, ad quam vinum eſt pronũ, teſte Sapiente, dicente, *Vinũ multum potatum, irritationẽ, & irã, & ruinas multas facit. Homo* autem *iracundus, ſuſcitat rixas*, vt in Prouerbijs dicitur, cap. 26. 21. Hinc ibidem cap. 23. 29. ad interrogationem illam. *Cui rixæ?* Reſpondet Sapiens, *Nonne his, qui commorantur in vino, & ſtudẽt calicibus epotandis?* Proinde Pater Auguſtinus dixit, *Quid infamius ebrio? quid plerumque iracundius?* Et ibidem notans, quòd lætitia à vino cauſata, communiter ſit cum rixa coniuncta, de omnibus ebrijs, ſic ait. *Vtinã lætentur, & non rixentur.* Quaſi dicat, hoc erit difficile cũ ebrietate dari. Quare verba illa Pſalmiſtæ, *Et vinum lætificet cor hominis*, de ſpirituali vino præcipuè, inquit, intelligi, quod lætitiã

Orat. de ebriet. tom. 5.

Eccli. 31. 38.

Prou. 26. 21.

Prou. 23. 29.

P. Auguſt. in Pſ. 103 tom. 8.

Pſ. 103. 15.

nouit,

Digitized by Google

nouit,& nõ rixam.Nam charitas, qua anima inebriatur interiùs, pacifica eſt, & Apoſtolo teſte, 1.Cor.13. 7. *Omnia ſuffert, omnia ſuſtinet.* Ideo S.Doctor concludit. *Eſt ergo vinũ, quod verè lætificat cor, & non nouit aliud, niſi lætificare cor.* Vbi *verè* dicitur lætificare, quia vinum materiale, cùm ſimul concitet iram, qua conturbatur cor, rixas ſuſcitat frequenter, & veram lætitiam non impertit.

Lyran. Hinc etiam notauit Lyranus hoc indicari, cùm in Prou.c.17. *Prou.17. 14.* 14.dicitur, *Qui dimittit aquam*, vtique *bibendo vinum nimis forte.* Subditur iſte effectus, *caput eſt iurgiorum.* Quæ ex ebrietate, ait,oriuntur,quia animus ebrius, facilè rixatur,quia iraſcitur. Pro- *Auguſt.* pterea P.Auguſtinus in tract.de *ſobrietate*, & *caſtitate*, inquit, quòd etiam in ijs,qui ratione ſtatus, Deo dicati ſunt,& iure, mãſueti eſſe deberent, tamen, ſi temulenti fiant, iam rixantur, vlciſcuntur, & ſæuiunt. *Quicumque* (inquit)*etiam honore Sacerdotali prædituſ, proximus fuerit ebrietati, vicinus erit etiam vltioni: & hi etiam,qui Deo proximant, ſi fuerint temulenti, proximi sũt iræ ſæuienti.* Hæc ille.

Ebrietas *Sæua.*

EX quibus iam patet, quòd ebrietas non contenta ira, quæ prodit in rixam, amplectitur adhuc ſæuitiam. Dicit namque S.Doct.quòd temulenti *proximi ſunt iræ ſæuienti.* Sæuit ergo plerumque ira, vbi temulentia regnat. Et adeò hoc eſt verũ, vt etiam,qui reperiũtur inermes, armet in alios,vt Horatius nota- *Horatius.* uit, cùm dixit.

Ir: prælia trudit inermem.

Et S. Hieronymus ait, tunc, *Hieron.* cùm arma non ſunt, poculis ipſis *in cap. 1.* vti in ſupplementum illorũ,adeo *epiſt. 1.* temulentia ſæuit. Sic enim dicit, *ad Tim.* *pocula in tela vertit.*

Hinc Clemens Alexandrinus *Clemens* lib.3.Pædag.cap.8.aſſerit,gentes *Alex.* ebrietati deditas,vt Scythas,Celtas, Iberos, & Thraces, eſſe pariter bellicoſas, vt quaſi, humano more, miteſcere neſciant,qui vini furore quodammodò efferantur.

Et Procopius hanc aſsignat *Procop.* rationem, quare Deus olim tam ſeuerè vſum vini Samſoni prohibuerit Iudic. 13. 14. ne, ſcilicet, feritati naturali illius,nouam adderet, ſcilicet vinum, quod illum impelleret,etiam in cognatos ſęuire. *Cùm*,inquit,*Spiritus ſanctus feritatem Samſonis priùs haberet cognitam, à vino, ac vinetis, ipſum iuſsit abſtinere,ne ad naturalem furorem, vinolento adſcito, contra propinquos quoſque, & cognatos, indigna patraret.* Hæc ille.Et ſanè eſt ita.Non enim nouit, etiam ſanguini proprio parcere vinolentia ſæua.

Quod etiam confirmat horri- *Aug.to.10.* bilis caſus, quem S. P. N. Auguſtinus ſerm.33. ad Eremitas de filio

Digitized by Google

filio Cyrilli ciuis Hipponenſis, vbi ipſe erat Epiſcopus, narrat his verbis. *Ecce Cyrillus filium habebat, vt ſcitis, quem corrigere negligebat, vt ſcitis, & luxuriosè viuendo, conſumpſit partem ſuorum bonorum. Sed ecce hodie ebrietatem perpeſſus, matrem prægnantem nequiter oppreſsit, ſororem violare voluit, patrem occidit, & duas ſorores vulnerauit ad mortem.* Hæc ille:

Quod exemplum maxima profectò conſideratione eſt dignum. Et primò in eo notabile eſt, quòd ex nimia indulgẽtia patris, ebriosus factus eſt filius, libertatem omnimodam nactus. Ex quo confirmatur, quod ſupra à nobis eſt traditum de correctione tempeſtiuè facienda, ne ebrietas incurratur.

Secundò, notabile eſt, quòd tanta ſit ſæuitia ebrij, vt oblitus dilectionis, & reuerentiæ genitoribus naturaliter debitæ, etiam in ipſos ſe armet.

Sed & innocentiam necat, cui etiam parcere deberet ſæuitia. Pro quo ipſemet P. Auguſt. ſer. 231. *de tempore*, exemplum affert de S. Ioanne Baptiſta ab Herode occiſo inter pocula, dicens. *Herodes quoque, vbi nimio vino cõcaluit, ad vnius puellæ ſaltationem, S. Ioannem Baptiſtam interfecit.* Et S. Petrus Chryſologus animaduertit, quòd non ſine cauſa Dominus Luc. 12. 45. narrans de ſeruo percutiente ſeruos, & ancillas Domini ſui, ſimul eius ebrietatem commemorat, quia percuſsio cõmuniter cum ebrietate coniungitur. *Propriè* (inquit S. Doctor) *inebriare, & percutere* (Subintellige copulãtur) *Ebrietas cædis mater, parens litium, furoris genitrix, petulantiæ deformiter eſt magiſtra.*

tom. 10.

Chryſol. ſer. 26.

Et, ſi, dominante vino patitur innocentia, & propriæ cognationi non parcitur, quid faciet ſanguis extraneus, alicui culpæ obnoxius? ſanè non poſſunt breuiter hîc narrari caſus męſti, quibus libri, & hiſtoriæ de ſæuitia iſta sũt pleni. Refert Magnum Theatrum mundi Cardinalem Baronium tom. 10. Anno 867. narrantem de Michaele Imperatore III. qui temulentiæ aſſuetus, quo tempore ebrius erat, alijs aures, alijs nares, alijs caput amputari iubebat. Et de Alexandro Magno ſupra narrauimus, etiam charũ amicum, haſta tunc transfodiſſe. Quis ergo temulentiam non horrebit? quæ iracunda, rixoſa, & ſæua eſt? quæ nemini parcit? ſiue ſit innocens, ſiue amicus, ſiue cognatus, ſiue pater? O monſtrũ horrendũ! quis turpitudinem tuam ſeriò cõſiderans, non omnino te fugiat, & horreat?

Magnum Theatr. mundi.

Ebrietas *Contumelioſa*.

NOn accipimus hìc hãc denominationẽ *paſsiuè*, quia ex ſuperiùs dictis, cùm eam opprobrio-

probriosam diximus, facilè constat, etiam hoc sensu, contumelia esse dignam, quòd, scilicet, *coram*, &, *in faciem*, exprobretur, non requisita absentia. Contemptibilē namqùe valde hominem reddit, & ita quisque facilè animatur ad ebriū contumelijs proscindendū. Igitur in præsenti, *actiuè*, contumeliosam ebrietatem denominamus, quia, scilicet, cùm ebrius quis factus est, reuerentia omni amissa, & timore deposito, iam sine fræno, in faciem opprobriosa loquitur contra proximum. Quapropter hanc ebrij pronitatem ad contumeliam, considerās Sapiens, ipsum sapienter admo-
Eccl. 31. 41. nuit, dicens: *In conuiuio vini, nō arguas proximum, & non despicias eum in iucūditate illius, verba improperij non dicas illi*. Vbi apertè de contumelia loquitur, per quam in faciem proximo exprobratur. Sedet enim plerūque conuiua, & iucundatur cum alijs, & ecce alius ebrius factus, iam incipit os suum laxare, & contumelijs illum onerare. Et hoc semel non contentus præstare, plagam hanc repetit, & ita duriùs premit, vt ibi subditur, *Et premas illum in repetendo*. Licèt enim verba ista in alio sensu superiùs attulerimus, tamen propter Scripturæ diuinæ fęcunditatem, etiā hunc aptè habent.

August. in tract. de Ebriet. & Cast. ten ad sacr. virg.

Hinc P. Augustinus de ebrio loquēs ait. *Assumit violentus inter pocula, iniusta certamina, & nullis stantibus causis, asperam excitat rixam, quia interponendo verba vana, aliorum sana non patitur, & in contumeliam erigitur conuiuarum, & crimina proximorum*.

Et adeò est potens vinum, cùm homo incalescit illo, vt quemcūque obuium tunc illi factum afficiat contumelijs, licèt conuiua non sit, reus, aut culpabilis, sed innocens, & laudabilis. Sanè vltra quotidianam experientiam, habemus de hoc insigne exemplum in militibus illis, qui Dominum nostrum Iesum Christum in amarissima nocte passionis sue in domo Caiphæ custodierunt, post illum odiosum, & iniquum consessum Phariszorum, & seniorum cōgregatorum aduersùs eū. Dicitur nāque de illis apud Lucam, *Et alia multa, blasphemantes, dicebant in eum*. At non mirum, quia nox erat, & frigus vigebat, & ex horto venerant cum pręda illa capta, tam illis grata; Proindeque læti, & vino ingurgitati, crescente militari libertate ex temulentia, in Dominum Iesum omni reuerentia dignum, iaciebant horribilia probra, vt ipsemet prophetauerat per Psalmistā ad suum Patrem æternum dicens, *Propter te sustinui opprobium, & operuit confusio faciem meam*. Et ibidem post pauca ad propositum ait, *Et in me psallebant, qui bibebant vinum*. Si maledicebant, quomodo psallebant? Respon-

Luc. 22. 65.

Ps. 68. 8.

ſpondet piè quidam Doctor modernus, *Quia non minus delectabantur iaciendo contumelias, quã modulãdo cantilenas.* At qui erãt, qui ſic maledicebant? *qui bibebant vinum*. Ecce contumelioſa ebrietas, reuerentiam ignorãs, & blaſphemans.

Mendoza in 1. Reg. 1. 18.

Licèt autem de maledictione pro contumelia ſumpta hìc loquamur, tamen etiam conſtat, ebrium maledicere, detrahendo. Nam tunc loquacitatem acquirit, & ideo libenter proximi abſẽtis crimina pandit. *Nullũ enim ſecretum eſt, vbi regnat ebrietas*, vt in Prouerbijs dicitur, vt ſupra notauimus, & infra ampliùs confirmabimus. Cui etiam veritati ſuffragantur verba Sapientis dicentis, *Cui ſoueæ?* Panignus vertit, *cui loquacitas?* Regia Biblia, *cui murmur?* Et vtraque lectio maximè ad propoſitũ facit. Subditur enim, *Nonne his, qui commorantur in vino, & qui ſtudẽt calicibus epotandis?* Igitur inebrio eſt loquacitas, & conſequẽter detractio, & murmur. Proindeque non mirum, ſi aliter legatur, *cui ſoueæ?* quia iuxta ſuperiùs dicta, non excuſatur à peccato (quod profunda ſouea eſt vſque ad infernum pertingẽs) qui probabiliter credens, vt etiam ex experientia, in ſe aliàs facta, poteſt cognoſcere, ſe in ebrietate, cõtumelioſa, & detractoria loqui, ſe tamen inebriat, & ita os ſuum in iſta opprobria laxat. Proptẽrea de ebrioſo eſt ſcriptum, *Et in nouiſſimo mordebit, vt coluber*, quia poſtquam blandè ingreſſum eſt vinum, & demùm eo ebrioſus incaluit, tunc velut coluber, obloquendo, proximum pungit, ſiue præſens ſit, ſiue abſens.

Prou. 23. 32.

Et ſanè hinc etiã deberet reddi ebrietas, ita cuique horribilis vt ebrioſi conuerſatio fugeretur, ne ſaltem ignominiosè ſic tractaretur ab illo. Et ebrioſus ipſe deberet ab ebrietate in poſterum abſtinere, ne in tot foueas caderet, tam profundas. Signanter nãque non dicitur in ſingulari, *Cui ſouea*, ſed *ſoueæ*, quia non vnum malum eſt, quod temulentus cõmittit, ſed multis patet ruinis, vt ex dictis, & dicendis magis conſtabit. Et qui ebrioſus nondum eſt, horreat etiam hinc peſtem iſtam, quæ tot modis animam mortaliter inficit.

Ebrietas *Verboſa*.

IAm diximus facilè in contumelias labi, & detractiones, quia *loquax*, ſed ampliùs ea ratione firmatur, quia lætificat cor, iuxta illud Pſalmiſtæ, *Et vinum lætificet cor hominis*. Quod pariter à Sapiente docetur, dum ait, *Exultatio animæ, & cordis, vinum moderatè potatum*. Vbi autem intus lætitia abundat, loquitur lingua, non valens ſe continere, ſecundùm illud, *Lætatum eſt cor meum, & exultauit lingua*

Pſ. 103. 15.

Eccli. 31. 36.

Pſ. 15. 9.

Digitized by Google

nasa. Quia exũltare dicitur, quasi præ lætitia extra se ire. Et præcipuè hoc fit per linguam, quæ mẽbrum est magis mobile. Proinde, quando lætitia in corde cõcepta, benè est ordinata, salutaria per linguam pronuntiat, vt dixit idẽ
Ps. 44. 1. Psalmista, intùs repletus, *Eructauit cor meum verbum bonũ*. Quando verò inordinata est, vt cùm oritur ex immoderato vino, tunc lingua quidem eructat, sed scurrilia, rixas, iniurias, contumelias, & blasphemias. Vnde rarò silentium inter pocula reperitur, quo sensu Horatius cecinit.

Horatius, epist. ad Lorqnat.

Fœcundi calices, quem non fecere disertum?

Quasi dicat, nullus est, ita ex natura sua insipiens, & stolidus, qui tunc eloquẽs non appareat, strepitu tamen linguæ, non grauitate sententiæ. Vnde Bias, cum

Magnum Theatr. verbo vinum.

sibi in quodam conuiuio à garrulo quodam obijceretur, quod stolidus esset, eò quod taceret, respondit, *Quis stultus inter pocula potest tacere?* innuens prudentiam multam requiri, & sapientiam, ne aliquis poculis deditus, garrulus non euadat, nisi sit adeo cautus, vt non excedat mensuram, quam si excesserit, etiãsi, natura stolidus sit, euadet proculdubio loquax.

Hinc Philosophus alius nomine Zenon, cùm similiter in quo-

Idē ibidē

dam reperiretur conuiuio, vbi aderant Legati Regij, qui conuiuis alijs colloquentes gratanter, ad Zenonem silentem conuersi, comiter ei dixerunt. *De te verò quid Regi dicemus?* Respondit Zenon, *Aliud nihil, quàm esse senem Athenis, qui inter pocula silere sciret*. Insinuans, valde difficilè esse, in potu non excedere in conuiuio, & consequenter in verbo. Adeò temulentia, & loquacitas sunt connexæ.

Deinde, cùm Sapiens dicat,
Prou. 10. 19 *In multiloquio non deerit peccatum: qui autem moderatur labia sua, prudentissimus est*, Et in ebrietate prudentia naufragetur, vt magis ex dicendis constabit, consequenter moderatio linguæ deerit in eo, qui ebriosus erit, & multis se hinc implicabit peccatis. Qui ergo cupit vitare peccata, ebrietatem fugiat, quæ ad ea, tamquam verbosa, deducit.

Ebrietas *deformis*.

Non loquimur hìc de deformitate *interna*, quæ per peccatũ incurritur, & omnibus criminibus est communis, sed de externa, quæ præcipuè in ebrij externo vultu apparet. De qua Sapiens loquens, ait, *Cuius Patri væ?* alia *Prou. 23. 29.* littera vertit, *Cui deformis aspectus?* Et Respondetur. *Nonne his, qui cõmorantur in vino, & qui student calicibus epotandis?* Hi namque in vultu, & ore acquirũt pallorem, & maciẽ: Obruitur namque natura, neque digestionem valens perficere, hos parit effectus.

Sed

Digitized by Google

Sed adhuc in parte vultus præcipua, vt sunt oculi, peculiaris apparet deformitas, vt ibidem significauit Sapiens, dum subdidit: *Cui suffusio oculorum?* Vbi alia lectio habet, *Cui impuri oculi?* scilicet, distillatione, & rheumate laborantes? Et respondetur similiter, *His, qui cõmorantur in vino*, &c. Vbi signanter ponuntur verba *cõmorantur*, & *student*, vt denotetur ebrietas, quæ, quasi finis nescia, potationibus, & propinationibus mutuis se totã studiosè tradit, & ita deformis euadit. Quam deformitatem narrans S. Basilius, sic ait: *Eos videre licèt, oculis liuentibus, cute subpallida, spiritu graui, lingua balbutiente, voce dimissa, & confusa, pedibus, puerorum more, infirmis, & titubantibus.* *S. Basil.*

Et quidem vltrà experientiam quotidianam, satis hoc comprobantem, sequens probat historia à Magno Theatro Mundi his verbis relata. Indus vino deditus, cùm, pœnitentiæ beneficio, naturam tandem vicisset, & ad sobrietatem se reuocasset, cãdidum, dicitur, adolescentem per quietẽ vidisse, qui eum, apprehensa manu, ad compotatorum cætũ, conuiuiumque deduceret: ibi animaduertisse eorum, qui accũbebant, vultus, primò quoque poculo hausto, mutari, deformesq. fieri: qui verò pergerent perpotare, & crebris poculis indulgere: eos fœdissimo ore, simillimoque dæmonum euadere, dixisseq; adolescẽtem, tales effici eos, qui se vino, & ebrietatibus dedissent. Indum autem, sobrium esse cœpisse, & incredibilem quendam temperantiæ amorem, dicitur, animo concepisse. Et hoc quidẽ cõfirmat Lacædemonum consuetudo, qui seruos temulẽtos pueris ostendebant, vt videntes, & cõcipientes, quàm deforme spectaculum sit homo ebrius, abhorrerent ebrietatem, vt initio Considerationis istius notauimus. *Theatr. Mũd. ver bo Ebriet.*

Et ita quidem deberet vnusquisque concipere. Nam ad documentum nostrũ loquitur Scriptura, & hæc à Deo permittuntur contingere, & scribuntur, vt sic instructi, mala, saltem in persona aliorum, experti, solicitè caueamus. Et sanè pulchritudinis amor, & turpitudinis horror naturalis, nos deberet, ab ista deformitate compescere, & odio habere deformem ebrietatem.

Ebrietas *Debilis, ægra, vitæ breuis.*

De *Debilitate*, loquens Sapiens, dixit, *Ebrietatis animositas, minorans virtutem*. Et de ægritudine, paulò superiùs ait, *Vigilia, cholera, & tortura, viro infrunito*, scilicet, absque fræno, ad cibum, & potum effuso. Hic enim torsiones vẽtris sentit, quia abundans colera, ex qua etiam, sõno suaui, & quieto priuatur, & *Eccli.* 31. 40. *num.* 32.

Digitized by Google

ideò inquietus vigilat. Quapropter post pauca subditur. *Quæ*
num. 33. *est ei vita, qui minuitur vino?*
Interl. Vbi Glossa Interlin. ait, *Sensum minuendo, ægritudinem ingerendo*. Qua vtique vita minuitur, & mors incurritur. Vnde etiam scri-
Prou. 23. 29. bitur, *Cui foueæ?* alia littera vertit, *Cui sepulchra?* ebrietas nam-
Chrysost. August. que, vt Chrysost. & P. Augustinus notarunt, *Quædam est viui hominis sepultura*. Et respondet
num. 30. Scriptura, *Nonne his, qui commorantur in vino, & qui student calicibus epotandis?*

Certè naturalis calor, in quo præcipuè vita consistit, nimio potu obrutus, deficit, & ita non valens digestionem perficere, inde phlegmata generantur, & colerę, quibus etiam impediuntur operationes vitales. Vnde ebriosi, vt
Chrysost. in ser. cōtra lux. & crap. Chrysost. ait, *In tremoribus, & palloribus, mirisque, & manuū, & pedum doloribus, & alijs pluribus, de quibus medici dicunt, irretibiles fiunt*. Et Homil. 1. ad Pop. Antiochenū, sic inquit, *Non enim ita terræ natura, vexata aquarum superabundantia, continuè dissoluitur, vt corporis vis mollescit, & diffluit, et exilis redditur, vini potu continuò ingurgitata*.

Aug. Vil. Et Hugo de S. Victor. ait, *Ebrietas, robur, & naturalem virtutem eneruat: infirmitatem generat: mortē naturalē adducit.*

P. Aug. ad Sac. Virg. qui est tract. 17. de sobriet. c. 2. tom. 9. Hinc etiam à S. P. nostro Augustino, *Procella corporis*, appellatur. Quemadmodum namque nauis, tempestate consumitur, & cōteritur: ita humanum corpus, ebrietate obruitur, & destruitur. Et cap. 1. sic ait: *Ex hoc, multorum membra cibos recusant, & vino dedita, præcoqua debilitate, & cruda, senectute marcescunt, & adhuc ætate virides, tremula vibratione quassantur. Vnde pulmones, vstione vini quotidiana, putrescūt, & per ora, veluti mortuorum, spiritus tetros mittunt.*

A Basilio denique Homil. 14. contra ebrietatem, appellatur, *Fortitudinis pernicies, senectus immatura, mors momentanea*. Basil.

Si ergo sic corporis robur, sanitas, & protractio vitæ amantur, vt pro his acquirendis, vel conseruandis amara quandoque sumantur, & pretiosa quæque expendantur, quare gustus delectamenta, non contemnimus, ne bonorum horum incurramus iacturam, & nos, oppositis malis tam miserè inferamus?

Ebrietas *Insensibilis*.

Patet, quia, nomine ebrij, dicitur Prouer. 23. *Verberauerunt me, & non dolui, traxerunt me, & ego non sensi*. In quibus verbis mens Sapientis est, ebrijs hoc exprobrare, quòd ipsi ob crapulā dormientes, sæpè inhonestè verberantur, & plagis onerātur: aut certè verberari, ac tundi possunt, & etiā denudari, & multa inhone-
Prou. 23. 35.

sta

ſta patrare, ipſis idminimè ſentiẽtibus, quod ſanè turpiſsimũ eſt.

Gen. 9. 21. Sic Noe inebriatus, fuit nudatus in tabernaculo ſuo, Geneſ. 9. 21. vt ſupra retulimus.

Gen. 19. 33. Sic Loth bibens immoderatè, & ita ſenſum amittens, coiuit cũ propria filiâ, quod adeò natura abhorret, vt quod filiæ, auidæ prolis, non auſæ ſunt à patre ſobrio petere, per ebrietatem tentauerint obtinere, illum ita ſenſu priuando. Geneſ. 19. 33.

Iudith. 13. 4. Sic Holofernes, *Nimia ebrietate ſopitus*, non ſenſit manũ fortis Iudith, per comam illum apprehendentis, & iugulantis ſecurè, Iud. 13.

Sanè hoc etiam quotidiana experientia probat, & quàm ridiculũ, & turpe ſit, vt apparet, Dominus, qui ante ebrietatem honorabilis, & reuerebilis fuerat ſeruis ſuis, is poſt ebrietatem inſenſibilis factus, ab ijſdem indigeat irreuerenter, & irriſoriè ad lectũ deferri, ad hoc prouocante demerito hominis, qui vino, culpa ſua, ſuccumbens, ſe ſuo ſenſu priuauit. Si ergo inſenſibilitas iſta eſt turpis, & ideo digna horrore, ne ita turpiter incurratur, ebrietas fugiatur.

Ebrietas *Inſatiabilis*.

INſatiabilitas iſta in Prouerbijs, verbis illis exprimitur, vbi in perſona ebrioſi ſic dicitur. *Quando euigilabo, & rurſus vina re-*

Prou. 23. 35. *periam?* Vbi Septuaginta legunt, *Quando erit diluculum, vt vadens, quæram quibus cum conueniam?* Vtique ad potandum. Ea igitur eſt ebrij ſitis, vt non ſuſtineat moras, ſed diluculum enoptet, vt calices denuò repetat, & in ebrietatem labatur. Hinc ad ebrioſos omnes Dominus per Iſaiam loquens, ait. *Væ, qui conſurgitis mane ad ebrietatem ſectandam, & potandum vſque ad veſperam, vt vino æſtuetis.* Soliciti enim ſunt valde ſurgere tempeſtiuè mane. Sed ad quid? *Ad potandum, vſque ad veſperam.* Vt denotetur inſatiabilitas ebrij. quæ nõ ſiſtit vſquequò æſtuet vino, & vſu rationis amiſſo, brutò ſimilis fiat, & rurſus capiat ſomnũ, poſt quẽ, iterũ vina exquirat. Iſai. 5. 11.

Et ad hoc Abulenſis notauit, etiam naturaliter poſt ſomnum, quo ebrius vinum digerit, manere ardorem, & bibendi deſideriũ, *propter deſiccationẽ* (inquit) *magnã ex forti digeſtione*. Vnde ob id ſitit frequenter, proindeque nõ mirum, ſi rurſus vina perquirit. Abul. in cap. 1. lib. 1. Reg. ver ſic. 14.

Et S. P. Auguſtinus ex cõſuetudine bibendi, inſatiabilitatem iſtam aſſerit peruenire. *At vbi hoc* (inquit) *in vſum miſerint, ita eos, ipſius ardor ebrietatis occupat, vt illos ſemper ſitire compellat*. Si igitur potus ordinatur ad ſitim pellendam, ſumatur ſobriè, quo hoc obtinetur, & non immoderatè, quo non expellitur. S. P. Aug. ſer. 231. de temp. circa fin. tom. 10.

Digitized by Google

Ebrietas *Idololatrix.*

SAnctus Petrus Apoſtolus volens perſuadere hominibus, à concupiſcentijs abſtinentiam, meditatione paſſionũ Chriſti, docet eſſe armãdos, *Chriſto* (inquit) *paſſo in carne, & vos eadem cogitatione armamini*. Non habuit Dominus cœli, & terræ in vltima hora mortis ſuæ, quo ſitim ſuam extingueret, niſi acetum felle admixtum, quo non guſtus delectatus fuit, ſed ſummè amaricatus cũ omnibus interioribus ſuis. Et in illo primo nuptiarum conuiuio, cui interfuit, vinum defuit, quia parcè appoſitum fuerat, & ipſe ſupplere dignatus eſt, primumque miraculum facere, aquam conuertendo in vinum, vt vſum illius nõ damnaret, quem per hoc, moderatum eſſe debere, ſignauit. Et in tota vita ſua, ita ſobriè vixit, vt per Pſalmiſtam dixerit, *Genua mea infirmata ſunt à ieiunio*. Quo vtique carnem macerabat, abſtinendo ſe à ſuperfluo potu, & cibo. Igitur hac, & ſimilibus cogitationibus armatos nos volens Petrus, Chriſti exemplo, ſubiungit, non eſſe in poſterum viuendũ, vt priùs. *Sufficit enim* (inquit) *præteritum tempus ad voluntatẽ gentium conſũmandam, his, qui ambulauerunt in luxurijs, deſideríjs, vinolẽtijs, comeſſationibus, potationibus, & illicitis idolorum cultibus*. Vbi cum vinolentijs, & potationibus, coniunxit idololatriam; quia vtique cultus idóli, proximus eſt multo potui.

1. Petr. 4. 1.

Ecclus. 31.

Pſal. 108. 24.

1. Petr. 4. 3.

Et certè manifeſtum eſt hoc, primò, in Iſraelitis, qui confecto conflatili vitulo, & in honorem ipſius comedentes, & illi immolata bibentes, idolatrarunt. Sic enim in Exodi libro narratur. *Surgenteſque mane, obtulerunt holocauſta, & hoſtias pacificas, & ſedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere*. Vbi Lyranus ſic ait. *Hoc faciebant in veneration em idoli, quod pertinet ad idololatriam. Vnde in hebræo habetur, & ſurrexerunt illudere, quia idololatria eſt illuſio diuina.* Et eadẽ verba ad hoc confirmandũ Apoſtolus affert. 1. Cor. 10. 7. & P. Auguſtinus de ipſo populo ita ludente, & ſaltante ſic inquit ſer. 231. de temp. tom. 10. *Poſtquàm vinum, pluſquam oportebat, accepit, idola ſibi fabricare fecit, & in honorem ipſorum idolorũ, cæpit phreneticò chorus ducere more, & diuerſis ſaltationibus membra torquere*.

Exod. 32. 6.

Lyran.

P. Auguſt.

Secundò idem apparet in Baltaſſare Rege Babylonis, vt Daniel. 5. narratur, qui iam temulẽtus, iuſsit afferri vaſa aurea, & argentea, quæ fuerant in Hieruſalẽ cultui veri Dei dicata, & incœpit ipſe in eis bibere ſimul cum Optimatibus ſuis in veri Dei contẽptum, & in honorem Deorũ ſuorum. Sic enim ait ibi Scriptura. *Tunc allata ſunt vaſa aurea, & argen-*

Daniel 5. 3.

Digitized by Google

argentea, quæ asportauerat de tẽplo, quod fuerat in Hierusalem, & biberunt in eis Rex, & Optimates eius, vxores, & concubinæ illius. Bibebant vinum, & laudabant Deos suos aureos, ligneosque, & lapideos. Vbi S. Hieronymus
S. Hieron. sic dicit. *Laudant autẽ Deos suos insultantes Deo Iudæorum, quòd, illis victoriam tribuentibus, bibebant in vasis eius.* Est autem idololatria peccatum grauissimum, turpitudinem maximam habens, quæ sequitur ex temulentia. Vide ergo, quàm deformis, & turpis sit, & ideò abhorribilis. Vt quid ergo ad illam cor tuum apponis? quare non horres? quare non fugis?

Secreti reuelatrix.

IAm quidem superiùs, ad probandum, quantum deceat sobrietas Principem, vt secretum omninò regimini necessarium, seruet, ostendimus ebrietatem fidem secreti violare, ex scriptura
Prou. 31. 4. dicente, *Nullum secretum est, vbi regnat ebrietas*. Et hoc etiam significarũt antiqui, qui teste Athe-
Athen. næo lib. 2. Bacchum, *nudatum*, & *discalceatũ* pinxerunt, verbis istis subscriptis, *In vino veritas*. Quia vtique homo ebrius, omnia sua interiora denudat, & pandit occulta, tam sua, quàm aliena. Vnde prouerbium illud est ortum, *Non audiri verum, nisi à tribus hominum generibus, pueris, ebrijs, & insanis*.

Hinc de ebrietatẽ dixit Horatius, lib. 1. Epist. *Operta recludit*. Horat.
Et Æschylus relatus à S. Maximo, serm. 30. *Aes, formæ speculũ est, Æschyl.
vinum, mentis*. Innuebat namque in vino arcana perinde obijci obtutibus, ac formam speculo.

Et Eratosthenes ad hoc explicandum, ebrietatem comparabat Eratosth.
valido vento, qui, vt conturbat mare, & illius pandit profunda: ita temulẽtiam, aiebat, hominem conturbare, & cordis secreta reuelare.

Aliud ferè simile Seneca adduxit his verbis, *Quemadmodũ mu-* Seneca.
sto ãolia ipsa rumpuntur, & omne, quod in imo iacet, in summã Epist. 28.
partem vis caloris eructat: sic, vino exæstuante, quidquid in imo iacet abditum, effertur, & prodit in medium.

Hanc quoque veritatẽ S. Ambrosius meditatus, multos Iudices refert, olim ad veritatem extorquẽdã, vino vsos potiùs, quàm tormento. *Plerique* (ait) *etiam* S. Ambr.
vino vtũtur, vt equuleo: & qui- de Elia c.
bus tormenta non elicium vocem 17.
proditionis, eos tentant bibendo, vt patriæ statum, salutem ciuiũ, defensionis suæ prodant consilia. Et rationem subdit. *Virtus enim plerumque vincit dolorem: fidem autem potus excludit*. Qua vtique seruatur secretum.

Quàm verò turpe sit fidẽ violare secreti, Sapiens significauit, cùm dixit. *Ei, qui reuelat mysteria, ne commiscearis*. Vbi conui. Prou. 20. 19.

Digitized by Google

ctus, & congressus illius interdicitur, qui nescit seruare arcana. Et quis hic sit, ibidem exprimitur. *Qui dilatat labia sua.* Loquax namque, facilè, quæ intus habet, pandit, vt Plutarchus comparatione viperarũ ostendit, quarum interiora panduntur, cũ per fœtus rũpuntur. *Viperas* (inquit) *proprij rumpunt fœtus: sic homo garrulus, cum vel sua promit arcana.* Est autem *verbosa* ebrietas, vt supra ostensum est, & ideò secreti nescia. Quod pariter Seneca confirmat, cum ad Luciliũ ait, *Nihil æque proderit ad quietem commodam retinendam, quàm minimum cum alijs loqui, plurimum secum. Est quædam dulcedo sermonis, quæ irrepit, & blãditur, & non aliter, quàm ebrietas, aut amor secreta producit.*

Plutarch.

Senec. epist. 110.

Hoc etiam significauit Sapiẽs, cum dixit. *Totum spiritum suum profert stultus.* Vbi Caietanus, & alij, secretum intelligunt per *spiritum*. Et idem est, vt dicere, stolidum, & imprudentem, nullum seruare arcanum. Diximus autem suprà, & repetemus inferius, insensatum, ebrium fieri, prudentiq; pati iacturam. Vnde non mirum, si secreti non seruat clausurã. Si ergo hoc est tam turpe, vt violatorem secreti fugere iubeamur, cur ebrietatem non fugimus, per quam hoc malũ incurrimus?

Prou. 29. 11.

Caiet.

Ebrietas *Sacrilega.*

EX historia Balthassaris narrata superiùs, hoc constat, qui aurea vasa, & argentea cultui diuino dicata, ad conuiuium iam ebrius iussit afferri, & in ipsis, tam ipse, quàm cæteri conuiuæ biberunt. Quæ irreuerentia maxima fuit Deo facta, & ideò sacrilegiũ. quia, vt Theodoretus notauit, *Ebrietatis instrumenta, fecit diuini ministerij instrumenta.* Quapropter etiã D. Hieronymus notat, statim hoc crimen, Deum puniuisse, qui antea dum erant vasa ista, idolorum ministerio deputata, tacitus hoc pertransiuit. *Quãdiu* (inquit) *fuerunt in Idoleo Babylonis, non est iratus Dominus (videbatur enim, rem Dei, secũdùm prauam quidem opinionem, tamen diuino cultui consecrasse) postquam autem humanis vsibus profanatio diuina cõtaminat, statim pœna sequitur post sacrilegium.* Hæc Hieronymus. Subditur enim ibi. *In eadem hora apparuerunt digiti, &c.* qui ebrij Regis mortem prænuntiabant, quæ fuit in eadem nocte sequuta.

Dan. 5.

Si ergo tam graue est hoc peccatum, & ad illud infeliciter ducit ebrietas, quare nõ horremus hoc monstrum, quod inserit nos tot malis?

Iugi nescia.

MIrum est, quantam ebrius libertatem acquirat, in-

gurgi-

gurgitando ſe vino, vt à Deo, & homine excutiat iugum, quibus antea ſubditus cum humilitate manebat, vt dixit Sapiens verbis illis, *Vinum & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes*. Et in Prouerbijs pariter eſt ſcriptum, *luxurioſa res vinum*. Alij legũt, *indomitum, effrænatum, incaſtigatum*. Quia iugum legis neſcit. cui ſubiaceat, quo edometur, & à malo abſtineat.

Eccl. 19. 2

Prou. 20. 1.

Hoc quidem ſignificauit Anna, Samuelis mater, cum temulenta reputata à Sacerdote Heli, reſpondit, *Ne reputes ancillam tuam, quaſi vnam de filiabus Belial*, ideſt, filiam Bacchi. Idem namque ſignificat Belial, ac *ſine iugo*, vt vulgatus interpres expoſuit Iudicorum 19. 22. *Venerũt* (inquit) *viri ciuitatis illius, filij Belial (ideſt, abſque iugo)* Bacchum autem, qui ebrietatis erat Idólum, antiquitas, *Liberum*, appellauit: igitur liber à iugo eſt Bacchus, & conſequenter ebrietas. Idemque fuit dicere Annam, *Ne reputes ancillam tuam, quaſi vnam de filiabus Belial*. Ideſt, ebriam, & ad omne malum effrenem, & liberam. Filiæ namque Belial ſignant ipſas ſacrificulas Bacchi, quæ Bacchæ, ſiue Mænales dicebantur, & lymphatæ, ſeu potiùs inebriatæ, nocturna Bacchanalia celebrabant. Noluit ergo ſancta fœmina de ebrietate notari, quaſi, ad omne malum libera, abſque iugo. Cui confortmis videtur alia littera, quæ legit, *Ne me reputes filiam indiſciplinatam*. Quia verè liber, indiſciplinatus, incaſtigatus, effrenatus, & indomitus euadit, qui ſe inebriat.

1. Reg. 1. 16.

Iud. 19. 22.

Quare monſtrum ingens eſſet videre religioſum ebriũ, qui ſpõte ſuaui ſe iugo Chriſti ſubiecit, quo non tantùm voluntatis collum præceptis Dei ſubmittit, verùm & conſilijs, quibus inter alia obedientiã profitetur per ſolemne votum; talis ergo iam obediẽtiam Prælati neſciret, & iugum miſerabiliter excuteret à legibus quas eſt profeſſus, & cum aliorũ ſcandalo multa hinc mala patraret, & in æternum periret.

Ebrietatem ergo ſolicitè caueamus, ac etiam eiuſdem initiũ, quia, quò magis ad illam acceditur; plus de obedientia perditur.

Ebrietas *Sordida*.

LOquens Scriptura diuina de turpitudine iſta, ſic de potatoribus dicit. *Omnes menſæ repletæ ſunt vomitu, ſordiumque, ita vt non eſſet vltra locus*. At non tantùm apud antiquos barbaros hic beſtialis effectus ebrietatis increbuit, verùm proh dolor! apud modernos, qui Chriſtiano nomine gloriantur, frequẽtiſsimè in aliquibus Prouincijs experientia patet, ita, vt conuiuia non celebrentur, in quibus non ſequatur ebrietas, & vomitoria, & matu-

Iſai. 28. 8

Digitized by Google

matulæ ſub menſa ponantur, quibus ſupernè, & infernè effundant vina, & cibos, quos comederunt, & hauſerunt, vt rursùs queãt potare, ac deuorare. Hi ſanè ingerũt, ſed non digerũt, eggerunt tamẽ, & non minùs habent fœtoris, & tormenti in eggerendo quam habuerunt odoris, & voluptatis in ingerendo. Compenſatur itaque voluptas tormento. Et hoc quidem deberet eſſe vnum bonum *Memento*, vt à tali prohiberentur delectamento.

Neque neceſsitas vomitus poſt crapulam, à peccato quemquam excuſat, quia præuidendo, illam ex ebrietate ſequuturam, iam vaſa parauit. Et conſequenter iam neceſsitas iſta, eadem ebrietatis culpa culpabilis manet, vt S. Thomas in ſubiecta materia, verbis iſtis aſſeruit. *Vitioſum eſt, quòd aliquis huic neceſſitati ſe ſubdat per immoderantiam cibi, vel potus.*

S.Th.2.2. q.148.ar. 6.ad.2.

Ebrietas *Serua*.

SEruitutem iſtam ſufficienter inſinuauit Apoſtolus, cùm vinum immoderatum anibus interdixit, dicens, *Anus ſimiliter nõ multo vino ſeruientes.* Vbi Hieronymus, *Signanter* (inquit) *expreſsit, non multo vino ſeruientes: ſeruitus enim quædam eſt, & extrema conditio, vino ſenſus hominis occupari, & non ſuum eſſe, ſed vini.* Et notabiliter quidem

ad Tit.2.3.

S.Hieron

S. Doctor, *extremam* aſſerit eſſe conditionem, qua vtique creatura mẽte compos, inſenſibili creaturæ deſeruit.

Hinc etiam in aliam incidit miſeram ſeruitutem, qua alteri homini ſubditur ſeruiendo, quæ licèt tam vilis non ſit, tamen miſera ſatis, quia illi caro repugnat. Hoc autem ita contingit, quia deditus vino, vt illo immoderatè fruatur, ſubſtantiam ſuam conſumit. Et ita pauper effectus, alijs cogitur miniſtrare. Videat nunc, qui ſeruitutem erubeſcit, quomodò hinc ad ſobrietatem alliciatur, ebrietate repulſa.

Cæca, Inſenſata.

PEr immoderantiam potus, ligatur ratio, & conſequenter ebrius manet mẽte obcęcatus, & inſenſatus, recto priuatus iudicio. Vnde de ebrijs loquens Diuinus Spiritus per Iſaiam Prophetam, dixit, *Neſcierunt præ ebrietate, abſorpti ſunt à vino, ignorauerunt iudicium.* Quia vtique inſenſati facti nequeũt diſcernere, & decernere iuſtum. Hinc P. Auguſtinus ſerm. 231. de temp. ante med. tom. 10. inquit, quòd in ebrijs reſidet *animi, ac mentis ſtupor.*

Iſai.28.7

Propterea in Prouerbijs ebrietas prohibetur, dum dicitur, *ne intuearis vinum.* Et inter prohibitionis cauſas, quæ ſubduntur, ponitur iſta. *Eris ſicut dormiens*

Prou.23. 31.

Prou.23. 34.

in

Digitized by Google

in medio mari, & quasi sopitus gubernator amisso clauo. Quemadmodum namque dormiens rationis vsum habet ligatum, & in hoc sensu, mente dicitur obcœcatus; ita, qui ebrius fit, nauclero sopito assimilatur, qui clauum amisit, ideſt, rectum rationis iudicium, quo nauim animæ suæ, cœlestia contemplando, ad cęlestem portum feliciter deberet dirigere, sed præ ebrietate nescit, quia vsum rationis amisit.

Hinc prouidus sui quidam dixit, *Cogitaui in corde meo abstrahere à vino carnem meam, vt animum meum transferrem ad sapientiam, deuitaremque stultitiam, donec viderem, quid esset vtile filijs hominum, quo facto opus est sub sole numero dierum vitæ suæ.* Sapientem hunc imitatus Alphonsus Aragoniæ Rex, interrogatus cur vino dilutissimo sitim expleret, sic sapienter respondit; *Quia vino sapientia obscuratur*. Vt etiam probat, quod contigit Phocæ Imperatori, qui cùm eo die, quo ludi equestres peragebantur, in potu excederet, à plebe per ignominiã, verbis huiusmodi est notatus. *Rursùs è cãco* (poculi genus est, à sono, quem edit, effluente vino, simul, & aëre) *bibisti, rursùs mentem amisisti*. Ita refert Magnum Theatr. verbo *Ebrietas*. Vides igitur, frater charissime, quomodò non solũ caligant *corporis* oculi ebrij, sed etiam *mentis*, quod turpius est. Et aliquando turpissimè penitùs obcœcantur, & veluti stultus, ebrius deuenit. Si ergo ita diligis amabilem visum corporeum, & à fortiore, diligere debes *mentalem*, quare sic obrueris vino, quo, aut obtunditur, aut obsorbetur omninò?

Eccle.2.3

Alphons. Rex.

Magnum Theatr.

Ebrietas *Epicurea*.

EPicurus est, qui aliam vitam non curat, sed animam cũ corpore, omninò perire putat, ideoque se totum dat visibilibus, & consequenter vino. Tales sunt, qui dicunt,

Ede, lude, bibe, post mortem, nulla voluptas.

Et apud Isai. *Edamus, & bibamus, eras enim moriemur*. Et apud Sap. *Vino pretioso, & vnguentis nos impleamus*. Igitur, quia vinum nimium, hominem reddit insanum, non mirum, si illius delectamẽto illectus, in Epicuri erroré labatur, & sic aposta-tet à Deo, animæ immortalitatẽ non credens, & hinc se vino sine fræno inebrians. Ebrietas ergo frequenter fit Epicuræa. Si igitur Epicuri status ita deformis existit, quare amorem vini nõ fugis, per quem tantum malũ incurris?

Isai.22. 13.

Sap.2.7.

Ebrietas *Egena*.

EGens frequenter est ebrius, quia *otiosus*, & *prodigus*. De *otio* clarum est, quia conuiuijs, va-

Digitized by Google

vacat nō operi. In hoc ſenſu Sap. dixit, *Operarius ebrioſus, non locupletabitur.* Nam vt ibi ait Lyran. *Per ebrietatem lucrū conſumit, & ab opere impeditur.* Igitur otioſus eſt. De otioſo autem pariter ſcriptum eſt, *Qui ſectatur otium, replebitur egeſtate.*

Eccli. 19. 1.
Lyran.
Prou. 28. 19.

Quod etiam de *prodigalitate* patet. Nam ſimiliter in Prou. dicitur, *Luxurioſa res vinum.* Et Ambroſ. legit, *Prodigum eſt vinum.* Quod ita exponit, vt qui indulgent vino, ac conuiuijs, prodigi ſint, ac facultates ſuas, & patrimonia, cum vino ſimul exhauriant. Ecce ebrioſi, laborioſi, paupertatis labore, non quem amor Chriſti inuexit, ſed vini. Si igitur communiter egeſtas horrori eſt, & mærori, horrori nobis ſit vinū nimirum, per quod incurrimus hoc exitium.

Prou. 20. 1.
Ambroſ. 2 offic. c. 21. tom. 4.

Omnibus malis plena.

Gloſſa ad illa verba, *Ad miſcēdam ebrietatem*, Iſai. 5. ſic dicit, *vinum continet omne vitium.* Ergo ebrioſus omnibus malis eſt plenus, ſaltem in radice, quia in ſe habet vitium ad omne malum inclinans. Quapropter (inquit Ambroſ. lib. de Elia, & ieiun. c. 12 *In quod facinus non iſta præcipitat?* Intelligit ebrietatem, & indicat, nullū eſſe tum ingēs ſcelus, ad quod nō perducatur ebrius.

Iſai. 5. 22.
Gloſſ.
Ambroſ.

Igitur, vltrà narrata ſuperiùs, quæ faciem ebrietatis ita reddūt deformem, & horribilem, hoc ipſum recogitare, eam ita abominabilem reddunt, vt ſi quis ſanę ſit mentis, nequeat fieri, quin ipſam abominetur, & horreat.

CONSIDERATIO III.

Ex bonis, quæ impedit.

PRofectum nimirum, & cœlum. De *profectu*, in via Dei præcipuè intelligitur. In hoc ſenſu dixit Anna Samuelis mater, Sacerdoti Heli, cum eam temulentam putauit, *Ne reputes ancillam tuam, quaſi vnam de filiabus Belial*, quaſi diceret. *ſine iugo*, vt expoſuimus ſupra. Quia iugum legis diuinæ excutit facilè, qui ſe tradit nimio vino. Ideoque cum in ſpiritu proficiat ſobrius per obſeruantiam legis, in eodem per inobſeruantiam, ebrius deficit. Proinde alia litera legit, *Filiam ſine profectu*.

1. Reg. 1. 16.

Et hoc quidem in Deuteronomio etiā indicatur, vbi de homine cibo, & potu ſatiato, ita pronuntiatur: *Incraſſatus, impinguatus, dilatatus.* Vtique copia cibi, & potus. Et effectus ſubditur ad propoſitum, *Dereliquit Deum factorem ſuum, & receſſit à Deo ſalutari ſuo.* Ecce impedimentum profectus, quia vinoſus homo, in via Dei non progreditur, ſed regreditur.

Deut. 32. 15.

Hoc ipū ſub nomine *Sapientiæ*, qua vtique via Dei ſcitur, &

no-

Digitized by Google

nobis ſapit, dixit Sapiens verbis
Prou. 20. 1. iſtis. *Luxurioſa res vinum, & tumultuoſa ebrietas, quicumque bis delectatur, non erit ſapiens.*
Vnde, vt ſuperiùs notauimus, di-
Eccle. 2. 3 xit Eccleſiaſtes: *Cogitaui in corde meo, abſtrahere à vino carnẽ meam, vt animũ meum trãsferrem ad ſapientiam, deuitaremq. ſtultitiam.* Quia vtique eligitur malum, & relinquitur bonum.
Igitur per abſtractionem à vino, ſapientia vera acquiritur, qua in via Dei proficitur, & per vinum nimium, impeditur.

Et certè omnes turpitudines ſuprà narratæ, Conſideratione præterita, veritatem hanc manifeſtè oſtendunt. Nam ebrioſus per omnes illas frequẽter à Deo recedit, & ideo, non proficiendo, minimè ad illum accedit.

Hinc etiam cælum impedit, quod nullus ingreditur, niſi mundus à ſorde. Vt expreſsè Beatus Paulus Apoſtol. aſſeruit, di-
1. Cor. 6. 10. cens, 1. Corin. 6. *Neque ebrioſi regnum Dei poſsidebunt.* Malum igitur, ebrietas, ſummum eſt, quia bonum impedit ſummum. Si ergo malum omne eſt fugiendum, ſummè fugiatur ebrietas, quæ impedit bonum ſummum.

CONSIDERATIO IV.

Ex *Pœnis, quas ſubit.*

PRæter pœnam damni in priuatione viſionis, & fruitionis diuinæ conſiſtentem, quæ habetur in Patria, & dicitur *Regnũ Dei*, vt proximè diximus, & per ebrieratem incurritur, eſt etiam pœna ſenſus, quæ multiplex quidem eſt, cuique peccato reſpondens. Cum tamẽ peccata ſpecialia, ſpecialibus pœnis ſint puniẽda, pœna peculiariter ebrietati reſpondens, ſitis exæſtuans eſt, crucians amariſsimè ebrium, qui, potando, deliquit, vt conſtat ex ſcripturis. Nam Iſai. 5. 11. dicitur. *Væ, qui conſurgitis mane ad* Iſai. 5 11. *ebrietatem ſectandam, & potandum vſque ad veſperam, vt vino æſtuetis. Cithara, & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in conuiuijs veſtris, vt opus Domini non reſpicitis, nec opera manuum eius conſideratis.* Hìc iã Epicuræa inclamatur ebrietas, quæ tota potui, & eſcis tradita, aliam vitam nõ curat. Ob id ſubſequitur pœna. *Propterea* (inquit) *captiuus ductus eſt populus meus, quia non habuit ſcientiam*, ſcilicet altetius vitæ, vbi anima ſpirituali alimonia lõgè nobiliori reficienda eſt. Sed quomodo ductus eſt populus ebrioſus? *captiuus.* qua captiuitate? dura nimis, in qua anima fame interit, & cruciatur ſiti. Subditur namque: *Et nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius ſiti exaruit.* Et ne locus ignoretur durisſimæ captiuitatis iſtius, ſubiungitur. *Propterea dilatauit infernus animã ſuam, & aperuit os ſuum abſque*

Digitized by Google

vllo termino. Vbi ebriorũ maxima multitudo ſignatur, qui ita in inferno cruciãdi ſunt in ęternum.

Hoc ipſum iterum per eundẽ
Iſ.65.11. Prophetam, Dominus his verbis pronuntiat, *Vos, qui dereliquiſtis Dominũ, qui obliti eſtis montem ſanctum meum, qui ponitis fortunæ menſam, & libatis ſuper eam*. Ecce obliuio Dei, & Idololatria cõmiſſa in honorem fortunæ, & pro hoc ebrietati opera data. Et ſubditur pœna. *Propter hoc, hæc dicit Dominus. Ecce ſerui mei comedent, & vos eſurietis: ecce ſerui mei bibent, & vos ſitietis*. Loquitur autem Dominus de cibo, & potu ineffabiliter dulciſsimis, quibus Beati in Patria reficiendi ſunt, & de ſiti cruciantiſsima, qua ebrioſi in inferno incõſolabiliter cruciandi sũt. Et quia in conuiuijs potatorum, frequenter cytharæ ſunt, & lyræ, ac tympana, quibus ſtultè lætantur, canunt, & gloriantur, etiam inordinationi iſti ſuccedet confuſio, & dolor amariſsimus cordis. Hoc enim ibidem ſubditur,
Iſ.65.14. *Ecce ſerui mei lætabuntur, et vos cõfundemini: ecce ſerui mei laudabunt præ exultatione cordis, et vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione ſpiritus, vlulabitis*.

Eſt autem ſeriò conſiderandũ, ſitis cruciatus, quàm durus ſit. Nam filij Iſrael, ab Holoferne obſeſſi, elegerunt magis, gladio perire, quàm ſiti, vt conſtat ex illis verbis: *Sit finis noſter breuis in ore gladij, qui longior efficitur in ariditate ſitis*. Hinc iam mente, quæſo, frater, conſurge, & horribilem hanc pęnam conſidera; quam acerbiſsimè augebit memoria dulcium poculorum, quæ ebrius in hac vita cum alijs lætus ebibit, dum ſe videbit iam illis æternaliter deſtitutũ, abſque vlla ſpe, quòd poſſit vltra æſtuantiſſimam ſitim ſuam extinguere.
Iudith.7 17.

Veritatem hanc S. Ioel Proph. meditatus, validũ hinc argumentum confecit, quo omnes, ebrij, pœnitentia amplexata, ad ſobrietatem redirent: *Expergiſcimini* Ioel. 1.5. (inquit) *ebrij*, vtique ab ebrietatis profundiſsimo ſomno, *& flete, et vlulate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine*. Ecce pœnitentia. & ſubditur cauſa, *Quoniã perijt ab ore veſtro*. vbi ponitur *perijt* pro *peribit*, vt certitudo pœnæ iſtius ſignetur, quia tam certò erit, ac ſi iam facta fuiſſet. Nam proculdubio dolor ille infructuoſus ſequetur, niſi in hac vita, ebrij doleant, & reſipiſcant.

Conſidera ergo ſeriò, frater mi, quantus erit ardor ille ſitis æternæ, & quàm acriter te cruciabit, qui modò ſitim breuẽ neſcis portare. O ſi veritas iſta penetraret cor noſtrum, quomodo immoderatos calices nunc horreremus, & ſobrij facti, ſitim hanc horribilem euaderemus!

Oſten-

Digitized by Google

Oſtenditur, quomodo etiam in hac vita, ebrioſi, frequenter pœnam mortis incurrunt.

Conſtat hoc, tùm ex hiſtorijs diuinis, tùm ex humanis. Ex diuinis quidem, quia 2. Reg. 13. narratur, quomodo Amnon filius Dauid, cum eſſet in conuiuio temulentus, occiditur à ſeruis Abſalonis propter ſtuprum Thamar ſororis ſuæ. Poſtquam enim Abſalon biennio diſsimulauit vindictam, nullum tempus aptius ad eam putauit, quàm temulentiæ. Sic enim dixit pueris ſuis: *Obſeruate, cum temulẽtus fuerit Amnon vino, & dixero vobis, percutite eũ, & interficite.* Et executio ſubditur. *Fecerũt ergo pueri Abſalon aduersùm Amnon ſicut præceperat eis Abſalon.* 2. Reg. 13. 28.

Pariter 3. Reg. 16. Ela Rex Iſrael, cum eſſet ebrius factus, à Zambri percutitur, & occiditur. 3. Reg. 16.

Similiter 1. Machab. 16. Simon ebrius cũ duobus filijs ſuis Mathatia, & Iuda, à Ptolomæo filio Abobi fuit extinctus. 1. Mach. 16.

Holofernes etiã, vt ſupra narratum eſt, temulentus perit. Et à quo orbis terrebatur, ebrius factus, manu fœminæ decapitatur. Iudith 13. Iudith. 13

Ex humanis hoc etiam poſſumus demonſtrare.

Primò, quia Agro Illyricorum Rex, qui gloriabatur, ſe Ætholos vicisſe, in ebrietatem conuerſus, laterum dolore fuit extinctus, vt ſcribunt Polyb. lib. 2. & Ælian. lib. 2. var. Hiſtor.

Secundò, Antiochus Rex à ſodalibus, quos in conuiuio temulentus pulſauerat, occiſus eſt. Plin. cap. 54. de vir. Illuſtr.

Tertiò, In conuiuio quodam ab Alexãdro Magno parato, præmioque aſſignato illi, qui plus bibiſſet, qui victor fuit, triduò dũtaxat ſuperuixit, & ex compotatoribus, quadraginta, & vnus extincti. Ita Chares Mitylenœus lib. 10. cap. 12.

Quartò, Thomas Cantipratenſis lib. 2. cap. 12. nu. 5. loquens de Prælatis, qui lautiùs, quàm par ſit, viuunt, hoc affert exemplum, quod ſuo tempore in Francia cõtigit. Erant, inquit, duo ſenes monachi, ab ipſis puerilibus annis, pares in ſcelere, diſſoluti valdè, in Monaſtica obſeruãtia enutriti. Hi ſibi plures è iuuenibus in immunditia aſsidui, quotidie copulabant, ſeorſim vacabant epulis, riſibus, & cantibus exultabant, innocentibuſque, ac ſimplicibus detrahebãt. Cum de eorum inſolentijs, Conuentus quotidie nõ mediocriter turbaretur, nec eſſet, qui corrigeret delinquentes: vidit Dominus, & ad iracundiam concitatus eſt. Vix enim ſinit turbationem piorum clauſtralium inultam. Accidit igitur quodam veſpere, vt ſecũdùm conſuetudinem ſuam, eſculentore ad voraginem inhiarent. Vix

ori.

Digitized by Google

óri cibis appoſitis, quartum, aut quintum bolum manus obtulerat, cum ecce vnus prædictorum ſenum, ſubita ingluuie ſtrangulatus, euerſis ſtatim oculis, expirauit. Territi igitur omnes, qui cõfederant, ſurrexerũt. Nec diù poſt ſuperſtes vetulus, ſocij animaduerſione non fractus, licèt ad momentum horruiſſet, ſicut porcus occiſus à lanione, reſumpta audacia, reſedit ad menſam. Et cum enormi crapula ſic eſſet repletus, vt amens penitùs portaretur ad lectum, quaſi brutum animal expirauit. Horrore ergo omnes exẽplorum talium perturbati, vitam ſuam, & mores in meliùs mutauerunt, communemque vitam, & cibum ſtrictiſsimè ſeruauerunt.

Quintò P. Martin. del Rio diſquiſ. Magic. lib. 3. p. 1. q. 7. ſic narrat. In Flandriæ comitatu, Prioratus eſt. Tres ibi, nomine tenus, monachi degebant, re, ganeones, & concubinarij. Sua cuique erat, nec pudor vllus aderat, ſimul helluari, & libidinari: quadam die in ſeram noctem, compotatione patrata, vnus, qui minus ſceleroſus: ſat, ait, Baccho, libidinique datum: Deo gratias ſaltẽ. Ego verò, ſubinfert alius procacior, cacadæmoni gratias ago, & agendas cenſeo, cui operamur, & cum riſu, menſa relicta, ruit in cubicula. Singuli cum ſcorto vix decubuerant. Ecce ibi in triclinium, vi ianua reſerata, dæmon magni atri, & trucis viri ſpecie, habitu venatorio, & cum eo coci duo paruuli, obambulat, & lectos circumſpicit toruo vultu. Deinde horrenda voce, vbi, qui mihi gratias egit? Adſum, referam. Lecto abſtrahit pauitantem, & fermè, præ metu, animam efflantem. Traditum cocis, iubet infigi veru, & luculento igne probè, aſſari. Parent promptè. Aſſatur infelix. Emoritur planiſſimè. Cæteri ferè præ formidine. Aſſi corporis nidore cubiculum impletur. Demùm venator ad ſuperſtites ſub ſtragulis trepidantes vix viuos; digni vos etiam, ait, pari ſupplicio, nec deeſt voluntas mihi. Vetor vi maiori: inuitus abeo, & moneo: Reſipiſcite, aut manent terribiliora. Diſparent laruæ: nec tamen hìc alijs animus redijt, vel vox, niſi clara iam luce. Vbi ſurrexère, collegam inueniũt mortuum. Et, ne viſum inane putes, plenè aſſatum. Subdit deinde Author. *Haud ſcio, an ab aliquot ſæculis quidquam ad exemplum vtilius acciderit. Scio locum, & ordinem, ſed vtrumque ſilentio inuoluo.*

Sextò. Greg. Turon. Hiſtor. Franc. lib. 8. c. 34. ita etiam narrat. Cum Princeps tenebrarum, mille habeat artes nocendi. Quid nuper geſtum fuerit, pandam. Vennocus Britto presbyterij honore præditus, tantæ ſe abſtinentiæ dedicauit, vt indumento de pellibus tãtùm vteretur, cibum de herbis agreſtibus incoctum ſumeret: vinoi verò tantùm vas ad os ponaret,

ret, quod magis putaretur libare osculo, quàm haurire: Sed cùm eidem deuotorum largitas, frequenter exhiberet vasa, hoc plena liquore, didicit, quod peiùs est, extra modum haurire, & in tantum dissolui potione, vt plerumque ebrius cerneretur. Vnde factum est, vt inualescente temulẽtia, tempore præcedente, à dæmonio correptus, per energiam vexaretur, in tantum, vt accepto cultro, vel quodcumque teli genus, vel lapidem, aut fustem potuisset arripere, post homines insano furòre discurreret. Vnde necessitas exegit, vt catenis vinctus custodiretur in cellula. In hac quoque dãnatione per duorum annorum spatia debacchans, spiritum exhalauit. Hactenus iste Author.

Hinc iam patent etiam duo, quæ supra de ebrietate docuimus. Scilicet, quod *blandè* ingrediatur, & *difficillimè* euitetur, *nisi præcidatur occasio*, & quòd *insana* fiat, cum intrat.

Septimò, in eo, quod anno 1595. contigit cuidam ebrioso in oppido *Baccharab* inter Constantiam, & Moguntiam in ipsa Rheni ripa sito, quod ita nominari dicitur, ex optimo vino, quod nascitur ibi. Hìc igitur, cum quidam ad Cauponam accederet, vt, de more, temulentus fieret, & omne malum exerceret, ad eum vxor eius accessit, iam grauida, eum obsecrãs, vt ab ista impietate abstineret. Quam ipse iratus, non tantùm monitricem contempsit, verùm miserè percussit, præcipiens, vt cum viuo suo dæmone, quem in vtero gereret, & qui illi in partu opitularetur, domum rediret, aliter se suum gladium, capulo tenus, in ventrem illius impacturũ. illa vero, eia mi vir, Ego ne viuum gero dæmonem? esto igitur: nec plura loquuta, domum reuersa est, maritum inter combibones, aleatoresque relinquens. Cum domum venisset mulier, dolores partus sensit, & 14. Martij monstrum horrẽdum, & maximè prodigiosum peperit, anteriore, superiorique parte, homini: posteriori, inferiorique, serpenti simile, caudam habens tribus vlnis longam. Ebriosus autem, cum libidinem suam, potando, ludendoque satis explesset, & ipse domum redijt, ingressusque est vbi, & puerpera, & partus iacebat. Monstrum instar serpentis in eũ illatum, sibilans, cauda sua implicatum hominem, venenosis ictibus, eum in modum pupugit, vt in toto corpore tuberibus, contusionibusque plenus, paulò post infelicem animam exhalauerit. Marito mortuo, puerpera quoque extincta est; & tandem mõstrum viuere desijt, quod in vindictã ebrietatis fuerat à Deo paratum. Ita narrat Mich. ab Isselt. 12. Merc. Gal Belg. ann. 1595. relatus à Magno Theatro mundi, ex quo, verbo *bibaces*, & verbo,

Digitized by Google

ebrietas ſupradicta exempla deprompſimus.

Et ſanè innumeri ſunt caſus, tam antiqui, quàm moderni, hoc ipſum comprobantes. Ex quibus, ſaltem formidine pœnæ, deberet ſe quis à temulentia abſtinere, vt ſic per timorem, intrante paulatim amore, diſceret, cum Dei gratia, à malo hoc declinare, & bonum facere, ſobrietatem ei oppoſitam amplectendo viriliter, quod nobis Dominus Deus præſtare dignetur. Amen.

PRO-

Digitized by Google

PROPVGNACVLVM XII.

CONTRA GVLAM.

PRÆAMBVLVM.

Magnitudo hoſtis, & neceſsitas tractatus oſtenditur.

DIABOLVS, qui continuum bellum contra nos gerit, hoc vtitur vitio, tamquam armigero ſuo, vt nos per illud ſupplantet. Sic cum primo homine fecit, dicens illi, *Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis de omni ligno Paradiſi?* In ipſo namque, per vitium iſtud poſteritatem totam tentauit proſternere, quam deinceps callidè eſt aggreſſus peculiaribus pugnis, *Tantò fraudulẽtiùs, quãtò occultiùs*, vt notauit Gregor. Et rationẽ ſubdit, *Quia & quaſi neceſſarium ſuggerit cibum corpori*. Vnde concludit, cæteris vitijs hoc callidius eſſe, quia cętera apertè mala apparent: hoc, ſpecie neceſsitatis velatur, & ideo facilè decipit, nec quemquam à pugna excipit.

Geneſ. 3. 1

S. Greg. in 1. Reg. lib. 5. cap. 11. circ. init. tom. 1.

Ita autem dæmon circa nos ſe gerit, quia per vitium iſtud deſtruit omnes virtutes, & nos ad cætera vitia pertrahit. Hoc enim idem S. Doctor, ait, ſignificatum in Nabuzardan Principe exercitus Regis Babylonis, qui totum murum Hieruſalẽ diruit per circuitũ, vt Ierem. 52. narratur. Vbi Nabuzardan Septuaginta Principem interpretantur cocorum, *Princeps* (inquit Gregorius) *Cocorum venter eſt, cui magna cura obſequium à cocis impẽditur, vt ipſe delectabiliter cibis impleatur: muri autẽ Hieruſalẽ, virtutes ſunt animæ ad deſideriũ ſupernæ patriæ eleuatæ. Cocorum igitur Princeps, muros Hieruſalem deijcit, quia dum vẽter ingluuie extenditur, virtutes animæ per luxuriem deſtruũtur.* Hæc Gregorius. Virtutibus igitur expulſis, vitia intrant, & totalis animæ fit ruina. *Ex vno gulæ vitio* (ait idem S. Doctor) *Innumera vitio-*

Idem 3. p. Paſt. admon. 20. tom. 3. & 30. Mor. c. 13. to. 2. prim. loc. cit.

Digitized by Google

rum agmina ad conflictum animæ producuntur.

P. Aug in quæſt nou & vter teſt. q 120

Et P. Auguſtin, inquit. *Si eſca, & crapula homo fuerit grauatus, alterum ſe ſentit, quàm eſt. Tunc excitatur libido, accenditur ira, inflammatur ſuperbia, generatur luxuria.*

Baſil homil. 23.

S. autem Baſilius dicit. *Ita nos hoſtis iſte impugnat, vt noſtris ipſorum deſiderijs, laculorum vice aduerſus nos vtatur, & perpetuò ex nobis ipſis vires ſumat, quibus nos lædat.* Hanc ergo cõcupiſcentiam gulæ, quæ connaturalitatem quandam habet, fundatam in neceſsitate, cum delectabilitate coniunctam, ſolicitè, & facilè in nobis hoſtis is excitat, vt per illam ad omne malum nos pertrahat.

Quapropter notant vitæ ſpiritualis magiſtri, primam pugnam hanc eſſe, qua in Chriſti paleſtra, ſe milites eius exercent. Ob id enim ſe prima hac tentatione, Matt. 4. ipſe Dominus à Satana permiſit in deſerto tentare. Quia, vt ibi Gloſſa Gloſſ. notauit, *In pugna Chriſti, priùs agitur contra gulam, ieiunando, per quam victus eſt primus homo.* Et rationẽ ſubdit ſupra iam dictam, quia ex ea, vitia cætera manant. *Gula* (inquit) *libidines inflammat, concupiſcentiam carnis nutrit, quæ repugnat legi mentis.* Vbi per *libidines*, & *carnis concupiſcentiam*, peccata cuncta intelligit, aduerſantia rationi, quæ non ſuperantur, niſi gula calcata. Proinde ſubiungit. *Hæc, niſi frænetur, fruſtra contra alia laboratur.*

Et S. Gregorius lib. 30. Moral. cap. 13. inquit, *Neque ad conflictũ ſpiritualis agonis aſſurgitur, ſi non priùs, intra noſmetipſos hoſtis poſitus, gulæ videlicet, appetitus, edometur.* Et Caſsianus intulit: *Prima ergo nobis calcanda eſt gulæ concupiſcentia.* S. Greg. Caſsian. lib. 5. c. 14

S. autem Ambroſius, alia ſimilitudine pulchra, hoc nobis ſignificauit, ſcilicet, auis, quæ non capitur laqueo, niſi appetẽtia eſcę. Et ſimiliter, neque piſcis, rete: ita, neque nos cæterorum vitiorum laqueis, & reribus capi, niſi edendi cupidine. *Cum nos* (inquit) *ambulemus in medio laqueorum, per appetentiam eſcæ, retibus ſimul, & laqueis obnoxij ſumus.* Et alibi ait, *Non capit laqueus, niſi ante eſca te cœperit: dum prædã petis, laqueo te nectis.* S Ambroſ in lib de Iſaac, & anim. c. 4 & Pſ 118 oct. 14. verſ. pen.

Omnibus ergo, laqueos vitiorum tendit diabolus, ſed eſca, qua ad illos nos trahit, & capit, eſt gula. Cum omnibus cerramen. init, vt per cuncta peccata ſupplantet, ſed primum bellum indicatum, *Gaſtrimargia* eſt, ſcilicet, gula, per quam vires animi frangit, vt nequeat illis reſiſtere.

Ab hoc igitur bello eximitur nemo. Nã eo, tam carnalis, quàm, qui ſpiritualis eſt, impugnatur. Tamen cum hac differentia; ille, *ſuccũbendo*: iſte, *reſiſtendo*. Quod Sanctiſs. P. meus Auguſtinus mirabi-

Digitized by Google

rabiliter iam conuerſus, & intus illuminatus, de ſeipſo fatetur in Confeſsionibus ſuis, ſic dicens ad Deum. *His tentationibus* (intelligit gulæ) *quotidie conor reſiſtere, & inuoco dexteram tuam ad ſalutem meam, & ad te refero æſtus meos, quia conſilium mihi de hac re, nondum ſtat.* Vbi conatum ſuum ad reſiſtendum teſtatur, & conflictus periculum, pro quo inuocat diuinam potentiam, quia humana non ſufficit. Et inferiùs, ita dicit. *Certo quotidie aduerſus concupiſcentiam manducandi, & bibendi.* Bellum igitur gerebat arduum, & continuum, quia quotidianum. Proinde ſubdit, *Non enim eſt, quod ſemel præcidere, & vlterius non attingere decernam, ſicut de concubitu potui.* Et rationem indicauerat ſupra. *Nam fames* (inquit) *& ſitis, quidam dolores ſũt, vrunt, & ſicut febris, necant, niſi alimentorũ medicina ſuccurrat:* quia ergo continuè à calore natiuo depaſcitur corpus, quotidie refici neceſſe eſt, & ita conſtat eſſe hanc pugnam, etiam in homine parco, ac ſobrio, qui tamen reſiſtit ei viriliter.

Aug. lib. 10. Conf. c. 31.

Quod notauit S. Gregorius, in Naas Ammonitarum Rege, figuratum, aſcendente pugnare aduerſus *Iabes Galaad.* Nam ait, quod *Naas*, interpretatur *Serpens*, proindeque gulã ſignificare, quia, quemadmodum ſerpens callidior animantibus cunctis, ſic & gula cunctis vitijs eſt fraudulentior. *Iabes* autem, ait, *exiccatam* interpretari, & per illam iuſtum Ieiunijs extenuatum denotari, & ad hũc, qui alta abſtinẽtię arce iã collocatus eſt, aſcendere Neas, ideſt gulam, ad impugnandum, nihil tamen proficere, quia viriliter ei reſiſtit. *Benè* (inquit) *pugnare cœpiſſe Naas dicitur, quia sãcti viri, gulæ ſuggeſtionẽ, non habent in fœdere amicitiæ, ſed in pugnæ contrarietate.*

S. Greg. 1. Reg. 11. loc. ſupr. cit.

Igitur, quia tam cõmunis eſt hoſtis iſte, & audax, vt nec ad ſpirituales viros vereatur præſumptuosè accedere, vberiùs de eius natura, cauſis, & effectibus per doctrinam infra ſubiectam prius erit agendum. Et deinceps aduersùs ipſum arma ponenda.

Doctrina circa gulam.

Quid ſit.

REſpondeo cum S. Thoma. *Eſt inordinatus appetitus edendi, & bibendi.* Inordinatio autem iſta in hoc conſiſtit, quod ad refectionem corporis, non neceſsitas, ſed delectatio alimenti nos trahat. Nam refectionis finis, debet eſſe corporis ſalus, & conſeruatio, & non cibi, & potus delectatio, quia, vt idem Angelicus Doctor docet, delectabiliũ omnium regula, eſt neceſsitas. *Vt ſcilicet* (inquit) *tantùm quis eis vtatur, quantùm neceſſitas huius vitæ requirit.* Quod priùs

S. Th. 2. 2. q. 148. ar 1. in corp.

q. 141. ar 6. in corp.

P. Auguſt. docuerat verbis iſtis. *Quantùm ſatis eſt vſurpet, vitiorum modeſtia: non amãtis affectu.* Et clariùs in confeſſ. lib. 10. c. 31. *Et cùm ſalus ſit* (inquit) *cauſa edendi, & bibendi, adiungit ſe tanquam pediſſequa periculoſa iucunditas, & plerumque præire conatur, vt eis cauſa fiat, quod ſalutis cauſa, me facere, vel dico vel volo, nec idem modus vtriuſque eſt. Nam quod ſaluti ſatis eſt, delectationi parum eſt.* Vbi apertè docet, quod finalis cauſa refectionis eſt ſalus: & medium ad hoc, eſt delectatio cibi, vt indicant verba, quæ ſubiunguntur, *Adiungit ſe tanquam pediſſequa periculoſa iucunditas.* Et in hoc, inordinationẽ cõſiſtere ait, quod non idem modus vtriuſque ſit: vt explicat ſequentibus verbis, *Nam, quod ſaluti ſatis eſt, delectationi parum eſt.* Igitur, quẽ mouet delectatio, & non neceſſitas, inordinatè reficitur, & ideo vitiosè, & gulosè.

Aug. de mor. Eccl. c. 21. circa fin. to. 1.

Non conſiſtit ergo turpitudo in delectatione cibi, & potus, quibus Deus delectabilitatem prouidè indidit, ne conſeruatio vitæ ab ipſo nobis præcepta, laboriosa adeò fieret, cùm tam frequens eſſe oporteat. Proinde de cibo Geneſ. 2. dicitur. *Produxitque Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuaue.* Et deinde ſubditur. *Ex omni ligno paradiſi comede.* Igitur ſuauitatem hinc capere, & ſentire non vetuit, cum ſuauem cibum ſumere præcepit. Et de hoc potu ſpecialiter eſt ſcriptum in Sapientiæ libro, *Vinum in iucunditatem creatum eſt.* Poſita igitur eſt ſuauitas, ſeu delectatio in cibo, & potu, ſed tanquam medium refectionis, & non, vt finis. Vnde quia ex ſe valde allicit, timenda eſt ſemper iſta inordinatio. Et hæc pugna militum Chriſti eſt, vt de ſe ipſo Pater meus Auguſtinus teſtatur, dicens in confeſſ. ſuis, *Nunc autem ſuauis eſt mihi neceſſitas, & aduersùs iſtam ſuauitatem pugno, ne capiar.*

Gen. 2. 9.

Eccli. 31. 35.

Aug. lib. 10. c. 31.

Notandum eſt tamen, quòd licèt ebrietas ſit ſpecies gulæ, quatenùs gula latè accipitur, prout omnem inordinationem in cibo, & potu includit, & conſequenter ebrietatem amplectatur, in qua inordinatio reperitur, vt ſupra in proprio Prop. eſt dictum, tamen hìc ſolùm loquimur de exceſſu, etiam in potu, non tamen ita notabili, vt vſum rationis penitùs liget, ſed quatenùs valetudini tãtùm nocet, vſu rationis ſeruato, vel quatenùs delectabilitas tantùm, & non ſolùm valetudo exquiritur. Quem exceſſum Deus nobis per Sapientem prohibuit, tam in cibo, quàm in potu, cùm dixit, *Noli auidus eſſe in omni epulatione.* Et S. Gregorius lib. 3. Moralium cap. 13. de exceſſu in cibo ſpecialiter agit, *Neq. enim cibus, ſed appetitus in vitio eſt,*

Eccli. 37. 32

S. Gregor. tom. 2.

vti-

Digitized by Google

vtique non regulatus ratione vt
D. Thom. constat ex D. Th. 2. 2. q. 148. art. 1. ad 2. vbi sic ait, *Vitium gulæ non consistit in substantia cibi, sed in concupiscẽtia nõ regulata ratione.*

Quot modis contingat?

CVm autem concupiscentia ista inordinata, consistat, vt diximus, in immoderata delectatione cibi, & potus, vt ipsemet S. Doctor replicat art. 6. quæstionis citatæ, & immoderatio ista possit contingere, vel circa cibũ, & potum, vel modum, quo ista sumuntur, quot inordinationes fuerint circa ista, totidem quis vitium gulæ incurret. Quinque autem ab ipso Angel. Doctor ibidem art. 4. ex S. Gregor. loco proximè citato distinguũtur, sequenti versiculo contentæ. videlicet,

D. Thom. S. Greg.

Præproperè, lautè, nimis, ardenter, studiosè.

Prima ergo inordinatio consistit in modo *præproperè*, quę tunc contingit, cùm debitum tempus comedẽdi quis præuenit. Sic hoc peccatose Ionathas illigauit, cum antè præscriptũ tempus à patre, de fauo mellis accepit 1. Reg. 14.

Ab hoc actu gulæ, cæteros Apostolos S. Petrus defendit, cũ Act. 2. 15. dixit, *Non enim, sicut vos æstimatis, hi ebrij sunt, cùm sit hora diei tertia*, ad ebrietatem enim transire non poterant, nisi per gulam, hìc hoc modo acceptam.

De istis quoque gulosis, qui vsque ad ebrietatem peruenire contẽdunt dicitur Isai. 5. *Væ, qui consurgitis manè ad ebrietatem sectandam*. Et ad hunc modũ inordinationis reuocari potest auiditas illa, qua in conuiuio sedens, priùs cæteris, cibum sumere præsumit, & potum petit, si ibi maior ipse non fuerit: & maximè si iuuenis sit, in quo modestiam magis relucére oportet, de quæ inquit Sap. *Si in medio multorũ sedisti, prior illis, ne extẽdas manum tuã, nec prior poscas bibere*. Isai. 5. 11. Eccli. 31. 21.

Hanc speciem gulæ S. P. N. Augustinus vetuit in Regula sua, cũ dixit, *Quando autem aliquis non potest ieiunare, non tamen extra horam prandij, aliquid alimentorum sumat, nisi cũ ægrotat*. Omnes ergo comestiones illæ, & potationes (hæc enim omnia nomine *alimentorum* complexus est) quæ extra communem refectionem fiunt, interdicuntur, tanquã actus gulosi, & vitiosi, qui quando occultè fiunt, siue furtiuè, licèt nõ puniãtur ab homine, acerbiùs punientur à Deo, in hora mortis extrema. Aug. in Reg.

Pro quo facit, quòd S. Greg. Papa narrat lib. 4. Dial. c. 38. de quodam Monacho, qui bonus ab omnibus æstimatus, tamen morti vicinus, propter gulã dãnatur. Existẽtibus nãq. corã ipso cũctis fratribus congregatis, tremens, dixit. *Quando me vobiscum credebatis ieiunare, occultè comedebam, & ecce nunc draconi ad de-* Greg. in

norãdum traditus ſum, qui cauda ſua, mea genua, pedeſque colligauit: caput verò ſuum intra meum os mittẽs, ſpiritum meum ebibens, extrahit, quibus dictis, ſtatim defunctus eſt. Hæc Greg.

Secunda inordinatio gulæ, cõſiſtit in modo *lautè*, qui iuxta Diuum Thomam, loco proximè citato, contingit, cùm quis victu pretioſo reficitur, & hic reputatur gúloſus. De quorum numero ille diues fuit, de quo Dominus in Euang. dicit, quòd *Epulabatur quotidie ſplendidè*. Vbi S. Ambroſius de pretioſis cibis id explicat. Similiter hoc modo fuerunt guloſi, qui dixerunt, *Pretioſo vino nos impleamus*. Et idem *præſuppoſitiuè* aſſeruerũt de cibo.

D. Thom.

Luc. 16. 19.

Ambroſ.

Sap. 2. 7

Identidem ſic epulabãtur illi, de quibus ait Iacob. 5. *Epulati eſtis ſuper terram, vt in die occiſionis*. Vatablus tranſtulit, *velut in die mactationis*. Ideſt, in die feſto, in quo ſolebant victimæ plures mactari. Idem igitur eſt ſic epulari, ac ſolemniter hoc facere, ac pretioſè conuiuari, ſaltem ratione plurium ferculorũ. Quo ſenſu dictum eſt, Prou. 17. *Melior eſt buccella ſicca cũ gaudio, quàm domus plena victimis, cum iurgio*.

S. Iacob. 5. 5.

Vatabl.

Prou. 17. 1

Leſſius hanc rem magis explicando, dicit, hoc modo peccare, qui pretioſiores cibos, quàm ſuo ſtatui conueniant, appetunt. Et in exemplũ affert Religioſos, qui cibis contemptis vilibus, nolũt comedere, niſi perdices, phaſianos, & ſimiles. Et ſanè hæc ſpecies gulę turpior in Religioſo eſt, ratione ſtatus, quem ſpontè elegit, qui eſt cum Chriſto paupere, quem imitaturus ad Religionem acceſsit, potiùs vili victu, quàm pretioſo, vti.

Leſſ. de iuſt & iure lib. 4. c. 3. dub. 1.

Sequitur inordinatio tertia, qua gula cõtingit, ſcilicet, *nimis*. Quam prædictus Leſsius explicans, ait, ideſt, *pluſquam natura requirat*. Et ſubdit, *Qui modus ſæp. eſt frequentiſsimus*. De quo loquens P. meus Auguſtinus loco ſupra cit. in confeſſ. ſuis, ita ad Deum loquitur. *Et quis eſt, Domine, qui non rapiatur aliquantulum extra metas neceſsitatis?* Quaſi dicat, nemo, vel rarus: ideo, qui ita eſt temperatus, ab illo, *magnus*, vocatur, & quod pro hoc gratias Deo debeat agere, quia donum illius eſt, & non meritum noſtrum. Sic enim ſubiũgit, *Quis eſt, magnus eſt, magnificet nomen tuum*,

Leſſ. vt ſæp.

Auguſt.

Non ſic fuit magnus, epulo ille, qui, vt totas epulas deuoraret, mendico Lazaro micas negauit. Luc. 16.

Luc 16.

Non ſic fuit magnus Nabal. 1. Reg. 25. qui habens conuiuium, *quaſi conuiuium Regis*, tamen ex voracitate defectum timens, Dauidi humiliter, ſibi, & pueris ſuis cibaria neceſſaria petenti, viſcera miſericordiæ clauſit. Sed nõ mirum, quia ſimilis illi guloſo erat, de quo apud Iob dicitur,

1. Reg. 25 36.

Non

Digitized by Google

Iob 20. 21. *Non remanſit de cibo eius*, quia vtique nihil illi appoſitum, ex guloſitate, reliquit. Quod Hiſpanicè ſic poteſt dici, *Todo ſe lo come, quanto le ponen de lante, ſin dexar bocado.*

Hanc *nimietatem* prohibens Diuinus Spiritus, dixit per Sapiẽtem. *Cęſſa prior cauſa diſciplinæ, & noli nimius eſſe, ne forte offendas.* Eccli. 31. 20. Vtique animam tuam per peccatum, & corpus per infirmitatem, & proximum per ſcandalum. Hoc autem debes facere, vt re diſciplinatum, hoceſt, temperatum, & modeſtum oſtendas. Sic enim, neq. te, neq. aliũ offendes.

Cùm autẽ Deus id nobis præcipiat, & verbo *noli*, vtatur, quod libertatem ſupponit, & potentiã ad malum hoc euitandum, id inde procul dubio eſt, quia cum præcepto, ſuum ſimul offert auxilium, quo hoc poſsimus perficere. Sed quia multi renuunt illo vti, ideo Auguſtinus dicit, rarum eſſe, qui hoc modo gulam deuincat, & victorem *magnum* appellandum, propter raritatem victoriæ. Quapropter, deſtructa impotentia, noſtra tantummodò arguitur concupiſcentia.

Quarta autem inordinatio, quæ reperitur in gula, eſt *ardenter* comedere, quæ tũc datur, iuxta eũ- *Leſsius.* dem Leſsium ſupra citatum, cùm quis ex concupiſcentia nimia, voraciter comedit, non mandendo cibum, ſed ferè integrũ deglutiẽdo, vt canes faciunt, & leones.

Hunc modum inordinatum Diuinus Spiritus reprobauit, cũ dixit per Sapientem. *Noli auidus* Eccli. 37. 31. *eſſe in omni epulatione, & non te effundas ſuper omnem eſcam.* Ex magna namque cibiauiditate, oritur, vt ita ſe effundat in eſcas, feſtinanter nimis comedendo, ac- ſi iam è menſa effugerent ſibi, & remanere cogeretur ieiunus.

Neque tamen propterea aliquis guloſus cenſendus eſt, quãdo immoderãtia iſta ablata, à nimia quadam moroſitate ſe abſtinet, cùm qua ſolet aliquando eſſe guloſitas, vt ſic magis cibus delectet & voluptas sẽtiatur, vt Propugn. 1. conſid. 104 notauimus. Vbi de moderata feſtinatione verba illa Exod. 12. 11. *Comedetis feſtinanter*, interpretati ſumus. Exod. 12. 11.

Quod ergo gula operatur per modum iſtum *ardenter*, eſt nimis feſtinanter, ex auiditate, comedere, ita vt cibus ſatis mandi non permittatur. Quod ſanè plurimũ ſanitati probatur obſtare. In ore namque prima digeſtio fieri dicitur, quæ, ſanitate illæſa, in ventriculo deindè perficitur. Neque etiam periclitatur modeſtia, quæ in nimis feſtina naufragatur comeſtione.

Denique inordinatio quinta in modo, *ſtudiosè*, contingit, quia ſcilicet, vt S. Thomas exponit, quærit guloſus, cibos, *nimis accuratè præparatos.* Sic iuxta Sanctum Gregorium peccauerunt filij Heli 1. Reg. 2. *Quod ex eorum* S. Th. & S. Greg. loc. cit.

voto

Digitized by Google

voto (inquit) *Sacerdotis puer, non antiquo more, coctas vellet de ſacrificio carnes accipere, ſed crudas quæreret, quas accuratiùs exhibèret.*

Eſt igitur bene notandum, quòd ciborum præparatio, ſeu condimentum, ſi moderatè fiat, gula non eſt. Ratio eſt, quia cibos inſipidos faſtidit ventriculus. Proindeque ad nutriendum inutiles ſunt, ideò prouerbium increbuit, *Quod ſapit, nutrit.* Quia ex oppoſito, *Quod non ſapit, nõ nutrit.* Vt ergo cibi nutrirẽt, & faciliùs ſine nauſea ſumerentur, & ſeruaretur natura, cõdimentũ naturę Author prouiſit, quod eſt ſal, vt Iobi verba illa oſtendunt, *Numquid poterit comedi inſulſum, quod non eſt ſale condìtum?* Quaſi dicat, minimè, propter rationem adductã. Proinde quidam Doctor modernus ad iſta verba, ſic dicit. *Sal enim tenuiſsimum, maximèque neceſſarium, & naturale palati irritamentum eſt, & paupertatis, atque frugalitatis potiùs, quàm voluptatis, & luxus ſymbolum.* Hæc ille. Et ſanè eſt ita. Ideo nãque natura, ſic abundanter prouidit, vt etiam pauperes ſine multo diſpendio illud poſſent acquirere, nullaque ſine illo non ornaretur menſa, iuxta illud Horatij.

Iob 6. 6.

Pintda.

Horat.

Splẽdet in menſa tenui, ſalinũ.

Marul. lib. 4. c. 2.

Quapropter de Apollonio Abbate Marulus narrat, quòd panẽ, olus, herbas edere ſolebat, ſed ita ſanè, vt ea ſale condíret, vel aceto maceraret, licèt coctum nihil guſtaret.

Quod igitur in vitio eſt, ſtudiũ *nimium* eſt, quo cibos condire quis curat, vltra neceſſitatem naturæ: *Vt ſi nolit* (inquit Leſsius) *comedere, niſi multo ſaccaro, vel ſuccis varijs ſit condìtum.* *Leſsius.*

Hoc præcipuè videre eſt in domibus diuitum, vbi magis de bono coquo, quàm de alio quouis miniſtro, quandoque curatur, vt proh dolor! inſeruiatur gulę, quę ſic contra animam ſæuit. Et multò ſanè magis turpitudo iſta accreſcet in domo pauperum Chriſti, qui ipſi ſponte temperantiam, & paupertatem vouerunt, & tamen huius obligationis obliti, gulæ quærunt irritamenta.

At non tantùm propter cibos condimenta quærunt guloſi, vt voluptuoſiùs comedãt, ſed etiam propter vina, vt ad illa delectabiliùs irritentur, vt probant varia condimenta illorum, & ſalſa, quæ ante comedunt, vt in maiori copia, & delectatione ſumant potũ. Et hæc de modis, quibus gula contingit. Sequitur explicare.

Quale peccatum ſit.

REſpõdeò. Eſt *carnale, nimis difficile, & valde graue.*

Quod *Carnale* ſit, patet. quia, vt S. Thomas ait, *Eſt circa ea, quæ ad ſuſtentationem corporis ſpectant*, videlicet, cibum, & potũ. Et ex Apoſtolo confirmatur dicente

S. Thom. 2. 2. q. 148. ar. 4.

Digitized by Google

Ad Gal. 5. 19. cente ad Galat. 5. 19. *Manifesta sunt autem opera carnis.* Inter quæ posuit ebrietates, & comessationes. Vbi Lyranus per *ebrietatem* intelligit quemcumque excessum in potu, licet vsu rationis non priuet; & per *comessationes*, inordinationẽ omnem circa cibũ.

Lyran.

Quod autem *nimis difficile* sit ad vitandum, patet similiter ex eodem Doctore Angelico dicẽte. *Tùm propter necessitatem assumptionis ciborum: tum etiam propter difficultatem discernendi, & moderandi id, quod in talibus conuenit.* Vbi duplex causa difficultatis signatur, videlicet, necessitas cibi, & difficultas discernendi, quod vtique necessitati sufficiat sustentandi corpus. Quæ difficultas oritur, vt superiùs ex Patre Augustino notauimus, ex delectatione, quæ admixta est cibo. Quapropter difficultervaldè quis hostis istius laqueos euadit, vt etiam Gregorius ait 30. lib. Mor. cap. 14. *Dum sibi mens ex necessitate blandìtur, ex voluptate decipitur. Quia sic voluptas sub necessitate se palliat, vt vix eam perfectus quisquam discernat.* Nõ tantùm ergo incipientes, sed iam perfecti, hinc facilè à gula vincuntur, & manus illius nimis difficulter euadunt. Proinde eam P. Augustinus loco citato *periculosam iucunditatem* appellat. Quod magis explicat in verbis sequentibus. *Et sæpè*, inquit, *incertum fit, vtrum adhuc necessaria corporis cura subsidium petat, an voluptuaria cupiditatis fallacia, ministerium suppetat.* Vbi iucunditatem, quam paulò suprà periculosam appellauerat, fallacem hìc nominat. Vt intelligatur periculosa, quia fallax. Et subiungit experientiam pugnæ, dicens, *Ad hoc incertũ hilarescit infelix anima, & in eo præparat excusationis patrocinium, gaudens non apparere, quod satis sit moderationi valetudinis, vt obtentu salutis, obũbret negotium voluptatis.* Proinde dicit, opus esse dextera Dei, ad hanc difficultatem vincendam, & confirmat ex scriptura illa, *Nemo potest esse continens, nisi Deus dederit.* Sap. 8. 21.

S. Thom. loc. cit.

P. Augus. lib. 10. cõfess. c. 31

S. Gregor.

P. Augus.

Notandùm tamen, quòd Sapientia adhoc requisita, vt colligitur ex ista scriptura, qua quis sciat tenere medium, vt neque plus, neque minus sumat, quam recta ratio dictat, non deerit cuiquam, qui pro ea ad Deum per orationem recurrerit, vt etiam dicit Iacobus, *Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter.* Ita enim faciebat idem Augustinus in difficultate hac cõstitutus; *Inuoco*, inquit, *dexteram tuam ad salutem meam.* Iacob. 1. 5

Hoc sanè est bellum difficile, ad quod conuocamur tubarum clangoribus, quibus ad bellum excitabantur milites, vt in Numer. lib. Deus ipse dixit his verbis, *Si quando habebitis epulum.* Numer. 10. 10.

&

& dies festos, & Calendas, canetis tubis super holocaustis, & pacificis victimis, vt sint vobis in recordationẽ Dei vestri. Paulò supra Israelitas ad bellum tubis conuocari, præcipit, & statim easdem inflari in epulis iubet, quasi ad prælium conuocentur, qui cõgregantur ad epulum. Et sanè ita est. Sicut enim in bello, continuò timendum est, ita & in conuiuio, in quo difficile valde est, vt per excessum, non eligatur venter in Deum, qui ad necessitatem naturæ tantùm est institutus. Proinde signanter additur, *Vt sint vobis in recordationem Dei vestri:* Vt tunc, scilicet, viriliter contra gulam pugnantes, memores sitis Dei veri, & non de illorum numero, *Quorum Deus venter est,* vt Paulus dixit, & Iudas Apostolus inquit, *Conuiuantes sine timore.* Pacem vtique cum hoste isto gerentes, pugnæ difficultati cedentes, & totos in illius prædã vos dantes. Licèt enim *Nihil ex nobis, tanquã ex nobis possimus,* vt Apostolus ait, tamen, eodem teste, *Omnia possumus in Deo, qui nos confortat* ad pugnam. Nemo ergo in ea positus trepidet, quia *In Deo sperans, non infirmabitur,* sed magis timore, orto ex amore, contra, hunc hostem firmabitur.

Philip. 3. 19. *D. Ind.* 12. 2. *Cor.* 3. 5 *Philip.* 4. 13. *Ps.* 25. 1.

Quod denique peccatum sit *valdè graue*, constat etiam. Nam quoad grauitatem, patet ex Doct. Angel. hoc asserente expressè, quando, nimirum, gula, auertit à fine vltimo, quod tunc dicit contingere, *Quando delectationi gulæ inhæret homo, tanquam fini, propter quem, Deum contemnit, paratus, scilicet, contra præcepta Dei agere, vt delectationes huiusmodi assequatur.* Neque ad grauitatem huiusmodi requiritur, quòd directè transgressio huius, vel illius præcepti intendatur, sed sufficit indirecta intentio, quod nimirum, non curet, licèt inde sequatur. Vt cum quis ita comessatur, aut potat, paruipendẽs, quòd inde graue nocumentum, suo corpori per infirmitatem sequatur, & ita incurrat, saltem implicitè, in odium sui, contra dilectionem, quam ad seipsum tenetur habere, vt colligitur satis ex eodẽ S. Doctore, ar. seq. ad 3. Et ita de similibus est dicendum.

S. Thom. q. 148 ar. 2

Ad quod confirmandum faciunt illa verba scripturæ, *Abijt paruipendens, quòd primogenita vendidisset*, hoc est, benedictionem paternam, per quam, moraliter, gratia Dei potest intelligi, quam nobis Deus donat, & qua illi grati fumus, & Sacerdotes spiritualiter, eo sensu, quo Ioan. dixit Apocal. 1. *Fecit nos regnum, & Sacerdotes Deo, & Patri suo:* Primogenita autem illa Esau, Sacerdotium Summũ erat, ad quod ius habebat, qui primogenitus erat, vt ibi notant DD. Esau, ergo, ex gula, non curauit primogenituram, & ita facit quiuis gulosus

Genes. 25. 34. *Apoc.* 1. 6.

ſus,quando ex cibi,& potus concupiſcentia nimia , paruipendit quod exinde , in alijs Deum offendat ; vt, quòd ſua prodigat,vt benè comedat,&bibat,quòd aliena furetur,ieiunium frangat,ſanitatem lædat , ad luxuriam viam faciat , & ſimilia , quæ parit horribilis beſtia iſta.

Et hinc iã pariter cõſtat, quòd non ſit *ſimpliciter* peccatum graue, ſed *valdè graue* . Proinde inter peccata capitalia numeratum.

S. Thom. q cit.ar 3 in corp. De qua magna grauitate loquẽs Angelicus Doctor, ait, *Vitiũ gulæ,habet quandam magnitudinẽ, in quantum ex ea occaſionantur diuerſa peccata* . Hæc ille . Lyranus autem aſſerit,propterea Sanctum Apoſtolum Iudam de gulo-

Lyran. *Iudas Apoſt n.12.* ſis dixiſſe . *Hi ſunt in epulis ſuis maculæ* . Notat namque, non dixiſſe,*maculati*,in concreto,ſed in abſtracto loquutum,*maculæ*,quaſi ex hoc guloſi, malitia ipſa, ſint, & non tantùm malitioſi , & hinc oriri , priuatos eſſe omni fructu operis boni, ideoque dici ab eo-

Ibid. dem Apoſtolo, *Arbores autumnales , infructuoſæ , bis mortuæ* . Ideſt,nunc quoad animam,& poſtea quoad corpus , quia comburendi ſunt in æternum,& vlteriùs dici,*eradicatæ*,vtique à charitatis radice . Et quia in ea ſtabilimentum non habent,ad omne malum trahuntur : propterea appellari ,

Ibid. *Nubes ſine aqua,quæ à vẽtis circumferuntur*, ſcilicet, ſuperbiæ , & vanitatis , quibus ſolent abundare guloſi. Sed magis ad propoſitum Interlinialis ibi,ſic ait. *Quia ad ſuggeſtionẽ ſpirituum immũdorum in diuerſos vitiorum errores raptantur.* Et hoc eſt,quod docuit S.Thomas,& nos ſuperiùs diximus,ſcilicet, hoc malum,valdè graue eſſe, quia ex eo , malacuncta,diabolo inſtigante, naſcũtur . Quod ſignificauit Kempis , cum dixit, *Fræna gulam, & omnem carnis inclinationem faciliùs frænalis* .

Interlin.

Kemp lib. 1.c.19.n. 4.

Hoc ipſum indicauit S.Iacobus Apoſtolus, dicens, *Epulati eſtis ſuper terram* . Et ſubiunxit, tanquam effectum,oſtendentem grauitatem magnam peccati iſtius , *Et in luxurijs enutriſtis corda veſtra* . Vbi non tantùm de peccatis luxuriæ eſt ſermo,ſed de cæteris etiam,ad quæ trahit concupiſcentia carnis corrupta , vt interpretatio Interlinialis Gloſſæ demonſtrat , dicens , *Omni voluptate vſi eſtis* .

Iacob.5,5.

Interlin.

Si ergo,hoc peccatum carnale eſt,ac valdè graue, & difficilè euitabile, illud timeamus ; & præcipuè illius congreſsum,quod contingit in ipſo eſu. Vigileſque maximè ſimus,ne excedamus, & peccamus .

Vnde oriatur .

INueſtigata gulæ natura , & quot modis cõtingat,adhuc oportet inquirere , quaſnam cauſas obtineat ,

Duæ

Digitized by Google

Duę autem præcipuè sunt; *sui*, nimirum, *Conseruatio, & delectatio*. Cõseruatur namque vita humana pro cibum, & potum.

Cum enim in humido, & calido consistat præcipuè, & per calorem iugiter depascatur humidum, nisi, sumpto alimento, denuò repararetur, etiam calor ipse deficeret, qui sustentatur in humido, & ita homo periret. Hinc
P. Aug lib 10. cõfess. c. 31. init. Augustinus dixit, *reficimus quotidianas ruinas corporis, edendo, & bibendo*.

Cum autem vita, præ cæteris rebus, homini chara sit, & delectatio, quæ in cibo, & potu sentitur, sit magna, (quæ, quia est quædam fælicitatis proprietas, etiam maximè appetitur, vt notauit Lessius) hinc oritur, vt homo frequenter, vltra rationis metam trahatur, in alimento sumendo, & efficiatur gulosus. Quod
Less. dubit 1. cit. circ. fin.
S. Thom. 9. 146. ar. 2. in corp. S. Thomas dixit his verbis. *Delectationes ciborum natæ sunt abstrahere hominem à bono rationis: tum propter earum magnitudinem: tum etiam propter necessitatem ciborum, quibus homo indiget ad vitæ conseruationem, quam maximè homo desiderat*. Hæc S. Doctor. Vbi bonum rationis, à quo hominem abstrahit frequenter delectatio cibi, conseruatur, cum homo temperatè, & sobriè bibit, & comedit. ideo idẽ S. Doctor docet, ad hoc virtutes temperantiæ, & abstinentię inseruire, vt, scilicet, regulent passionem gulæ, quæ ex delectatione magna oritur, & desiderio vitam conseruandi, quę ex alimẽti sumptione habentur.

Vnde etiam constat, quàm fortis sit ista passio, quæ radices habet sic altas, & tã coæuas naturæ.

Quos effectus producat.

EX hoc capitali vitio, & vitiosa radice, innumera ferè mala nascuntur, sed præcipuè

1 *Luxuriam causat*.
2 *Sacrilegia patrat*.
3 *Idololatriam parit*.
4 *Egestatem adducit*.
5 *Pacem turbat*.
6 *Crudelitatem generat*.
7 *Mentem hebetat*.
8 *Mortem accelerat*.

Singula sunt ostendenda, vt manifestiùs turpitudo hostis istius appareat, & sic animus horreat, & caueat.

Luxuriam causat.

EX pluribus locis Scripturę diuinæ, est hæc veritas manifesta. Et primò ex S. Iacobo Apostolo supra relato, dicẽte, *Epulati estis*, & tamquam præcipuũ effectum statim subiungit, *Et in luxurijs enutristis corda vestra*. Vbi Lyranus rationem adducit, dicens: *Et benè de luxuria loquitur post gulã, quia ministrat sibi materiam, quia semen, est de superfluo alimenti*, quod auc-
Iacob. 5. 5
Lyranus.

torita-

Digitized by Google

ritate Philoſophi 2. de anima confirmat.

Et ſanè meritò dicuntur corda guloſa, luxurijs enutriri, quia cogitationes turpes in illis abūdēt, & ipſis enutriuntur, quia cōſentiunt. De quibus in Threnis fit lamentatio: *Et qui nutriebātur croceis, amplexati ſunt ſtercora*. Per crocū namque rubrū, charitas deſignatur: & per ſtercus, luxuria. Guloſi igitur, de quibus ibi eſt ſermo, dū præmittitur, *qui veſcebantur voluptuosè*, charitate amiſſa, per gulam in cæno cogitationum turpium volutantur, vt ſues, & ſic corda ſua enutriunt, & inde ad opus deueniunt, vt per eundem Propheta Deus dicit, *Saturaui eos, & mœchati ſunt, & in domo meretricis luxuriabantur*. Saturare enim Deus dicitur eum, cui temporalium tribuit abundantiam, non vtique, vt immoderatè vtatur, ſed decenter, ac ſobriè: mœchari autem dicitur, quatenus ipſis abutens per immoderantiam gulæ, non tantùm in corde mœchatur, venerea concupiſcens, ſed etiam in opus prodit, ideo ſubditur, *Et in domo meretricis luxuriabantur*.

Thren. 4. 5. — *Ibidem.* — *Ierem.* 5. 7. — *Eccli.* 23. 6.

Hinc Sapiens pro liberatione à gula, Deum orauit, vt liber fieret à luxuria. *Auſer à me* (inquit) *ventris concupiſcentias, & concubitus concupiſcentiæ, ne apprehendat me*. Sunt namque inter ſe gula, & libido, ita connexæ, vt monſtrum ſine gula reputetur libido, teſte Tertulliano lib. de ieiunio, cap. 1. Propterea Cyrillus Alexand. lib. 7. contra Iulianum circa initium, iraſcitur Socrati, & condolet Salomoni. Hic enim ſaginatus, illecebras requirebat, quod eſt commune: ille famelicus, quod rarum eſt, & potiùs monſtrum. ideò Apoſtolus poſtquam vetuit gulam, dicens, *Non in commeſſationibus, & ebrietatibus*, & conſequenter luxuriam prohibuit, immediatè ſubiungēs, *Non in cubilibus, & impudicitijs*. Nam, vt S. Hieronymus ait lib. 2. aduerſus Iouinian. *Ventris ſaturitas, ſeminarium libidinum eſt*: & Philo Hebræus lib. de agric. inquit, *Ventris ingluuiem, pediſſequa à natura addita, comitatur libido*, & Tertull. loco cit. cap. 17. dicit, *Appendices gulæ, laſciuia, atque luxuria eſt*. Et Auguſtinus ſer. 77. de temp. ait, *Saturitas caſtitatem prodit, nutrit illecebram*. Et S. Bern. ſerm. de conuerſ. Cleric. cap. 12. inquit, *Gula, eſt libidinis illecebroſa vorago*. Quemadmodum enim vorago, abſorbet omnia ei iniecta: ita guloſus ad omnem luxuriam fit pronus, & niſi ſe cohibeat, vel quis eum impediat, à voragine iſta vorabitur. Quod Sodomitæ confirmant, qui guloſi effecti, in crimen peſsimum carnis prolapſi ſunt. Teſte Scriptura dicente; *Hæc fuit iniquitas Sodomæ, ſaturitas panis, & abundantia*.

Tertull. — *S. Cyrill. Alex.* — *Ad Rom.* 13. 13. — *Tertull.* — *P. Auguſt.* — *S. Bern.* — *Ezech.* 16. 49.

Ad

Digitized by Google

Ad hoc etiã facit, quod B. Petrus Damian lib. 6. epiſt. 32. poſt med. narrat his verbis. *Quidam mihi monachus retulit, quia dum frixuras quaſdã in Refectorio deferret in vaſculo, prurientis eum gulæ ſtimulus pupugit, moxque ſibimet vnã in os proijciens, furtiuè comedit, ſed illicò, eum tantus libidinis ardor inuaſit, vt quòd nunquam hactenus fecerat, nulla ſe ratione comprimeret, donec immunditiæ fluxum ſemen, ſibi proprijs manibus eieciſſet.* Et ſubdit meritò de illo dici poſſe, quod de Iuda narrat Ioan. *Poſt buccellam, introiuit in eum Satanas.* Et poſt pauca ſubiungit: *Quapropter gula reprimatur edacitas, vt ſyncere valeamus eſſe caſtitatis victores conſpicui.*

P. Damianus. Ioan. 13. 27.

Et S. Nilus orat. 1. aduerſus vitia, ſic inquit, *Noli corpus pingue facere: nam ſi vires recuperabit, in te conſurget, teque tandiù bello vexabit, quoad animã captiuam reddat, luxuriæque dominationi ſubijciat.*

S. Nilus.

Si ergo, vt vincatur luxuria, gulam omnes ſuperare tenentur, quantò obligatio maior conſurgit in viris religioſis, vel dedicatis altari, qui mundi eſſe iubentur, iuxta illud, *Mundamini, qui fertis vaſa Domini.* Et rurſus, *Sancti eritis, quia ego ſanctus sũ.* Et qui propterea peculiari voto caſtitatis obſtricti ſunt? Certè dici non valet, quàm vigiles hi eſſe debeant, ne hoſti iſti ſe tradant, & nutriant inimicũ, quem poſtea ſentiant cõtumacem. Proinde S. P. noſter Auguſtinus caſtitatis amatores nos cupiens, hunc hoſtem iubet domare, dicens, *Carnem veſtram domate ieiunijs, & abſtinentia eſcæ, & potus,* vt ſic ſobrij, & tẽperati, ſimus gulæ victores, & floridi caſtitate.

Isai. 52. 11. Leuit. 11. 45

P. Aug. in Regul.

Sacrilegia patrat.

CVm ſacrilegium, *rei ſacræ ſit violatio*, quatenus res cultui diuino dicata, irreuerenter tractatur, conſtat hinc facilè, gulam ſacrilegã eſſe, exemplo filiorum Sacerdotis Heli 1. Reg. 2. vbi de illis dicitur, *Dormiebant cum mulieribus, quæ obſeruabant ad oſtium tabernaculi.* Patet autem, guloſos illos fuiſſe, in tantum, vt carnes antequam immolarentur, crudas vellent, vt coquerent accuratiùs, iuxta ſuperiùs dicta, ideoque non mirum, ſi per fornicationem locum ſacrum violarũt, quia ventrem ſuum colebant magis, quàm Deũ. Proindeque, poſtpoſita debita reuerentia, ſacrilegi extiterunt.

1. Reg. 2. 22.

Quod etiam Theodoretus ſignauit q. 16. vbi filios Heli poſtponere videtur filijs Samuelis, ſic dicens. *Quia hi neque violarunt matrimonia, neque eiuſmodi libidinibus, iniuria affecerunt diuinum tabernaculum: neque vẽtri ſuo dabant primitias hoſtiarum,*

Theodoret.

Digitized by Google

rum, euerſo ordine ſacrificiorum. Hæc ille.

Et ſanè hoc vlteriùs cõfirmatur ex verbis Apoſtoli 1.ad Cor. 11.vbi de primis illis Chriſtianis conuenientibus in Eccleſiam, dicit, *Vnuſquiſque ſuam cœnam præſumit ad manducandum. Et alius quidem eſurit: alius autem ebrius eſt.* Patrãdo ergo ibi peccatum ebrietatis, quæ gulæ turpior eſt ſpecies, peccatum quoque gulę cenſebantur patrare (nõ enim ad illam ingurgitationem nimiam, niſi per minorem exceſſum, tranſirent) & ideo ſacrilegiũ committebant, quia per hoc, ſacrũ locum cõtemnebant, vt ibi Apoſtolus ſubdit, *Eccleſiam Dei contemnitis.* Sacrilega ergo gula probatur, quia per illam reuerentia, ſacro loco debita, violatur.

1.Cor. 11 21.

Hanc etiam occaſionem perueniendi ad ſacrilegium, videtur ſaltem implicitè, voluiſſe remouere Sãctiſſimus P. noſter Auguſtinus, dum in regula ait, *In oratorio nemo aliquid agat, niſi ad quod factum eſt, vnde & nomen accepit.* Vbi cùm, præter orationem, omnia alia ibi vetuerit agi, clarè conſtat, etiã comeſtiones, & potationes vetuiſſe. Quia in eis facilè gula poterit prævalere, & ſic, reuerentia loco ſacro debita, non curata, ſacrilega permanere.

Aug. in Regula.

Et denique confirmant hoc exempla ferè innumera guloſorum, qui cibo, & potu ingurgitati, maxima ſcelera in Eccleſijs commiſerunt, &, heú! committunt, quando ad illas ſaturi ſic conueniunt.

Idololatriam parit.

PRo hoc recolendũ eſt, quod ſuperiùs de ebrietate adduximus, ad hoc idem probandum de illa, nimirum, *Sedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere.* Igitur non tantũ potui, verùm etiam cibo, qui ad gulam pertinet, reſpondit ludus, ideſt, illuſio Dei, quæ fit per idololatriã, vt ibi ex Lyrano notauimus. Et poſſumus adhuc confirmare, ex verbis Dei per Ieremiã dicentis, *Saturaui eos, & machati ſunt*, ideſt, dola coluerunt. Ideo de illis etiam pronuntiauit Paulus: *Quorum Deus, venter eſt.*

Exod.32. 6. *Lyrãn.* *Ierem.5. 7.* *Philip. 3. 19.*

Conſideratio iſta fecit, vt diuitias reſpueret Sapiens, quibus epulæ guloſæ abundãt, & ad Deũ diceret, *Diuitias ne dederis mihi, tribue autem victui meo neceſſaria.* Et cauſam ſubdit, *Ne forte ſatiatus, illiciar ad negandum, & dicam, quis eſt Dominus?* Eſt enim magna illecebra ad idololatriam, eſca. Et facto ipſo, & cultu, dum colitur venter, negatur Deus verus, qui fecit vẽtrem, & eſcam, & viſibilia cuncta. Ecce ad quantum ſcelus deducit hominem gula.

Prou. 30. 8.

Egeſtatem adducit.

HOc expreſsè Spiritus Diuinus teſtatur, cùm in Prouerb. dicit, *Qui diligit epulas, in egeſtate erit.* Comprobatum fuit hoc primò in guloſis filijs Heli, cuius poſteritas, hac egeſtate fuit punita, itaut ſupplices cogerentur, ſe ad ſeruitiũ Sacerdotis offerre, pro vno nummo, & torta panis, quæ vix ad ſuſtentationem ſufficerent. Poſtquam enim Heli, & filijs eius exprobrauit Dominus his verbis, *Quare magis honoraſti filios tuos, quàm me, vt comederetis primitias omnis ſacrificij Iſrael populi mei?* (in quibus gula eorum notatur, de qua ſuperiùs diximus) Subditur deindè in pœnam, *Futurum eſt, vt quicũque remãſerit in domo tua, veniat, vt oretur pro eo & offerat nummum argẽteum, & tortam panis, dicatque: dimitte me, obſecro, ad vnam partem Sacerdotalem, vt comedam buccellam panis.* Cuius textus, ſenſus eſt prædictus, Caietano interprete, vt refert Mendoza; erat autem hic nummus, moneta ita exigua, vt vix ſufficere poſſet ad victum, vt Plautina querimonia indicat in Pſeud. dum ait, *Nimis ſum miſer, nummum nuſquam reperire, argenti, queo.* Et torta panis adeò tenuis erat portio, vt Rex Sedecias, parciſsimo victu ſuſtẽtaturus Hieremiam in carcere inclauſum, præceperit, *Vt daretur ei torta panis quotidie.* Igitur ad nimiam egeſtatem gula deducit, quæ ita punitur.

Prou. 21. 17.

1 Reg. 2. 29.

num. 36.

Caietan. Mend.

Plautus.

Quod etiam filius prodigus eſt expertus, qui, vt Luc. 15. narratur, poſtquam, *Diſſipauit ſubſtãtiam ſuam, viuendo luxuriosè*, ſubiungitur ibi, *Facta eſt fames valida in regione illa, & ipſe cæpit egere.* Viuere autem *luxuriosè*, fuit, iuxta mentem Chryſologi, non tantùm fornicatione ſe maculare, ſed etiam opiparè epulari. Hoc enim fuit, luxu omnia conſummare. Propterea in pœnam, tantam egeſtatem incurrit, vt cuperet ventrem ſuum implere *de ſiliquis, quas porci manducabãt, & nemo illi dabat.* Proinde hoc prædictus Chryſologus expendens, ait, *Luxuriæ, ventri, gulæ, fames tortor opponitur, vt ibi vltrix pœna ſæuiat, vbi pœnalis reatus exarſerat.*

Luc. 15. 13.

num. 14.

Chryſolog. ſerm. 1.

Hinc apud Iob dicitur de guloſo, *Cùm ſatiatus fuerit, arctabitur, æſtuabit, & omnis dolor irruet ſuper eum.* Ecce quomodo arctatur, & ad anguſtias egeſtatis reducitur, qui priùs ventrem ſuũ dilatauerat gula. Et hic eſt labor, qui poſt illam ſuccedit. Nam crapulæ multi dolores eueniunt, inter quos eſt iſte, vt ita egeat, vt ſaturari nequeat. Ideo cum verbis iſtis, à Græcis ſequentia connectuntur, *Vtinam impleatur vẽter eius*, quæ ita vertunt, *Si quomodo implere poſſit ventrem ſuũ;*

Iob 20. 22.

num. 23.

ideſt

ideſt, ita dolebit, atque inopia grauiſſima laborabit, vt vix rationem vllam inire poſſit, quomodò inanem ventrem queat explere.

Hoc etiam ſignificauit Ierem. cùm dixit, *Seminauerunt triticum, & ſpinas meſſuerunt*. Per ſpinas enim, fames, & egeſtas ſignantur, quia alere non valent, ſed pungere: famis autem punctura, valdè amara eſt. Vnde apud eundem Iob, de eodem guloſo, paulò ſupra ſcribitur, *Panis eius in vtero illius, vertetur in ſel aſpidum intrinſecus: diuitias, quas deuorauit, euomet, & è ventre illius extrahet eas Deus*. Nomine enim, *panis*, in Scriptura, intelligitur omnis cibus; qui ergo exceſsit in pabulis, & ſic deuorauit diuitias, inopiam ſuam, velut fel, ſentiet in ventre ſuo, dum fame, præ egeſtate, torquebitur.

Ierem. 12. 13.

Iob 20. 14. num. 15.

Hæc eſt etiam terra illa, de qua loquens Pſalmiſta, ſic dicit, *Poſuit terram fructiferam in ſalſuginẽ à malitia inhabitantium in ea*. Ibi enim ſterilitas, & amaritudo manebunt, per ſalſuginẽ deſignatæ, vbi viguerit gula. Ecce amariſsimus fructus radicis iſtius, quẽ tot, & tanti experiuntur quotidie. Quot enim cũ rubóre mendicare oſtiatim videmus, qui priùs diuites fuerant, &, ex gula, omnia conſumentes, in dolore egeſtatis tranſigunt dies ſuos?

Pſal. 106. 34.

At eſt in his proh dolor! cum iſta corporali inopia, egeſtas animæ copulata, quia gulæ peccatũ, ad multa alia trahens, ſpoliat animam ſpiritualibus bonis, & in interiori ſpiritus collocat egeſtate. Quod etiam inſinuant verba illa, *Panis eius in vtero illius, vertetur in ſel aſpidum intrinſecus*. Non enim ſolùm denotat dolorem famis ventris interioris, ſed etiam pauperiẽ animę. Quomodò ergo non fugimus totis viribus gulã, quæ tãtis malis nos ſubdit?

Iob 20. 14.

Pacem turbat.

HOc quidem Sapiens docuit, cùm dixit Prou. 30. *Per tria mouetur terra*, inter quæ numerat *ſtultum, cùm ſaturatus fuerit cibo*. Moueri autem dicitur terra, cùm pax eius turbatur, quo modo loquendi Scriptura diuina eſt vſa 1. Macch. 1. 29. cùm Antiochi bella narrauit, ſubdens. *Et commota eſt terra ſuper habitãtes in ea, & vniuerſa domus Iacob induit confuſionem*. Et in hoc ſenſu Phariſæi Luc. 23. 5. dixerunt de Chriſto Domino noſtro pacifico, licèt iniuſtè, & falsò, *commouet populum*. Igitur terra moueri dicitur per *ſaturatum cibo*, quia tunc amabilem pacem amittit.

Prou. 30. 21.

Probauit ſanè hoc benè ciuitas Sodomitarum, de qua apud Ezechielem ſcribitur. *Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ, ſaturitas panis*. Quid autem ſaturitatem hanc fuit ſubſequutum? Narratur in libro Geneſis, vbi dicitur *Viri*

Ezech. 16. 49.

Gen. 19. 4.

Digitized by Google

ciuitatis vallauerunt domum à puero vſque ad ſenem, omnis populus ſimul. At ad quid vallatio iſta? vt litigarent cum Lot,& nefandum ſcelus cum viris cõmitterẽt, vt ſubditur ibi. Commouit igitur gula ciuitatẽ, turbata pace illius. Ecce,quale hoc monſtrum!

Crudelitatem generat.

RAtio pro hoc eſſe poteſt, quia, vt apud Eccleſiaſticum dicitur 31.17. *Intellige,quæ proximi ſunt ex te ipſo:* guloſus autem, qui, vt plurimum, dives eſt, non experitur penuriam, & ideo non compatitur alijs,& opẽ negat crudeliter. Exemplum eſt manifeſtum in diuite Epulone, qui Lazaro mendico micas negabat, peior brutis animantibus factus, quæ pro poſſe ſuo, illum iuuabant. Subditur namque ibi, *Sed & canes veniebant,& lingebant vlcera eius*.

Eccli. Luc. 16. 21.

Simile de illo poſſumus dicere: cui filius prodigus ſeruiuit. Nam cupiens ventrem ſuum implere de ſiliquis,quas comedebãt porci, ſubiungit Scriptura diuina, *Et nemo illi dabat*.

Luc. 15. 16.

Hoc ipſum ſcribit Sacratiſsimus textus apud Ezechielem 16. de guloſis,& ſaturis Sodomitis, de illis ſubiungens, *Et manum egeno,& pauperi non porrigebãt*. Eſt ergo gula crudelis.

Ezech. 16 49.

Mentem hebetat.

HOc docuit S. Thomas 2.2. q. 148. art. 6. in corp. his verbis, *Ponitur filia gulæ hebetudo ſenſus, propter ſumoſitates ciborum, perturbantes caput*.

S. Thom.

Et S. Ephræm ſerm. de perfectione Monachi, circa finem, ait, *Ventrem non cures, ne mentem obtenebres*.

S. Ephraem

Et S. Hieronymus lib. 2 aduerſùs Iouinianum, inquit. *Sapientiæ operam dare non poſſumus, ſi menſæ abundantiam cogitemus*.

S. Hieron.

Et ſanè hoc confirmauit ſtultitia Iudęorũ ſequuta poſt lautũ quinque panum miraculoſum conuiuium. Nam, ingentis miraculi, recẽter in ſemetipſis experti,quaſi obliti, dixerunt Domino Ieſu Chriſto, *Quod tu facis ſignum, vt videamus, & credamus tibi?*

Io. 6. 30.

Quod expendens S. Chryſoſtomus Homil. 44. in Ioan. ait, *Nihil his ſtultius, nihil inſipientius. Cũ ſignum in manibus haberent,tamquam nullum fecerit,rogant,quod ſignum facis?* Quam ſtultitiam eorum gulæ attribuens, ſubdit, *Hæc obtuſum, & craſſum ingenium, hæc carnalem animã reddit: hæc cæcat intellectum, nec ſinit, vt quidquam perſpiciat*.

Chryſoſt.

E contra autẽ, abſtinẽtia, *mentẽ eleuat*, vt Eccleſia canit. Et probat exemplum Danielis, Ananię, Miſaelis,& Azariæ, qui relictis lautio-

Digitized by Google

tioribus cibis,& vilioribus parcè vtentes,facti sunt sapientes. Subdit enim Scriptura, *Pueris autem his dedit Deus scientiam, & disciplinã in omni libro,& sapiẽtia,* *Daniel.* 1 17.

Et hinc est, quòd gulosi Religiosi, contemplatiui non sunt. proindè Dominus gulam prohibuit omnibus,sed præcipuè ipsis, cùm dixit, *Attendite vobis, ne grauentur corda vestra crapula.* *Luc.* 21. 34. Fugata ergo gula, qua mens obtunditur, amplectemur abstinentiam, qua acuitur.

Mortem accelerat.

SAtis hoc expressit Sapiens, cùm de pessima crapula dixit,*Propter crapulam multi obierunt*. *Eccli.*37. 34. Et ratio est, quia,vt etiam supra de ebrietate est dictum, cũ in calido præcipuè vita consistat, nimio cibo calor naturalis obruitur,vt obruitur quandoque ignis præ nimietate infectorum lignorum;& inde est,quod concoquere cibos non valet: cibus autem non concoctus, neque digestus, in sanguinem non conuertitur, sed in phlegmata, & choleras, ac similia,quibus potiùs corpus grauatur, & debilitatur, ac ad infirmitatem disponitur. Vnde quidã *Tullius* temperantiam suadens,dixit, *Tãtùm cibi, & potionis adhibendũ, vt reficiantur vires, non opprimantur*.

Et hæc vna ex rationibus est, quare diuites, ordinariè citiùs moriuntur, ciborum vtique nimietate,ac varietate obruti.Ideo Sapiens pronũtiauit de omnibus, *Omnis potentatus, breuis vita.* *Eccli.* 10. 11. Hinc quidam Doctor modernus notauit, Iosephum,qui erat inter cæteros fratres, loco penultimo natus, primum omnium fuisse mortuum, quia omniũ princeps fuit.Si ergo vita cuique tam grata est, calcata gula, quæ minuit vitam, abstinentia ametur, quæ adijcit illam. Proindè namque Sapiens, citato proximo loco,ab immoderata esca prohibet quẽquam, dicens, *Noli auidus esse in omni epulatione, & non te effundas super omnem escam*. *Eccli.* 37. 32. Et rationem subdit, *In multis enim escis erit infirmitas, & auiditas appropinquabit vsque ad cholerã.* Et quia, ex infirmitate seu ægritudine, sequitur etiam corporis mors, ideo, vt partus gulæ subiungitur: *Propter crapulam multi obierunt*. Et hinc ad abstinentiam illi oppositam inuitat omnes propter effectum contrariũ, dicens, *Qui autem abstinens est, adijciet vitam*. Vbi Lyranus exponit ita. *Idest, prolongabit. Nã abstinentia est summa medicina.* *Lyran.* Si igitur, non quælibet medicina est, sed maxima,quare dispendiosa crapula amatur, & renuntiatur compendioso remedio, quo vita seruatur?

Digitized by Google

Arma contra gulã ponũtur.

POstquam hoſtem iſtum pęr-fectè per Doctrinã cognouimus,reſtat, vt contra ipſum,arma ponamus,quæ conſiſtunt præcipuè in ſequentibus,videlicet

1 *Turpitudinis illius conſideratione.*
2 *Abſtinentiæ amore.*
3 *Dei timore.*
4 *Pœnarum ei ſuccedentium contemplatione.*

CONSIDERATIO I.

Ex *Turpitudinis gulæ conſideratione.*

SAnctus Thomas de intemperantiæ opprobrio differens 2. 2. q. 142. ar. 4. in corp. his verbis concludit. *Eſt ergo intemperãtia maximè exprobrabilis propter duo. Primò quidem, quia maximè repugnat excellentiæ hominis. Eſt enim circa delectationes communes nobis cum brutis.* Propter quod notat, dixiſſe Pſalmiſtã *Homo, cum in honore eſſet, non intellexit: comparatus eſt iumẽtis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.* Vbi peccatum gulæ primi noſtri parentis innuitur, qui de pomo vetito ſumpſit, & comedit. Ratio ſecunda, à S. Doctore adducta, eſt, quia, inquit, *Maximè repugnat eius claritati, vel pulchritudini, in quantum ſcilicet, in delectationibus, circa quas eſt intemperantia, minus apparet de lumine rationis, ex qua eſt tota claritas, & pulchritudo virtutis.* Propterea ita concludit, *vnde huiuſmodi delectationes dicuntur ſeruiles.*

S. Thom.

Pſ. 48. 13.

Et ſanè conſtat hoc etiam ex effectibus illius narratis ſuperiùs, & S. Apoſtolus Iudas Thadæus declarauit ſatis, cùm de gulofis loquens, dixit, *Hi ſunt in epulis ſuis, maculæ.* Vbi notanter non *maculati*, ſed *maculæ* nominantur, vt vitij huius maxima turpitudo ſignetur, homine rationali indigna, vt conſiderauit Lyranus, & ſupra diximus in doctrina. Eſt autem macula, multipliciter gulofum maculans, vt eſt euidenter monſtratum.

S. Iudæ Apoſt. ver. 12.

Lyran.

Cum autem omne turpe, mẽtem auertat, & alliciat pulchrum, profectò, magnũ ſcutum erit contra hoſtem iſtum, turpitudo illius contemplata. Proinde omne vitium, ita eſſe vincendum docuit Caſſianus, hinc aduersùs gulam hæc arma miniſtrans, dum ait, *Ingemiſcens mens, nunc horrore vitiorum, nunc deſiderio perfectionis, & integritatis accenſa, donec eiuſmodi curis, ac meditationibus occupata, pariter, ac poſſeſſa, ipſius cibi refectionem, non tam iucunditati conceſſã, quàm oneris vice, ſibi impoſitam recognoſcat, magiſque eam neceſſariam corpori, quàm deſiderabilem animæ, ſentiat attributam.* Hæc ille.

Caſſian. de inſt. cœn. lib. 5 c. 14.

Si

Digitized by Google

Si ergo, frater chariſsime, hunc hoſtem vis ſuperare, turpitudinẽ illius ſedulò meditare, effectus cõtemplãdo pernicioſos illius, quibus intus, & foris deſtruitur, quicumque ſuperatur ab illo. Et ita horrebis, & abſtinebis.

CONSIDERATIO II.

Ex *Abſtinentiæ amore*.

EST virtus iſta huic hoſti directe oppoſita, quapropter maximè expugnatur per illam. Plura autem debes obſeruare, vt eam, prout par eſt, amplectàris.

Primò, vt tuam conſiderationẽ non figas in contemplatione delectationis eſcarum, nam cum hęc maximè appetitum alliciat, ad illam nimis trahéris, & conſequenter ad eſcas. Proinde Doctor Angelicus, iſtam *abſtinentiam mentis*, vt optimũ remediũ, docuit his notabilibus verbis. *Propter quod ad vitandam intemperantiam, maximum remedium eſt, vt non immoretur homo circa ſingulariũ conſiderationem*, Vbi notabile eſt, non dixiſſe *ſimpliciter*, remedium eſſe, ſed addidiſſe *maximum*, vt intelligas ex tanto Doctore, quãtum ad victoriam documentum iſtud conducat. Scilicet, *abſtinẽtia mentis*, quam quis debet abſtrahere à delectationibus ciborum, & potabiliũ; ita enim contra gulam redditur fortis, quod non eſset, ſi illectus conſiderationẽ prædicta, daret manus cibo, & potui, & ita cederet hoſti. Nam, non cedendo, magis reſiſtitur, & victoria acquiritur. Vt idem S. Doctor q. 146. ar. 2. ad 2. docet his verbis; *Dum homo abſtinet, magis redditur fortis ad impugnationes gulæ vincendas, quæ tantò fortiores ſunt, quantò homo magis cedit*. Vbi ſatis apertè docet, hoſtem hunc contra nos vires ſumere, cum illi cedimus, quare, non cedendo, ſed reſiſtendo, per abſtinentiam ſuperari.

S. Th. 2. 2. q. 142. ar. 3. in corp.

Idem.

Abſtinentia autem iſta, duplex poteſt eſſe, vt inſinuatum eſt, alia *mentis*, qua quis abſtinet à conſideratione delectabiliũ: alia *operis*, & iſta à prima quidem dependet, quare ſi præcidimus viam illi, ad opus nõ deuenímus, & ſic, nec mente, nec opere, cedimus gulæ.

Quod etiam intelligendũ eſt, de abſtinentia ſenſuum, quibus prædictas delectationes cognoſcimus, vt de odoratu, quo ferculorum, vel potuum odores percipimus, & de guſtu, quo illa delibamus, & de viſu denique quo videmus. Nam frequenter contingit, quòd quis proponat abſtinere à cibo, & tamen videndo illum, vel odorando, aut guſtando, poſt illum trahitur, & ſumit, ac gulæ cedit. Quod ſimiliter in potu poteſt contingere. Et vtinam non ita frequenter accideret! Quare etiam abſtinentia à cognitione ſenſitiua, multùm conducit, vt ab opere quis ſe contineat.

Digitized by Google

Debet etiam abſtinentia *humilis* eſſe, *patiens*, & *diſcreta*, vt virtus ſit, & per eã ſuperetur hoc vitium. Non enim, vt Angelicus Doctor notauit q. proximè citata, art. 1. in corp. abſtinentia virS. Thom. tuoſa, *Abſolutè in ciborum ſubtractione conſiſtit*, ſed ſecundùm quod *per rationem eſt regula*. Quod tunc contingit, quando concurrunt cõditiones prædictæ; & hoc ſignificauit Ioel, cùm diIoel 1. 14 xit, *Sanctificate ieiunium*. Quæ verba ad propoſitum expendens S. Gregor. dixit. p. 3. Paſtor. adS. Gregor. mon. 20. tom. 3. *Ieiunium quippe ſanctificare, eſt adiunctis alijs bonis, dignam Deo, abſtinentiam carnis oſtendere*. Vbi notat, ideò ieiunium Phariſæi illius, Deo non placuiſſe, quia cum elatione coniunctum, arroganter enim, & ſtuLuc. 18. 12 diosè dixit, *Ieiuno bis in ſabbato*, ideſt, in hebdomada. Solet namque per abſtinentiam, niſi homo fit nimis vigilans, intrare ſuperbia, & aliorum contemptus. *Niſi mens* (inquit prædictus Doctor) *Plerumque ex abſtinentiæ virtute tumeſceret, nequaquã hanc, velut inter magna merita, Phariſæus arrogans, ſtudiosè enumeraret*. Hæc ille. De contemptu autem patet ex contextu, vbi diLuc. 18. 11. citur, *Nõ ſum, ſicut cæteri hominũ.*

Hanc humilem abſtinentiam volens perſuadere Apoſtolus, ſic Rom. 14. 3. ad Roman. dicit, *Qui non manducat, manducantem non iudicet.* Non enim debes fratrem tuum, ſeu proximum defectuoſum notare, cum vides illum manducare, ſed te abſtinentem propter Deũ, humilia.

Patiens quoque debet abſtinentia eſſe, vt ſit recta. Patiens vtique *erga alios*, & *erga ſe*. Quam duplicem patientiam S. Apoſtolus Petrus, nobis præcepit, cum epiſtola ſua 2. cap. 1. ſic dixit. *Miniſtrate in abſtinentia, patientiam: in patientia, pietatem.* 2. Petr. 1. 6. Nam iſta vltima verba de patientia *actiua* erga alios exhibenda, Lyran. interpretatur, dicens, *Hoc eſt enim perfectionis, quòd homo ſit ſibi durus per abſtinentiam, & alijs pius per condeſcenſionem.* Vide ergo, frater chariſsime, qui tibi auſterus es per abſtinentiam, an alijs pius, & benignus ſis per patientiam. Nam ſi ita non fueris, vera abſtinentia, te deſtitutum, agnoſcas. Lyran.

Erga te quoque patiens debes eſſe, (quæ eſt *paſsiua* patientia, primo loco poſita ab Apoſtolo) vt, ſcilicet, patienter ſufferas, cum tibi neceſſaria deſunt. Animus enim ab iſtis viſibilibus abdicatus, in tranquillitate ſuſtinet negata ſibi cibaria, vel ſubtracta, aliter, concupiſcentia, conuincitur ſe teneri.

Hinc P. meus Auguſtin. lib. 2. Euang. quæſtionũ quæſt. 11. to. 4. ait parum referre, aliquem de cibis minus ſumere; ſed multum intereſſe, *Quanta facilitate, atque ſerenitate animi careat, cũ, bis,* P. Aug.

Digitized by Google

his, vel oportet, vel etiam neceſſe eſt, carere. Et ſubiungit, hoc ſignificaſſe Apoſt.cũ ad Rom. 14. 17. dixit, *Non eſt Regnum Dei, eſca, & potus, ſed iuſtitia, & pax, & gaudium in Spiritu ſancto*, Quia ſiue comedas, ſiue abſtineas, ſi patiens non fueris intus, & tranquillus, iam verè es, abſtinentia Deo placita, deſtitutus. & pro iſta abſtinentia patienti, eundem Apoſtolum in exemplũ adducit, qui de ſeipſo ait, ad Philip. 4. 12. *Scio ſatiari, & eſurire, & abundare, & penuriam pati*. Et eſt *ſerenitas mentis*, vt Auguſtinus ait, & *tranquillitas animi*, vt Ambroſ. inquit, 1. officior cap. 43. & *hilaritas*, ſecundùm Doctorem Angelicum, qui patientiã iſtã cum humilitatecõiungens, dixit, *Ratio recta facit abſtinere, ſicut oportet, ſcilicet, cum hilaritate mentis & propter quod oportet, ſcilicet, propter gloriam Dei, non propter gloriã ſuã.*

Ad Rom. 14. 17.

ad Philip. 4. 12.

Auguſt.

Ambroſ. tom. 4.

S. Thom. q. 146. ar. 1. ad 4.

Et hanc abſtinentiã *hilarem*, *ſerenam*, & *patientem*, videtur Dominus præcepiſſe, cum apud Matth. dixit, *Tu autem, cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuã laua.* Et rationẽ ſubdit. *Ne videaris hominibus ieiunãs*, ideſt, triſtis, & intus impatiens. Quæ quidem impatientia naturaliter oritur, niſi per rectitudinem mentis ſupprimatur; proinde à Domino prohibetur, cũ ibi præmittitur: *Cum ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ, triſtes.* Nomine triſtitiæ, impatientiam iſtam intelligens, iuxta expoſitionem Lyrani ad verba Apoſtoli Petri citata ſuperiùs.

Matth. 6. 17.

Lyran.

Eſt autem hic diligenter notandum, lõgè ab hac patienti abſtinentia eſſe patientiam illam, qua aliqui abſtinẽt à potu, & eſu, vt in conuiuio, quod poſt expectant, maiori delectatione cibentur. quod docuit Auguſtin. cum dixit in Confeſſionib. ſuis lib. 8. cap. 3. *Eaſque ipſas voluptates humanæ vitæ, etiam non inopinatis, & præter voluntatem irruentibus, ſed inſtitutis, & voluntarijs moleſtijs homines acquirunt.* Et ſubdit pro hoc, exemplum, dicens, *Edendi, & bibendi; voluptas nulla eſt, niſi præcedat eſuriendi, & ſitiendi moleſtia.* Igitur per abſtinentiam patientẽ, quandoque quæritur gula. Sed patientia vitioſa eſt; quam non recta ratio, ſed amor voluptuoſæ concupiſcentiæ ſeminat.

P. Auguſt.

Sed adhuc debet eſſe *diſcreta*, quod prædictus Apoſtolor. Princeps expreſsit, cum ibidem dixit: *Miniſtrate in ſcientia abſtinentiam.* Quæ verba S. Thom. loco proximè citato, exponens, ait: *Vt ſcilicet, homo à cibis abſtineat, prout oportet, pro congruentia hominũ cum quibus viuit, & perſonæ ſuæ, & pro valetudinis ſuæ neceſsitate.* Et ex P. Auguſtino hanc expoſitionem deſumpſit, & ideo in pretio maiori habenda.

2. Pet. 1. 5

S. Thom. in corp.

P. Auguſt. loc. prox. cit.

Pri-

Digitized by Google

Prima ergo conditio *discretionis* est, vt abstinentiam seruet, accommodando se hominibus, quibus conuiuit. Et hinc quidem illorum abstinentia condēnatur, qui in Refectorio, verbi grat. Fratrum, vbi iuxa institutum, carnibus omnes vescuntur, ipse tamē ab illis vult abstinere, & singularis existere. Nam se debet cæteris accommodare, & in ipso carnium esu, abstinentiam obseruare, illis moderatè vtendo, *sine affectione*, & cum gratiarū actione, memor, quia scriptum est, *Omnia munda mundis*, & Dominus in Euangelio dicit, *Non quod intrat in os, coinquinat hominem*. Nisi ergo, *Speciali luce diuina*, religiosus à Superiore suo regatur, *indiscretè* abstinet, se non conformando cum alijs.

Ad Titū 1. 15.
Matt. 15. 11.

Secunda conditio est, quod *Personæ ratio habeatur*, considerata, scilicet, qualitate illius, quoad dignitatem, & substantiā. diuitias vtique, & officium. Nam aliter cibandus est Rex, aliter illius subditus: aliter diues, aliter pauper: aliter, qui à munere laborioso est vacuus, aliter, qui illo est oneratus. Vnde P. Augustinus relatus à S. Thoma quæst. 141. art. 6. in fine, dicit, *Quòd temperatus respicit, non solùm necessitatem huius vitæ, sed etiam officiorum.*

P. August. S. Thom.

Ex quibus sequitur, quòd si officium habes, seu ministerium ita laborioſum, ad quòd benè, & exactè perficiendum, vt obseruātia præcipit, necessarium tibi sit plus manducare, quàm si hunc laborem non haberes adiunctū, contra virtutem abstinentiæ, nihil committis, plus alijs manducando, quibus talis labor non est impositus, neque consequenter gulosus dicendus eris.

Quod inter nos, intelligo, in Refectorio communi, ex eiusdem cibis cum cæteris communibus, & in eadem portione omnibus ministratis. Nam, gratia Dei, taliter ministrantur, vt, pro qualitate virium, vnicuique satis fiat, & pro indigentia, possit quisque accipere, & reliquum, quod superest, dari pauperibus. Tu igitur, qui propter laborem maiorem, nihil de his relinquis, non cures, quia nō propterea à sensatis censendus es gulosus: tamē *peculiaria* requirere, quia verbi gratia, Lector es, aut Concionator, vel aliud ministerium laborioſum exerces, inter nos numquam hactenus hæc indulgentia, gratia Dei, visa est, & iam illi renuntiauimus, cùm hoc institutum acceptauimus; & Religio ipsa est contenta nostro minori labore, dūmodo per rimulam istam aditū quis non inueniat ad officia illa quærenda, quibus fieret hęc indulgentia. Et loquor de re ordinaria, extraordinaria dispensatione excepta, qua aliquando potest charitatiuè, & prudenter dispensare prælatus, consideratis benè cir-

Digitized by Google

circumſtantijs occurrentibus.

Etiam ex ſuperiùs dictis colligitur, non requiri à Rege, quòd cibetur oleribus, & vilioribus cibis, quibus pauperes debent eſſe contenti, & ſine vitio non quærerent lautiores, aut pretioſiores, quæ dignioribus, & ditioribus licent.

Pro quo facit, quod de B. Th. Archiepiſcopo Cantuarienſi narratur, quòd quadã vice ad mensã ſuam habens monachum quendam, ipſum obſeruantem, quòd delicata comederet; quam Cogitationem vir illuminatus inſpiciens, illi dixit modeſtè, fieri poſsè, quòd in leguminibus, & vilioribus cibis, quibus, ex vitæ inſtituto, ipſe erat addictus, gulæ vitium turpiùs poſſe contingere, quàm in delicatis cibis, qui ex dignitate ſui ſtatus, ſibi debiti erãt, & quibus erat, ab infantia, iam aſſuetus: quia non in qualitate ciborum, ſed in concupiſcentia delectationis eorum, gulæ erat poſita turpitudo.

Conditio tertia erat, *vt valetudinis ratio habeatur*, quod ſpecialiter P. Auguſtinus in Regula ſua expreſsit, cùm dixit, *Carnem veſtram domate ieiunijs, & abſtinentia cibi, & potus*. Et ad propoſitum ſubdit, *Quantum valetudo permittit*. Cuius rei rationem in quadam epiſtola dedit S. Bernard. dicens: *Duriùs tractandum quidem eſt corpus, ne rebellet, ne inſoleſcat, ſic tamen, vt ſeruire ſufficiat, quia ad ſeruiendum ſpiritui datum eſt, nec ſic habendum, tamquam propter illud viuamus, ſed tamquam ſine quo viuere non poſſumus.* Quod etiam Ethnicus quidam cognouit, cũ dixit, *Eſſe oportet, vt viuas, viuere, non vt edas*. Cum autem quis ſaturatur, tunc oſtẽdit, ſe, quaſi ad cibum, natum.

P. Auguſt. in Reg. ſu. 1.

S. Bern.

Tullius?

Vnde colligitur, quòd certa aliqua regula quantitatis cibi, & potus nequeat aſsignari. Cum enim hominum complexiones, & naturæ variæ ſint, aliquæ nimirum robuſtiores, aliæ debiliores, vnuſquiſque, ita debet ſe per abſtinentiam regere, vt exercitijs ſui ſtatus ſatisfacere poſsit, & nõ reddi per nimiam debilitatem, ineptus.

Vnam tamen regulam hìc aſſignant communiter vitæ ſpiritualis Magiſtri cum Hieronymo epiſt. 7. ad Marcellam, & S. Ber. nardo de modo benè viuendi, ſerm. 24. circa finem, nimirum, *Ita manduca, vt ſemper eſurias*. Nam ſi venter non impletur, ſed aliquali, ſaltem, manet ſubactus eſurie, non recalcitrat corpus, neque à ratione rebellat, motibus indecentibus.

S. Hieron.

S. Bern.

Et hoc quidem prudenter eſt à prædictis sãctis Doctoribus dictũ, in hac paleſtra expertis, quia cùm periculũ maius ſit in exceſſu cibi propter delectationem illius, ſecuriùs, & cautiùs agitur, aliquid ſemper neceſſitati ſubtrahen-

hendo, dummodo notabilis non fit hæc ſubtractio, ex qua reddatur corpus inhabile ad debita exercitia, vt animaduertimus ſup.

Nam, quemadmodum Eques debito plus armis onuſtus ad pugnam ineptus fit, ita quis cibo, potuque grauatus, ad vitia expugnanda non eſt aptus.

Similiter, velut nauis onerata nimis, potiùs ſubmergitur, quàm ad viam percurrendam aptetur, ita corpus vltra vires cibatum, atque potatum, ad viam cæli faciendam non aptatur.

Eadem materia proſequitur, & abſtinentia ſuadetur.

EST autem ſummoperè aduertendum, eſſe intùs abſtinentiam pulchram, licèt appareat exteriùs turpis, vt de ſeipſa poſsit meritò dicere verba illa
Cant. 1.5 ſponſæ, *Nigra ſum, ſed formoſa.* *Nigra*, quia deprimo carnem: ſed *formoſa*, quia eleuo mentem. *Nigra*, quia tollo delectationẽ: ſed *Formoſa*, quia adijcio vitam. *Nigra*, quia corpus debilito: ſed *Formoſa*, quia animam fortifico. *Nigra*, quia appetitum cõtriſto: ſed *Formoſa*, quia lætifico ſpiritum. *Nigra*, quia macero corpus: ſed *Formoſa*, quia mentem impinguo.

Sanè de pulchritudine iſta loS. Ambroſ quens S. Ambroſ. de Elia, & ieiun. cap. 8. ait, *Ieiunium continentiæ magiſterium eſt, pudicitiæ diſciplina, humilitas mentis, caſtigatio carnis, forma ſobrietatis, norma virtutis, purificatio animæ, miſerationis expenſa, lenitatis inſtitutio, charitatis illecebra, ſenilis gratia, cuſtodia iuuentutis, infirmitatis alleuamentum, alimentum ſalutis.*

Et Chryſoſtomus ſerm. 1. de ieiun. dicit: *Ieiunium, Angelorũ imitatio eſt, pro noſtra virili, contẽptus præſentium, ſchola precum, alimonia animæ, frænum oris, & mitigat concupiſcentias, ſciunt, qui ieiunant: & mitigat voluptates, & non ignorant, qui tentarunt. Mollit furorem, compeſcit iram, ſedat fluctus naturæ, excitat rationem, clarã facit animam, alleuiat carnem, fugat fœdas intẽperantias nocturnas: liberat ab ebrietate: tollit capitis dolores, claros offert, & colores, & adſpectus: benè compoſiti, Ieiuni ſunt geſtus, facilis lingua; abeſt riſus ebriorũ: recta eſt cogitatio.* S. Chryſ.

Et Chryſolog. ſerm. 8. de ieiun. & eleemoſ. inquit, quòd ſit, *Vitiorum mors, vita virtutum, pax corporis, membrorum decus, ornamentum vitæ, robur mentis, vigor animarum, caſtitatis murus, pudicitiæ propugnaculum, Ciuitas ſanctitatis, ſchola meritorum, magiſterij magiſterium, diſciplinarum diſciplina, & Eccleſiaſticæ vitæ viaticũ ſingulare.* S. Chryſol

Et S. Ioannes Clymac. de diſcret. grad. 16. ait, *Sicut impoſſi-* S. Clymac

bile

Digitized by Google

bile eſt, vt ſerpens vetuſtatem exuat, niſi anguſtam rimã priùs ingrediatur: ita nos quoque anticipationes veteres, & vetuſtatem animæ, veteriſque hominis non expellemus, niſi per anguſtã, & arctam ieiunij, & ignominiæ viam tranſeamus.

Et ſanctiſs. P. noſter Auguſtinus dicit, *Ieiunium purgat amiſer. 230 de temp. circ. init. tom. 10. mam, mentem ſubleuat, propriã carnem ſpiritui ſubijcit, cor facit contritum, & humiliatum, concupiſcentiæ nebulas diſpergit, libidinum ardores extinguit, caſtitatis verò lumen accendit.*

In quibus verbis, ad tria docet præcipuè inſeruire ieiunium, vt ex ipſo Angelicus Doctor notauit. Primò, *Ad concupiſcentias carnis reprimendas*. Quod probat ex Apoſt. 2. ad Cor. 6. vbi dicit, *In ieiunijs multis, in caſtitate*. Quia per ieiunium caſtitas cõſeruatur, & ex illo S. Hieronymi confirmat lib. 2. contra Iouinianum, dicentis, *Sine Cerere, & Baccho friget Venus*. Quod ita explicat S. Doctor, *Id eſt, per abſtinentiam cibi, & potus tepeſcit luxuria*.

2 Th. 2. q. 147. ar 1. in corp.

2. Cor. 6. 6

S. Hieron

Secundò inſeruit ad hoc, vt mens liberiùs eleuetur ad ſublima cõtemplanda. Quod confirmat ex Daniele 10. vbi dicitur, quòd poſt ieiunium trium hebdomodarum, reuelationem accepit à Deo.

Daniel.

Tertiò conducit ad ſatisfaciẽdum pro peccatis, pro quo adducit verba illa Ioelis 2. *Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, & fletu, & planctu*.

Ioel. 2. 12

Docet autem articulo ſequẽti S. Doctor, ieiunium eſſe abſtinẽtiæ actum: pro quo affert S. Hieronymum dicentem, *Ieiunium, non ſolùm eſt ab eſcis, ſed à cunctis illecebris, abſtinentia*. Quæ verba exponens, ait, *Quia per quælibet vitia adiuncta, deſinit eſſe actus virtuoſus*. Dicit ergo, quòd propriè ieiunium, quatenùs actus virtutis eſt, non ſolùm ab eſcis abſtinet, ſed à cæteris vitijs, pro quo citat, quæ in præcedenti articulo dixerat ex Gregorio ita p. 3. Paſtor. c. 20. dicẽte, *In caſſum per abſtineneiam caro atteritur, ſi, inordinatis motibus, dimiſſa mens, vitijs diſſipatur*.

S. Greg.

Et ex Patre Auguſtino ſerm. ſup. cit. *Ieiunium verboſitatem non amat, diuitias ſuperfluitatem iudicat, ſuperbiam ſpernit, humilitatem commendat: præſtat homini ſe ipſum intelligere, quòd eſt quid infirmum, & fragile*. Et in hoc ſenſu, ait, apud Iſaiam eſſe ſcriptum, *Quare ieiunamus, & non aſpexiſti?* quia vtique ieiunium illud, gratum non erat illi, quia peccatis alijs implicatum. Vnde ibidem dicitur. *Ecce, in diebus ieiunij veſtri, inuenitur voluntas veſtra*. Et paulò poſt ſubditur, *Ad lites, & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè*. Quod denotat iram, vt loco ſuperiori ait Gregorius. Qui ergo

P. Auguſt

Iſ. 58. 3.

num. 3.

num. 4.

Digitized by Google

ergo tẽpore ieiunij, rixatur, irascitur, superbit, & alias leges trãsgreditur, merito ieiunij exacuatur. Et è contra, ille intùs ditatur, cuius non solùm corpus ab esca abstinet, sed & mẽs à culpa.

Ita ieiunabat venerabilis Pater noster Ioannes à S. Guilelmo, qui his nostris temporibus, cum insigni vitæ sanctitate, admirabilẽ prorsùs abstinentiam copulauit. Nam de illo legitur, & adhuc testantur, qui cum illo diù vixerũt, quòd plures quadragesimas integras, pane solo, aquaque contentus, transegit, ter tantùm reliquo anni tẽpore in hebdomada comedebat, die nimirum Dominico, Martis, & Iouis; & Sabbato in occasu Solis, volens aliquãtulùm debilitatum corpus refocillare, parùm polentæ ex milio confectæ sumebat, semper aqua sola contentus, qua, ne quidem satiabatur, sed in mensura bibebat, & ab omni fructuum genere, ad quos tamen propensus erat, abstinebat, ex herbis amaris, vel vilibus, & grossis pulmenta edebat, cocta in aqua sola, paruo sale admixto. Et cum leguminibus ob aliquam recreationem vtebatur (quod faciebat ratò) oleum, aut salem in condimento subtrahebat, asserens, gulæ esse peccatum, si condirẽtur vtroque. Multa alia lib. 2. c. 3. vitæ suæ, narrat R. P. noster Arsenius ab Ascẽsione, Lusitanus, ad præsens nostræ sacræ Congregationis primus Definitor Generalis, quæ admiratione sunt digna, & ibi possunt videri, ex quibus ista satis est tetigisse.

CONSIDERATIO III.

Ex *Dei timore, & pœnarum contemplatione.*

TImorem Dei conceptum, maximè contra gulam suuare docet Angel. Doctor, sic interpretans verba illa Psalmistæ, Psal. 118. *Confige timore tuo carnes meas*. Ait namque, quòd licèt timor Dei, quidam clauus sit, quo caro configitur, ne valeat se mouere ad apprehendenda illa omnia carnalia vitia, quæ Dei amicitiæ contradicunt, præcipuè tamen, vt gulam cohibeat, quæ aduersùs temperantiam militat. *Maximè autem* (inquit) *homo indiget timore diuino ad fugiendum ea, quæ maximè alliciunt, circa quæ est temperantia*. Ita S. Doctor & benè. Cùm enim iudicia Dei, nimis sint horribilia, mirum in modum frænatur caro consideratione eorum, vt ipsemet Psalmista indicauit, cùm subdidit, *A iudicijs enim tuis timui*.

Psal. 118. 120. S. Th. 2. 2. q. 141. ar. 1. ad. 3.

Hinc est, quòd timore isto territuit Deus Adam primum nostrũ parentẽ, cùm ei esum *Ligni scientiæ boni, & mali* prohibuit, dicẽs, *ne comedas*. Et subdit pro incutiendo timore, & fræno, *In quocũque enim die comederis ex eo, mor-* Gen. 2. 17

Digitized by Google

morte morieris. Quare non dixit ſolummodò, *morieris*, ſed addidit, *morte*? quia duplex erat mors incurrenda, corporis nimirum, & animæ. Quod valde terrificum eſt. Extendit autem manum ſuam ad pomum, & perdidit ſe, & nos. Et à tot millibus annorum durat ruinā iſta, & perdurabit perpetuò.

Et hoc eſt, quod in perſona totius humanæ naturæ Dauid clamat, dicens, *Sagittæ tuæ infixæ ſunt mihi, & confirmaſti ſuper me manum tuam; & non eſt ſanitas in carne mea, à facie iræ tuæ*. Super quæ verba P. Auguſtinus notauit, famem illam, quā quotidie patimur, pœnam eſſe inflictam ob primum inordinatū eſum Adam Patris noſtri. *Si enim*, inquit, *non manducauerimus, inquietat fames; iſta fames, naturalis quidem morbus eſt, quia natura nobis facta eſt pœna, ex vindicta*. Et hoc, ait, ſignificaſſe Apoſtolum, cùm 2. ad Epheſ. dixit, *Fuimus & nos, natura filij iræ, ſicut cæteri*, ideſt, *portantes vindictam*. Et hunc eſſe aſſerit intimum gemitum, quo omnes filij Adam ſuſpirant pro incorruptione illa, & ſanitate vera perpetua, qua poſt hanc miſeram vitam, corruptio iſta quotidiana ſanabitur. Qua eſurie, & ſiti vexamur, dum peregrinamur in terris, vt Apoſtolus ad Romanos 8. teſtatur, dicens, *Et ipſi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes, redemptionem corporis noſtri. Medicamentum enim famis*, inquit Auguſtinus, *Eſt cibus, & medicamentum ſitis, eſt potus, detrahe iſta medicamenta, vide, ſi non interficiunt illa, quæ exiſtunt, ſi, ſepoſitis iſtis, non ſunt morbi, eſt ſanitas: ſi autem habes aliquid, quod te poſſit interficere, niſi manducaueris, noli gloriari de ſanitate, ſed gemens expecta redemptionem corporis tui*. Hæc S. Doctor.

Pſ.37.3.

Aug to.8

Eph.2.3.

Rom. 8. num. 23.

Itaque, non comedendo, patimur, &, nimis comedendo, torquemur, dicente Scriptura, *Viro infrunito*, ideſt, guloſo, *tortura*. Ipſa enim ingluuies, & ſaturitas, onus eſt, & interiorum dolor, quo guloſus torquetur, & frequenter moritur, vel ſaltem, mors illius acceleratur, vt ſupra ex Sap. notauimus, dicente, *Propter crapulam multi obierunt*.

Eccli. 31. 23.

Eccli. 37. 34.

Non tantùm autem ex vitiata natura hæc pœna contingit, ſed frequēter à Deo pro ſpeciali vindicta infligitur.

Vt primò patet ex 1. Reg. c. 4. in Heli Sacerdote & filijs eius, & nuru, qui omnes, vna die, ſunt interempti. Cauſa autem tam diri ſupplicij, guloſitas extitit, vt narratur ſupra cap. 2. Et Tertullianus notauit, dicens, *Eliditur pro templi foribus ſenior Heli, filij eius in acie ruunt, nurus expirat in partu: hanc enim meruerat à Deo plagam domus impudens, ſacrificiorum carnalium defraudatrix*. Quod expreſsiùs

Tertull. lib. de ieiuno.

dixit

dixit D. Isidorus Pelus. his notabilibus verbis, *Rabidus venter, & carnium ereptio, & insanus mulierum amor effecit, vt Ophni, & Phinees, Sacerdotio, & arca, & tribuum imperio, & gloria, & honore truncati, hostili gladio trucidarentur*. Hæc ille. Vbi cum vita, tot bonorum iacturam commemorat.

Isid. Pelus lib. 1. epist 69.

Miserrimè perierunt similiter, Domino irato, filij Israel, de quibus ait Psalmista, *Tentauerunt Deum in cordibus suis, vt peterent escas animabus suis*. Et paulò post apparet gula punita, dum dicitur, *Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos, & occidit pingues eorum*, qui, scilicet, erant gulosi, & ideo pingues dicti. Manserunt ergo omnes sobrij, & temperati, ab illa plaga præseruati, & cæteri fuerunt extincti: vt etiam Moyses dixit, qui narrans eandem historiam Numer. 11. 34. propterea ait, illum locum fuisse appellatũ *Sepulchra concupiscentiæ*. Nam ibi sepulchrum fuit inuẽtum, vbi natum est hoc portentum.

Ps. 77. 18.

Num. 11.

Sic pariter infeliciter perijt dives ille gulosus, de quo apud Lucam narratur, quòd in magna copia, & solicitudine nimia, esculẽta seruabat, vt illis oblectaretur, dicens, *Anima mea, habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare*. Ecce gula pigra, quiescens. At quid fuit digna audire? *Hac nocte animam tuam repetunt à te*.

Luc. 12. 19.

Num. 20.

Funestum etiam euentum habuit infelicissimus Iudas, qui fuit gulosus, de quo sic narratur in Actibus Apostolorum, *Et suspensus crepuit medius, & diffusa sũt omnia viscera eius*. Vbi non sine mysterio, ventris ruptio coniungitur cum suspendio, quod frequenter sine hac ruptura contingit: at in illo non fuit hoc mirũ, quia gulosus erat, & fur, pecunias clam surripiens, vt gulæ occultè seruiret, Apostolicæ sobrietatis impatiens; vt satis indicauit Drogo Hostiensis, dum dixit de eo, *Quia per quæ peccauerit homo, per hæc punietur, suspensus crepuit medius, plenus erat venter, & ruptus est*.

Act. 1. 18.

Drogo lib. de Sacram. pœnit.

Prosequitur eadem materia, & de pœnis infernalibus agitur.

NOn solùm autem in vita ista acriter puniuntur gulosi, verùm etiam post mortem temporalem infligtam, in inferno sustinebunt æternam, peculiari pœna famis, sitis, vermium, & viperarum cruciandi.

De fame id docuit in Euangelio Dominus, cùm apud Lucam dixit, *Væ vobis, qui saturati estis, quia esurietis*. Et hoc ipsum in Prouerbijs Sapiens dixerat, cùm protulit, *Suauis est homini panis mendacij, & postea implebitur os eius calculo*. Per panem namque

Luc. 6. 24.

Prou. 20. 17.

Digitized by Google

que omnia, quibus corpus reficitur, intelligi debent, iuxta phrasim communem Scripturæ diuinæ, & dicitur signanter, *mendacij*, quia veram delectationem nõ continet. quo sensu dixit Psalmi-
Psal. 4. 3. sta de cunctis visibilibus istis, *vt quid diligitis mendacium?* qui ergo his modo delectabiliter saginantur, æternaliter postea, ieiunabunt, vt significat calculus, quo os implendum asseritur, qui non solùm non pascit, sed etiam, si mandi contigerit. dẽtes confringit, confusione adiuncta, pro cibo enim, lapis durus succedit. Hoc namque modo canibus solemus illudere, cùm, pro pane, lapides illis proijcimus. Signanter ergo, modo isto loquendi, vtitur Scriptura, vt exprobrabilis fames indicetur in perpetuũ duratura.

Et tam famem, quàm sitim Dominus per Isaiam comminatur, quibusdam carnalibus, qui nihil aliud, quàm delectabilia cogitabant, dicens, *Serui mei comedent, & vos esurietis. Ecce*
Isai. 65. 13. *serui mei bibent, & vos sitietis. Ecce serui mei lætabuntur, & vos confundemini.* Et erit confusio paulò antea dicta, designata per calculum.

Quanta autem famis istius erit acerbitas, facilè explicare nequimus; sed solùm scripturis ducti, aliquid percipere possumus. Di-
Thren. 4. 10. citur namque in Threnis, *Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos, facti sunt cibus earum in contritione filiæ populi mei.* Ecce fœminæ *misericordes* dictæ, quia naturaliter ad cõpassionem sunt pronæ, & tamen *acuta* fame vexatæ, oblitæ amoris materni, ad natos *proprios* manus suas extendunt, & pascũtur carnibus, quas *genuerãt*, quod ipsa abhorret natura. Superiùs autem de infantibus dicitur; *Matribus suis dixerunt, vbi est tri-* *Thren.* 2. 12. *ticum, & vinum? cùm deficerẽt quasi vulnerati in plateis ciuitatis, cum exhalarent animas suas in sinu matrum suarum.* Vulnerati fame dicuntur, & exhálare præ illa, vt dolor exprimatur illius, qui tamen morte terminandus erat. At in inferno cibus non erit, vt Scriptura dicit, *Non est* *Eccli.* 14. 17. *apud inferos inuenire cibum.* Neque mors, quæ finẽ huic malo imponat, vt eadem de damnatis testatur, *Qui expectant mor-* *Iob.* 3. 21. *tem, & non venit.* Quæ vtique omnino illos extinguat, vt sic finiant tormenta cum ipsis. Sed sẽper moriuntur, & non consumuntur, vt significauit Psalmista, cùm dixit, *Mors depascet eos.* Cùm *Ps.* 48. 15. enim herba depascitur, & non euellitur, iterum, radice manente, germinat, & crescit: sic damnati positi in inferno, vt æternaliter crucientur, nõ omnino morientur. Et sic dolorum finis non erit.

Sitis etiam infernalis, quàm cruciãtissima sit, cõiecturari quidem poterit ex verbis ciuium

Digitized by Google

Pœnárum hanc abundantiã,illa etiam verba ſignificant, *Vtinam impleatur venter eius, vt emittat in eum iram furoris ſui, & pluat ſuper eum bellum ſuum*. Quia vtique, ſicut pluuia cadit abundanter de cœlo, ſic ira Dei irruat ſuper eum, & varijs doloribus conterat guloſum reum; & ſignanter vtitur verbo, *bellum*, quia, vt Sapiens dixit, *Pugnabit cum illo orbis terrarum contra inſenſatos*. Et conſequenter tormenta cætera, quæ in centro inferni, ab initio mundi,ſunt contra inſenſatos ſunt parata.

Iob 20. 23.

Sap. 5. 21

O gula,quàm amarus eſt finis tuus! quomodò paſcis abſyntio ſempiterno, quos momentaneo delectamento delinis, & ita dulciter decipis, & ad dolorem trahis perpetuum!

O ſi quis cognoſceret inſidias tuas, & tuam inſpiceret turpitudinem, & exitium, quod moliris, dum ſic delinis, quàm te horreret, fugeret, atque fugáret.

Quàm lætus erit exitus abſtinentis,& tẽperati viri,qui dulcedine Dei ineffabili potietur perpetuò, & videbit riuulos fluminis, & torrentes mellis,& butyri, ideſt, dulcedinem omnem, cum ſecuritate perpetua.

Tunc vincenti,gulæ moleſtam pugnam, *Dabitur edere de ligno vitæ, & manna abſconditum,& ſitienti,de fonte aquæ vitæ,gratis.* *abſconditum* dicitur manna, vtique ab oculis noſtris, etiã mentalibus, qui ad dulcedinem illius capiendam nõ ſunt ſatis,vt Apoſtolus dixit, *Neque in cor hominis aſcẽdit,quæ præparauit Deus diligentibus ſe,* & *gratis* potus ille dulciſsimus afferitur,præparatus, quia ſitis noſtra hìc,amore abſtinentiæ patienter lata, non tantum habet amaritudinis, quãtum dulcedinis incomparabiliter maioris aqua illa æterna, qua inebriabuntur temperati, & abſtinentes,amore diuino dulciſsimo in patria illa beata, teſte eodem Apoſtolo, dicente, *Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis*.

Apoc. 2. 17

1. Cor. 2. 9.

Rom. 8. 18

Calcato ergo hoſte iſto, turpitudinis illius, & ei pœnarum ſuccedentium horrore, & amore pulchritudinis temperantiæ, & delectationũ inenarrabilium,quę poſt illam veniunt, abſtineamus nunc ad momentum, vt poſtea gaudeamus perpetuò.

Digitized by Google

PROPVGNACVLVM XIII.

CONTRA HYPOCRISIM.

PRÆAMBVLVM.

ADVERSVS hoſtem occultũ aggredimur pugnam, qui ſibi innumeros facit ſubiectos, neque ipſemet curat, antiqui inimici fieri ſubditus. Et pariter huic ſeruituti ſubdũtur innumeri. Ferè enim Orbis totus plenus eſt hypocritis. Et qui ab illo ſupplantantur, cadunt miſerè in æternã abyſsũ.

Hoc quidem ſignificauit ſigillum quartum, libri illius, quem in ſua Apocalypſi vidit Ioan. *Signatum ſigillis ſeptem.* Flebat autem multùm Apoſtolus, quia *non poterat aperire illud, neque vllus in cælo, neque in terra, neque ſubtus terrã*, ſed ſolus Agnus immaculatus, quo duce ſolo, poſſumus huius callidi hoſtis callere inſidias. Dicitur ergo ibi cap. ſeq. *Et cum aperuiſſet ſigillum quartum, audiui vocem quarti animalis dicentis, Veni, & vide, & ecce equus pallidus, et qui ſedebat ſuper eum, nomen illi mors, & infernus ſequebatur eum, & data eſt illi poteſtas, ſuper quatuor partes terræ interficere gladio, fame, & morte, & beſtijs terræ.* In quibus verbis, ſecundùm communem Doctorum ſententiam, quam Riccard. Victorin. & Hugo Card. ſequuntur, per *pallidum equum*, hypocritæ deſignantur, de quibus ipſemet Agnus, qui ſigillum aperuit, dixit Matth. 6. quòd ieiunijs, & carnis macerationē *Exterminant facies ſuas, vt appareant ieiunantes.* Super hos ergo ſedet Diabolus, qui ab effectu hìc nominatur mors, iuxtà illud dictum ſup. *Inuidia diaboli mors introiuit in Orbem terrarũ*, Subijcit enim ſibi hypocritas, & ideo ſuper illos ſedere dicitur, & occídit ſic morte æterna.

Apoc. 5. 1

Apoc. 6. 7.

Matth. 6. 16.

Sap. 2. 24

Et quia latè extẽdit ſuam potentiã, propterea ſuper quatuor partes terræ, data narratur. Cum enim malum iſtud, ex ſuperbia, & auaritia, præcipuè oriatur, & hæ radices multos inficiant, non mirum remanet, ſi partum hunc peſſimum edant vbique. Maximè autem viget malum iſtud, vbi in-

pre-

Digitized by Google

pretio virtus haberetur. Nam cùm prẹmio ipſa ſit digna, qui ad hoc adſpirant, hypocritæ fiunt, vt illud obtineant. Quod conſiderans S.Bern. dixit, *Serpit hodie putrida rabies per omne corpus Eccleſiæ, & quò latiùs, eò deſperatiùs, eòque periculoſiùs, quo interiùs.* Hæc ille. Et optimè ſanè. Inter Eccleſiaſticos namq. acriter inimicus hic ſæuit. Nam ſi ſunt regulares, quærunt officia: etſi ſæculares, quærunt beneficia: & omnes trahuntur gloria vana, qua maximè premitur genus humanum. Hinc etiam per loca ſacra, & officia diuina, vt ſunt altaria, confeſsionalia, & pulpita, & ſimilia, graditur, & ſuper pallidũ equum incedit mors iſta animæ. O miſeria magna, lachrymis ſanè ſanguineis deploranda! vt ibi mors inueniatur, vbi miniſtratur vita! Ecce ruina.

S. Bernar. ſer. 33. in Cant. circa fin.

Inficit quoque peſsima lues iſta prauos hæreticos, qui plebẽ decipiunt falſa ſua doctrina, & lupinam rabiem ſollicitè tegere quærunt pelle ouina. De quibus in Euangelio Dominus dixit, *Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimẽtis ouiũ, intrinſecus autem, ſunt lupi rapaces.* Qui vtique rapiũt animas, & eas ducunt ad æterna deuia. & quia ita ſubdolè agunt, Dominus monuit verbo, *attendite*. vt eſſent animo vigili, quia ſic requirit eorum calliditas, qui ita ſæuiant non modico numero, vt etiam in epiſt. ſua dixit Ioannes: *Chariſsimi, nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus, ſi ex Deo ſint, quoniam multi pſeudoprophetæ exierunt in mundum.* Et iſti ſunt hæretici, qui, vt decipiant ſimplicium animas, ſanctitatem ſimulant, euacuati intus omni pietate. Quos non paucos aſſerit eſſe, ſed multos, vt ei per viſionẽ ſignatum fuit, cũ mortem vidit ſuper equum pallidum, in quatuor partes terræ, habentem potentiam.

Matth. 7. 15.

1. Ioan. 4. 1.

Simplices autem, atque carnales, maximè pereunt, vt etiam indicatur, cum ibi dicitur, *beſtijs terræ*, id eſt, hominibus, bellnarum more, vitam gerentibus, & carnis illecebris, ac libidini deditis. Sic enim appellantur à Baruch Prophera. *Vbi ſunt*, inquit, *Principes gentium, & qui dominãtur ſuper beſtias, quæ ſunt ſuper terrã?* Igitur tam iſti, quàm expertes doctrinæ, facilè cadunt hæreticorũ gladio, famæ, & morte, quia gladio verbi Dei corrupto vtũtur, ad perditionem ipſorum, & prædictorum hominum, & ſubtractione doctrinę verę, quę fames dicitur per Amos Prophetam. *Emittam famem in terram, non famem panis, neque ſitim aquæ, ſed audiendi verbum Dei.* Et hinc *morte*, hic hoſtis interficere dicitur, vtiquæ animæ, quod eſt damnabilius.

Baruch. 3. 16.

Amos 8. 11.

O Hypocriſis, hoſtis tam occultè, & tam latè ſæuiens! & ad vi-

vitandum odiò difficilis l Agno immaculato duce, qui aperuit iſtud quartum ſigillum, & meo Martyre S. Ignatio, in cuius die natali, hæc exaro calamo, te benè ſcrutabor, & quidditatem dicam, cauſas & effectus ſimul adducam, & valida arma contra te hìc proferam, vt viriliter contra te inſurgant milites Chriſti.

Doctrina circa hypocriſim.

Quid ſit?

S. Thom. SEcundùm S. Th. 2.2. q. 111. art. 2. ita definitur. *Eſt ſimulatio, qua quis ſimulat perſonam iuſti, cum peccator ſit.* Quod ibid. confirmat ex vocali verſione, teſte Iſidoro, lib. 10. cap. 8. Iſidor. vbi ait, *Hypocrita Græco ſermone, in Latino, ſimulator interpretatur, qui cum intus malus ſit, bonum ſe palam oſtendit.* Idem docuit P. Auguſtinus ab eodem Angelico Doctore adductus lib. 2. de Ser. Domini in mõte cap. 3. P. Augu. initio, tom. 4. his verbis, *In omni vita humana, quis ſe vult, quod non eſt, eſſe apparere, hypocrita dicitur. Simulat enim, iuſtum eſſe, & non eſt.* Quod ex origine vocabuli iſtius confirmat à theatris dicti, & ſcenis, vbi aliquis alienam fingit perſonam, ita hypocrita, cum bonus non ſit, & ſanctus, talem ſe geſtis ſuis oſtendit, & ſimulat. Idem dixit Ambroſ. S. Ambroſius in lib. de Elia, & ieiunio cap. 10. tom. 1.

Hinc idem S. Thomas notat loco citato, art. 3. *Hypocriſim* directè *veritati* opponi, *per quam* (inquit) *aliquis exhibet ſe talem vita, & ſermone, qualis eſt. Vnde, cum hypocriſis ſit quædam ſimulatio, qua quis ſimulat ſe habere perſonam, quam non habet, conſequens eſt, quod directè opponatur veritati.* Hæc ille. Et poteſt quidem confirmari ex illo, quod dixerat præcedenti articulo in argumento, *ſed contra*, ex ipſa ethymologia hypocriſis, S. Iſidoro Authore; *Hypo enim, falſum: criſis, iudicium interpretatur.* Hypocrita igitur in cauſa eſt, vt homines, qui eum vident, falſum iudicium faciant, cum aliud iudicẽt ex viſis, ac in re eſt. Nam, cum malus in ſe ſit, bonus tamen iudicatur ex factis. Et eſt mendaciũ vt art. 1. docuerat, conſiſtens, *Nõ in verbis, ſed in geſtis.* Licèt enim aliquando, etiam *in verbis*, ſimulationem oſtendat, hoc tamen nõ eſt, vt dicat contrarium illi, quod habet in mente, intẽdit enim decipere, ſed, vt virtutem fingat, qua eſt euacuatus. Quomodo illi erant, de quibus Dominus dixit Matth. 15. 8. *Populus hic, labijs me honorat: cor autem eorum lõgè eſt à me.* Vtitur enim hypocrita verbis dulcibus, & reuerentia plenis, magnam humilitatem redolentibus. Et hoc etiam, cæteris corporis geſtibus ſolet ſociare, intus tamen deſtitutus eſt omni virtute illa, quam ſimulat, vt Matt. 15. 8.

deci-

decipiat. Quo etiam ſenſu Eccle-
Eccli. ſiaſticus dixit 19.23. *Eſt, qui nequiter humiliat ſe, & interiora eius plena ſunt dolo.*

Grauitas autem huius peccati ex fine deſumitur, quem hypocrita habet in fictione ſua. Nam, ſi charitati Dei, & proximi repugnet, docet S. Thomas, abſque dubio, eſſe peccatum mortiferũ, vt ſi quis ſimulet ſanctitatem, aut falſam doctrinam diſſeminet, ſicut faciunt hæretici, & præſertim eorum miniſtri, ſeu prædicantes, qui *intùs ſunt lupi*, & exteriùs oues, vt Matth. 7. Dominus dixit, in quo contra Deum inſurgit, & cõtra proximum, quem ſic æternaliter perdit. Vel ſi ita ſe fingat, vt Eccleſiaſticam dignitatem adipiſcatur indignus. Nam in hoc etiã notabiliter lædit proximum ſuũ, quem dignitate illa priuat, qua dignus eſt. Et addit Angelicus Doctor, ita etiã peccare, quotieſcumque propter quæcumque tẽporalia bona, in quibus vltimum finem conſtituit, ita ſe fingit. Et hac ait, ſignificaſſe ſcripturam diIob 13.16 uinam Iob 13. cùm dixit, *Non veniet in conſpectu eius omnis hypocrita*. Excluſio namque à Regno non fit, niſi per peccatum mortale. Et iterum, quod ibidem
Iob 36.14 cap. 36. dicitur, *Simulatores, & callidi prouocant iram Dei*. Non enim prouocat furorem diuinum, niſi peccatum mortiferum. Quem oſtendit, cum per Iſaiam egit de
Iſai.10.5 eius ſupplicio, dicens. *Aſſur, virga furoris mei, & baculus ipſe eſt, in manu eorum indignatio mea*. Et ſubditur reſpectu cuius, *Ad gentem fallacem mittam eũ, & contra populum furoris mei mandabo illi*. Gens autem iſta *fallax*, ſimulatores iſti ſunt, & callidi, de quibus loco citato.

Notat autem quidam Doctor Pineda. modernus, verba Iobi exponens, cauſam, cur Dominus Deus ita aduersùs hypocritas indignetur, eſſe, quia cum ipſo agunt, ac cum idòlo mortuo, & ſenſus omnis experto, quod colitur externis officijs, & cæremonijs tantùm, neque requirit illius religio internã animi pietatem, ac deuotionem.

Et grauitatẽ peccati iſtius Pater Auguſtinus conſiderans dixit, *Simulata æquitas, non eſt æqui-* P. Aug. *tas, ſed duplex iniquitas, quia iniquitas eſt, & ſimulatio*.

Et Hieronymus adductus à S. Th. art. 4. cit. q. ait. *In compa-* S. Hieron. *ratione duorum malorum, leuius eſt apertè peccare, quàm ſanctitatem ſimulare*. Et rationem reddit quidam modernus, *Quoniam* Philipp. *in virtutis imagine delitescit*. Et Diez. quadam comparatione id confirmat, ſubiũgens. *Nam magno mari pernicioſores ſunt ſcopuli, qui breui operti aqua, triſtem, ac cæcum, & miſerabilem, non obſeruantibus, inferunt exitum, quàm rupes eminentes, quas nautæ facilè vitare poſſunt: Sic hypocritæ, qui in animi receſſibus, & latebris malitiam retinentes, ſpeciẽ*

Digitized by Google

pietatis foris ostendunt, tetriores sunt, & capitaliores improbis illis, qui sunt ab omni virtutis simulatione alieni, quoniam horum pestem facilè poteris fugere: illos autem non facile. Hæc ille.

Quam difficultatem Dominus ipse significauit, cum dixit Luc. 12. *Attendite à fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis.* Sicut enim fermentum, massam occultè corrumpit, intra massam latens: ita hypocritæ malitia, latens sub specie sanctitatis, hominum corda inficit. Et ideò dicit, *attendite*, ideſt, cordis attentione inuigilate, quia magna profectò requiritur vigilia animi, vbi est tam subdolus hostis. Luc. 12.1

S. Bern. serm. 65. post med.

Sanctus autem Bernardus, ait, esse vulpem illam paruulam, quæ vineam Domini demolitur. Nam de istis sermo est in Canticis, cum dicitur, *Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas.* ideſt, animas fideles. In eo autē, quòd paruulæ vulpes sunt, subtiles asserit esse, *vt facilè quidem* (inquit) *humanos frustrentur intuitus.* Quare iuxta istam doctrinam, benè confirmatur præcedēs, & optimè propter hypocritas cōgruit verbum *attendite*, quo vsus est Dominus; & ideò subdit deuotissimus Doctor, *Quia longè plus nocet falsus Catholicus, quàm si verus appareret hæreticus.* Et depingens mores, & compositionem hypocritæ, subiungit. *Videas hominem in testimonium suæ fi-* Cāt 2.15

dei frequentare Ecclesiam, honorare Presbyteros: offerre munus suum: Confessionem facere: Sacramentis communicare: quid fidelius? Iam quoad vitam, moresque spectat, neminem concutit, neminem circumuenit: neminem supergreditur: pallent insuper ora ieiunijs: panem non comedit ociosus, operatur manibus, vnde vitam sustentat, &c.

Ad hanc, etiam hypocrisim pertinet irreprehēsibilis vita multorum politicorum, qui licèt exteriùs curent apparere Catholici, & iusti, bonitatem tamen verā, & Religionem internam, seu cultum Diuinum, quem veri Catholici habent, non curant. Nam de istis docet Lessius, de iust. & iur. lib. 2. c. 47. dubit. 6. mortifera culpa esse infectos. Et facilè patet ex verbis S. Thomæ, ar. 4. in corp. supra citato, vbi asserit tunc hypocrisim esse mortalem, *Cum* (inquit) *aliquis non curat sanctitatem habere, sed solùm Sanctus apparère.* Illud namque verbum *non curat*, quo vtitur S. Doctor, est contemnere, vt prædictus Lessius illud videtur interpretari. Et hoc loquendo de sanctitate communi, quæ consistit in iustitia, seu gratia, & charitate infusa. Lessius. S. Thom.

Loquendo autem de *fictione perfectionis* Sanctitatis istius, ad quam præcipuè aspirant, qui sunt in Religione, dicit ibidē Doctor Angelicus, *Quod nec semper peccatum mortale, nec semper est cū*

pecca-

Digitized by Google

peccato mortali. Quia poterit eſſe, quòd finis illius, non repugnet charitati Dei, vel proximi, vt ſuperiùs diximus, & exemplum posuit, *Cum aliquis in ipſa fictione delectatur.* Igitur illa ſimplex delectatio in tali fictione, non mortalis eſt, ſed venialis iuxta S. Doctorem. *Quia* (inquit) *magis videtur vanus, quàm malus,* Et hęc quoad quidditatem hypocriſis.

De Cauſis hypocriſis.

DVæ præcipuæ ſunt, nimirũ, *Gloria vana,* & *auaritia.*

Et imprimis de *gloria vana*, clarè ex Euangelio conſtat Mat-
Matt. 6. 2 thæi 6. 2. Vbi Dominus ait, *Cum facis eleemoſynam, noli tuba canere ante te, ſicut hypocritæ faciũt in ſynagogis, & in vicis.* Ecce cupiunt ſua bona opera coram alijs apparère. & ſubditur cauſa, *vt honorificentur ab hominibus.* Ecce honor humanus, vanus, & fugitiuus. Iſta igitur eſt cauſa hypocriſis, ob quam hypocrita ſe ſimulat bonum, non ob amorẽ Dei, aut virtutis, ſed gloriæ vanæ, quæ, velut vmbra, tranſit.

De *auaritia* ſimiliter patet ex eiſdẽ verbis dominicis apud eundem Matthæum 23. 14. Vbi ſic
Matt. ait, *Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ, quia comeditis domos Viduarum, orationes longas orantes.* Ecce iſti plus cæteris, orationes ſuas prolongant. At ad quid? vt comedant domos viduarum, eatum marſupia euacuãdo, & implendo propria. Et heù! præcipuè illi ſunt, qui ex doctrina, & ſtatu, deberent eſſe verè à viſibilibus iſtis abdicati, per Phariſæos & Scribas ſignati. Hi igitur magis temporalibus inhiãtes, fingũt virtutem, cui debentur omnia, qua tamen, coram Deo, ſunt euacuati, & eam forſit oſtendunt, cupiditate victi ſubſtantiæ alienæ. Auaritia ergo, hypocriſis cauſa probatur.

Et vtramque cauſam ſcriptura etiam Diuina oſtendit, dũ hypocritas Struthioni aſsimilat, de quo ſic dicitur apud Iobum, *Pen-* *Iob 39.13*
na Struthionis ſimilis eſt pennis herodij, & accipitris. Vbi ſanctus Greg. notat pennas habere he- *S. Gregor. lib. 31. Mor. c. 5. tom. 2.*
rodij, & accipitris, quæ velociſsimæ aues ſunt, non tamen volatũ ſimilem, & ſic omnes eſſe hypocritas, qui ſanctitatem fingentes, manu cœlum contingere ſe putant, corde tamen in terra repũt, non ſubleuati ab illa. *Quis* (inquit) *Herodium, & accipitrem neſciat aues reliquas, quanta velocitate volatus ſui velocitate tranſcendãt? Struthio verò pennæ eorum ſimilitudinem habeat, ſed volatus eorum celeritatẽ non habet. A terra quippe eleuari non valet, & alas quaſi ad volatum, ſpecie tenus, erigit, ſed tamen nunquam ſe à terra, volando, ſuſpendit. Ita ſunt, nimirum, omnes hypocritæ, qui dũm bonorum vitam ſimulant, imitationem ſanctæ conuerſatio-*

ſationis habent, ſed veritatem ſanctæ actionis non habent. Habent quippe volandi pennas per ſpeciem, ſed in terra repunt per actionem, quia alas per figuram ſanctitatis extendunt: ſed curarum ſæcularium pondere prægrauati, nullatenus à terra ſubleuãtur. Hactenus S. Gregorius, & optimè. Quia ibi hypocritæ quęrunt diuitias, & fugitiuos honores, & hominum vaniſsimã aurã.

Cauſas etiam iſtas Angelicus Doctor, q. III. art. 3. ad 3. complectens, dicit, quod licèt cauſa proxima hypocritæ ſit, *Oſtendere ſe alium, quàm ſit*, tamen cauſas radicales, & finales, ad quas præcipuè ſuam fictionem vltimò dirigit, vanam gloriam eſſe, aut auaritiam. *Lucrum* (inquit) *vel gloria, eſt finis ſimulatoris*. Propterea à pio quodam Doctore, *miluo* etiam comparatur, qui rapaciſsimus eſt, & quamuis ad ſublimia tendat, reſpicit tamen terram, vt quærat prædam. O Hypocriſis terrenis infixa, quàm vilis es! tam ſordidæ originis fæda proles, & tamen tanta multitudo cæcorum non deeſt, qui te ſectentur, & amplexibus inhæreãt tuis! manentes lues apta flammis perpetuis!

S. Thom.

Philipp. Diuæ.

De effectibus Hypocriſis.

SED magis abominabilis apparebit ex effectibus ſuis, qui ſunt ſequentes

1 *Spei fruſtratio.*
2 *Laboris exinanitio.*
3 *Mentis obcæcatio.*
4 *Cordis obduratio.*
5 *Dei amiſsio.*
6 *Æterna punitio.*

Et diſcurrendum eſt per ſingulos, vt magis innoteſcat turpitudo hoſtis iſtius, quò ſeduló caueatur, & plus abominetur.

Spei fruſtratio.
Laboris exinanitio.

AD deſignandum hoc, hypocritæ ſpes apud S. Iob Scirpo, ſeu iunco, & carecto, aſſimilatur, quæ naſcuntur in paluſtribus locis, & virent aquarum copia, tamen flores habent, & nõ fructus, & de vnoquoque iſtorũ dicitur ibi: *Cum adhuc ſit in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas areſcit*. Itaque nunquam permittitur peruenire ad fructus, ſed ariditate conſumitur. Et ſubditur, *Ita ſpes hypocritæ peribit*. Illa vtique vitę æternę præcipuè, quàm per externa opera ſua habere, oſtentat.

Iob 8. 12.

Item appoſitiſsimè aranearũ telæ adhuc aſsimilatur ibidem. *Et ſicut tela aranearum, fiducia eius.* Nemo enim ignorat, quanta diſcretione aranea telam ſuam conficiat, & quàm ſubtiliter, ſubtiliſsimas telas contexat, vt etiã oculorũ aciẽ videantur effugere. Quæ omnia, mirum eſt, quàm eleganter hypocritarum ſtudia, atque

num. 14.

Digitized by Google

atque conſilia explicent, vt inſinuauit etiam Pſalmiſta, cùm dixit
Pſal. 89. 10. Pſ.89. 10. *Anni noſtri, ſicut aranea meditabuntur*, vel vt Septuaginta legunt, *meditati ſunt*. Et eſt ſenſus, dum viuimus ſemper meditamur, & machinamur fraudes, retia, laqueos, ſicut aranea ſubtilia teximus, ſed inutilia, quia tela ipſa, viſcerũ impendio, texta (hypocrita namque magno ſui corporis labore, & diſpendio, terrenis inhiat) paruo flatu diſſipatur, & domus illa, ideſt, ſtudia illa, quibus amicos quærebat, ſui honoris, & ſubſtantiæ fautores, & promotores, facilè deſtruetur, vel morte ipſorum, vel ipſiuſmet hypocritæ. Quandoque enim cõtingit, quòd ſine venti flatu, ſed ſcopa verrente domum, tela ipſa cum aranea intus exiſtente, pereunt ſimul, & frequenter antequam compleatur tela, cum adhuc ordítur, deſtruitur: hoc enim
Iob 8. 15. ſequentibus verbis indicatur, *Innitetur ſuper domum ſuam, & non ſtabit, ſuſcitet eam, & non conſurget.* Tela namque ipſa, eſt domus aranææ, vt ex Hebræo conſtat, habente verſiculo præcedentes, non *tela* ſed *domus*, & *ſicut domus aranææ fiducia eius*, & ſequitur. *Innitetur ſuper domũ ſuam, & c.* Omnis igitur labor, & ſtudia hypocritę, quibus meditatur de die, ac nocte, contexere telam cupiditatum ſuarum, excogitando modos, quibus *ſe fingendo*, obtineat auram humanã, gloriam, & diuitias, quibus inhiat, ſicut tela araneæ, paruo flatu fortunæ diſſipantur, vel morte ipſorum, in quibus habebat fiduciam, vel ſuæ propriæ vitæ, in qua confidebat.

Et quia tandem in fine, & ſerò agnoſcet ſtultitiam ſuam, dicitur ibi, *Nõ ei placebit vecordia ſua.* *num. 14.* O quàm amarè poſtea flebit labores præteritos, inſumptos infictione ſua! quàm ſe inſenſatum, & ſtultum vocabit, qui fruſtra, & inaniter, ita ſe cruciauit! ſuccedente pręcipuè cruciatu cõſcientiæ propriæ, & illo æterno hypocritis præparato!

Certè de hac laboris *exinanitione*, locutus eſt Dominus apud Matth. 6. 1. cum dixit, *Attendite, ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis.* Ecce hypocritæ finis, *videri ab hominibus*, & laboris fruſtratio ſubditur, *Alioquin mercedem non habebitis apud Patrem veſtrum, qui in cælis eſt.* O quãta ſtultitia laborare in caſſum, amiſſa cæleſti mercede æterna, omni bono plena! Idem profectò ibidem Dominus docuit in verbis illis, *Si oculus tuus fuerit* *num. 23.* *nequam, totum corpus tuum tenebroſum erit*: quid eſt oculus nequam, niſi non directus ad Deũ in operationibus ſuis? quas ad eum tãtùm deberet dirigere, tamquam ad vltimum finem, vt dicebat Pſalmiſta, *Confitebor tibi* *Pſal. 118. 7.* *in directione cordis*, quia tunc recta

Digitized by Google

recta opera manent, & expoſita radijs gratiæ, quibus illuminata à Sole iuſtitiæ, lucida manent, & digna æterna vitâ, vt ibi promittitur: *Si oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit.* Igitur quãdo eſt nequam, vt eſt ille hypocritæ, qui ſimplex non eſt, qui oſtendit exteriùs, æterna reſpicere, & intus reſpicit temporalia, hinc totum corpus illius, tenebroſum manet; id eſt, omnia opera illius euacuata manent lucè Diuina, & non apta Ciuitati illi ſupernæ lucidiſsimæ, *Cuius lucerna eſt Agnus*. O vigiliæ, ò maceratio, ò extenuatio, ò flagellatio, ò ſenſuum mortificatio, & dura cubatio, ò verba lenia, & ſubmiſſa, ò humilitatis ſigna, quæ tanto corporis labore ab hypocritis amplectimini! vbi eſt fructus veſter? terrenis inopinatè priuati, aut illis fruſtrari, æternis exhæredari, & ad perpetuã confuſionẽ deſtinari, hic eſt fructus. O cœcitas cordis humani, perituris infixi, quando illuminaberis, & recta via incedes! O hypocrita aperi oculos tuos, & conſidera, cui à Domino affimilaris, *Fermento* quidem, dum dicit, *Attendite à fermento phariſæorum, quod eſt hypocriſis*. Paulus autem ait, *Neſcitis, quia modicum fermentum, totã maſſam corrumpit?* Maſſa igitur operum bonorum tuorum tota corrumpitur ex fermento modico hypocriſis tuæ, & exinanita manet fructu æternæ vitæ. Ideo Dominus ipſe comparat te alibi *Lupo veſtito pelle ouina*, Quia cum intus lupus ſis, tamẽ exteriùs ouis appares. Non intrant autem lupi in cœlum, ſed oues, quæ collocatæ ad dexteram, accipientur ad regnum.

Matt. num. 23.
Apoc. 21. 23.
Luc. 12. 1.
1. Cor. 5. 6
Matt. 7. 15.
Matt. 25. 33.

Iterum à veritate ipſa, *Sepulchro dealbato* aſsimilaris, quod à foris ſpeciosũ apparet, intùs autem *plenum eſt oſsibus mortuorum*: talia ſunt opera tua, quæ hominibus viua apparent, & pulchra, ſed in oculis Dei mortua ſunt, & turpia.

Matt. 23. 27.

Similis es *adulterinæ pecuniæ*, quæ apparentiam tantùm habet, cum tamen reipſa, pecunia vera non ſit.

Similis es *Arundini*, exteriùs pulchræ, intus vanæ, quæ lanuginem pro fructu producit. Proinde à Sapiente eſt dictum, *Spes impij quaſi lanugo*. Et apud Iobum eſt ſcriptum, *Congregatio hypocritæ ſterilis*. Multum enim laborem impendis, quaſi multa congregare velis, & tamen ſine fructu manebis.

Sap. 5. 15.
Iob 15. 34.

Similis es *Cycno*, qui in plumis eſt albus, intùs niger, ita tu in operibus appares albus, id eſt, bonus: ſed intus es niger, id eſt, malus.

Similis es *Niui*, foris candidè, in ſe frigidæ. Deſtitutus enim es charitatis calore, & fructu eius, qui eſt vita æterna, licèt exteriùs candidus videaris, & innocens.

Si-

Digitized by Google

Similis es *nubi ſine aqua*, & *arbori foliis abundanti*, ſed *experti fructu*. Cum Simone Cyreneo portas crucem, & cum Latrone à ſiniſtris cum Chriſto es crucifixus. Iſta omnia cõſiderans, ſcripſit benè B. Laurentius Iuſtinianus de te, & de ſimilibus tui dicens, *Inſipientes prorſus huiuſmodi ſunt, qui abſque fructu carnem affligunt, & ſine ſpe veniæ, gratiam ſe percepiſſe, inſinuant.*

B. Laur. Iuſt. lib. de humil. c. 15. ante med.

Mentis obcæcatio.
Cordis obduratio.

ISti ſunt alij fructus tui. De mentis namque obcœcatione Matth. 23. patet, vbi poſtquã Dominus Phariſęos vocat hypocritas, dicit, *Væ vobis, duces cæci.* Et poſt pauca, iterum replicat, *Stulti, & cæci.*

Matt. 23 24.

De cordis etiam, obdurationę conſtat etiam ibidem nu. 23. vbi idem Dominus inquit, *Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ, qui reliquiſtis miſericordiam*: ille enim in alios obduratus eſt corde, qui miſericors nõ eſt. Hinc apud S. Iobum Struthioni aſsimilatur hypocrita, qui etiã filijs proprijs durus eſt. *Duratur* (inquit) *ad filios ſuos, quaſi non ſint ſui.* Super quæ verba, Sic ait S Gregorius lib. 31. Moral. cap. 7. to. 2. *Quem enim charitatis gratia nõ infundit, proximum ſuum, etiam ſi ipſe hunc Deo genuit, extraneũ reſpicit, vt profectò ſunt omnes hypocritæ, quorũ, videlicet, mentes, dum ſemper exteriora appetunt, intùs inſenſibiles fiunt, & in cunctis, quæ agunt, dum ſua ſemper expetunt, erga affectum proximi, nulla charitatis compaſſione, molleſcunt.* Hæc ille. Vbi ſatis inſinuat, ex amore ſui, & auaritia, quibus abundat hypocrita, duritiam hanc prouenire. Diximus autem ſupra in Propugnaculo primo, *duram* auaritiã eſſe. Ecce qualis fructus huius amariſſimæ arboris. Ecce qualis partus huius ſteriliſsimæ matris. Quis ergo non horreat illam?

Iob 39. 16.

S. Greg.

Dei amiſsio.

HIC alius effectus eſt peſſimi hoſtis iſtius, qui quidem communis eſt iniquitatibus omnibus, tamen ſpecialiter in Scripturis diuinis de illo mentio circa hypocritas fit, vt magis innoteſcat huius vitij turpitudo.

De hac igitur amiſſione, ſic dicitur apud Iobum, *Non veniet in conſpectu eius* (ſcilicet Dei) *omnis hypocrita*, id eſt, nullus hypocriſis vitio maculatus, Deum poterit poſsidere, videndo eum, & fruendo.

Iob 13. 16.

Idem ſufficienter exprimitur in Sapientiæ libro, cùm dicitur, *Spiritus ſanctus diſciplinæ, effugiet fictum.* Quia vtique non habitabit in homine ſimulatore facto, qualis hypocrita eſt, qui veram ſimulat diſciplinam, & fingit, cum

Sap. 1. 5.

Digitized by Google

eum tamen in eo te ipsa non sit, cũ exteriùs tantùm disciplinatus appareat, & intus euacuatus sit.

Ecce hoc iterum Dominus in Euangelio dixit, cum ad hypocritas loquens, ait, *Ecce relinquetur vobis, domus vestra deserta.* Nam Sanctissima Trinitas, quæ per gratiã in anima fideli inhabitat, vt dicitur apud Ioan. *Ad eũ veniemus, & mansionẽ apud eũ faciemus*, tunc primùm deserit illam, cum incipit fictè procedere, & hypocrisis crimine irretiri. Et ita quidem relinquitur deserta domus Dei, quæ est cor humanum, & spoliatur omnibus spiritualibus donis, per quę Deus, speciali modo, manebat in eo, & ipsum amittit, qui est bonum summum, ac infinitè perfectum. Ecce qualis iactura per istũ hostẽ illata. Quòd si adeò timemus amittere bona terrena, quæ vera bona non sunt, cur non veremur iacturam facere Dei nostri, qui vnicum bonum nostrum est, verum, & æternum, in quo omnia bona sunt? *Non videat* (inquit Scriptura Diuina, de hypocrita loquens) *riuulos fluminis, torrentes mellis, & butyri*. Et sanè de illo flumine sermo est, de quo scriptum est, *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei*. Et iterum, *Flumen Dei repletum est aquis*. Scilicet, gratiæ, & dulcedinis, quibus fœcundatur, cibatur, & mirabiliter dulcoratur ciuitas illa superna, æternum habitaculum beatorũ; ideò subditur, *Parasti cibum illorum*, & hìc dicitur, *Torrentes mellis, & butyri. Torrentes*, propter abũdantiam. Quàm etiam significauit Psalmista, cum cecinit, *Torrẽte voluptatis tuæ potabis eos*, &, *mellis*, additur, & *butyri*, propter suauitatem, & dulcedinem ineffabilem. De qua idem Propheta Regius, *Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abscondisti timentibus te!* Abscõdita namque modò est ab oculis nostris, mirabilis dulcedo illa, quã non valet mens nostra, nunc comprehendere, vt Apostolus dixit, *Neque in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligẽtibus se*. Hypocrita quidem, Deum nõ diligit, sed se, quem sua fictione quærit, & terrena ista, propter quæ, Deum suũ insipienter amittit, & ineffabilia bona perpetua. Ecce qualis dementia, & stultitia!

Matt. 23. 38.

Ioan. 14. 23.

Iob 20. 17

Ps. 45. 5.

Ps. 64. 10

Ps. 35. 9.

Ps. 30. 20.

1. Cor. 2. 9.

Aeterna punitio.

DE iudicio horribili, quo Deus iudicabit hypocritas, & ad pœnas destinabit æternas, loquens Isaias Propheta, ait, *Dies Domini super omnem superbum, & excelsum, & super omne, quod visu pulchrum est.* Quæ verba B. Petrus Damianus epist. ad Blanc. c. 7. Considerans, notat, non dixisse, *Super omne, quod pulchrum est*, sed quod *visu* pulchrum est. *Quia* (inquit) *diuini pondere iudicij premitur ille*, qui

Is. 2. 12.

B. Petr. Damian.

Digitized by

qui intrinſecùs quidem vitiorum latenter ingruentium, deformitate confunditur, foris autem, quadam adumbrata virtutis, vel potiùs honeſtatis pulchritudine, palliatur.

Et certè magis patere hypocritas iræ Dei, ruinam inferenti, & proſternenti, ſignificant myſticè verba illa diuina apud S. Iobũ,
Iob 1.19. *Ventus vehemens irruit à regione deſerti, & concuſsit quatuor angulos domus.* Nam anguli quidem magis in domo patent, ſeu apparent, & ideò congruè per illos hypocritæ deſignantur, qui palam benefacere hominibus videntur, vt optimè notauit Origenes, dicens, *eo verò, quòd quatuor domus angulos ventus cõtingit, diſce, in angulis platearũ, hypocritas ad orandum conſiſtere.* Origen. in caten. Græc,
Hæc ille, & concordat cum verbis Domini apud Matthæum, vbi
Matt.6.5 ſic dicitur, *Non eritis ſicut hypocritæ, qui amant in Synagogis, & in angulis platearum ſtantes orare, vt videantur.* Cõcutiuntur ergo primùm anguli, id eſt, hypocritæ, *à regione deſerti*, vt deſignetur proſtratio, & ſterilitas, id eſt, egeſtas in qua viuent in ſempiternum, manu ita Omnipotentis percuſsi.

Hoc etiam ſignificant verba
Iob 36.14 illa in eodem libro ſcripta: *Simulatores, & callidi prouocant iram Dei, neque clamabunt, cum vincti fuerint.* Quid eſt enim, *Nõ clamare vinctos?* deſperare. Nã vincti clamant, quia liberationem ſperant, ideo apud Zachariam dicuntur *vincti ſpei*, & apud Pſalmiſtam dicitur, *Clamabit ad me, & ego exaudiam eum.* Hypocrita igitur, iuſta ira diuina, poſitus in inferno, in deſperatione erit æterna. Quod confirmant etiam verba ſequentia, *Morietur, & anima eorũ*, vtique morte æterna. Zachar. 9.12. Pſ.90.15 Iob vi ſup.n.14.

Subditur autem ibi, *Et vita eorum inter effœminatos*. In quibus verbis pariter pœna hypocritarum peculiaris innuitur, quæ erit confuſio ſempiterna, correſpondens laudi, & gloriæ in vita iſta quæſita per fictionem eorum. Et eſt ſenſus, quòd, quemadmodum, qui cùm vir ſit, tamen effæminatus ſit, proſternẽs ſe ad auerſam libidinem, & inſtar fœminæ, virum admittit, quod ipſa natura abhorret, & lex etiam in Deuteronomio prohibuit, *Non ſit meretrix de filiabus Iſrael, nec ſcortator de filijs Iſrael*. Hoc enim opprobriõſum maxime, & confuſione digniſsimum eſt. Similiter igitur hypocritæ, qui ſe continẽtes finxerunt, & caſtos in vita præſenti, dum erunt in inferno, cum opprobrio ſempiterno, luxurioſos fuiſſe, perpetuò apparebit. Quod etiam comminatus eſt Dominus, cum per alium Prophetã dixit, *Ego reuelabo pudenda tua*. Et iterum alibi. *Reuelabo ſtultitiam eius in oculis amatorũ eius.* Deuter. 23.18. Nahum. 3.5. Oſe.2.10.

Cum confuſione porrò iſta, vilipendium, & ignominia erũt admixta.

mixta. Conculcabuntur namque ab ipsis spiritibus infernalibus ministris æternis Diuinæ Iustitiæ, vt significant verba illa per Isaiã
Isai.10.5 Prophetam, *Assur virga furoris mei, & baculus ipse est, in manu*
Ibi. 6. *eorum indignatio mea. Ad gentem fallacem mittam eum, & cõtra populum furoris mei, mandabo illi, vt auferat spolia, & diripiat prædam, & ponat illum in conculcationem, quasi lutum platearum.*

Quæ autem est *gens ista fallax*, vt iam supra notaui, nisi hypocritæ? quod enim non sunt, fingunt, & sic fallunt, & decipiũt. Quid est *populus furoris mei?* Nisi adeò furore, & ira diuina dignus, vt populus furoris, non amoris, debeat nominari, à quo auferuntur spolia, & diripitur præda, quia donis gratiæ cunctis priuatur, & natura ipsa punitur cum confusione perpetua. Quod *conculcatio*, & *lutum platearum* designant. Nã luta aliqua sunt, quæ licet ex se sint vilia, non ita tamen peruia sunt conculcationi in via, vt platearum luta. Istis igitur similes hypocritæ fient cum dedecore sẽpiterno, qui in vita hac labili, & transitoria, *ex fictione* appatuerũt glorioſi. Ecce qualis fructus ex pessima hypocrisi germinatus. Ecce quale vulnus ab isto hoste inflictum. Quomodo igitur animus non abhorrebit exitiale hoc vitium? & toto suo conatu se non elongabit ab illo?

Arma aduersus hunc hostem ponuntur.

POstquam igitur perfectè naturam hostis istius inuestigauimus per doctrinam, ad tria illa puncta reductam, restat, vt arma contra illum ponamus, quibus, Deo adiutore, poterit expugnari. Quod fiet

1 *Veritate.* 4 *Paupertate.*
2 *Simplicitate.* 5 *Breuitate.*
3 *Humilitate.* 6 *Aeternitate.*

CONSIDERATIO I.

Ex *Veritate.*

NOn meliùs quidem quodcumque vitium expugnatur, quàm per virtutem oppositã. Superiùs autem ex S. Thoma docuimus, *veritatem*, scilicet, qua quis se talem in sermone, & operatione ostendit, qualis intùs est, ad *veritatem* pertinere, simulationi oppositam, quæ hypocrisis est; igitur optimè expugnabitur veritate huiusmodi. Quem præliandi modum S. Propheta Samuel docuit Israelitas, cùm dixit, *Timete Dominum, & seruite ei in*
1. Reg. 12. 24. *veritate*. Vbi Doctor quidam modernus ait, *Seruire in veritate*
Mẽdoza, *est, foris, & intus: ore, & corde pariter seruire*. Et confirmat
S. Greg. auctoritate Gregorij dicẽtis, *Qui in veritate Deo seruire cupiunt, totum cor in diuinis obsequijs ponere*

Digitized by Google

nere iubentur, vt ſic, quæ Dei ſint, agant, vt in mente aliquid, quod contra Deum ſit, non retineant. Hæc ille. Retinet quidem in mẽte ſua hypocrita gloriam vanam, ſuperbiam, & auaritiam, quæ aduerſantur Deo: ille autem, qui verè iuſtus eſt coram oculis Dei, nihil aliud ſuis dictis, & factis, quàm ipſum Deum quęrit, & ita intelligitur ei in veritate ſeruire.

De hac *veritate* loquẽs Apoſtolus Ad Coloſſ 3. dixit, *Quodcumque facitis, ex animo operamini.* Et Æſchylus Philoſophus ſententiam ad hoc protulit, pio Catholico dignam, *Non videri* (inquit) *tantùm, ſed eſſe vir optimus, ſtude.* Et Anianus dixit, *Quod non es, non te ſimules, vero enim comperto rideberis.* Et Dominus in Euangelio ait. *Spiritus eſt Deus, & eos, qui adorant eum, in ſpiritu, & veritate oportet adorare.* Quid eſt *in ſpiritu, & veritate* adorare? niſi, quod interiora reſpondeant exterioribus: in *ſpiritu* namque, interiora deſignãtur, & in *veritate*, correſpondentia iſta, quam S. Ptopheta habebat, cum dicebat, *Benedic anima mea Domino, & omnia, quæ intra me ſunt, nomini ſanctio eius.* Interiora ergo cum exterioribus concordabat, & ideò Deum placabat, & ad iram non prouocabat, ſicut faciebant illi, quibus dicebat, Dominus, *Populus hic, labijs me honorat, cor autem eorũ, longe eſt à me.* O hypocritæ mẽdaces, & fallaces, qui exteriora veſtra ab interioribus diſcordatis, quare non conſideratis, quantum Deum veſtrum ad iram prouocatis, qui in ſpiritu, & veritate à vobis vult adorari, & non fictè, & mendaciter, vt vos impiè facitis? ſimulatione ergo veſtra expulſa, amplectimini *veritatem*.

Ad Col. 3. 23.

Anianus.

Ioan. 4. 24.

Pſ. 102. 1.

Matt. 15. 8.

Modus traditur, à iuſto Hypocritam dignoſcendi.

SEd hìc poteſt ſtatim quis interrogare, quomodò poterit hypocritam à iuſto diſcriminare, dum ambos video benè operari? Reſpondeo. *Ex perſeuerantia*. Per iſtam namque ab inuicem ſeparantur.

Et imprimis, quòd quiſque *Ab operibus* cognoſcatur, *qualis intus ſit*, patet ex Domino ipſo in Euangelio, vbi dicit, *A fructibus eorum cognoſcetis eos.* Ad quę verba S. Bernardus, ſerm. 65. in Cãt. alludens, loquendo de hypocrita ſub vulpeculæ nomine, inquit, *Inſtemus, inueſtigemus, à fructibus eius cognoſcemus eam.* Et Dominus ipſe de ſemetipſo loquens ad illos, qui in ipſum credere renuebant, ait, *Si mihi non vultis credere, operibus credite*, clarè oſtendens, opera bona, quæ faciebat, ſufficientia teſtimonia eſſe ad demonſtrandum, quis eſſet, vt dixerat paulò ſupra, *Hæc teſtimonium perhibent de me*. Et S. Ioãnes Baptiſta, qui diſcipulos ſuos

Matth 7. 16.

S. Bern.

Ioan. 10. 38.

num. 25.

Digitized by Google

inſtrui cupiebat de eiuſdem Saluatoris agnitione, miſit illos ad ipſum, ad interrogandum *quis eſſet*, & ipſe reſpondit, *Renuntiate Ioanni, quæ audiſtis, & vidiſtis.* Opera indicans ſufficere ad talem cognitionem. Vnde Bernardus, ſerm. 24. in Cant. poſt med. ait, *rectum re vera te dixerim, ſi rectè in omnibus ſentias, & iuſtum opere probaueris.* Et rationẽ ſubindicat, ſubiungens, *Inuiſibilem animi ſtatũ nũtiat fides, & actio.*

Matt. 11. 4.

S. Bern.

Hoc ipſum ſignificauit Pater meus Auguſtinus in Regula, dum dicit: *Nec dicatis vos habere animos pudicos, ſi habeatis oculos impudicos.* Et rationem ſubdit, *Quia impudicus oculus, impudici cordis eſt nuntius.* Vnde à contrario ſenſu valet argumentatio, quòd pudici cordis indicium, ſit oculi mortificatio. Quod etiam Sapiens docuit, cum protulit, *Ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei, cognoſcitur sẽſatus: amictus corporis, & riſus dentium, & ingreſſus hominis enuntiant de illo.* Et in Prouerbijs dicitur, *Sicut aqua profunda, ſic conſilium in corde viri, ſed homo Sapiens exhauriet illum.* Quæ ſanè verba valdè ad propoſitum notabilia ſunt, & ſignificant, quòd licèt valdè abſtruſa ſint, & occulta, quæ in hominis corde verſantur, tamen omnia poſſe à viro Sapiente penetrari. Hoc enim verbum, *exhaurire*, deſignat. Quòd, ſcilicet, nihil in pectore maneat, quod nõ penetretur ab illo: hoc autem facere nequit, niſi per ſigna externa, ad differentiam Dei, cui *immediatè* omne cor patet, quomodo intelliguntur verba illa diuina, *Homo videt ea, quæ parent: Dominus autem intuetur cor.* Quia licèt homo *immediatè* nõ intuetur cor, ſicut Deus, & ita non poſsit omnino certò, abſque reuelatione diuina, quod intus eſt, aperire: tamen, ſaltem coniecturabiliter, poteſt ad *probabilẽ valde cognitionem* peruenire, vt ſactis Scripturæ citatæ ſignificant.

P. Auguſ. in Reg.

Eccli. 19. 26.

Prou. 20. 5.

1. Reg. 16. 7.

Duo autem ſunt ſigna præcipua, quibus homo Sapiens poteſt interiorẽ bonitatẽ alicuius ſcrutari, inueſtigare, & penetrare. *Perſeuerantia* ſcilicet, vt ſupra dixi. *Et quod eadem faciat quis in abſentia ſui ſuperioris, quæ in præſentia facit.* Quæ quidẽ duo Apoſtolus eſt complexus, cum ad Philippenſes ſcribens, dixit, *Chariſſimi mei, (ſicut ſemper obediſtis) non vt in præſentia mei tantum, ſed multò magis nunc in abſentia mea.* Vbi verbum, *ſemper*, perſeuerantiam indicat, & illa, *multò magis nunc, &c.* oſtendunt, quòd plurimum faciunt ad bonitatem ſciendã, opera bona, abſente Prælato, facta. Quia, cum præſens eſt, poteſt, *ad oculum ſeruiens*, hypocrita fingere, quod non eſt, & exhibere ſe bonum: tamen, cũ oculus prælati non eſt, & rectum quis operatur, ſignum eſt, hominem non reſpicere in ſua operatione, ſed

Ad Philip. 2. 12.

by Googl

ſed Deũ,cui omnia patẽt vbique.

At verò, quia etiam hìc poſſet dæmon aſtutè ſuggerere hypocritæ,quod,abſente ſuperiore,etiam coram alijs, bona eadem faceret, qui illi poſſent referre. Ideò perſeuerantia dolum iſtum aperiet, &, qualis intus vnuſquiſque ſit, oſtendet.

Cum enim perſeuerantiam ſoleat comitari conſtantia, qua impedimenta exteriora vincuntur, quibus ſolent bona opera impediri, & conſtantia,ſpecies ſit patientiæ: *patientia autem*,vt Apoſtolus ait, *probationem operetur*, clarum relinquitur, qualis vnuſquiſq.ſit, perſeuerantiã indicare.

Ad Rom. 5.4

Imò non tantùm impedimenta *in arduis* ſuperare, quod pertinet ad conſtantiam,ſed etiam in *paruis*, & *mediocribus* ſpectat ad patientiam. Quia *diù perſiſtere*, quod pertinet ad perſeuerantiã, etiam in his,aliquam difficultatẽ habet, quam ſuſtinere, & vincere, patientiæ eſt, & ideò in iſtis etiam,hæc virtus relucet, & conſequenter probatio, qua bonitas innoteſcit, quæ in charitate conſiſtit, de qua idem Apoſtolus dicit, *Charitas patiens eſt,&c. omnia ſuffert,omnia ſuſtinet.* Et Sanctus Gregorius de hac perſeuerantia loquens, ait, *Virtus boni operis,perſeuerantia eſt.* Vbi notabiliter dicitur *virtus*,quaſi medulla, & inteſtinum boni operis ſit, diù perſeuerare in illo.

1. Cor. 13. 4. & 7.

S. Gregor.

Igitur, qui ita ſe gerit, bonus habendus eſt. Nam virtus ficta, diù perſeuerare non valet. Cum natura pati abhorreat: ad opera autem, quæ hypocrita fingit,non inclinat, & ideò patitur. Et licèt ad modicum vincat,cupidine gloriæ,aut alterius boni temporalis, tamen diù ſine gratia,ita non valet durare: gratiã autem Dei ſpecialem, qua ita perſeueret, non meretur hypocrita, & ita iuſtè ſubtrahitur illi,ideoque non poſt multũ temporis,neceſſe eſt oſtendere,qualis intus ſit.

Propterea Scriptura Diuina rebus debilibus, fragilibus,& parum durantibus hypocriſim aſſimilat,nimirum, *Careẽto*, & *Scyrpo*, & *vaſi fictili*. Nam apud Sanctum Iobũ de hypocrita eſt ſcriptũ, *Nũquid virère poteſt Scyrpus abſque humòre:aut creſcere careẽtum ſine aqua?* Quia vtique herbæ ſunt paluſtrales,quæ,deficiente humore,& aqua,areſcunt,& nõ creſcunt: ita, deficiente humore, & aqua gratiæ, in corde hypocritæ, qua laborem perſeuerantiæ, valeat ſuſtinere, diù virere non valet, quin ab incepto opere ceſſet.

Iob 8.11.

Pro quo etiam facit, quod in Prouerbijs dicitur, *Quomodo,ſi argento ſordido ornare velis vas fictile, ſic labia tumentia,cum peſſimo corde ſociata.* Pro intelligentia verborum iſtorum, in quibus, iuxta quendam Doctorẽ modernum, de hypocrita eſt ſermo, eſt notandum, argentum ex

Prou. 26. 23.

Salazar.

Digitized by Google

ſuis fodinis, purum non extrahi, ſed plumbo, ſtanno, aut etiam ſtibio plerũque admixtũ. Stãnum igitur,& ſtibium, ſordidum argẽtum dicuntur, ex quibus ſolent vãſa fictilia vitriari. Dicit ergo Sapiens,hypocritam,quem *tumidum* appellat,& *corde peſsimum*, eſſe ad inſtar vaſis fictilis,ſordido argento liniti, hoc eſt, iſtis metallis vitriati, quod facilè frangi poteſt, & quod ita ſimiliter, diù durare non valet hypocrita, qui exteriùs tantùm, apparentia boni operis eſt linitus, cùm intùs virtute illius euacuatus ſit. Qui ergo diutiùs perſeuerat in bono, hypocrita habendus nõ eſt. Nam vt B. Laurentius Iuſtinianus ait in tract. de triumphali Chriſti agone cap. 16. circa medium, *Qui ſimulato graditur corde, diù latere non valet*.

Laur. Iuſt

Et Venerabilis P. Thomas à Ieſu Ordinis noſtri, dicit, *Nunquã malitia poteſt diù, pallio operiri virtutis, quin, aut in occaſione, aut in aliqua circumſtantia, ſui indicium det, & innoteſcat.* Ita in ſuo tract. de laboribus Ieſu, labore 20. *in doctrina*; vbi hoc dicit in confirmationem bonitatis Domini Ieſu, malè à Iudæis iudicatæ, quia continuatio bonorum operum ſuorum, oſtendebat ſatis, veram eſſe, & nõ fictam.

Th. à Ieſu

Sed vnum hìc vlteriùs inquiri poteſt, nimirum, quotum ſit tempus diuturnum, ſufficiens exiſtimandum ad probationem hanc faciendam? Reſpondeo, quod regulariter trium annorum. Idque colligitur ſatis ex verbis Domini apud Ioannem 14. 9. Vbi Apoſtolis dixit, *Tanto tempore vobiſcum ſum, & nõ cognouiſtis me!* conſtat autem fuiſſe ſolùm triennium. Nam trigeſimo anno prædicare cœpit, quo diſcipulos accepit. Et trigeſimo tertio paſſus eſt, cùm illa verba præmiſit in vltima concione. Igitur per verba hæc indicauit, perſeuerantiam annorum trium in bono, ſufficiẽtem eſſe, ad veræ probitatis probationem.

Ioan.

Quod etiam Iuriſtæ affirmant circa communem illam regulam Iuris, *Semel malus, ſemper præſumitur malus.* Vbi explicant nõ procedere, quando quis, ſaltem per triennium, ab illo malo abſtinuiſſet, in quo præſumitur malus. & videri poteſt pro hoc, ſi libuerit, Roderiquez de Regul. to. 2. q. 13. art. 3.

Roderiq.

Ex qua doctrina, praxis multũ neceſſaria colligitur circa iudicia hominum de proximis ſuis. Nam, qui fortè hominẽ lapſum in aliquem defectum viderint, ſi emẽdatus, diù perſeuerat in bono, malũ non debent reputare, & iudicare indignum bonis illis, quæ pro virtutis præmio ſolẽt in hac vita attribui. Quod quidem facit pro ſuperiorum regimine, qui, *tuta conſcientia*, prædicto tempore probationis tranſacto, poſſunt ſe cum ſimilibus gerere; illis,

in

in miniſterijs, & officijs vtendo: & etiã aliquando ante illud tempus, emendationis feruore, & alijs circũſtantijs diligenter conſideratis. Pro quo etiam facit cõmunis illa Theologorum doctrina dicentium, *Quod ſicut malis moribus infamia facti contrahitur, & fama bona amittitur: ita contrarijs bonis moribus, infamia facti aboletur, & fama bona recuperatur*.

Et ſanè, ſi hoc obſeruabitur, amaritudines multæ in Religione ceſſabunt, & bonum illius promouebitur. Cùm quandoque ex paſsione, intellectum obnubilante, & auertente affectum, iaceant multi, boni iam verè facti, & ad multa apti, & idonei, & non eſt, qui alicui dicat, *Surge, & in vinea Domini operare, quem verè iam colis, & amas, lucrare Deo proximos tuos doctrina tua, & verbo*.

Habes ergo, chariſsime frater, ex omnibus ſupra dictis, quod *veritate* debes cõtra hypocriſim militare, & ſic de illa triũphare. Habes pariter, quomodò veram bonitatem à falſa, & ficta dignoſcas. Eſto igitur cautus, ne ab hoc hoſte capiâre.

CONSIDERATIO II.

Ex *Simplicitate*.

S.Th.qu. 109.ar.2 ad 4.

VIrtus iſta *duplicitati* opponitur, vt S.Thomas docet. *Duplicitas* autem vitium eſt, quo aliquis, vt S.Doct. affirmat, *Aliud habet in corde, & aliud oſtendit exteriùs*, ſeu *vnum prætendit, & aliud oſtẽdit*, quod eſt ſimulare. Ex quo euidenter conſtat, etiam opponi hypocriſi, quæ quædam *Simulatio eſt*. Vnde idem Sanctus ibidem ait, *ſimplicitatem*, eandem virtutem eſſe cum *veritate*, quã huic vitio oppoſitam diximus. Et inferiùs q.111.art.3.ad 2. docet, ſola ratione, diſtingui, quia (inquit) veritas dicitur ſecundũ quod concordat ſignatis: ſimplicitas autem dicitur, *Secundùm quod nõ tendit in diuerſa, vt ſcilicet, aliud intendat interiùs, aliud prætendat exteriùs*. Vnde ibidem docet, ſimplicitatem, directè à deceptione præſeruare, nimirum à dolo, & fraude, quæ in ſimulatione, ſeu hypocriſi ſunt. Nam dolus, decipit *verbis:* & *factis*, fraus. quod hypocrita facit: optimè ergo per ſimplicitatem, hypocriſis expugnatur, iuxta Doct. Angel.

De qua Dominus in Euangelio loquens, dixit, *Te faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua.* Matt.6.3 Quibus verbis *ſimplicitas* hæc ſuadetur, qua aliquis in diuerſa nõ tendit, ſed ſolùm gloriam Dei quærit. Et ideo dicitur, quòd ſiniſtra neſciat, quid facit dextera. Quia non debet homo, vt facit hypocrita, aliud, operatione externa, per ſiniſtram ſignata, oſtendere, & aliud intentione ſua, deſignata

per dexteram, intendere, sed simpliciter operari, id exteriùs tantùm prætendens, quod intendit interiùs.

De qua *simplicitate* etiam dixit Apostolus, *Non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis timentes Deum*. Vbi duplicitatē prohibet hypocritis, qua vnum prætenditur, & aliud intenditur, frequenter namque contingit, quod exteriùs quis ostēdat obedientiam homini, cui per illam quærit placere, quam tamen propter Deum nō facit, & ideo, *Duplex est corde*. Simplex autem est, cum solùm homini propter Deū obedire quærit. Nam sic Deo soli obedit in homine, & simplex cor habet. Et ad hoc insinuat conducere timorem Dei, quem, vt Dominum vniuersorū, debemus agnoscere, & propter ipsum homini obedire, à quo potestatē habet, dicēte alibi eodē Apostolo, *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit*. Et rationē subdit, *Non est enim potestas, nisi à Deo*. Qui ergo Deum timet, in homine ei obedit, & nō fingit, sed simpliciter ipsū quærit, obediendo, Sapiente dicente, *In simplicitate cordis quærite illum*. Nā sic protegetur ab eo, vt in Prou. dicitur, *Et protegit gradientes simpliciter*, & tursùs ibidem habetur, *Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter*. Quia incedit tutissimè, nihil veritus mali.

Coloss. 3. 22.

Rom. 13. 1.

Sap. 1. 1.

Prou. 2. 8

cap. 10. 9.

Quod non contingit hypocritæ, qui semper est pauidus, ne tandem detegatur, & fraudes suæ appareāt. Vnde ibidem de illo subditur: *qui autem deprauat vias suas, manifestus erit*, ideſt, reuelabitur, & de hoc confundetur, & punietur.

Quid, quæso, est deprauare vias suas, nisi, quòd exteriora cum interioribus rectificata non sunt, seu concordia? ideo de tali hypocrita corde in Eccli. dicitur. *Cor ingrediens duas vias, non habebit successus, & prauus corde, in illis scandalizabitur*. Scādalizatur ergo in illis, & prosperos successus non habet, sed aduersos, quia saltem in die extrema, *Illuminabit Dominus*, vt ait Apostolus, *abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit vnicuique à Deo*. Vtique vera. Nam, quæ datur ab hominibus, vera non est, cùm frequenter isti ab hypocritis decipiantur, qui benè tenebræ appellantur, quia ipsorum exteriora, non permittunt, quod intùs est apparere: sed tunc illuminabuntur à Domino, & secreta illorum consilia, quibus aliud quærebāt, dum hìc viuerent, ac erāt, videri, patebunt, cum indicibili confusione ipsorum.

Eccli. 3. 28.

1 Cor. 4. 5

num 5.

O tempora! ò mores! ò vanitas! Quare non corrigimini? Quare non rectificamini? O simplicitas recta, Deo placens, & ab ipso protecta, confusionem ne-

neſciens, & gloriam veram experta! per te hypocriſis expugnatur, confunditur mundus, & acquiritur cœlum. Qui te poſſidet habet Deum, qui te amittit, Prou.3.32 perdit eũ. *Quia abominatio Domini eſt omnis illuſor, & cũ ſimplicibus ſermocinatio eius, vt in Prouerb. dicitur,* Cum illis nãque amicabiliter agit, & illuſores odit, qui ſunt hypocritæ. Ille enim verè Deũ illudit, qui ipſum amare foris oſtendit, & ſe, & non ipſum intùs diligit. Reiecta igitur hypocriſi immunda, & praua, recta ſimplicitas, nobis ſit grata, & chara.

CONSIDERATIO III.

Ex *Humilitate*.

PER iſtam Cõſiderationem, ad radicem ſecuris ponitur. Ex ſuperbia namque, & elatione, ac vanitate animi, ſuperiùs diximus pullulare hypocriſim: cum ergo humilitas oppoſita ſit ſuperbiæ, & honores fugiat, ac vanitates, clarum remanet, per illam optimè hoſtem hunc expugnari.

Et ſanè hypocriſis exaltationem quærit, & ruinã inuenit: humilitas autem, dum ſe deprimit, exaltatur. Patet hoc euidenter in Phariſæo, & Publicano, de quibus in Euang. apud Luc. narratur, Luc.18.11. quod ille turgidus in corde ſuo efferebat ſe ſuper alios, at nõ mirũ, quia hypocrita erat, & ideò in Templo genua ſua flectebat, & dicebat, *Ieiuno bis in Sabbato:* num.12. *decimas do omnium, quæ poſſideo.* Et proinde deſpiciens cæteros, ſe arroganter iactabat, dicẽs, *Non ſum ſicut cæteri hominum,* num.11. *rapaces, iniuſti, adulteri, velut etiam hic Publicanus.* Hic autem ſe humilians, à longè in Templo ſtabat, non ſe reputans dignum acceſſu ad Deũ, neque eleuatione oculorum ad ipſum, *Sed percutie-* num.13. *bat pectus ſuũ, dicens, Deus, propitius eſto mihi peccatori.*

Ecce alter, iuſtificat ſe, & ſuper alios ſe exaltat, quia ſuperbus hypocrita: alter verò humiliat ſe, peccatorẽ ſe agnoſcens. At quæ differentia inter illos? quòd ille humiliatur, & iſte exaltatur. Subditur namque ibi, *Deſcendit hic* num.14. *iuſtificatus in domum ſuam ab illo,* quia eſſe iuſtum *in oculis Dei,* magna exaltatio eſt. De iuſtis nãque in Pſalm. cantatur, *Ego dixi* Pſ.81.6. *Dij eſtis, & filij excelſi omnes,* quia vtique filij Dei, & Regni ſẽpiterni hæredes.

Ratio autem iſtius diſcriminis, ibidẽ ſubiungitur, *Quia omnis, qui ſe exaltat, humiliabitur, & qui ſe humiliat, exaltabitur.* Et S.Iacob.Apoſt.ait, *Glorietur fra-* Iacob.1.9 *ter humilis in exaltatione ſua, diues autem in humilitate ſua.* Vbi gloriatio vera attribuitur humili corde, quia ipſa ſui humiliatio, exaltatio eſt. Gloriatio verò ironicè tantùm, ſuperbo tribuitur, deſignato per diuitem, qui

fre-

frequentiùs ſuperbus eſt, quia ipſa ſui elatio, deiectio eſt, vt et iã Pſalmiſta teſtatur, cum ad Deum
Pſ.72.18. dixit, *Deieciſti eos, dum alleuarentur* in corde ſuo, ſe exaltarũt, & ideò deiecti ſunt. Si ergo, ò hypocrita ex ſuperbia cordis tui, gloriam vanam quæris, ecce gloriam verã perdis, & ad confuſionẽ perpetuam deſtinaris. Quid ergo moraris? humilitatẽ cordis amplectere, & ſic exaltaberis, exaltatione æterna, quæ nunquam ceſſabit.

Hoc autem iuſtè ita fiet, quia humilitas Deum honorat, vt Eccleſiaſticus ait, *Eccli.3.21* *Magna potentia Dei ſolius, & ab hominibus honoratur*, & ideo gratia illis donatur. Hypocriſis autem Deum ipſum, quantum ex ſe eſt, confundit, & ideo meritò ipſa confunditur, & reprobatur ab eo, vt etiam
Iudith.6. 15. legitur in libro Iudith. *Non derelinquis præſumentes de te: & præſumentes de ſe, & de ſua virtute gloriantes, humilias.*

Erit autem humiliatio iſta prę-
Eccli. 2. 14. cipuè in alia vita, vt illa commi-natio indicat: *Væ duplici corde, & peccatori ingredienti duabus vijs.* Non eſt enim in vſu in Scriptura diuina apponi particulam *Væ*, niſi in criminibus, quibus debetur pœna perpetua: duplex autem corde, & duabus vijs ingrediens, omnis hypocrita eſt, quia, vt ſuperiùs ex Doctore Angelico diximus; *Aliud prætendit, & aliud intendit.* Ideò q; duplici corde dicitur, quia aliud exteriùs oſtendit, quod indicat in corde habere quod tamen verè non habet, & ideo cor foris oſtenſum, & intus exiſtens, non ſibi cohærẽt, proindeque meritò *duplici corde* dicitur, & illi væ comminatur, quatenus ad pœnam æternam, qui talis eſt, deſtinatur,

Certè in Templi forma à Rege Salamone Deo ædificati, in quo myſticè anima deſignatur, quæ Templum Dei, ab Apoſtolo appellatur 2. Cor. 6. 16. hoc benè 2. Cor. 6. 16.
figurabatur, nam vt in 3. Reg. 6. narratur, illius porticus, compa- 3. Reg. 6.
ratione Templi, ſtrictus erat, quia verè humilis Chriſtianus, debet minus foris oſtendere, & plus intus habere.

O Deus meus! quem cœli capere non poſſunt, vt me humilitatem docères, te in carne noſtra arctaſti, vt propterea *Panem ar-* *Iſ.30.20.*
ctum Propheta te appellarit! fugiſti honores, & vanam gloriam ſæculi, vt ſuperbam calcaremus hypocriſim, quam in concionibus tuis increpaſti ſemper tam durè, vt conſtat ex Euangelio. O vos omnes, qui Chriſti imitationem profitemini, & ideo Chriſtiani appellamini, quare fucati eſtis, & ficti, & duplici corde? cũ Dominus veſter ſincerus, & verax ſit, ſimplex, & rectus? humiliauit ſe, & exaltatus eſt. Humiliamini i & vos, corde intrinſecùs præcipuè, & exaltabimini exaltatione vera, calcata hypocriſi.

CON-

Digitized by Google

CONSIDERATIO IV.

Ex *Paupertate*.

DIximus in Doctrina, vnam ex cauſis hypocriſis, auaritiam eſſe, contra quam valde eſt potens volũtaria paupertas, proindeque, iſtius amore, cõſtat cõtra hunc hoſtem pugnandum. Motiua autem ponentur in Propugnaculo proprio contra *Proprietatem rerũ*, vbi vidẽda erunt, & aliqua iam præſenti volumine poſſunt videri Propugnaculo *Cõtra Auaritiam*. Tamen hìc repetendum duco, quod in primo ad aliud propoſitum poſui, cum inſeruiat pro præſenti, nimirum, de Moyſe, qui dilectione paupertatis iſtius, diuitias magnas cõtempſit. Cum enim adhuc paruulus, à filia Pharaonis Regis Ægypti, adoptaretur in filium, grandis tamen factus, ſe illius filium eſſe, negauit. *Ad Hebr. 11. 24.* Et ſubditur ratio. *Magis eliges affligi cum Populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias æſtimãs theſauro Aegyptiorum, improperium Chriſti*. Igitur, vt peccatũ effugeret idololatriæ, cui propter talem filiationem manebat obnoxius, non curauit afflictionem, quam ſecũ affert Chriſtiana paupertas, per Chriſti *improperium* deſignata, iuxta expoſitionẽ Lyrani, *Lyran.* quia vtique *deſpicabilis* à filijs huius ſæculi eſt, qui cũ Chriſto egeno egenus eſt, ſpretis tamen diuitijs, fortiter amplectitur ab amatoribus Chriſti, exemplo illius, *Qui cum eſſet diues, tamen* 2 *Cor. 8. 9.* *propter nos egenus factus eſt, vt illius inopia, nos diuites eſſemus*, vt ait Apoſtolus, quod intelligitur, *& ſpiritualiter*, quia per paſſiones paupertatis, nobis meruit ſpiritualia dona, quibus anima ditaretur, & etiam *temporaliter*, quod dupliciter intelligi poteſt, primò, quia, qui abundãt, per merita eius abundant: & qui non abundant, paucis contenti ſunt. Et in hoc ſenſu diuites ſunt. Nam is verè diues reputandus eſt, cui, quod habet, ſatis eſt. Satis vtique in appetitu ſuo, quia nihil ampliùs appetit, vt dicebat Apoſtolus, *Habentes alimenta, & qui-* 1. *Tim. 6. 8.* *bus tegamur, ijs contenti ſimus*. Sed auiditas hominis vltra hęc ſe extendit, & ideo frequenter propter iſta, exteriùs ſe humiliat, cũ intus ſuperbus ſit, & auarus, vt hypocritæ faciunt. Igitur amore paupertatis Chriſtianæ, aduersùs hypocriſim, cor noſtrum eſt muniendum.

CONSIDERATIO V.

Ex *Breuitate*.

HOC eſt aliud motiuum efficax ad expugnandum hunc hoſtem; nam, quod parum

durat,

durat, cõtemptibile eſt. Propte- Geneſ.25. rea Primogenituram ſuam Eſau, magni non fecit, quia tranſibat cum vita, quæ defluebat continuó, & ideò vendidit lento, vt Cõſid.150 Pond.5. notauimus in primo Vol. Vbi videnda ſunt, quæ de breuitate diximus, qua Prælatura durat, quã ambit hypocrita, & in iſto volumine Propugn. 5. Conſid. 6. quæ de diuitijs ſcripſimus, quæ citò tranſeunt, & quas auiditate tãta hypocriſis quęrit. Non enim omnia prædicta fuerunt hic repetẽda. Addenda tamen duxi verba Iob illa diuina apud S. Iobum 20. 5. ſcripta, vbi de gaudio hypocritæ dicitur, quòd ſit *ad inſtar puncti* quia, ſcilicet, omnia de quibus in hac vita gaudet, & ad quæ tãto ſtudio, & labore, ſua hypocriſi anhelat, momentanea ſunt, licèt tota vita durent, quod iam in inferno poſiti, cõfiteri coacti ſunt, Sap.5.5. omnes impij, dicentes, *Tranſierunt omnia illa, tãquam vmbra.* Vbi ſubiunguntur aliæ ſimilitudines rerũ, quę citiſsimè tranſeunt, & finiunt, ad denotandam incõſtantiam, & breuitatem proſperitatis malorum.

Quod etiam intellexit S.Greg. Papa, prædictam ſcripturam apud S. Iob. conſiderans, non quidem, pro temporis momento, punctũ accipiens, ſed pro puncto, quod à ſtylo tangitur, dum ducit lineã, quod, vbi tangit, deſerit: ſic omnis hypocritæ felicitas concupi- S.Gregor. **ta, vix obtenta, perit.** *In puncto,* inquit, *Stylus mox, vt ponitur, leuatur, nec mora vlla agitur, vt per exprimendam lineam trahatur: ſic hypocrita, præſentis vitæ gaudia, cum tangit, amittit.* Ita hic ſanctus Doctor prædicta verba exponit.

Vbi etiam ſubduntur alia, quæ hãc velocitatem deſignãt, *Quaſi* inquit, *ſterquilinium in fine perdetur*. Vide, in fætorem verſum, qui ita gaudebat. *Et qui eum viderant* (ſubiungitur) *dicent, vbi eſt?* quia vtique ita citò tranſiuit, & diſparuit, ac ſi nunquam fuiſſet. Et ſubiungitur, *Velut ſom-* num.8. *nium auolans, non inuenietur.* Quia, ſcilicet, per *ſomniũ*, quod res vera non eſt, gaudij hypocritæ vilitas deſignatur, quia tale eſt, ac ſi nihil eſſet, vt etiam ſignificauit Pſalmiſta, cùm dixit Pſal. 75. 6. *Dormierunt ſomnum ſuũ,* Pſalm. *& nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis.* Et S. Ambroſius lib. vno de Ioſeph cap. 6. locutus de Pincerna Pharaonis, hanc ſimilitudinem tangens, ait, *Omnis potentia ſæculi,* S. Ambr. ***ſomnium, non veritas eſt. Per ſõnium videt, reddi ſibi principatũ ſuum: ita ſunt huiuſmodi homines, qui in hoc ſæculo delectantur ſecũdis rebus, ſicut qui in ſomnijs manducat, & bibit, videtur ſibi cibo, & potu, dum dormit, repleri, ſed cum euigilauerit, incipit eſurire ampliùs, & tunc intelligit, quàm inanis ille cibus, & potus fuerit ſomniantis: ſic, qui***

dor-

dormit in hoc sæculo, putat alicuius momenti esse hanc sæcularem potentiam, vbi euigilauerit, deprehendit, quàm inanis huius sæculi voluptas sit. Hæc ille. Quã similitudinem desumpsit etiam
Isa. 29.8. ex lib. Isa. cap. 29. vbi sic dicitur, *Sicut somniat esuriens, & comedit: cum autem fuerit expergefactus, vacua est anima eius, & sicut somniat sitiens, & bibit, & postquam fuerit expergefactus, lassus, adhuc sitit, & anima eius vacua est, sic erit multitudo omnium gentium, quæ dimicauerunt contra montem Sion.* Vbi, Lyrano interprete, Babylonicum imperium comparatur cũ
Lyran. somnio, non propter vanitatem solùm, sed propter breuitatem. Nam sicut somnium nocte incidit, & mane excidit: sic illud imperium, sub patre Nabuchodonosore efflоruit, sub filio Balthasare exaruit.

Quantum durabit prosperitas tua, ò hypocrita, quam tanto labore quæsisti? vita tua, quæ remanet, quanta est? Audi Iacobũ,
Iacob. 4. 15. *vapor est, ad modicum parẽs.* Et de omnibus impijs, inter quos, tu non minorem obtines locum,
Ps. 36. 20. Regius Propheta dixit, *Deficientes: quemadmodum fumus deficient.* Ecce qualis vita tua, & quanta prosperitas ipsi innixa, & tãtoperè concupita. Quare igitur non contemnis, quod sic breuí durat? quod sic citò transit? vt quid sic graui corde es? vanitatem diligẽs, & mendacium? quod videtur aliquid esse, & non subsistit? ama, quod permanet: fuge, quod transit.

CONSIDERATIO VI. & vltima.

Ex *Aeternitate*.

MAgnum profectò aduersùs hypocrisim scutum est, benè perpensa pœnarũ æternitas, qua affligetur hypocrita, de qua loquens Scriptura Diuina, dixit, *Luet, quæ fecit, omnia, nec tamen consumetur*. Quia, scilicet, in æternum manebit, vt possit igne, & cæteris inferni tormẽtis, sine fine torqueri. Ideo ignis ille in Euangelio, *inextinguibilis* dicitur Matth. 3. 13. Quæ autem in sexto effectu hypocrisis superiùs sunt *in doctrina* adducta, hìc rursùs sunt applicanda, & ibi legenda.
Iob 20. 18.
Matt.

Quantum autem æternitas valeat meditata, vt animam à culpa coerceat, satis indicat Scriptura illa, vbi dicitur, *Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis*. Inter quæ nouissima, æternitas est pœnarum, quæ malis paratæ sunt. Igitur adeò homo terretur, cùm hanc meditatur, vt si in æternum viueret, in æternum non peccaret.
Eccli. 7. 40.

Et idem quidem significant verba Abacuc Prophetæ 3. 6. vbi ait, *Incuruati sunt colles mundi*
Abac.

ab

Digitized by Google

ab itineribus æternitatis eius.

Colles mundi, ſunt corda per ſuperbiam eleuata vt hypocritarum: iſta ergo incuruantur, cùm æternitatẽ meditantur, ideſt, humiliãtur,&ſic humiliata,ſaluãtur.

At non ſolùm pœnarum æternitas recogitata,ab hypocriſi nos arcebit,ſed etiam æterna gaudia, quæ humili, ſincero, & ſimplici homini, in cælis parata ſunt, & viſibiliũ fallacitas, quibus inhiat caro noſtra, pro quo etiam rhytmi ſequentes iuuabunt.

Hæc voluas animo: ſtat certa æternitas.
Aut cælo recreans felix æternitas.
Aut flammis crucians triſtis æternitas.
Momento quæritur vtraque æternitas.
Honores fugiunt, manet æternitas:
Opes deficiunt, viget æternitas
Voluptas deſinit, durat æternitas.
Mundana pereunt, perſtat æternitas.
Et pro tam vilibus, tam ſæua æternitas
Pro tam fragilibus, tam firma æternitas
Pro tam fallacibus, tam vera æternitas.
Pro tam fugacibus æterna æternitas.
Quis pro tam breuibus, æterna deligat?
Pro vano ſuauio, tormenta redimat?
Quæ ſæua æternitas, æternum renouat?
Nullaque æternitas, æternum mitigat?
Quid ergo ſimus, puluiſque extolleris?
In iocos noxios, cur ſic effunderis?
Qui forſan hodie, vinis eriperis?
Et duro Iudici damnandus ſiſteris?
Quid mundum reſpicis? ſunt cuncta vanitas.
Quid fidis opibus? non eſt ſtabilitas.
Momentis ſingulis terret æternitas
Quoquò te verteris, adeſt æternitas.
Hìc Bacchо, Venere, luxuque paſceris.
Hìc bonis omnibus, pro voto frueris,
Momento paſceris, momento frueris,
Ibi perpetuis flammis torqueberis.
Tunc fies ignium fomes perennium
Ludus carnificum, ſemper torquentium
Dolorum pelagus, nunquam ceſſantium
Heu, quæ mutatio rerum præſentium!

Quis

Digitized by Google

Quis iſta cogitans, non totus horreat?
Quis hæc intelligens, non mente paueat?
Quem non æternitas, tam dira moueat?
Vt tandem ſapiat, & vitam corrigat?
O longa nimium, pœnarum immenſitas!
O vera, & effera flammarum atrocitas!
O ineffabilis dolorum acerbitas!
O finem neſciens, æterna æternitas!
Fælix, quem timidum reddit æternitas!
Aeternum proderit talis timiditas.
Hinc enim pietas, hinc morum ſanctitas.
Hinc tandem ſequitur fælix æternitas.

Hìc ergo in æternitate finem huic Volumini ſecundo imponimus, Propugnacula cætera daturi in tertio, ſi Deo Optimo Maximo placuerit. Quæ omnia ad laudem, & gloriam ipſius ſint, eiuſque Deiparæ, & animæ meæ ſalutem, omniumque fidelium; in omnibus, & ſingulis in toto hoc Volumine dictis, humiliter me ſubmittens correctioni Sanctæ Matris Eccleſiæ, Catholicæ, Romanæ, omniumque iudicio rectè ſentientium.

FINIS.

398.0251

Digitized by Google

INDEX LOCORVM SACRAE SCRIPTVRAE,

Quæ in hoc Volumine adducuntur.

Numerus primus positus post illa, Paginam designat. Litera A. Columnam primam, & B. secundam.

Ex Libro Geneſis.

1.26. FAciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrã, &c. 18.b. & 582.b. & 741.b.
28. Dominamini piscibus maris, & volatibus cœli. 453.a.
31. Vidit Deus cuncta, quæ fecerant, & erant valdè bona. 110. b.
2. 9. Produxitque Dominus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendũ suaue. 838. a.
15. Tulit, & posuit in paradiso voluptatis, vt operaretur, & custodiret illũ. 536.b.
16. Ex omni ligno paradisi comede. 383.a
17. De ligno autem scientiæ boni, & mali, ne comedas, in quocunque enim die excomederis morte morieris. 862. b.
18. Faciamus ei adiutorium simile sibi. 18.b & 17. b.
3. 1. Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis ex omni ligno paradisi? 99.b. 835. a.
5. Eritis scientes bonum, & malũ. 536.b.
6. Vidit igitur mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, &c. 542. b.
8. Deambulans in paradiso ad auram post meridiem. 312.a.
18. Spinas, & tribulos germinabit tibi. 138. b.
4. 5. Et concidit vultus eius. 560. b.
6. Cur concidit facies tua? ibid.
7. Subter te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. 144. b. & 160. a. & 162. a.
12. Cùm operatus fueris terram, non dabit tibi fructus suos. 91. b.
13. Maior est iniquitas mea, quam vt veniam merear. 436. a. & 557. a. & 568. b.
6. 2. Videntes filij Dei filias hominum, quòd essent pulchræ, acceperunt sibi vxores, &c. 542. b.
3. Non permanebit Spiritus meus in homine in æternum, quia caro est. 118. b. 255. a.
5. Videns autem Deus, quòd multa malitia hominum esset in terra, &c. ibid.
8. 21. Sensus, & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescẽtia sua. 130. b.
9. 21. Bibensque vinum inebriatus est, & nudatus in tabernaculo suo. 808. b.
23. Sem, & Iapheth pallium imposuerunt humeris suis, & incedentes retrorsum, operuerunt. 719. a.
24. Euigilans autem Noe ex vino, cùm didicisset, quæ fecerat, &c. 809. b.
25. Maledictus Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis. ibid.
13. 8. Ne quæso sit iurgium inter me, & te, & inter pastores meos, & pastores tuos fratres enim sumus. 366. a. & 739. b. & 759. b.
9. Ecce vniuersa terra coram est, recede à me obsecro. 366. a.
15. 1. Ego sũ merces tua magna nimis. 415. b.
17. 16. Dabo tibi filium, cui benedicturus sum, eritque in nationes, & Reges populorum orientur ex eo. 142. b.
19. 4. Viri ciuitatis vallauerunt domũ à puero vsque ad senem, omnis populus simul. 851. b.
33. At ille non sentit. 809. a.
35. Et ne tunc, quidem sensit, quando cõcubuerit. ibid.
21. 8. Creuit igitur puer, & ablactatus est. 272. a.
10. Ejice ancillam, & filium eius: non enim hæres erit filius Ancillæ, &c. 314. a.
14. Tollens Abraham panem, & vtrem aquæ imposuit scapulis eius, & dimisit eam. 806. a.
15. Cùmque consumpta esset aqua in

Digitized by Google

vtre, abiecit puerum subter vnam, &c. vsque ad illud, puerum. 271. b.
16. Et sedens contra leuauit vocem suam, & fleuit. 326. a.
17. Exaudiuit autem Deus vocem pueri. ibid.
19. Aperuitque oculos eius Deus, quæ videns puteum aquæ, abijt, & implevit vtrem. 258. b.
25. 22. Collidebantur in vtero eius paruuli. 719. b.
22. Si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit concipere. 730. a.
23. Duo populi ex vtero tuo dividentur. ibid.
34. Abijt paruipendens, quod primogenita vendidisset. 844. b.
26. 20. Nostra est aqua. 506. b.
27. 21. Accede huc, vt tangã te fili mi. 775. a.
22. Accessit ille ad patrem. ibid.
26. Accede ad me, & da mihi osculum fili mi. Accessit, & osculatus est eum. 774. b.
27. Statimque vt sensit vestimentorum illius fragrãtiam, benedicens, &c. ibid.
28. Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ. 91. b.
28. 20. Vouit etiam votum, dicens, si fuerit Dominus mecum, & custodierit me, &c. 449. a.
21. Reuersusq. fuero prosperè in domum patris mei, erit mihi Dominus in Deũ. ibid.
22. Et lapis iste, quem erexi in titulum, vocabitur domus Dei, cunctorumq. quæ dederis, &c. ibid. b.
29. 17. Rachel decora facie, & venusto aspectu. 36. b.
20. Videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine. 169. a.
26. Non est in loco nostro consuetudinis, vt minores ante tradamus ad nuptias. 517. a.
32. 11. Erue me de manu fratris mei, quia valdè eum timeo. 742. a.
33. 3. Et ipse progrediens adorauit pronus in terram septies, donec appropinquaret frater eius, ibid.
4. Currens itaque Esau obuiam fratri suo amplexatus est eum, strinxitque collum eius, & osculans fleuit. ibid. b.
5. Quos donauit mihi Deus seruo tuo. ibid.
8. Vt inuenirem gratiam coram Domino meo. ibid.
10. Sic vidi faciem tuam, quasi viderim vultum Dei, &c. 743. a.
34. 3. Et conglutinata est anima eius cum ea. 504. a.
35. 1. Qui apparuit tibi, quando fugiebas Esau fratrem tuum. 8. b.
3. Faciamus ibi altare Domino, qui exaudiuit me in die tribulationis meæ, & socius fuit itineris mei. ibid.
7. Et appellauit nomen loci illius domus Dei: ibi enim apparuit ei Deus, cùm fugeret Esau fratrem suum. ibid.
44. 30. Cùm anima illius ex huius anima pendeat. 18. a.
45. 1. Præcepit vt egrederentur cuncti foras, & nullus interesset alienus agnitioni mutuæ. 720. a.
2. Eleuauitque vocem suam cum fletu, quam audierunt Ægyptij, omnisque domus Pharaonis. ibid. b.
3. Ego sum Ioseph: adhuc pater meus viuit? ibid.
4. Ego sum Ioseph frater vester, quem vendidistis in Ægyptum, &c. ibid.
24. Ne tradscamini in via. 735. a.
46. 26. Omnes animæ, quæ ingressæ sunt cũ Iacob in Ægyptũ, & egressæ, &c. 611. b
50. 21. Consolatus est eos, & blandè ac leniter est locutus. 32. a & 746. b.
22. Et habitauit in Ægypto cum omni domo patris sui. ibid.

Ex Exod.

4. 25. SPonsus sanguinũ tu mihi es. 586 b. & 653. a.
5. 2. Quis est Dominus, vt audiam vocem eius? &c. 373. a & 470. b.
9. 31. Linum ergo, & hordeum læsum est, eo quod hordeum esset virens, & linum iam folliculos germinaret, &c. vsque ad illud, serotina erant. 272. a.
12. 11. Comedetis festinanter. 841. b.
46. Os non comminuetis ex eo. 752. a.
14. 4. Ego indurabo cor Pharaonis. 574. a.
15. 25. In dulcedinem versæ sunt. 174. b.
32. 1. Surge, fac nobis Deos. 393. b.
4. Hi sunt Dij tui Israel, qui te eduxerũt de terra Ægypti. 436. b.
6. Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere. 465. a. & 821. b. & 849. b.
30. Peccastis peccatum maximum. 394. a.
33. 19. Ostendam tibi omne bonum. 415. b.

Ex Leuitico.

10. 9. VInum, & omne, quod inebriare potest, non bibetis, tu, & filij tui

Digitized by Google

tui, quando intratis in tabernaculum testimonij, &c. 798. 2.

11. 45. Sancti eritis, quia ego Sanctus sum. 803. 2. & 848. 2.

18. 7. Turpitudinem patris tui, & turpitudinem matris tuę ne discooperias. 719. 2.

19. 2. Sancti estote, quia ego sanctus sum. 405. 2.

17. Nō oderis fratrē tuū in corde tuo. 31. b

18. Sic diliges amicum tuum, sicut teipsum. ibid.

21. 21. Omnis, qui habuerit maculam de semine Aaron Sacerdotis, non accedet offerre hostias Deo. 757. 2

24. 10. Egressus filius mulieris Israelitidis, &c. 431. b.

11. Cùmque blasphemasset nomē, & maledixisset ei. ibid & 466. 2.

14. Educ blasphemum extra castra, &c. 432. 2. & 469. 2.

15. Qui maledixerit Deo suo, portabit peccatum suum. 433. 2. & 434. b.

16. Qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur: lapidibus oppriment eum, &c. 431. 2. & 433. 2.

26. 91. Dabo vobis cœlum desuper sicut ferrum, & terram æneam. 278. 2.

20. Consumetur in cassum labor vester; non proferet terra germen. ibid.

Ex Numer.

6. 2. VIr, siue mulier, cùm fecerint votum, vt sanctificentur, & se voluerint Deo consecrare à vino, & omni quod inebriare, &c. 801. b.

10. 10. Si quando habebitis epulum, & dies festos, & calendas, &c. Vsque ad illud Dei vestri. 843. b.

11. 34. Sepulchra concupiscentiæ. 864. 2.

13. 21. Humus pinguis, an sterilis. 264. b.

17. 7. Multum erigimini filij Leui. 734. b.

21. 5. Anima nostra iam nauseat super cibo isto leuissimo. 259. b.

Ex Deuter.

5. 32. NEque ad dextram, neque ad sinistram. 223. 2.

16. 20. Iustè, quod iustū est, persequeris. 206. 2

23. 18. Non sit meretrix de filiabus Israel, nec scortator, de filijs Israel. 879. b.

32. 2. Concrescat, vt pluuia, doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum, &c. 253. b & 307. 2.

6. Numquid non ipse est Pater tuus, qui possedit te, & fecit, & creauit te? 613. 2

11. Sicut Aquila prouocans ad volandum pullos suos, &c. 94. 2.

15. Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit, &c. 189. b & 828. b.

Dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo. ibid.

29. Vtinam saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderēt. 418 b & 551 2.

33. Fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile. 781 2.

33. 17. Cornua Rhinocerotis, cornua illius. 610. b.

Ex lib. Iudic.

4. 18. INtra ad me Domine mi, intra, ne timeas. 98. b.

6. 18. De nocte consurgens expresso vellere concham rore impleuit. 307. 2.

15. 18. Tu dedisti in manu serui tui salutem hanc, atque victoriam: en siti morior, &c. 270. b.

16. 15. Quomodo dicis, quòd amas me, cùm animus tuus non sit mecum? 13. b.

16. Defecit anima eius, & ad mortem vsque lassata est. 360. b.

19. Dormire eum fecit supra genua sua, & in sinu, &c. 98. b.

21. Et duxerunt Gazam vinctum catenis. 505. 2.

19. 22. Venerunt viri ciuitatis illius filij Belial. 825. 2.

Ex 1. Reg.

1. 15. NEquaquam Domine mi, nam mulier infelix ego sum, vinumque, & omne, &c. 866 b

16. Ne reputes ancillam tuam, quasi vnā de filiabus Belial. 811. b. & 815. 2 & 818. b

17. Vade in pace. & Deus Israel det tibi petitionem tuam, quā rogasti eū. 746. 2

2. 22. Dormiebant cum mulieribus quæ obseruabant ad ostium tabernaculi 848. b

29. Quare magis honorasti filios tuos, quā me, vt comederetis primitias &c. 850. 2

36. Futurum est, vt quicunque remanserit in domo tua, &c. Vsque ad illud buccellam panis ibid.

10. 27. Ille verò dissimulabat se audire 713 b

12. 24. Timete Dominum, & seruite ei in veritate. 880. b.

15. 3. Percute Amalec, & demolire vniuersa, &c. vsque ad illud, asinum. 180. b.

9. Quidquid verò vile fuit, & reprobum, hoc demoliti sunt. ibid.

32. Oblatus est ei Agag pinguissimus, &c. vsque ad illud, Domino ibid.

16. 4. Pacificus ne est ingressus tuus? pacifi-

Digitized by Google

cus: ad Imolandũ Domino veni. 756. b.
7. Homo videt ea, quæ parent; Deus autẽ intuetur cor. 81. b. & 683. a. & 881. b
17. 26. Quis est hic Philisthæus incircumcisus, qui exprobrauit, &c. 482. b.
34. Pascebat seruus tuus patris sui gregẽ, & veniebat leo, vel vrsus, & tollebat arietem de medio gregis. 609. b.
35. Et sequebar eos, & percutiebã, eruebamque de ore eorum, & illi, &c. ibid.
18. 1. Anima Ionathæ conglutinata est animæ Dauid; & dilexit eum Ionathas, quasi animam suam. 9. b. & 18. b.
19. 2. Quærit Saul Pater meus occidere te. 53. b.
20. 30 Iracus autem Saul aduersus Ionathã, dixit ei. Fili mulieris, &c. V. que ad illud matris tuæ. 9. b & 743. b.
31. Omnibus diebus quibus filius Isai vixerit super terram, non stabilieris tu, neque regnum tuum. 10. a.
24. 15. Quem persequeris Rex Israel? quem persequeris? canem mortuũ, &c. 743. a.
Cùm autẽ complesset Dauid loquens sermones huiusce modi ad Saul, &c ib. b.
18. Iustior tu es, quàm ego: tu enim tribuisti mihi bona: ego autem, &c. ibid.
25. 3. Vir eius durus, & pessimus 389. b.
26. 24. Sicut magnificata est anima tua hodie, in oculis meis, sic magnificetur anima mea in oculis Domini, &c. 329. b.

Ex 2. Reg.

1. 21. MOntes Gelboe, nec ros, nec pluuia veniant super vos 245. b.
23. Saul, & Ionathas amabiles, & decori in vita sua; in morte quoque non sunt diuisi. 8. a.
13. 11. Veni cuba mecum soror mea. 512. a.
15. Exosam eam habuit Amnon odio magno nimis, ita vt maius esset &c. ibid.
25. Noli fili mi, noli rogare, vt veniamus omnes, & grauemus te. 367. b.
27. Quasi conuiuium regis. 840. b.
28. Obseruate, cùm temulẽtus fuerit Amnõ vino, & dixero vobis, percutite eũ, & interficite. 831. a.
29. Fecerunt ergo pueri Absalon aduersus Amnon, sicut præceperat, &c. ibid.
14. 7. Quærunt extinguere scintillam meam quę relicta est, vt nõ superfit, &c. 346. b
17. Sicut Angelus Dei, sic est Dominus meus Rex, vt nec benedictione, nec maledictione moueatur. 91. a.
26. Grauabat eum, &c. ducentis siclis. 367. a.
15. 21. Quocunque loco fueris Domine mi Rex, &c. 8. a.
16. 10. Dimitte eum, vt maledicat. 748. a.
18. 4. Quod vobis videtur rectum, hoc faciam. 766. a.
19. 7. Surge, & procede, & alloquens satisfac seruis tuis: iuro enim tibi per Dominum, quòd si non exieris, nec vnus quidem remansurus sit tecum nocte hac. 54. a.
8. Surrexit ergo Rex, & sedit in porta. ibid. b.
20. 9. Dixit itaque Ioab ad Amasam, salue mi frater, &c. vsque ad illud, Ioab. 98. b
21. 36. Mãsuetudo tua, multiplicauit me. 899. b
24. 10. Peccaui valdè in hoc facto, sed precor Domine, vt transferas iniquitatem serui tui, quia stultè egi nimis. 549. b.

Ex 3. Regum.

6. 7. DE lapidibus dolatis. 186. a.
14. 6. Ego missus sum ad te durus nũcius. 15. a.
17. 12. Faciam illum mihi, & filio meo, vt comedamus, & moriamur. 408. b.
13. Verumtamen mihi primùm fac de ipsa famula subcinericium panem paruulum &c. ibid.
14. Hæc dicit Dominus Deus Israel: hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur. 409. a.
19. 8. Vique ad montem Dei. 631. b.
11. Non in spiritu Dominus, & post spiritum commotio. 311. b.
12. Non in commotione Dominus, & post commotionem ignis, non igne Dominus. ibid.
20. 28. Quia dixerunt Syri; Deus montium est Dominus, & non Deus vallium, &c. 471. a.
42. Quia dimisisti virum dignum morte anima tua erit pro anima eius. 474. a.
21. 4. Indignans, & frendens. 355 b.
Non comedit panem suum 380. a.
5. Quid est hoc, vnde anima tua contristata est, & quare nõ comedis? 354. b.

Ex 4. Regum.

2. 10. REm difficilem postulasti. 22. a.
Si videris me, quando tollar à te erit tibi quod petisti. 8. a.
7. 2. Si Dominus fecerit etiam cataractas in cœlo, numquid poterit esse, quod loqueris? &c. Videbis oculis tuis, & inde non comedes. 480. a.

Ex

Digitized by Google

Ex 1. Paralip.

11. 18. NOluit bibere, ſed magis libauit eam Domino. 100.b.

Ex 2. Paralip.

2. 17. VIros proſelytos. 131.b.
18. 7. VEgo odi eum, quia nō prophetat mihi bona. 101. a.
24. 11. Cōgregata eſt infinita pecunia. 746.b.
14. Offerebantur holocauſta iugiter in domo Domini. ibid.
17. Delinitus obſequijs eorum, acquieuit eis. 747. a.

Ex lib. 2. Eſdræ.

3. 5. OPrimates autem eorum non ſupposuerūt colla ſua in opere Domini ſui. 132. a.

Ex Tobia.

1. 10. QVem ab infantia Deū timere docuit, & abſtinere ab omni peccato 131.b.
2. 12. Vt poſteris daretur exemplum patientiæ eius, ſicut & Beati Iob. 458. a.
13. Non eſt contriſtatus contra Deum, quòd plaga cæcitatis euenerit ei. 457.b
14. Sed immobilis in Dei timore permānſit; agens gratias Deo, & ibid.
23. Exprobrabat ei. 7.b.
3. 2. Iuſtus es Domine, & omnia iudicia tua iuſta ſunt, & omnes viæ tuæ miſericordia, & veritas, & iudiciū. 457.b.
13. Benedictum eſt nomen tuū, Deus Patrum noſtrorum, qui cum, &c. 458. a.
Peccata dimittis his, qui inuocant te. 665. a
4. 7. Noli auertere faciem tuā ab vllo paupere, ita enim fiet, vt nec à te, &c. 329. b. & 672. b.
16. Omne quod tibi odiſti fieri, vide, ne & ipſe alteri facias. 758. a.
5. 12 Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris ſedeo, & lumen cœli non video. 259. a.
11. 9. Blandiebatur cauda. 91. a.
13. 8. Conuertimini itaque peccatores, & facite iuſtitiam coram Deo credentes quod faciet vobiſcum miſericordiam ſuam. 674. a.

Ex Iudith.

5. 15. ILlic fontes amari obdulcati ſunt ad bibendum. 312. a.
6. 15. Non derelinquis præſumentes de te: & preſumentes de ſe, & de ſua virtute gloriantes. humilias. 888. a.
7. 14. Cùm proſternamur ante oculos eorum in ſiti. 269. b.
17. Tradatis ciuitatem in manus militiæ Holofernis, & ſit finis noſter breuis in ore gladij, qui longior efficitur in arditate ſitis. 270. a. & 830. b. & 866. a.
9. 13. Capiatur laqueo oculorum ſuorum in me, &c. 503. a.
10. 12. Noluerunt vitrò tradere ſeipſos, vt inuenirent miſericordiam, &c. 655. a.
17. Cùmque intraſſet ante faciē eius, ſtatim captus eſt in ſuis oculis, &c. 503. a.
13. 4. Nimia ebrietate ſopitus 821. a.
16. 21. Dabit ignem, & vermes in carnes eorum, vt vrantur, & ſentiāt, &c. 866. a.

Ex Eſther.

1. 8. NEc erat, qui nolentes cogeret ad bibēdum, &c. vſque ad illud, quid vellet. 787. b. & 791. b.
2. 15. Erat formoſa valde, & incredibili pulchritudine, omnium oculis gratioſa & amabilis videbatur, 36. b.
14. 3. Adiuua me ſolitariam, & cuius præter te nullius eſt auxiliator alius. 260. b.
15. 11. Feſtinus, ac meruens, exiluit de ſolio, & ſuſtentans eam vlnis ſuis, &c. Vſq. ad illud non loqueris? 31. a,
16. 5. In tantùm velaniæ proruperunt, vt, &c. vſque ad illud, decipiunt. 89. b.

Ex Iob.

1. 11. TAnge cuncta, quæ poſsidet, niſi in facie benedixerit tibi. 441 b.
18 Filijs tuis, & filiabus tuis vescentibus, & bibentibus vinum, &c. 782 b.
19. Repente ventus irruit a regione deſerti, & concuſsit quatuor angulos domus. 879. a.
21. Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. 377. b.
Sit nomen Domini benedictum. 452. a. & 456. a. & 460. a.
2. 5. Mitte manum tuam, & tange os eius, & carnem, & tunc videbis, quòd in faciem benedicat tibi 429. a.
10. Benedic Deo, & morere. 455. b. & 470. a.
Si bona ſuſcepimus de manu Dei, mala autem, quare nō ſuſtineamus? 455. b
In omnibus his non peccauit Iob labijs ſuis. 456. a.

Digitized by Google

3. 12. Cur lactatus vberibus? 572.a.
21. Qui expectant mortem, & non venit. 865.b.
4. 8. Qui operantur iniquitatem, seminant dolores, & metunt eos. 153.b.
6. 6. Numquid poterit comedi insulsum, quod non est sale conditum? 197.a. & 842.a.
13. Necessarij mei recesserunt à me. 21.a.
16. Qui timet pruinam, irruet super eum nix. 156.b.
7. 6. Dies mei velociùs transierunt, quàm à texente tela succiditur. 412.b.
9. Qui descendit ad inferos, non ascendet. 573.a
11. Quapropter & ego nõ parcã ori meo. 654.a.
18. Visitas eum diluculo, & subito probas illum. 241.b.
20. O custos hominum. 601.b.
8. 11. Nũquid virere potest scyrpus absq; humore, aut crescere carectũ, &c. 883.b.
12. Cũ adhuc sit in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas arescit. 874.b.
13. Ita spes hypocritæ peribit. ibid.
14. Non ei placebit væcordia sua. 875.b. Et sicut tela araneárũ fiducia eius. 874.b
15. Innitetur super domum suam, & non stabit, sulcitet eam, & non consurget. 875.a.
9. 4. Quis restitit ei, & pacẽ habuit? 153.a.
11. Si venerit ad me, non videbo eum, &c. 265.b. & 296.b.
24. Terra data est in manus impij 601.b.
10. 12. Et visitatio tua custodiuit spiritum meum. 250.b. & 278.b.
20. Dimitte me, vt plangam paululum dolorem meum. 337.a.
21. Antequam vadam, & non reuertar, ad terram tenebrosã, & opertam, &c. ibid
22. Terram miseriæ, & tenebrarũ, vbi vmbra mortis, & nullus ordo sed. &c. ibid
11. 15. Si continuerit aquas, omnia siccabuntur. 241.a.
Si emiserit eas, subuertent terrã. ibid.b.
13. 16. Non veniet in conspectu eius omnis hypocrita. 871.a. & 877.b.
24. Cur faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimicum tuum? 271.a.
14. 4. Quis potest facere mundum de immũdo conceptum semine? nonne tu. &c. 623.a.
12. Homo cũ dormierit, nõ resurget. 689.a
15. Operi manuum tuarum porriges dexteram. 614.b.
15. 5. Docuit iniquitas tua os tuum, & imitaris linguam blasphemantium. 430.b.
13. Quid sumet cõtra Deum spiritus tuus. vt proferas de ore tuo huiusmodi, &c. ibid.
16 Tanquam aquã bibunt iniquitatẽ. 90.b
32. Antequam dies eius impleantur, peribit. 470.a.
34. Cõgregatio hypocritæ sterilis. 876.b
16. 2. Consolatores onerosi vos estis. 45.a.
11. Percusserunt maxillam meam. 462.b.
20. Ecce in cœlo testis meus, & conscius meus in excelsis. 712.b.
17. 3. Pone me Domine iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. 771.b.
10. Igitur vos omnes conuertimini, & venite, & nõ inueniã in vobis, &c. 521.b
18. 7. Arctabuntur gressus virtutis eius, & præcipitabit eum consilium suum. 275.b
19. 2. Vsquequo affligitis animam meam, & atteritis me sermonibus? 45.a.
21. Miseremini mei, miseremini mei, saltẽ vos amici mei. 7.a. & 47.b.
22. Quare persequimini me, & carnibus meis saturamini. 696.a.
25. Scio quòd redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus, &c. 689.b.
20. 5. Ad instar puncti. 890.a.
7. Quasi sterquilinium in fine perdetur, qui eũ viderãt dicẽt vbi est? ibid. b
8. Velut somniũ auolans nõ inuenietur. ib.
14. Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidum intrinsecùs. 851.a. & 866.b.
15. Diuitias, quas deuorauit, euomet, & è ventre illius extrahet eas Deus. ibid.
16. Caput aspidum suget, & odiet eum lingua viperæ. ibid.
17. Non videat riuos fluminis, torrentes mellis, & butyri. ibid. & 878.a.
18. Luet, quæ fecit, omnia, nec tamen cõsumetur. 891.b.
19. Confringẽs nudauit pauperes: domum rapuit. 380.a.
20. Nec est saciatus venter eius. 354.a.
21. Non remansit de cibo eius. 841.a.
22. Cum saciatus fuerit arctabitur, &c. 356.a. 850.b.
23. Vtinam impleatur venter eius, &c. 850.b. & 867.a.
21. 27. Certè cognoui cogitationes, & sententias contra me iniquas. 45.a.
22. 14. Nubes latibulum eius, circa cardines cœli perambulat, neque nostra considerat. 564.a. & 683.a.
25. 4. Nemo mundus à sorde. Secundum LXX. 40.a. & 710.a.
27. 19. Diues cùm dormierit, aperiet oculos suos, & nihil inueniet. 418.b.

Digitized by Google

20. Apprehendet eum, quaſi aqua, inopia. 420.b.
28. 13. Non inuenitur in terra ſuauiter viuentium. 180.a.
13. Neſcit homo pretiũ eius,&c.255.b.
29. 2. Quis mihi tribuat, vt him iuxta menſes priſtinos,quando erat omnipotens,&c. 630. b.
3. Quando ſplendebat lucerna eius ſuper caput meum,& adlucem,&c.252.a.
31. 1. Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine. 541. b. & 543. a.
4. Nonne Deus ipſe cõſiderat vias meas, & cunctos greſſus meos, &c. 683.a.
31. 26. Si vidi Solem cùm fulgeret. 96.b.
27. Et lętatũ eſt in abſcondito cor meũ.ib.
32. 17. Reſpondebo & ego partem meam, & oſtendam ſcientiam meam. 499 b.
18. Plenus ſum enim ſermonibus.& coarctat me ſpiritus vteri mei. ibid.
19. En venter meus, quaſi muſtum abſque ſpiraculo,quod lagunculas &c.ibid.
20. Loquar, & reſpirabo paululum. ibid.
33. 27. Peccaui, & verè deliqui, & vt eram dignus, non recepi. 147. a.
35 7. Si iuſtè egeris, quid donabis ei? 624. a.
36. 13. Simulatores, & callidi, prouocãt iram Dei. 871.a & 879.a.
Neq;clamabũt cùm vincti fuerint.ibid.
14. Morietur,&c.anima eorum, & vita eorum inter effœminatos. ibid.b.
32 In manibus abſcondit lucem. 331.b.
39. 13. Penna ſtruthionis ſimilis eſt pennis herodij, & accipitris. 873. b.
16. Duratur ad filios ſuos, quaſi non ſint ſui. 877.a.
40. 19. In oculis eius, quaſi hamo capiet eum. 504. b.

Ex Pſalmis.

1. 3. ET omnia, quæcunque faciet, ſemper proſperabuntur. 207.b.
2. 12. Apprehendite diſciplinam,ne quando iraſcatur Dominus. 189.a.
3. 3. Multi dicunt animæ meæ, non eſt ſalus ipſi in Deo eius. 582.b.
4. Tu es gloria mea, & exaltans caput meum. 83.b. & 582. b.
4. 2. Cùm inuocarem exaudiuit me Deus iuſtitiæ meæ. 665.a.
In tribulatione dilataſti mihi.238.a.
3. Filij hominum,vſquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? 367.b. & 509.b.& 865.a.
5. In cubilibus veſtris compungimini. 326.a. & 507.b.
6. Quis oſtendit nobis bona? 143.b. & 181.b. & 204.b.
7. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine ibid.
5. 11. Sepulchrũ patẽs,eſt guttur eorũ.697.a
12. Lætẽtur omnes, qui ſperãt in te 580.b
6. 3. Miſerere mei Domine, quoniam infirmus ſum,ſana me Dñe.595 a. &649.a.
6. In inferno autem quis confitebitur tibi? 573.a.
8. Turbatus eſt à furore oculus meus: 735. a.
7. 15. Ecce parturijt iniuſtitiã, concepit dolorem, & peperit iniquitatem.361 a.
16. Lacum aperuit,& effodit eum, & incidit in ſoueam, quam fecit. ibid.
17 Conuertetur dolor eius in caput eius, &c. ibid. b.
Et in verticemipſius iniquitas eius deſcendet. 366.b.
8. 2. Domine Dñs noſter,quàm admirabile eſt nomen tuũ in vniuerſa terra 460.a.
6. Minuiſti eum paulò minus ab Angelis 110.b.
8. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. 372.a. & 382.b. & 400.b. & 504.b.
9. 11. Et ſperent in te, qui nouerunt nomen tuum, quoniam, &c. 191. a.
24. Laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ,& iniquus benedicitur.67. a.
28. Cuius os maledictione plenum eſt, & amaritudine. 428.b.
Sub lingua eius labor. 95.b. & 763.a.
38. Deſiderium pauperum exaudiuit Dominus. 673.a.
10. 2. In Domino confido,quomodò dicitis animæ meæ,tranſmigra in montẽ,&c. 664. a.
3. Parauerunt ſagittas ſuas in pharetra. 698. a
Vt ſagittent in obſcuro rectos corde. 796. a.
6. Qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam. 147. b.
8. Iuſtus Dominus, & iuſtitias dilexit, æquitatem vidit vultus eius. 204. a.
11. 3. In corde,& corde locuti ſunt. 95.a.
9. Impij in circuitu ambulant. 125.b.
13. 1. Abominabiles facti in ſtudijs ſuis.117.a 484. a.
3. Quorum os maledictione. & amaritudine plenum eſt, contritio & infelicitas in vijs,&c.762.b.
Veloces pedes eorum ad effudendum ſanguinem.94.a.
4. Qui deuorãt plebem meam ſicut eſcã panis. 715.b.
14. Timentes autẽ Dominũ glorificat. 71.b.

Digitized by Google

15. 9. Lætatum eſt cor meum, & exultauit lingua mea. 817. b.
10. Adimplebis me lætitia cum vultu tuo. 601. 2.
16. 4. Propter verba labiorũ tuorum ego cuſtodiui vias duras. 168. b.
5. Perfice greſſus meos in ſemitis tuis. 166. b.
15. Satiabor cùm apparuerit gloria tua. 415. b. & 600. b.
17. 3. Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus. Deus meus, adiutor meus, & ſperabo in eum protector meus, & cornu, &c. 588. 2.
11. Poſuit tenebras latibulum ſuum. 258. 2.
29. Illumina tenebras meas. 179. 2. & 258. b. & 634. b.
30. Quoniam in te eripiar à tentatione, & in Deo meo, &c. 167. b. & 267. b.
31. Protector eſt omnium ſperantium in ſe. 581. b. & 663. 2.
37. Dilataſti greſſus meos ſubtus me, & non ſunt infirmata veſtigia mea. 276. b.
18. 6. Exultauit vt gygas ad currẽdam viam. 277. b. & 590. b.
7. Nec eſt, qui ſe abſcondat à calore eius. 574. 2. & 582. 2. & 643. 2.
8. Teſtimonium Domini fidele, ſapiẽtiam præſtans paruulis 96. b.
13. Ab occultis meis munda me. 287. 2.
19. 4. Holocauſtum tuũ pingue fiat. 283. 2.
20. 4. Præueniſti eũ in benedictionibus dulcedinis. 238. 2.
21. 2. Longè à ſalute mea verba delictorum meorum. 463. b.
18. Dinumerauerũt omnia oſſa mea. 132. b
19. Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meã miſerunt ſorte. 752. 2.
31. Et anima mea illi viuet. 134. 2.
22. 4. Nam & ſi ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala. 602. 2.
5. Paraſti in conſpectu meo mensã 777. 2 & calix meus inebrians, quam præclarus eſt. 514. b.
6. Et miſericordia tua ſubſequetur me, omnibus diebus vitæ meæ. 608. b.
24. 10. Vniuerſæ viæ Domini, miſericordia & veritas. 582. b. & 620. b.
16. Reſpice in me, & miſerere mei. 672. b.
20. Cuſtodi animam meam, & erue me, quoniam ſperaui in te. 608. b.
25. 1. In Deo ſperans non infirmabor 581. b & 663. 2. & 844. 2.
3. Quoniam miſericordia tua, ante oculos meos eſt, &c. 581. b. & 582. 2.
26. 1. Dominus illuminatio mea, & ſalus mea quem timebo? 598. 2.
Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? &c. ibid.
2. Dum appropiant ſuper me nocentes, vt edant carnes meas. 696. 2.
4. Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini. 134. b. & 417. b. & 669. b.
8. Exquiſiuit te facies mea, faciem tuam Domine requiram. 329. b & 601. 2.
12. Mentita eſt iniquitas ſibi. 445. b. & 578. 2.
14. Expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum. 190. b.
25. 7. Ego dixi in abundantia mea: non mouebor in æternum. 267. b. & 293. b.
8. Auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus, &c. ibid.
12. Conciditti pedem meum, & circumdediſti me lætitia. 313. b.
30. 1. In te Domine ſperaui, non confundar in æternum, in iuſtitia, &c. 580. 2.
6. In manus tuas commendo ſpiritum meum. 584. 2.
14. Audiui vituperationem multorum cõmorantium in circuitu. 465. b.
18. Domine non confundar, quoniam inuocaui te. 668. 2. & 718. 2.
20. Quam magna multitudo dulcedinis tuę Domine, quam abſcondiſti, &c. 302. 2. & 878. b.
31. 5. Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiã meam Domino, & tu remiſiſti, &c. 619. 2. & 655. b.
9. Nolite fieri ſicut equus, & mulus, quibus non eſt intellectus. 510. b.
In camo, & freno maxillas eorum cõſtringe, qui nõ approximãt ad te. 122. b
10. Sperantem autem in Domino miſericordia circundabit. 579. 2.
32. 2. Confitemini Domino in cythara. 218. b
6. Et ſpiritu oris eius, omnis virtus eorum. 460. 2.
33. 1. Benedicam Dominum in omni tempore, ſẽper laus eius in ore meo. 452. 2.
6. Accedite ad eum, & illuminamini, &c. 514. 2. & 636. 2.
7. Iſte pauper clamauit, & Dominus exaudiuit eum. 32. 2.
11. Egerunt, & eſurierunt. 26. b. & 359. 2 Inquirentes Dominũ, non minuentur omni bono 319. 2.
21. Cuſtodit Dñs omnia oſſa eorũ. 602. 2
34. 10. Omnia oſſa mea dicent, Domine, quis ſimilis tibi? 134. b. & 465. 2. & 750. 2.
26. Erubeſcant, & reuereantur, qui gratulantur malis meis. 48. b

Digitized by Google

35. 2. Dixit iniustus, vt delinquat in semet-ipso. non est timor Dei, &c. 656. b.
3. Quoniam dolosè egit, vt inueniatur iniquitas eius ad odium. ibid.
Verba oris eius iniquitas, & dolus, ibid
4. Noluit intelligere vt benè ageret. ibid.
5. Iniquitatē meditatus est in cubili suo, astitit omni viæ non bonæ, malitiam autem non odiuit, ibid.
6. Domine, in cælo misericordia tua, & veritas tua vsque ad nubes. ibid.
7. Iustitia tua sicut montes Dei, & iudicia tua abyssus multa. ibid.
Homines & iumenta saluabis Domine 135. b. & 150. a. & 656. b
8. Filij autem hominum in tegmine alarū tuarum sperabunt. 656. b
9. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ. 182. a. & 263. a. & 612. b.
Et torrēte voluptatis tuæ potabis eos. 878. b.
10. In lumine tuo videbimus lumē. 601. a.
36. 3. Spera in Deo, & fac bonitatem, & pasceris in diuitijs eius. ibid. b. & 645. a.
5. Spera in Deo, & ipse faciet. 711. a.
6. Educet quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium tuum tanquam meridiē. ibid.
7. Subditus esto Domino. 141. b.
Non æmulari in eo, qui proſperatur in via sua, in homine facente iniustitias. 684. b.
8. Noli æmulari, vt malignēris. ibid.
9. Quoniam qui malignantur, exterminabuntur. ibid.
10. Et adhuc pusillum, & non erit peccator, & quæres locū eius, & nō. &c. ibid.
11. Delectabuntur in multitudine pacis. 164. b. & 183. b. 777. b.
14. Gladiū euaginauerūt peccatores: intenderunt arcum suum. 445. a.
15. Gladius eorum intret in corda ipsorum. ibid.
Arcus eorum confringatur, ibid b
20. Deficientes, quemadmodum fumus deficient. 891. a.
21. Mutuatur peccator, & non soluet, iustus autem miseretur, & tribuet. 330. b.
22. Quia benedicētes ei hæreditabūt terram: maledicentes autē ei &c. 432. b.
27. Declina à malo, & fac bonum, &c. 123. a. & 518. a. & 668. b.
28. Quoniā Dominus amat iudiciū, & nō derelinquet sanctos suos, &c. 685. b.
30. Os iusti meditabitur sapiētiam, & lingua eius loquetur iudicium. 513. b.
34. Cū perierint peccatores, videbis. 684. a
35. Vidi impium superexaltatum, &c. 413. & 684. a
36. Et transiui, & ecce non erat, ibid.
37. Quoniam sunt reliquiæ homini pacifico. 777. b.
40. Adiuuabit eos Dominus, & liberabit eos, quia sperauerunt in eo. 580. a.
37. 3. Sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & confirmasti super me manum tuā, &c. 550. a. & 863. a.
4. Non est sanitas in carne mea, à facie iræ tuæ. ibid.
5. Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue, &c. 154. a.
6. Putruerūt, & corruptæ sunt cicatrices meæ, à facie insipientiæ meæ. 550. a.
7. Curuatus sum vsque in finem. 130. a 154. a.
14. Ego autem tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum. 711. a
15. Et factus sum sicut homo nō audiens, & non habens in ore suo redargutiones. ibid.
16. Quoniam in te Domine speraui. ibid.
38. 2. Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator aduersū me. &c. 748. a.
4. Et in meditatione mea exardescet ignis 238. b. & 246. b & 248. a. & 306 b
6. Verumtamen vniuersa vanitas, omnis homo viuens 374. b.
7. Verumtamen in imagine pertransit homo, sed & frustra conturbatur. ibid.
Thesaurizat, & ignorat cui congregabit ea. 375. b.
12. Et tabescere fecisti, sicut araneam animam eius: verumtamen vanè conturbatur, &c. ibid. a.
39. 2. Expectans expectaui Dominum: & intendit mihi. 190. a.
3. Exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miseriæ, &c. ibid.
5. Beatus vir, qui non respexit in vanitates, & insanias falsas. 376. a.
13. Cor meum dereliquit me, 306 b.
40. 2. Beatus, qui intelligit super egenum, & pauperem, in die mala liberabit, &c. 671. b.
3. Dominus conseruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eū in terra, &c. 672. a.
9. Nunquid qui dormit non adijciet, vt resurgat? 654. a.
10. Homo pacis meæ, in quo speraui, magnificauit super me supplantationē. 98. a.
41. 1. Quemadmodū desiderat ceruus ad fontes

tes aquarum, ita deſiderat, &c. 316.b.
4. Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, &c. 327. a.
5. Effudi in me animam meã, quoniã trãſibo in locum tabernaculi admirabilis, vſque ad domum Dei. 415. b.
6. Quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me? 259. a. & 291. b.
7. Et Hermonijm à mõte modico 774. a
11. Dum confringuntur oſſa mea: exprobrauerunt mihi, qui tribulant me inimici mei. 462. b.
12. Dum dicunt mihi per ſingulos dies, vbi eſt Deus tuus? ibid.
42. 5. Confitebor tibi in cythara Deus, Deus meus. 218. b.
43 4. Dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio vultus tui. 616. b.
22. Propter te mortificamur tota die, facti ſumus ſicut oues occiſionis. 191. a. & 210. a.
44. 1. Eructauit cor meum verbum bonum. 453. a. & 818. a.
3. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis. 599. a.
4. Accingere gladio tuo ſuper femur tuũ potentiſsime, 611. b.
5. Proſperè procede, & regna. ibid.
6. Sagittæ tuæ acutæ. 318. b.
8. Dilexiſti iuſtitiam, , & odiſti iniquitatem. 567. a.
Vnxit te Deus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. 253. a.
14. Omnis gloria filiæ Regis ab intus. 37. a. & 82. b.
45 5. Fluminis impetus lætificat Ciuitatem Dei. 878. a.
47. 2. Magnus Dominus, & laudabilis nimis. 459. b. & 464 b.
48. 7. Qui confidunt in virtute ſua. 206. a.
12. Et relinquent alienis diuitias ſuas, & ſepulchra eorum, domus illorũ 402. a. & 411. a.
13. Homo cum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt, &c. 122. a. & 854 a.
15. Mors depaſcet eos. 865. b.
18. Cum interierit, non ſumet omnia, neque deſcendet cũ eo gloria eius. 370. a
19. Confitebitur tibi, cum beneſeceris ei 451. a.
49. 16. Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamẽtum meum per os tuum. 757. a.
19. Os tuum abundauit malitia, & lingua tua concinnabat dolos. 69. b. & 695. b. & 704. b. & 705. a.
20. Sedens aduerſus fratrem tuum loquebaris. 704. a. & 757. a.
Aduerſus filiũ matris tuæ ponebas ſcãdalum. 70. a. & 706. b. & 8. 757. a.
21. Hæc feciſti, & tacui, &c. arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam. 633. b
50. 1. Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam. 616. a
4. A peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meam, &c. 649. a.
9. Aſperges me hyſſopo & mundabor, lauabis me, & ſuper niuem dealbabor. 584 a.
10. Et exultabunt oſſa humiliata. 99. a, & 603. a.
14. Redde mihi lætitiã ſalutaris tui. 313. b. Et ſpiritu principali cõfirma me. 298. a
19. Cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicies. 651. b. & 655. b.
51. 7. Euellet radicem tuam de terra viuentium. 346. b.
53. 8. Voluntarie ſacrificabo tibi. 225. a.
54. 6. Contexerunt me tenebræ 258 a.
7. Quis dabit mihi pennas, ſicut columbæ & volabo, & requieſcam. 301. b. & 321. b. & 523. a.
8. Ecce elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine. 321. b.
9. Qui ſaluum me fecit, à puſillanimitate ſpiritus, & tempeſtate. 267. a. & 294. a. & 579. b.
10. Vidi iniquitatem, & contradictionem in Ciuitate. 380. a.
11. Die, ac nocte circumdabit eam ſuper muros eius iniquitas, & labor in medio eius, & iniuſtitia. ibid. b.
12. Et non defecit de plateis eius, vſura, & dolus ibid. b.
13. Si is, qui oderat me, ſuper me magna locutus fuiſſet, abſcondiſſem me forſitan ab eo. 97. b. & 381. a
14. Tu vero homo vnanimis, dux meus & notus meus. ibid.
15. Qui ſimul mecum dulces capiebas cibos &c. ibid.
22 Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleũ, & ipſi ſunt iacula. 94. b.
56. 1. Miſerere mei Deus, miſerere mei, quoniam in te confidit, &c. 581. b.
2. In vmbra alarũ tuarum ſperabo. 588. b
5. Filij hominum, dentes eorum arma, & ſagittæ. 697. a.
Et lingua eorũ gladius acutus. 696. b.
58. 10. Deus ſuſceptor meus, miſericordia eius præueniet me 608. b.
59. 11. Quis deducet me in ciuitatem munitam. 605. a.

61.

Digitized by Google

61. 6. Deo ſubiecta eſto anima mea. 141. b.
11. Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. 339. b.
62. 2. Sitiuit in te anima mea, quammultipliciter tibi caro mea. 261. a
3. In terra deſerta, inuia, & inaquoſa, &c. 461. a. & 321. b.
4. Quoniam melior eſt miſericordia tua ſuper vitas. 322. a.
6. Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea. 238. a.
9. Adhæſit anima mea poſt te. 290.
63. 4. Exacuerunt, vt gladium linguas ſuas: intenderunt arcum rem amarã. 445. a.
5. Vt ſagittent in occultis immaculatum. ibid. & 615. b.
6. Narrauerunt, vt abſcõderent laqueos; dixerunt, quis videbit eos? 348. b. & 503. b. & 615. b.
9. Infirmatæ ſunt cõtra eos linguæ eorũ. 445 b.
64 2. Te decet hymnus Deus in Sion. 449. b.
10. Flumen Dei repletum eſt aquis, parasti cibum illorum. 878 a.
11. Riuos eius inebria; multiplica genimina eius, in ſtillicidijs, &c. 182. a. & 237. b. & 249. a.
13. Pingueſcent ſpecioſa deſerti. 265. a.
65. 15. Holocauſta medullata offeram tibi. 209. a.
18. Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo, non exaudiet Dominus. 670. a.
67. 7. Qui inhabitare facit vnius moris in domo. 19. a. & 746. b.
Qui educit vinctos in fortitudine, ſimiliter eos, qui exaſperant, &c. 624. a.
11. Parasti in dulcedine tua pauperi Deus. 303. à. & 777. a.
14. Pennæ colũbæ deargentatæ, & poſteriora dorſi eius in pallore auri. 302. a.
19. Aſcendiſti in altum, captiuam duxiſti captiuitatem, dediſti dona. &c. 635. b
68. 3. Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia, veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me. 105. a.
8. Propter te ſuſtinui opprobrium, operuit confuſio faciem meam 816. b.
13. Et in me pſallebant, qui bibebant vinum. ibid.
16. Neque abſorbeat me profundũ, neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum. 546. a & 555. a. & 571. a.
21. Suſtinui, qui ſimul mecum contriſtaretur, & non fuit. 282. a.
Qui conſolaretur, & non inueni. 281. b. & 284. a.
69. 4. Auertantur retrorſum, & erubeſcant, qui volunt, &c. vſque ad illud, euge euge. 105. b & 109. a.
71. 7. Orietur in diebus eius iuſtitia, & abũdantia pacis. 751. b.
72. 3. Zelaui ſuper iniquos, pacem peccatorum videns. 732. a.
18. Deiecisti eos dum alleuarentur. 403. b & 888. a.
27. Perdidiſti omnes, qui fornicantur abs te qui elõgant ſe à te, peribunt. 243. b & 255. b.
75. 3. Et factus eſt in pace locus eius. 254 b & 761. b. & 771. b. & 776. b.
6. Dormierunt ſomnum ſuum: & nihil inuenerunt omnes viri diuitarum, &c. 370. a. & 401. b & 890. b.
8. Tu terribilis es, &c. 462. a.
Et quis reſiſtet tibi? 592. a. & 632. b
9. Terra tremuit, & quieuit. 325. b.
76. 3. In tribulatione mea, Deum exquiſiui manibus meis nocte contra eum, &c. 293. a
4. Renuit conſolari anima mea. 163. b. & 314 a.
Memor fui Dei, & delectatus sũ. 134. b & 305. b. & 776. a.
77. 1. Attendite Populo meus &c. 632. a.
5. Quanta mãdauit patribus noſtris, nonota facere ea filijs ſuis. ibid.
6. Vt cognoſcat generatio altera: filij qui naſcentur. & exurgent, & narrabunt, &c. ibid.
7. Vt ponant in Deo ſpem ſuam, & mandata eius exquirant. ibid.
8. Ne fiant ſicut patres eorum, generatio praua, & exaſperans, &c. ibid.
18. Tentauerunt Deum in cordibus ſuis, vt peterent eſcam animabus ſuis. 864. a.
19. Numquid poterit parare menſam in deſerto, &c. 436. a. & 471. a.
30. Adhuc eſcæ eorum, erant in ore ipſorum. 864. a.
31. Et ira Dei aſcendit ſuper eos, & occidit pingues eorum, ibid.
49. Miſit iram indignationis ſuæ, indignationem, & iram, & tribulationem, &c. 469. Pr.
66. Opprobrium ſempiternum dedit eis. 142. a.
70. Elegit Dauid ſeruum ſuum, & ſuſtulit eum, de gregibus ouium. &c. 593. a.
72. Et pauit eos in innocentia cordis ſui. 599. b.
80. 13. Dimiſi eos ſecundũ deſideria cordis corũ, ibunt in aduẽtoribus ſuis. 123 b

Digitized by Google

17. Ex adipe frumenti, 593. a
81. 6. Ego dixi Dij estis, & filij excelsi omnes, 887. b
83. 3. Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum, 238. b
6. Ascensiones in corde suo disposuit, 304. b
8. Videbitur Deus deorum in Sion, 122. a & 327. b
84. 4. Mitigasti omnem iram tuã, auertisti ab ira indignationis tuæ, 640. b
5. Conuerte nos Deus salutaris noster, & auerte iram tuam à nobis, 641. a
85. 4. Lætifica animã serui tui, quoniã ad te Domine animam meam leuaui, 304. b & 329. a
5. Suauis, & mitis, & multæ misericordiæ est, 305. a. & 329. a
13. Eruisti animam meam ex inferno inferiori, 454. b
87. 10. Traditus sum, & nõ egrediebar, oculi languerunt præ inopia, 276. b
Clamaui ad te Domine tota die: expandi ad te manus meas, 277. a
11. Nunquid mortuis facies mirabilia, aut medici suscitabunt, & confitebuntur tibi? ibid. & 646. b
88. 16. Misericordia, & veritas præcedent faciem tuam: beatus populus, qui scit iubilationem, 582. a
49. Quis est homo, qui viuet, & non videbit mortem? 412. a
89. 9 Anni nostri sicut aranea meditabuntur, 875. a
90. 2. Deus meus sperabo in eum, 615. a
3. Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium, & à verbo aspero, ibid. b
4. Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pẽnis eius sperabis, &c. 94. a & 616. a
14. Quoniam in me sperauit, liberabo eũ, 579. b
15. Clamabit ad me, & ego exaudiam eum, &c. 296. b & 879. b
91. 3. Delectasti me Domine in factura tua, & in operibus manuum tuarum exultabo, 189. b
93. 1. Deus vltionum, 643. b
2. Redde retributionem superbis, 245. b
19. Secundum multitudinem dolorũ meorum in corde meo, &c. 163. b
Consolationes tuæ lætificauerunt animam meam, 238. a
94. 3. Deus magnus Dominus, & Rex magnus super omnes Deos, 636. a
7. Nos populus pascuæ eius, & oues manus eius, 603. b
8. Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, 576. & 661. b
96. 10. Qui diligitis Dominum, odite malum, 462. a
11. Lux orta est iusto, & rectis corde lætitia, 301. a
12. Lætamini iusti in Domino, ibid.
99. 3. Ipse fecit nos, & non ipsi nos, 465. a
100. 5. Detrahentem secreto proximi suo, hunc persequebar, 724. a
101. 5. Aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum, 246. b
9. Et qui laudabant me, aduersum me iurabant, 105. b
102. 1. Benedic anima mea Domino, & omnia, quæ intra me sunt, &c. 881. a
2. Benedic anima mea Domino, &c. 646. a
3. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes, &c. 595. b
4. Qui redimit de interitu vitam tuam, qui coronat te in misericordia, &c. 587. a. & 678. b
5. Qui replet in bonis desiderium tuũ, 400. a. & 415. b
8. Miserator, & misericors Dominus, longanimis, & multum misericors, 633. a
13. Quemadmodum miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se, &c. 761. a
103. 10. Qui emittis fontes in cõuallibus inter medium montium pertransibunt aquæ, 304. a. et 520. a
15. Et vinũ lætificet cor hominis, 813. b & 817. b.
18. Petra refugium hęrinacijs, 587. b
20. Posuisti tenebras, & facta est nox, 258. a
In ipsa pertransibunt omnes bestiæ syluæ, 273. a
21. Catuli leonum rugientes, vt rapiant, & quærant à Deo escam sibi, ibid.
22. Ortus est sol, & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabũtur, ibid. b
23. Exhibit homo ad opus suum, & ad operationem suam vsque ad vesperam, ibid.
26. Animalia pusilla cum magnis &c. 268. b
27. Omnia te expectant, vt des illis escã in tempore, 41. a.
28. Aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate, 268. b
29. Auertente autem te faciem, turbabuntur, auferes spiritum eorum, &c. 269. a
30. Emittes spiritum tuum, & creabuntur,

Digitized by Google

tur,& renouabis, &c. ibid.
21. Qui respicit terram, & facit eam tremere. 324.b
105. 14. Concupierunt concupiscentiã,119.b
106. 1. Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia eius, 310.b.
5. Esurientes, & sitientes anima eorum in ipsis defecit, 274.a
9. Satiauit animam inanem, 314.b
18. Omnẽ escã abominata est anima eorum,& appropinquauerũt, &c 274.a
22. Et sacrificent sacrificium laudis, & annuntiẽt opera eius in exultatione, 310.b.
27. Turbati sunt,& moti sũt sicut ebrius, 312.b.
28. Clamauerunt ad Deum, ibid.
Et staruit procellam eius in auram,& siluerunt fluctus eius, ibid.
30. Et lætati sunt quia siluerunt, & deduxit eos in portum voluntatis eorũ, ib.
33. Posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim, 265.a
33. Terram fructiferam in salsuginẽ à malitia inhabitantium in ea, ibid.& 851.a
35. Posuit desertum in stagna aquarum, & terram sine aqua, &c 317.a
36. Et collocauit illic esurientes, & constituerunt ciuitatem habitationis, ib.
37. Et seminauerũt agros,& plantauerũt vineas, & fecerunt fructum,&c. ib.b
108. 4. Pro eo, vt mè diligerent, detrahebant mihi; ego autem orabam, 718.a
11. Diripiant alieni labores eius, 362.a
17. Compunctũ corde mortificare, 318.b
18. Et intrauit sicut oleum in ossibus eius, 96.a.& 106.a.
24. Genua mea infirmata sunt à ieiunio, 822.a.
110. 9. Sanctũ,& terribile nomen eius, 585.a.
111. 3. Gloria,& diuitiæ in domo eius, 378.a & 415.b & 416.a
9. Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in sęculum sęculi, 369.a & 385.a.
112. 1. Laudate pueri Dominum, 561.b
2. Sit nomen Domini benedictũ, ex hoc nunc, & vsque in sæculum, ibid.
6. Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in cœlo, & in terra 303.a & 461.b.
113. 4. Simulacra gentium, argentum, & aurũ, 392.a
115. 11. Omnis homo mendax. 40.a
117. 13. Impulsus euersus sum vt caderem, & Dominus suscepit mẽ. 628.b
14. Fortitudo, & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem, 629.a
17. Non moriar, sed viuam, ibid.
19. Aperite mihi portas iustitiæ, ingressus in eas, confitebor Domino, ibid.
20. Hæc porta Dñi, iusti intrabũt in eã, ib.
118. 2. Beati, qui scrutantur testimonia eius, in toto corde exquirunt eum. 228.b
7. Confitebor tibi in directione cordis, in eo quod didici iudicia iustitiæ tuæ, 127.b & 875.b
8. Non me derelinquas vsquequaque, 293.b.
17. Retribue seruo tuo, viuifica me, 459.b
18. Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua, 522.a.
28. Dormitauit anima mea præ tædio, confirma me, &c. 260.a & 266.b
32. Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilatasti cor meum.
141.a & 168.a & 238.a & 240.a & 276.b & 667.a.
37. Auerte oculos meos, ne videant vanitatem, 189.b & 483.b.
39. Amputa opprobrium meum, 812.a
52. Memor fui iudiciorum tuorum à sæculo Domine,& consolatus sum, 315.b
66. Disciplinã doce me, 182.b & 517.b
73. Da mihi intellectum, & discam mandata tua, 182.b.
76. Fiat misericordia tua, vt consoletur me, 283.a.
91. Quoniam omnia seruiunt tibi, 647.a
94. Tuus sum ego, saluum me fac, 151.a & 615.a
96. Latum mandatum tuum nimis, 630.a
100. Super senes intellexi, quia mandata tua quæsiui, 518.a
103. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo, 260.a & 315.a & 513.b.
112. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas, &c. 185.a.
120. Confige timore tuo carnes meas, à iudicijs enim tuis timui, 862.b
130. Et intellectum dat paruulis, 520.a
131. Os meũ aperui, & attraxi spiritũ, 317.b
132. Aspice in me, & miserere mei, ibid.
136. Exitus aquarũ deduxerunt oculi mei, quia nõ custodierunt legẽ tuã, 326.b
143. Tribulatio, & angustia inuenerunt me, mandata tua meditatio mea est, 262.a & 305.b
144. Intellectum da mihi. 225.a
161. Lætabor ego super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa, 164.a

Digitized by Google

164. Septies in die laudem dixi tibi,461.b
176. Erraui ſicut ouis, quæ perijt, 509.b & 591.a
119. 4. Sagittæ potentis acutæ. 318.b
5. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt, 327.a
7. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus, 779.a
122. 1. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis, 304.b
Multum repleti ſumus deſpectione, 344.b
4. Multum repleta eſt anima noſtra opprobrium abundantibus, &c. ibid.
124. 2. Montes in circuitu eius, 286.a.
126. 2. Cũ dederit dilectis ſuis ſomnũ, 675.b
3. Ecce hereditas Domini, ibid.
129. 6. A cuſtodia matutina vſque ad noctẽ ſperet Iſrael in Domino, 583.a
7. Quia apud Dominum miſericordia, & copioſa apud eum, &c. ibid.
8. Et ipſe redimet Iſrael, ex omnibus iniquitatibus eius, ibid. b
130. 2. Si non humiliter ſentiebam, ſed exaltaui animam meam: ſicut ablactatus eſt ſuper matre ſua, &c. 246.a.
131. 1. Memento Domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius, 748.a & 799.a
132. 1. Ecce quàm bonum, & quam iucũdum, habitare fratres in vnũ, 39.b & 740.b & 771.b & 773.b & 776.a
Sicut vnguentũ in capite, quod deſcẽdit in barbã, barbã Aaron, &c. 773.b
3. Sicut ros Hermon, qui deſcendit in montem Sion, 774.a
Quoniam illic mãdauit Dominus benedictionem, & vitam vſque in ſæculum, ibid. & 775.a & 776.b
135. 1. Confitemini Dño, quoniã bonus, 9.a
23. Quia in humilitate noſtra, memor fuit noſtri, ibid.
136. 1. Super flumina Babylonis, illic ſedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Sion, 327.b
5. Oblitioni detur dextera mea, 57.b
6. Si non meminero tui, ibid.
9 Beatus, qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petram, 251.b
137. 6. Excelſus Dominus, & humilia reſpicit, & alta à longe cognoſcit, 246.a
138. 3. Intellexiſti cogitationes meas de lõgè, ſemitã meã, & funiculũ, &c. 683.a.
7. Quo ibo à ſpiritu tuo, 635.b
Quo à facie tua fugiam, &c. Tu illic es, &c. 683.b
139. 4. Acuerunt linguas ſuas, ſicut ſerpentis, 696.b
10. Labor labiorum ipſorum, 809.b
140. 5. Corripiet me iuſtus in miſericordia Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum, 102.b
141. 6. Portio mea in terra viuentium, 433.a & 453.a
142. 6. Anima mea, ſicut terra ſine aqua tibi, 181.a & 240.b & 261.a & 324.b
143. 7 Erue me de manu filiorum alienorũ, 401.b
8. Quorum os locutũ eſt vanitatem. ib.
15 Beatum dixerunt populum, cui hæc ſunt: beatus populus cuius Dominus Deus ipſius, ibid.
144. 7. Memoriam ſuauitatis tuæ eructabũt. 801.b
9 Miſerationes eius ſuper omnia opera eius. 451.b & 582.a
13. Fidelis Dominus in omnibus verbis ſuis, 579.b & 666.a
15. Tu das eſcam illorũ in tempore opportuno, 41.a
16. Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione, 774.b
21. Laudationem Dñi loquetur os meũ, & benedicat omnis caro nomini sãcto eius, in ſæculum, &c. 464.
145. 8. Dñs ſoluit cõpeditos, 579.b & 613.b
Dominus illuminat cæcos, 636.b
146. 3. Qui ſanat contritos corde, & alligat contritiones eorum, 596.a & 655.b
11. Beneplacitum eſt Deo ſuper timẽtes eum, & in eis, qui ſperant ſuper miſericordia eius, 567.b
147. 13. Quoniam confortauit ſeras portarum tuarum. 605.a
14. Qui poſuit fines tuos pacem: & adipe frumenti ſatiat te, 600.b & 777.a
17. Ante faciem frigoris eius quis ſuſtinebit? 269.b
148. 1. Laudate Dominum de cœlis, 454.b
5 Ipſe dixit, & facta ſũt, 350.b & 622.b
11. Reges terræ, & omnes populi, principes, & omnes iudices terræ, 455.a
12. Iuuenes, & virgines ſenes cum iunioribus laudent nomen Domini, ibid.
13. Quia exaltatum eſt nomẽ eius ſolius, 454.b.
149. 6. Exaltationes Dei in gutture, &c. 434.a
150. 6. Omnis ſpiritus laudet Dñm, 513.b

Ex Prouerbijs.

1. 10. SI te lactauerint peccatores, ne acquieſcas eis, 99.a & 103.a
24. Vocaui, & renuiſtis? 571.a
26. Ego quoque in interitu veſtro ridebo, 607.b
24. Si quæſieris eam, quaſi pecuniam, & ſicut

Digitized by Google

ſicut theſauros effoderis illam, &c. 230.a. & 361.b.& 516.a.& 534.a

7. Proteget gradientes ſimpliciter, 886.a

3. 7. Ne ſis ſapiens apud temetipsũ, 765.b

26. Dominus erit in latere tuo, & cuſtodiet pedem tuum, ne capiaris, 602.a.

32. Quia abominatio eſt Domini omnis illuſor, 887. a
Et cum ſimplicibus ſermocinatio eius, 522.b. & 887.a

4. 11. Ducã te per ſemitas æquitatis, 232.b

12. Quos cum ingreſſus fueris, non arctabuntur greſſus tui. &c ibid.

27. Ne declines ad dexteram, neque ad ſiniſtram, 223.a

6. 16. Sex ſunt, quæ odit Dominus, & ſeptimum deteſtatur anima eius, qui ſeminat, &c. 732.b. & 735.b

17. Manus effundentes innoxium ſanguinem, 94.a

7. 8. Conſidero vecordem iuuenem, qui tranſit per plateam, 542.b

18. Veni, inebriemur vberibus, & fruamur cupitis amplexibus, 117.b

21. Irretiuit eam multis ſermonibus. 505.a

22, Statim eam ſequitur, 542.b

23. Donec transfigat ſagitta iecur eius, 505.b
Velut ſi auis feſtinet ad laqueum, 504.a
Et neſcit, quia de periculo animæ eius agitur, 542.b

26. Multos vulneratos deiecit, 552.a

7. 7. Veritatem meditabitur guttur meum, 513.a

13. Et os bilinguæ deteſtor, 95.a.& 100.b

15. Per me reges regnant, 455.a.

17. Ego diligentes me, diligo, 14. a. & 195.b

19. Melior eſt fructus meus auro, & lapide pretioſo, 534. b

29. Quando circumdabat mare terminũ ſuum, & legé ponebat aquis, &c. 322.a

31. Delitiæ meæ eſſe cum filijs hominum, 194. b

9. 3. Miſit ancillas ſuas, vt vocarent ad arcem. & ad menia ciuitatis, 528.a

4. Si quis eſt paruulus, veniat ad me, 502.a & 520.a
Et inſipientibus loquuta eſt, ibid.b

5. Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miſcui vobis, ibid. & 529.a

6. Relinquite infantiam, & viuite, & ambulate per vias prudentiæ, ibid.

8. Noli arguere deriſorem, ne oderit te, 16.a
Aquæ ſapiẽtem, & diliget te, ib. & 52.a

9. 13. Mulier ſtulta, & clamoſa, plenaque illecebris, & nihil omnino ſciens, 501. a

14. Sedit in foribus domus ſuæ ſuper ſellam in excelſo vrbis loco, ibid.

15. Vt vocaret tranſeuntes per viam, & pergentes in itinere ſuo, ibid.

16. Qui eſt parnulus, declinet ad me, & væcordi locuta eſt, ibid.

17. Aquæ furtiuæ dulciores ſunt, & panis abſconditus, ſuauior, ibid.

10. 4 Egeſtatem operata eſt manus remiſſa: manus autem fortium, diuitias parat. 233. a

9. Qui ambulat ſimpliciter, ambulat confidenter: qui autem deprauat vias ſuas, manifeſtus erit. 886.a

18. Abſcondunt odium labia mendacia, 69.b. & 98.b

19. In multiloquio non deerit peccatum, qui autem moderatur labia ſua, &c. 818.b

11. 2. Vbi humilitas, ibi, & ſapientia, 521.b

4. Iuſtitia autem liberabit à morte. 475. a

7. Expectatio ſolicitorum peribit, 412.b

13. Qui fidelis eſt animi, celat amici commiſſum. 33. b

24. Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt, alij rapiunt non ſua, & ſemper, &c. 408. b

12. 8. Qui excors eſt, patebit contemptui, 40. b

26. Qui negligit damnum propter amicum, iuſtus eſt. 10.a

28. In ſemita iuſtitiæ, vita, 475.a.

13. 7. Eſt Quaſi pauper, cum in multis diuitijs ſit, 363. a

10. Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt, 19. b. & 734.b

12. Spes, quæ differtur, affligit animam, 155.a.& 287. b

14. 13. Riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudij luctus occupat, 157.a

15. 1. Reſponſio mollis frangit iram. 745.b

4. Lingua placabilis, lignum vitæ. 761.b

13. In mærore animi, deijcitur ſpiritus, 268.b. & 571.b

15 Secura mens, quaſi iuge conuiuium, 300.b. & 776.a

18. Vir iracundus prouocat rixas: qui patiens eſt, mitigat ſuſcitatas 748. b

29. Iter pigrorum, quaſi ſæpe ſpinarum. 156. b

27. Conturbat domum ſuam, qui ſectatur auaritiam. 365.b

Digitized by Google

16. 2. Omnes viæ hominum, patent oculis eius, 683.a
24. Fauus mellis, compoſita verba; dulcedo animæ. ſanitas oſsium, 762.b
28. Homo peruerſus ſuſcitat rixas, & verboſus ſeparat Principes. 734.a
29. Vir iniquus lactat amicum ſuum, & ducit eum per viam non bonam, 96.b. & 97.a
17. 1. Melior eſt buccella ficca cum gaudio, quàm domus plena victimis cum iurgio, 356.a. & 840.a
10. Plus proficit correptio apud prudentem, quàm centum plagæ apud ſtultũ, 51. b
14. Qui dimittit aquam, caput eſt iurgiorum. 814.a
17. Omni tempore diligit, qui amicus eſt, 9. a
Frater in anguſtijs comprobatur, 47. b
22. Spiritus triſtis exſiccat oſſa, 273.b. & 360. a
18. 2. Non recipit ſtultus verba prudentiæ, niſi ea dixeris, quæ verſantur in corde eius, 44.b
3. Impius, cùm in profundum venerit peccatorum, contemnit, 570. a. & 575.a. & 624.b
6. Labia ſtulti miſcent ſe rixis, & os eius iurgia prouocat, 734.a
7. Os ſtulti, contritio eius, & labia ipſius ruina animæ eius, 470.a
8. Verba bilinguis, quaſi ſimplicia, 93.b
Et ipſa perueniunt vſque ad interiora ventris, ibid.
17. Iuſtus prior eſt accuſator ſui, 287.a
19. 4. Diuitiæ addunt amicos, 4.a
15. Pigredo immittit ſoporem, 266.b. & 566. a
17. Fœneratur Domino, qui miſeretur pauperis, 672.b
20. 1. Luxurioſa res eſt vinũ, 810.b. & 812.b. & 825.a. & 828.a. & 829.a.
Et tumultuoſa ebrietas: quicunque his delectatur, non erit ſapiens, 829.a
5. Sicut rugitus leonis, ita & terror Regis, 92 b
3. Honor eſt homini, qui ſeparat ſe à cõtentionibus: omnes autem ſtulti, &c. 736.a. & 773.a
5. Sicut aqua profunda, ſic conſilium in corde viri, ſed homo ſapiens exhauriet illum. 882.a
9. Quis poterit dicere mundum eſt cor meum? 287.a
17. Suauis eſt homini panis mendacij, & poſtea implebitur os eius calculo, 864. b.
19. Ei, qui reuelat myſteria, ne commiſceris, qui dilatat labia ſua, &c. 823 b
25. Ruina eſt homini deuorare Sanctos, 472.b
28. Roboratur clementia thronus eius, 799.a
21. 11. Mulctato peſtilente ſapiẽtior erit parvulus, 770. a
13. Qui obturat aures ſuas ad clamorem pauperis, & ipſe clamabit, & non exaudietur, 672.b
17. Qui diligit epulas, in egeſtate erit, 850.a 385.a
26. Qui iuſtus eſt, tribuit, & non ceſſabit, 385 a
22. 1. Melius eſt nomen bonum, quàm diuitiæ multæ, 103.b
9. Qui propitius eſt ad miſericordiam, benedicetur, de panibus enim ſuis dedit pauperi, 672.b
23. 4. Noli laborare vt diteris, ſed prudentiæ tuæ modum pone, 341.a
20. Noli eſſe in conuiuijs potatorum, nec in comeſſationibus eorum, &c. 715 a.
21. Quia vacantes potibus, & dantes ſymbola conſumentur, ibid.
26. Oculi tui vias meas cuſtodiant, 546.a
27. Fouea enim profunda eſt meretrix, & puteus anguſtus aliena, ibid.
29. Cui rixæ? 813.b
Cui foueæ? 817. a.
Cuius patri væ? 818.b
Cui ſepulchra? 820.a
30. Nonne his, qui commorantur in vino. & ſtudent calicibus epotandis? 813.b. & 817.a. & 818.b. & 820.a
31. Ne intuearis vinum, quando flaueſcit, cùm ſplenduerit in vitro color, &c. 545.a. & 781.b. & 826.b
32. Sed in nouiſsimo mordebit, vt coluber, & ſicut regulus venena diffundet, &c. 545.a. & 781.a & 787.b. & 817.b
34. Et eris ſicut dormiens in medio mari, & quaſi ſopitus gubernator, &c. 826. b
35. Verberauerunt me, & non doluí, traxerunt me, & ego non ſenſi. 820.b
Quando euigilabo, & rursùs vina reperiam? 821.a
24. 10. Si deſperaueris lapſus in die anguſtiæ, minuetur fortitudo tua, 572. b
16. Septies enim cadet iuſtus, &c. 295.a
21. Cùm detractoribus ne commiſcearis, 714.b
24. Qui dicunt impio iuſtus es, 99.a

Digitized by Google

18. Nec lactes quemquam labijs tuis, 68. b
25. 9. Cauſam tuam tracta cum amico tuo, & ſecretum extraneo, ne reueles, ne fortè inſultet tibi, cum audierit, & exprobrare non ceſſet, 54. a
16. Mel inueniſti? comede, quod ſufficit tibi, ne fortè ſatiatus, euomas illud, 514 a
17. Subtrahe pedē tuum, de domo proximi tui, ne quando ſatiatus oderit te, 39. b
23. Ventus Aquilo diſſipat pluuias, et facies triſtis linguam detrahentem, 708. b
25. Aqua frigida animæ ſitienti, 307. b
27. Qui ſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur à gloria, 515. a.
26. 10. Iudicium determinat cauſas, et qui imponit ſtulto ſilentium, iras, &c. 769. a
20. Cum defecerint ligna, extinguetur ignis: & ſuſurrone ſubtracto, iurgia conquieſcunt, 511. b. & 766. a. & 769. a.
21. Homo iracūdus ſuſcitat rixas, 735. a & 815. b
23. Quomodo ſi argento ſordido ornare velis vas fictile, ſic labia tumentia cum peſsimo corde, &c. 883. b.
24. Labijs ſuis intelligitur inimicus, cum in corde tractauerit dolos, &c. vſque ad illud, in corde illius, 105. a
27. 2. Laudet te alienus, 71. b
5. Melior eſt manifeſta correptio, quā amor abſconditus, 50. b
6. Meliora ſunt vulnera diligentis, quā fraudulenta oſcula odientis, 63. a
7. Anima ſaturata, calcabit fauū, 160. a
14. Qui benedicit proximo ſuo voce grādi, maledicēti ſimilis erit, 74. b. & 91. b. & 92. b. & 105. b
17. Ferrū ferro exacuitur, & homo exacuit faciem amici, 101. a
20. Infernus, et perditio nunquam replentur, 352. a
21. Quomodo probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurum, ſic probatur homo ore laudantis, 75. a
28. 9. Qui declinat aures ſuas, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. 670. a
13. Qui abſcondit ſcelera ſua non dirigetur: qui autē confeſſus fuerit, &c. 654 a
19. Qui ſectatur otium, replebitur egeſtate, 828. a
22. Qui feſtinat ditari, & alijs inuidet, 379. a
23. Qui corripit hominem, gratiam poſtea inueniet apud eum magis, quam ille, qui per linguæ blandimenta decipit, 50. b. & 91. a
27. Qui dat pauperi, nō indigebit, & qui deſpicit precantem, ſuſtinebit, &c. 407. b
29. 11. Totum ſpiritum ſuum profert ſtultus, 814. a
30. 9. Diuitias ne dederis mihi, &c. ne fortè ſatiatus alliciar ad negādum, &c. 373. a. & 819 b
15. Sanguiſugæ duæ ſunt filiæ dicentes, affer, affer, 352. b
16. Ignis verò nunquā dicit ſufficit. ibid.
21. Per tria mouetur terra, 851. b
22. Stultus cū ſaturatus fuerit cibo, ibid.
30. Leo fortiſsimus beſtiarum, 92. b
33. Qui prouocat iras, producit diſcordias, 511. b. & 735. a.
31. 4. Noli Regibus, ò Lamuel, noli Regibus dare vinum, &c. ne fortè bibant, & obliuiſcantur, &c. 797. b & 809. a
Quia nullum ſecretū eſt, vbi regnat ebrietas, 799 b & 817. a & 823. a
5. Et mutēt cauſā filiorū pauperis, 798. a
6. Date ſiceram mœrentibus, & vinum, his, qui amaro ſunt animo: bibāt, & obliuiſcantur, &c. 313 b. & 809. a
7. Bibant, & obliuiſcantur egeſtatis ſuæ, & doloris ſui non recordentur amplius, ibid.
30. Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo: mulier timens Dominum ipſa laudabitur, 36. b

Ex Eccleſiaſte.

1. 8. NON ſatiatur oculus viſu, &c. 353. a. & 504. b
12. Propoſui in animo meo quærere, & inueſtigare ſapiēter de omnibus, &c. 493. b. & 532. b
13. Hanc occupationem peſsimam dedit Deus filijs hominum, vt occupārētur in ea, 498. a. & 532. b
14. Et ecce vniuerſa vanitas, 494 a.
15. Stultorū infinitus eſt numerus, 504 b & 697. b
18. Qui addit ſcientiam, addit & laborem, 88. a. & 532. b
2. 1. Dixi in corde meo, vadā, &c. 534. a
2. Gaudio dixi, quid fruſtra deciperis? 158. a

Digitized by Google

3. Cogitaui in corde meo abstrahere à vino carnem meam, vt animam meam transferrem ad Sapientiã, deuitaremq. stultitiam, 801. b. & 817. a & 819 a
18. Rursus detestatus sum omnẽ industriam meam, qua sub sole studiosissimè, &c. 376. a
19. Quem ignoro, vtrum sapiens, an stultus futurus sit, & dominabitur in laboribus, &c. ibid. b. & 399. b
20. Vnde cessauit, renuntiauitque cor meũ vltra laborare sub sole, 376. b
23. Cuncti dies eius doloribus, & ærumnis pleni sunt; nec per noctem, &c. 362. a
26. Peccatori dedit Deus afflictionem, vt addat, & congreget, 355. a
3. 1. Transeunt vniuersa sub cœlo, 411. b
19. Vnus interitus est hominis, & iumentorũ, & æqua vtriusque conditio, sicut moritur, &c. 689. a
4. 2. Laudaui magis mortuos, quàm viuos, 74. a
4. Rursum contẽplatus sum oẽs labores hominum, & industrias, &c. 379. a
8. Laborare non cessat, 359. b
12. Si quispiam præualuerit contra vnum, duo resistunt ei, funiculus triplex, 736 b
5. 9. Auarus non implebitur pecunia, 351. a Et qui amat diuitias, fructum, &c. 268. b
10. Quid prodest possessori, nisi quod cernit diuitias oculis suis? 368. a
12. Est & alia infirmitas pessima, quam vidi sub Sole, diuitiæ conseruatæ, &c. 387. b. & 399. b
13. Generauit filium, qui in summa egestate erit. ibid.
14. Sicut egressus est nudus de vtero matris suæ, sic reuerteretur, & nihil auferet, etc. 376. a. et 402. a
15. Miserabilis prorsus infirmitas, quomodo venit, sic reuertetur, quid ergo, etc. ibid.
16. Cunctis diebus vitæ suæ comedit in tenebris, et in curis multis, etc. 363. a
17. Hoc itaque visum est mihi bonum, vt comedat quis, & bibat, &c. ibid. b
18. Hoc est donum Dei, ibid.
6. 2. Homo extraneus vorabit illud, 399. b
8. Quid habet amplius sapiens à stulto, et quid pauper, nisi vt pergat, &c. 689. a
7. 2. Melius est nomen bonum, quam diuitiæ multæ, 103. b
4. Per tristitiam vultus corrigitur animus delinquentis, 106. b. et 769. a
Melior est ira risu, 31. b. et 709. a
6. Melius est à sapiente corripi, quàm stultorum adulatione decipi, 101. a
17. Noli esse iustus multum, 223. a
27. Et sagena cor eius, vincula sunt manus illius, 505. a
30. Deus fecit hominem rectum, 112. b. et 124. b. et 613. b
9. 1. Nemo scit, vtrum sit dignus amore, 298. a
10. 1. Pretiosior est sapientia, et gloria, parua, et ad tempus, stultitia, 714. a
7. Vidi seruos in equis, et principes ambulantes super terram, 144. a
11. Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet, qui occultè detrahit, 697. a
19 Pecuniæ obediunt omnia, 344. a. et 394. b
20 Et aues cœli portabunt vocem tuam, & qui habet pennas, annuntiabit sententiam, 511. b
12. 5. Ibit homo in domum æternitatis suæ, 688. a
7. Reuertatur puluis in terram suam, et spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum, ibid.
11. Verba sapientum, sicut stimuli, 101. a.

Ex Canticis Canticorum,

1. 1. OSculetur me osculo oris sui, 244. a
2. Meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis, 103. a
Oleum effusum, &c. 169. b. & 630. b
3. Trahe me post te, curremus in odorem vnguentorum tuorum, 277. a. & b
Lætabimur, & exultabimus in te, memores vberum tuorum, &c. 621. a
Recti diligunt te. 755. b
4. Nigra sum, sed formosa, filiæ Ierusalem, 36. b. & 38. b. & 295. b. & 860. a
5. Nolite me considerare, quod fuscasim, 40. b
Quia decolorauit me Sol, ibid.
Filij matris meæ pugnauerunt contra me, 719. b
6. Indica mihi, vbi pascas, vbi cubes in meridie, 508. b. & 601. a. et 609. a
Ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum, 542. a. et 551. b
7. Si ignoras te, ò pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi, &c. 121. a. & 495. b. & 507. a
9. Pulchræ sunt genæ tuæ, 320. a
12. Fasciculus myrrhę dilectus meus mihi 374. b

Digitized by Google

2. 1. Ego flos campi, 163. b. & 291. b
3. Sicut malus inter ligna siluarũ, 163. b
Sub vmbra illius, quem desideraueră, sedi, &c. 588. b
Fructus eius dulcis gutturi meo, 161. b
4. Introduxit me Rex in celiam vinariã, ordinauit in me charitatem, 529. a. & 705. a. & 803. b
5. Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo, 263. a. & 318. b
6. Et dextera illius amplexabitur me, 614. b
8. Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles, 246. a. & 285. b. & 304. a. & 590. a
9. Similis est dilectus meus capreæ, hinnuloque ceruorum, 590. b
10. Columba mea, formosa mea, 92. b. & 302. b
14. Surge amica mea, speciosa mea, & veni: colũba mea in foraminibus petræ. 587. b
15. Capite nobis vulpes parvulas, quæ demoliuntur vineas, 721. a. & 872. a
16. Dilectus meus mihi, & ego illi, 24. a. & 195. b, & 405. a
17. Reuertere, &c. 41. b

3. 1. In lectulo meo per noctes quæsiui, quẽ diligit anima mea: quæsiui illum, & non inueni, 41. b. & 180. a. & 255. b
2. Surgam, & circuibo Ciuitatem, per vicos, & plateas quæram, quem diligit anima mea, 230. b
3. Inuenerunt me vigiles; qui custodiunt Ciuitatem, 800. a
4. Inueni, quẽ diligit anima mea, &c. 180. b
Tenui illum, nec dimittam, donec introducam illum in domũ matris meæ. 235. a. & 415. b

4. 1. Quàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es! oculi tui columbarum, 37. a
3. Sicut vitta coccinea, labia tua, & eloquium tuum dulce, 746. a.
9. Vulnerasti cor meũ soror mea sponsa, in vno oculorum tuorum, &c. 318. a. & 753. b
11. Fauus distillans labia tua: mel, & lac sub lingua tua, 763. a
16. Surge Aquilo, & veni Auster, perfla hortum meum, & fluant aromata eius, 262. b

5. 1. Bibite, & inebriamini charissimi. 249. a
2. Ego dormio, & cor meũ vigilat, 134. b
Vox dilecti mei pulsantis, 198. b
Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, &c. 194. b. & 216. b. & 586. b
3. Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? laui pedes meo, &c. 217. a & 245. a
5. Surrexi, vt aperirem dilecto meo, manus meæ, &c. 198. a. 225. b
6. Pessulũ ostij mei, aperui dilecto meo: at ille declinauerat, atque transierat, 41. b & 199. a. & 242. a
Anima mea liquefacta est, vt locutus est, 321. b. & 599. a.
10. Dilectus meus candidus, & rubicundus. electus ex millibus, 464. a
11. Caput eius aurum optimum, &c. ibid.
12. Oculi eius sicut columbæ super riuulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, & residentiuxta fluenta plenissima, 312. b. & 523. a. & 538. a
6. 4 Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerunt, 247. b. & 549. a.
7. 1. Quid videbis in Sulamite, nisi choros castrorum? 161. a
4. Oculi tui sicut piscinæ in Hesebon, quæ sunt in porta filiæ, &c. 553. b
5. Et comæ capitis tui, sicut purpura Regis vincta canalibus, 144. b.
6. Quam pulchra es, & quam decora charissima, in delicijs, 170. a
10. Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius, 24. a
8. 1. Quis mihi det te fratrem meum, sugentem vbera matris meæ? 103. a. & 134. a
5. Quæ est ista, quæ ascendit de deserto delicijs affluens, innixa, &c. 166. b
Sub arbore malo suscitaui te, &c. 588. b. & 609. b. & 739. a
6. Pone me, vt signaculum super cor tuũ, 57. a. & 58. a
Fortis est vt mors dilectio, 169. b. & 265. b. & 606. a
8. Soror nostra parvula, & vbera non habet: quid faciemus, &c. vsque ad illud, cedrinis, 179. b

Ex Sapientia.

1. 1. DIligite iustitiã, qui iudicatis terram. 475. a
In simplicitate cordis, quærite illum, 885. a
3. Peruersæ enim cogitationes separant à Deo, 178. a
4. Quoniam in malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore, &c. vsque ad illud. sine intellectu, ibid. et 518. a. et 525 a
5. Et Spiritus sanctus disciplinæ auferet se a cogitationibus, quæ sunt sine intellectu, &c. 118. b. et 178. a. et 183. a et 255. a. et 518. b. et 521. a. et 877. b

Digitized by Google

11. A detractione parcite linguæ,etc.714.b et 722. a
12. Nolite zelare mortẽ in errore vitæ vestrę, neque acquiratis perditionẽ, etc. 650. a
13. Mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum, 608. a. et 613. b
14. Creauit enim, vt essent omnia, & sanabiles fecit nationes, &c. 613. b. & 650. a
2. 1. Dixerunt cogitantes apud se nõ rectè, 688. b
2. Ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus, quasi non fuerimus, 564.b.688.b
3. Cinis erit corpus nostrum, & spiritus diffundetur, tanquã mollis aer, 564.b
6. Venite,& fruamur bonis,quę sunt,&c. vsque ad illud, hæc est sors, 117.b. & 564.b
7. Vino pretioso, &c. nos impleamus, 810.a & 827.b.& 840. a
8. Nullum pratum fit, quod non pertranseat luxuria nostra, 810.a
9. Nemo nostrum exors sit luxuriæ nostræ,vbique relinquamus signa lætitię, ibid.b
21. Hæc cogitauerunt, & errauerunt: excæcauit enim illos malitia eorũ, 688.b.
22. Nec mercedem sperauerunt iustitiæ, quoniam Deus creauit hominem inexterminabilem, ibid.
24. Inuidia diaboli mors intrauit in orbẽ terrarum, 112.a.& 868.b
3. 5. Tentauit eos,& inuenit dignos se,&c 21.b.& 686.a
6. Tanquam aurum in fornace probauit illos, ibid.
4. 12. Inconstantia concupiscentiæ transuertit sensum sine malitia, 125.b
5. 1. Stabunt iusti in magna constantia, aduersùs eos, qui se angustiauerunt,& qui, &c. 365.a
4. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, 378.a
5. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter Sanctos sors illorũ est, ibid.
6. Sol intelligentiæ non est ortus nobis, &c. 550.b.& 635.a.
7. Lassati sumus in via iniquitatis, & ambulauimus vias difficiles. 154. a & 360.a
8. Quid nobis profuit superbia, & diuitiarum iactantia quid contulit nobis? 360.a & 369.b
9. Transierunt omnia illa,velut vmbra, 63.a.& 374.a& 421.b.& 890.a
15. Spes impij, quasi lanugo, 876.b
21. Pugnabit cum eo orbis terrarum contra insensatos, 867.a
6. 7. Potentes, potenter tormenta patientur. 550.a.
13. Clara est, & nunquam marcescit sapientia, & facilè videtur ab eis, &c. 524.b
14. Præoccupat, qui se concupiscunt, vt illis se prior ostendat, ibid.
15. Qui de luce vigilauerit ad illam, non laborabit: assidentem enim illam, &c. ibid.
26. Multitudo sapientum,sanitas orbis terrarum, & Rex sapiens, stabilimentum populi est. 797.b
7. 7. Inuocaui, & venit in me spiritus sapientiæ, 524.a
8. Diuitias nihil esse duxi comparatione illius, nec comparaui illi lapidem pretiosum,quoniam omne aurum,&c. Vsque ad illud,in conspectu illius, 530.b
9. Arena est exigua, & lutum, 775.b
10. Super salutem, & speciem dilexi illã, 533. b
13. Quam sine fictione didici,& sine inuidia communico, & honestatem illius non abscondo, 530.a
8. 1. Attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter, 592.a & 683.b
16. Intrans in domum meam, conquiescam cum illa, non enim habet amaritudinem, &c. Vique ad illud, assumerem, 61.a.& 134.b.& 254.b
21. Nemo potest esse continens, nisi Deus dederit, 843.b
9. 4. Da mihi sedium tuarum assistricem sapientiam, 525.a
5. Quia homo infirmus sum ego, & exigui temporis, & minor ad intellectũ, ibid.
10. 12. Custodiuit illum ab inimicis, & à seductoribus tutauit illũ,& certamẽ forte dedit illi, vt inueniret,& sciret,quoniam omniũ potentior est sapiẽtia. 1.b
11. 17. Per quæ peccat quis, per hæc, & torquetur, 434.b
24. Dissimulans peccata hominum, propter pœnitentiam, 633.b.& 658.b.& 684.a
25. Diligis omnia, quæ sunt, & nihil odisti eorum,quæ fecisti:nec enim odiẽs,&c. 643.b.& 649.b
27. Parcis autem omnibus, quoniam tua sunt Domine, qui amas animas, 614.b & 649. b

Digitized by Google

14. 9. Odio eſt Deo impius,& iurpicetas eius 366.b & 651.a.& 735.b
17. 10. Cùm ſit enim timida nequitia,dat teſtimonium condemnationis, ſemper enim præſumit ſæua, perturbata conſcientia, 152.b & 300.b

Ex Eccleſiaſtico

1. 17. Timor Domini, ſcientiæ religioſitas, 302.a
18. Religioſitas cuſtodiet, & iuſtificabit cor, iucunditatem, & gaudium dabit, 301. b
33. Fili concupiſcens ſapientiam, conſerua iuſtitiam, & Deus præbebit illam tibi, 517.a
2. 1. Fili accedens ad ſeruitutem Dei,ſta in iuſtitia, & timore,& præpara animã tuam, &c. 193.a
11. Reſpicite filij nationes hominum, & ſcitote, quia nullus ſperauit, &c. 580.a
14. Væ duplici corde, & peccatori ingredienti duabus vijs. 888.a
3. 19. Filij in manſuetudine opera tua perfice, & ſuper hominum gloriam dilige-ris, 36.a
21. Magna potentia Dei ſolius, & ab humilibus honoratur. 464.b,& 888.a
22. Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris, ſed quæ præcepit tibi Deus, &c. 487.b.& 540.a
26. Multos enim ſupplantauit ſuſpicio eorum, & in vanitate detinuit, &c. 487.b
27. Qui amat periculum, peribit in illo, 699.a
28. Cor ingrediens duas vias, non habebit ſucceſſus, & prauus corde, in illis ſcandalizabitur, 886.b
29. Cor nequam grauabitur in doloribus. 154.a
4. 7. Congregationi pauperum affabilem te facito, 32. a
10. In iudicando, eſto pupillis miſericors vt pater, & pro viro,matri illorum, & tu eris,&c. 637. a
12. Sapientia filijs ſuis vitã inſpirat. 530.b
26. Ne accipias faciem, aduerſus faciem tuam, 15.b
27. Ne verearis proximũ in caſu ſuo, 13.b
5 8. Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem, 657.b
9. ſubitò enim veniet ira illius, & in tẽpore vindictæ diſperdet te, ibid.
13. Eſto mãſuetus ad audiẽdũ verbũ, 745.b
6. 1. Noli fieri pro amico inimicus proximo, 10.b
5. Verbum dulce multiplicat amicos, &c. 31.a & 746.a
7. Si poſſides amicum, in tentatione poſſide eum, & ne facilè credas ei, 20. b. & 54.a
8. Eſt amicus ſecundum tempus ſuum, & nõ permanebit in die tribulationis, 6. b
9. Eſt amicus, qui conuertitur ad inimicitiam, 20.a
Eſt amicus,qui odium,& rixam,& cõuitia denudabit. 34.a
10. Eſt amicus ſocius menſæ,& non permanebit in die neceſsitatis, 6.b
11. Amicus, ſi permanſerit fixus, erit tibi quaſi coæqualis, 52.a
14. Amicus, fidelis, protectio fortis, 9.a
15. Amico fideli, nulla eſt comparatio,& non eſt digna ponderatio auri, & argenti, cõtra bonitatẽ fidei illius, 10.a.
19. Quaſi is, qui arat, & ſeminat, accede ad eam, & ſuſtine bonos fructus illius, &c. 534.b
37. Cogitatum habe in præceptis Dei, & mandatis illius, &c. 518.b.
7. 9. Noli eſſe puſillanimis in animo tuo, 278.a
19. Vindicta carnis impij, ignis,& vermis, 866.a
40. Memorare nouiſsima tua,& in æternũ non peccabis, 891.b
8. 11. Non te prætereat narratio ſeniorum, 804.a
12. Quoniam ab ipſis diſces intellectum, & in tempore neceſsitatis dare reſpõſum, ibid.
16. Non ſpondeas ſuper virtutem tuam: quòd ſi ſpoponderis,quaſi reſtituas,cogita, 34.b
9. 3. Ne reſpicias mulierem multiuolam, ne fortè incidas in laqueos illius. 503.a
14. Ne derelinquas amicum tuum: nouus enim, non erit ſimilis illi, 650.b
10. 10. Nihil iniquius,quàm amare pecuniam, &c. 380.a
11. Omnis potentatus breuis vita, 853.b
11. 2. Non laudes virum in ſpecie ſua. 67.a
19. Mãducabo de bonis meis ſolus, 389.b
30. Ante mortem, ne laudes hominẽ, 67.a & 74.a
12. 3. Altiſsimus odio habet peccatores, & miſertus eſt pœnitentibus, 651.b
8. Non agnoſcetur in bonis amicus, 6.a
Non abſcondetur in malis inimicus, 7.b
9. In triſtitia, & malitia illius, amicus agnitus eſt, ibid.
13. 19. Omne animal diligit ſimile ſibi, &c.

Vsque ad illud, sociabitur, 17.a
14. 5. Qui sibi nequam est, cui alij bonus erit? 25.a
9. Non satiabitur donec consumat arefaciens animam suam, 352.a
10. Non satiabitur pane, sed indigens, & in tristitia erit super mensam suã, 362.b
17. Non est apud inferos inuenire cibum, 865. b
15. 2. Obuiabit illi quasi mater honorificata, &c. 520. b
3. Aqua sapientiæ salutaris potabit illum, 249.b & 520.a. & 527.a
11. Ne dixeris per Deum abest, 607.b
17. 18. Eleemosyna viri, quasi sacculus cum ipso, 409.a
26. Ante mortem confitere, 659.a
27. Confiteberis viuens, viuus, & sanus confiteberis & laudabis Deum, & gloriaberis, &c. ibid.
28. Quàm magna misericordia Domini, & propitiatio illius conuertentibus ad se, 657.a
18. 31. Si præstes animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudiũ, &c. 149.a
19. 1. Operarius ebriosus non locupletabitur. 828.a
Qui spernit modica, paulatim decidet, 199.a & 795.b
2. Vinum, & mulieres apostatare faciunt sapientes, & arguent sensatos, 782.b & 825. a
14. Corripe amicum, 16.a
23. Est qui nequiter humiliat se, & interiora eius plena sunt dolo, 871.a
26. Ex visu cognoscitur vir, & ab occursu faciei cognoscitur sensatus, &c. 882.a
20. 32. Sapientia abscondita, & thesaurus inuisus, quæ vtilitas in eis? 500.a
21. 14. Non erudietur, qui non est sapiens in bono, 517.b
22. 25. Qui conuitiatur amico, dissoluit amicitiam, 29.b
26. Ad amicum etsi produxeris gladium, &c. vsque ad illud, plaga dolosa, 34. a
27. Excepto conuitio, & improperio, & superbia, 30.b. & 441.b
28. Fidem posside cum amico in paupertate illius, 11.b. & 34.b.
29. In tempore tribulationis illius permane illi fidelis, 11.b
31. Amicum saluare non confundar, & à facie illius non me abscondam; & si mala mihi euenerint per illum, sustinebo, 10.b
32. Omnis, qui audiet, cauebit se ab eo, ibid.
23. 6. Auser à me ventris concupiscentias & concubitus concupiscentiæ, &c. 847.a
24. 23. Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris, & flores mei fructus honoris, &c. 534.b
29. Qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc sitient. 64.b & 351.b.
25. 1. In tribus placitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo, & hominibus, &c. 749.b
26. 8. Dolor cordis, & luctus, mulier zelotypa, 63.b
9. In muliere zelotypa flagellum linguæ, ibid.
11. Mulier ebriosa, ira magna; & contumelia, & turpitudo, &c. 806.b
27. 10. Volatilia ad sibi similia conueniũt, 17.b
17. Qui denudat arcana amici, fidem perdit, & non inuenier amicum ad animũ suum. 34.a
28. Qui mittit in altum lapidem, super caput eius cadet, 709.a
Plaga dolosa, dolosi diuidet vulnera. 71.a
31. Vindicta sicut leo insidiabitur illi, 92.b
28. 3. Homo homini seruat iram, & à Deo quærit medelam? 671.b
15. Susurro, & bilinguis, maledictus; multos enim turbauit pacẽ habẽtes, 735. b
16. Lingua tertia multos commouit, & dispersit illos de gente in gentem, 737. a
17. Ciuitates muratas diuitum destruxit, & domos magnatũ effodit, &c. 698. a & 737. b
18. Virtutes populorum coneidit, & gentes fortes dissoluit, ibid.
Sepi aures tuas spinis, 726.a
Linguam nequam noli audire, 714. b
30. Attende, ne fortè labaris in lingua, & cadas in conspectu inimicorum insidiantiũ tibi, & sit casus tuus, &c. 721.b
29. 23. Cùm perdiderit reuerentiam, derelinquetur ab eo, 30.a
30. 8. Equus indomitus euadit durus, & filius remissus euadet præceps, 231.a & 568. b
12. Curua ceruicem eius in iuuentute, & tunde latera eius, dum infans est, 231.a
17. Melior est mors, quàm vita amara 60.a
26. Zelus, & iracundia minuũt dies, 63. b
31. 1. Vigilia honestatis tabescet carnes. 362.a & 533.b
3. Laborauit diues in congregatione substantiæ, & in requie sua replebitur, &c. 417. b
6. Multi dati sunt auri casus, 370.a

7. Li-

Digitized by Google

7. Lignum offensionis est aurum sacrificantium, 349. a. & 394. a. & 396. a.
8. Beatus, &c. qui post aurum non abijt. 340. a
9. Quis est hic, & laudabimus eum? &c. 348. a
18. Intellige, quæ proximi sunt ex te ipso. 852. a.
20. Cessa prior, causa disciplinæ, &c. 792. a 841. a
21. Si in medio multorum sedisti, prior illis ne extendas manum tuã, nec prior poscas bibere, 839. b.
23. Vigilia, colera, & tortura viro infrunito. 819. b. & 863. b.
30. Diligentes in vino noli prouocare, 788. a & 790. a
Multos enim exterminauit vinum. ibid.
31. Ignis probat ferrum durum: sic vinũ corda superborum arguet in ebrietate potatum, 782. a
33. Quæ vita est ei, qui minuitur vino? 820. a
35. Vinum in iucunditatem creatum est, 838. b
36. Exultatio animæ, & cordis, vinum moderate potatum, 817. b
37. Sanitas est animæ, & corporis, sobrius potus, 788. a
38. Vinum multum potatum? &c. ruinas multas facit. 782. a. & 788. a. & 813. b
40. Ebrietatis animositas, minorans virtutem. 819. b
41. In conuiuio vini, non arguas proximum, & non despicias eum in iucunditate illius, &c. 816 a
32. 12. In multis esto, quasi inscius, 714. a
13. Vbi sunt senes, non multum loquaris. 804 a
14. Pro reuerentia accedet tibi bona gratia, 30. a
33. 18. Respicite, quod non mihi soli laborauí, sed omnibus exquirentibus disciplinam, 500. b
37. 1. Est amicus solo nomine amicus, 12. b
4. Sodalis amico coniucundatur in oblectationibus, 4. b
5. Sodalis amico condolet causa ventris, & contra hostem accipiet scutum, 48. a
6. Non obliuiscaris amici tui in animo tuo, & non immemor fis illius in opibus tuis. 28. a & 48. a
15. Cum viro sancto assiduus esto, quemcunque cognoueris obseruantem timorem Dei, cuius anima est secundùm animam tuam, & qui, cùm titubaueris in tenebris, condolebit tibi, 46. b
32. Noli auidus esse in omni epulatione, &c. 838. b. & 841. b. & 853. b
33. In multis enim escis erit infirmitas, & auiditas appropinquabit vsque ad colera, 853. b
34. Propter crapulam multi obierũt, 853. b & 863. b
Qui autem abstinẽs est, adijciet vitam, 853. b
38. 19. A tristitia festinat mors, & cooperit virtutem, & tristitia cordis flectit cernicem, 274 a
39. 6. Cor suum tradet ad vigilandum diluculo, &c. 525. a
8. Si enim Dominus magnus voluerit, spiritu intelligentiæ replebit illum, ib.
9. Et ipse tanquam imbres emittet eloquia sapientiæ suæ, ibid.
40. 21. Tibiæ, & Psalterium suauem faciunt melodiam, & super vtraque, lingua suauis, 763. a
23. Amicus, & sodalis in tempore conuenientes, 41. a
41. 1. O mors, quàm amara est memoria tua, homini pacem habenti! &c. 116. a. & 358. b 413. a
15. Curam habe de bono nomine, &c. 81. b. & 103 b. & 699. b
43. 21. Gelu sicut salem effundet super terrã, 265. a
22. Frigidus ventus Aquilo flauit, & gelauit crystallus ab aqua, 166. a
33. Benedicentes Deum, exaltate illum quantùm potestis, maior est enim omni laude, 223. a
45. 17. Sacrificium eius quotidianus ignis absumpsit, 283. a
50. 6. Quasi stella matutina in medio nebulæ, 90. b
51. 34. Collum vestrum subijcite iugo, 132. a

Ex Isaia.

1. 2. FIlios enutriui, & exaltaui: ipsi autem spreuerunt me, &c. 252. a. & 451. a
3. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui, Israel autem, &c. 450. b.
4. Blasphemauerunt sanctum Israel, ibid. & 475. b
5. Omne caput languidum, & omne cor mœrens, 252. a
15. Cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam: manus enim vestræ, &c. 670. a
18. Si fuerint peccata vestra, vt coccinum, quasi

quasi nix dealbabuntur. &c. 582. a. & 626. b. & 638. a
3.12. Dies Domini super omnem superbum, & excelsum, &c. 878. b
3.12. Qui te beatum dicunt, ipsi te in errorem mittunt. 92. b. & 101. a
Et viam gressuum tuorum dissipant, ibid.
26. Et desolata in terra sedebit, 250. b. & 274. b.
5. 1. Vinea in cornu filij olei, 253. a
2. Expectaui, vt faceret vuas, & fecit lambruscas, 450. a
4. Quid est quod vltra debui facere vineæ meæ, & non feci ei? an quod expectaui? &c. 607. b. & 634. a
6. Ponã eam desertã, &c. Et nubibus mãdabo, ne pluant, 253. a. & 274. b
11. Væ, qui consurgitis mane ad ebrietatẽ sectandam, & potandum vsque ad vesperam, &c. 784. a. & 821. b. & 829. b. & 839. b
12. Cythara, & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in conuiuijs vestris, & opus Domini non, &c. 829. b
13. Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, &c. ibid.
14. Propterea dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absque vllo termino, ibid.
20. Væ, qui dicitis malum bonum, & bonũ malum, 14. a. et 67. b. et 764. b
21. Væ, qui sapiẽtes estis in oculis vestris, et coram vobis metipsis prudentes, 514. b
22. Væ, qui potentes estis ad bibendum vinum, et viri fortes ad miscendã, etc. 465. b. et 828. a
23. Qui iustificatis impium pro muneribus et iustitiam iusti auertis ab eo, 395. a
24. Radix eorum, quasi fauilla erit: et germẽ eorum, vt puluis descendet, 394. b. & 412. b
Et eloquium sancti Israel blasphemauerunt, 465. b.
30. Ecce tenebræ tribulationis 47. a
6. 2. Seraphim stabãt super illud, 528. b.
Duabus alis velabãt faciem suã, 515. a.
8. 3. Accelera spolia deuahere, festina, prædari, 616. a
9. 2. Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus, &c. 634. b
10. 5. Assur virga furoris mei, & baculus, ipse est in manu eorũ, &c. 871. a. & 880. a
6. Ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei, &c. ibid.
27. Auferetur onus eius de humero tuo, & & iugum eius de collo tuo, & computrescet iugũ à facie olei, 169. a. & 630. a
12. 2. Ecce Deus Saluator meus, fiducialiter agam, & non timebo, 584. b. & 588. a
3. Hauritis aquas in gaudio, de fontibus saluatoris, 305. b. & 619. a. & 638. a
13.12. Pretiosior erit vir auro, & homo mundo obrizo, 40. a
24.14. Dicebas in corde tuo, ascendam super altitudinem nubiũ, & similis ero Altissimo, 430. a & 464. b
16. 1. Ad montem filiæ Sion, 286. a. & 612. a
3. Pone quasi noctem vmbram tuam in meridie, 259. a
18. 2. Ite Angeli veloces ad gẽtem conuulsam, & dilaceratam, ad populum &c. 435. a. & 441. a
22.13. Edamus, & bibamus, cras enim moriemur. 827. b
25. 4. Factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua, spes à turbine, 663. b
26.10. In terra sanctorum iniqua gessit, & nõ videbit gloriam Domini, 616. a
28. 7. Nescierũt præ ebrietate, absorpti sunt à vino, ignorauerunt iudicium, 816. b
8. Omnes mensæ repletæ sunt vomitu, sordibusque, ita vt non esset vltra locus, 815. b
9. Quem docebit scientiam, & quem intelligere faciet auditum? 315. a
29. 8. Sicut somniat esuriens, & comedit cũ autem fuerit expergefactus, vacua est anima eius, &c. Vsque ad illud, contra montem Sion, 891. a
30. 10. Loquimini nobis placentia, 101. a
15. In spe, & silentio erit fortitudo vestra, 711. b
20. Panem arctum, &c. 888. b.
21. Non declinetis, neque ad dexteram, neque ad sinistram, 223. a
32. 18. Sedebit populus meus, in pulchritudine pacis, &c. 749. b & 778. a
35. 1. Lætabitur deserta, & inuia, & exultabit solitudo, & florebit, &c. 320. b
3. Confortate manus dissolutas, genua debilia roborate, 662. a
4. Dicite pusillanimis, confortamini, & nolite timere: Deus ipse veniet, & saluabit vos, ibid.
5. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorũ patebũt, 320. b & 662. b
6. Tunc saliet quasi ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum, &c. 597. b & 662. b

Digitized by Google

38. 3. Coram eo in veritate, & in corde perfecto, &c. 262.a
15. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ, 254.a
17. Ecce in pace amaritudo mea amarissima, 160.a & 261.b
Tu autem eruisti animam meam, vt non periret, 254.a
40. 4. Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons, & collis humiliabitur, 245.b. & 285.b
Erunt praua in directa, & aspera in vias planas, 780.a
11. In brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, 594.a
30. Deficient pueri, & laborabunt, & iuuenes in infirmitate cadent, 168.a
31. Qui autem sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas, sicut, &c. ibid.
42. 2. Non clamabit, nec audietur vox eius foris, 748.a
3. Calamum quassatum non conteret, & linum fumigans non extinguet, 641.b
4. Non erit tristis, neque turbolentus, donec ponat in terra iudicium, 642.a
43. 1. Noli timere, quia redemi te, 585.a
25. Ego sũ, ego sũ ipse, qui deleo iniquitates tuas, 623.a
45. 17. Israel saluatus est in Domino, salute æterna, non confundemini, &c. 614.b
18. Quia hæc dicit Dominus creans cœlos, ipse Deus formans terram, & faciens eam, ipse plastes eius, non in vanum, &c. ibid.
46. 8. Redite præuaricatores ad cor, 446.a
48. 22. Non est pax impijs, 301.b
49. 14. Dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei, 617.a
15. Numquid obliuisci potest, mulier infantem suum, vt non misereatur, &c. ibid.
16. Ecce in manibus meis descripsi te, muri tui coram oculis meis semper ibid.b
51. 23. Incuruare, vt transeamus, 435.a
52. 5. Iugiter tota die nomẽ meum blasphematur, 467.a
11. Mundamini qui fertis vasa Domini, 848.a
53. 5. Ipsius liuore sanati sumus. 306.a
7. Sicut agnus coram tondente se obmutescit, &c. 105.a. & 610.b
55. 1. Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, &c. Vsque ad illud & lac, 316.b. & 638.b. & 648.a
2. Quare appenditis? &c. Et laborem vestrum non in saturitate? 362.b
57. 15. In excelso, & in sancto habitans, & cum contrito, & humili spiritu, 303.b
20. Impij autem, quasi mare feruens, 1.a
21. Non est pax impijs, dicit Dominus, 413.a. & 571.b & 755.a
58. 3. Quare ieiunamus, & non aspexisti. 861.b
In die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, 212.b. & 861.b
4. Ad lites, & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè, ibid.
59. 2. Iniquitates vestræ diuiserũt inter vos, & Deum vestrum, 243.a
60. 8. Qui sunt isti, qui, quasi columbæ, volãt ad fenestras suas. 503.b
61. 1. Spiritus Domini super me, vt mederer contritis corde, & consolarer omnes lugentes, 314.a. 328.b. & 446.a. & 649.b
63. 7. Laudem Domini super omnibus, quæ reddit nobis Dominus, &c. 309.b
8. Filij non negantes, ibid.
9. Factus est eis saluator in omni tribulatione eorum, non est tribulatus, &c. ibid.
64. 7. Abscondisti faciem tuam à nobis, & allisisti nos in manu iniquitatis nostræ, 270.b. & 310.a
9. Ecce respice, populus tuus omnes nos, ibid.
10. Ciuitas Sancti tui facta est deserta, Sion deserta facta est, &c. 270.b
65. 11. Vos, qui dereliquistis Dominum, qui obliti estis montẽ sanctum meum, qui ponitis fortunæ mensam. &c. 830.a
13. Et quæ nolui elegistis: ecce serui mei bibent, &c. Vsque ad illud, confundemini, 142.a. & 830.a. & 865.a
14. Serui mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore, &c. 577.a & 830.a
66. 1. Super quem requiescet spiritus meus? 325.a
66. 2. Ad quem respiciam nisi ad pauperculum, & trementem sermones meos, 285.b. & 325.a
24. Vermis eorum non morietur, 71.a.

Ex Ieremia.

1. 11. VIrga vigilans, 800.a
14. Ab Aquilone pandetur omne malum super omnes habitatores terræ, 269.b
2. 5. Ambulauerunt post vanitatem, & vani facti sunt, 376.b
13. Foderunt sibi cisternas, cisternas dissipa-

Digitized by Google

ſipatas, quæ, &c. 117.a
20. A ſæculo confregiſti iugum meum, rupiſti vincula, & dixiſti, &c. 122.b
22. Maculata es in iniquitate tua, 637.b
33. Quid niteris bonam oſtendere viam tuam, &c. Vſque ad illud, innocentium 93. b
3. 1. Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamẽ reuertere, &c. 652. a
2. Polluiſti terram in fornicationibus tuis, & in malitijs tuis, 243.b
3. Quamobrem prohibitæ ſunt ſtillę pluuiarum, & ſerotinus imber non fuit, ibid.
8. Quod mœchata eſt auerſatrix Iſrael, dimiſi eam, & dedi ei libellum, &c. 508.a
15. Dabo vobis paſtores iuxta cor meũ, & paſcent vos ſciẽtia, & doctrina, 589.b
4. 4. Circumcidimini Domino, & auferte præputia cordium veſtrorum, 197.b
14. Quouſque morabuntur in te cogitationes noxiæ? 118.a
5. 7. Saturaui eos, & mœchati ſunt, & in domo meretricis luxuriabantur, 847.a & 849 b
8. 4. Numquid, qui cadit, non reſurget? & qui auerſus eſt, nõ reuertetur? 659.b
5. Quare ergo auerſus eſt populus iſte in Hieruſalem auerſione contentioſa? ib.
10. à Minimo vſque ad maximum, omnes auaritiam ſequuntur, 350.a
9. 3. Extenderunt linguam ſuam, quaſi arcũ mendacij, &c. Et me non cognouerunt, dicit Dominus, 429. b. & 445. b
5. Docuerunt linguam ſuam loqui mendacium, 95.a
21. Mors aſcendit per feneſtras, 484. a
10. 22. Commotio magna de terra Aquilonis, vt ponat ciuitates Iuda, &c. 270.a
11. 16. Oliuam vberem, fructiferam, ſpecioſam, &c. 92.a
Ad vocem loquelæ grandis ignis exarſit in ea, & combuſta ſunt fruteta eius, ibid.
12. 10. Paſtores multi demoliti ſunt vineam meam, conculcauerunt, &c. 506.b. & 509.a
11. Deſolatione deſolata eſt omnis terra, quia non eſt, &c. 246. b. & 253.a. & 260. b
12. 13. Seminauerunt triticum, & ſpinas meſſuerunt, 851.a
15. 10. Væ mihi mater mea, quare me genuiſti, virum rixæ? &c. 737.a
18. Quare factus eſt dolor meus perpetuus, & plaga mea deſperabilis? &c. 571. b. & 578.a
19. Ipſi conuertentur ad te, & tu non cõuerteris ad illos, 14.b
17. 14. Sana me Dñe, & ſanabor, &c. 594. b
18. 12. Deſperauimus, poſt cogitationes noſtras ibimus, & vnuſquiſque prauitatem cordis ſui mali faciemus, 570.a
22. 24. Si fuerit Iechonias filius Ioakim annulus in manu dextera mea, inde euellam eum, 56.b
23. 24. Cœlum, & terram ego impleo, &c. 591.b. & 635.b
25. 27. Bibite, & inebriamini, & vomite, cadite, neque ſurgatis. 782.a
38. Facta eſt terra eorum in deſolationem à facie iræ columbæ, 93.a
30. 12. Inſanabilis fractura tua, peſſima plaga tua, 350.b
31. 3. In charitate perpetua dilexi te: ideo attraxi te miſerans, 650.b
16. Quieſcat vox tua à ploratu, & oculi tui à lacrymis; quia eſt merces operi tuo, 675.b
18. Conuerte me, & conuertar, 632. b
22. Vſquequo delicijs diſſolueris filia vaga? 508.b
37. 20. Vt daretur ei torta panis quotidie, 850. b
48. 11. Fertilis fuit Moab ab adoleſcentia ſua, & requieuit in fæcibus ſuis, &c. 314.b
28. Relinquite ciuitates, & habitare in petra habitatores Moab: & eſtote, quaſi columba, 92.b
50. 6. Grex perditus factus eſt populus meus: paſtores eorum ſeduxerunt eos, feceruntque vagari in montibus; de monte in collem tranſierũt, obliti ſunt, &c. 506.b. & 510.a
38. Siccitas ſuper aquas eius erit, & arefcent: quia terra ſculptilium eſt, 243. b

Ex Thren.

1. 4. ET ipſa oppreſſa amaritudine, 261 b
9. Sordes eius in pedibus eius, 637.b
13. De excelſo miſit ignẽ in oſſibus meis, & erudiuit me: expandit rete pedibus meis, conuertit me retrorſum: poſuit me deſolatam, 275.a
20. Subuerſum eſt cor meũ in memetipſa, &c. Foris interfecit gladius, & domi mors ſimilis eſt, ibid. b
2. 12. Matribus ſuis dixerunt vbi eſt triticũ, & vinum? cùm deficerent, quaſi vulnerati, &c. Vſque ad illud, ſuarum. 865.b
3. 1. Ego vir videns paupertatem meam in

In virga indignationis eius, 259 a.
2. Meminauit, & adduxit in tenebras, & non in lucem, ibid.
12. Posuit me quasi signum ad sagittam, 445.b
35. Bonus est Dominus sperantibus in eum, animæ, quærenti illum, 645.a
28. Sedebit solitarius, & tacebit; quia leuauit se super se, 322. b
51. Oculus meus depredatus est animam meam, &c 484.a. & 506.a. & 543.b
4. 5. Qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora, &c. 271.a. & 847 a
9 Extabuerunt consumpti à sterilitate terræ, 277.b
10. Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos: facti sunt cibus, &c. 865. a
20. Sub vmbra eius viuemus in gentibus, 588 b
5. 5. Lassis non dabatur requies, 154 a
21. Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur, 632.b

Ex Baruch.

1. 12. DEt Dominus virtutem nobis, & illuminet oculos nostros, vt viuamus sub vmbra Nabuchodonosor Regis Babylonis, & sub vmbra, &c. 588. b
3. 16. Vbi sunt principes gentium, quæ dominantur super bestias, &c. 869 b
18. Vbi sunt, qui argentum fabricant, & solliciti sunt, nec est, &c. 421.b
19. Exterminati sunt, & ad inferos descẽderunt, 422.a
4 31. Qui gratulati sunt in tua ruina, punietur, 48. b
5. 5. Gaudentes Dei memoria, 305. a

Ex Ezechiele.

8. 12. CErtè vides fili hominis, quæ seniores domus Israel faciunt in tenebris &c. 682 b
12. Dicunt enim non videt Dominus, dereliquit Dominus terram, &c. ibid.
11. 19. Auferam cor lapideum, & dabo cor carneum, 574.b
13. 18. Væ, qui faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis ad capiendas animas, 103. b
16. 49. Hæc fuit iniquitas Sodomæ, &c. saturitas panis, & abundantia, 847. b. & 851.b
Et manum egeno & pauperi non porrigebant, 852. a
17. 24. Siccaui lignum viride, 255.b
18. 21. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, vsque ad illud, non morietur, 531. a
28. Vita viues, & non morieris 657.a
30. Conuertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus, &c. 654.b. & 674. a
32. Nolo mortem morientis: conuertimini, & viuite, ibid.
20. 16 Post idola cor meum gradiebatur. 276. a
22. 27. Principes eius in medio illius, quasi lupi rapientes prædam ad effundendũ, &c. 341. a
24. 13. Immunditia tua execrabilis, 637. b
25. 13. Pro eo, quod peccauit delinquens, faciam eam desertam, 261.b
28. 2. Eo quod eleuatum est cor tuum, & dixisti, Deus ego sum, &c. 430. b
17. Eleuatum est cor tuum, in decore tuo, 111. a
34. 14. In pascuis vberrimis pascam eas, & in montibus excelsis Israel erunt, &c. 600. a
16. Quod perierat, requiram, 590. a
Quod abiectum erat, reducam, 593. a
Et quod confractum fuerat, alligabo, 595. b
Et quod infirmum fuerat, consolidabo, 596.b
Quod pingue, & forte fuerat, custodiam, 606. a
23. Suscitabo super eas pastorem vnum, &c. 589.b. & 603.b. & 800.b
36. 25. Effundam super vos aquam mundam, & mũdabimini ab omnibus, &c. 638. a

Ex Daniele.

1. 17. PVeris autem his dedit Deus scientiam, & disciplinam, &c. 853. a
3. 96. Et lingua quæcũque locuta fuerit blasphemiam, dispereat, & domus eius, &c. 431. a
5. 2. Præcepit ergo iam temulentus, vt afferrentur vasa aurea, & argentea, &c. 466. a
3. Tunc allata sunt vasa aurea, & argentea, quæ asportauerat de templo quod fuerat, &c. 821.b
4. Bibebant vinũ. & laudabant Deos suos aureos, & argẽteos, &c. 466. b. & 813. a
5. In eadem hora apparuerunt digiti, &c. 814. b
6. Tunc facies Regis commutata est, & cogi-

Digitized by Google

cogitationes eius, &c. Vſque ad illud collidebantur, 116.b
6. 4. Nullamque cauſam, & ſuſpicionem reperire potuerant, 58. b
11. Viri ergo illi curioſiùs inquirentes, inuenerunt Danielem orantem, &c. 511. a
12. Et accedentes locuti ſunt Regi, ibid.
13. Daniel de filijs captiuitatis Iuda, non curauit de lege tua, & de edicto, quod conſtituiſti: ſed tribus temporibus per diem orat obſecratione, ibid.
19. Cùm Rex primo diluculo conſurgés, feſtinus ad lacum leonũ perrexit, 29.a
7. 7. Poſthæc aſpiciebam in viſione noctis, & ecce beſtia quarta terribilis, atque mirabilis, & fortis nimis, dentes ferreos habebat magnos, comedens, &c. 695. a
10. 13. Princeps Regni Perſarum reſtitit mihi viginti, & vno diebus, 43.b
13. 8. Et videbant eam ſenes quotidie, 552.a
9. Euerterunt ſenſum ſuum, 116.a
10. Erant ergo ambo vulnerati amore illius, nec indicauerunt ſibi vicißim, 552.a
12. Et obſeruabant quotidie ſolicitiùs videre eam, 511.a
23. Melius eſt mihi abſque opere incidere in manus veſtras, quàm peccare in conſpectu Domini, 791.b
56. Et concupiſcẽtia ſubuertit cor tuum, 116. a
14. 1. Erat autem Daniel conuiua Regis, honoratus ſuper omnes amicos eius, 15.a
4. Non colo idola manu facta, ſed viuentem Deum, ibid.
6. Ne erres Rex, iſte enim intrinſecùs luteus eſt, & forinſecùs æreus, neque comedit aliquando, ibid.

Ex Oſea.

2. 3. POnam eam, quaſi ſolitudinem, & ſtatuam eam velut terram inuiam, &c. 244.a
6. Ecce ego ſepiam viam tuam ſpinis, 156.b
10. Reuelabo ſtultitiam eius in oculis amatorum eius, 879. b
14. Ducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor eius, 321.a. & 599.b
19. Sponſabo te mihi in ſempiternum, 509.a. & 651.b
20. Sponſabo te mihi in fide, & iuſtitia, 651. a
7. 11. Ephraim, quaſi columba ſeducta non habens cor, 95. a
14. Facti ſunt mihi in arcum prauum, 709. a
9. 14. Da eis Domine, quid dabis eis? da eis vuluã ſine filijs, & vbera arentia 251.a
15. Omnes nequitiæ eorum in Galgal, ib.
10. 2. Diuiſum eſt cor eorum, nunc interibunt, 729.a. & 770.b
11. 4. In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis, 650.b
Ero eis, quaſi exaltans iugum ſuper maxillas eorum, 166.a
12. 1. Tota die mendacium, & vaſtitatem multiplicat, &c. 95.a
13. 9. Perditio tua, Iſrael: tantummodò in me auxilium tuum, 606. b
14. Ero mors tua ò mors, morſus tuus ero inferne, 610. a
Conſolatio abſcondita eſt ab oculis meis, quia ipſe inter fratres diuidet, 757.b
14. 2. Corruiſti in iniquitate tua, 618. a

Ex Ioele.

1. 5. EXpergiſcimini ebrij, & flete omnes, qui bibitis vinum in dulcedine, 784.b. & 830.b
Quoniam perijt ab ore veſtro, ibid.
10. Confuſum eſt vinum, 813. a
14. Sanctificate ieiunium, 856. a
2. 9. Vrbem ingredientur, in muro current: domos conſcendent, &c. 483. b
12. Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, & fletu, &c. 861.b

Ex Amos.

4. 7. PArs, ſuper quam non pluit, aruit, 237. b
5. 10. Odio habuerunt corripientem in porta, & loquentem perfectè &c. 706.b
19. Quomodò ſi fugiet vir à facie Leonis, 92. b
8. 11. Emittam famem in terram, nõ famem panis, neque ſitim aquæ, ſed audiendi verbum Dei, 869.b

Ex Michæa.

3. 4. NEquiter egerunt in adinuentionibus ſuis, 117. a
7. 8. Conſurgam dum ſedero in tenebris, Dominus lux mea eſt, 637.a
9. Iram Domini portabo, quoniam peccauiei. 191.b

Ex

Digitized by Google

Ex Nahum.

2. 7. ET miles eius captiuus abductus est, & Angeli eius minabantur gementes, vt columbæ, 83b.
3. 5. Ego reuelabo pudenda tua, 71.2. & 879.b

Ex Abacuc.

1. 13. MVndi sunt oculi tui, ne videant malum, 567.2
14. Facies homines, quasi pisces maris, 504.2
15. Totum in hamo sublenauit, & traxit illud in sagena, & congreganit, &c. ibid.
2. 3. Si moram fecerit, expecta eum: quia veniens veniet, & non tardabit, 290.2. & 292.b. & 329.2
5. Vinum potantem decipit, 792.2
15. Væ, qui potum dat amico suo, mittēs fel suum, & inebrians, vt aspiciat nuditatem eius. 790.b
16. Repletus es ignominia pro gloria: bibe tu quoque, & consopire: circumdabit te calix dexteræ, &c. ibid.
3. 4. Cornua in manibus eius, ibi abscondita erat fortitudo eius, 610.2
6. Incuruati sunt colles mundi ab itineribus æternitatis eius, 891.b
18. Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo, 662.b
19. Deus Dominus fortitudo mea, & ponet pedes meos, quasi cernorum, & super excelsa mea deducet me victor in Psalmis canentem, ibid.

Ex Sophonia.

1. 10. VOx clamoris à porta piscium, & vlulatus à secunda, & contritio &c. 553.b
17. Ambulabunt, vt cæci, quia Domino peccauerunt, 47.2. & 178.b. & 518.2. & 634.2
2. 9. Moab vt Sodoma erit, & filij Ammon quasi Gomorrha, siccitas spinarū, &c. 476.2
10. Hoc eis eueniet pro superbia sua, quia blasphemauerunt, ibid.
3. 1. Væ prouocatrix, & redempta ciuitas columba, 92.b

Ex Aggæo.

1. 6. SEminastis multum, & intulistis parum, 207.2

Ex Zacharia.

1. 3. COnuertimini ad me, & ego cōuertar ad vos, 607.b. & 659.b. 676. b. & 680.2
5. 5. Et egressus est Angelus, qui loquebatur in me: & dixit ad me: leua oculos, &c. 349.2
6. Et dixi, quidnam est? & ait, hæc est amphora egrediens, & dixit, hæc est, &c. ibid. b
7. Et, ecce talentum plumbi portabatur, & ecce mulier vna sedens in medio, &c. ibid.
8. Et dixit, hæc est impietas, & proiecit eam in medio amphoræ, & misit, &c. ibid. & 395.b.
9. Et leuaui oculos meos, & vidi, & ecce duæ mulieres egredientes, & spiritus, &c. 372.b
9. 12. Vincti spei, 879.b.
17. Frumentum electorum, 593.2.
Vinum germinans virgines, 263.2
13. 1. In die illa erit fons patens, domui Dauid, & habitantibus Hierusalem, in ablutionem peccatoris, & menstruatæ, 638. b.

Ex Malachia.

1. 6. SI ergo Pater ego sum, vbi est honor meus? 448. b.

Ex 1. Machab.

1. 29. ET commota est terra super habitantes in ea, & vniuersa domus Iacob, &c. 851. b
6. 4. Abijt cum tristitia magna, 356.2.
12. 9. Habentes solatio sanctos libros, qui sunt in manibus nostris, 307.b
13. 39. Remittimus quoque ignorantias, &c. 47. 2.

Ex 2. Machab.

7. 24. CVm iuramento affirmabat, se diuitem illum, & beatum facturum, & amicum habiturum, 38.2.
11. 31. Nemo eorum vllo modo molestiam patiatur de his, quæ per ignorantiam gesta sunt. 47. 2
15. 33. Linguam etiam impij Nicanoris præcisam iussit particulatim auibus dari. 435. b

Digitized by Google

INDEX LOCORVM.

EX NOVO TESTAMENTO.

Ex Matthæo.

1. 21. IPſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum. 585.a
2. 3. Turbatus eſt, & omnis Ieroſolyma cũ illo, 358.a
3. 2. Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cœlorum, 653.b
4. 4. Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit, &c. 398.a
19. Venite poſt me, 181.a
5. 3. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum, 225.b. & & 401.a
5. Beati, qui lugent: quoniam ipſi conſolabuntur, 316.a
7. Beati miſericordes: quoniam ipſi miſericordiam conſequentur, 671.b
11. Beati eſtis, cùm maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum, &c. 711.b
12. Quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis, 712.a
16. Luceat lux veſtra coram hominibus, 78.a. & 331.a. & 448.b. & 500.b
23. Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus, &c. Vſque ad illud munus tuum, 756.a
26. Non exies inde, donec reddas nouiſſimum quadrantem, 553.a
28. Qui viderit mulierem ad concupiſcẽdum eam, iam mœchatus, &c. 115.a. & 490.a
29. Si oculus tuus ſcãdalizat te, erue eum, & proijce abs te, 540.b
45. Qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos, 574.a. & 634.b
6. 1. Attendite, ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, &c. Vſque ad illud, in cœlis eſt. 80.b. & 385.a. & 875.b
2. Cùm ergo facis eleemoſynam, &c. 385.a. & 873.a
Receperunt mercedem ſuam, 226.b.
3. Te autem faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua, quid facia:, &c. 885.b
5. Non eritis ſicut hypocritæ, qui amant in Synagocis, & in angulis platearum, &c. 879.a
6. Intra in cubiculum tuum, 508.a
9. Pater noſter, qui es in cœlis: ſanctificetur nomen tuum. 448. b. & 616. b. & 739. a
10. Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo, & in terra, 142.a
16. Cùm ieiunaris, Nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes, 857.a
Exterminant facies ſuas, vt appareant ieiunantes, 868. b
17. Cùm ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua, &c. 211.a. & 857.a
18. Et Pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi, 211.a
19. Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, vbi ærugo, & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt, & furantur, 373. b
20. Theſaurizate vobis theſauros in cœlo, 410.a
21. Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt, & cor tuum, 56.b. & 358.a.
22. Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit: ſi autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebroſum erit, 875. b
24. Nemo poteſt duobus dominis ſeruire, 142.b. & 164. a. & 177.b. & 211. b. & 562. b
Non poteſtis Deo ſeruire, & Mammonæ, 370.a. & 391.a. & 562.b
32. Hæc omnia gentes inquirunt. 406. a
33. Primum quærite regnum Dei, &c. & hæc omnia adijcientur vobis, 405.b
7. 5. Hipocrita, eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc valebis eijcere feſtucam de oculo, &c 709.b
9. Quis eſt ex vobis homo, quem ſi petierit filius ſuus panem, numquid lapidem, &c. 666.a
10. Aut ſi piſcem petierit, numquid ſerpẽtem porriget ei? ibid.
11. Si ergo vos cùm ſitis mali, noſtis bona data dare filijs veſtris: quantò magis, &c. ibid.
12. Quæ vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis, 758.a
14. Quàm anguſta porta, & arcta via eſt, quæ ducit ad vitã. & pauci, &c. 276.a. & 530.b. & 630.a
15. Attendite à falſis prophetis, qui veniũt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi, &c. 869.a
16. A fructibus eorum cognoſcetis eos, 37.a. & 881.b
21. Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnũ, &c. 249.b
8. 2. Domine, ſi vis, potes me mundare, 616.b & 648.b
3. Et extendens Ieſus manum, tetigit eũ dicens, volo, mundare, ibid.
6. Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur, ibid.

Digitized by Google

8. 16. Obculerunt ei multos dæmonia habẽtes,&c.646.a
25. Domine salua nos, perimus, 167.a
26. Quid timidi estis? ibid.
9. 2. Confide fili, dimittuntur tibi peccata tua, 641.b
13. Non veni vocare iustos, sed peccatores, 636.b.& 649.a
15. Numquid possunt filij sponsi lugere, quamdiu,&c. 653. a
18. Domine, filia mea modò defuncta est, 648.b
20. Sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, &c. 627.a
21. Dicebat enim intra se, si tetigero, &c. ibid.
22. At Iesus conuersus, & videns eam, &c. ibid.b
28. Creditis, quia hoc possum facere vobis? &c. 665 b
35. Curãs omnem languorem, & omnem infirmitatem, &c. 645.b
10. 8. Infirmos curate, mortuos suscitate, &c. 647.a. & 648.a
16. Estote prudentes, 222.b
Et simplices sicut columbæ, 523.a
22. Qui perseuerauerit vsque in finem,hic saluus erit, 134.a. & 579 a. & 604.a. & 677.b
24. Non est discipulus super magistrum, &c. 713.a
27. Quod dico vobis in tenebris,dicite in lumine, 363.a
28. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, &c. 604.a. & 688. a
30. Vestri capilli capitis, omnes numerati sunt, 602. b
11. 4. Renuntiate, quæ audistis, & vidistis, 882. a
11. Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum maior, &c. 425.b
12. Regnum cœlorum vim patitur, &c. 123.a. & 229. b
25. Confiteor tibi pater, Domine cœli, & terræ, &c. 520.a. & 522.b
28. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, &c. 631.a. & 642.b
29. Tollite iugum meum super vos, 169. a
Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, &c.30 b.& 744.a. & 745.a
30. Iugum meum suaue est, &c.165.b. & 563 a. & 630.a
12. 25. Omne regnum diuisum contra se, desolabitur, 729.a
34. Ex abundãtia cordis,os loquitur,703.a
38. Magister,volumus à te signum videre, 66.b. & 104.b
39. Generatio mala, & adultera, 66. b. & 105.a
13. 7. Creuerunt spinæ, & suffocauerunt, 369. a
13. Quia videntes non vident, &c. 510.a
17. Multi Prophetæ, & iusti cupierunt videre, quæ nos, &c. 143.a
22. Fallacia diuitiarum suffocat verbum, 347.b. & 369 a
25. Cùm autem dormirent homines, venit inimicus eius,& superseminauit zizania in medio tritici, & abijt,800.b
28. Inimicus homo hoc fecit, 672.a.
45. Simile est regnum cœlorũ homini negotiatori, quærenti bonas, &c 185.b & 417. a
46. Inuenta autem vna pretiosa margarita, abijt, & vendidit omnia, &c. ibid.
14. 31. Modicæ fidei, quare dubitasti? 667. a
34. Ex abundãtia cordis,os loquitur,703.a
15. 8. Populus hic, labijs me honorat: cor autem eorum longè est à me,391.b.& 460.a.& 870.b.& 881.a.
11. Non quod intrat in os, coinquinat hominem, 858.a
14. Cæcus, si cæco ducatum præstat, ambo in foueam cadunt, 798.b
32. Misereor turbæ, quia triduò iam perseuerant, mecum, & non habent quod manducent: & dimittere eos ieiunos nolo, 631.b
16. 24. Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, &c. 162. a. & 180. b. & 200.a.& 211.b.& 224.a
17. 1. Ducit illos in montem excelsum seorsum, 320.b
18. 15. Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum, 724.a
18. Quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cœlis, &c. 623.a. & 626.a
35. Sic & Pater meus cęlestis faciet vobis, si nõ remiseritis vnusquisque proximo suo de cordibus vestris, 759.a
19. 12. Sunt eunuchi, qui de matris vtero sic nati sunt: & sunt eunuchi, qui facti sũt ab hominibus: & sunt eunuchi, qui seipsos castrauerunt, &c.225 a
17. Vnus est bonus, Deus, 643 b
Serua mandata 37 b.& 123.a.& 276.a. & 405.b.& 579 a. & 668.b.& 674.b
22. Abijt tristis, 37.b
23. Diues difficile intrabit in regnum cœlorum, 348. a
24. Facilius est camelum per foramẽ acus transire, quàm diuitem intrare in re-

Digitized by Google

gnum cœlorum, 37. b. & 348. a. & 385. a
26. Apud homines hoc impossibile est: apud Deum autem omnia possibilia sunt, 348. a
28. Sedebitis, & vos super sedes duodecim, &c. 720. a
20. 4. Quod iustum fuerit dabo vobis, 345. b
6. Quid hic statis tota die otiosi? ibid.
7. Quia nemo nos conduxit, &c. Ite & vos in vineam meam, ibid.
8. Et redde illis mercedem, 677. b
Non facio tibi iniuriam, 286. b
30. Domine, miserere nostri, fili Dauid, 636. a
32. Stetit Iesus, & vocauit eos, & ait: quid vultis, vt faciam vobis? ibid. b. & 648. b
33 Dicunt illi: Domine, vt aperiãtur oculi nostri, 636 b
34. Misertus autem eorum Iesus, tetigit oculos eorum; & confestim viderunt, &c ibid.
21. 2. Ite, &c. Et statim invenietis asinam alligatam, & pullum &c. 642. b
Dicite filiæ Sion: ecce rex tuus venit tibi mansuetus sedens, &c. ibid.
22. 13. Ibi erit fletus, &c. 157. a
15. Vt caperent eum in sermone, 99. a
16. Magister, scimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces, ibid.
39. Diliges proximum tuum, sicut te ipsũ, 19 b & 110. a
23. 4. Alligant onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominũ: digito autem suo nolunt ea mouere, 132. a
6. Amant primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, 498. b
7. Et vocari ab hominibus Rabbi, ibid.
8. Vos autem nolite vocari Rabbi, ibid.
24. Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ: quia comeditis domos viduarum, orationes longas facientes, 873. a
16. Væ vobis duces cæci, 877. a
17. Stulti, & cæci, ibid.
23. Væ vobis Scribæ, & Phatisæi hypocritæ, qui, &c. 188. b. & 877. a
Hæc oportuit facere, & illa non omittere, &c. 197. a
38. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta, 878. a
24. 31. Et mittet Angelos suos, &c. & congregabunt electos eius à quatuor ventis, 752 b
35. Cœlum, & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt, 579 b
25. 5. Dormitauerunt omnes, & dormierũt, 260. a
8. Quia lãpades nostræ extinguũtur, 96. a
9. Ite potiùs ad vendentes, & emite vobis, 100. b
30. Illic erit fletus, & stridor dentiũ, 685. a
34. Venite benedicti Patris mei, &c. 83. b. & 614. a. & 671. b. & 675. b. & 685. b
35. Esurivi enim, & dedistis mihi manducare, sitiui, & dedistis, &c. 672. a
36. Nudus eram, & cooperuistis me: infirmus, & visitastis me, &c. ibid.
40. Quòd vni ex his fratribus meis minimis fecistis, mihi fecistis, 329. a
41. Discedite à me maledicti, &c. 419. b. & 614. a. & 616. a. & 685. a
42. Esurivi enim, & nõ dedistis mihi mãducare: nudus erã, & nõ &c. 383. a. 419. b
26. 33. Si omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor, 268. a
38. Tristis est anima mea vsque ad mortẽ, 279. b. & 360. a
39. Trãseat à me calix iste, 172. a. & 262. b
Non sicut ego volo, sed sicut tu, 172. a. & 279. b. & 282. b
41. Spiritus quidẽ promptus est, caro autẽ infirma, 172. a. & 251. a. & 280 b
50. Amice ad quid venisti? 779. a
66. Reus est mortis, 445. a
72. Et iterum negauit cum iuramẽto: quia non noui hominem, 430. a
27. 4. Peccaui, tradẽs sanguinem iustũ, 560. b
32. Inuenerunt hominem Cyrenæum, nomine Simonem, hunc angariauerunt, vt tolleret crucem eius, 226. b
46. Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? 261. a & 281. a
28. 20. Ego vobiscũ sum omnibus diebus vsq. ad consummationẽ sæculi, 635. a. 653. a

Ex Marco.

1. 17. Venite post me, 181. a
2. 5. Dimittuntur tibi peccata tua, 612. a
7. Quid hic sic loquitur? blasphemat. quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? ibid.
9. Quid ista cogitatis in cordibus vestris? quid est facilius dicere Paralytico, &c. ibid. b
10. Vt autem scias, quia filius hominis habet potestatẽ in terra dimittẽdi, &c. ib.
11. Tibi dico surge, tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam, ibid.
12. Et statim surrexit ille: & sublato grabato, abijt coram omnibus, ibid.
16. Quare cũ publicanis, & peccatoribus mãducat, & bibit Magister vester, 641. a
17. Non veni vocare iustos, sed peccatores, 636. b

Digitized by Google

18. Non licèt tibi habere vxorem fratris tui, 772.a
20. Herodes metuebat Ioannem, sciens eum virum iustum, & sanctum ibid.
56. Et quocunque introibat in vicos, vel in villas, aut ciuitates, in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum, vt vel fimbriam, &c. 648.a
7. 6. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me, 391.b
8. 2. Misereor super turbam: quia ecce iam triduò sustinent me, nec habent, &c. 292.a
10. 21. Iesus autem intuitus eum, dilexit eũ, 38.a
51. Quid tibi vis faciam? 179.a
52. Domine, vt videam, 158.b
11. 24. Omnia, quæcunque orantes petitis, credite, & accipietis, & euenient vobis, 666.a
25. Cùm stabitis ad orandum, dimittite, si quid habetis aduersùs aliquem, &c. 671.a
26. Quod si non dimiseritis, nec Pater vester, qui in cœlis est, dimittet, &c. ibid.
22. 31. Diliges proximum tuum, tanquam teipsum, 738.a
13. 33. Videte, vigilate, orate: nescitis enim quando tempus sit, 658.a
37. Quod autem vobis dico, omnibus dico, ibid.b
14. 34. Tristis est anima mea vsque ad mortẽ, 279.a & 360.a
36. Transfer calicem hunc à me, 280.a
38. Spiritus quidem promptus est, ibid.b
42. Surgite eamus. Ecce, qui me tradet prope est, 239.b
45 Et osculatus est eum, 66.b
15. 32. Et conuitiabantur ei, 446.a
43. Audacter petijt corpus, &c. 11.a
16. 20. Domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis, 730.b

Ex Luca

1. 15. Erit magnus coram Dño, 404.a
28. Dominus tecum, 590.b.
39. Exurgens Maria abijt in Montana cum festinatione, 29.b.
47. Magnificat anima mea Dominum, &c, 146.a. & 285.b
48. Quia respexit humilitatẽ ancillæ suæ, ibid.
51. Fecit potentiam in brachio suo, 351.a
Dispersit superbos mente cordis sui, 345.b
52. Et exaltauit humiles, 285.b. & 304.a.
58. Et audierunt vicini & cognati, quia magnificauit Dominus misericordiam suam cũ illa, & congratulabãtur ei, 49.a
2. 8. Vigilantes, & custodientes vigilias nocte super gregem suum, 800.a
14. Gloria in altissimis Deo, 460.a. & 751.b
Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis, 150.b. & 751.b. & 967.a.
48. Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce Pater tuus, & ego, dolentes, quærebamus te, 295.b
3. 5. Erunt prava in directa, & aspera in vias planas, 780.a
5. 8. Exi à me, quia homo peccator sum Domine, 147.a
34. Numquid potestis filios sponsi, dum cùm illis est sponsus, facere ieiunare? 213.a
6. 7. Obseruabant autem eum Scribæ, & Pharisæi, si in Sabbato curraet, 511.a
19. Virtus de illo exibat, & sanabat omnes, 351.a & 648.a
25. Væ vobis, qui saturati estis, quia esurietis, 864.b
Væ vobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis, & flebitis, 157.a
27. Benefacite his, qui oderunt vos, 721.b
28. Benedicite maledicentibus vobis, ib. & 762.a
33. Si benefeceritis his, qui vobis benefaciunt, quæ vobis est gratia? 29.a
38. Eadem mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis, 329.a
7. 37. Et ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, 693.a.
8. 6. Natum aruit, quia non habebat humorem, 237.b
43. Quæ in medicos erogauerat omnem substantiam suam, nec ab vllo, &c. 627.a
44. Et cõfestim steterit fluxus sanguinis eius, ibid.b
9. 23. Si quis vult venire post me abneget semetipsum, &c. 162.a. & 180.b. & 200.a & 224.a. & 231.b
62. Mittens manum suam ad aratrum, &c. 181.a. & 334.b
10. 16. Qui vos spernit, me spernit, 120.b.
24. Multi Prophetæ, & Reges. &c. 143.b.
25. Quid faciendo, vitam æternam possidebo? 110.a
42. Porrò vnum est necessariũ, &c. 134.b. & 417.a. & 606.a
11. 7. Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei, &c. 668.a
8. Et si ille perseuerauerit pulsans, dico

Digitized by Google

vobis, & si nõ dabit illi, surgens, &c. 1b.
9. Et ego dico vobis, petite, & dabitur vobis, &c. ibid.
10. Omnis qui petit, accipit, 670.b
13. Si vos, cùm sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris, quantò, &c. 669.b
15. In Beelzebub principe dæmoniorum ejicit dæmonia, 436.b
17. Omne regnum in seipsum diuisum, desolabitur, 736.b
41. Quod superest, date eleemosynam, 385. b
12. 1. Attendite à fermento pharisæorum, quod est hypocritis, 872 a. & 876. a
15. Videte, & cauete ab omni auaritia, quia non in abũdantia cuiusquam, &c. 397. a
17. Quid faciam, quò congregem fructus meos? & dixit, hoc faciam, &c. 345. a. & 356. a
18. Destruam horrea mea, & maiora faciã, & illuc cõgregabo omnia, &c. 397. b
19. Anima, habes multa bona posita in annos plurimos, &c. 116. b. & 397. b. & 411. a. & 864. a.
20. Stultè, hac nocte animam tuam repetent à te, &c. 345. a. & 368. b. & 378. a. & 397. b. & 406. a. & 411. a. & 864. a
33. Date eleemosynam, facite vobis sacculos, qui non veterascunt, &c. 409. a. & 417. a
Quò fur non appropiat, &c. 409. b. & 605. a
40. Et vos estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet, 406. b. & 658. a. & 681. a
47. Seruus, qui cognouit voluntatem Domini sui, & non fecit, &c. 308. a
Cui multum datum est, multum quæretur ab eo, 550. b
49. Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi, vt accẽdatur? 194. b. & 751. b
13. 12. Mulier, dimissa es eb infirmitate tua, 623. b.
15. Hypocritæ vnusquisque vestrum Sabbato nõ soluit bouem suum, aut asinũ? &c. ibid.
16. Hanc autem filiam Abrahæ, quam alligauit Satanas, ecce decem, &c. ibid.
14. 2. Et ecce quidã homo hydropicus erat ante illum, 352. a
4. Ipse verò apprehendens eum, sanauit eum, 350. b
11. Omnis, qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur, 246. a
12. Cùm facis prandium, aut cœnam, noli vocare amicos, 19. b
18. Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam, 419. a. & 562. b
19. Iuga boum emi quinque, & eo probare illa, ibid.
20. Vxorem duxi, & ideo non possum venire, ibid. a.
24. Dico autem vobis, quod nemo virorum illorum, qui vocati sunt, gustabit cœnam meam, 419. a
26. Si quis venit ad me, & non odit animã suam, non potest esse meus discipulus, 136. a
15. 4. Et si perdiderit vnam ex illis, nonne dimittit nonaginta nouẽ, 590. a. & 591. a
5. Et cùm inuenerit eam imponit in humeros suos, gaudens, 593. b
7. Gaudiũ erit in cœlo, &c. 2. b. & 149. a. & 593. b
13. Congregatis omnibus, &c. Peregrè profectus est in regionem longinquã, 366. a. & 509. a. & 591. b
Dissipauit substantiam suam, viuendo luxuriosè. 850. b
14. Facta est fames valida in regione illa, & ipse cœpit egere, ibid.
16. Cupiebat implere ventrem suum de siliquis, quas porci manducabant, & nemo illi dabat, ibid.
18. In se reuersus. &c. Surgam, & ibo ad Patrem meum, 618. a
20. Et surgens venit ad Patrem suum cùm autem adhuc longè esset, vidit illum Pater, &c. ibid. b
21. Pater peccaui in cœlum, & coram te, &c 619. a. & 654. b.
22. Dixitque ad seruos suos, citò proferte stolam primam, & induite illũ, & date annulum, &c. 618. b & 720. a
23. Et adducite vitulũ saginatũ, & occidite, & manducemus, & epulemur, 618. b
24. Perierat, & inuentus est. 592. a
16. 13. Non potestis Deo seruire, & mammonæ, 562. b.
19. Erat diues, qui induebatur purpura, & byssо, & epulabatur, &c. 364. b. & 840. a. & 866. a
21. Cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat, &c. 389. a
Sed & canes veniebant, & lingebant vlcera eius, 852. a
24. Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarũ, vt intingat, &c. 421. a. & 866. a
17. 21. Regnum Dei intra vos est, 127. b. & 143. a. & 742. a
18. 1. Oportet semper orare, & non deficere, 667. b

5. Quia

5. Quia moleſta eſt mihi, ibid.
11. Non ſum ſicut cæteri hominum, &c. 856.a. & & 887.b.
12. Ieiuno bis in ſabbato, ibid.
13. Publicanus à longè ſtans, nolebat, nec oculos, &c. Vſque ad illud, peccatori, 146.b. & 670.b. & 887.b
14. Deſcendit hic iuſtificatus, &c. ibid.
18. Quid faciens vitam æternam poſſidebo? 357.b
22. Omnia quæcunque habes vende, & da pauperibus, ibid.
23. His auditis, contriſtatus eſt, ibid.
35. Cæcus quidam ſedebat ſecus viam, mendicans, 510.a
41. Quid tibi vis faciam? 179.a
19. 10. Venit filius hominis quærere, & ſaluũ facere, quod, &c. 122.a. & 591.a
13. Negotiamini dum venio, 417.a
43. Circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te, & coangũſtabunt te vndique, & ad terram proſternent te, &c. 250.a
44. Eò, quod non cognoueris tempus viſitationis tuæ, ibid. b
21. 34. Attendite vobis, ne grauentur corda veſtra in crapula, 853.a.
29. Et ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus regnum, &c. 141.a
42. Non mea voluntas, ſed tua fiat, ibid.
43. Factus in agonia, &c. 262.a. & 281.a. 290. b.
44. Et factus eſt ſudor eius, ſicut guttæ sãguinis decurrentis in terram. 281.a.
48. Oſculo filium hominis tradis? 66.b. & 775.a
49. Si percutimus in gladio? 28.a
61. Reſpexit eum Dominus, 628.a
65. Et alia multa, blaſphemantes, dicebant in eum, 816.b
23. 34. Pater, dimitte illis: non enim ſciunt quid faciunt, 779.b
39. Vnus autem de his, qui pendebant, latronibus, blaſphemabat eum, &c. 445.a & 481. b
41. Et nos quidem iuſtè, nam digna factis recipimus, &c. 147.a. & 191.a. & 481.b
42. Domine, memento, mei, cùm veneris in regnum tuum, 482.a
43. Hodie mecum eris in Paradiſo, 446 a & 481.b. & 688.a
48. Percutientes pectora ſua, reuertebantur, 446.b
24. 15. Et factum eſt, dum fabularentur, & ſecum quærerent, &c. 285.a
32. Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis? &c. ibid. & 306. b

Ex Ioanne:

1. 3. ET ſine ipſo factum eſt nihil, 146.b Quod factũ eſt, in ipſo vita erat, 683. a
5. Et lux in tenebris lucet, 179.a Et tenebræ eam non comprehenderunt, ibid.
9. Lux, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, 592. a. & 635.a
10. Et mundus eum non cognouit, 169. b
14. Verbum caro factum eſt, 644.a
16. De eius plenitudine omnes accepimus, 630.b
3. 5. Niſi qui renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, 616.b
13. Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo, 135.a
16. Sic Deus dilexit mundum, vt filium vnigenitum daret. 585.b. & 644.a. & 651.a
Vt omnis, qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat vitam æternam, 647.b & 651. a
19. Et dilexerũt magis tenebras, quàm lucem. 635.a
4. 13. Omnis, qui bibit ex aqua hac, ſitiet iterum, 351. b
Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum, 64. a
14. Fons aquæ viuæ ſalientis in vitam æternam, 208.a. & 637.b
24. Spiritus eſt Deus, & eos, qui adorant eum, in ſpiritu, & veritate oportet adorare, 881.a
34. Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius, qui miſit me, 259.b
5. 3. Iacebat multitudo magna languentiũ, 262. b
6. Vis ſanus fieri, 179.a. & 680. a
7. Hominem non habeo, 277.a
14. Ecce ſanus factus es, iam noli peccare, 594.b
21. Sicut Pater ſuſcitat mortuos, & viuificat: ſic & filius quos vult, viuificat, 646.b
6, 30. Quod tu facis ſignum, vt videamus, & credamus tibi? 852. b
37. Et omnis, qui venit ad me, non eijciã foras, 588.a. & 605.b
39. Hæc eſt voluntas eius, qui miſit me Patris, vt omne quod dederit, &c. 603. b
44. Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater meus traxerit eum, 619.a. & 647.b
56. Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis

Digitized by Google

meus verè eſt potus, 600.
69. Domine quò ibimus? verba vitæ æter. næ habes, 599.a
7. 13. Propter metum Iudæorum, 11.a
15. Quomodo hic literas ſcit, cùm non didicerit? 104.b
37. Qui ſitit, veniat ad me, & bibat, &c. 306.a. & 316.b
38. Flumina de ventre eius fluent, 306.a
8. 4. Magiſter, hæc mulier modò in adulterio deprehenſa eſt, 95. b
7. Qui ſine peccato eſt, primus in illam lapidem mittat, 567.a
10. Nemo te condemnauit? ibid.
11. Nemo Domine, &c. Nec ego te condemnabo, ibid.
21. In peccato veſtro moriemini, 576.a
44. Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere, 112.a
Ille idem homicida erat ab initio, & in veritate non ſtetit, 111.a. & 112.a
46. Quis ex vobis arguet me de peccato? 463 b
9. 4. Venit nox, quando nemo poterit operari, 583. a & 677.b
5. Quamdiu ſum in mundo, lux ſum mundi, 635 a
31. Scimus, quia peccatores Deus non audit, 670. a
39. Ego in hunc mundum veni, vt qui non vident, videant, 637.a
10. 9. Per me ſi quis introierit, ſaluabitur, & paſcua inueniet, 593. a. & 600. a. & 629. b
11. Ego ſum paſtor bonus, 589.b
Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis, 608.b
15. Animam meam pono pro ouibus meis, 609. a
25. Hæc teſtimonium perhibent de me, 881. b
27. Oues meæ vocem meam audiunt, 599. a
28. Non rapiet illas quiſquã de manu mea, 603. a
29. Pater meus, quod dedit mihi, maius eſt omnibus: & nemo poteſt rapere de manu, &c. ibid.
38. Si mihi non vultis credere, operibus credite, 881.b
11. 3. Ecce, quem amas, infirmatur, 7. a. & 646.b
4. Infirmitas hæc non eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei, vt glorificetur filius Dei per eam, 621 a
25. Ego ſum reſurrectio, & vita, 609.b
39. Dñe iam fœtet, quatriduanus eſt, 616.a
42. Ego autem ſciebam, quia ſemper me audis, 639.b
43. Lazare, veni foras, 625.b
44. Et ſtatim prodijt, qui fuerat mortuus, ligatus pedes, & manus inſtitis, & facies eius ſudario erat ligata, & dixit eis Ieſus, ſoluite eum, ibid.
12. 24. Niſi granum frumenti cadens in terram, mortuũ fuerit, &c. 150.a. & 181.b & 209.b
25. Qui amat animam ſuam, perdet eam, 148.a & 150.a
Qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam, &c. & 602. b. & 688. a
26. Vbi ſum ego, illic, & miniſter meus erit, 211.b
31. Nunc iudicium eſt mundi: nunc Princeps huius mundi eijcietur foras, 610.a & 611.a
32. Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum, 588.a. & 611.b
33. Hoc autem dicebat, ſignificans qua morte eſſet moriturus, ibid.
43. Dilexerunt gloriam hominum magis, quàm gloriam Dei, 83.b
13. 1. Cùm dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo in finem, dilexit eos, 9. a
8. Non lauabis mihi pedes in æternum, 55. b
25. Domine quis eſt? ibid.
26. Ille eſt, cui intinctum panem porrexero, ibid.
27. Poſt buccellam introiuit in eum Satanas, 848.a
28. Hoc autem nemo ſciuit diſcumbentium, 720.a
34. Mandatum nouum do vobis; vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos, 3. a. & 9.a. & 46.b
35. In hoc cognoſcent omnes, quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem, &c. 752.a
14. 9. Tanto tempore vobiſcum ſum: & non cognouiſtis me? 884.b
13. Quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam, 669.a
15. Si diligetis me, mandata mea ſeruate, 772. a
23. Si quis diligit me, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, &c. 24.a. & 296.a. & 529.b. & 778.a
27. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, 751.b
28. Si diligeritis me, gauderetis vtique, Quia vado ad Patrem, 5.b
15. 4. Manete in me, & ego in vobis, 121.a
5. Qui manet in me, & ego in eo, 593.a.

Sine

Digitized by Google

Sine me nihil poteſtis facere, 82. a. & 647. b

14. Vos amici mei eſtis, 13. a

15. Vos autem dixi amicos: quia omnia quæcunque audiui à Patre meo, nota ta feci vobis, 53. b

20. Si me perſequuti ſunt, & vos perſequentur, &c. 172. a

16. 6. Sed quia hæc locutus ſum vobis, triſtitia impleuit cor veſtrum? 256. b

7. Expedit vobis, vt ego vadam, ibid. Si non abiero, Paraclitus non veniet ad vos, ibid. a. & 635. b

12. Adhuc multa habeo vobis dicere: ſed non poteſtis portare modò, 502. a

21. Mulier cùm parit, triſtitiam habet, quia venit hora eius, cùm autem peperit filium, &c. 165. a

22. Et gaudium veſtrum nemo tollet à vobis, 605. b

17. 3. Hæc eſt vita æterna: vt cognoſcant te ſolum Deum verum, &c. 401. a. & 776. b

20. Non pro eis rogo tantùm, ſed pro eis, qui credituri ſunt per verbum eorum in me, &c. 181. a

21. Vt omnes vnum ſint, ſicut tu Pater in in me, & ego in te, vt & ipſi, &c. 751. a

22. Ego claritatem, quam dediſti mihi dedi eis, vt ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus. 730. b. & 750. a

18. 30. Si non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſemus eum, 445. a

40. Non hunc ſed Barabbam, 779. b

19. 6. Crucifige, crucifige eum, ibid.

23. Deſuper contexta per totum, 752. b

24. Non ſcindamus eam, ſed ſortiamur de illa, cuius ſit, ibid. a

28. Sitio. 281. b

32. Fregerunt crura, &c. 602. a

33. Ad Ieſum autem, cùm veniſſent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt, &c. 752. a

20. 17. Vade ad fratres meos, & dic eis, 31. b

20. Gauiſi ſunt diſcipuli, viſo Domino, 256. a

23. Quorum remiſeritis peccata, remittũtur eis, 647. a

21. 18. Cùm ſenueris, extendes manum tuas, & alius te cinget, & ducet, quò tu non vis, 171. b

19. Hoc autem dixit, ſignificans, qua morte clarificaturus eſſet Deum, 172. a

21. Domine, hic autem quid? 540. b

22. Sic eum volo manere, donec veniam, quid ad te? ibid.

Ex Actibus Apoſtolorum.

1. 1. COepit Ieſus facere, & docere, 599. a. & 648. a

15. Crepuit medius, & diffuſa ſunt omnia viſcera eius, 353. b. & 864. b

2. 15. Nõ enim ſicut vos æſtimatis iſti ebrij ſunt, cùm ſit hora diei tertia, 839. a

38. Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum, in nomine, &c. 676. b

3. 6. In nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge, & ambula, 623. a

7. Protinus conſolidatæ ſunt baſes eius, & plantæ, 597. a

8. Et exiliens, ſtetit, & ambulabat, & intrauit cum illis in templum, &c. ibid.

12. Quid miramini, quaſi noſtra virtute, aut poteſtate fecerimus, &c. ibid.

13. Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob glorificauit filium ſuum, &c. ib.

16. Et in fide nominis eius, hunc, quem vos vidiſtis, &c. ibid. b

17. Et nunc ſcio, fratres, quia per ignorantiam feciſtis, ſicut, & principes veſtri, 47. a

4. 32. Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna, nec quiſquã, &c. 768. a

34. Quotquot poſſeſſores agrorũ, aut domorum erant, vendentes, offerebant, &c. 371. b.

5. 29. Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus, 792. b

41. Ibant gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati, 227. b

7. 26. Viri, fratres eſtis, vt quid nocetis alterutrum? 739. b

51. Dura ceruice, & incircumciſis cordibus, & auribus, vos ſemper ſpiritui, &c. 574. a

54. Audientes autem hæc diſſecabantur cordibus ſuis, ſtridebant dẽtibus, &c. 736. a

8. 19. Date, & mihi hanc poteſtatem, 155. a

23. In felle amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te eſſe, ibid. & 254. a

15. 39. Facta eſt autem diſſenſio, ita vt diſcederent ab inuicem, 43. b

17. 28. In ipſo viuimus, mouemur, & ſumus, 455. a

20. 31. Vigilate, memoria retinentes, quoniam per triennium nocte, & die non ceſſaui, cum lacrymis monens vnumquemque veſtrum, 51. b

34. Argentum, & aurũ, aut veſtem, nullius concupiui, ſicut ipſi ſcitis, &c. 346. a

Digitized by Google

13. 10. Et cùm magna dissensio facta esset, timeus Tribunus, ne Paulus discerperetur ab ipsis, iussit milites descendere, & rapere, &c. 737. a

Ex epistola B. Pauli Apostoli ad Romanos.

1. 13. PRoposui venire ad vos, & prohibitus sum vsque adhuc, 539.a
20. Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellectu conspiciuntur, 513.b
21. Quia cùm Deum cognouissent, non sicut Deum glorificauerunt, 528.a
28. Tradidit illos Deus in reprobum sensum, 498.b. & 532.b
32. Digni sunt morte, non solùm, qui peccata faciunt: sed etiam, qui consentiũt, &c. 707. b
2. 1. In quo iudicas alterum, teipsum condemnas: eadem enim agis, quæ iudicas, 709.b
4. An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contẽnis? &c 633.a. & 645.a
An ignoras quòd benignitas Dei, &c. 658.a.b. & 684 a
13. Non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores, 308.a
14 Gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quę legis, &c. 144.a. & 204.b
15. Cogitationibus accusantibus, 152.b & 359.a
3. 8. Non sunt facienda mala, vt veniant bona, 196.a
23. Egemus gloria Dei, 647.b
24. Iustificati gratis. 680.a
4. 20. Dans gloriam Deo, 539.b
5. 1. Iustificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum, &c. 674.b
2. Per quem, & habemus accessum, per fidem in gratiam istam, in qua, &c. ib.
3. Gloriamur in tribulationibus: scientes, quòd tribulatio patientiam operatur, 675.a
4. Patientia autem probationem, ibid. & 685.a. & 883.a
5. Spes autem non confundit, 580.a. & 675.a. & 686.a
Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est, &c. 635.b
8. Cùm adhuc peccatores essemus, secundùm tempus, 785.a
9. Christus pro nobis mortuus est: multò igitur magis nunc iustificati in sanguine ipsius, &c. ibid.
10. Si enim, cùm inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortẽ filij eius, &c. ibid.
19. Per inobediẽtiam vnius hominis, peccatores constituti sunt multi, 122.b
6. 4. Consepulti cum Christo per baptismum in mortem, 139.a
6. Vetus homo noster crucifixus est, ibid.
Vt destruatur corpus peccati, 125.b
12. Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis, &c. 119.a
13. Exhibere membra vestra, arma iustitiæ Deo, 150.b
19. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati, &c. 184. a
22. Nunc liberati à peccato, & habetis fructum vestrum in sanctificatione, &c. 588.b
23. Gratia autem Dei, vita æterna, 678.a
7. 5. Cùm essemus in carne, passiones peccatorum, quæ per legem, &c. 148.a
15. Quod odi malum, illud facio, 128.b
17. Quod habitat in me peccatum, ibid.
18. Velle quidem adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio, 159.a. & 229.a
23. Video aliã legem in membris meis repugnãtem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis, 41.a. & 563.a
24. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? 125.a
25. Mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati, 126.a. & 134.b
8. 3. In similitudinem carnis peccati, 20.b
5. Qui secundùm spiritum sunt: quæ sunt spiritus, sentiunt, 166.a
6. Prudentia carnis, mors est, 149.a.
13. Si secundùm carnem vixeritis, moriemini, ibid.b
Si autẽ spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis, 139.a. & 149.b. & 234.b
17. Si filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi, 448.a, & 678.a, & 770.b
18. Non sunt condignæ passiones huius temporis, ad futuram gloriam, &c. 151.a. & 452.a. & 867.b
23. Et ipsi intra nos gemimus, adoptionẽ filiorum Dei expectantes, &c. 863.a
24. Spe salui facti sumus, 629. a
28. Omia cooperantur in bonum ijs, qui secundùm propositum, &c. 604.a
29. Nam quos præscinit, & prædestinauit cõformes fieri imaginis, &c. ibid.b. & 679. b

Digitized by Google

Vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. 782.b
30. Quos autẽ prædeſtinauit, hos & vocauit, & quos vocauit, &c. 604. b. & 680. a
32. Qui etiam proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus, &c. 644. b
34. Qui eſt ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis, &c. 639.a
35. Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio, an anguſtia, an fames, &c. 170.b. & 267.b
38. Certus ſum, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, &c. ibid.
9. 18. Cuius vult miſeretur, & quem vult indurat, 574.b
22. Vaſa iræ apta in interitum, 650.b
23. Vaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam, ibid.
10. 10. Corde creditur ad iuſtitiam: ore autem confeſsio fit ad ſalutem, 428.a
12. Diues in omnes, qui inuocant illum, 664.b
13. Omnis, quicunque inuocauerit nomẽ Domini, ſaluus erit, 665. a
14. Quomodo inuocabunt, in quem non crediderunt? ibid.b
11. 29. Dona Dei ſunt ſine pœnitentia, 613.b
12. 1. Obſecro vos fratres per miſericordiã Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam Deo placentem, &c. 219. a
2. Reformamini in nouitate ſenſus veſtri: vt probetis, quæ ſit voluntas Dei bona, 222. a
3. Non plus ſapere, quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem, 140. b. & 514.b
9. Dilectio ſine ſimulatione, &c. 13.b
Odientes malum, adhærentes bono, 13.b. & 765.a. & 793.a
10. Charitate fraternitatis inuicem diligentes, 25.b. & 739.a
Honore inuicem prævenientes, 29.b
11. Solicitudine non pigri, ſpiritu feruentes, 30. a
12. Spe gaudentes, 291. b. & 308. a & 577. a
13. Neceſsitatibus Sanctorum communicantes, 28. a
16. Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos, 524. b
17. Prouidentes bona, non ſolùm coram Deo, ſed etiam coram hominibus, 81.b
18 Cum omnibus hominibus pacem habentes, 747.a.
20. Carbones ignis congeres, 721. a. & 747. a
21. Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum, ibid.
13. 1. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, non eſt enim poteſtas, niſi à Deo, 886. a
8. Qui diligit proximum, legem impleuit, 704. a
10. Plenitudo legis eſt dilectio, ibid.
12. Nox præceſsit, dies autem appropinquauit, 638.b
13. Non in comeſſationibus, & ebrietatibus: non in cubilibus, &c. 247. b. & 847. b
14. Carnis curam, ne feceritis in deſideriis, 496.b. & 786.b.
14. 3. Qui non manducat, manducantem, non iudicet, 856.a
17. Non eſt Regnum Dei eſca, & potus, ſed iuſtitia, & pax, & gaudium, &c. 857.a
15. 2. Vnuſquiſque veſtrũ, proximo ſuo placeat in bonum, 793. a
4. Quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, &c. 307 b
5. Deus autem patientiæ, & ſolatij, det vobis idipſum ſapere, &c. 766. a
13. Deus ſpei, 580. a

Ex 1. ad Corinthios.

1. 9. FIdelis Deus, per quẽ vocati eſtis in ſocietatem filij eius, a. b
25. Quod infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus, 611. a
31. Qui gloriatur, in Domino glorietur, 85. a
2. 9. Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ, &c. 778.b & 867.b. & 878.b
14. Animalis homo non percepit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei, 260.a. & 518.a
3. 2. Tanquam paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi, 96, b. & 272.a
3. Cùm inter vos ſint zelus, & contẽtio nonne carnales eſtis? &c. 113.b
4. Cùm enim quis dicat, ego ſum Pauli, alius autem ego ſum Apollo, &c. ibid.
7. Neque qui rigat eſt aliquid, 284.b
16. Neſcitis quia templum Dei eſtis, 508.a
18. Si quis videtur inter nos ſapiens eſſe, in hoc ſæculo, ſtultus fiat, vt ſit ſapiens, 520. b
4. 3. Mihi autem pro minimo eſt, vt à vobis iudicer, 712. a
4. Qui autem iudicat me Dñs eſt, ibid.

5. Illu-

Digitized by Google

5. Illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium, & tunc laus erit, &c. 711.a.& 886.b
7. Quid habes, quod non acceperiſti? & ſi acceperiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis? 82. a
9. Spectaculum facti ſumus mundo, & angelis, & hominibus, 209. a
12. Laboramus operãtes manibus noſtris, 346. a
13. Maledicimur, & benedicimus, 426.a. 721. b. & 761. a
5. 6. Neſcitis, quia modicum fermentum, totam maſſam corrumpit? 876. a
6. 10. Maledici regnum Dei non poſsidebũt, 432.b.& 446.a.& 723. a
Neque ebrioſi regnum Dei poſsidebunt, 819. a
17. Qui adhæret Domino, vnus ſpiritus eſt, 141.b
20. Non eſtis veſtri: empti enim eſtis pretio magno, glorificate, &c. 175.a.& b
7. 9. Melius eſt nubere, quàm vri, 135.b
30. Et qui emunt, tanquam non poſsidẽtes ſint, 411.b
31. Præterit enim figura huius mundi, ibid.
39. Mulier alligata eſt legi quanto tempore vir eius viuit: quod ſi dormierit, &c. 652. b
8. 1. Scientia inflat: charitas verò ædificat, 498.a. & 531.a
9. 24. Qui in ſtadio currunt, omnes quidem, currunt, ſed vnus accipit brauium, 677. a
Sic currite vt comprehendatis, & Pr. 8.c.7.277.b
25. Omnis, qui in agone currit, ab omnibus ſe abſtinet, 140. b
27. Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, 140.a & 203.a
10. 4. Petra erat Chriſtus, 630. b
10. Non murmuraueritis, ſicut quidam murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore, 723.a
12. Qui ſtat, videat ne cadat, 604.b
13. Facit cum tentatione prouentum, 268.a. & 663.a
11. 21. Vnuſquiſque enim ſuam cœnam præſumit ad manducandum: & alius quidem eſurit, &c. 366.b.& 849.a
28. 11. Hæc autem omnia operatur vnus, & idem ſpiritus, diuidens, &c. 635. b
21. Non poteſt oculus dicere manui, &c. Vſque ad illud circumdamus, 26.a
25. Vt non ſit ſciſma in corpore, ſed id ipsũ pro inuicẽ ſollicita ſint, &c. 738.b
26. Si quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra, 46.a
Siue gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra. 48.b
27. Vos autem eſtis corpus Chriſti, & mẽbra de membro, 46.a
31. Supereminentem viam vobis demonſtro, 752.b
13. 2. Nihil ſum, 210.b
3. Si tradidero corpus meum, ita vt ardeã ibid.
4. Charitas benigna eſt, 46.a.
Patiens eſt, 279. a
5. Non quærit quæ ſua ſunt, 169. b. & 733. b. & 767. a
6. Non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati, 13. b
7. Charitas omnia ſuffert, omnia ſuſtinet, 761.a. & 814.a. & 883.a
8. Charitas nunquam excidit, 61. b. & 755.a
10. Cùm autem venerit, quod perfectum eſt, euacuabitur quod, &c. 600.b
14. 15. Orabo ſpiritu, orabo & mente: pſallã ſpiritu, pſallam & mente, 460.a
15. 10. Non ego, ſed gratia Dei mecum, 167.b & 678. b
28. Erit Deus omnia in omnibus, 181. b. 401.b. & 410.a. & 415.b.& 547.a
42. Seminatur in corruptione, ſurget in incorruptione, &c. Vſque ad illud, in virtute, 150.a.& 602.b
58. Abundate in omni opere, bono ſcientes, quòd labor veſter non eſt inanis in Domino, 620. a

Ex 2. ad Corinthios.

1. 3. DEus totius conſolationis, qui cõſolatur nos in omni, &c. 291.
8. Noluimus ignorare vos fratres de tribulatione noſtra, quæ facta eſt in Aſia, quoniam ſupra modum grauati ſumus, &c. Vſque ad illud, viuere, 268.a
9. Fidentes in Deo, qui ſuſcitat mortuos, 647. b
12. Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ, 82.b. & 96. a. & 712. b
2. 7. Donetis, & conſolamini, ne forte abũdantiori triſtitia abſorbeatur, qui eiſmodi eſt, 558.b.& 560.a
9. Ideo ſcripſi vobis, vt cognoſcam experimentum veſtrum, an in omnibus obedientes ſitis, 21 b
11. Non enim ignoramus cogitationes eius, 558.b.
15. Chriſti bonus odor ſumus, 296.a

Digitized by Google

3. 2. Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris, 57.a
5. Nihil ex nobis, tanquam ex nobis possumus, 644.a
17. Vbi Spiritus Domini, ibi libertas, 11.a. & 630. b
18. Nos verò reuelata facie, gloriam Domini speculantes, 15.b. & 741.b
4 7. Habemus thesaurum in vasis fictilibus, 742 a
10. Semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris, 172.b.& 184.b.& 232.b
17. Leue tribulationis nostræ, æternum gloriæ pondus operatur in nobis, 451. a
5. 6. Quoniam dum sumus in corpore, peregrinamur à Domino, 401.a
13. Siue mente excedimus, Deo: siue sobrij sumus, vobis, 116.a
14. Charitas enim Christi vrget nos, &c. ibid. b
15. Si vnus pro omnibus mortuus est; ergo omnes mortui sunt pro omnibus, &c. 176. b
17. Si qua ergo in Christo noua creatura, vetera transierunt, ecce noua, &c. 613. a
19. Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, 612. a
6. 2. Tempus acceptabile, & dies salutis, 642. a

Ad Galatas.

1. 10. SI adhuc hominibus placerē, Christi seruus non essem, 793. a
18. Post annos tres veni Ierosolymam videre Petrum, & mansi apud eum diebus quindecim, 15.b
2. 11. Cùm autem venisset Cephas Antiochiam, in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat. 15.b.& 725.a
19. Christo confixus sum cruci, 190.b. & 191.b. & 214.b. & 224.b
20. Viuo autem, iam non ego, viuit vero in me Christus 139.a.& 176.b. & 180.b
3. 1. O insensati Galatæ, 15.
3. Sic stulti facti estis, vt cum spiritu coeperitis, nunc carne consummemini? 234.b
4. 4. Vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, & eos, qui sub lege erant, &c. 641.a
16. Ergo inimicus vobis factus sum, verùm dicens? 16.a
26. Illa autem, quæ sursum est Ierusalem, libera est: quæ est mater nostra, 235.
27. Lætare sterilis, quæ non paris: clama, & erumpe, quæ non parturis; quia multi filij desertæ, magis qnàm eius, quæ habet virum, 265.b
5. 7. Currebatis benè: quis vos impediuit non obedire veritati? 677.a
10. Qui autem conturbat vos, portabit iudicium, quicunque est ille, 770.b
12. Vtinam abscindantur, qui vos conturbant, 769. a
15. Quòd si inuicem mordetis, & comeditis: videte, ne ab inuicem, &c. 696.a & 736.b
16. Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. 136.b.& 765.a
17. Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. &c. 119.b. & 124.b. & 136.b. & 151.b.& 158.b.& 161.b. & 228.b
19. Manifesta autem sūt opera carnis. &c. 113. a
24. Qui autem Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitijs, &c. 139.b.& 177.a. & 224.b
26. Ne efficiamini inanis gloriæ cupidi, 81. b
6. 1. Vos, qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, 759. b
2. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi 46. b
3. Nam si quis existimat se esse aliquid, &c. 146.a
4. Opus suum probet vnusquisque, & tūc in semetipso, tantum gloriam habebit, & non in altero, 82.b.& 712. b
8. Qui seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam, 674. b
10. Dum tempus habemus, operemur bonum, 681. a
17. Ego stigmata Domini Iesu, in corpore meo porto, 172. b

Ad Ephesios.

2. 3. ERamus natura filij iræ, sicut & ceteri. 647.b.& 863.a
4. Propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, cùm essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo, 593.b. & 651. b
3. 12. In quo habemus fiduciam, & accessum in confidentia per fidem eius. 666. b
4. 1. Obsecro vt dignè ambuletis, vocatione, qua vocati estis, cum omni humilitate,

Digitized by Google

litate, & mansuetudine cum patientia, supportãtes inuicem in charitate, &c. 748. b
8. Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, &c. 605. a. & 612. a
11. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, &c. 589. b
18. Tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati à via Dei, &c. 569. b
19. Qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitiæ, &c. ibid. & 569. b
26. Sol non occidat super iracundiam vestram, 760. b
31. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia, &c. 429. a
5. 5. Auarus, quod est idolorum seruitus, 391. a
6. Nemo vos seducat inanibus verbis, ib.
14. Surge qui dormis, & illuminabit te Christus, 636. a. & 654. a
18. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, 805. a. & 811. a
29. Nemo enim vnquam carnem suam odio habuit, 116. a
6. 18. Orantes omni tẽpore in spiritu, 669. b

Ad Philippenses.

1. 7. SIcut est mihi iustum hoc sentire pro omnibus vobis, &c. Socios gaudij mei omnes vos esse, 49. a.
27. Audiam de vobis, quia statis in vno spiritu vnanimes, 740. a
2. 2. Implete gaudium meum, vt idem sapiatis, eandem charitatem habentes, vnanimes, id ipsum sentientes, 42. b. & 44. b. & 740. b
3. Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, sed in humilitate superiores sibi inuicem arbitrantes, 30. a 759. b
8. Factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis, 190. a. & 610. b
9. Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, 453. b
10. Vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, &c. 454. a
11. Et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria, &c. ib.
12. Itaque charissimi mei (sicut semper obedistis) non vt in præsentia mei tantùm, &c. 882. b
Cum metu, & tremore salutem vestrã operamini, 604. b
21. Omnes quæ sua sunt, quærunt, non quæ Iesu Christi. 130. a
3. 8. Omnia arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam, 271. a. & 371. b. & 775. b
19. Quorum Deus venter est, 393. a. & 844. a. & 849. b. & 866. b
20. Conuersatio nostra in cœlis est, 57. a
4. 1. Gaudium meum, & corona mea. 71. b.
7. Pax Dei, quæ exsuperat omnem sensum, custodiat, &c. 164. b. & 252. b. & 302. b. & 571. b. & 772. a. & 776. a. & 778. a. & 780. a
12. Scio fatiari, & esurire, & abundare, & penuriam pati. 857. a
13. Omnia possum in eo, qui me confortat, 167. b. & 267. b. & 598. a. & 844. a
14. Benefeciſtis, communicantes tribulationi meæ, 27. b

Ex Epist. ad Colossen.

2. 8. VIdete, ne quis vos decipiat per Philosophiam, & inanem fallaciam, 493. a
3. 2. Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram, 509. b
3. Mortui enim estis, &c. 139. a & 144. b
5. Mortificate ergo, membra vestra, quæ sunt super terram, &c. Vsque ad illud, malitiam, 139. a. & 187. a. & 189. a
Auaritia, quæ est simulacrorum seruitus, 349. a. & 393. b
12. Induite vos viscera misericordiæ, benignitatem, &c. 759. b
13. Supportantes inuicem, & donãtes vobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet, &c. 738. a. & 758. b.
14. Quod est vinculum perfectionis, &c. 19. a. & 46. a. & 180. b. & 652. a. & 738. a. & 751. b.
15. Et pax Christi exultet in cordibus vestris, in qua vocati estis in vno corpore, 738. b. & 772. b.
22. Non ad oculum seruiẽtes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate, &c. 886. a
23. Quodcunque facitis, ex animo operamini, sicut Domino, & non hominibus, &c. 678. a. & 881. a

Ex Epist. ad Thessalonicen. 1.

2. 5. NEque enim aliquando fuimus in sermone adulationis scitis sicut, 69. a. & 367. b
7. Cùm possemus vobis oneri esse, vt Chri-

Digitized by Google

Christi Apostoli, 368. a
15. Ab omni specie mala abstinete vos, 716. b
4. 3. Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra, 405. a. & 669. a. & 803. a
4. Sciat vnusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione, & honore, &c. 811. b
5. 8. Simus induti galeam spem salutis, 643. a
9. Quoniam non posuit nos Deus in irâ, sed in acquisitionem salutis, &c ibid. b
11. Consolamini inuicem, 284. b
21. Omnia probate, 21. a

Ex epist. ad Thessal. 2.

2. 15. IPse autem Dñs noster Iesus Christus, dedit spem bonam, &c. 561. a
3. 10. Si quis non vult operari, non manducet, 345. b
11. Audiuimus inter vos, quosdam ambulare inquietè, nihil operantes, &c. 494. b & 535. a
12. Iis autem, qui eiusmodi sunt, denuntiamus, & obtecramus in Domino Iesu Christo, &c. ibid.
13. Vos autem fratres nolite deficere benefacientes, 495. a

Ex epist. 1. ad Timoth.

1. 20. QVos tradidi Satanæ, 469. a
2. 4. Qui Deus vult omnes homines saluos fieri, 650. a
3. 2. Oportet Episcopum sobrium esse, 801. a
5. Si quis domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit? 32. b
4. 4. Omnis creatura Dei bona est, 135. b
13. Attende lectioni, 309. a
5. 1. Seniorem, ne increpaueris, sed obsecra, vt patrem, 725. a
6 Quæ autem in deliciis est, viuês, mortua est, 271 a
13. Et otiosæ discunt discurrere domos, non solùm otiosæ, sed & verbosæ, & curiosæ, 494. b
14. Volo ergo iuniores nubere, filios procreare, matres familias esse, nullam occasionem dare, &c. 756. b
17. Duplici honore digni habeantur, maximè, qui laborant verbo, & doctrina, 307. b
23. Modico vino vtere, propter stomachum tuum, & continuas tuas infirmitates, 788. b
6. 8. Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus, 398. a. & 889. b
9. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & laqueum diaboli, ibid. & 340. & 348. b, & 398. a
10. Radix omnium malorũ est cupiditas, 116. b. & 343. b & 394. b
Quam quidam appetentes, inseruerũt se doloribus multis, 354. b
16. Qui solus habitat immortalitatẽ 689. b
17. Diuitibus huius sæculi præcipe, non sublime sapere, 344. b. & 373. b. & 416. b
19. Thesaurizare sibi fundamentum bonũ in futurum, 373 b
20. O Timothee depositum custodi, deuitans profanas vocum nouitates, &c. 502. a
21. Quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt, ibid.

Ex epist. 2. ad Timoth.

1. 3 QVod sine intermissione habeam tui memoriam in orationibus meis, nocte, ac die, desiderans te videre, 57. b
11. In quo positus sum ego prædicator, & Apostolus, & Magister gentium, 498. b
2. 5. Non coronabitur, nisi, qui legitimè certauerit, 677. b. & 680. b
12. Si commortui sumus; conuiuemus, si sustinebimus, & congregabimur, 185. a
16. Profana autem, & vaniloquia deuita: multum enim proficiunt ad impietatem, 501. b
17. Et sermo eorum sicut cancer serpit, 502. a
3. 1. In nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, &c. Vsque ad illud, abnegantes, 107. b. & 116. B. & 157. b. & 343. a & 348. b
4. 3. Erit tempus, cùm sanam doctrinam non sustinebunt, sed secundùm desideria sua, coacernabunt sibi magistros, &c. Vsque ad illud, conuertentur, 501. b
8. Reposita est mihi corona iustitiæ, 678. b. & 680. b

Ex epist. ad Tit.

1. 7 NOn vinolentum, 801. a
15. Omnia munda mundis, 858. a
2. 1. Tu autem loquere, quæ decent sanam doctrinam, senes, vt sobrij sint, pudici, &c. Vsq. ad illud, in patientia, 804. a

3. Non

Digitized by Google

3. Non multo vino seruientes, bene docentes, 805.b. & 826.a
7. Vt sobrij sint, 805.
8. In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum, vt is, qui ex aduersò est, &c. 716.a.
11. Apparuit gratia Dei Saluatoris nostri omnibus hominibus, vsque ad illud, in hoc sæculo, 20.b & 210.b
12. Sobriè, & iustè, & piè viuamus, 787.a
13. Expectantes beatam spem, & aduentũ gloriæ magni Dei, 421.b
3. 1. Admone illos neminem blasphemare, 426.a

Ex Epist. ad Philemonem.

12. TV autem illum, vt mea viscera, suscipe, 56.a

Ad Hebræos.

1. 14. ADministratorij spiritus, in ministerium missi, propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis, 253.b
2. 14. Qui mortis habebat imperium, idest, diabolum, & liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant seruituti. 504.b
4. 13. Nulla creatura est inuisibilis in conspectu illius, 683.a
15. Non enim habemus Pontificem, qui non possit compati, &c. Vsque ad finem, 291.b.
16. Accedamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ, vt misericordiam, &c ibid & 635.b
6. 10. Non enim iniustus est Deus, qui obliuiscatur operis vestri, & dilectionis, &c. 620.a. & 686.a.
15. Longanimiter ferens, adeptus est repromissionem. 290. a
7. 24. Sempiternum habet Sacerdotium, 639.a.
25. Vnde, & saluare in perpetuum potest, accedentes per semetipsum ad Deum, &c. ibid.
9. 27. Statutum est hominibus semel mori, 358.a
11. 6. Accedentem ad Deum oportet credere, quia est, 652.
9. Fide demoratus est in terra repromissionis, tanquam in aliena, &c. 411.b
10. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem, 412.a. & 416.b
Cuius artifex, & conditor Deus, 186.a
24. Magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iucũditatem, maiores diuitias, &c. Vsque ad illud, improperium Christi, 889.a.
12. 3. Recogitate eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum, contradictionem, vt ne fatigemini animis vestris deficientes, 45.a. & 173.b
4. Nondum enim vsque ad sanguinem restitistis, aduersus peccatum repugnãtes. 173.b & 624.b
6. Quem diligit Dominus castigat, flagellat autem omnem filium, quẽ recipit, 451.b. & 685.b
7. In disciplina perseuerate. 235.b
11. Omnis disciplina in præsenti quidem videtur non esse gaudij, &c. 182.b
12. Remissas manus erigite, 123.b. 183.b. & 235.b
13. Gressus rectos facite pedibus vestris, 183.b. & 235.b. & 276.a
15. Contemplantes ne quis desit gratiæ Dei; ne qua radix amaritudinis sursùm germinans impediat, 254.a
13. 9. Optimum est gratia stabilire cor, 596.b
14. Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus, 412.b
16. Beneficentiæ, & communionis nolite obliuisci, 27.a
20. Pastor magnus, 589.b

Ex Iacob. Epist.

1. 4. PAtientia opus perfectum habet, 748. b
5. Si quis vestrum indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus, &c. 268.b. & 524.a. & 666. & 843.b
9. Glorietur humilis in exaltatione sua, 404.a. & 887.b
10. Diues autem in humilitate sua ibid.
14. Vnusquisque tentatur à concupiscentia sua, &c. 125.b. & 127.a. & 138.b
17. Omne donum perfectum, desursum est, descendens a Patre luminum, 235.b 241.a. & 524.a. & 799.a
18. Voluntariè genuit nos verbo veritatis. &c. 142.b & 448.a
21. In mansuetudine suscipite insitum verbum, 745.b
2. 15. Si frater, & soror nudi sint, & indigeãt, &c. Vsque ad illud, quid proderit? 25.b
3. 1. Nolite plures magistri fieri, fratres mei, scientes, quia maius iudicium sumitis, 499.a

2. In

Digitized by Google

3. In multis offendimus omnes, 295.a.& 700. b
Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir, 696.b
6. Inflammata à gehenna, ibid.
8. Linguam nullus hominum domare potest, 718.b
Inquietum malum, plena veneno mortifero, 696.b
9. In ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem Dei facti sunt, 741.a
4. 1. Vnde bella, & lites in vobis? nonne hinc ex concupiscentijs, &c. 155.b. & 512.a. & 733.a
2. Concupiscitis, & non habetis, occiditis, & zelatis, &c. ibid.
3. Petitis, & non accipitis, eò quòd malè petatis, 669.b
6. Deus superbis resistit 84.a.& 246.a
Humilibus dat gratiã, 286.a.& 522.b
7. Resistite Diabolo, & fugiet à vobis, 459 b
11. Qui detrahit fratri, &c. detrahit legi, 703.b
Qui iudicat fratrem suum, 704.b
15. Vapor est ad modicum parens,, 891.a
17. Scienti bonum facere, & non facienti, peccatum est illi, 308.b
5. 1. Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miserijs vestris, quæ aduenient vobis, 418.a
2. Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt, & vestimenta vestra à tineis comesta sunt, &c. 417.a
3. Thesaurizastis vobis iram in nouissimis diebus, 418. a.
5. Epulati estis super terram, &c. vt in die occisionis, 840.a. & 845.b.& 846b
13. Tristatur aliquis vestrum? oret, 305.a

Ex 1. Petri.

1. 3. REgeneranit nos in spem viuam. 443.a.& 613.a.& 739.a
12. In quem desiderant Angeli prospicere, 777.a
2. 2. Sicut modo geniti infantes, 616.b
3. Si tamen gustatis, quoniam dulcis est Dominus, 238.a
5. Et ipsi tanquam lapides viui superædificamini domus spiritualis, 765.a
9. Regale Sacerdotium, 143.a
11. Abstinete vos à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam, 137.a. & 148.b
15. Sic est voluntas Dei, vt benefacientes, obmutescere faciatis imprudentum hominum ignorantiam. 716. a
19. Hæc est gratia, si propter Dei conscientiam, &c. Vsque ad illud vocati estis, 191. b
21. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplũ, &c. 172.b.& 197.a. 761. b
24. Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, vt peccatis, &c. 175. a. & 187.a.& 739.a
3. 4. Qui absconditus est cordis homo in incorruptibilitate quieti, & modesti spiritus, &c. 261.a
13. Et quis est, qui vobis noceat, si boni æmulatores fueritis? 736. b
4. 1. Christo passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini, &c. 171. a. & 822.a
2. Vt non iam desiderijs hominum, sed voluntati Dei, quod reliquum est, &c. ibid.
3. Sufficit præteritum tempus ad voluntatem gentium consumandam his, &c. Vsque ad illud, cultibus, 822.a
7. Estote itaque prudentes, 222.b.
10. Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes, &c. 500. b
19. Fideli Creatori commendent animas suas. 616. b
5. 4. Princeps pastorum. 589.b
7. Omnem solicitudinem vestram proijcientes in eum, &c. 404.b
8. Sobrij estote, & vigilate, quia aduersarius vester diabolus &c. 406. b. & 787. a

Ex 2. Petri.

1. 4. VT efficiamini diuinæ consortes naturæ, 18.b.& 197 b.& 741.b
4. Ministrate in scientia abstinentiam, 220.b. & 857.b
6. Ministrate in abstinentia patientiam, in patientiam, in patientia pietatem, 856.b
7. Ministrate in pietate amorem fraternitatis: in amore autem, &c. 776.b
8. Hæc enim si vobis sint, non vacuos, nec sine fructu vos, &c. ibid.
10. Satagite, vt per bona opera, certam vestram vocationem faciatis, 680.a. & 681. a
19. Donec dies illucescat, & lucifer oriatur in cordibus nostris, 800.a
21. Spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines, 519.a
2. 10. Post carnem in immunditia concupiscen-

Digitized by Google

piſcentiæ ambulant, dominationemque contemnunt, audaces, ſibi placentes, 117. a

19. A quo quis ſuperatus eſt, huius, & ſeruus eſt, 403. a

22. Canis reuerſus ad vomitum, & Sus lota in volutabro luti, 271. a

2. 9. Patienter agit, nolens aliquos perire, ſed omnes ad poenitentiam reuerti, 633. a

10. Terra autem, & quæ in ipſa ſunt opera, exurentur, 374 a

11. Diſſoluenda ſunt, 412. a

15. Domini noſtri longanimitatem, ſalutem arbitremini, &c Vſque ad illud, epiſtolis, 16. a. & 633. a

Ex Epiſt. 1. Ioan.

1. 5. DEus enim lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt vllę, 178. b. & 243. b

6. Si dixerimus, quoniam ſocietatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, &c. ibid.

7. Sanguis Ieſu Chriſti emundat nos ab omni peccato, 584. a

8. Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, &c. 700. b

9. Si confiteamur peccata noſtra, fidelis, & iuſtus eſt, vt remittat nobis, &c. 653. b

2. 1. Filioli mei, hæc ſcribo vobis, vt non peccetis: ſed & ſi quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem Ieſum Chriſtum, 640. a.

2. Et ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris autem, &c. ibid.

6. Debemus, ſicut & ipſe ambulauit, & nos ambulare, 761. b

16. Omne, quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, &c. Vſque ad illud, vitæ, 109. a & 339. a. & 353. a. & 484. b

3. 1. Filij Dei nominamur & ſumus. 741. b

2. Videbimus eũ ſicuti eſt, 12. a & 302. a. & 317. b

3. Omnis, qui habet hanc ſpem in eo, ſãctificat ſe, 629. a

14. Nos ſcimus, quoniam tranſlati ſumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. 12. b

15. Qui odit fratrem ſuum, homicida eſt, 708. a

17. Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi, &c. Vſque ad illud in eo, 25. b. & 341. a & 388. b

18. Diligamus nõ ſolùm verbo, & lingua, ſed opere, & veritate, 22. b. & 25. b

21. Si cor noſtrum nõ reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, & quidquid petierimus, accipiemus ab eo, 295. a

4. 1. Chariſsimi, nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus, ſi ex Deo ſint, quoniam multi pſeudoprophetæ, &c. 869. b

12. Si diligamus inuicem, Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta eſt, 12. b

16. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo, 652. a

20. Qui non diligit fratrem, quem videt, Deum, quem non videt, quomodo poteſt diligere? 127. a

21. Hoc mandatum habemus, vt qui diligit Deum, diligat, & fratrem ſuum, 738. a

5. 3. Et mãdata eius grauia non ſunt, 168. b. & 276. a. & 630. a

14. Hæc eſt fiducia quam habemus ad eũ, quia quodcũque petierimus, &c. 669. a

Ex Epiſt. 3. Ioan.

1. SEnior Gaio chariſsimo, quem ego diligo in veritate, 12. b

Ex Epiſt. S. Iudæ Apoſt.

9. CVm Michael Archangelus cum diabolo diſputans, altercaretur de Moyſi corpore, non eſt auſus iudicium inferre blaſphemiæ, 411. a

12. Hi sũt in epulis ſuis maculę, conuiuãtes ſine timore, nubes ſine aqua, quæ à vẽtis circumferuntur, arbores autumnales, infructuoſæ, &c. 344. a. & 845. a & 854. b

19. Hi ſunt, qui ſegregant ſemetipſos, animales, ſpiritum non habentes, 765 a

20. Vos autem chariſsimi ſuperædificantes voſmetipſos ſanctiſsimæ veſtræ fidei, in Spiritu ſancto orantes, &c. ib. b

21. Voſmetipſos in dilectione ſeruate, ib.

Ex Apocal. B. Ioan. Apoſt.

1. 3. BEatus, qui legit, & audit verba prophetiæ huius, & ſeruat ea, quæ, &c. 308. a

5. Lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo, 583. a. & 651. a

6. Fecit nos regnum, & Sacerdotes Deo, & Patri ſuò, 844. b

13. Vidi ſimilem filio hominis, veſtitum pode-

Digitized by Google

dere ; & præcinctum ad mamillas zona aurea, 753. a
14. 7. Oculi eius, tanquam flamma ignis, 612. b
2. 7. Dabitur edere de ligno vitæ, & manna absconditum, & sitienti de fonte aquæ, &c. 867. b.
10. Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ, 136. a
17. Nemo scit, nisi qui accipit, 302. a. & 599. b.
3. 17. Dicis quod dives sum, & nullius egeo, vsque ad illud, & nudus, 26. b & 344. a
19. Quos amo corrigo, & castigo 451. b.
20. Ecce sto ad ostiũ, & pulso: si quis audierit vocẽ meã, & aperuerit, &c. 179. a.
5. 1. Signatum sigillis septem. 868. a.
3. Non poterat aperire illud, neque vllus in cœlo, neque in terra, neque subtus terram, 868. a.
5. Ecce vicit leo de tribu Iuda, 611. a.
6. Vidi agnum habentem oculos septem qui sunt septem spiritus Dei, &c. 313. a & 610. b. & 612. b
8. Qui ceciderunt corã agno, &c. 132. a
Habentes singuli citharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes Sanctorum, 453. b
9. Cantabant canticum nouum, ibid.
20. Feecisti nos Deo nostro regnum, & Sacerdotes, &c. 143. a. & 453. a
13. Et omnem creaturam, quæ in cœlo est, & super terram, & sub terra, omnes audiui dicentes, sedenti in throno, & agno benedictio, & honor, &c. 454. a
6. 7. Et cùm aperuisset sigillum quartum, audiui vocem quarti animalis dicentis, &c. Vsque ad illud, bestijs terræ, 886. a
9. 4. Et præceptum est illis, ne læderent fœnum terræ, neque omne viride, &c. 696. a
7. Facies earum, tanquam facies hominum, ibid.
8. Dentes earum, sicut dentes leonum, ibid.
12. Visum est aliud signum in cœlo draco magnus, habens capita septem, & cornua decem, 90. a
4. Et cauda eius trahebat tertiam partem stellarum, ibid. b
9. Serpens antiquus, qui vocabatur diabolus, ibid. a
Qui seducit vniuersum orbem, 91. a
15. Emisit post mulierem aquam tanquam flumen, 90. b
13. 1. Et vidi de mari bestiam ascendentem, habentem capita septem, & cornua decem, & super cornua eius decem diademata, & super capita eius, &c. 423. b
18. 9. Flauerunt homines æstu magno, &c. 428. b. & 434. a
10. Commanducauerunt linguas suas præ dolore 435. a
11. Et blasphemauerunt Deum cœli præ doloribus, & vulneribus suis, &c. 427. a & 434. a. & 435. b
17. 2. Meretrix magna sedens super aquas multas, 423. a
3. Et super bestiam coccineam plenam nominibus blasphemiæ habentem, &c. ibid.
6. Et vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum, & de sanguine, &c. 424. a
18. 17. Et negotiatores terræ flebunt, & lugebunt super illam, &c. 421. b
16. Merces auri, & argenti, & lapidis pretiosi, & Margaritæ, &c. ibid.
19. 9. Beati, qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati sunt, 652. b
16. In femore suo scriptum Rex Regum, & Dominus dominantium, 142. a. & 453. a
20. Viui missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis sulphure, 433. b
20. 14. Hæc est mors secunda, 148. a
21. 4. Et mors vltra non erit, 452. a
6. Ego sitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis, 316. b
23. Cuius lucerna est Agnus, 876. a
27. Non intrabit in eam aliquid coinquinatum, 578. b. & 637. b
22. 3. Et serui eius seruient illi, 605. b
11. Iustus, iustificetur adhuc, 24. a. & 635. a

Finis Indicis Scripturarum.

Digitized by Google

INDEX LOCORVM REGVLAE NOSTRAE,

Quæ in Volumine hoc adducuntur,

Et aliquomodo explicantur, & inſeruirè poſſunt pro Sermonibus, qui fiunt diebus Veneris à noſtris Prioribus.

1 ANTE omnia, fratres chariſsimi, diligatur DEVS, deinde proximus, 739. b.

2 Propter quod in vnum eſtis congregati, vt vnanimes habitetis in domo, & ſit vobis anima vna, & cor vnum in Deo, 740. a. & 19. a. & 746. b. & 12. a.

3 Et non dicatis aliquid proprium, ſed ſint vobis omnia communia, 768. a.

4 Surſum cor habeant, & terrena vana non quærant, 509. b.

5 Honorate in vobis Deum inuicē, cuius templa facti eſtis, 773. a.

6 In Oratorio nemo aliquid agat, niſi ad quod factum eſt, vnde & nomen accepit, 849. a.

7 Pſalmis, & Hymnis, cum oratis Deum, hoc verſetur in corde, quod profertur in ore, 460. a.

8 Carnem veſtram domate ieiunijs, & abſtinentia eſcæ, & potus, 802. a.

9 Quantum valetudo permittit, 859. a. 220. a.

10 Quando autem aliquis non poteſt ieiunare, non tamen extra horam prandij aliquid alimentorū ſumat, &c. 839. b. & 795. a.

11 Melius eſt enim minus indigere, quàm plus habere, 413. b.

12 Oculi veſtri, etſi iaciantur in aliquam fœminarum, in nullam figantur, 543. b.

13 Nec ſolo tacito affectu, ſed aſpectu quoque appetitur, & appetit concupiſcentia fœminarum. ibidem.

14 Nec dicatis habere animos pudicos, ſi habeatis oculos impudicos, quia impudicus oculus impudici cordis eſt nuntius, 505. a. & 882. a.

15 Illius namque, & in hac cauſa cōmendatus eſt timor; vbi ſcriptū eſt, abominatio eſt Domino defigens oculum, 544. a.

16 Statim admonete, ne male capta progrediātur, &c. 700. a. & 724. b

17 Nec vos iudicetis eſſe maleuolos, quando hoc indicatis, &c. vſque putreſcat in corde, 700. a.

18 Vt fortè poſsit ſecretiùs correctus, non innoteſcere cæteris, ibidem b.

19 Si autem negauerit, tunc neganti adhibendi ſunt alij, &c. vſque ad *emendatoriam vindictam*, 701. a.

20 Lites, aut nullas habeatis, aut quàm celerrimè finiatis, 760. a.

21 Conſoletur puſillanimes, 73. b.

IN-

Digitized by Google

INDEX RERVM NOTABILIVM,

Quæ in hoc Volumine continentur.

A

Abnegatio, vide *Mortificatio*.

SVI, in quo consistat, 136. a. & seq.
Illam docuit Christus, 142. a. 162. a. 180. b.
Per illam ædificiũ spirituale consurgit, 765. a.
Et pax cum proximo conseruatur, aut recuperatur, ibid.
Ad illius mensuram, cum Deo sequitur vnio. 181. a.
Est semen, fera æ gaudiorum verorum, 165. b.
Ad obseruantiam votorum Religionis, multũ conducit, 190. a.
Facit admirabilem extasim, qua fit intima cum Deo vnio, 194. b.
Cui soli per eã placere quærere debet, 197. b. & seq.
Abnegatione sui, solicitè consectudo mala vitanda, 199. b.
Abnegationis magnitudo, ex affectus magnitudine mensuranda, 200.
Abnegatio in paruis, conducit ad facilem abnegationem in magnis, 201. b.

Absolutio.

A Peccatis, à solo Deo potest fieri principaliter: ab hominibus ministerialiter, 623. a.
Absoluendi potestas collata hominibus, 626. a. 643. a. 647. a. & 646. a.
Signata per solutionem asinæ, & pulli, vt in Euangelio legitur, 642. b.
Et in Lazaro mortuo soluto, 625.

Abstinentia, vide *Ieiunium*, *Mortificatio*, *Temperantia*.

EIVS nomine mortificatio designatur, 140. a.
A bonis spiritualibus, quomodo intelligenda, 140. a. b.
Exemplum D. Petri circa hoc, 147. a.
Cum discretione coniungenda, 217. b. & 220. & 857. b. & seq.
Sine illa, vitiosa, 220. a.
Abstinentia etiam à bonis, quæ mala apparẽt, quo sensu præcipiatur, 716. b.
Abstinentia escæ, & potus à S.P.N. Augustino in Regula commendatur, 802. a. 848. b.
Mentem eleuat, & ad sapientiam conducit, 852. b.
Est summa medicina, & vitam prolongat, 853. b.
In quo consistat, 556. a.
Quare difficilis, 843. a. 846. a.
Abstinentia *mentis*, circa escas, quid; & quã magnum remedium ad abstinentiam *operis*, 855. a
Qua magis resistitur gulæ, quàm illi cedendo, ibid. b.
Quæ etiam iuuatur *sensuum* abstinentia, ibid.
Qualis debeat esse, vt virtus sit, 856. a.
Sine humilitate, est pharisaica, & contemnit cæteros, ibid.
Circa abstinentiam patientia *actiua*, & *passiua*, quid, ibid. b.
Aliquando per abstinentiam patientem quæritur gula, 857. b.
Conditiones ad discretam abstinentiam necessariæ, 858. & seq.
Communis regula seruanda in abstinentia. 859. b.
Quomodo nigra, sed formosa? 860. a.
Abstinẽtia admirabilis nostri Venerabilis Patris Ioannis a S. Guil. 862, a.
Abstinentiũ in cœlo, præmia, quæ? 567. a. b

Acceptatio personarum.

Fugienda, 15. a. b.

Accusatio.

A Denuntiante, quomodo differat, & quis eius finis, 701. a. & 699. b.
Detractio non est, sed iustitia, ibid.
Desistit ab illa, qui se considerat, 567. a.
Quando pura est, secreta admonitio, per se non prærequiritur, 701. a.
Et quando sit præmittenda, ibid. b.

Accedia.

EX ea oriuntur otiositas, curiositas, & alia vitia, 494. a

Digitized by Google

Eius ſynonima, 565. a.
Oritur ex triſtitia, ibid. b.
Eius diffinitio, ibid.
Parit deſperationem, ibid. a. & ſeq. a.

Actio, Actus, vide *Operatio*.

HVmana non eſt, quæ libertate caret, 128. b.
Vitalis, quid, 137. b.
Actiones vitales internæ, quæ dicantur, ibid.
Sunt duplices, ibid.
Quomodo actio carnalis, dicatur etiam illa, quæ in carne non conſummatur, 136. b.
Quãdo, & quomodo ſortiatur rationem peccati, & quando non, 136. b.
Actiones humanæ ſunt viæ, quibus ad Deum accedimus, vel recedimus, ſecũdùm quod bonæ, vel malæ ſunt, 683. a.
Per illas fit inclinatio ad ſimiles, 129. a.
Non ſolùm actus externi mali, ſed interni ſunt refrenandi, 187. a.

Adulatio.

ESt ſpecies amicitiæ falſæ, 66. a.
Illius quidditas, ibid. b.
Quot modis contingat, 67. a.
Quale peccatum ſit, ibid.
Eſt duplex, *activa*, & *paſſiva*, 68. b.
Modus propugnandi *activam*, 69. & ſeqq.
Paſſiva, quàm aeris, cõmunis, & frequens, 75
Cauſæ difficultatis in reſiſtendo 76. a.
Paſsiua duplex, 75. b. & 76. a.
Multiplex conflictus in ea, & valde ſubtilis, ac difficilis, ibid. a. b. & ſeq. & 90. & ſeqq. & 103. b.
Gradus varij diſtinguuntur in ea, 77. & ſeqq.
Modi contra illam pugnandi, 79. b. & 81. & ſeqq.
Eſt cauda draconis, qua trahuntur ſtellæ de cœlo, 90.
Eſt exterius colũba: intus leo, 92. b. & ſeq.
Eſt alata, non ad protegendum, ſed ad deſtruendum, 93. b.
Benedicendo deuaſtat, 91. & ſeq.
Eſt oleum vulnerans, leniendo, 94. & ſeq.
Exempla Phariſæorum cum Saluatore, & Virginum fatuarum, ibid.
Eſt hæc occultè hæuiens, & ſeducens, 96. & ſeqq. & de hoc exempla, ibid.
Eius mala, 102. & ſeqq.
Exempla circa hoc, ibid.
Per exceſſum affabilitati opponitur, 32. a.
Differentia inter eam, & benedictionem, quæ pacem conciliat, 763. a.
Non horretur, quia turpitudo eius non conſideratur, 70. b.
Poſt hanc vitam, illius pœna, confuſio erit ſempiterna, 71. a.

Adulator.

ESt hoſtis, ſeductor, & mendax, 69. a. b.
Illius intenſio, frequenter opes, & gloria, 69. a.
Eſt ſcandaloſus *activè*, 70. a.
Quomodo, & quando arguetur à Deo, & quæ pœna illius, 69. & ſeqq.
Diſtinctio inter eum, & laudatorem verſi, 71. a & ſeq. & 100. a. & ſeq.
Eius lingua plus nocet, quam lingua interfectoris, & circa hoc exempla, 79. b. & ſeq.
Eſt venditor olei, 100. b.
Socratis de eo pronuntiatum, 101. b.
Alexandri factum, ibid. a.
Solet quandoque ne cognoſcatur, adulationi reprehenſionem commiſcere, ibid. b.
Cauetur oſtenſione triſtis vultus, repulſa, fuga, 103. & ſeqq.
Exemplum pro hoc Domini cum Phariſæis, 104. & ſeq.
Sub lingua eius labor, & dolor, 763. a.
A Principibus maximè vitandus. 101. a. b.

Adulatus.

QVomodo dignoſcet ab adulatione non cupi, 77. b.
Gaudet ſua ruina, 96. b. & ſeq. a.
Qnomodo adulatorẽ dignoſcet, 100. a. & ſeq.

Affabilitas, & Lis.

VNde dicta, & in quo conſiſtat, 30. b. & ſeq.
Exempla affabilium, ibid.
Quibus, quomodo, & quando exhibenda, 32.
Ei per exceſſum opponitur adulatio, 32. a.
Debet eſſe ſincera, ibid. b.
In bonis actibus tantùm oſtendenda, ibid.

Affectio, Affectus, vide *Voluntas*.

AFfectus humani, qualiter turbati, & peruerſi, 126. a. & ſeq.
Affectus naturalis quantum refugiat mortem, 171. b
Qualiter vincatur, & exẽpla circa hoc, Chriſti, Petri, Pauli, 172.
Affectum quanti faciat Deus, 200.
Affectus ſunt pedes animæ, 217. a. 245. a
Motus aliqui ad partem affectiuam pertinentes 238. b.

Affe-

Digitized by Google

NOTABILIVM.

Affectus mouetur ab intellectu, ibid.
Remittitur, si nimium speculationi attenditur, 247. 2.b.
Quando affectus remittit, quid faciendum, 248.2.
Affectus cordis, comparantur riuis, & quomodo inebriantur, 249. 2.
Sunt voluntatis vbera, & quando, & quomodo arescant, 251. 2.
Affectus ad terrena, & carnalia, quantum impediat consolationem diuinam, 255. b. & gratiam, 562.
Affectus vnio ad rem amatã, est maior, quàm animæ ad corpus, 288. b.
Affectus hominis est maximè circa ea, quibus caro fouetur, 496. 2.
Ea cogitat quis, ad quæ afficitur, 560. 2.
Affectio nimia ad præsentia bona, parit desperationem, 561.b.
Affectibus acceditur, vel recedituŕ à Deo, 591. b. & 276. b.
Affectus carnalis, quis dicatur, 136.2.
Reddit hominem seruum rei, ad quam afficitur, 403. 2.
Affectus terrenorum inducit contemptum cœlestium, & desperationem, 562. & seq.

Amaritudo.

INterna, quid. 261. b.
Aliquando sine nostra culpa contingit, seq. 2.
Valde periculosa, 275. b.

Ambitio.

CAusa discordiæ, 733. 2. & 767.
Fingit humilitatem, 30. 2.

Amicitia, vide *Charitas*.

TRiplex, Diuina, Angelica, Humana, 2. b.
Humana, in quo fundetur. 1. 2.
Naturalis ex amore sui procedit, 18.2. 25, 2.
Quidditas illius, 2.2.
Non potest esse inter bruta, neque ad bruta, 2. b.
Amicitia concupiscentiæ, quid, & quare vera non sit, 2.2. 3.2.
Alio nomine dicitur *mercenaria*, est duplex, *vtilis*, & *delectabilis*: & neutra vera, 4.2.b
Delectabilis non semper cum desiderijs carnalibus est coniuncta, ibid. b. & seq.
Prouenit ex vnione animorum, conuersatione, conuictu, mutuo obsequio, studijs paribus, inordinate tamen, ibid.
Iudicia eius, 5.2.
Hæc habuerunt Apostoli erga Corporalem Domini præsentiam, 5.b.
Amicitia vera, & honesta, quæ? 3.2.
Illam docuit Christus, ibid.
In aduersis probatur, 7.2. b. & seq. & 21.2.b. & 45. b. & seqq.
Debet esse in bono, & non in malo, 12. & seqq. & 792. b. & seq. & 42.b.
Ex hoc defectu, Dalilæ ad Samsonem, verus non fuit, 13,b.
Exempla verorum amicorum sibi in malo nõ consentientium, 15.
Hæc amicitia vera, quomodo acquiratur, 17.2 & seqq.
Quomodo conseruetur, 39. & seqq.
Non potest esse inter dispares moribus, 17. & seqq.
Illam non tollit disparitas sententiæ, si voluntates in Deo vltimò sunt solidatæ, 43. 2. & seq. & 731.
Amicitia delectabilis *actiuè* sumpta, quomodo vincenda, 59. b. & seqq. & quomodo sumpta *passiuè*, 62. & seqq.
Amicitia vtilis, actiuè, & passiuè sumpta, quomodo expugnanda, 65. b.
Amicitia, quo sensu, dicatur esse inter æquales, 52.2.
Amicitia inordinata, qua pœna speciali punietur in inferno, 771.

Amicus.

QVis sit, 3.b.
Illius bonis congaudere oportet, siue præsens sit, siue absens, 48.b.
Amico prius probato reuelandum secretum, 53.b. & seq.
Amicus verus gratis amat, 3. b. & seq.
Falsus ob temporale bonum, 4.2 & seqq.
Amici falsi tempus, prosperitatis, 7 2.
Exemplum Christi veri amici in necessitate, 7.2. & 651. 2.
Exempla falsorum amicorum Iobi, & Tobiæ, 7. b.
Exempla verorum amicorum, ibid. & seq. & 9. b.
Amicus verus, Deus, 8. b. & seq. & 649. b. & seq.
Propter amicum, toleranda etiam aspera, inimicitiæ, & iactura temporalium, 9.2.b
Amicus *falsus*, qui amicum derelinquit corde, & corpore, 6.b. & 7 b.
Imperfectus, qui corpore detelinquit, licet nõ corde, 11. 2.
Verus, qui vtroque modo semper adest, 7.2. & 8.2. & 9.2.
Amicus reprehendendus, 15 b. & seq. & 50. & seqq. & 32.b. & 101.2.

Digitized by Google

Cur vocetur *necessarius*, 21. a.
Difficile cognoscitur, 1. b.
Est probandus: probatur autem in arduis, & difficilibus, ibid. & seq.
Amandus facto, non solum verbo, 22. a,
Verus, rarus, 39. a.
Quomodo perdatur, & valde difficile recuperetur, 30. a. b. & 441. b.
Propter defectus morales, vel naturales, non est facilè dimittendus, 46.
Illius mala, vt propria æstimare debet, 45. b. & seq. & 462. b.
Idem dicendum de bonis, 48. b.
Amici, quomodo facti sumus Dei? 585. b. & seq.
Amicus verus, Deus; fictus, diabolus est, 650 b.
Amici Dei sunt fortes, & timentur à Regibus, & dæmonibus, 772. a
Amicus, quare *intimus* dicatur, & *viscera*, 56. a
De suo amico, malum non suspicatur, 58. a. & seq.
Amicus fictus perniciosiùs sæuit, quàm inimicus apertus, 97. b. & seq. & 102. a.

Amor.

Libertatem parit, & confidentiam, 53 b.
Est operatiuus, 529. b. 24. b. & seqq. & 649. & seqq. & 22. b.
Amoris symbolum, vinum, 529.
Illius vis, delicta non videt, 619. a.
Facilè illa remittit, 649 b. & seq.
Sola pulchritudo interior causa veri amoris, 35. b & seqq.
Est vnio, & quomodo vniat, 2. a. & 39. a. b.
Honestus, in quo consistat, 1. b.
Quomodo sit purus, 61. a.
Amat, sed non quærit amari, 62,
Non sic carnalis, ibid. b.
Qui est cæcus, 35. b.
Et tenebrosus, 62. b. & seq.
Habet annexum dolorem, 59. a. & seqq. & 63 a. b.
Emanat ex sui amore, 64. a.
Amati perfectiones contemplari proprium est amoris, 463. b. & 566. b.
Ratio amoris ad alios, vnio; ad seipsum, vnitas, 18. a.
Amor improprius, quid, 17. b.
Naturalis vnde oriatur, 18. b.
Supernaturalis vnde, qui dicitur charitatis, ibidem.
In quo consistat, 19. a.
Amor extasim facit, quomodo intelligatur, & de quo amore, 23. a. & 56. a. b.
Amoris ordo, seu gradus, 134. a.
Amare quid sit, 3. b. 107. a.
Gratuite, quid, 3. b. 4. a.
Efficaciter, & inefficaciter, quid, 6. b.
Amare *recte*, in quo consistat, 12. a.
Amantem redamare, est connaturale, 22. b. & seq. b.
Amici memoria fixa, 56. b. & seq.
Amari naturaliter homo cupit, 758. b.
Amor impurus, sagitta transfixa, 505. b.

Amor proprius.

ORdinatus, Deo gratus, 110. a. 530. a.
Oritur vera sui cognitione, 145. a.
Inordinatus, causa omnis peccati, 107.
Oritur ex Inconfiderantia viri, 70. b.
Oculis Dei horribilis, 64. a.
Inordinatio eius in quo consistat, 110. b. & seq.
Facit hominem similem diabolo, 111. b. & seq
Est duplex, spiritualis, & carnalis, 112. b.
Spiritualis, vnde talis? 112. b & seq.
Triplex gradus illius. 113. b. & seq.
Signa amoris proprij occulti spiritualis ad vltimum gradus pertinentis, 114. b. 193. b.
Quando est mortalis, 114. a.
Amor proprius carnalis, quare sic dicatur, 114 b. & seq.
Gradus illius, & signa, 115. & seqq.
Et quando mortalis, 120. a. b.
Origo vtriusque amoris, 121. a. & seq. & 129. b.
Difficultas, quæ experitur in abnegatione eorum vnde proueniat, 123. & seqq.
Mortificandus *ab omnibus*, præcipuè à iuuenibus, & nouiter conuersis, & Prælatis, aliorumq. Rectoribus, 130. & seqq.
Quibus armis expugnatur, 133. & seqq.
Amor proprius spiritualis virtuosus, quid, 134 a
Eius signa, ibid.
Carnalis virtuosus, quid, & qualis esse debeat, 135. b.
Amor proprius virtuosus, pondus animæ ad Deum tendentis, 135. a.
Amare seipsum qui tenetur, plus quàm proximum, 398. b.
Inordinatus amor sui, est verum odium, quo anima perit, & corpus, 147. b. & seqq.
Exempla de hoc, 151. b.
Abundat in Potentibus, & Rectoribus, 132. a.
Amor sui verus, in mortificatione consistit, 149. & seq.
Quomodo etiam in bonis spiritualibus purifican-

Digitized by Google

ficandus, 194. & seq.
Inordinatus, continet dolorem, & laborem, 152. & seqq.
Vocatur etiam priuatus, & cur? 157. a.
Facit hominem vilissimum seruum, 146.
Eo subacto, pax plena sequitur, cur, & quomodo, 159. b. & seq.
Deserto inhabitabili assimilatur tribulis pleno, & spinis, 166. b.
Quàm sit subtilis, 213. a. & 215. a. & 194. a.
In tenebris nos interioribus ponit, 294. a.
In *quibus*, sit abnegandus, 186. b. & seqq.
Et *quomodo*, 203. a. & seqq.
Angelus primus, & primus homo quomodo se inordinate amarint, 111. a. b.
Ex amore proprio discordia oritur, 733. b

Amor proximi, vide *Charitas*, *Concordia*, *Pax*.

QVomodo intelligatur illud Matth 22. Diliges proximum tuum sicut te ipsum, 19. a. b.

Amor erga Deum, vide *Charitas*,

QVàm fortis, 169. b. & 11. a. & 10. a.
Mortificationem suauem redit, & leuem, 168. & seq
Vincit amorem proprium, & occidit, 169. b,
Implet animam sine gustus mercede, 216. a.
Vltra debitum non potest intendi, 223. a.
Probatur diuina subtractione, 209. a. & 279 a. & 298. b.
Habet vigorem, & languorem, 263. a.
Illius argumentum est voluntatis vnitas, & identitas, 279. & seq.
Puritati illius non obsistit ad Deum pro consolatione in desolatione confugere, 282. & seq.
Quæ si non obtineatur, & patienter feratur, purissimi amoris est signum, 283. b.
Amoris huius indicium, dolor, & sollicita, ac perseuerans inquisitio Dei dilecti, 288. a. b. & 290. & seq.
Quomodo oculos illius, ex duobus faciat vnum. 318. a.
Vulnera, & iacula illius, quæ, & qualia, ibid.
Deum colit, 528. a.
Qualis debeat esse, 196. b. & 241. b.
Timorem habet annexum, 217. a.
Iniurias Deo factas sentit vt proprias, 463. a.
Super nos, & omnia tenemur Deum amare, 480. a

Amor Dei, & Christi erga nos.

DAt confidentiam, & in quo fundetur, 633. a. b.
Magnus erga creaturas, 613. & seqq.
Præsertim rationales, 649. b. & seq.
Amor Dei, vt Patris, quantus? 617.
Magnus in Creatione, sed maior in Redemptione, 643. b. & seq.
Christi amor in nos in copiosa Redemptione reluxit, 583. & 617. & seqq.

Andreas Apost.

QVare cum lætitia salutauerit Crucem, 279 b.

Angelus.

PRimus ex curiositate corruit, 497. a. & 528. b.
Angeli nos amant, 2. b.
Nos defendunt, 656. b.
Amor mutuus erga eos consummabitur post hanc vitam, ibid.
Angelus Christum in horto non confortauit, agoniam subleuando, 279. & 281. a.
Angeli non erant perfectè beati in primo suo statu, 577. b.
Sunt oues nonaginta nouem in deserto, idest, in cœlo relictæ, 590. a.
Dicuntur nubes, 253. a.
Nos illuminant, ibid.
Dicuntur oues cœlestes, plenæ lacte iucunditatis diuinæ, 598. b

Angor.

INterior, quid, 262.
Illum pro nobis passus est Christus, ibid.
In illo constitutus, non debet diffidere, sed ad Deum recurrere, ibid. b.
Valde periculosus, 275. & seq.

Anima.

INteriùs recta, quæ dicatur, 141. b. & 148. a
Quomodo infirma, ibid.
Illius vita, quæ? 207 a.
Deo totaliter conformis, non habet proprias velle, 114. b.
Desolata, valde periclitatur, 269. & seqq. & 274. b.
Duplex illius nutritio insensibilis, & sensibilis, in quo consistant, 297. a.
Animæ lucrum magis, quàm terrenorum quærere, pertinet ad Christianum, 362. b.
Illius alimentum, Verbum Dei, 398. a.

Quot modis à curiositate possit capi, 502. & seqq.
Absentia Dei ab anima, maximè timenda..., 549. a.
Animæ duplex infirmitas. Altera, peccatum: altera, inclinatio ad peccatum. Prima per gratiam infusam sanatur. Secunda non, nisi per speciale auxilium, 594. & seq. licet non omnino in hac vita sanetur, 595. b.
Vtraque sanitas, quomodo augeatur, 596. b.
Animæ perditio, ex nobis est, 607. & seq.
Spiritualiter moritur per peccatum, & à solo Deo suscitatur, 647. a.
Natura sua est immortalis, 686. b. & seqq.
Post hanc vitã præmium illi manet, vel pœna, 689.

Appetitus.

IRascibilis, & concupiscibilis munera..., 129. a.
Appetitus boni, non est bonus, nisi debito modo sit regulatus, 487. b.
Illius expletio, sine aliqua delectatione non contingit, 489 a.

Ariditas.

SVi cognitione sustinetur, 147. a.
Crux viua est, in qua configimur Christo, 214. b.
Et nimis dura, 281. a. & 288.
Crescit pro ratione amoris, ibid.
In quo consistat, 237. a.
Illã pro nobis Dominus passus in horto præcipuè, & in Cruce, 279. b. & seqq.
Variè nominatur, 240. b.
Duplex causa illius, Deus, & nos, 241. a.
Quare Deus arido humorem negat consolationis diuinæ, ibid. & seq.
Causæ inductiuæ illius ex parte nostra, quæ? 243.
Lapsus in peccatum, ex ea frequenter sequitur, 250.
Quos producat in nobis effectus, 257. b. & seqq.
Dum durat à consuetis exercitijs spiritualibus non cessandum, 264. b. & 297. & seqq.
Periculosa nimis, 269. & seqq. & quare, 271. a.
Aridus meditetur Christum in horto in agonia positum, & in Cruce derelictũ, & consolabitur, 279. & seqq.
Quomodo nihil committat contra voluntatis conformitatem ad Deum, ad ipsum, vel ad creaturas pro spirituali cõsolatione confugium, 282. & seq.
Signum hoc dignoscendi, 283. b. & 284. b.
Debet se humiliare, & sic merebitur irrorari, 285. b. & seq.
Et de subtracta gratia, vel negata, non conturbari, 287. a. b.
Illius sustinentia, summa est fortitudo, 289. a.
Longanimitate vincitur, 290. a. & seqq.
Cum præcipuè consolatio, & non Deus quæritur, non obtinetur, 293. a.
Examen conscientiæ, & illius munditiæ, aut iam emundatæ consideratio, in spem erigit ad rorem diuinum, 194. b. & seq.
Ex se non tollit animæ pulchritudinem, 295. b. & seq.
Ariditas, cuius nos causa sumus, remedijs quibus tollenda, 300. b. & seqq.
Purificanda est conscientia, 300. & seqq.
Humilitati vacandum, 303. b. & seq.
Mens ad Deum, & illius mandata, leuanda, 304. & seq.
Passio Dominica præcipue meditanda, 305. & seq. & 327. b.
Pia lectio adhibenda, 306. & seq.
Gratitudo amplectenda, 309. b. & seq.
Mens tranquillanda, 311. b. & seq.
Caro mortificanda, 313. b. & seqq.
Pluuia diuina auide appetenda, 316. a. & seq.
Licet hæc auiditas sit sine sensibili gustu, 319. a.
Orationibus iaculatorijs instandum, 318. a & seq.
Solitudini vacandum, 319. b. & seqq.
Alijs compatiendum, 319. & seq.
Bonis operibus intendendum, 330. b. & seq.
Causæ aliæ ariditatis præter assignatas, possũt contingere, & de remedijs. 331.

Auaritia.

QVid sit, 339. & seq. & 41. b
Opponitur iustitiæ virtuti particulari, 304. b.
Et charitati, 341. a.
Et quando sit peccatum mortale, ibid.
Eius deformitas, vnde crescat, 371. a.
Illiberalitas etiam dicitur, & quomodo liberalitati, & prodigalitati, & voluntariæ paupertati religiosæ opponatur, 342.
Ac etiam charitati, 343. a.
Ex quibus causis nascatur, 343. & seqq.
Effectus illius, 344. a.
Periculosa nimis, 347. b. & seq.
Fere insanabilis, 350. a. & seq.
Insatiabilis, 351. b. & seq.
Hinc assimilatur inferno, hydropico, sanguisugæ, igni, oculo, & alijs rebus insatiabilibus, 352. & seq.
Pœnalis, 354. b. & seqq.

Laboriosa, 359.b.& seqq.
Penuriosa, 362. 6. & seqq.& 414.
Odiosa, 364. & seq.& 734. b.
Onerosa, 366. b. & seq.
Infructuosa, 368. b. & seq.
Serua vilissima, 370. & seqq. & 403. b.
Superba, 372. & seq.
Vana, 373. & seqq.
Insana, 376. & seq.
Inuida, 378. & seq.
Iniusta, 380. & seqq.
Dura sibi, 387. & seq.
Crudelis alijs, 388. & seqq.
Idololatrix, 391. & seqq.
Omnium malorum radix, 394. & seq.
Vincitur charitate ordinata, 396. & seqq.
Consideratione veræ felicitatis, 400. & seqq.
Cordis humilitate, 403. & seq.
Curæ propriæ veritate, 404. b. & seqq.
Eleemosynę largitate, 407. & seqq.
Verarum diuitiarum cupiditate, 413. & seqq.
Breuitatis vitæ meditatione, 410. b. & seq.
Et instantium pœnarum post hanc vitam, 418. & seqq.

Auarus.

QVis dicatur, 340. q.
Senes quare communiter sint auari, 345. a. & 350. a.
Auarus iniustus, magis læditur, quàm ille, cui per auaritiam, læsionem intendit, 361. a. & seq.
Omnibus odiosus, 365. & seq.
Mortis memoria, illi amara, 413. a.
Vere pauper est, licet affluat multis, 414. a. & seq.
A vera vita excluditur perpetuò, 419.
Pœnæ peculiares illius, quæ? 420. & seq.
Etiam in hac vita punitur frequenter, 421. b. & seq.

Augustinus.

IN Regula, ante omnia, Apostolicam charitatem præcepit, 12 a.
Eremum adeo coluit, vt Fratrum Eremitarũ fundator fuerit, 223. b.
Detractionem multùm abhorruit, 726. a.

Auxilium. vide *Gratia*.

AVxilio humano deficiens, obtinet diuinum facilius, 260. b.
Auxilium diuinum, duplex, præueniens, quo ad cõsensum præparatur voluntas, & adiuuans, quo illum præstat, 607. a.
Primum auxilium, quomodo dicatur sufficiẽs & efficax, ibid b.
Secundum offert Deus, cum det primum, sed nos illi deficimus, non consentiendo, ibid. a
Si auxilium sufficiens deesset, excusaremur à culpa, 608. a.

B

Beatitudo, vide *Felicitas*.

AEterna, vna cum fe, omnibus est sufficiẽs, 185. b.
Illi non sunt apti, nisi mortificati, 186. a.
Huius sæculi diuites, dicendi non sunt beati, 400. b. & seqq.
Inclinatio naturalis ad illam omnibus inest, 513. a.
Solo viso Deo, beatur quis in cœlo, 547.
Quid videbit beatus in Deo? ibid. b.
Beatorum corpora perfectissima erunt, & sensus omnes delectatione admirabili replebuntur, 548. a.
Beati quare de sua beatitudine habeant securitatem, 577. b.
Non ad eam intrant, nisi mundo corde, 578. b
Suauitas ibi est ineffabilis, satietas, & pax indicibilis, 600. & seq. & 776. b. & seqq.
Felix amandi necessitas, & gaudij æterni securitas, 605. & seq. a.
Dicitur meridies, in qua perfectissime pascimur, 601. a.
Redditur operibus bonis, 674. b.
Sine illis ab adultis non obtinetur, 677. & seq.
Quo sensu gratia, & merces dicatur? 678. a.
Et corona misericordiæ, & iustitiæ? ibid.
Delectatio summa Beatorum, vnde proueniet? 777. b.

Benedicere.

DE proximo absente, illius amicitiam, etiam amissam recuperat, 761.
Modus in benedictione ista seruandus, 763. a.

Benefacere, *Beneficentia*.

EX charitate oritur, 24. b.
Illa deficiente, cum adest facultas, charitas deest, 25. b.
Operatione perficitur, 117. b.
Cum inordinata est, ex amore sui inordinato procedit, ibid.
Benefacere filijs, & magis propinquis, est cõnaturale, 346.

Beneficium.

IN pecunia solum, non consistit, 27. a.
Beneficijs homo flectitur vt de maledico beneficus fiat, 450. b & 451. a.

Be-

Digitized by Google

Benuolentia.

INcluditur in charitate, 3. b.
Consistit in desiderio, 117. b.

Blasphemia.

DE illa maxime tentat Diabolus, 223.
Quid sit, 414. a. & 416. b.
De Deo præcipuè dicitur, ibid. b.
Blasphematur in Sanctis, ibid.
Non propriè, qui in terra, sed, qui in cælo iã sunt, 425. b.
Quo sensu, maledicendo creaturæ, grauiter quis peccet, peccato blasphemiæ, ibid. a.
Et quando venialiter tantùm, vel nullo modo, ibid. b
Laudi diuinæ, quæ ad Religionis virtutem spectat, qua colitur Deus, propriè, & directè opponitur, 426. b.
Aliquando ex infidelitate oritur, 429. a.
Et quomodo ex odio blasphemia formaliter hæreticalis procedat, & fidei opponatur, & charitati, & quando tantummodo charitati, ibid. b. & seq.
Blasphemia hæreticalis formaliter, & hæreticalis tantùm materialiter, & simplex, quid sint, 428. a. & b.
Frequenter ex iracundia, seu impatientia profertur, 428. b. & seq.
Et vniuersalissime ex ingratitudine, 429. b.
Et frequenter ex superbia, 430. a.
Et ex ebrietate, 465. b.
Et ludo, 466. b.
Quæ pœna corporalis in lege veteri, & in ciuili, & in canonica fuerit constituta blasphemiæ, & quomodo varie sic puniatur, 431.
Blasphemia prolata, hæreticalis formaliter, punitur eitam excommunicatione Papali, reseruata in Bulla Cœna Domini, à qua non potest quis absolui, nisi speciali facultate Summi Pontificis, ibid. b.
Blasphemiam hæreticalem tãtùm materialiter, & ex consuetudine, consueuerunt Ordinarij locorum sibi facere reseruatam, 432. a.
Aliqui etiam simplicem blasphemiam ex cõsuetudine, & deliberatione prolatam, sibi reseruarunt, ibid. b.
Pœna æterna blasphemiæ, damni, & sensus, ibid. & seq.
Speciales pœnæ perpetuæ, cõculcatio, & linguæ manducatio, 434. b. & seq.
Species variæ blasphemiæ, 435 b. & seqq.
Blasphemia, vbi perfecta aduertentia deest, propriè blasphemia non est, 437. b. & 444. a
Et quomodo peccatum, vel non, 442. b.
Quando consuetudinaria sit dicenda, ibidem, & seq.
Et quando publica, quæ tantùm intelligitur reseruata, 438. b. & seq.
Blasphemiæ grauitas, 439. b. & seqq.
Quo sensu dicatur irremissibilis, 441. b. & seq.
Prolata non animo conuitiandi Deo, seu intendendi illi malum, sed tantùm ex ira in hominem, vel impatientia, licet, vt sic, tantam grauitatem non habeat, tamen mortalis est, & si publicè fiat, est puniendа, 443. a
Consuetudo mala blasphemandi est sub mortali confitenda, & emendationis neglectus, licet cum fuit prolata, aduertentia necessaria defuerit ad peccatum mortale, vel veniale, 443. b.
Etiam ipse actus blasphemandi in consuetudinario, est mortiferus secundùm Toletum, licèt actu in se non sit deliberatus perfectè, 444. a.
Et quando non sit mortalis in sic assueto, ibid.
Blasphemia gratitudine vincitur, 448. a. & seqq.
Reuerentia, 453. & seq.
Sustinentia, 455. & seqq.
Plura motiua Chrysostomi ad Victoriã, 458. b & seq.
Laude quoque diuina superatur, 459.
Consuetudinaria blasphemia, tollitur consuetudine laudis, 460. a. & seq.
Amici Dei, eam audiendo, doloris signa ostendunt, 463.
Pulchritudo Diuina meditata, ad laudẽ prouocat, & à blasphemia abstinet, 463. b. & seq.
Humilitate cauetur, 464. b. & seq.
Et mortificatione, 465. b. seqq.
Ac punitione, 469. & seqq.
Et etiam correctione, seu increpatione ab omnibus facienda, 478. b. & seqq.

Blasphemus.

PErpetuò blasphemabit in Inferno, 433. b. & seq.
Blasphemando, seipsum potius perimit, quàm blasphematum, 445.
Contritione sanatur, 446. a.

Bona.

Cœlestia, quare in hac vita nõ sanant appetitum, 351. b.
Neque etiam bona terrena, ibid. & seqq.
Temporalia, minima sunt inter dona Dei, quibus licite vti possumus moderatè, 365. b. & 367. b
Bona omnia externa iure naturali communia sunt,

ſunt, & ſolum iure gentium ius priuatum introductum, 382. a,
Bona diuitum ſuperflua, egenorum ſunt, 383. & ſeqq.
Male acquiſita ſunt reſtituenda, 398. b.
Bona temporalia, breuitate, qua poſsidentur, contemptibilia ſunt, 411. & ſeq. & 890. & ſeq.
Ex affectu terrenorum contemnuntur bona ſpiritualia, & beatitudo æterna, 562.
Bona ſpiritualia, & terrena, quomodo non poſſunt ſimul haberi, ibid. b.

Bonitas.

INterior cognoſcitur ex operibus bonis perſeueranter factis, etiam in Prælati abſentia, 881. b. & ſeqq.
Et quantum tempus ſufficiat ad hoc indicandum, 884, b.

Bonum.

ESt communicatiuum ſui, 649. b.
Triplex, vtile, delectabile, honeſtum, 2. a.

Bonus.

NOn poteſt quis fieri, niſi priùs à malo declinet, 518. a.
Qui bonus eſt, compatitur cæteris, 567. a.
Quare cum bonis in hac vita mali conuiuant? 684. & ſeq.
Et cur boni hic affligantur, 685. & ſeq.

C

Caro.

NOſtra non mortificata, equo impinguato aſsimilatur, 189. a.
Mortificari debet, vt ſpiritus obtineatur, 313. b. & ſeq.
Illam mortificando odire, eſt in æternum cuſtodire, 602. & ſeq.

Caſtitas.

AD illam ſeruandã, quæ conducant, 190. a
Militat cõtra luxuriam, & quare ſic nominetur, 203. b.
Caſtitas mentis, quid, 225. a.
Mortificatione oculorum ſeruatur, 543. & ſeq.

Cauſa.

NOn ſufficienter applicata, vel non cauſat, vel defectibiliter cauſat, 248. a.

Charitas, vide *Amor, Dilectio, Pax, Iuſtitia, Concordia.*

EX affectu expreſſo illius operari, facit perfectiſsima opera cæterarum virtutũ, 208. b.
Ex illa beneficentia oritur, 24. b.
Non eſt mercenaria, 28. b. & ſeq.
Eſt feſtina, & ſolicita, 29. a.
Non finitur cum morte, 61. b.
Illius ſtatus, & non affectus ſufficit, vt opera indifferentia, & bona ordinis naturalis ad Deum referat, 208. b.
Eſt diues, 330. b.
Dicitur iuſtitia, 341. b.
Ordinatio eius eſt ad magis propinquos, 346. a
Et magis ad ſe. 398. b.
In diuitijs periclitatur, 366 a.
Dei cognitio ſine illa non ſaluat, 528.
Charitas fraterna, detractione extinguitur, 706. b.
Ad illam pertinet, ſeipſum prius à peccato purgare, & deinde de alijs hoc curare, 709. & ſeq.
Charitas ergò Deum, iniurias illatas, etiam iniuſte, facit libenter ſuffere, 711. b. & ſeq.
Læſor charitatis, legis totius eſt tranſgreſſor, 719. b.
Proximi defectus occultat, 719. b. & ſeqq.
Ex illa, concordia, & pax exterior naſcitur, 731. b.
Per illam diſcordia expugnatur, 738. & ſeqq.
Quàm ſit grata Deo, 752. & ſeq.
Paupertate Chriſtiana ſeruatur, 768. a.

Cella.

Laudes illius, 322. b. & ſeq. a.

Chriſtus, vide *Paſsio Chriſti.*

QVomodo in horto poſtulauerit tranſitum calicis, 172. a.
Iuſtitia, vita, reſurrectio noſtra, quo ſenſu, 175. a.
Iure Redemptionis, ſerui ſumus illius, ibid.
Sponſus noſter vnicus, 195. b.
Pro noſtris peccatis ita paſſus eſt ex amore, ac ſi propria eſſent, 463. a.
De captiuitate Diaboli nos liberauit, 504. b.
Quòd Redemptor noſter ſit, allicit ad ſpem, 583. & ſeqq.
Cupit ad nos intrare, & ſe nobis communicare, 586. b.
Illius vulnera, foramina ſunt, vbi paſcimur, & recondimur, 587. b.
Neminem ad ſe venientem repellit. 588. a.
Eſt vnicus Paſtor noſter, & Princeps Paſtorum, 589.

Erga

erga omes suũ amorem habet, & curã, 589.2.
Ideo perditam ouem quærit, 590. & seq.
Inuentam reducit. 591. b. & seqq.
Reductam sanat, 594. b. & seqq.
Sanatam consolidat, 596. b. & seqq.
Consolidatam nutrit. 598. b. & seqq.
Nutritam custodit. 601. b. & seqq.
Et animam pro omnibus ponit, 608. & seqq.
Amoris vehementia, quo factus pro nobis caro, 590.
Pauit nos in hoc mundo exemplo, verbo, & carne sua, 598. b. & seq.
Et pascit post hanc vitam essentia sua Diuina, 600. 2.
Custodit in hac vita potenter, & feliciùs in æterna vita, 601. & seqq.
Animam suam posuit pro ouibus suis, 609.
Fortitudo eius in cruce enituit, 610. b. & seq.
Quomodo ascendens in cœlum duxit capeuitatem captiuam, 605.
Non tamen oblitus eorum, qui manebant in terra, 612. a. & 635. b.
Descriptos nos habet in manibus suis fixura clauorum, 617. b.
Plenus gratia nobis. 630, b. & seq.
Lux nostra magna, 634. b. & seqq.
Est fons patens, omnibus se gratis communicans, b. 638. b.
Est aduocatus noster in cœlo, 639. & seq.
Mansuetus ad condonanda delicta, 640. b. & seqq.
Potentia sua, sapientia, & miraculis deificare nos quæsiuit, & similes Deo per concordiã facere, 730. a. & 750. 2. & seq. b.
Tempore pacis voluit nasci, & illam semper commendauit, & præcipuè in vltima Cœna, 751. b.
Ad hoc denotandum, ossa eius non fuerunt fracta, neque tunica inconsutilis scissa, 752. & seq.
Pacem tenere cum inimicis, suo exemplo nos docuit, 779.
Paupertate sua nos diuites fecit, 889. b.

Cibus.

QVare Deus cibos fecerit delectabiles? 838. a.
Illius condimentum, seu præparatio, si moderate fiat. gula non est, 842. a.
Est famis medicamentum, 863. b.
Quomodo debeat sumi, vide *Conuiuium*, & *effectis corporis*.

Circumcisio.

SPiritualis, quomodo fieri debeat, vt grata sit Deo. 197. b. & 218. a.

Cogitatio, vide *Cõsideratio, Meditatio*.

TVrpis, quando peccaminosa, & nocua, 118. a. b.
Ea cogitat quis, quæ amat, ibid.
Cum turpis est, statim repellenda, vbi primò aduertentia aderit, 199. b.
Cogitationes turpes partus sunt mentis carnalis, 251. b.
Cogitatio pia impletur lætitia, 304. b. & seq.
Ea cogitamus, ad quæ inclinat passio, qua affecti sumus. 560. 2.

Cognitio.

PRoprij defectus, est causa humilitatis, 30. a & 146. 2. b.
Et compassionis aliorum. 46. b. 146. a.
Et odij sancti sui, 70. b.
Per illam carnalia vitia vincuntur, 146. b.

Compassio.

ORitur ex cognitione miseriæ propriæ, 46. b. & 758.
Iuuat ad misericordiam Dei obtinendam, 329. & seq.
Et ad sui amorem proximum alliciendum, 760. b. & seq.

Comprehensor.

QVilibet, licet minimus, excedit sanctitate quemlibet viatorem, 426. a

Compunctio.

COrdis ad deuotionem obtinendam maxime conducit, 324. & seq.
Locus solitarius illi aptus. 325. b. & seq.
Quibus modis possit acquiri, 325. b. & seqq.
Et miseratione erga alterum, 330. a.

Concionator, vide *Prædicator*.

Concordia, vide *Charitas, Amor erga Proximum, Pax, Amicitia*.

EXterior, quid sit, 731. b, & 732. a.
Illa, paruæ res crescunt, 729. b.
Ad hanc plantandam in cordibus nostris eo tam vitam suam, potentiam, sapientiam, & miracula Christus Dominus ordinauit, 730.
Est charitatis effectus, 731. a. & b.
Non distinguitur à pace exteriori, ibid.
Vt sit vera, debet esse in bono, 732. a.
Non coacta, sed spontanea, ibid.
Concordia interior, in quo consistat? 731. b.

Est

Digitized by Google

idem, quod pax interior, ibid.
:hritudo illius in vnione consistit. 749. b.
ior est, cum nõ tantúm voluntates, sunt in
ono vnitæ, sed etiam intellectus. 750. b.
: seq. a.
ecurior. 766. a.
:ordia reddit hominem clarũ, 730. a. & b.
abilis valde est, 753. b. & seq.
entia, sapientia, & miracula Christi,
hoc ordinata fuere, vt in cordibus ho-
inum infereretur, & sic interiùs deifor-
es efficerentur, 730. & 750. a. & seq.
isti ossa non fuerunt fracta post mortem,
:que vestis inconsutilis scissa ad vnionem
)ncordiæ Christo gratissimam designan-
m, 752.
:ifixoribus Christi pelores sunt Christia-
, concordiæ vnionem scindentes, 753. a.
seruatur, & recuperatur humilitate, ,
.o. b. & seqq.
s, concordiæ pulchritudinis considera-
ne, 749. & seqq.
rpitudinis discordiæ, 755. & seqq.
'atione, 758. & seqq.
dictione, 762. & seq.
)negatione, 764. b. & seqq.
ibilium contemptu, 765. & seq.
tum, quæ comitantur, vel consequuntur
)cordiam, meditatione, 771. & seqq.

Concupiscentia, vide *Passio*.

On tantum illi consentitur à malis, sed
excitatur, vt eant post eam, 119. b.
um tentationum origo, 125. b.
:eatur, multa cordis vigilia necessaria,
. a.
: nominatur *peccatum*, 128. b.
ficatur, sed non moritur, 138. b. & seq.
catur non obtinens concupitum, 155.
ortificationem non abscissa, cælo ap-
on est, 186. a.

sio, vide *Contritio*, *Pœnitentia*.

sacramentali peccata venialia nõ sunt
cessariò exprimenda, 443. b.
sioni oris debet esse coniuncta con-
) cordis, 649. a.
:ri. est de morte ad vitam procedere,
b.
missa est remissio peccati, & emunda-
) omni iniquitate, 653. b. & seq.
sio in voto, quid. 655. b.
quando oris non potest actu haberi,
& seq.

Vt fiat, ægritudo, vel hora mortis expectari
non debent, 659. a.

Congratulatio.

Debet amico fieri in bonis illius, 48 b.

Conscientia.

REa, timida, & inquieta, 152. & seqq. &
155. b. & 300. b. & 156. & seqq.
Illius mũditia quomodo cognoscenda, 295. b
& seq. & 881. & seq.
Bona conscientia, læta, 301. a. & seq.
In spem erigit animum, 675. b.
Libenter hominum iudicia, & iniurias sustinet, 712.

Consensus.

INterior, quo ratio consentit sensui ad
carnalia inclinãti seu turpia, effectus amo-
ris proprij inordinati, 117. a.
Sine illo peccatum non existit, 118.
Neque salus contingit, 680. a. & 179.
Quia Deo vocanti non consentimus, dam-
namur, 607.

Conseruatio.

SVi, naturaliter ab omnibus quæritur,
346. b.

Consideratio.

ILlius defectu arescit anima, 246. b.
Cum adest, pinguescit, 304. b.

Consolatio.

QVare sic dicatur, 260. b.
Spiritualis, non est signum maioris
perfectionis, 215. b.
Qnare à Deo subtrahatur, 141. a. & seq.
Ex parte nostra, quæ impedimentum illam, 143.
& seqq. & 255. b. & seqq.
Vinum animam inebrians dicitur, & fortifi-
cans, vt tentationibus possit resistere, 263
Consolationem carnalem quærit, qui non
habet diuinam, nisi valde sit constans, &
in amore fortis, 271. a. & 274. b.
Consolationem quærere spiritualem, quo-
modo non contradicat resignationi diui-
næ, & puritati amoris, 282. b. & seq.
& 542.
Et signum hoc dignoscendi, 283. b. & seq b.
Consolatio interior, dolorem absorbet, vel
alleuiat, 288. a.
Datur humilibus, 303.

Et

Digitized by Google

Et carnali renunciantibus, 313.b. & seq.

Constantia.

QVid, 289. a.
Perseuerantiæ est comes, 883. a.

Consuetudo.

PRaua, animam ad similia lactat, & à bono reuocat, 572. a.
Difficillimè emendatur, 625. b.
Dicitur Regio vmbræ mortis, 634. b.
Non desperandum in ea, ibid. & 637. a.

Contemplatio.

ALta, humili donatur, 521. b.
Et simplici, 523. a. & 302. b.
Est scala ad cœlum, 305. a.
Sobrietate iuuatur, 801.
Maxime Prælatis Ecclesiasticis, & Prædicatoribus conuenit, ibid.

Contemptus.

QVod parum durat, contemptibile est, 889. b. & seq.

Contritio.

ILlius actus, ante actualem Confessionem sacramentalem delet peccata, 619. b.

Contumelia.

QVid sit, 699. a. & 816. a.
Sequitur ex discordia, 736. a.
Et ex ebrietate, 816.

Conuersio.

AD Deum, debet esse festina, 657. b. & seqq.
Debet initiari, & quare? 660. a.
Conuersio condonatur peccatum, 674. a.

Conuersatio.

NImia, dissoluit amicitiam: moderata conseruat, 39. b. & seqq.
Cum bonis debet esse, 46. b.
Tunc adest Dominus illuminans, & consolans, 284. b. & seq. a.

Conuictus.

HVmanus, procellosus. 1. a.
Conuictus proprius, quid, & vnde oriatur, 118. a.
Et quàm nocius sit, ibid.

Conuiuium.

DIfficillimè in conuiuio mensura in potu seruatur, 789. b. & seq.
Prior in illo (si ipse maior non sit) potum petere, & cibũ sumere, maxime, si iuuenis sit, gulæ vitium est, 839. b.
In eo non debet comedi plusquam natura requirat, 840. b.
Nec auiditate nimia, 841. a.
Aut nimis tardè, sed moderata festinatione, cibo sufficienter manso priùs in ore, ibid.

Cor.

TVrbatur passionibus varijs, 1. a.
In eo ita turbato, Deus non inhabitat, 311. b.
Amaricatum, facilè malis cedit, 275. b.
Rectum, quando dicatur? 755. b.
Vbi, & quomodo compungatur, 325. b. & seqq.
Misericors, & compassiuum, 388. a.
Afflictum, frequenter impatiens, & in peccata labitur, 428. & seq.
Illius contritio, peccati est remissio, 446. a.
Est Christi cubile, 508. a.
Elongamur à Deo, & obscuramur, cum cor terrenis infigimus, 509. b. & 755. a.
Dei oculis patet, 683. a.
Cum à fratre diuiditur, turbatur, & amaricatur, 736. a.
Ac debilitatur, ibid. & b.
Et turpe, ac fœdum redditur, 755. b.
Cum operatio ab illo procedit, tunc in veritate Deo quis seruit, 880. b. & seq.
Rectitudo illius cognoscitur ex perseuerantia bene operandi, etiam in Prælati absentia, 881. b. & seqq.
& de tempore sufficienti ad hoc indicandum, 884. b.
Cor duplex, & simplex, quod sit? 886.

Corpus.

EX charitate est diligendum, 150. b.
Illius cura moderata, licita, & debita, 116. a. & 135. b.
Immoderata, ex inordinato sui amore procedit, ibid.
Eius corruptibilitas, vnde oriatur, 126. b.
Post hanc vitam punietur cum anima, cuius in peccando instrumentum fuit, 148. a.

Et

Digitized by Google

Et similiter præmiabitur, quia cooperatum est ad iustitiam, 150. a.
Discretè mortificandum, 219. b. & seq.
Refectionis illius finis debet esse salus, & conservatio, & non cibi, & potus delectatio, 837. b. & seq.

Correctio.

A Bono bene accipitur, cum illi fit, non sic autem à malo, 16. a. & 706. b.
A dilectione debet procedere, ibid. b.
Est charitatis actus, 50. a. b. & seq. & 784. b.
Modus corripiendi, 51. a. b.
Tunc grataner accipitur, cum alioquin corrector, boni operis fuit expertus laudator, 73. a.
Licet pungat Corrector, non ex hoc odit, 101. a. & seq. b.
Corrector blasphemiæ, à correctione cessare non debet, licet emendatio probabiliter non expectetur, 479. a.
Correctio secreta ante accusationem per se non requiritur, & quando ante denuntiationem, 700. a. & seq. a.
Qui, vt correctio fiat, ex inordinato zelo peccatum secretum revelat, non est corrector, sed proditor 705. a.
Seipsum debet quis priùs, quàm alios, corrigere, 709. b. & seq.
Ne detrahas, corrige, 724.
Omnes ad fraternam correctionem tenemur, sed magis subditi erga Prælatum, & Prælatus erga subditos, 725. a.
Quomodo debeat subditus Prælatum suum corrigere, & Prælatum talem correctionem suscipere, ibid. & b.
Detractori quare debeat fieri, 726. b.
Ad illam tenetur Prælatus erga subditos non tantùm ex charitate, sed etiam ex iustitia, 727. a.
In quibus casibus excusemur ab illa, & tunc quomodo sit suppleuda, 726. b.

Crux.

VIta, quid, 224. b
Per illam mortificatio designatur, ibid.
Redditur facilis, si sponte amplectitur, 226. & seq.
Christi Crux, omnibus dat fiduciam, 588. & 617. b.
Brachia Crucis, sunt humeri Christi, in quibus quiescimus, 594. a.
Per illam eripimur, & suscitamur à malis, & pascimur bonis, 609. & seqq.
Et ad cœlum deducimur, 663. a.

Culpa.
vide *Peccatum*, *Vitium*.

MInuitur per ignorantiam, 47. a.
Illius grauitas magis attenditur ex intentione voluntatis peruersæ, quàm ex effectu operis, 440. a.
Eò est leuior, quò causa inductiua peccadi, vehementior est: & è contra grauior, quò causa est leuior, 442. a.
Non nisi culpa nostra, dona semel collata Deus aufert, 613. b.

Cupiditas.
vide *Auaritia*, *Amor proprius*.

ORitur ex amore proprio, est audax, fertur in cuncta mala, 116. b. & seq.
Duplex illius acceptio, 157. a.

Curiositas.

HOstis animæ magnus, vnde nimis pericitatur, 483. & seq. & 542. & seqq.
Quid sit 485.
Duplex est, alia sensus, alia intellectus, ibid. b.
Curiositas *intellectus*, quid, ibid.
Eius inordinato in quo consistat, ibid. & seqq.
Curiositas *sensus*, quid, 488. a.
Quæ delectatio ad illam pertineat? 489. a.
Inordinatio illius, in quo consistat, ibid. b. & seqq.
Præcipuæ causæ curiositatis intellectus, quæ? 491. b. & seq.
Et quæ curiositatis sensus, 494. & seqq.
Istius nominis Ætymologia, 495. a.
Vitij huius antiquitas, 496. b. & seq.
Curiositatis intellectus effectus præcipui, 497. b. & seqq.
Et qui causentur etiam à curiositate sensus, recensentur, 502. b. & seqq.
In visu, & auditu maximè curiositas viget, 507. b.
Curiositas intellectus, studiositate superatur, 513. & seqq.
Vitæ bonitate, 517. & seqq.
Cordis humilitate, 520. & seqq.
Simplicitate, 522. b. & seq.
Oratione, 524. & seqq.
Ordinatione, 527. b. & seqq.
Fatigationis consideratione, 532. a. & seqq.
Eadem meditatione, sensus curiositas vincitur, 534. b.
Et operatione, 535. & seqq.
Et vtraque curiositas, intellectus, & sensus, mortificatione superatur, 538. & seqq.
Et præmij meditatione, quod expectatur in cœlis,

Digitized by Google

cœlis, 546.b. & seqq.
Et punitionis, quæ vtrique curiositati respondet, 549. & seq.

Curiosus.

VErbosus est, 494. a.
Ociosus, & inquietus, ibid. & seq. & 535. a.
Ac detractor, 511.
Et discordiarum seminator, ibid. b. & seq.

Custodia.

Anima est otij fuga, 556. b.

D

Damnatio.

Illius causa, peccata, 681. b.

Damnatus.

DAmnati, perpetuò in inferno Deum blasphemabunt, 433. b. & seq.
Damnatorum ordines, nouem in inferno, 435. a.
Quare perpetuò desperatione cruciabuntur. 576. b. & seq.

Delatio.
vide *Accusatio, Denuntiatio.*

Delectatio.

MOrosa. quare sic dicatur,, 118. a.
Et quàm turpis, ibidem.
Sensuum delectationes possunt esse licitæ. 135. b.
Delectatio spiritualis longè excedit carnales, 252. b. & 776. a.
Sine vlla delectatione viuere non valemus, 271. a.
Sub delectatione carnali, latet amaritudo æterna, irremediabiliter flenda, 578. a.
Delectatio luxuriæ est maxima inter corporales, 562. a.

Deliberatio.

PEccata, aduertentiam perfectam requirit, 437. a.
Quæ potest fieri in instanti, 442. b.
Actus ex deliberationis defectu, si est ex inaduertentia plena, dicitur motus primò primus. Si est ex aliqua aduertentia, sed non perfecta, dicitur secundò primus: & si est ex perfecta, dicitur sufficienter deliberatus, 442. b.

Denuntiatio, vide *Reuelatio*

QVomodo ab accusatione distinguatur, 699 b. & 701. a.
Et quare non sit detractio, 699. b.
Est actus charitatis, ibid. & seq.
Admonitio secreta, quomodo necessariò sit præmittenda, & quando non, 700.
Ad quam si emendatio non sequatur, quomodo soli Prælato denuntiatio facienda, ibid. b.
Qui etiam secretò debet corrigere subditũ, & si nec adhuc se emendauerit, tunc omnibus propalandum est malum, & pluribus testibus conuincendum, & puniendum: quæ punitio non dicitur pura, & quare? 701. a.
Qui ex inordinato zelo denũtiat, vt fiat correptio, non corripit, sed prodit, 705. a.

Desertum, vide *Solitudo.*

Desiderium.

DEsideria carnalia, quæ dicantur 136. b. & seq.
Desiderium ardens bonorum spiritualium, Deum mouet ad illa donandum, 316. & seq.

Desolatio.

INterior, quid, 260. b.
Quare aliquando infligatur à Deo, ibid.
Derelictio dicitur, & delertio, ibid.
Frequenter nos illius causa sumus, aliquando non, ibid.
Desolatus valde periclitatur, 271. a. & 274. b. & seq.
Interior desolatio, est amoris probatio, 288. a

Desperatio.

MAgnus animæ hostis, 555. a. & 592. b. & seq. & 619. b.
Illius Etymologia, ibid. b.
Et definitio, 556. a.
Spei opponitur, ibid.
Per defectum, 676. a.
Eius formalitas, & malitia, in quo consistant, 556.
Iudicium falsum, quod supponit, voluntatẽ ad desperandum non necessitat, ibid.
Est grauius peccatum, ex genere suo, quàm cæte-

Digitized by Google

cætera peccata contra virtutes morales. ibid.& ſeq.
Cainus grauiùs peccauit deſperando, quàm fratrem occidendo. 557.a.
Eſt minus peccatum, quàm odium Dei, & infidelitas ibid.b.
Ratione periculi, in quo ponit animam, omnium peccatorum eſt maximum. ibid.
Quo ſenſu dicatur irremiſſibile. 575.b.
Cauſæ illius præcipuæ.
Dæmonis inſtigatio. 558.b. & ſeq.
Triſtitia. 560.
Puſillanimitas. 561.
Ad præſentia affectio nimia. 561.b.& ſeq.
Intellectus error. 563.& ſeq.
Ocioſitatis languor, & torpor. 565.& ſeq.
Dei ignorantia 566 b.
Inordinatus timor. 567.
Minimorum peccatorum commiſsio, & maiorum patratio, 568.
Deſperationis effectus præcipui.
Ad malum libertas. 569.& ſeq.
Ad bonum difficultas. 571. b. & in malo obduratio. 573. & ſeqq.
Illius mulctatio. 575.b. & ſeqq.
Specialis pœna huic peccato reſpondens quæ? 577.b. & ſeq.
Deſperatio, quæ erit in inferno, quare in certitudine pœnarum fundetur. 577.a.
Deſperatio, quæ eſt in hac vita, præcipuè eſt circa vitam æternam, & ſecundariò, circa media ad illam 579.a.
Spe ſuperatur. ibid.& ſeqq.
Pœnitudine, 653.& ſeqq.
Sollicitudine. 657 & ſeqq.
Fortitudine. 662 & ſeqq.
Oratione. 664 b. & ſeqq.
Miſeratione. 671. & ſeqq.
Bonorum operatione. 673. & ſeqq.
Veritatis ſpeculatione, 679.& ſeqq.
Et conuerſorum meditatione. 690.& ſeqq.

Detractio.

QVi proximo detrahit, vel contumeliam facit, aduertens quid agat, grauiter peccat, etiamſi directe non intendat illum lædere, ſed ex quadam loquacitate, vel nimia libertate id facit. 443.A.& 699.a.
Ex curioſitate naſcitur, 511.
Illius malitia tanta, vt verbis nequeat explicari. 695.
Malum eſt communiſſimum. 697.b.
Ad illud maxime dæmon etiam iuſtos inſtigat. ibid.& ſeq.
Illius quidditas. 698.b.
Eſt ex ſuo genere, mortale peccatum. 699.a.
a.& furto grauius. ibid.b.
Quibus caſibus non ſit detractio, mali occulti reuelatio. ibid.b.& 701.b.
Detractio ſolùm eſt mortalis, quando eſt formalis, & in re graui. ibid.
Quando in re leui ſit mortalis. ibid.
Quot modis contingat. 702.a.
Cauſæ illius. 703.& ſeqq. & 736.b.
Qui excellentior eſt, magis patet detractioni. 703 b.
Qui non multum in excellentia differunt, æmuli ſunt, & ſibi inuicem detrahétes. ibid.
Quare detractio ſit malum tam commune, & ferè irremediabile. 704.b.
Effectus illius. 706.a. & ſeqq.
Remedia contra illam 708 b. & ſeqq.
Triſtis vultus exhibitio. 709.a & 769 b.
Sui conſideratio. ibid b. & ſeq.
Silentij rigor. 710.b.& ſeqq.
Solitudo. 714 b.& ſeq.
Bona operatio. 716.& ſeq.
Oratio. 718.
Dilectio ibid.b. & ſeqq.
Punitio. 721.b.& ſeqq.
Fraterna correctio. 724.& ſeqq.
Famæ reſtitutio. 727. & ſeq.
Quæ per detractionem dupliciter poteſt læsi, cum falſum dicitur, vel verum, ſed occultum. 627.b.
Quomodo vtraque læſio per reſtitutionem reſarcienda ſit. 728.
Imago Dei in proximo conſiderata, quòd à detractione abſtineamus, eſt cauſa. 741.a.

Detractor.

QVi quærit audire, vt detrahat, detractor efficitur. 490.a.
Quem non poteſt, præ lucidiſſima nominis claritate, lædere ore, ſaltem lædit corde. 695.b.
Quare dicatur habere ferreos dentes, & cornua decem? ibid.& ſeq.
Et ſimilis ſit locuſtis, tantùm de hominibus paſtis 696.a.
Et linguam habeat ſerpentinam, ibid.b.& ſeq.
Eſt ſagitta mortifera, qua animæ pereunt. 698.a.
Qui ex zelo ficto detrahit, magis nocet. 705.b.
Api aſſimilatur ferenti in ore florem, & retrò aculeum. 706.a.
Intentio præcipua detractoris, quæ? ibid.
Fit odibilis, & beneficijs indignus. ibid.b. & ſeq a.
Detrahendo, priùs ipſe plagatur, & obcæcatur. 707.a.

Digitized by Google

Inducens detractorem ad detrahendum, vel ostendens illi detractionem placere, saltem audiendo libenter, licet taceat, eodem peccato, quo detractor, inuoluitur, ibid b. & seq. & 709.a.
Quomodo detractor homicida dicatur. 708.a.
Oculo, & sartori assimilatur, 709.b.
Debet vitari. 714.b. & seq.
Et quãdo non potest, quid debeat fieri? 715.b.
Illi debet, ab eo, cui detrahit, charitas, & beneficentia, pro detractione rependi. 721.
Est vulpis pessimæ, sed ita capitur. ibid.a.
Præcipuè in lingua in æternum torquebitur. 722.
Licet, quod dicit detractor, verum sit, tamen si malo animo dicit, culpa non caret, quæ etiam in hac vita, aliquando à Deo punitur. 723.b.
Debet etiam à Dei ministris, detractor puniri. 724. a.
Est latrone peior. 727.b.

Deuotio.

Substantialis, quid sit. 239.a.
Sine cõsolatione sensibili Cõstat. ibid.b. & 264.a. & 265.b.
Signum illius. 298.b.
Sensibilis, quid. 240.a. & seq.
Ex applicatione nimia, aut remissa intellectus, impeditur. 247. & seq.
Cum adest, fortitudo sensibiliter experitur. 267.b.
Cum abest, fragilitas propria apparet. ibid. & seq. a.
Cur nouitijs concedatur, & subtrahatur proiectis. 272.a.
Animam per se non sanctificat. 298.b.
Neque in illa spiritualis profectus consistit. 299.a.
Illam meretur humilitas. 303.

Deus.

IN homine carnali non habitat. 118.b. 178.
Illius amissio, quàm metuenda. 121. & seq.
Non saluat, nisi volentem. 179.a.
Cupit nobis per amorem vniri. 194.b.
Non vnitur, nisi animæ abnegatæ. 198. a.
Et quæ pacifica est. 254.b. & seq.a.
Dei gustus, dulcis. 238.a.
Non habitat in corde turbato. 311.b. & seq.
Nostri curam gerit. 404 b.
In sanctis laudatur, & blasphematur 424.b.
Est Pater noster ratione creationis, & redemptionis. 448.a.
Omni reuerentia dignus. 453. & seq.
Illius honorem tenemur defendere. 479.b.
Ab eo est omne lumen. 514.a.
Illius cognitio sine amore, non saluat. 528.a.
Creaturarum perfectiones, perfectiùs in ipso relucent. 532.a.
Illius amor, oritur ex cognitione ipsius. 566 b.
Ex ignorantia illius oritur desperatio. ibid. & seq.
Hominem non deserit, nisi prius deseratur ab homine. 574.b.
Fidelis in adimplendis promissis. 579. b. & 582.a. & 666. a.
Quomodo ab illo recedamus, & accedamus ad ipsum. 591.b.
Fortiter, & suauiter ad se vocat, cuius misereatur. 592.a.
Occultis modis, & varijs. ibid.b.
Custos noster est, animę præcipuè. 602.& seq.
Et qui in ipso sperant. 608.b.
Hominis Creator in hoc sensu Pater. 613.a.
Ad se illum fecit. ibid.b.
Et regenerauit per gratiam ex amore. & sic Pater noster præcipuè. 616.b.
Cuius amor ex hoc commendatur. 617. & seqq.
Autoritatiue, & principaliter solus ipse potest peccata remittere. 622. & seqq.
Longanimiter peccatorum conuersionem expectat. 623. & seq.
Est fons aquæ viuæ, salientis in vitam æternã, qua mundamur, & saluamur. 637. b. & seq.
Mansuetus ad condonanda delicta. 640. b. & seqq.
Per essentiam bonus, & sui diffusiuus. 643. b. & seqq.
Amicus noster antiquus, delicta condonans, dona sua communicans, & seipsum. 649. b. & seqq.
Sponsus noster æternus, adulteram animam ad se reuertentem non repellens. 652.
Non saluat, nisi volentem. 680.a.
Nihil se ab illius cognitione abscondit. 683.a.
Etiam antequam existat. ibid.
Ipsius regimini, & prouidentiæ, omnia, etiam minima, subduntur. ibid.b.
Quare in vita ista, multos malos impunitos relinquat. ibid. & seq.
Quomodo solus immortalis dicatur. 689. b.
Simplicissimus est. 749.b.
Et superpulcherrimus. ibid.
Et omnium pulchrorum principium. 750.b.
Habitat vbi est pax. 771.b.

Diabolus.

DIcitur bestia, & anima ilius esca. 273.a.
Interiùs desolatis, valde insidiatur. 275. a.

Maxi-

Digitized by Google

Maximè de blaſphemia tentat. 423.
Reſiſtendo fugatur. 457. a.
Laqueorum tenſor. 503. b. & ſeq. & 615. b.
Etiam in bonis nos tentat. 558. b. & ſeq.
Cum hominem poſſedit, a ſolo homine virtute propria non poteſt eijci. 645. b.
Illi corporalia omnia ſubiecta ſunt. ibid.
A Chriſto Domino nobis communicata poteſtas eijciendi illum. 646. a.
Accuſator noſter eſt. 656. b.
Maxime ad detractionem inſtigat. 697. b. & ſeq. a.
Et ad diſcordiam. 729 a.

Dilectio, vide *Amor*.
Charitas.

PEccatores, non ſolum naturali amore, ſed ſupernaturali diligendi. 19. b.
Eádem dilectione, qua diligitur Deus, diligitur proximus. 463. a.

Diſcordia.

AD illam maxima dæmon inſtigat. 729.
Etiam maxime per ipſam deſolantur. ibid.
Eſt hoſtis antiquus. ibid.
Diſcordes reddit obſcuros. 730. b.
Potentia, ſapientia, & miracula Chriſti, & diſcipulorum ad ſuperandam diſcordiam ordinata fuere. ibid. a. & b.
Quidditas illius 731. a.
Diſcordia exterior ab interiori quomodo diſtinguatur ibid.
Exteriori diſcordiæ, exterior concordia eſt oppoſita ibid.
Diuiſio intellectuum non eſt argumentum diſcordiæ, ſi voluntates ſint in bono vnitæ. 732. b.
Tamen facile tunc diſcordia intrat. 766. a.
Eſt, ex genere ſuo, mortale peccatum, oppoſitum charitati 732. b.
Maximè deteſtatur á Deo. ibid. & 756. & ſeq
Quo caſu grauitas iſta non detur. 733. a.
Ex quibus cauſis diſcordia exterior oriatur. ibid & ſeqq.
Et quos effectus producat. 735. b. & ſeqq.
Vincitur charitate. 738. & ſeqq.
Humilitate. 740 b. & ſeqq.
Manſuetudine 745. & ſeqq.
Concordiæ pulchritudine. 749. & ſeqq.
Miſeratione. 758. & ſeqq.
Benedictione. 762 & ſeq.
Sui abnegatione. 764. b. & ſeqq.
Et viſibilium. 767. & ſeq.
Et puntione 769. & ſeq.
Concordiæ remuneratione. 771 & ſeqq.
Chriſti imitatione 779. & ſeq.

Diſcretio.

QVare ſic dicatur. 217. b.
Sine illa virtus ſit vitium. ibid. & ſeq.
Defectu illius deeſt perſeuerãtia. 220. b. & ſeq.
Humilitate, & obedientia acquiritur. 221. b.
A prudentia non diſtinguitur. 222. b.

Diues.

IN diuitijs eget. 359. a. & 363. a.
Diuitum ſuperflua, pauperum ſunt. 383. & ſeqq.
Ille vere diues eſt, cui, quod habet, ſatis eſt. 413. b. & ſeq.

Diuitiæ.

NOn ipſæ, ſed affectus immoderatus dãnatur. 339 b. & 340. a.
Et quando immoderatus ſit. ibid. b.
Vnde hic naſcatur. 344. a. & 345 a.
Sunt cauſa ſuperbiæ. ibid.
Quare ſollicitè quærantur filijs à parentibus 346.
Aliæ ſunt *naturales*; aliæ *artificiales*. 351. a.
Artificialium appetitus, inſatiabilis. ibid. b. & ſeq.
Differentia iſtius inſatiabilitatis, ab inſatiabilitate diuitiarum cæleſtium. 351. b. & ſeq.
Mentem cruentant. 354 b. & ſeqq. & 401. b.
Cauſa iurgiorum. 365. b. & ſeq.
Vſus earũ moderatus, licitus. 363 b. & 367. b.
Pauperibus erogatæ, fructum reddunt vitæ æternæ. 369 a.
Capi earum amore, vituperabile. 371. & 403. a.
Sunt incertæ, & ideo contemptibiles. 373. a. & ſeqq.
Sunt periculoſę quoad corpus. 397.
Et quoad animam. 398. & 399. b.
Si omnes, quæ ſunt in toto mundo poſſiderentur, appetitum non quietarent. 400 b.
Diuitiarum contemptor, vere magnificus eſt. 403. a.
Breuitate, qua durant, contemptibiles fiunt. 411. & ſeq.
Veræ diuitiæ temporales, in quo conſiſtant. 413. a.
Et in quo ſpirituales. 415. b, & ſeq.

Digitized by Google

Doctores.

Ecclesiæ, sunt oculi Christi. 538.a.
Veritati puræ intendunt, inutilibus, & vanis abscissis ibid.b.
Doctrina præstantes, dicuntur potētes. 550.b
Illis instat iudicium districtius, & pœna acerbior, etiam ex ipsa scientia. ibid.

Dolor.

Oritur ex amissione rei amatæ. 295.b.
Animæ redundat in corpus. 360.a.

Dolus.

Quomodo contingat. 885.b.

Dominium.

Vniuersale. quid. 381.b.
Et quid particulare. 382.a.

Dulcedo.

Diuina fastidit terrena, & sitit æterna. 64. A.B.

Duplicitas.

Est vitium simplicitati oppositum. 885.a.
In quo consistat? ibid.b.& seq.

E.

Ebrietas, vide *Sobrietas*.
Vinum.

Illius amentia condemnatur. 545.b.
Est communissimus hostis, insanabiliter vulnerans. 781.
Animam, & corpus occidens. 782.a.
Etiam iustos inuadens. ibid.b. & seq.
Ad illam maxime diabolus tentat. 783.a.
Ab illa nemo immunis, nisi diuina gratia. 782.b.& 783.b.
Eius quidditas explicatur. ibid. & seqq.
Quomodo quis mortaliter peccet se inebriãdo, licet hoc expresse non intendat. 784.
Peculiaris turpitudo ebrietatis, in quo consistat? 785.
Facies eius depicta. 808.b.
Ad illam pertinet salsiuscula comedere, vt ad potum irritatio fiat. 784 b.
Signa, ebrietatem, quæ est peccatum mortale, dignoscendi. 786.b.
Propinare alteri potum animo illum inebriãdi, etiamsi non sequatur ebrietas, est mortale peccatum ibid a.
Quod etiam incurritur, cum aduerdit, vel facile aduertere potest secuturam, etiamsi ea intentione non propinet. ibid.
Propinationem acceptans, probabiliter sciens inde esse inebriandum, peccat mortaliter. 789.b.
Non debet, vt hominibus placeat, tunc se exponere periculo peccandi mortaliter. 793.A.
Et secundùm Augustinum, & Cait. debet tunc potius eligere mortem, quàm potum. 792.b
Cogentes propinationem hanc acceptare, amici veri non sunt, sed crudelissimi inimici. 789.b.& seq.
Acerbissime punientur à Domino. 791.a.
Sobrius, propinationibus fit ebriosus. 789.b.
Quomodo propinationes licitè fieri possint, & acceptari. 791.b.& seq.
Vincitur ebrietas sobrietate, quæ virtus est illi opposita. 787.& seqq.
Consideratione malorum, quæ affert. 808. & seqq.
Et bonorum, quæ impedit. 828. & seqq.
Et pœnarum, quas subit. 829. & seqq.

Eleemosyna.

Data, non perditur, sed in cælo reponitur 357.b.& 409. b.& seq.
Debet fieri sub mortali, de superfluo indiuidui, posito in necessitate extrema. 385.b.& 389.a.
Et posito in graui necessitate, de superfluo status personæ, & aliquando de necessarijs statui. ibid & 389.a.
Quo sensu teneatur diues sub mortali subuenire necessitatibus communibus proximorum. 383. & seq.
Est actus charitatis, quo negato, destruitur charitas. 388.b.
Eam facientem præseruat ab indigentia temporalium 407.a.
Et illi affert abundantiam spiritualium. ibid.b. & 415.b.& seq.
Qui eam negat, in hac vita, & in inferno penuriam patietur æternam. 407.b. & 420.b. & seqq.
Debet cum lætitia fieri. 408.a.
Bona dantis multiplicat. 407.b. & seq.
Ea reddit secura. 409.& seq.
Qui illam negat, in die extrema indicibiliter de hoc torquebitur. 420.a.
Illius donatio, maxima negotiatio. 416.b.& seq.
Liberat ab inferno, & obtinet cælum. 671. b. & seq.

Ere-

Digitized by Google

Eremus, vide *Solitudo*.

Euchariſtia.

Licèt, qui illam non diſtractè, ſed cum attentione, & deuotione ſuſcipiunt, gratiæ iuſtificantis, & cæterorum habituum infuſorum augmentum ſenſibiliter non percipiant, tamen illud recipiunt, 297. b.
Per illam ſpiritualiter enutrimur, & exaltamur, 451.a.& 593. a. & 599. b.

Examen.

Conſcientiæ conducit ad ſpecialem gratiam obtinendam, 194.b. & ſeq.

Exercitia ſpiritualia.

Non ſunt in ariditate relinquenda, 264.b. & 297. & ſeqq.

Extaſis.

Practica vnitiua per mortificationem fit in ſpiritualibus donis, 194. b.

F

Fœmina.

Pvlchra, laqueus animæ, 503.a. & ſeq.
Rete, & vincula, 505. a.
Aſpectus illius. fugiendus. 543. & 546.a.
Concupiſcentijs facilè cedit, 805. a.& b.
Sobria eſſe debet, ibidem, & ſeq.

Felicitas, Felix, vide *Beatitudo*.

Appetitus naturalis ad illam. 344. a.
In quo conſiſtat, ibid. & 400. a.
Solus Deus poſſeſſus facit verè felicem, ibid.

Fama.

Bona, honeſtè appetitur, 81.b. & 699. b,
Quæ non auferri poteſt ore à detractore, ſaltem minuitur, vel læditur corde, 695. b.
Licet quis verbis directè, & explicitè non intendat lædere proximi famam, narrans mala de illo ex animi leuitate, vel loquacitate, ſi ſit in materia graui, peccat mortaliter, etiamſi famæ læſio de facto non ſit ſequuta, 699. a.
Eſt bonum antecellens pecunias, & quæ pecunia æſtimabilia ſunt, 699. b.
Illius denigratio, quando non ſit peccatum, ibid. & 701.b.
Quantum debeant ſubditi curare famam bonam Prælati, & Prælatus ſuorum ſubditorum, & ſubditi inter ſe, 719. & ſeqq.
Prælatus omittens correctionem fraternam erga ſuos ſubditos, præceptam in Euangelio, tenetur ad reſtitutionem famæ, ſi hinc iacturam ſunt paſſi. 727. a.
Dupliciter poteſt per detractionem lædi, ibidem b.
Et quomodo vtraque fama ablata reſtituenda ſit, 728.

Fames.

Est morbus, & pœna peccati primi parentis 863. a.
Illa cruciabuntur ſpecialiter in inferno guloſi, 864.b. & ſeqq.

Fictio.

Bonitatis, diù durare non valet, 833. b. & ſeq.

Fiducia.

Qvid ſit, 289. a.& 666. b.
Quomodo diſtinguatur à fide, ibid.
Quò maior eſt, magis Dei miſericordiam mouet, 617. b.& ſeq.
Ad efficaciam orationis neceſſaria, 666. b. & ſeq.
Ex illa perſeuerantia oritur in orando, 667.b.

Fides.

Charitate formata, eſt meridies, vbi ſolet Chriſtus cubare, 508. b.
Qualis fides in peccatore orante debeat eſſe, 665. & ſeq.

Fidelitas.

Conſeruat, & conciliat amicitiam. 33.a.b.

Filius, Filiatio.

Non ſunt filiorum, quæ Parentes illis reliquerunt malè acquiſita, ideo debent reſtitui, 398. b.
Congregare illis iniuſtè, non eſt illos amare, ſed potiùs necare, ibid.
Frequenter malè expendunt, & deuorant malè acquiſita à parentibus ſibi relicta, 399. b.

Finis.

Vltimus, regula actuum humanorum, & dupliciter accipi poteſt, 12. a.

Digitized by Google

Duplex finis operationem noſtram cohoneſtans, 204. b.
Finis bonus requiſitus ad bonitatem actus moralis, non ſolum debet eſſe proximus, ſed etiam vltimus, 205. a.
Quando hic non excluditur, vel proximus, non æſtimatur, & amatur, vt bonum ſummum, actio eſt honeſta, licet expreſsè ad vltimum non ſit relata, 206. b. & ſeq.
Ex efficaci intentione finis, ſequitur electio mediorum, 228. a.
Finis coronat opus, 235.

Fomes.

Ab omnibus contrahitur, & in nullo extinguitur, 130. b.

Fornicatio.

Quid ſit, 187. a.

Fortitudo.

Appetitum iraſcibilem perficit, 124. a.
Inter timiditatem, & temeritatem modum ſeruat, 222. b. & ſeq.
Actus illius præcipuus, quis, 289. a.

Frater, Fraternitas.

Nomen fratris, nomen eſt charitatis, 739.
Fraternitas memorata, reconciliat corda, ibid.

Fraus.

Quomodo diſtinguatur à dolo, 885. b.

G

Gloria, Glorificare.

Gloria humana, quid, 76. a.
Multum eſt appetibilis, ibid.
Appetitus illius, quando licitus, 500. b.
A ſolo Deo data, æſtimanda, 83. b.

Gloria cæleſtis, vide *Beatitudo*.

Gloria vana.

Licèt venialis priuat opus alioquin ſecundùm ſe bonum, merito æternæ vitæ, 84. b.
Quomodo appetitus illius, vincendus, 85. a. b. & ſeqq.
Etiam iuſti, frequenter ſupplantantur ab illa, 90. a. b. & ſeq.
Ex illa Hypocriſis oritur, 873. a.

Gratia, vide *Auxilium*.

Dei amiſsa, homo liberiùs in mala proruit, 121. & ſeq.
Cum illa omnia fiunt facilia, & ſuauia, 165. & ſeqq. & 561. a. & 598. a.
Illi non debemus deeſſe, 254. a.
Cuſtoditur timore, 286. b.
Illa fit dignus, qui ſe cognoſcit indignum, ibid. & ſeq. a.
Gratia iuſtificans, & habitus ſupernaturales cum illa infuſi animam ſubſtantialiter nutriunt licèt ipſa hoc non percipiat, 297.
Signa, quibus profectus gratiæ ſtatus cognoſcitur, 295. a, & 298. a.
Dicitur Sol & calor, 574. a.
Alia eſt ſufficiens, omnibus cõmunis, quæ nulli negatur, ibid.
Alia efficax, quæ dicitur ſpecialis, & non datur omnibus, & per cuius ſubtractionem obduratio in peccato contingit, vel tollitur, cum infunditur, ibid. b.
Illi non reſiſtimus, & liberè conſentimus, 592. a. & 632. b.
Diuerſis, & innumeris modis per illam à Deo vocamur, ibid. b.
Gratia iuſtificans infunditur, cum conſentimus vocanti, ibid.
Per illã peccator Deo vnitur, & intrat Chriſti ouile, 593. a.
Anima ſanatur, 594. b.
Et in bono ſolidatur. 596. b. & ſeqq.
Et roboratur 624. b & 662. b.
Tribulatione cuſtoditur. 601. b & ſeq.
Homini primo ſtatim in ſua conditione fuit infuſa, 613. b.
Semel collatam Deus non auſert, niſi per noſtrum demeritum, 613. b.
Pœnitenti, maior ſemper redditur, quàm habuerat, 621. a.
Magna requiritur, vt conſuetudo mala tollatur, 625. b.
Viam vitæ ſuauem, & facilem reddit, 630. & ſeqq. & 662. & ſeqq. & 165. & ſeqq.
Libertatem veram tribuit, ibid. b.
Tenebras noſtras illuminat, 635. a.
Animam noſtram viuificat, 647. a.
Illam in bono firmat, 651. b. & ſeq.
Vſus gratiæ eſt à gratia, 620. b.
Et ſimiliter diſpoſitio ad illam, 647. b.
Gratia conſummata quæ ſit, 673. b.
Declinanti à malo, & operanti bonum, gratia iuſtificans datur, 673. b. & ſeq.
Quare neceſſariò in adulto diſpoſitio prærequi-

quiratur, vt gratia iuſtificans infundatur, & in quo diſpoſitio iſta conſiſtat, 676. b. & ſeq.
Non ſaluamur, quia gratiæ nõ cooperamur, 606. b. & ſeq.
Cum illa ſit poſsibilis ſalutis via, 629. b. & ſeq.

Gratitudo.

AD illam pertinet recognoſcere beneficia, 250 & b. 390. b.
Mouet ad noua obtinenda, 309. & ſeq.
Debet Deo exhiberi pro ſpecialibus beneficijs, 449.
Cor humanum, etiam prauum, ad illam allicitur beneficijs, 450. b.
Ipſius eſt benefactorem ſuum reuerenter laudare, 453. & ſeq.

Gula.

QVomodo aliquando ſatietate pellatur, 354. a.
Per illam quærit Diabolus noſtram ruinam, 835.
Eſt primum vitium, contra quod milites Chriſti debent priùs pugnare, 836.
Etiam ſpirituales viri à vitio hoc impugnantur, 837.
Eſt inordinatus appetitus edendi, & bibendi, ibid. b.
Inordinatio iſta in quo conſiſtat, ibid. & ſeq.
Eſt peccatum carnale, 842. b.
Et maximè exprobrabile, 854.
Quare nimis difficile ad vitandum? 843. a. & 846. a.
Delectatio ſumpta ex cibo, & potu, tunc ſolùm eſt gula, cum vt ſentiatur plus ſumitur, quàm poſtulet neceſſitas corporis, 838.
Quando ſit peccatum mortale? 844. b.
Et quare valde graue? ibid. & ſeq.
Ei directè opponitur abſtinentia, 855. a.
Quot modis contingat, 839. & ſeqq.
Vnde naſcatur, 846. a.
Luxuriam cauſat, 846. b. & ſeqq.
Sacrilegia patrat, 848. b. & ſeq.
Idololatriam parit, 849. b.
Egeſtatem adducit, 850. & ſeq.
Pacem turbat, 851. b.
Crudelitatem generat, 852. a.
Mentem hebetat, ibid. b.
Mortem accelerat, 853.
Vincitur, illius turpitudinis conſideratione, 854.
Abſtinentiæ amore, 855. & ſeqq.
Dei timore, & ipſius punitionis contemplatione, 862. & ſeqq.

Guloſus.

Ventrem habet, vt Deum, 393. a.

Guſtus.

EX defectu illius, oratio non eſt dimittenda, 297.

H

Habitus.

VItioſi radicati difficulter nimis eradicãtur, 131. b.
Acquiritur frequentia actuum, 232. b.
Facilitatem tribuit operandi, ibid.
Quod intelligitur de acquiſito, non de ſupernaturali infuſo, 264. a.

Hæreſis.

HÆreſis formalis, & materialis tantùm, in quo diſtinguantur, 428. a.
Hæreticalis doctrinæ falſi Magiſtri, quomodo condiant falſitatem doctrinæ ſuæ, & ſimpliciores decipiant, 501. & ſeq.

Hypocriſis.

INſidioſè laudãdo, ſæuit frequenter. 94. b. & ſeq. & 870. b.
Illius inſidias ſolus Dominus IESVS poteſt apetire, 868. a.
Hoſtis eſt communiſsimus, ibid. & ſeq.
Ibi præcipuè viget, vbi in pretio virtus habetur, ibid.
Per illum hæretici decipiunt ſimplices, 869. a. b.
Quid ſit, explicatur, 870.
Magna vigilantia requiritur, vt caueatur, 869. a. & 872. a.
Quare contra hoc vitium, ſic Deus indigne tur? 871. b.
Vnde naſcatur? 873. a.
Quos effectus in nobis pariat? 874. b. & ſeqq.
Illius ſpecialis pœna in inferno, confuſio, vilipendio, & ignominia admixta, 879. b. & ſeq.
Vincitur veritate, 880. b. & ſeq.
Simplicitate. 885. & ſeq.
Humilitate. 887. & ſeq.
Paupertate, 889.
Breuitate, ibid. b. & ſeq.
Æternitate, 891. b.

Digitized by Google

Duplex finis operationem noſtram cohoneſtans, 204. b.
Finis bonus requiſitus ad bonitatem actus moralis, non ſolum debet eſſe proximus, ſed etiam vltimus, 205. a.
Quando hic non excluditur, vel proximus, non æſtimatur, & amatur, vt bonum ſummum, actio eſt honeſta, licet expreſsè ad vltimum non ſit relata, 206. b. & ſeq.
Ex efficaci inrentione finis, ſequitur electio mediorum, 228. a.
Finis coronat opus, 235.

Fomes.

AB omnibus contrahitur, & in nullo extinguitur, 130. b.

Fornicatio.

Quid ſit, 187. a.

Fortitudo.

APpetitum iraſcibilem perficit, 124. a.
Inter timiditatem, & temeritatem modum ſeruat, 222. b. & ſeq.
Actus illius præcipuus, quis, 289. a.

Frater, Fraternitas.

NOmen fratris, nomen eſt charitatis, 739.
Fraternitas memorata, reconciliat corda, ibid.

Fraus.

Quomodo diſtinguatur à dolo, 885. b.

G

Gloria, Glorificare.

GLoria humana, quid, 76. a.
Multum eſt appetibilis, ibid.
Appetitus illius, quando licitus. 500. b.
A ſolo Deo data, æſtimanda, 83. b.

Gloria cœleſtis, vide *Beatitudo.*

Gloria vana.

LIcèt venialis, priuat opus alioquin ſecundùm ſe bonum, merito æternæ vitæ, 84. b.
Quomodo appetitus illius, vincendus, 85. a. b. & ſeqq.
Etiam iuſti, frequenter ſupplantantur ab illa, 90. a. b. & ſeq.
Ex illa Hypocriſis oritur, 873. a.

Gratia, vide *Auxilium.*

DEi amiſsa, homo liberiùs in mala proruit, 121. & ſeq.
Cum illa omnia fiunt facilia, & ſuauia, 165. & ſeqq. & 561. a. & 598. a.
Hii non debemus deeſſe, 254. a.
Cuſtoditur timore, 286. b.
Illa fit dignus, qui ſe cognoſcit indignum, ibid. & ſeq. a.
Gratia iuſtificans, & habitus ſupernaturales cum illa infuſi animam ſubſtantialiter nutriunt licèt ipſa hoc non percipiat, 297.
Signa, quibus profectus gratiæ ſtatus cognoſcitur, 295. a. & 298. a.
Dicitur Sol & calor, 574. a.
Alia eſt ſufficiens, omnibus cómunis, quæ nulli negatur, ibid.
Alia efficax, quæ dicitur ſpecialis, & non datur omnibus, & per cuius ſubtractionem obdoratio in peccato contingit, vel tollitur, cum infunditur, ibid. b.
Illi non reſiſtimus, & liberè conſentimus, 592. a. & 632. b.
Diuerſis, & innumeris modis per illam à Deo vocamur, ibid. b.
Gratia iuſtificans infunditur, cum conſentimus vocanti, ibid.
Per illã peccator Deo vnitur, & intrat Chriſti ouile, 593. a.
Anima ſanatur, 594. b.
Et in bono ſolidatur. 596. b. & ſeqq.
Et roboratur 624. b & 662. b.
Tribulatione cuſtoditur, 601. b & ſeq.
Homini primo ſtatim in ſua conditione fuit infuſa, 613. b.
Semel collatam Deus non aufert, niſi per noſtrum demeritum, 613. b.
Pœnitenti, maior ſemper redditur, quàm habuerat, 621. a.
Magna requiritur, vt conſuetudo mala tollatur, 625. b.
Viam vitæ ſuauem, & facilem reddit, 630. & ſeqq. & 662. & ſeqq. & 165. & ſeqq.
Libertatem veram tribuit, ibid. b.
Tenebras noſtras illuminat, 635. a.
Animam noſtram viuificat, 647. a.
Illam in bono firmat, 662. b. & ſeq.
Vſus gratiæ eſt à gratia, 620. b.
Et ſimiliter diſpoſitio ad illam, 647. b.
Gratia conſummata quæ ſit, 673. b.
Declinanti à malo, & operanti bonum, gratia iuſtificans datur, 673. b. & ſeq.
Quare neceſſariò in adulto diſpoſitio prærequi-

quiratur, vt gratia iustificans infundatur, & in quo dispositio ista consistat, 676. b. & seq.
Non saluamur, quia gratiæ nõ cooperamur, 606. b. & seq.
Cum illa sit possibilis salutis via, 629. b. & seq.

Gratitudo.

AD illam pertinet recognoscere beneficia, 250 & b. 390. b.
Mouet ad noua obtinenda, 309. & seq.
Debet Deo exhiberi pro specialibus beneficijs, 449.
Cor humanum, etiam prauum, ad illam allicitur beneficijs, 450. b.
Ipsius est benefactorem suum reuerenter laudare, 453. & seq.

Gula.

QVomodo aliquando satietate pellatur, 354. a.
Per illam quærit Diabolus nostram ruinam, 835.
Est primum vitium, contra quod milites Christi debent priùs pugnare, 836.
Etiam spirituales viri à vitio hoc impugnantur, 837.
Est inordinatus appetitus edendi, & bibendi, ibid. b.
Inordinatio ista in quo consistat, ibid. & seq.
Est peccatum carnale, 842. b.
Et maximè exprobrabile, 854.
Quare nimis difficile ad vitandum? 843. a. & 846. a.
Delectatio sumpta ex cibo, & potu, tunc solùm est gula, cum vt sentiatur plus sumitur, quàm postulet necessitas corporis, 838.
Quando sit peccatum mortale? 844. b.
Et quare valde graue? ibid. & seq.
Ei directè opponitur abstinentia, 855. a.
Quot modis contingat, 839. & seqq.
Vnde nascatur, 846. a.
Luxuriam causat, 845. b. & seqq.
Sacrilegia parat, 848. b. & seq.
Idololatriam parit, 849. b.
Egestatem adducit, 850. & seq.
Pacem turbat, 851. b.
Crudelitatem generat, 852. a.
Mentem hebetat, ibid. b.
Mortem accelerat, 853.
Vincitur, illius turpitudinis consideratione, 854.
Abstinentiæ amore, 855. & seqq.
Dei timore, & ipsius punitionis contemplatione, 862. & seqq.

Gulosus.

Ventrem habet, vt Deum, 393. a.

Gustus.

EX defectu illius, oratio non est dimittenda, 297.

H

Habitus.

VItiosi radicati difficulter nimis eradicãtur, 131. b.
Acquiritur frequentia actuum, 232. b.
Facilitatem tribuit operandi, ibid.
Quod intelligitur de acquisito, non de supernaturali infuso, 264. a.

Hæresis.

HÆresis formalis, & materialis tantùm, in quo distinguantur, 428. a.
Hæreticalis doctrinæ falsi Magistri, quomodo condiant falsitatem doctrinæ suæ, & simpliciores decipiant, 501. & seq.

Hypocrisis.

INsidiosè laudãdo, sæuit frequenter. 94. b. & seq. & 870. b.
Illius insidias solus Dominus IESVS potest aperire, 868. a.
Hostis est communissimus, ibid. & seq.
Ibi præcipuè viget, vbi *in* precio virtus habetur, ibid.
Per illum hæretici decipiunt simplices, 869. a. b.
Quid sit, explicatur, 870.
Magna vigilantia requiritur, vt caueatur, 869. a. & 872. a.
Quare contra hoc vitium, sic Deus indignetur? 871. b.
Vnde nascatur? 873. a.
Quos effectus in nobis pariat? 874. b. & seqq.
Illius specialis pœna in inferno, confusio, vilipendio, & ignominia admixta, 879. b. & seq.
Vincitur veritate, 880. b. & seq.
Simplicitate. 885. & seq.
Humilitate. 887. & seq.
Paupertate, 889.
Breuitate, ibid. b. & seq.
Æternitate, 891. b.

Digitized by Google

Hypocrita.

Spe frustratur, 874 b.
Perdit laborem, ibid. & seq.
Mente obcæcatur, 877.a.
Corde obduratur, ibid.
Deum amittit, ibid.b. & seq.
In æternum cruciatur, & confunditur, 878.b. & seq. & 891.b. & 888.a.
Quomodo à iusto dignoscitur, 881.b. & seqq.

Homo.

PRimus, quomodo factus est rectus, 124.b. & 613.b.
Quo sensu in naturalibus vulneratus, 126.a.b.
Quis *Carnalis* dicatur, 148.b. & 160.a. & quis *Spiritualis*, ibid. & 234.b.
Et quis *Interior*, 161.a.
Et quis *Mente corruptus*, ibid.
Quot modis imago sit Dei, 741.b.
Imago hæc in illo considerata, ne maledicatur est causa, ibid.a.

Humilis.

QVomodo mons simul, & vallis, 145.b. & seq. 285.b. Et quomodo cœlum, & terra, 303.b. & seq.
Humiliare se quis debet pro occultis delictis, 286.a.
Paruulus dicitur, & quo sensu insipiens, & stultus, 520.
Plus intus habet, quàm foris ostendit, 888.b.

Humilitas.

NImia laude periclitatur, 74.a.b.
Illa probatur, 75.a.
Excludit præsumptionem, 303.a.
Et inter superbiam, & præsumptionem medium ponit, 222 b.
Gratia illi confertur, 245.b. & seq.
Per illam interior ariditas tollitur, 285.b. & seq. & 303.
Illius comes individuus, timor, 286.b.
Hominem exaltat, 404.a. & 887.b & seq.
Socia individua Euangelicæ paupertatis, ibid.
Deum honorat, 464.b. & seq.
Ex sui cognitione procedit, ibid.
Cum simplicitate cordis coniungitur, 522.b.
Vt conseruetur, tentatio à Deo permittitur, 597.b.
Libenter silet, cum audit iniurias, 712.b.
Vincit discordiam, 740.b. & seqq.

I

Idololatria.

QVando contingat, 392.b.
Peccatum maximum est, 394.a.

Ieiunium, vide *Abstinentia.*

SAnctificatum, quomodo distinguatur à Pharisaico. 856.a.
Patiens debet esse, & hilare, 857.a.
Est virtutis abstinentiæ actus, 861.b.
Ad illud pertinet, non solùm abstinere ab escis, sed etiam à cæteris vitijs, ibid.
Illius laudes, 860. & seq.
Ad quid præcipuè inseruiat, 861.a.

Ignorantia.

Minuit culpam, 47.a.

Imago.

DEi, quot modis sit homo, 741.b.
In eo considerata, quòd à maledictione abstineamus, est causa, ibid.a.

Impœnitentia.

QVid sit, & quomodo à desperatione distinguatur, 576.

Incarnatio.

OPus amoris, 590.
Illius finis, 641.a. & 644 b.
Bonitas diuina in ea maxime fulsit, 643. b. & seq.
Inde orta abundantia gratiarum, 662.b.

Indigentia.

ILlius supplementum naturaliter quæritur, 344.b.

Infamia, vide *Detractio, Fama.*

INfamiæ patet, qui ad honorem euehitur. 703.b.

Infernus.

INfernalium pœnarum meditatio abstinet à peccato, 327.b.
Infernus duplex: inferior, & superior: ille, dãnatorum dicitur: hic, purgatorium, 454.b.

In-

Digitized by Google

NOTABILIVM.

Infirmitas.

ANima, duplex, & quomodo vtraque sanetur, 594.b.& seqq.

Ingratitudo.

SVmma, quid, 250.a.
Ariditatis est causa, ibid.& 253.a.
A Deo punitur, 250. & seqq.
Reddit mala pro bonis, 253.a.
Impedit dona diuina, ibid.b.
Vniuersalissima causa blasphemiæ, 429.b.
Prouocat iram Dei, 450 a.

Iniuria.

DIssoluit amicitiam, 29.a.
Silentium, maximum contra illam remedium, 710.b.& seq.748.a.
Spes in Deo, & amor, 711.
Conscientia bona, & humilitas, 712.& patientia, 748.
Debemus ex corde iniurias remittere, 758. & seq.
Et hanc remissionem etiam signis ostendere, 759.a.
Et in illis præuenire offensorem licet ætate, aut dignitate inferior sit, ibid.b.
Remissio ista, quã citissima esse oportet, 760.

Iniustitia.

IN quo consistat, 380.a & b.
Illius species, vsura, & fraus, ibid.
Contingit dupliciter, tollendo, vel retinendo, ibid. & seq.
Sic opponitur commutatiuæ iustitiæ. 381.b.

Intellectus.

ESt potentia spiritualis, 687.a.
Quomodo moueat voluntatem, 248.a.
In oratione viuidè applicandus, ibid.b.

Insensibilitas.

SPiritus, opponitur deuotioni sensibili, & *duritiæ*, & *somno*, etiam nominatur, quomodo dicatur lethalis, & alia insensibilitas pessima, ab ista distincta, tangitur. 266.a.
Est periculosa, 278.a.
Vbi possit tolli, & quibus modis, 325. & seqq.

Intentio.

BOni finis, ea, quæ ex se sunt indifferentia, facit bona, 192.b.
Et è contra, si est malus, tam indifferentia, quàm bona, male facit fieri, 206.a.
Intentio bona, quàm grata Deo, 216.b.& seq. & 318.a.
Pura intentio operis à nobis requiritur, 208. & seqq.& 197.b.

Inuidia.

PEr illam, mors in mundum intrauit, 112.a.
Superbiæ filia, ibid.
In quo consistat, 378.b.& 703.b.
Detractionis est causa, 703.a.
Et discordiarum, 735.a.

Iracundia, vide Mansuetudo.

SVi cognitione superatur, 146.a.
Quare in nobis insurgat, 203.b.
Mansuetudine vincitur, ibid.
Dei aduentum impedit, 211.b. & seq.
Causa frequens blasphemiæ, 428.b. & seq.
Et discordiarum, 511.b.& 735.a.

Iudex.

DEbet acriter punire blasphemos, 473.b. & seqq.
Et turbantes pacem communem, 769.

Iudicium finale.

IN iudicio vniuersali in auaros præcipuè ferenda sententia, 420.a.
Quod erit verbum aspersum, quod à damnatis tunc audietur? 616.a.
Tunc boni laudabuntur, & mali confundentur, 711.a.b.

Iudicium proprium.

DEbemus abnegare in obsequium charitatis, 765.b.& seq.
Non proinde tamen in re graui veritas deserenda, 766.b.

Iudicium temerarium.

NOn dicendum est temerarium, quando vehementia adsunt indicia, sed quando ista desunt, 704.b.

Digitized by Google

Ex illo detractio oritur. Ibid. & seq.
Sui cognitio, circa alios cohibet iudicium. 710.b.

Iustitia, Cardinalis virtus.

PErficit voluntatem. 124.a.
Illius munus. 105.b. & 380.a. & b.
Commutatiua, quid sit. 381.b.
Et quid legalis. ibid.

Iustitia, Iustificatus, Iustus.

INfusa, animæ sanitas est. 594.b.
Et lux, qua intus illuminamur. 635.a.
Cum infunditur, remittuntur peccata, restituitur gratia amissa, & omnia merita priſtina, & noua infunduntur dona. 118. b. & seqq.
Est vinculum, quo intime Deo vnimur, & sponsamur illi. 652.a.
Gratis peccatori infunditur. 680.a.
Iusti, quare in hac vita cum malis conuiuant, & isti prosperentur, & illi affligantur. 684. & seq.
Iustus reddit bona pro malis. 743.b.
Timetur à malis, etiam potentibus. 772.a.

Iumines.

PAssiones magis vigent in eis. 130.b.
Facilius in ea ætate possunt domari, & nisi domentur, in mala plurima ruent. 131.
Seuerè tractandi. 794 b.
Sobrij esse debent. 804. b. & seq.
Ad gulam, & luxuriam magis sunt proni. ibid.

L

Labor, vide *Tribulatio*.

Lacryma.

EXcitantur meditatione peregrinationis à cœlo. 327. a.
Aliæ corporis, aliæ mentis, & istæ sufficiunt. 328.a.b.
Dictum Augustini de lacrymis corporis. ibid.

Lætitia.

DAt facilitatem in operando 240.a.
Oritur ex luce interiori, & conscientia bona. 259.a.

Languor.

ANimæ, in quo consistat, cui opponatur, & in quo detur. 862.b. & seq.

Valde periculosus. 276.b. & seq.a.

Laus Dei.

AD illam accepta beneficia prouocant, & Dei excellentia meditata. 453. & seq.
Quot modis possit Deus laudari. 459.b. & seq.
Vt vera sit, à corde debet procedere. 460.a.

Laus humana.

QVid requiratur, vt laudator non dicatur adulator. 71. & seqq. & 76.b.
Ad laudem propriam propensio naturalis. 75.b. & seq.a.
Vt fugiatur, non debent defectus committi. 77. B. vel opera bona omitti 80.b.
Illius appetitus, & delectatio in illa, quando liceant. 77.b. & seqq.
Incertum, an vera sit, ideò non multùm curanda. 82.b.
Illius contemptus, ad magnanimitatem spectat. 85.b.
Inordinatus appetitus illius, quomodo vincendus. 86.b. & seqq.
Debita laus negatur, vel minuitur frequenter ab inuidis, imperitis, vel malis. 87.a b. & seq.
Non propterea debent omitti opera laude digna, vel ab illis cessari. 89.
Inordinatæ laudis appetitus, etiam iustos inuadit, & frequenter capit. 90.a.b. & seq & 96.a. & 102.a b.
Laudem minuit, qui frigide laudat. 701.b.

Lectio.

SPiritualis ad mouendum affectum adhibenda, quo modo, ab illa cessandum. 247.b. & seq.
Et remisso, iterum resumenda. ibid.
Mentem recolligit, & inflammat. 306. b. & seq. & 529.a.
Per illam loquitur Deus nobiscum. 307.a.
Legendum ad operandum. 308.a.
Modus legendi. ibid.b.
Lectio veritatis, amara indisciplinatis. 309.a.

Lex.

MOralis, qualis, & quæ supernaturalis. 522.a.

Liberalitas.

QVid sit. 341.b. & quomodo auaritiæ, & prodigalitati opponatur. 342.a.

Et

Et à paupertate religiosa distinguatur. ibid.b.
Conciliat amicitiam.365.a.

Lingua.

Lingua potiùs commordenda ex consideratione cruciatus æterni, quàm in blasphemiam laxanda.456.b.
Facile laxatur, cum quis tribulatur.456.a.
Laxari tunc ad bonum, & non ad malum, maximè laudabile, 457.b.

Lites.

Ex discordia oriuntur,737.a.& 733.b.

Longanimitas.

Quid sit,287.b.& seq.a.

Luxuria, vide *Fornicatio. Caro.*

Aspicere mulierem ad concupiscendam eam, mortaliter peccat, licet ad opus non perueniat,490.a.
Ex immoderato vino & cibo causatur,805.& 811. & 846.b. & seqq.
Illius delectatio, maxima est inter corporales. 562.a.

M

Magisteria.

Inter nos, quare prohibita, 499.a.

Magnanimitas.

Quid sit,289.b.

Maledicere.

Hominem non debemus, imagine Dei in illo considerata,741.a.

Malum.

Mala,etiam parua, vitanda, 197. & seqq.
Et etiam bona, quæ mala apparent, 716 b.

Mandata, vide *Præcepta.*

Alia negatiua, alia positiua, 123.a.
Illorũ obseruantia carni repugnat, ideo violentia opus est, 123.a.b.
Ratione dominante, seruantur, 127.b. & seq.
Seruanda sponte, licet laboriosa,156.
Cum gratia fiunt facilia,165.& seqq.& 238.a. & 630.& seqq.

Mansuetudo.

Facit amabilem,36.a.
Moderatur iram.640.b.
Datur in Deo, imperfectionibus deptis, ibid.
Mitigat inimicum,745.b.& seqq.
Animum tranquillat, & serenat ad veritatem cognoscendam, & iudicium rectum ferendum,745.a.
Valet contra discordiam, ibid.
Signa illius, quæ? ibid.b.

Maria Virgo.

Humilitate altissima, 286.a.

Meditatio, vide *Oratio. Contemplatio.*

Mouet affectum, 238.a.

Memoria.

Amici firma,56.b.& seq.

Mendacium.
Vide verb. *Veritas.*

Mensa.

Quomodo in ea debeamus corpus reficere, vide verbũ *Refectio*, & *Conuiuium.*

Mens.

Illius instabilitas, ex corporis instabilitate colligitur.494.b.
Intendit his ad quæ affectus inclinat, 496.a.

Meritum.

Gratiæ statum requirit. 674.a.
Cæteris paribus, augetur ex difficultate victa in operando, 264.
Merita mortificata reuiuiscunt, cum iustificatur peccator, 620.

Miseria.

Miseriæ alterius subuenit personaliter, qui charitate abundat.773.b,

Digitized by Google

Miſericordia.

QVid ſit, 388.a. & 581.a.
Miſeria noſtra, Dei miſericordiam mouet, 192. a.
Et miſeriæ alterius compati, 329. & ſeq.
Bonitas, & potentia Dei, maximè in ea relucent, 581.a.
Qui in illam ſperat, Deum honorat, & ipſum veluti obligat ad protegendum, 581 b.
Potentia Dei agnita, & fiduciaiter implorata, illam faciliſsime impetrat, 626. b. & ſeqq & 664. b. & ſeqq.
Miſericordiam exhibere, Deus reputat ſuas diuitias, 665. a.
Illam concedit perſeueranter oranti, 667. b. & ſeq.
Miſericordiam Dei experitur, qui ſe miſericordem exhibet proximo, condonando iniurias, & etiam temporales miſerias pro viribus, ſubleuando, 671. & ſeqq.

Modeſtia.

Quare ſic dicatur, & quæ ſit interior, 161.b.

S. Monica Mater S.P.N. Auguſtini.

DIſcordantes animas reconciliabat, referendo pacifica, 763. b.

Morbus.

Quando ſit incurabilis, 572. b.

Mors.

COrporis, in quo conſiſtat, 646. b.
Quare tantopere timeatur, 116.a.
Sola illius memoria cur ſic abhorreatur, ibid. & 172.a.
Et præcipuè à diuitibus, 358. b.
Nulla creatura, propria virtute, mortuum valet ſuſcitare, 646. b.
Claudit oculos corporis, ſed aperit oculos animæ, 418. b.
Animæ mors intrat per ſenſus, 484. b.
Quomodo moriatur, 647 b.
Sola virtus diuina eam poteſt reuocare ad vitam, ibid.
Iuſtorum mors, ſomnus vocatur, 671.b.

Mortificatio.
vide *Abnegatio. Amor proprius.*

PEr illam paſsiones ſunt reſecandæ, 130.b.
Præcipuè in iuuenibus, 131.
Illius definitio, 137.b.
Duplex, alia ſpiritualis, alia carnis. & vtriuſque gradus, 139. b & ſeq.
Hominem rectum facit, & Regem, 141. b. & ſeqq.
Præcipuè in Religioſis debet hoc operari. 144. b. & ſeq.
Mortificatio ſui, eſt verus amor ſui. 148. & ſeqq.
Veram pacẽ internam adducit, 159.b. & ſeqq
Animam ditat, 161.b.
Impaſsibilitatem parit, libertatem, & gaudium, 162. b. & ſeqq.
Gratia Dei redditur facilis, & ſuauis, 165. b. & ſeq.
Similiter ex amore, 168. & ſeqq.
Et ex meditatione paſsionis Dominicæ, 171. & ſeq.
Debetur redemptioni Dominicæ, 175. & ſeq.
Deo hominem vnit, 179. b. & ſeq.
Eſt fructifera æternæ vitæ, 181. b. & ſeq.
Hac conſideratione iuuatur, 183. b. & ſeqq.
Debet primò fieri in *culpabilibus*, 187. & ſeq.
Et præcipuè circa illum defectum, ad quem inclinamur magis. 188 b.
Secundò in *venialibus*, & quomodo, 189. & ſeqq.
Tertiò in indifferentibus, 192.
Quartò in bonis, & quomodo, 193. b & ſeqq.
Quintò tam in magnis, quàm in paruis, 197 a. & ſeqq.
Mortificatio ſui in paruis, euitat tentationem in magnis, 202. a.
Modi plures, quibus eſt exercẽda, 203. & ſeqq.
Mortificatio triplex diſtingnitur, ibid. a.
Per virtutes oppoſitas vitijs exercetur, 203. b. & ſeq. a.
Quare ſic nominetur, & cur iuſtitia, ibid.
Puritas illius, in quo conſiſtat, 105. & ſeqq.
Mortifera, quæ ſit, 205.
Mortua, & ſterilis, quæ, 207. a.
Vitalis, & æternæ vitæ fructifera, quæ, ibidem, b. & ſeq.
Gradus illius, 208. b.
Eſt myrrha probatiſsima, & holocauſtum Deo gratiſsimum, 209. & ſeq.
Debet eſſe reſignata, 212. & ſeqq.
Etiam in ſubtractione ſpiritualium donorum, 215. & ſeq.
Et diſcreta, 217. & ſeq.
Exceſſus quò ad mortificationem interiorem ſpiritualium vitiorum, & paſsionum imperatam ex charitate, quomodo poſſit dari, & non dari, 223.
Spontanea eſſe oportet, 224. & ſeqq.
Debet fieri efficaciter, 228. & ſeqq.
Mortificatio oculorum admirabilis, 231. a.

Vtilis pro interiori intuitu, 315.a.b.
Inclinatio mala, initio debet mortificari, ibid.b.
Mortificatio, assidua esse oportet, 232. & seq.
Et perseuerans, 234. & seq.
Sensuum mortificatio, Christi amore amplectitur. 508. b.
Intellectus mortifica tio contra scientiam curiosam inseruit, 538. & seq.
Et mortificatio sensus contra curiositatem sensibilem, 540. b. & seq.

Mundus.

ILlius amor, turpē hominem reddit, 755.b.
Gaudia illius contemptibila sunt, quia parum durantia, 889. b. & seqq.

N

Nouitius.

NOuitij mortificandi à Magistro, etiam in licitis, 192.b. & seq.
In illis aridicas spiritus, magis periculosa, 271. b. & 283. a.

Necessitas.

IN casu necessitatis extremæ, non committitur furtum, alterius rem tollendo, 382.b.
Necessitas *extrema*, quæ sit, & quæ *grauis*, & quæ leuis, 386.

O

Obduratio.

In peccato, quomodo cōtingat, 173.b. & seq.

Obedientia.

PRobat, an voluntaria mortificatio, vera sit, 213.b. & seq.
Obedientia cæca Pauli, & Abrahami, 539.
In materia peccati non debet quis obedire, 791.b. & seq. a.

Obiectum.

BOnum, non honestat actionem, nisi debito modo feratur in ipsum, 487.b.
Obiecta sensuum externorum, quæ? 488. b.

Obsequia.

SVnt signa mansuetudinis, & valent ad cor humanum flectendū à bono in malum, & à malo in bonum, 746. b. & seq.

Octasio.

Mala fugienda, 542. & seqq.

Oculus.

ESt animæ laqueus, 503. a.
Impudici cordis nuntius, 505. a.
Et sagitta illud transfigens, ibid.b.
Et depredator illius, 506. a.
Mortificandus est, 541. & seqq.
Etiam à spirituali viro, 544.
Illius inordinatus aspectus, punitus, 551. b. 551.b. & seqq.

Ociositas.

CAusa paupertatis, 545.b.
Et curiositatis, 494. & seq. & 535.a.
Et detractionis, 704.a.
Duplex insinuatur ociositas, mentis, scilicet & corporis. cura opponitur mentali ociositati, & occupatio corporali, 536. a.
Ociositas mentis datur, cum inutilia quis meditatur, & in praua opera prodit, ibid.
Et reuocatur à bonis, 571. b. & seq.
Ociositas corporis, ostiū vitiorum, ibid. & seq
Fuga ocij, custodia animæ, 536 b.
Ex ociositate, oriuntur accidia, & desperatio, 565. a.

Odium.

QVid, 147. b.
Inter similes, quare detur, 30. a.
Illud non arguit dispar sententia, 43. a.
Nascitur ex amore, 136. a. & 462. a.
Quomodo erga se, licitum, ibid. & 137. b.
Ordinatum sui odium, verus est amor, 149. & seqq.
Odium Dei, vulnus est cordis, 427. b.
Ex odio oritur fuga, 462. a.
Et detractio, 703. b.
Et discordia, 734. a.
Odium proximi nascitur ex inuidia, 503. b.
Quid in odiente, erga proximum operetur, 738. a.
Benedicendo de proximo, de corde illius odium aufero, 762.
Modus benedictionis illius, 763. a.

Offensa.

NObis factam offensam, debemus ex corde remittere, 758.
Et hanc remissionem etiam signis ostendere, 759. a.
Et in illis offensorem præuenire, licet ætate, aut dignitate inferior sit, ibid. b.
Venia ista quamcitissima esse debet, 760.

Opti-

Opera.

BOna, animæ sunt diuitiæ, 416.b.
Spiritualia, quomodo dicantur carnalia. 113.& 125.a.& 136.b. & 138.a.
Opera ordinis naturalis, si fiant ab existente in gratia, meritoria sunt vitæ æternæ. 207.b.
Erigunt spem, 674.b. & seq.
Sine illis, adultis vita æterna non datur, 677. & seq.
Contra detractionem valent, 716.& seq.
Opera bona non sunt omittenda, vel mala facienda timore detractionis, 717.
Ex illis cognoscitur, qualis quis intus sit, 881.a.

Operatio, vide *Actio*.

BEne operandi difficultas, vnde procedat. 124 b.& 127.a.b.
Vnde augeatur, 129.a.
Operatio carnalis, quæ dicatur, 136.b.
Operatione frequenti acquiritur facilitas operandi, 232.b. & seq.
Et fugitur ocium, ac anima custoditur, 535. & seqq.
Et obtinetur iustitia. 673.b. & seq.

Opus.

VIrtuosum operatum ex gloria vana, licet mortalis non sit, desinit esse meritorium vitæ æternæ. 84.b.
Illud debemus omittere, quod licet bonum secundum se sit, habet tamen speciem mali, 716.b.

Oratio.

IN mentali, moto affectu, à discursu cessandum. 247.b.
Qui vbi primùm affectus remitti incœperit, iterum debet resumi, 248.a.
Finis orationis perfectæ, Dei amor, ibid.b.& 669.b.
In ea debet sui morosè penetrari affectus, donec Dei amore inebrietur, & propter ipsum operetur, ibid.& seq.
Affectiui actus in ea fieri debent, non remisse, ita tamen discrete, vt non deficiant vires corporales, cum sanitatis iactura. 249.b.
Illi communicatur dulcedo interior, 304. b. & seq.
Illius quidditas, 305.a.
Per illam cum Deo loquimur, 307.a.
Et nobis interius lumen donatur, 524. & seq.
Oratio iaculatoria, quid, 318.a.
Quali potiùs fit vtendum, 319.b.
Plures ponuntur orationes huiusmodi, 332. seqq.& modus illas dicendi, 338.b.
Oratio, Dei misericordiam impetrat, 664.b. & seq.
Vt efficax sit, fideliter, fiducialiter, perseueranter, & pie debet fieri, 665.b.& seqq.
In peccatore orante, qualis fides debeat esse, ibid.& seq.
Et qualis fiducia, 666.b.& seq.
Ex qua orationis perseuerantia oritur, cui sit gratia, 667.b.
Quando pie fiat, 668.b.& seq.
Carens recto fine, male fit, licet, quod petimus, bonum sit, 669 b.
Quo sensu intelligatur, quòd orantes peccatores, Deus non exaudiat, 670. & seq.
Oratio, maximum contra detractionem remedium, 718.

P

Parentes.

NAturaliter diligunt filios, 346.a.
Et de illis solliciti sunt, ibid.& seq.
Filijs congregantes iniuste, sibi, & ipsis nocent. 399.a.
Illis à filijs debetur honor, 448.b.
Filios debent à teneris annis curare diuinis laudibus assuescere, 461.a.

Passio, vide *Mortificatio*, *Abnegatio*.

PAssiones in omnibus ex fomite pullulant, 130.b.& 138.b.
Per mortificationem sunt resecandæ, ibid.
Quomodo à vitijs distinguantur, 138.a.
Et quomodo à peccatis, ibid.b.
Quæ dicantur spirituales, & quæ carnales, ibid.a.
Non occiduntur, sed mortificantur, ibid.b.
Non mortificatæ cauiant amaritudinem, 254.a.

Passio Christi, vide *Christus*, & *Crux*.

TRistitia passa in horto sine vllo leuamine, causa fuit lætitiæ nostræ in tribulationibus nostris, 279.b.& seq. & 281.a.
Oratio pro calicis translatione perfectæ resignationi non obfuit, 280.a.
Neque verba, *Vt quid dereliquisti me?* prolata in Cruce, 281.b.
Quare pro calicis trãslatione oraverit, 282.b.

Mira-

Miraculum continuum fecit, vt posset pro nobis pati, ibid.
Illius crucifixio, quàm crudelis, 132.b.
Verbum, *sitio*, in Cruce prolatum, indicauit desiderium vehemens patiendi, & conformitatem perfectissimam ad voluntatem diuinam in passionibus suis, ibid.
Illius passio meditata, animam dulcedine replet, 305.b. & seq. & 327.b.
Hora meridiana in cruce est passus, 609.a.
Tunc præcipuè nos quæsiuit, inuenit, sanauit, & pauit, ibid.
Vulnera Christi instar murorum Inexpugnabilium sunt contra animæ hostes, 617.b.
Et vbera, quibus læti lactamur, 621.a.
Illius claui, fuerunt calami, & atramentum sanguis, quo nos in manibus suis ex amore descripsit, ibid.
Flagellatus, & compassione dignissimus postponitur Barabbæ, & sustinet ingratissima verba, *Non hunc, sed Barabbam*, 779.
A discipulo proprio, quem cumulauerat donis, traditur inimicis ad mortem, & eum vocat amicum, ibid. & 390.a.
Et de osculo, quo fuit traditus, 775.a.
Contumelias, & blasphemias multas passus est à militibus ebrijs in nocte passionis suæ? 816.b.
De diuisione vestimentorum Christi, & quare non fuit diuisa inconsutilis vestis illius, 752.

Pastor.

IN illo amor requiritur erga oues suas. 589.a. & seqe.
Cum verus est, pascuis cœlestibus oues suas pascit, 507. a.
Quæ pertineant ad verum pastorem, 589.a. & seqq.
Perditam ouem quærit, 590. & seq.
Inuentam reducit, 591. & seq.
Reductam sanat, 594.b. & seqq.
Sanatam consolidat, 596.b. & seqq.
Consolidatam nutrit, 598.b. & seqq.
Nutritam custodit, 601.b. & seqq.
Pro omnibus, & singulis animam suam ponit. 608 & seqq.
Omnia ista respectu nostri verificantur in Christo vnico nostro Pastore, ibid.
Cæteri Pastores, vel sunt falsi vel si veri, ministri Pastoris istius, & membra illius, 589.b.

Patientia.

CIrca quid sit, 288.a.
Cognitione sui acquiritur, 147. a. & 191.b.
Meditatione præmij roboratur, 185.
Christo assimilatur, qui iniustè patitur, 191.b.
Et gratia hoc reputatur, ibid.
Pati libenter alleuiat crucem, & fit perseueranter, 226.b. & seq.
Gradus triplex illius, 227.b.
Pati lætanter meruit nobis Christus tristitiæ sua in horto, & in cruce, 279.b. & seq.
Per illam homo de peccato triumphat, 455.a. & seq.
Exemplum patientiæ Tobiæ, Deo gratias agentis inter pressuras, 457.b.
Et Raguelis, 458.a. & Iobi, 456.a.
Ad patientiam pertinet, ad iniurias proprias silerè, non tamen ad iniurias Dei, 480. a. & 748.
In spem erigit animum, 675.a.
Virtutis probatio est, ibid.
Valet contra discordiam, 748.
Dupliciter exercetur in abstinentia virtuosa, 856.b. & seq.

Paulus Apostolus.

ILlius obedientia cæca, 539.
Quare publicè, & cum libertate Petrum correxit, 725.a.

Paupertas.

TRiplex, necessaria: voluntaria; spiritualis. Prima miserabilis: secunda laudabilis, si fiat spiritualis, 216.a.
Spiritualis, in quo consistat, 342.b.
Et quomodo auaritiæ opponatur, 343.a.
Facit hominem in hac vita initiatiuè beatum. 401.a.
Et verè magnificum, 403.b.
Illius indiuidua socia, humilitas. 404 a.
Est vere dives temporaliter, 413.b. & seq. & 889.b.
Et spiritualiter, 415.b. & seq. & 889.b.
Fraterna charitas per illam seruatur, 768.a.
Filijs huius sæculi despicabilis est, 889.a.

Pax, vide *Concordia, Charitas*.

VEra interior, quando detur, 159.b.
Sequitur ex pugna interiori, 160. & seq.
Est idem, quòd concordia interior, 731.b.
Non est in corde carnali, 301.b.
Ad se Deum trahit, 311.b. & seq.
Excedit dulcedine delectationes carnales, 571.b.
Pacem ad Deum habere quis dicatur, 674. b.
Pax exterior, in quo consistat, 731.b. & 731.a.
Non distinguitur à concordia exteriori, ibid.

Digitized by Google

Ex charitate nascuntur, ibid.
Debet esse in bono, 732.a.
Spontanea, & non coacta, ibid.
Pacem malorum, quæ in malo est diuidere, laudabile, ibid.
Sollicitè pax bona debet conseruari, 748.b.
Et recuperari, 760.a.
Gula naufragatur, 851.b.
Est fortis, 771.a.
Honorabilis, ibid.b & seq.
Bonis omnibus spiritualibus affluens, 773. & seq.
Læta lætitia vera, plena iucunditate, 775. b. & seq.
Post hanc vitam breuem, æterna vita remuneratur cum ineffabili gaudio, 776. b. & seqq.
Mansuetudo Christi nos docet pacem tenere cum his, qui pacem oderunt, 779.

Peccator.

SVb qua consideratione sit diligendus, 36.a.
Est tenebrosus, 518.a.& 591.b.
Vt lucidus fieret, venit Christus, 634.b.
Torquetur interiùs ex patrato peccato, 552.b.
Et lætitia vera est euacuatus, 571.b.
Si pœnituerit, remittentur peccata, 582.a.& seq.b.
Peccator leprosus dicitur, & sanguine Christi mundatur. 584.a.
Fiduciam concipit, cum cogitat Iesum Saluatorem, ibid.& seqq.
Peccatores, herinacia quare dicantur, 587.b.
Refugium in Christo inueniunt, ibid.
Quo sensu, à Deo magis diligatur peccator, quàm iustus, 593.b.
Licet culpa sua amiserit gratiam, tamen adhuc recuperabit, si sperauerit, 613.b.
Si conteratur, ad maiorem gratiam semper resurgit, etiamsi contritio sit imperfecta, nimirum, attritio cum sacramento, 621.a.
Permittitur viuere, vt cóuertatur, 633.& seq.
Sordidatur per peccatum, 637.b.
Et mundatur per gratiam, 638.
Calamo quassato, & ellychnio fumiganti assimilatur, 641.b.
Non est dignus habitatione diuina, quamdiu peccatis ligatur, 642.a.& seq.
Si conuertatur, fit sedes Dei, qui erat sedes diaboli, ibid.
Orans, agnoscens infirmitatem, obtinet sanitatem, 649.a.
Quare frequenter in vita ista non puniatur à Deo, 683.b. & seq.
Post hanc vitam viuet æternaliter, vt in æternum possit torqueri, 684.b.& seq.
Hanc illius pœnam, & non prosperitatem præsentem, debent meditari boni, vt à peccato abstineant, ibid. & 891. b. & seq.
Mortuus animo est, 625.a.

Peccatum.

QVid sit, 146.b. & 592.a.
Veniale non tollit pulchritudinem gratiæ, 40.b.
Mortale obcæcat, 47.a & 616.a.
Illius causa, quæ, 107.a. & 188.a.
Incurritur per consensum, 118.a.b.
Requiritur deliberatio, & quando hæc detur, 128.b.
Quando plena deest, licet materia sit grauis, sit veniale, ibid.
Est virtuti contrarium, & bonum naturæ diminuit, 129.a.
Peccatorem omni bono reddit indignum, 146. b.& seq.
Peccatis mortui, qui dicantur, 138. b.& seq.
A Deo hominem separat, 178.& 243.
Peccata alia carnalia, alia spiritualia, 187.
Alia tantùm culpabilia, quia prohibita, ibid.b.
Peccatum, etiam veniale, impedit rorem consolationis diuinæ, 243. b. & seq.
Veniale, animam aliqualiter maculat, & feruorem minuit, 244 b.
Licet à Deo non separet, tamen retardat, & decurpat, 245.
Amaritudo de peccato patrato, Deo grata, 254 a.& b.& 552.b.
Peccatum mortale, ab anima Deum excludit. 255.a.
Fornicatio spiritualis dicitur, indigna amplexu diuino, & rea punitione, ibid b.
Conscientiam condemnat, & tollit pacem illius, 300.b. & seq.
Illius malitia, lachrymis digna, 316.b.
In quo præcipuè consistat, 557.a.
Meditatione pœnarum infernalium cauetur. 327.a.
Inclinatio naturalis ad illud, non excusat à culpa, 345.a.
Anima illo lassatur, & corpus, 360.a. & seq.& 551.b. & seqq.
Peccatum ex subreptione, quid, 437 a.
Cum est veniale, non est necessariò in confessione sacramentali exprimendum, 443.b.
Cordis contritio, peccati est remissio, 446.a.
Nullum peccatum est ita enorme, quod non possit à Deo remitti, 447.a.& 622.& seqq.
Facile quis in illud labitur, 542.& seqq.
Et difficilè surgit, 545.& seq.625.b.
Sub illo anima laborat, & grauatur, 154 a 642.b.

Peccata contra virtutes theologales, ex genere ſuo, grauiora ſunt peccatis contra virtutes morales, 556.b.& ſeq.b.
A minimis peccatis venitur ad magna. 568.
Ex quolibet peccato graui trahitur peccator ad plura, 569.
Et ex deſperatione præcipuè, ibid.& ſeq.
Peccata ignominioſa, tenebras quærũt, 570.b.
Spes, timor, & verecundia à peccando frænant. ibid.& ſeq.a.
Peccatum conſuetudinarium ad ſimilia trahit, & animam debilitat, & à bono retrahit. 572.a.
Obduratio in peccato, vnde procedat, 573.b. & ſeq.
Peccatum in Spiritum ſanctum, & irremiſſibile, quod dicatur? 575.b.
Cuilibet peccato mortali reſpondet in Inferno pœna deſperationis perpetuæ, 576.b. & ſeq.
Eſt infirmitas animæ, quæ ſanatur per gratiam, 594 b.646.a.
Illius ſordes, 637.b.
Caſus, & ruina, 618.a.
A ſolo Deo abſolui poteſt principaliter, & ab homine miniſterialiter, 623.a. & ſeq.
In peccato obſtinatus, Deum ad iracundiam prouocat, 624.b.
Lazarus mortuus, & ligatus, peccatoris figura, 625.a.
Peccatum conſuetudinarium gratiam magnam requirit. 625.b.& 634.b.
Exponens ſe probabili periculo peccandi mortaliter, peccat mortaliter, 699.a.

Pœna.

Aeterna damnatorum, duplex, alia damni, & alia ſenſus, 432.b.
Pœnæ mala à Deo propriè ſunt, & non ſolùm permiſſiuè, 456 a.
De ratione pœnæ eſt, vt quod pro pœna infligitur, voluntati repugnet, 577.a.

Pœnitentiæ virtus, vide *Confeſſio. Contritio.*

Cordis contritio, peccati eſt remiſſio, 446 a.& 653.b.& 655.b.
Pœnitentia debet eſſe feſtina, 447. & 654.a. & 657.b. & ſeqq.

Perfectio.

Creaturarum perfectiones, perfectiùs relucent in Deo, 532.a.

Perſequutio.

Vincitur meditatione perſequutionis Chriſti, 173.b.
Frequenter à Deo permittitur, vt anima feruetur, & ampliùs coronetur, 601.b.& ſeq.

Perſeuerantia.

Quid ſit, 234.a.
Actus illius, 289 b.
Qui amat, perſeuerat, 9. a.
Iuuatur diſcretione, 220.b.& ſeq.
Illi ſalus promittitur, 234.a. & ſeq. & 677.b.
Fortitudine iuuatur, 235.b. & ſeq.
Chriſto in anima per gratiam reſurgente, fugiunt mala, & perſeuerant bona, 273.b.
Illam gratia ſpecialior ſequitur, 290.b.& ſeq.
Et gratia Domini obtinetur, 630. & ſeqq. & 667.b.& ſeq.
Perſeuerantia in bono oſtendit bonitatem internam, 883.& ſeq.
Et quantum tẽpus ad hoc ſit ſufficiens, 884.b.

S. Petrus.

Percutiendo Malchũ, non peccauit, 28.a.b.
Quare non eſt auſus, Dominum interrogare, quis traditor eius eſſet, 55.b.
Propter Chriſti amorem vicit naturalem mortis horrorem, 172 a.
Negatio Petri, fuit mortifera, ſed non hæreticalis, 428.a.
Deſpexit eum Dominus in domo Principis Sacerdotum, non oculo corporis, ſed cordis, 628.a.
Publicè, & in faciem correctionem à Paulo ſibi factam, benignè, & humiliter acceptauit, 725.a.

Pontifex.

Ad illum pertinet orare pro ſubditis, 639.a.

Potentes.

Licet tales, tamen indigent alijs, 26.a.b.
Amor propius in illis magis abundat, 1, 2.
Debent acriter punire blaſphemos, 473.b.& ſeqq.

Potus.

Quare Deus illi delectabilitatem indiderit? 838 a.
Studium nimium, quo conditur, &

Digitized by Google

& falsa, quæ antea comeduntur, vt in maiori copia, & delectatione sumatur, gulæ vitium est, 842.b.
Est sicis medicamentum, 863.b.

Præcepta, vide *Mandata*.

AFfirmatiua, per actus positiuos adimplentur: & per omissionem actuum, negatiua, 196.a.

Prædestinatio.

PRædestinati infallibiliter saluantur, 603. & seq. & 606.a.
Quid sit, 604.a.
Non tollit libertatem, ibid.b.
Non est signum illius præsens iustitia, sed finalis, 606.b.
Eius infallibilitas vnde proueniat, 679.b.
Nostra bona opera non excludit, & quare illa Deus à prædestinato requirat? ibid. & seq.
Prædestinationis ad gratiam nos causa non sumus, 680.b.
Illius effectus, vocatio, iustificatio, glorificatio, ibid.a.b.
Ad quam glorificationem prædestinauit adultos, eorum operibus bonis præuisis, ibid. & 677. & seq.

Prædicator.

PRædicatores, sunt nubes, à quibus salutarem pluuiam doctrinæ accipimus, 253.a. & seq.
Contemplationi dediti esse debent, ac sobrij. 801.

Prælatus, vide *Superior*.

DEbet subditis prouidere, 25.a.
Licet in superiori loco sit, tamen subditis indiget, 26.a b.
Qui illum per inobedientiam spernit, spernit Deum, 120.b.
Debet intus esse mortificatus, 132.b.
Et subditorũ mala, vt propria reputare, 150.a.
An debeat flere, cum ipsi detrahunt subditi? 713.a. & seq.
Defectus illius non reuelant boni subditi. neque illos considerantes, deponunt debitam reuerentiam, 719.
Prælatus debet subditorum famam bonam curare, 720.a.
Tenetur erga subditos, ad correctionem fraternam secretam, præceptam in Euangelio magis, quàm teneantur inter se subditi. 725.a.
Quomodo debeat à suis subditis corrigi, ibid. & b.
Hanc correctionem debet benignè & humiliter acceptare, 725.a.
Non tantùm ex charitate tenetur ad correctionem secretam fraternam erga subditos, sed etiam ex iustitia, & ad restitutionem famæ subditi, si hinc illius patiatur iacturam, 727.a.
An se debeat suo subdito à se discordi humiliare: vel quomodo eum debeat lucrari? 744.b.
Non debet propriæ prudentiæ inniti, sed acquiescere cõsilijs peritorum, 766.a. & 53.a.
Debet reprimere, vel amouere, qui pacem turbant susurrando, 769.
In materia peccati, obedientia illi non debetur, 792.b. & seq.a.
Sobrius esse tenetur, 797. & seqq.
Maximè si fuerit regularis, 801.a.
Sapiens, 797.b.
Clemens, & mansuetus, 799.a.
Seruans secretum, ibid.b.
Vigilans, & sibi commissos custodiens, 800.

Præsumptio.

ESt vitium oppositum spei per excessum, 563.b & 676.a.
Dicitur spes inordinata, vana, peruersa, & falsa, ibid.
Et quomodo sit vincenda, ibid.b. & seq.
Est causa peccandi, & conuersionem differendi, 657.b.

Probatio.

BOnitatis, contingit per patientiam, 675.a.

Prodigalitas.

QVid sit, & quomodo liberalitati, & auaritiæ opponatur, 342.b.

Proficientes.

IN spiritu magis sunt, qui magis sibi vim inferunt, 229 & seq.
Et faciunt actus virtutum, 299.

Professus religiosus.

Tepidus, plenus amaritudine, 156.b.

Pro-

Digitized by Google

NOTABILIVM.

Propositum.

BOnum, debet efficaciter fieri, 229.a.
Et frequenter, 231.a.

Prouidentia.

DEbet esse in superiore respectu subditi, 26.a.
Defectu confidentiæ in diuina prouidentia, nascitur auaritia, 345.a.
Confidendum de illa, 404.b. & seqq.
Confidentia ista nostram moderatam curam non excludit, 405.b. & seq.

Prudentia.

PErficit intellectum, 124.a.
Quid sit de ratione illius, 222.b.

Pugna.

INterior, quando in homine primò incœperit, 124.b.
In nobis est, 158. & seq.
Veram pacem adducit, 160. & seq.
Efficaciter debet fieri, 228. & seq.

Pulchritudo.

INterior, in quo consistat, sola causa veri amoris, & quomodo cognoscatur, 35.b. & 36. & seq. & 753.b.
Exterior, ex se, indifferens, sed mala, ex concupiscentia, fit, 115.a.
In quo consistat, 753.b.
Pulchra, quæ dicantur, 749.b.

Punitio.

Aeterna, sequitur post breuia gaudia, 157.a.

Purgatorium.

QVi in vita ista, perfectè pro suis peccatis non satisfecit, ibi affligitur igne, donec perfectè purgetur, 553.a.

Pusillanimitas.

IN quo consistat, 73.b. & 561.b.
Pusillanimis est laudandus, ibid.
Pusillanimitas spiritus, quid sit, 267.
Mœrorem, & tædium comites habet, 268.b.
Et vanum timorem, 579.b.
Est periculosa, 269.a. & 278.a.
Desperationem inducit, 561.b.
Tollitur fortitudine gratiæ, 662. & seqq.

R

Ratio.

DEbet regere, & non regi à sensu, 127.b.
Illius naturale lumen, docet fugere malum, & amplecti bonum, 145. b. & seq.
Hominem accusat, cum peccat, 152. b.
Seruiliter subditur sensui per amorem proprium inordinatum, 146.
Operari virtuosè docet, 184. b. & 204. b.
Conformatio ad hoc lumen, licet Deus expressè non intendatur, facit operationem honestam, ibid.

Refectio corporis.

ILlius finis, debet esse corporis salus, & conseruatio, & non cibi, & potus delectatio, 837. b. & seq.
In communi refectione se debet quis conformare cum alijs quoad qualitatem ciborum, 858.a.

Regimen.

NOn rectè alios regit, qui se nescit regere. 132. a.

Regula.

AVgustini, ante omnia præcipit charitatem, 12.a.

Religio.

quatenus *Status vitæ*.

REgiam dignitatem adducit, 144.b. & seq.
In ea, qui tepidè viuunt, amarè viuunt. 156. b.
Exteriùs arcta, intùs lata, 631. a.
Regulares obseruantiæ, inter nos sunt purè pœnales, nisi aliter lex exprimat, 202.b.
Illius defectus extraneis reuelare, quàm turpe! 719. b.
Ad quid præcipuè simus ad Religionem vocati? 740. a.
Concordia, quæ in ea viget, ad illam allicit corda, 754 a.
Patriæ cœlestis est typus, 768.b.
In ea viuentes, sobrij esse debent, 801.b. & 807. a.
Et vti vili victu, 840. a.
Ac gulam domare, 848. a.

Digitized by Google

Religio.
quatenus *Virtus moralis.*

IN quo præcipuè consistat, 391. b.
Ad illam pertinet, Deum laudare, 459. b.

Religiositas.

QVid, 301. b.
Est coniuncta cum gaudio spirituali, ibid. & seq.

Reprobatio.

DIuina, in quo consistat, 681 a.
Non colligitur certò ex præsenti nequitia, 606. a.
Reprobo non negantur auxilia, quibus possit saluari, ibid. b.
Illius infallibilitas in quo fundetur? 679. b. & 681. a.
Fit propter præuisa peccata, ibid. b.

Resignatio.

QVid sit, 279. a.
In illa consistit perfectio, [illegible] 5. b.
Contra ariditatem remedium, 279.

Restitutio.

ESt actus iustitiæ, & in quo consistat, 727. a.
Non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, ibidem b.

Resurrectio.

MOrtuorum, virtute Diuina fiet, 689. b. & 646. b.

Reuelatio.

SEcreti delicti alterius, quando nõ sit peccatum, 699. & 701. 1. b.
Quando, ex indiscreto zelo, sit peccatum, 705. a.

Reuerentia.

DEi excellentia meditata, mouet ad reuerentiam, 453. & seq.

Rex.

QVomodo habeat ius in particularia bona subditorum, 381. b.
Et speciale in ea, quorum specialis est Dominus, 382. a.
Reges æternos nos fecit Deus, & Christus, 453. a.
Reges debent acriter punire blasphemos, 3. & seqq.

S

Sacerdos.

AD Altare non accedat corde discorde, 756. a.
Sobrius esse oportet, 801. b. & seqq.

Sacramenta.

ECclesiæ, animæ sunt medela, 596. a.
Et porta, qua ingredimur ad iustitiam, 629. a

Sacrificium.

FActum à corde discorde, multùm displicet Deo, 756. & seq.

Sacrilegium.

ESt sacræ rei violatio, 848. b. & seq.
Frequenter ex gula patratur, ibid.

Salus æterna.

QVare Deus cooperationem nostram in ea obtinenda requirat? 679. b. & seq.

Sanctitas.

SAnctificatio, quid, 405. a.
Illam in nobis vult Deus, ibid.
Sanctitas cuiusque comprehensoris, licèt minimi, sanctitatem cuiusque puri viatoris excedit, 426. a.

Sapientia.

VEra, dulcis; & quid, secundùm Etymologiam, 61. & 254 b.
Non habitat in perturbato corde, ibid.
Sine labore non obtinetur, 361. b.
Non communicatur superbis, 524. b.
Contemnit terrena, 530. b.
Magnificum reddit, & ad bonum velocem, ibidem.
Illius amor, corporis sanitatem contemnit, 533. b.
Vere sapiens fit, qui pro Christo stultus fit. 551. b.
Ea qui meditatur nouissima, ibid.

Scien-

Digitized by Google

Scientia.

ETiam diuinorum quomodo inflet, 114. a. & 498. a.
Illius appetitus, naturalis, 483. a.
Per se malus non est, 485. a. & 486. a.
Et quando defectuosus est in viro religioso, ibid. b.
Præter nudum scire, non est laudabilis, neque opus virtutis, 487. a. & quando, vt sic, ad ad curiositatem pertineat, ibid.
Scientia vana in quo consistat, 493. a.
Ostentationem turpiter quærit, 499. & seq.
Ostentatio hæc, quando liceat, 500. a.
Scientia moderata, ab Apostolo commendata, 514. b.
Sine vitæ bonitate, laudabiliter non appetitur, neque acquiritur, 517. & seqq. & 529. b.
Neque sine humilitate, 520. & seqq.
Ac simplicitate, 522. b. & seq.
Oratione obtinetur, 524. & seqq.
Impeditur gula, 852. b.
Illius appetitus, quando sit ordinatus, 527. b. & seqq.
Abusus scientiæ, qui sint, 530. a.
Illius communicatio, actus est charitatis, 530. a.
Sine charitate, miserrima, 531. a.
Quando est ordinata, crescit cum illa dilectio, ibid. b.
Cum summo labore acquiritur, 532. b. & seqq.
Vbi fuerit maior, subiacebit districtiori iudicio, & acerbioris pœnæ erit occasio, si inordinata fuerit, 550. b.

Secretum.

COmmissum, seruandũ amico, 33. b. & seq.
Proprium, reuelandum probato, 53. a. & seq.
Seruatur difficilè, maximè à fœminis, 54. b.
Secreti delicti reuelatio, quando non sit detractio, 699. b. & 701. b.
Qui secretum peccatum, ex zelo indiscreto reuelat, non est corrector, sed proditor, 705. a.
Defectus Prælatorum, & religionis, extraneis reuelari non debent, 719.
Secretum non seruat deditus vino, 799. b.

Senes.

QVare communiter sint auari, 345. a. & 350. a.
Debent esse sobrij, 804.

Sensus.

EX parua cordis custodia sensuum vagatio prouenit, 495. b.
Cum incaute laxantur, etiã iusti cadũt, 503. b. & 505. b. & seq. & 510. b.
Sunt hædi pasti ab iniquis pastoribus de visibilibus istis, 507.
Christi amore, sensus mortificantur, 508. b.
Illorum vagatione, dissoluitur anima, & perdit Deum, ibid. & seq.
Et fit cæca interiùs, 510. a.
Per visum, & auditum, mors animæ, præcipuè intrat, 553. b. & seq. a.

Seruitus.

DIuina interior, in quo consistat, & quomodo remuneratur. 141 b. & seqq.
Quò vilius est id, cui seruitur, eo vilior est seruicus, 371. a.
Seruire Deo in veritate, quid sit, & quàm illi gratum 880. b. & seq.

Silentium.

DE alijs silet, qui seipsum considerat, 709. b.
Est potentissimum remedium cum quis audit de se murmurari, & inferri iniurias, & quibus silentiũ hoc adiuuetur, 710. b. & seqq. & 748. a.
Est animæ fortitudo, 711. b.
Est actus manuetudinis, 747. b. & seq.
Et patientiæ magnæ. 748. a.
Valet contra discordiam, ibid. & 749. a.
Seruandum contra senioribus, 804 a.

Similitudo.

CAusa amoris, 17. & seq.
Et quomodo cum odio sit, 20. a.

Simplicitas.

ANimi, in quo consistat? 523. a. & 885. b.
Apta est cognitioni diuinæ, ibid.
Humilitatis socia individua, 522. b.
A veritate Hypocrisi opposita, sola ratione distinguitur, 885. b.
Duplicitati opponitur, ibid.
Deo placet, & illum inuenit, ibid. & seq.

Sitis.

ILlius medicamentum est potus, 863. b.
Illa cruciabuntur in æternum gulosi in inferno, 866. a.
Est nimis cruciatiua, 269. b. & 271. b.

Sobrietas.

QVare sic dicta, 514. b. & 787. a.
Licet virtus sit generalis, tamen circa potum valentem inebriare specialiter, & propriè attenditur, & ebrietati opponitur. ibid. & b.

Digitized by Google

Maximè laudabilis est, & necessaria, 789.a.
Modus illam acquirendi, 793.b.
Et conseruandi, 794.a.& seqq.
Maximè prælatis omnibus necessaria, 797.b. & seqq.
Et præcipue Ecclesiasticis, & Regularibus, 801.a.
Item Religiosis omnibus, & maximè Concionatoribus, & Doctoribus, ibid. & seqq.
Senibus etiam, & iuuenibus, & fœminis, 804. & seqq.
Laudes illius, 807.

Societas.

HVmana, procellosa, 1.a.
Bonorum, dulcis, 39.b.

Solicitudo.

Oritur ex amore, 29.a.

Solitudo.

ALia *mentis*, alia *corporis*, & quid vtraque, 319.a.
corporis, ad illam mentis conducit, ibid.
Quæ est potior, difficile tamen sine illa corporis conseruatur, vel recuperatur, 320.a.
Sic solitario mente, & corpore, Deus solet specialia dona cumulatiùs communicare, ibid.b.& seq.
Ibi cor durum compungitur, 325.
Illius laudes, 322.& seq.
In Constitutionibus nostris præcipitur, 323.b
Illam mirabiliter coluit Augustinus, ibid.
Valet contra detractionem, 714.& seq.

Spectacula.

ILlis licet adesse, quando repræsentatio fit rei piæ, non verò quando rei lasciuæ, & turpis, & quomodo se gerere debeat, qui illorum indecentiam ignorauit, & iam inuitatus, adest, 491.b.

Spes.

QVid sit, 188.a.& 560.a.
Afflictionem comitem habet, 155.
Animat ad laborem, 181.b.& seqq.
Non defraudatur, 291.& seqq.
Galea salutis vocatur, 643.a.
Illi præsumptio opponitur per excessum, & desperatio per defectum, 563.b.
Non sperare, & desperare, distinguuntur, licet hoc sit peius, quàm illud, 564.b.
Spes debet coniungi cum ordinato timore, 567.b. & 570.a.
Vnde oriatur, 574.b.
Circa quæ sit, 579.a.
Desperationem expugnat, ibid. & seq.
Aditum diabolo impedit, 579.a.
Catena est missa de cœlo, qua à malis eripimur, 663.b.
Cauta certa salutis, 580.a. & 629.a.
Ancora tuta, 663.a.
Ad spem prouocat Deum, vt misericordem considerare, 581.& seq.
Et fidelem in præstanda misericordia in ipso speranti, 582.
Et, vt Redemptorem, illum ponderare, 583.& seqq.
Et, vt Creatorem ad cœlum, non ad infernum 613.b.& seqq.
Et, vt Patrem, nos, ex amore, regenerantem per gratiam, 616.b. & seqq.
Et vt potentè peccata dimittere, 622.& seqq.
Et in via vitæ nos adiuuare, 629.b. & seqq.
Et vt longanimem ad pœnitentiam nos expectantem, 633. & seq.
Et, vt lucem, qua interiores nostræ tenebræ illuminantur, 634.& seqq.
Et, vt fontem aquæ viuæ parentem, qua intus mundamur, & reficimur, 637.b.& seq.
Et Christum, vt nostrum aduocatum in cœlis ponderare, 639. & seq.
Ipsum, & Deum, vt mansuetum considerare, 640.b.& seqq.
Et bonitatem illius, qua se communicauit hominibus, 643.b.& seq.
Et quòd medicus sit, sanans omnem languorem, & mortuos suscitans, omnibus hoc præstans gratis, & promptè, 645.b & seqq.
Et amicus antiquus, condonans delicta, communicans dona, & seipsum, 649.b. & seqq.
Sponsus æternus, adulteram sponsam ad se per pœnitentiam reuertentem, non repellens, 652.& seq.
A vera spe quomodo distinguatur fiducia, 666.b.& seq.
Spem bona opera erigunt, 674.b & seq.
Et conuersorum exempla, 690.& seq.
Falsa spes, quæ etiam vana, inordinata, & peruerta dicitur, in quo consistat, præsumptio etiam appellatur, & spei opponitur per excessum, 676.a.
Dupliciter nos impugnat, ibid.
Est causa peccandi, & conuersionem differendi, 657.b.
Quomodo sit vincenda, 676.b & seq.
Spes in Deo, est contra detractionem remedium, 711.a.

Spiritualia.

EXercitia non sunt deserenda tempore ariditatis, 297.& seq.
Bona spiritualia contemnuntur ex terrenorum affectu, 562.

Digitized by

Spiritus ſanctus.

NOn communicatur carnalibus,256.
Etiam inordinatus affectus, licet non mortalis, hoc impedit,ibid.b. & ſeq.
Longanimiter expectatus,obtinetur,292.a.

Sterilitas.

ANimæ, cui opponatur, & in quo conſiſtat, aliquando culpabilis, aliquando non, & quòd tunc ſit fœcunda, licet non appareat talis,264.b.& ſeq.
Symbolum ſterilitatis,ſal. ibid.
Eſt periculoſa, 277.b.

Studia litterarum, vide *Sapientia Scientia.*

AD illa conſtans applicatio animi neceſſaria,515.b.& 516.b.
Impuri, inepti ſtudijs, 518. & ſeq.
A noſtris ſtudijs negligentes amouentur, à choro non datur immunitas,& in quo hæc conſiſtat, 516.a.
Singulis annis ſtudentes quoad litteras, & mores examinantur, ibid.& 519.b.
Studium eorum, quæ ſunt ſupra captum, non licet,487.b.& 539. & ſeq.

Studioſitas.

IN quo conſiſtat, 514.b.
Illi per exceſsum opponitur curioſitas, ibid.a.
Et negligentia per defectum,515.a.
Vnde ſic dicatur,ibid.b.
Studioſè quis ſtudere,cum dignoſcatur,516.b

Subditus.

NOn debet defectus ſui ſuperioris extraneis aperire, 719.
Neque propter illos irreuerenter tractare, ibid.
Eum debet ſecretò, & reuerenter corrigere. 725.

Superbia.

VNde oriatur, quid ſit, & quando mortalis, 111.b & 114.a.& 464.b.
Vincitur ſui cognitione, 145.b. & ſeq.& 465.
Gratia diuina eſt indigna,245.b. & ſeq.
Oritur ex diuitijs, 344.a.
Contemnit cæteros,344.b.& 887.b.
In oculis Dei eſt ipſa deiectio,403.b.& 887.b
Cum illa ſapientia vera non conſiſtit, 521.
Nimis ſtulta, & acriter punita,549.b.
Illius partus, diſcordia,734.b.
A Deo humiliatur, & acriter punitur,888.a.

Suſurratio.

QVomodo à detractione diſtinguatur. 699.a.
Ex illa diſcordia naſcitur, 734.a.
Suſurro meritò peſtilens nominatur,770.b.

T

Tædium, vide *Ariditas.*

SPirituale, tollit guſtum diuinorum, & eſt in anima arida,259.b.
Eſt periculoſum,260.a. & 274.a.
Incipit, vel vires capit frequenter à guſtu carnalium, ibid.
Aliquando, tantùm ad probationem, à Deo proueniens, ibid.

Temeritas.

Quid ad illam pertineat,222.b.

Temperantia, vide *Abſtinentia.*

APpetitum cõcupiſcibilem perficit, 124.a.
Licet virtus generalis ſit, tamen ſpecialiter eſt circa delectationes tactus,787.b.

Tenebræ.

MEntis, effectus ariditatis, 258.a.
Tunc anima caret diſcurſu,ibid.& b.
In illis conſtitutus, debet ſe reſignare, & pro luce orare,ibid.
Aliquando proueniunt ex culpa noſtra; aliquando non, 259.a.
Cauſant triſtitiam, ibid.
Sunt periculoſæ, 273.

Tentare, Tentatio.

TEntare, quid,21.b.
Tentatio, ſollicitè repellenda, 199.b.
A Deo permittitur, vt roboretur virtus,597.b. & ſeq.
Nulla poteſt eſſe, quæ vinci nequeat, 663.a.

Tepiditas.

SPiritus, cui opponatur,in quo conſiſtat,& in quo detur,263.b.& ſeq.
Periculoſa eſt, 277.b.

Digitized by Google

Timor.

POenam comitem habet, 155. a.
Timori Domini communicatur lætitia, 302. a.
Est clauus, quo configimur, ne moueamur ad vitia, 862. b.

Tribulatio, vide Patientia.

DEus non deserit positum in tribulatione, 8. b. & seq. a.
Appellatur tenebræ, 47. a.
Crux viua est, in qua quis configitur Christo, 214. b.
Magnum beneficium, & amoris signum, 451. & seq.
Tunc præcipuè de impatientia à Diabolo homo tentatur, 455. b. & seq.
Sed illi culpa non danda, 459. b.
Tribulatio impatientiæ causa non est, sed nostra malitia, 459. a.
Custos est gratiæ, 601. b. & seq.
Ira Deum mouet ad misericordiam, acsi Deus esset tantùm tribulati, & non aliorũ, quibus impenderet curam, 615. a.
Quare iusti in vita hac tribulentur, 685. & seq.

Trinitas.

IN diuinis; in ea, quare sit realis distinctio in personis, & summa vnitas in essentia? 749. b.

Tristitia.

ESt de malo præsente, 156. a.
Et aridicatis effectus, 259. a.
Aliquando sine culpa nostra, ibid. b.
Est periculosa, 273. b. & seq.
Sustinentia illius, maxima est fortitudo, 289. a.
Etiam tristitia bona diabolus vtitur, vt ad desperationem perducat, 558. b. & seq.
Animum deijcit, ne ad salutaria cogitandum erigatur, 560. a. & 571. b.
Tristitia cordis apparet in vultu, 560. b.
Est duplex, alia secundùm se bona, quæ per excessum vitiatur; alia secundùm se mala, quæ similiter pe excessum fit peior, ibid.

Tunica.

INconsutilis Christi Domini, quare post passionem suam, à militibus diuisa non fuerit, sicut cætera vestimenta, 752.

V

Verbum Dei.
vide *scriptura Diuina*.

ILlo anima fœcundatur, 253. b. & 307.
Inflammatur, & dilatatur, ibid.
Et cibatur, 398. a. & 599. a.

Veritas.

NOn debet deseri. 766. b.
Odium parit, quomodo intelligendum, 15. b.
Illius contemplatio, dulcis, 513. & seq. a.
Si immoderata sit, nociua, 513. b. & seqq.
Veritas *operis*, tunc datur, cum à corde procedit, 880. b.
Veritas *sermonis*, cum verba menti respondent. ibid.
Primæ veritati opponitur Hypocrisis, quæ non in verbis, sed in gestis consistit, aliter sic se foris ostendens, ac intus est, 870. b.
Secundæ opponitur mendacium oris, cum aliquis verbis dicit contrarium illi, quod habet in mente, ibid.
Ille in veritate Domino seruit, cuius operatio á corde procedit, 880. b. & seq.

Via.

SAlutis, quòmodo angusta, 276. a.
Lata, cum Dei gratia, 630. a.

Vita.

COrporis in quo consistat, 646. b.
Inter temporalia bona tenet primatũ, 397. a.
Abundantia rerum abbreuiatur. ibid.
Illius instabilitas. 411. & seq.
Iam mortuo illam réstituere, solus Deus valet, 646. b.

Victoria.

DE peccatis, & vitijs, quando perfectè fiat, 208. a.

Vigilia.

MAximè carnis mortificatiua, 362.

Vinum, vide Ebrietas.

SYmbolum est consolationis diuinæ, 263. a.
Et amoris, 529. a.
Etiam ab aspectu illius abstinendum, 545. a.
Pronitas ad illud, nimia. 788. a.

Digitized by Google

Multum potatum, multas ruinas facit, ibid.
Sobrius potus non prohibetur, ibid.
Quando fit sobrius. ibid.b.
Si non adsit necessitas corporis, laudabilius ab illo quis abstinet, 789. a.
Vinolentus debet reprehendi, 796.
Vinum immoderate sumptum impedit vsum rationis, 797. b. & seq. & 802. b. & 826. b.
Causat iracundiam, 799.a. 814.b.
Nescit secretum. ibid.b. & 813.
Incendit libidinem, 805; & 811.
Abbreuiat vitam, 820.
Egestatem adducit, 819. a.
Et ad omne malum perducit, ibid.
Quare Deus vino iucunditatem indiderit? 838.a.& b.

Violentia.

IN quo consistat, 123.a.b.
Experitur in obseruantia mandatorum, ibidem.
Ex violentia, qua passiones domantur, profectus spiritualis mensuratur, 229. a.

Virtus.

QVid sit, 207.b. & 223.a.
Soli illi debetur honor. 19.b.
Est amabilis, 35.b. & 37.b. & seq.
In medio consistere, quomodo dicatur, 184.b & 217.b.
Quare iustitia dici possit, 204.a.
Vna ab alia, & à vitijs quomodo distinguatur, ibid.
Virtutes sunt animæ ossa, 273.b.
Quæ virtus, simpliciter vera dici queat, 207. b.

Visio beatifica. vide *Beatitudo.*

Vita.

EXemplaris, contra detractionem valet, 716. & seq.
Vita periclitatur, vbi discordia dominatur, 737. a.

Vitium.

REddit hominem contemptibilem, 40.
Per virtutem oppositam expugnatur, 133.b
Quomodo à passionibus, & peccato distinguatur, 138. a. b.
Quando perfectè vincatur, 208. a.
Intrat per fenestras sensuum, 484. a.
Serpenti assimilatur, quo necato, velociùs ad Deum properamus, 317. a.
Vitio deserto, anima Deo implecur, ibid.
Vitia expugnare non est aptus potu, ciboq: grauatus. 860. a.

Vnanimitas.

vide *Concordia, Charitas, Pax.*

NOn sufficit vnitas loci, si desit vnitas animi, 740. a.
Exterior cohabitatio, interioris vnionis est signum, 746.b.

Vocatio Diuina.

Illi non est resistendum, 576.a. & 576.a.

Voluntas, vide *Appetitus.*

INuita, non bene operatur, licet circa bonum, 156.a. 226.b & seq.
Consensus necessarius ad salutem, 179. a.
Quomodo illius abnegatio eiusdem sit adimpletio, 201.b.
Quod inuite facit, cum dolore facit, 826. b & seq.
Et non perseueranter, ibid.
Motus illius, 238.b.
Ex nimia speculatione intellectus, illius affectus remittitur, 247.a.
Illa mota, à discursu in oratione cessandum, ibidem b.
Debet sini morosè penetrari affectus, quousque Dei amore inebrietur, 248. b. & seq.
Superior portio voluntatis rationalis quid respiciat, & quid inferior portio, 280.b.
Qnomodo voluntate à Deo recedamus, vel accedamus, 591. b.
Voluntas propria, causa discordiæ. 733.b.

Vomitus.

ILlius necessitas ex immoderantia cibi, vel potus sequuta, non excusat à culpa, 826. a.

Votum.

ESt de his tantum, quæ supererogationis sunt, 449. a.
Ea facit præcepti, 190. a.
Per vota in Religione emissa, cõfigimur Christo, 190.a.

Zea-

Digitized by Google

Z

Zelus.

IRa, & amaritudine plenus, 63. b.
Oritur ex amore, 480 2.
Fictus, quid ſit? 705. 2.
Et quid indifferens? ibid.
Ex vtroque detractio oritur, ibid.
Sed ex ficto frequentiùs, ibid.
Zelator fictus, depictus, ibid. b.
Api aſsimilatur ferenti in ore florem, retro autem aculeum, 706 2.

Finis Indicis Rerum Notabilium.

IN-

Digitized by Google

INDEX CONCIONVM

Pro Dominicis totius anni,& Ferijs quartis, & sextis Quadrageſimæ.

DOMINICA I. ADVENTVS.

Arescentibus hominibus pra timore, &c. Luc.21.

1 De conſcientia rea, quomodo timida. 152.& ſeqq. & 255.& 156.b. & ſeqq.

His autem fieri incipientibus, reſpicite, & leuate capita veſtra, quoniam appropinquat redemptio veſtra.

Leuate capita veſtra, ideſt, *exhilarate corda veſtra*, ſecundùm gloſſam ordinariam.

1 De lætitia bonæ conſcientiæ. 301.a.& ſeq.

2 Et quomodo opera bona ſpem etigant. 674. & ſeq.

DOMINICA II. ADVENTVS.

Euntes, renuntiate Ioanni, quæ audiſtis, & vidiſtis. Matt. 11.

1 Quomodo opera, qualis vnuſquiſque ſit, oſtendant, 881.b.& ſeq.

DOMINICA III. ADVENTVS.

Et confeſſus eſt, & non negauit, & confeſſus eſt, quia non ſum ego Chriſtus. Ioan. 1.

1 Quomodo gloria vana, quæ ab hominibus datur, etiam iuſtos inuadat, 90.& ſeq.

2 Et quomodo ſit vincenda, 85.& ſeqq.

DOMINICA IV. ADVENTVS.

Factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem Zachariæ filium in deſerto. Luc.3.

1 De ſolitudine mentis, & corporis, 319.b.

2 De ſolitudine corporis coniuncta cum illa mentis, quantum diuina gratia cumuletur, 320. & ſeqq.

3 Quæ illi non comunicatur, qui mente non eſt ſolitarius, quia ad viſibilia iſta effuſus, 255. & ſeqq.

Erunt praua, in directa, & aſpera in vias planas.

4 Quòd verbum Dei incarnatum nobis poſitum in exemplum, viam vitæ reddet facilem, 779.& ſeq.

Quod etiam ipſius gratia abundè faciet, 165. & ſeqq.

DOMINICA INFRA OCTAVAM Natiuitatis.

Ecce poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionem multorum, Luc.2.

1 Quomodo anima per ingratitudinem ruit, quæ acriter punitur à Deo, 250.& ſeqq. & 450.a.

2 Et de reſurrectione ſeu regeneratione ſpirituali per gratiam, quam nobis meruit paſſione ſua, 609. & ſeqq.& 739.a.

DOMINICA I. POST Epiphaniam.

Ecce Pater tuus, & ego dolentes quæ-

Digitized by Google

quærebamus te. Luc.2.

1 Non inuenitur Iesus in gaudijs carnis, & mundi, sed cum sibi quis & istis renuntiat propter ipsum, superando dolorem, qui in illa abscissione sentitur, 176. & seqq. & 255. & seqq.

DOMINICA II. POST Epiphaniam.

Et deficiente vino, dicit mater Iesu ad eum, vinum non habent, Ioan.2.

1 De sobrietate laudabili, 787. & seqq.

2 Et quibus personis præcipuè necessaria, 797. & seqq.

DOMINICA III. POST Epiphaniam.

Domine, si vis, potes me mundare, & extendens manum Iesus, tegit eum dicens, volo, mundare. Matt.8.

1 De potestate Dei ad dimittenda peccata, 622. & seqq.

2 Et quòd eam agnoscenti, credenti, & postulanti, peccata dimittat, 626.b. & seqq.

DOMINICA IV. POST Epiphaniam.

Domine salua nos, perimus, & dicit eis: quid timidi estis, modicæ fidei? tunc surgens imperauit ventis, & mari, & facta est tranquillitas magna. Matt.8.

1 Increpantur de modica fide, dicentes, perimus.

2 Quia Deus est verus amicus, qui nõ deserit in angustijs, 7. & seqq.

3 Et subuenit in se sperantibus, 290. & seqq.

DOMINICA V. POST Epiphaniam.

Cum autem dormirent homines, venit inimicus eius, & superseminauit zizania in medio tritici, & abijt. Matt.13.

1 De vigilantia Prælatorum super suos subditos, 800.

Et de insidijs diaboli, quibus quærit animas perdere, 503. b. & seq. & 615.b. & 558.b. & seq. & 697.b. & seq. a. & 729. a.

2 Vel de hæreticis seminantibus. falsam doctrinam, vt simpliciores decipiant, 501. & seq.

3 Et de sobrietate cognitionis, qua anima ab erroribus illæsa seruatur, 513.b. & seqq.

DOMINICA VI. POST Epiphaniam.

Simile est regnum cœlorum grano sinapis, &c. Matt.13.

Cibus est acrimoniam habens, & sic salutem corpori tribuens.

1 Ideo de mortificatione potest tractari, quæ aspera quidem apparet carni, tamen salutem animæ operatur, illam intus pacificans, & tranquillans, impassibilem reddens, & gaudio Dei plenam, quæ dona possunt dici volucres cæli, quæ habitant in ramis eius, hoc est, in actibus mortificationis, quatenus omne donum desursum est, &c. 159.b. & seqq.

DOMINICA SEPTVAGESIMAE.

Quid hic statis tota die ociosi? Matt.20.

1 Q ã pernicioſa animæ sit ociositas tam mẽtis, quàm corporis, 494. 571. b. & seq. 565. 345.b. 704.a.

Dicit Dominus vineæ, voca operarios, & redde illis mercedem. ibid.

2 De operatione bonorum operũ, quibus tollitur ociositas, & custoditur anima, 535. & seqq. 673. b. & seqq.

Et

3 Et obtinetur vita æterna, quæ eſt merces noſtra, & non redditur adultis, niſi propter opera bona, 677. & ſeq.

DOMINICA SEXAGESIMAE.

Natum aruit, quia non habebat humorem. Luc. 8.

1 De conſolatione diuina interiori, quæ eſt humor iſte, quo anima ſpiritualiter pinguis fit, vt reddat fructum vitæ æternæ, 237. b. & ſeq.

Et qua roboratur, vt poſſit reſiſtere tentationibus, quibus æterna vita impeditur, 262. b. & ſeq.

2 Quàm periculoſa ſit iſta ariditas, 269. & ſeqq. & 250.

3 Quæ cauſam illam inducant, 243. & ſeqq.

4 Renunciandum præcipuè delectationibus carnis, 313. & ſeqq.

5 Purificanda conſcientia, 300. b. & ſeqq.

6 Eleemoſyna facienda, 329. & ſeq.

DOMINICA QVINQVAGESIMAE.

Quid tibi vis faciam? Domine, vt videam. Luc. 18.

1 Quod peccata tenebræ ſint, & iuſtitia, & Deus, lux, quæ non communicatur, dum durant tenebræ, 178.

2 Ad quas depellendas deſcendit Chriſtus in terras. 634. & ſeq. & quod multùm exoptet ſe nobis communicare, 194. b. Dummodo nos velimus, quia cooperationem noſtram requirit, 679. b. & ſeq. a. & 179.

FERIA IV. CINERVM.

Tu autem, cum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam laua, Matt. 6.

1 De qualitatibus ieiunij, vt ſit Gratum Deo, 856. & ſeqq.

2 De illius laudibus, & vtilitatibus, 860. & ſeqq.

FERIA VI. POST CINERES.

Ego autem dico vobis, diligite inimicos veſtros. benefacite his, qui oderunt vos. Matt. 5.

1 De concordia vera, & charitate ex imitatione Chriſti Domini, 758. b. & ſeq. & 779. & ſeq.

2 Ex concordiæ pulchritudine, 749. b. & ſeqq.

3 Ex diſcordiæ turpitudine, 755. & ſeqq.

DOMINICA I. Quadrageſimæ.

Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me. Matt. 4.

1 De auaritia, ſeu cupiditate diuitiarum, quàm periculoſa, 347. b. & ſeqq.

2 Quomodo idololatrix ſit, 391. et ſeqq.

3 Vincenda, meditatione breuitatis, qua diuitiæ durant, 411. et ſeq.

4 Verarum diuitiarum cupiditate. 413. et ſeqq.

FERIA IV. POST DOMINICAM I. Quadrageſimæ.

Magiſter, volumus à te ſignum videre.

Qui reſpondens, ait illis, generatio mala, & adultera ſignum quærit. Matt. 12.

De adulatione, quia ideo vocatur adultera, 66.

1 Quàm occultè hoc malum impugnet, 89. b. et ſeqq.

2 Quomodo ſit vincendum, 99. b. et ſeqq. et præcipuè triſtis vultus oſtenſione, et repulſa, vt in præſenti Dominus fecit, 103. et ſeqq.

FE-

Digitized by Google

FERIA VI. POST DOMINICAM I. Quadrageſimæ.

Hominem non habeo, &c. Ioan. 5.

1 De peccato, quo anima infirmatur, vt inferiùs patet: *Ecce ſanus factus es: iam noli peccare.* 646.a.

2 Quod facilè quis in illud labitur. 548.et ſeqq.

3 Et difficilè ſurgit, 545.et ſeq. Vt patet in iſto languente, qui triginta, et octo annis iacebat in ſua infirmitate, et nullus erat, qui poſſet illum iuuare, niſi ſola Domini manus omnipotens, 276.b. et ſeq.

DOMINICA II. Quadrageſimæ.

Duxit illos in montem excelſum ſeorſum, & transfiguratus eſt ante eos. Et reſplenduit facies eius, ſicut Sol, &c. Matt. 17.

1 De via ad præmium: et de præmio.

2 Per *montem excelſum ſeorſum*, ſignatur mortificatio, qua pars ſuperior hominis, quæ eſt recta ratio, ſenſui dominatur, et tũc illam aſcendit, cum ſenſum mortificat, et ſic mons dicitur, et ſeorſum à conſortio, nimirum, ipſius ſenſus, à quo diſcedit, virtutis amore, et à terrenis, ad quæ caro inclinat, pro quo lege. 121.

3 Quòd per mortificationem itur ad cælum, quod eſt noſtrum præmium 181.b. et ſeqq.

4 Et de delectatione, pace, et ſecuritate ineffabili beatorum, 600. et ſeq. 605. et ſeq. et 577.b. et 776.b. et ſeqq.

FERIA IV. POST DOMINICAM II. Quadrageſimæ.

Neſcitis quid petatis. Matt. 20.

1 Quia temporalia bona parùm durant, et ideo indigna amore, 890. et ſeq. et 411. et ſeqq.

Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? ibid.

2 Bene illis proponit calicem ad gloriam, quam ipſi quærebant, quia ad veram gloriam æternam, niſi per preſſuras, et tribulationes non itur. 685. et ſeq.

FERIA VI. POST DOMINICAM II. Quadrageſimæ.

Homo quidam erat Paterfamilias, qui plantauit vineam, & ſepem circumdedit ei, &c. Matt. 21.

Per vineã, anima deſignatur, et per ſepem, cuſtodia, qua cuſtoditur Deo.

1 Agere de iſta cuſtodia. 601. et ſeqq.

2 Quòd multi non ſaluantur, non defectu cuſtodiæ, ſed ſuo, quia gratiæ Dei non cooperantur, qua cuſtodiuntur, 606.b. et ſeq. ideò hic dicitur iſtis *auferetur à vobis regnum Dei, et dabitur genti facienti fructus eius.*

DOMINICA III. Quadrageſimæ.

Erat Ieſus eiiciens dæmonium, et illud erat mutum. Luc. 11.

Hoc dæmonium ſuadet ſilentium poſt peccatum, ne confiteatur.

1 De confeſsione ſalutifera, 653. & ſeqq.

2 Et quòd non debet differri, 657. & ſeqq.

Omne Regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur, ibid.

1 De diſcordia, quàm perniciosa ſit, & quomodo diabolus ad illam inſtiget, 929.

Et quantum illius ſeminator Deo diſpliceat, 732.

2 Et quomodo vincenda ſit charitate, 738. & ſeqq.

3 Humilitate, 740. & ſeqq.

4 Et

Digitized by Google

4 Et manſuetudine, 745. & ſeqq.

FERIA IV. POST DOMINICAM Tertiam Quadrageſimæ.

Hypocritæ, bene prophetauit de vobis Iſaias, dicens, populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longe eſt à me, Matt. 15

1 Quàm communiſsimum ſit hoc malum, 868.

2 Quare contra hoc vitium Deus tantopere indignetur, 871. b.

3 In quo turpitudo illius conſiſtat? 870. & ſeq.

4 Veritate debet vinci, 880. b. & ſeq.

5 Simplicitate, 885. & ſeq.

Vide alia verb. *Hypocriſis*, & *Hypocrita*.

FERIA VI. POST DOMINICAM Tertiam Quadrageſimæ.

Qui biberit ex aqua hac, ſitiet iterum, Ioan. 4.

1 Quòd temporalia appetitum noſtrum non valent ſatiare, & ideo contemptibilia, 351. & ſeqq.

2 *Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum.*

Quia terrenam tunc, & carnalem conſolationem faſtidit, 64.

Ex cuius affectu contemnit cœlum, 562.

Aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitã æternam.

3 Quia per aquam gratiæ, mundatur quis à peccato, & fit aptus cœlo, 637. & ſeq.

DOMINICA IV. QVADRAG.

Eſt puer hic, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos piſces, ſed hæc, quid ſunt inter tantos? Ioan. 6.

1 Contra guiam quærentẽ nimietatem cibi, 840. b.

Quomodo diabolus per illam quærat noſtram ruinam, 735.

Et ſit peccatum valde graue, 845.

Et nimis difficile ad vitandum, 843. a. & 846. a.

2 Quòd ſit vincendum, conſideratione malorum, quæ cauſat, 846.

3 Et Dei timore, & pœnarum ei ſuccedentium contemplatione, 862. b & ſeqq.

Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum.

4 Quòd beneficentia, & largitas erga egenos, non minuit dantis bona, ſed multiplicat, 407. & ſeq.

FERIA IV. POST DOMINICAM Quartam Quadrag.

Quamdiù in mundo ſum, lux ſum mundi, Ioan. 9.

1 De peccato, quo anima obcœcatur, & illuminatur à Deo, qui eſt lux noſtra, Vide Dominic. *Quinquag.*

Et eiecerunt eum foras. Audiuit autem Ieſus, quia eiecerunt eum foras, & cum inueniſſet eum, dixit, &c.

2 Reiectum à mundo, ab auxilio humano, & tribulatum pro Chriſto, ab ipſo reſpicitur, recipitur, & conſolatur, 8. b. & ſeq. 160. b. 293. a. 615. a

FERIA VI. POST DOMINICAM Quartam Quadrag.

Ecce, quem amas, infirmatur, Ioan. 11.

1 De vero amico, qui non deſerit amicum in neceſsitatibus, 7. & ſeqq. & 20. b. & ſeq.

Infirmitas hæc non eſt ad mortem, ſed, vt glorificetur filius Dei per eam.

2 De peccatore conſuetudinario, ſignificato in Lazaro, quàm difficilè con-

conuertatur ad Deum, & quàmmagna gratia indigeat, 624. & seq. & 572. a.

Ego sum resurrectio, & vita.

3 Vitam animæ meruit nobis, moriendo in Cruce, 619. & seqq.

Ego autem sciebam, quia semper me audis.

4 Quomodo Aduocatus noster sit, qui nunquam repellitur, sed exauditur à Patre, 639. & seq.

DOMINICA PASSIONIS.

Quis ex vobis arguet me de peccato? Ioan. 8.

1 Dominus, qui pro nobis miserias nostras alias ferre dignatus est, peccati tamen turpitudinem maximam exhorruit.

Præcipua est, quòd hominem à Deo summo bono auertat, 557. a. & 177. b. & seq. 143. & seq. 255.

Illo anima maculatur, 637. b.

Cadit, & ruit, 618. a.

Nonne benedicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Respõdit Iesus: Ego dæmoniũ nõ habeo.

Silet ad iniuriam propriam, quæ vocatur Samaritanus, quod nimis exprobabile erat, & respondet ad Patris iniuriam, & blasphemiam, quæ dæmonio tribuebant, quæ soli Deo conueniunt, vt cogitationes cordis cognoscere, & mortuos suscitare, & similia, quæ Dominus faciebat virtute diuina.

2 Agere de silentio patienti, quo sustinere debemus iniurias, & contumelias nobis factas, 710. b. & seqq. & 748. a. & 480. a.

3 Quòd debemus, blasphemiam audiendo, doloris signa ostendere, 462. & seq.

4 Et blasphemum acriter increpare, 478. b. & seqq.

FERIA IV. POST DOMINICAM Passionis.

Ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea. Ioan. 10.

1 De custodia speciali, qua custodiuntur prædestinati, 601. b. & seqq.

2 Prædestinationis infallibilitas vnde proueniat, 679. b.

3 Nostra opera bona non excludit, & quare illa Deus à prædestinato requirat, ibid. & seq. & 676.

4 Ad gloriam non prædestinauit adultum, nisi illius operibus bonis præuisis, 680. b. & 677. & seq.

Exemplum pro hoc, 682.

Quod etiam confirmãt verba præmissa in hoc Euangelio.

Oues meæ vocem meam audiunt, & sequuntur me, quia audiunt vt custodiant, & sic Christum sequi intelliguntur.

5 Cum quælibet hora possit esse vltima vitæ nostræ, & sine operibus bonis non saluemur, neque prædestinemur: ideo qualibet hora, debemus declinare à malo, & facere bonum, vt sic prædestinatio nostra adimpleatur. 681. a.

FERIA VI. POST DOMINICAM Passionis.

Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem, Ioan. 11.

Temporalia amittere timebant, & propter eorum amorem, mortem innocenti inferre quærebant.

1 Agere de auaritia, quàm iniusta sit, 380. & seqq.

2 Et crudelis, 388. & seqq.

3 Vincenda consideratione pœnarum,

Digitized by Google

rum,quibus puniuntur auari, 418. & ſeqq.

DOMINICA PALMARVM.

Dicite filie Sion; Ecce Rex tuus venit tibi mãſuetus, ſedens ſuper aſinam, & pullum. Matt.21.

Venit tibi,quia *bonus*, bonum namque eſt diffuſiuum ſui.

1 Agere de bonitate, qua Deus ſe nobis communicat,& peccata dimittit, 643.b. & ſeq.

2 Manſuetus venit, vt omnes peccatores animaret ad veniam, 640. b. & ſeqq.

FERIA V. IN COENA DOMINI.

Cum dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos, Ioan. 13

1 Ideſt,perſeueranter. Agere de vera charitatis mutuæ dilectione, quæ perſeuerans eſſe debet, & non ad tempus, 6.b. & ſeqq.

Et cœpit lauare pedes diſcipulorum ſuorum.

2 De beneficentia,quæ naſcitur ex amore,24.b.& ſeqq.

Qui lotus eſt,non indiget,niſi, vt pedes lauet, ſed eſt mundus totus.

3 De peccatis venialibus abſtergendis, quibus aliquo modo anima maculatur, 244.b.& ſeq.

Si ergo ego lani pedes veſtros Dominus, & magiſter, & vos debetis alter alterius lauare pedes.

4 Quòd amor ſuperioritatẽ ignoret,vnde licet ipſe eſſet ſuperior, tamen ad pedes ipſorum,ex charitate, videbant proſtratum:ita & inter ipſos debere hoc obſeruari, 52.& ſeq.

5 Etiam hìc inſinuatur humilitas, qua charitas conſeruatur,& quæ etiã præcipiebatur, dum illa beneficentia illis imponebatur, vt in eodem ſermone illis dixit. *mandatum nouum do vobis,vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos*. Igitur de humilitate vide 740.b. & ſeq. & de charitate, 732. & ſeqq. & de prædicto mandato charitatis mutuæ, 3.a. & ſeqq.

FERIA VI. IN PARASCEVE.

Pro ſermone de Paſſione, vide in Indice ſecundo verbum, *Paſſio Chriſti*.

DOMINICA RESVRRECTIONIS Domini.

Et valde mane vna ſabbatorum veniunt ad monumentum, Marc.16.

1 De ſollicitudine, & feruore, qui oritur ex amore, vt obſequium impendatur dilecto, 29. a.& 230.

Quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti? & reſpicientes viderunt reuolutum lapidem.

2 Agere de puſillanimitate, qua ſalus periclitatur, 561.

3 Et de gratia,qua anima roboratur, & ſuperantur difficultates, quæ occurrũt in via ſalutis,629.b.& ſeqq. & 662.& ſeqq.

Nolite expaueſcere. Ieſum quæritis Nazarenum crucifixum? ſurrexit. non eſt hic.

4 De vano timore pellendo,& erigenda ſpe ſalutis poſt redemptionem Dominicam, ipſius reſurrectione cõpletam, 583.& ſeqq.

Dicite diſcipulis eius,& Petro: quia præcedit vos in Galilæam.

Petrum nominat,qui grauiter deliquerat,negando magiſtrum. vt oſtendat iam offenſam omnino eſſe remiſſam, & ad priſtinam amicitiam reſtitutum, quia pœnitentiam egerat.

5 Pœnitenti namque Deus condonat delicta, merita reſtituit priſtina, & dona noua infundit, 617.& ſeqq.

Digitized by Google

DOMINICA IN ALBIS.

Cum esset serò die illo, vna sabbatorum, & fores essent clausæ, vbi erant discipuli clausi propter metum Iudæorum, venit Iesus, & stetit in medio eorum, & dicit eis, pax vobis, Ioan. 20.

1 Ad animam, quæ timet offendere Deum, (quod hic denotatur per metum Iudæorum) & quæ propter Deũ renũtiat carnis illecebris (quod significant fores clausæ) ingreditur Dominus Iesus, speciali gratia eam cõsolaturus. vnde subditur ibi, *Gauisi sunt discipuli, viso Domino*, 255. & seqq. & 313. & seqq.

Pax vobis.

2 De pace vera christiana amplectenda, 3. & seqq.

3 Consideratione bonorum, quæ secum affert, 771. & seqq.

DOMINICA II. POST Pascha.

Ego sum Pastor bonus. Ioan. 10.

1 De qualitatibus requisitis ad bonum pastorem, & quomodo omnes eminentissimo modo fuerunt in Christo Domino, 589. & seqq.

DOMINICA III. POST Pascha.

Modicum, & iam non videbitis me & iterum modicum, & videbitis me. Ioan. 16.

Consolatur eos de mœstitudine, quam ex eius absentia, & passione erant concepturi, quòd parum duraret, quia ex eius resurrectione immortali, gaudium sequeretur, quo æternaliter consolarentur.

1 Quòd passiones, & tribulationes ad impassibilitatem, & gaudia vera sunt via, 162. a. & seqq. & 181. b. & seqq. & 452.

Et gaudium vestrum nemo tollet à vobis.

2 De securitate gaudiorum cælestium, ad quæ per tribulationes trãsitur, 605. & seq.

DOMINICA IV. POST PASCHA.

Sed quia hæc loquutus sum vobis, tristitia implenit cor vestrum? Ioan. 16.

Quærit tristitiam amouere à cordibus discipulorum conceptam ex cognitione sui discessus ad Patrem.

1 Agere de nocumento inordinatæ tristitiæ, & periculo, in quo ponit animam, 273. b. & seq. & 558. & seqq.

2 Et de fortitudine maxima, quæ requiritur ad illam sustinendam, etiã quando est circa bonum, 288. & seq.

Apostoli autem non adhuc gratia specialiori erant solidati, vt possent hanc sustinere, quæ solet impediri ex affectu carnali ad temporalia, ideo subdit.

Expedit vobis, vt ego vadam, si enim nõ abiero, paracletus nõ veniet ad vos.

3 De exuendo terrenorum affectu, vt lætitia spiritualis infundatur, 255. & seqq. & 313. & seqq.

DOMINICA V. POST PASCHA.

Amen, Amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Ioan. 16.

1 Quòd oratio, efficax medium sit ad impetrandum, 664. b. & seq.

2 Et de cõditionibus, quas habere debet, vt efficax sit, 665. b. & seqq.

DOMINICA VI. POST PASCHA.

Vel infra Octauam Ascensionis.

Et hæc facient vobis, quia non nouerunt Patrem, neque me. Ioan. 15.

Vtique, vt me diligerent, & gratitudinem exhiberent, & ideo me offendent, persequendo vos.

1 De dilectione, quam Deo debemus, ex qua eius offensam fugiemus, 462. & seqq.

2 De

Digitized by Google

2 De gratitudine erga ipſum, 448. & ſeqq.

DOMINICA PENTECOSTES.

Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, Ioan. 14. 23.

Quia vtique dilectio ſuperabit omnem difficultatem, quæ in obſeruantia eſt.

1 Agere de Diuino amore, qui omnia facilia reddit, 168. 3. & ſeqq. & 528. & ſeq.

Et Pater meus diliget eum.

2 Quòd amor eſt cauſa amoris; 22. & ſeqq.

Et ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.

3 Quòd Deus quando ad nos venit per gratiam, non abit, niſi nos, peccando; illum expellamus, 574. b. 613. b. 255. a. 235. a. 643. a.

4 Speciali gratia conſolationis, & lucis interioris venit ad nos Spiritus ſanctus, cum ex amore, illum longanimiter expectamus, 290. & ſeqq.

Non quomodo mundus dat, ego do vobis.

5 Quia mundus, ideſt, carnales homines, Spiritum Dei non habentes, non diligunt proximum, ſicut Chriſtus dilexit nos, ſcilicet, gratuite, efficaciter, & rectè, 3. & ſeqq. & de iſta pace carnali vide etiam 732. a.

Non turbetur cor veſtrum, neque formidet.

6 De fortitudine; qua quis cum gratia Dei reſiſtit tentationibus, & perſequutionibus, 662. & ſeqq. & 771. b. & ſeq.

DOMINICA I. POST Pentecoſten.

Eſtote miſericordes, ſicut, & Pater veſter miſericors eſt, Luc. 6.

1 De compaſsione erga proximũ habenda in miſerijs ſuis, 329. & ſeq. & 671. b. & ſeq.

Dimittite, & dimittemini.

2 De iniurijs remittendis, 758, & ſeqq. & 671.

Date, & dabitur vobis.

3 De eleemoſyna facienda, quia pro terrenis cæleſtia comparabimus, 415. b. & ſeqq. & 407. & ſeqq.

Imo etiam in vita iſta multiplicabuntur terrena, 408.

Hypocrita, eijce primùm trabem de oculo tuo, & tunc perſpicies, vt educas feſtucam de oculo fratris tui.

4 De iudicijs temerarijs fugiendis circa proximi vitam, conſideratione ſui, 709. b. & ſeq.

5 Et quia ex tali iudicio oritur, frequenter detractio, qua tollitur fama proximi, 704. b.

Quantum autem malum ſit detractio, vide 695. & ſeqq. & 727. b.

Et quàm difficulter reſtituatur fama, vide 728. b.

DOMINICA II. POST Pentecoſten.

Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos, & cœperunt omnes ſimul excuſare.

Per cœnam magnã deſignatur beatitudo æterna, & per ea, quibus iſti inuitati ad illam, ſe excuſant, bona terrena, quæ ambit auarus, vel carnalis.

1 De nimia affectione ad iſta inordinata, qua contemnuntur æterna, quæ illis incomparabiliter præſtant, 561. b. & ſeq.

2 Quòd affectio ad temporalia bona, proueniat ex inordinato timore indigentiæ, 344. b. & ſeq.

Et ex incõſiderantia breuitatis vitæ præſentis, ibid.

Digitized by Google

3 Considendum de prouidentia diuina, 404. b. & seqq.

4 Et considerandа breuitas vitæ, cui ista tanta auiditate quæruntur, 410. b. & seqq.

Exi citò in plateas, & vicos Ciuitatis, & pauperes, & debiles, & cæcos, & claudos introduc huc.

5 Quòd soli mortificati, cœlo sunt apti. Nam *pauperes* sunt, qui naturalem appetitum diuitiarum propter Deum abscindũt. Et similiter *debiles*, qui carnis feruorem, amore castitatis debilitant, & *cæci*, qui istis visibilibus cordis oculos claudunt, illis mẽte renuntiando, & *claudi*, qui illa, licèt possent consequi, tamen acsi claudi essent, ad illa non currunt, vt apprehendant, quia se abnegãtes propter Deum, tantùm affectibus cordis liberis solùm tendunt ad Deum. Ideo soli mortificati, qui se propter Christum abnegant, cœlo sunt apti, ideſt, cœnæ isti magnæ, 181. & seqq. & 210. B. & seq. & 149. b. & seqq.

Dico autem vobis, quòd nemo virorum illorum, qui vocati sunt, gustabit cœnam meam.

6 De pœna æterna auarorum, 418. & seqq.

DOMINICA III. POST Pentecosten.

Et murmurabant Pharisæi, & Scribæ, &c. Luc. 15.

1 De murmuratione, & detractione, quàm magnum malum sit, & communissimum, 695. & seqq.

2 Quot modis contingat, 702.

3 Vnde nascatur, 703. & seqq.

4 De illius effectibus, 706. & seqq.

5 Et remedijs, 708. b. & seqq.

Quis est vobis homo, qui habet centum oues, & si perdiderit vnam ex illis, nonne dimittit nonaginta nouem in deserto, & vadit ad illam, quæ perierat, donec inueniat illam? &c.

6 De bono pastore quærente ouem perditam, & reducente, 590. & seqq.

DOMINICA IV. POST Pentecosten.

Cum turbæ irruerent in Iesum, vt audirent verbum Dei, Luc. 5.

In eo, quòd dicit *irruerent*, magna confidentia indicatur, & feruor salutis.

1 Confidunt, quia ad mansuetum accedunt, & bonum, 640. b. & seqq.

2 Et feruorem ostendunt circa verbum Dei audiendum, quia anima illo cibatur, 398. a. & 306. b. & 599. b.

Fœcundatur, 253. b. & 307.

Inflammatur, & dilatatur, ibid,

Et saluatur, si obseruatur, ibid. b. & seq.

Per totam noctem laborantes, nihil cæpimus: in verbo autem tuo laxabo rete,

3 Sermo est de spirituali captura, qua anima capitur Deo per remissionẽ peccati, à quo propria auctoritate nullus purus homo potest peccatorem eripere, sed solus Deus. ideo laborantes per totam noctem, ideſt, vitam, nihil possunt capere, sed in verbo Domini, qui solus est potens peccata dimittere, & hanc auctoritatem alijs committere, 622. & seqq.

4 Et de gratia Dei cum qua via salutis possibilis fit, 629. b. & seqq.

Exi à me, quia homo peccator sum, Domine.

5 Qui ex humilitate se peccatorem considerat, omni bono se indignum existimat, 146. b. & seq.

DOMINICA V. POST Pentecosten.

Si offers munus tuum ad Altare, &

Digitized by

& ibi recordatus fueris, quòd frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque munus tuum ante Altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, &c. Matth. 5.

1 Quàm turpis sit discordia in oculis Dei, quòd neque etiam sacrificia, alioquin sibi grata, per manum discordem sibi velit offerri, 755. & seqq.

2 Quòd reconciliatio hæc debeat esse festina, & non differri, 759. b. & seq.

DOMINICA VI. POST Pentecosten.

Misereor super turbam, quia ecce iam triduò sustinent me, nec habent, quod manducent, Marc. 8.

1 Quòd gratia specialis, qua anima impinguata in vnione cum Deo persistat, misericorditer datur, illam longanimiter expectãti, 287. b. & seqq. & 630. & seqq.

Et si dimisero illos ieiunos in domũ suam, deficient in via.

2 In domum suam vtique cordis, quod relictum sibi, sine alimento gratiæ, deficit, & cadit in via Dei, 271. b. etiam in desperationem incidit, & ad plura peccata sine fræno pertrahitur. 569. & seq.

Et interrogauit, quot panes habetis? & dixerunt, septem, & piscsiculos paucos.

Paucos panes habent, & pisces non magnos, sed paruulos, ad eruditionẽ eorum, qui profitentur specialem imitationem discipulorum Christi, vt sunt Religiosi, qui debent esse paucis contenti, & temperati.

3 De amore abstinentiæ, 855. & seqq.

4 Et odio gulæ, considerando eius prauos effectus, 846. & seqq.

Quod etiam de quouis Christiano potest intelligi, quia ideò sic nominatur, quia Christum imitatur, vel saltem ad hoc debet adhibere conatum, & à fortiori quiuis Religiosus, vt dixi.

DOMINICA VII. POST Pentecosten.

Attendite à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium; intrinsecùs autem sunt lupi rapaces, Matth. 7.

1 De hypocrisi, quàm latè, & occultè sæuiat, 868. & seq.

A fructibus eorum cognoscetis eos.

2 De modo dignoscendi hypocritam, 881. b. & seqq.

Vide Feriam iv. post Dominicam iij. Quadragesimæ.

3 *Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum coelorum: sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in coelis est*, &c.

4 De bonis operibus, sine quibus nullus adultus intrabit in cœlum, 673. b. & seqq.

DOMINICA VIII. POST Pentecosten.

Redde rationem villicationis tuæ, iam enim non poteris amplius villicare, Luc. 16.

1 De conuersione sollicita ad Deũ. 657. & seqq.

Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in aeterna tabernacula.

2 Diuitiæ, iniquæ possunt dici, non tantùm malè acquisitæ, sed quæ retinentur, & non communicantur pauperi indigenti in extrema necessitate, vel graui, quia tũc committitur mortale peccatum, 385. b. & 389. a. & quomodo etiam committatur, quando nõ subuenitur communibus necessitati-

bus proximorum, 383. & seq.

2 Quòd eleemosyna liberat ab inferno, & obtinet cælum, 671.b.& seq. 416.b.& seq. 409. & seq.

DOMINICA IX. POST Pentecosten.

Circundabunt te inimici tui vallo, & circundabunt te, &c. Eo quod non cognoueris tempus visitationis tuæ. Luc. 19.

1 Quòd ingratitudo, qua quis abutitur gratia diuina, illi non cooperando, animæ sit ruina, 250. & seqq. & 574. & seqq.

DOMINICA X. POST Pentecosten.

Omnis, qui se exaltat, humiliabitur, Luc. 18.

1 De superbia, quæ despicit cæteros, 344.b.

Et Deum, quatenus in se confidit, non considerans omne bonum esse ab illo, vt isti, de quibus in hoc Euangelio dicitur, *qui in se confidebant*, lege de Lucifero, 464.b.

Et iustè à Deo despicitur, quatenus illi aufert, vel negat suam gratiam, & sic humiliatur, 464. b. & 245. b. & seq.& 285.b.& seq. & 403.b. & seq. & 888.a.

Et omnis, qui se humiliat, exaltabitur.

2 De humilitate, quæ honorat Deum, 464.b.& seq.

Et exaltatur ab eo per gratiam, quapropter est simul vallis, & mons, 245.b.& seq.& 285.b. & seq. & cœlũ, & terra, 303.b.& seq. & 887.& seq. & 404.a.

DOMINICA XI. POST Pentecosten.

Et adducunt ei surdum, & mutum, &c. Marc. 7.

1 Surdus ad diuina, & mutus ad pœnitentiam, quia vtique resistit inspirationibus diuinis, quibus Deus ad cor loquitur, & non aperit os suum cordis, vel oris, vt confiteatur peccata sua, talis dicitur obstinatus, & obduratus in malo, & est miserrimus status, 573.b.& seqq.

Et apprehendens eum seorsum de turba.

2 Denotatur, quòd occasiones malorum sunt fugiendæ, ne quis cadat mortaliter, vel, vt lapsus, resurgat, 542. & seqq.

3 Deinde, quòd solitudo ad compunctionem conducat, 325.b.& seq.& 320.& seqq.

Et suspiciens in cælum.

Dicit ibi Interlinialis, *docens corda ad Dominum dirigi.*

4 De intentione bona, quàm grata sit Deo, 216.b.& seq. & 318.a.

Et suspiciens in cœlum, ingemuit.

5 Vt denotaret miserrimum statum obdurati peccatoris, quòd à solo Deo Omnipotenti possit sanari, 624. & seqq.

Et præcepit illis, ne cui dicerent.

6 Docens, quòd laudem humanam & gloriam vanam fugere debemus, 82.& seqq.

DOMINICA XII. POST Pentecosten.

In Euangelio isto agitur de dilectione proximi ex charitate Dei, cuius effectus, & signum est illi benefacere, seu misericordiam præstare, quod potest intelligi corporaliter, & spiritualiter quoad animam.

Alligauit vulnera eius, infundens oleum, & vinum, Luc. 10.

1 Oleum medetur leniendo, & vinum mordendo, & indicatur, quòd vera charitas, & amicitia erga proximum,

mum, non ſemper debet linire, ſed quandoque mordere, non conſentiendo in malo corrigendo, vel quando reprehenſibilia videt, 14. & ſeqq. & 32.b.& 50.& ſeqq.& 101.a.

Quis horũ trium videtur tibi proximus eſſe illi, qui incidit in latrones? At ille dixit: qui fecit miſericordiam in illum.

2 Quòd vera charitas erga proximum, oſtendenda eſt operibus, illi benefaciendo, & ſubleuando in miſeria conſtituturn, ac illi compatiendo, 24.b.& ſeqq.& 329. & ſeq.& 45. b. & ſeqq.

Et ait illi Ieſus: vade, & tu fac ſimiliter.

3 Quòd, vt quis ſaluetur non ſufficit ſcire quid debeat facere, ſed debet facere, quod ſcit, 249.b. et 307.b. et ſeq.

DOMINICA XIII. POST Pentecoſten.

Leuauerunt vocem ſuam, dicentes, Ieſu protector, miſerere noſtri.

1 De fiducia. Per iſtos namque leproſos deſignãtur peccatores, qui in eo, quòd eleuant vocem, oſtendunt confidentiam obtinendi miſericordiam, ex duplici conſideratione conceptam, quia, ſcilicet, ad Redemptorem confugiunt, et paſtorem, qui tituli ſunt amoris non repellentis preces, nam Ieſus interpretatur Saluator, et talis eſt, quia Redemptor; et præceptor dicitur, qui docet: doctrina autem pabulum animæ eſt, et hoc præbens, dicitur paſcere, et ſic paſtor. 583. et ſeqq. et 598.b. et ſeq.

Vnus autem ex illis, vt vidit, quia mundatus eſt, regreſſus eſt cũ magna voce magnificans Deum, & cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens.

2 De gratitudine, ad quam pertinet accepta beneficia recognoſcere, ideo dicitur, *vt cognouit*, et benefactorem laudare, vt hic habetur, *magnificans Deum*, et reuerentiam exhibere, *& cecidit in faciem ante pedes eius*, 250. b. 309.b. et ſeq. et 453. et ſeq.

Nonne decem mundati ſunt? & nouem vbi ſunt?

3 De perſeuerantia. Non ſufficit enim, quòd bonum inceperis, niſi perſeueraueris. iſti bene inceperunt, ſed quia non perſeuerauerunt, damnati ſunt. quia ſoli illi, qui gratus fuit, et ad Dominum redijt, dictum eſt, *fides tua te ſaluum fecit*, 234. a. et ſeq. et 677.b.

Non eſt inuentus, qui rediret, & daret gloriam Deo, niſi hic alienigena.

4 Quòd ſtatus non ſaluat, ſed bona vita. non ſufficit, quòd ſis Religioſus, doctus, prælatus, etc. ſed bona vita. hic poſſunt applicari dicta Dominica præced. num. 3.

DOMINICA XIV. POST Pentecoſten.

Nemo poteſt duobus Dominis ſeruire. Matt. 6.

1 De pura intentione, qua in omnibus operibus noſtris debemus præcipuè quærere ſoli Deo placere, 208. et ſeqq. et 562.b.

Et quia iure redemptionis, Chriſto ſoli ſeruire debemus, 175. et ſeqq.

Non poteſtis Deo ſeruire, & Mammonæ.

2 Hoc intulit ex præcedenti ſententia, et auaritiam præcipuè damnat, ad quam maxime allicitur homo, 339.b. et ſeq. et 343. et ſeqq. et 347.b. et ſeqq.

3 Cuius ſeruitus viliſſima eſt, 370. & ſeq.

Quærite ergo primùm Regnum Dei,

Digitized by Google

Dei,& iuſtitiam eius,& hæc omnia adijcientur vobis.

3 Quòd præcipuè debemus quærere, quæ ad animam pertinent; deinde,quæ ad corpus,et in omnibus confidere magis de Dei prouidẽtia, quàm de noſtra diligentia, 404.b.et ſeqq.

DOMINICA XV. POST Pentecoſten.

Quam cum vidiſſet Dominus,miſericordia motus ſuper eam, dixit illi, noli flere, Luc. 7.

Introducitur vidua orbata filio, nõ quolibet,ſed vnico,quod magis dolet.

1 Moraliter ſignatur anima propter Deum ſpoliata terrenorum affectu,præcipue circa illa, ad quæ magis afficitur, quæ quandiu ad illa inordinate affecta eſt, conſolatione interiori ſit indigna,255.et ſeq.

2 Cum autem ab illis corde abſtrahitur, et ſolitaria manet, tunc aduentum Domini mouet,qui intùs cõſolaturus accedit, 260.b. et 313.b. et ſeqq.

DOMINICA XVI. POST Pentecoſten.

Et ecce homo hydropicus erat ante illum. Luc.14.

1 Auaritia inſatiabilis deſignatur. 351.et ſeqq.

Ipſe vero apprehenſum ſanauit eũ.

2 Et quòd ſola manu Dei poſſit ſanari, 350.

Omnis, qui ſe exaltat, humiliabitur, & qui ſe humiliat, exaltabitur. Vide Dominicam X. poſt Pentecoſtẽ.

DOMINICA XVII. POST Pentecoſten.

Interrogauit eum vnus ex eis legis doctor, tentans eum. Matt.22.

Gloſſa Interl.dicit,*non ſcire deſiderans*. Curiosè ergo interrogauit, vt caperet illum in ſermone, vt exponit Lyr.mala ergo intentione acceſſit, licet reſponſo Domini conuictus pœnituerit,et ideo illi Dominus dixerit, *non longe es à Regno Dei*, vt legitur apud Marcum 12. vt notat idem Lyr.

1 Hìc ergo poteſt agi de ſcientia curioſa,vana,et ſuperba,quàm pernicioſa ſit.

Primò,ex ſuis cauſis,492.b.et ſeq.

Secundò,ex ſuis effectibus, 497.b. et ſeqq.

2 De ſcientia Deo grata, quæ debet eſſe bene ordinata,et in quo ordinatio iſta conſiſtat,527.b.et ſeqq.

3 Quomodo acquiratur, ſcilicet,

Vitæ bonitate,517.et ſeqq.
Humilitate,520. et ſeq.
Simplicitate,522.b.et ſeq.
Oratione,524.et ſeqq.

DOMINICA XVIII. POST Pentecoſten.

Offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. Matt. 9.

Deſignatur peccator. Quemadmodum enim paralyſis priuat membrorum vſu, ſic gratia iuſtificante deſtitutus (quod contingit per peccatum mortale) nullam actionem meritoriã poteſt facere, qua tendat ad Deum, vel illum ſentiat meritoriè.

1 Quòd peccatum ſit animæ mortalis infirmitas.646.et 649. a.

2 Quod priuet hominem gratia, quia priuat Deo per gratiam exiſtẽte in illo, et ſpiritus Dei dicitur, 255.

3 Quòd ſtatus gratiæ requiratur, vt quis meritoriè operetur, 674. et ſeq.

Confide fili,remittuntur tibi peccata tua.

Filium

Digitized by Google

Filium vocat, vt det confidentiam, quæ misericordiam prouocat.

4 De filiatione; quæ est per creationem, & quod considerare Deum creatorem animat ad spem, 613. & seqq.

5 De filiatione, quæ per gratiam fit, ad quam paralyticum prouocat, vt erigat in spem, 616. b. & seqq. & 641. b.

Tolle lectum tuum, & vade in domum tuam.

Per lectum, in quo iacebat, omni motu bonæ operationis priuatus, occasiones malæ peccatorum designantur, quæ relinquendæ, & penitus sunt tollendæ, vt quis possit in domum suã ire, quæ potest intelligi bona conscientia, vel beatitudo cælestis.

6 De fugiendis occasionibus peccatorum, 491. b. & 542. & seqq.

DOMINICA XIX. POST Pentecosten.

Ite ad exitus viarum, & quoscunque inueneritis, vocate ad nuptias. Matt. 22.

Ad exitus viarum mittit, vnde, scilicet, exunt viæ, idest, incipiunt. ad denotandum, quòd facilius conuertatur ille, qui nondum est assuetus peccato, quàm cõsuetudinarius, quia actiones nostræ sunt viæ, 683. 2.

1 Quòd consuetudo mala sit fugiẽda, quia animam ad similia lactat, & à bono reuocat, 572. a. & difficillimè emendatur, 624. & seq. & patet in hoc Euangelio, quia primi, & secundi inuitati, qui erant iam in media via suarum cupiditatum, vel iam in domo, quia fruebantur illis, & magis volebant se delectare, renuerunt vocationi, & isti vltimò inuitati, omnes venerunt, quia mali, nondum consuetudinarij: & boni, ad bonum prompti, excepto vno malo, cui à Rege dictum est

Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem?

2 Amicum eum vocat, non quia amicus esset, nuptiali veste orbatus, sed ex parte ipsius Dei diligentis, qui amicus est peccatorum, eos vocans ad vitam, & dans hinc ad accessum fiduciam, 649. b. & seqq.

3 Quòd non est dignus conuiuio regio, idest, specialibus donis spiritualibus, & ipsa vita æterna, qui caret nuptiali veste, quæ operit multitudinem peccatorum, & est charitas erga Deum, & proximum, cui soli talis communicatio fit, 773. b. & seqq.

Ligatis manibus, & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium.

4 Interlinialis ait. *in tenebras exteriores inferni, quia hic interiores habent tenebras.* quibus vtique iam torquentur ex concupiscentijs, quas cõcupiscunt adimplere, vel iam adimplerunt, propter quas etiam torquebuntur in inferno, 152. vsque ad 158. inclusiuè.

Multi enim sunt vocati: pauci verò electi.

5 Quia licet multi vocentur ad fidem, tamen ex his, *respectiuè*, pauci saluantur, quia electio ad gloriam fit ex præuisis meritis, neque obtinetur sine bonis operibus. lege Fer. iv. post Dominicam Passionis.

Sed quia pauci sunt, qui bene operentur, quia nolunt seipsos vincere, sed post carnem abire, ideò plures dãnantur, & pauci ad gloriam sunt electi. 121. vsque ad 130. inclusiuè.

DOMINICA XX. POST Pentecosten.

Incipiebat enim mori. Ioan. 4.

Mo-

Digitized by Google

Mōraliter peccator ſignatur, qui pœnitentiam, qua animę medetur, differt vſque ad horam mortis.

1 De ſollicitudine adhibenda circa conuerſionem ad Dominum, 657. & ſeqq.

DOMINICA XXI. POST Pentecoſten.

Procidens autem ſeruus ille, rogabat eum, dicens, patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. miſertus autem Dominus ſerui illius, dimiſit eum, & debitum dimiſit ei. Matt. 18.

1 De patientia Dei, bonitate, & miſericordia, qua peccatores expectat ad pœnitentiam, & peccata remittit, 633. & ſeq. & 643. b. & ſeqq. 581. & ſeq.

Nonne ergo oportuit & te miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum?

2 Quod debemus ex corde offenſas nobis factas remittere, ſicut Deus remittit nobis, 758. & ſeqq.

DOMINICA XXII. POST Pentecoſten.

Magiſter ſcimus, quia verax es, &c. Matt. 22.

Hoc dicunt adulatorie, vt patet ex promiſſis. ideò à Domino duram increpationem audiunt. *quid me tentatis hypocritæ?*

1 Hic poteſt agi de peccato adulationis, & vide Feria iv. poſt Dominicam primam Quadrageſimæ.

Sed addo, quòd iſti adulatores, hypocritæ hic à Domino appellantur, quia adulator frequenter ſe fingit, ſicut facit hypocrita, vt decipiat, 69. b.

2 Deinde poteſt agi contra adulationem actiuam, quomodo ſcilicet, liceat alium laudare ſine nota adulationis, 71. b. & ſeqq. & 76. b.

3 Et laudatus, quomodo licitè poſſit appetere, & acceptare laudem. 76. b. & ſeqq.

Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo.

3 Quòd Deo debeamus ſeruitutē, honorem, reuerentiam, laudem, dilectionem, ſubmiſſionem, 175. & ſeqq. 448. & ſeqq. 453. & ſeq. 459. b. & ſeqq. 462. & ſeq. 464. b. & ſeq.

Et conformitatem in tribulationibus cum ſua voluntate diuina, 455. & ſeqq.

DOMINICA XXIII. POST Pentecoſten.

Si tetigero tantùm veſtimentum eius, ſalua ero. At Ieſus conuerſus, & videns eam, dixit: Confide filia, fides tua te ſaluam fecit. Matt. 9.

1 Agere de fiducia, quæ efficax eſt ad impetrandum, 627. & ſeq. & 666. & ſeq.

DOMINICA XXIV. POST Pentecoſten.

Cum videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele Prophetа, tunc, qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes. Matt. 24.

1 Moraliter poteſt intelligi de deſolatione interiori animæ, quando Deus ſe illi ſubtrahit, quæ eſt tribulatio dura nimis, & periculoſa, 274. b. & ſeq. & 260. b. & ſeq.

2 Tunc remedium optimum eſt, fugere ad mōtem, ideſt, ad orationem, qua eleuamur mente in cœlum, quod dicitur *mons coagulatus, mons pinguis*, Pſ. 67. 17. vide 304. b. & ſeqq.

Vide Dominicam Sexageſimæ.

Surgent Pſeudochriſti, & Pſeudoprophetæ, & dabunt ſigna magna, & pro-

Digitized by Google

prodigia, itaut in errorem inducātur, ſi fieri poteſt, etiam electi.

Vehementia tribulationis præcipuè ab hypocritis, qui ſe fingent, vt perſuadeant, Antechriſtum eſſe verum Chriſtum, prædicitur hìc futura.

Sed qui eſt contra Chriſtum fide, vel moribus, poteſt verè dici Antechriſtus. vnde dicit Ioannes in prima ſua Epiſt. cap. 2. *Et nunc Antechriſti multi facti ſunt.* vt ſunt hæretici, qui ſe fingunt bonos, vt decipiāt faciliùs, & ſecuriùs ſimpliciores, quibus falſam ſuam doctrinam prædicant: vel etiam mali Chriſtiani Catholici, qui vita ſua mala, etiam multos corrumpunt.

3 Agendum contra hypocriſim, conſiderando, vnde oriatur, & ſic apponendo opportuna remedia.

Oritur ex vana gloria, & auaritia præcipuè, 873. & ſeq.

Debet debellari humilitate, 887. & ſeq.

Paupertate, 889.

Et conſideratione breuitatis, qua iſta temporalia, quæ per hypocriſim quæruntur, durant, 889. b. & ſeqq.

Et æternitatis pœnarum, quæ inſtat hypocritis, 891. b. & ſeq.

Vide Feriam iv. poſt Dominicam iij. Quadrageſimæ, & Dominicam vij. poſt Pentecoſten.

FINIS.

ER-

Digitized by Google

ERRATA SCRIPTVRARVM.

in proprio Indice correcta reperies. infrascripta corriges ita, computatis lineis quadraginta per singulas columnas.

Pag.	Col.	Vers.	Errata.	Correcta.
1	A	29	fundatur.	fundetur.
37	A	21	æternam.	externam.
73	B	19	gloriæ.	gloria.
77	B	4	pusillanimis.	pusillanimes.
100	B	18	vnxit.	vngit.
107	A	29	cum hoc.	cum ex hoc.
124	A	25	reluctari.	reluctare.
128	B	20	interiori.	inferiori.
136	B	36	oberrans.	operans.
142	B	2	dominus.	dominis.
142	B	27	obliuiscendo.	oblitus.
160	A	7	dominium.	dominio.
185	A	15	in vis.	in via.
203	A	26	strictè.	strenuè.
213	A	29	tristi.	tristia.
216	B	13	delectationis.	dilectionis.
222	A	11	ratione.	à ratione.
233	B	22	afferimus.	asseruimus.
236	B	20	propugnaculo.	pro propugnaculo.)
238	B	13	effectiua.	affectiua.
255	B	2	quo.	quæ.
265	B	6	tempore.	tepòre.
270	B	9	si in.	Sion.
277	A	37	hæc.	hoc.
299	B	35	iustum.	istum.
302	B	6	dicitur.	ducitur.
308	B	21	posterius.	potiùs.
328	B	11	liceat.	licet.
339	B	27	effectus.	affectus.
339	A	33	contra.	circa.
353	A		pœna sit.	pœna sua sibi sit.)
367	A	30	ponderabuntur.	ponderabantur.)
405	B	39	cõfidentia	prouidẽtia.
415	A	5	peregrinitatis.	peregrinantis.)
423	A	20	blasphemias.	blasphemia.)
485	B	15	triplicem.	duplicem.
502	B	33	sex.	septem.
560	B	20	occubuit.	succubuit.
560	A	18	labeant.	labuntur.
581	B	28	maxime cum &c.	maximè confirmatur, cum, &c.)
584	B	28	conadẽtiæ.	confidẽtiæ.
586	B	16	terrorem.	per rorem.
629	B	36	tot.	cot.
670	B	31	imperatoria.	impetratoria.)
705	A	12	& fictum.	& indiscretum.)
714	A	32	contemnimur.	contemnitur.)
719	B	22	religioni.	religionis.
732	A	1	distinctam.	distinctarum.)
750	A	23	charitatem.	claritatẽ.
825	A	11	Iudicorum.	iudicum.
828	A	36	tum.	tam.
856	A	9	regula.	regulata.
869	A	6	putrida rabies.	putida tabes.)
888	A	18	ab hominibus.	ab humilibus.)

BIBLIOTECA ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google